Digitized by Google

20404

633

M. S. 1 f. 34 (

#

Beveridge

(Guillaume

20404

# ΣΥΝΟΔΙΚΟΝ

SIVE

# PANDECTÆ

# CANONUM

## SS. APOSTOLORUM,

ET

# CONCILIORUM

AB

## Ecclesia GRÆCA receptorum;

NEC NON

Canonicarum SS. PATRUM Epistolarum:

Unà cum SCHOLIIS ANTIQUORUM singulis eorum annexis,

*Et SCRIPTIS aliis huc spectantibus;*

QUORUM PLURIMA

*E*

# BIBLIOTHECÆ BODLEIANÆ

Aliarumque MSS. Codicibus nunc primum edita: reliqua cum iisdem MSS. summâ fide & diligentiâ collata.

TOMUS SECUNDUS.

OXONII,

E THEATRO SHELDONIANO.

Sumptibus GUILIELMI WELLS & ROBERTI SCOTT Bibliop. *LOND.*

M. DC. LXXII.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

# ELENCHUS

*EORUM QUÆ*

In hoc Volumine Continentur.

## PART. I.


CANONES *Dionysii Alexandrini cum scholiis Theodori Balsamonis & Joannis Zonaræ.* pag. 1

*Canones Petri Alexandrini, cum scholiis, &c.* p. 8.

*Canones Gregorii Thaumaturgi, cum scholiis, &c.* p. 24.

*Canones* S. *Athanasii, cum scholiis, &c.* p. 37

*Canones* S. *Basilii cum scholiis, &c. necnon veteri cujusque Canones Epitome, & Alexii Aristeni in eandem scholiis.* p. 47

*Canones* S. *Gregorii Nysseni, cum scholiis Theodori Balsamonis.* p. 151

*Responsa Canonica Timothei Alexandrini Episcopi, cum scholiis Theod. Bals.* p. 163

*Canones Theophili Alexandrini, cum scholiis Theod. Bals.* p. 170

*Epistolæ Canonicæ Cyrilli Alexandrini, cum scholiis Theod. Bals.* p. 175

S. *Gregorii Theologi ex Metricis ejus Poematibus, quinam libri sint legendi veteris Testamenti & novi, cum scholiis Theod. Bals.* p. 178

S. *Amphilochii ex Iambis ad Seleucum de eodem argumento.* p. 179

*Gennadii Patriarchæ Constantinopolitani Epistola Encyclica, cum scholiis Theod. Balsamonis.* p. 181

*Tarasii Patriarchæ Constantinopolitani ad Adrianum Papam Romanum Epistola, de non faciendis pecuniâ ordinationibus, cum scholiis Theod. Bals.* p. 185

*Alexii Aristeni Epistolarum Canonicarum Synopsis.*





Ψηφιοποιήθηκε από την Google

# PART. II.

*Matthæi Blastaris Syntagma Alphabeticum rerum omnium quæ in sacris divinisque Canonibus comprehenduntur, Gr. Lat. è Codd. MS. nunc primum in lucem editum.* p. 1

*De sanctâ & œcumenicâ Synodo quæ Photium Patriarcham in Sedem Constantinopolitanam restituit, & novæ Romæ scandala dissolvit, Gr. Lat. nunc primum in lucem editum è Cod. MS. in Bibliothecâ Bodleianâ.* p. 273

*Acta octavæ Synodi Constantinopoli celebratæ ex Codice MS. in Bibl. Bodleianâ nunc primum in lucem edita.* p. 293

*Guilielmi Beveregii Annotationes uberrimæ in totum opus.*

---

ΕΠΙΣΤΟΛΗ

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΟΥ

# ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΑΡΧΙΕΡΙΣΚΟΠΟΥ

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ, ΠΡΟΣ ΒΑΣΙΛΕΙΔΗΝ ΕΠΙΣΚΟΠΟΝ ΕΡΩΤΗΣΑΝΤΑ

περὶ διαφόρων κεφαλαίων, περὶ ἃ διὰ τῆς ἐπιστολῆς ὁ Διονύσιος ἀποκρίσεις ἐποιήσατο, αἳ καὶ ὡς κανόνες, ἐδέχθησαν.

Διονύσιος Βασιλείδῃ τῷ ἀγαπητῷ μου υἱῷ καὶ ἀδελφῷ συλλειτουργῷ καὶ θεοπειθεῖ ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

BEATI

# DIONYSII ARCHIEPISCOPI

ALEXANDRINI EPISTOLA AD BASILIDEM

Episcopum interrogantem de diversis Capitibus, ad quæ per Epistolam Dionysius responsa dedit, quæ tanquam Canones sunt admissa.

Dionysius Basilidæ Dilecto Mihi Filio Et Fratri In Sacris Comministro, deóque fideli, in Domino salutem.

BIBLIOTHEQUE DE LA FACULTE LYON

## ΚΑΝΩΝ α'.

ΑΠΕΣΤΕΙΛΑΣ μοι πιστότατε καὶ λογιώτατε υἱέ μου, πυνθανόμενος καθ' ὣραν ἀπονηστίζεσθαι δεῖ τὴν τοῦ πάσχα ἡμέραν. πνὰς μὲν γὰρ τῶν ἀδελφῶν λέγειν φὴς ὅτι χρὴ τοῦτο ποιεῖν πρὸς τὴν ἀλεκτοροφωνίαν· πνὰς δέ, ὅτι ἀφ' ἑσπέρας χρή. οἱ μὲν γὰρ ἐν Ρώμῃ ἀδελφοί, ὡς φασι προσιέμενοι καὶ ἀλέκτορα· πρὸς δὲ τὰ ἐνθάδε ἔλεγες, ὅτι τάχιον. ἀκριβῆ δὲ ὥραν πυθέναι ὀπτιζητεῖς, καὶ ὥραν πάνυ μεμετρημένην, ὅπερ καὶ δύσκολον καὶ σφαλερόν ἐστι. Τὸ μὲν γὰρ ὅτι μετὰ τὴν ἀναστάσεως τοῦ κυρίου ἡμῶν χαρὰν χρὴ τὴν ἑορτὴν καὶ τὴν εὐφροσύνην ἐναρχέσθαι, μέχρις ἐκείνου τὰς ψυχὰς τῆς νηστείας ταπεινούντας, ὑπὸ πάντων ὁμοίως ὁμολογούμενόν ἐστι. Κατασκευάσας δὲ ὧν ἔγραψάς μοι πάνυ ὑγιῶς καὶ τῶν θείων εὐαγγελίων ἠσθημένον, ὅτι μηδὲν ἀπηκριβωμένον ἐν αὐτοῖς περὶ τῆς ὥρας καθ' ἣν ἀνέστη, φαίνεται. Διαφόρως μὲν γὰρ οἱ εὐαγγελισταὶ τὸν ὅτε τὸ μνημεῖον ἐλθόντας ἀνέγραψαν καιροὺς ἀναλλαξάμενοι, καὶ πάντες ἀνεστηκότα ἤδη καὶ πάροντα εὗρον εἰρηκέναι. καὶ ὀψὲ σαββάτων, ὡς ὁ Ματθαῖος εἶπε· καὶ περαίας ἔτι σκοτίας οὔσης ὡς ὁ Ἰωάννης γράφει· καὶ ὄρθρου βαθέος, ὡς ὁ Λουκᾶς· καὶ λίαν πρωὶ ἀναπέλαυσις τοῦ ἡλίου, καὶ ὁ Μάρκος. Καὶ πότε μὲν ἀνέστη, σαφῶς οἶδεν



## CANON I.

MISISTI ad me, fidelissime & sapientissime fili mi, interrogans qua hora diei paschæ jejunium solvendum est. Dicis enim aliquos fratres dicere, quòd oportet hoc in galli cantu facere; alios verò, quòd id sit faciendum vespere. Qui enim Romæ sunt fratres, ut aiunt, gallum expectant. De iis autem qui hìc sunt, dixisti quòd citiùs. Horam autem exactam & valde demensam exponere desideras, quod quidem est difficile, & lubricum. Quòd enim post resurrectionis Domini nostri tempus oportet eos festum lætitiámque inchoare, qui ad illud usque animas jejuniis humiliant, erit apud omnes similiter in confesso. Per ea autem quæ ad me scripsisti, probasti, sanè admodum & divinorum Evangeliorum sensu percepto, quòd nihil ab eis accuratè traditum de hora qua resurrexit, apparet. Evangelistæ enim eos qui ad monumentum venerunt, diversè descripserunt, mutatis temporibus, & omnes surrexisse jam Dominum, dixerunt invenisse: Et vespere Sabbati, ut dixit Matthæus: Et cùm mane adhuc esset obscurum, ut scribit Joannes: Et summo diluculo, ut Lucas: Et valde mane orto jam sole, ut Marcus. &



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

*quando ſurrexit quidem, nemo apertè reſpondit. Quòd autem veſpere Sabbati lucеſcente una Sabbatorum, qui ad monumentum venerunt, eum non amplius jacentem invenerunt, hoc in confeſſo eſt. Ac neque diſſentire nec ſibi adverſari inter ſe Evangeliſtas exiſtimemus: & quamquam parva quædam circa id quod quæritur controverſia eſſe videbitur, ſi omnes in una nocte mundi lucem Dominum noſtrum exortum eſſe conſentientes, in hora diſſentiunt: nos tamen, quæ ab eis dicta ſunt, piè & fideliter conciliare ſtudeamus. Quod à Matthæo quidem dictum eſt, ſic habet: Veſpere autem Sabbati, cùm luceſceret in primam hebdomadis diem, venit Maria Magdalene, & alia Maria ad ſpectandum ſepulchrum; & ecce fuit magnus terræmotus. Angelus enim Domini cùm de cælo deſcendiſſet, accedens devolvit lapidem, & ſedit ſupra ipſum: erat autem ſpecies ejus ut fulgur, & indumentum ejus album ut nix. à timore autem ejus concuſſi ſunt qui ſervabant, & facti ſunt ut mortui. Reſpondens autem angelus, dixit mulieribus, Ne timete vos, ſcio enim, quòd Jeſum crucifixum quæritis: non eſt hic. Reſurrexit enim, ſicut dixit. Id autem quod dictum eſt, veſpere, alii quidem exiſtimabunt ſecundùm verbi communitatem ſignificare, veſperum Sabbati: ſapientiores autem id exaudientes, non hoc, ſed profundam noctem eſſe dicent: tarditatem & longum tempus veſpere ſignificante. Et quod noctem dicit & non veſperam, ſubjunxit: cùm luceſceret in primam hebdomadis diem, & venerunt, nondum, ut reliqui dicunt, aromata ferentes, ſed ad ſpectandum ſepulchrum, & invenerunt factum eſſe terræmotum, & angelum ſuper lapidem ſedentem, & audierunt ab ipſo, non eſt hic, ſurrexit. Similiter Joannes, Primâ hebdomadis feriâ, inquit, Maria Magdalene venit mane cùm eſſent adhuc tenebræ, ad monumentum, & videt lapidem ſublatum à monumento: Sed juxta illud cùm adhuc eſſent tenebræ, præceſſerat. Lucas autem dicit, Sabbato quidem quieverunt ſecundùm præceptum. Primâ autem hebdomadis feriâ ſummo mane ad monumentum venerunt, ferentes quæ paraverant aromata: invenerunt autem lapidem à monumento devolutum. Summum mane fortaſſe matutinum ſplendorem, qui priùs ſubapparet, ſignificat primæ feriæ. Et quoniam jam perfectè præterito cum tota conſequente nocte Sabbato, & alio die incipiente, venerunt aromata, & unguenta ferentes; quando jam videlicet diu antè ſurrexerat. Hoc Marcus quoque ſequitur, dicens: Emerunt aromata, ut venientes eum ungerent, & valde mane primæ feriæ veniunt ad monumentum orto jam ſole. Valde enim mane hic quoque dixit, quod idem eſt ac ſummo diluculo, & ſubjunxit, Orto jam ſole. Profectio quidem, & iter earum ſummo diluculo & valde mane incepit: in itinere autem, & circa monumentum, moram traxerunt uſque ad ortum ſolis: & eis quidam tunc dicit adoleſcens candidatus, Reſurrexit, non eſt hic. Hæc autem cùm ita ſe habeant, hoc iis qui accuratiùs ſubtiliúſque conſiderant, enuntiamus quota hora, vel etiam ſemihorula vel quarta horæ, oportet incipere lætitiam ob Domini noſtri à mortuis reſurrectionem. Eos quidem qui nimiùm feſtinant, & ante mediam noctem ſurgunt, ut contemptores & intemperantes reprehendimus, ut qui propemodum antequam par ſit, curſum abruperint, dicente viro ſapiente, Non parum eſt in vita quod parum abeſt. Eos autem qui differunt, & plurimum perferunt, & ad quartam uſque vigiliam fortiter abſtinent, in qua etiam pluribus ſervator noſter in mari ambulans apparuit, ut generoſos & laborum tolerantes ſuſcipimus.*

ἀπεφήνατο. ὅτι ἡ ὀψὲ σαββάτων τῇ ἐπιφωσκούσῃ μιᾷ σαββάτων οἱ ἐπὶ τὸ μνημεῖον ἀφιγμένοι, οὐκέτι κείμενον αὐτὸν ἐν αὐτῷ κατίδοιεν, τοῦτο ἀνωμολόγηται. καὶ μηδὲ διαφωνεῖν, μηδὲ ἐναντιοῦσθαι τοὺς εὐαγγελιστὰς πρὸς ἀλλήλους ὑπολάβωμεν. ἀλλ' εἰ καὶ μακρολογία τις ἔοικε δόξει πρὸς τὸ ζητούμενον, εἰ συμφωνοῦντες πάντες ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ τὸν τῆς κόσμου φῶς τὸν κύριον ἡμῶν ἀνατετηλκέναι, πρὸς τὴν ὥραν διαφέρονται· ἀλλ' ἡμεῖς εὐγνωμόνως τὰ λεχθέντα καὶ πιστῶς ἁρμόσαι προθυμηθῶμεν. τὸ μὲν οὖν κατὰ Ματθαῖον λεχθὲν, ὕτως ἔχει· ὀψὲ δὲ σαββάτων τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων, ἦλθε Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ καὶ ἡ ἄλλη Μαρία θεωρῆσαι τὸν τάφον. καὶ ἰδοὺ σεισμὸς ἐγένετο μέγας. ἄγγελος γὰρ κυρίου καταβὰς ἐξ οὐρανοῦ προσελθὼν, ἀπεκύλισε τὸν λίθον, καὶ ἐκάθητο ἐπάνω αὐτοῦ· ἦν δὲ ἡ ἰδέα αὐτοῦ ὡς ἀστραπὴ, καὶ τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ λευκὸν ὡσεὶ χιών. ἀπὸ δὲ τοῦ φόβου αὐτοῦ, ἐσείσθησαν οἱ τηροῦντες, καὶ ἐγένοντο ὡσεὶ νεκροί. ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἄγγελος εἶπε ταῖς γυναιξὶ, μὴ φοβεῖσθε ὑμεῖς, οἶδα γὰρ ὅτι Ἰησοῦν τὸν ἐσταυρωμένον ζητεῖτε, οὐκ ἔστιν ὧδε. ἠγέρθη γὰρ καθὼς εἶπε. τοῦτο δὲ τὸ λεχθὲν ὀψὲ, οἱ μέν τινες οἰήσονται κατὰ τὴν κοινότητα τοῦ ῥήματος τὴν ἑσπέραν δηλοῦν τῆς σαββάτου· οἱ δὲ σοφώτεροι ἐξακούοντες, οὐ τοῦτο· ἀλλὰ νύκτα βαθεῖαν ἐροῦσαν εἶναι· βραδύτητα καὶ μακρὸν χρόνον τοῦ ὀψὲ δηλοῦντος. καὶ ὅτι νύκτα λέγει καὶ οὐχ ἑσπέραν, ἐπήγαγε, τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων καὶ ἦλθον, οὔπω, ὡς οἱ λοιποί φασι, τὰ ἀρώματα φέροντες, ἀλλὰ θεωροῦντες τὸν τάφον, καὶ εὗρον τὸν σεισμὸν γεγονότα καὶ καθήμενον τὸν ἄγγελον ὅτι τοῦ λίθου, καὶ ἀπηκίασε τὸν ἀπ' αὐτοῦ, ὃν ἦν ὧδε, ἠγέρθη. ὁμοίως ὁ Ἰωάννης, ἐν μιᾷ τῶν σαββάτων, φησὶ, Μαρία ἡ Μαγδαλιὴ ἦλθε πρωὶ σκοτίας ἔτι οὔσης εἰς τὸ μνημεῖον· καὶ βλέπει τὸν λίθον ἠρμένον ἀπὸ τοῦ μνημείου· πλὴν πρὸ τούτου σκοτίας ἔτι οὔσης προελήλυθε. ὁ δὲ Λουκᾶς φησι, τὸ μὲν σάββατον ἡσυχάσαι κατὰ τὴν ἐντολήν· τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων, ὄρθρου βαθέος ἦλθε τὸ μνῆμα ἦλθον, φέρουσαι ἃ ἡτοίμασαν ἀρώματα· εὗρον δὲ τὸν λίθον ἀποκεκυλισμένον ἀπὸ τοῦ μνημείου. ὁ βαθὺς ὄρθρος ἴσως προϋποφαινομένῳ αὐτὴν ἑωθινὴν ἐμφανίζει τῶν μιᾶς τῶν σαββάτων, ὅτε τοῦ προσκυνητοῦ ἤδη πλείους σὺν τῇ μετ' αὐτὸ νυκτὶ πάσῃ τοῦ σαββάτου, καὶ ἡμέρας ἀρχομένης ἤμεσαν, ἦλθον τὰ ἀρώματα καὶ τὰ μύρα φέρουσαι· ὅπερ δῆλον ὡς ἀνέσχεν ἐπὶ πολλῶν. τούτῳ κατακολουθεῖ καὶ ὁ Μάρκος λέγων, ἠγόρασαι ἀρώματα ἵνα ἐλθοῦσαι ἀλείψωσιν αὐτόν. καὶ λίαν πρωὶ τῆς μιᾶς σαββάτων ἔρχονται ἐπὶ τὸ μνημεῖον ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου. λίαν μὲν γὰρ πρωὶ καὶ ἔστι εἰπεῖν, ὅταν ζοφερόν ᾖ τὸ βαθὺ ὄρθρου, καὶ ἐπήγαγε, ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου. ἡ μὲν ὁρμὴ καὶ ἡ ὁδὸς αὐτῶν, δῆλον ὡς ὄρθρου βαθέος καὶ λίαν πρωὶ κατῆρξεν. ἔφθασαν δὲ κατά τι τὴν πορείαν καὶ πρὸ τὸ μνημεῖον διανύσαι μέχρις ἀνατολῆς ἡλίου· καὶ λέγει καὶ τίς τούτοις ὁ νεανίσκος· ὁ λευχείμων, ἠγέρθη, οὐκ ἔστιν ὧδε. τούτων ὕτως ἐχόντων, τοῦτο τοῖς ἀκριβολογουμένοις ἀποφαρμάκια καὶ ποίαν ὥραν. ἢ καὶ ποῖον ἡμώριον ἢ ὥρας πίναξιν ἀρχαίαν προσῆκε τὸ ὅτι τῇ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἐκ νεκρῶν ἀναστάσει χαρᾶς. τοὺς μὲν λίαν ὀψὲ νυχτὸς καὶ πρὸ νυκτὸς ἔτι ἡδὺ μεσούσης ἀνίστας, ὡς ὀλιγώρους καὶ ἀκρατεῖς, μεμφόμενα, ὡς πρὸ ὀλίγου προκαταλύοντας τὸν δρόμον, λέγοντος ἀνδρὸς σοφοῦ, Οὐ μικρὸν ἐν βίῳ τὸ μὴ μικρόν. τοὺς δὲ ὑφυπερίζοντας καὶ ὑπαρκοῦντας ὅτι πλεῖον, καὶ μέχρι πέμπτης φυλακῆς διεγκαρτεροῦντας, καθ' ὃν καὶ τοῖς πλέουσιν ὁ σωτὴρ ἡμῶν περιπατῶν ὅτι τῆς θαλάσσης

*Iis*

λήμεις ἐπεφάνη, ὡς ἡδυπάθεις καὶ φιλοπόνους ἀποδεχόμεθα. A τοῖς δὲ μεταξὺ ὡς ἐκινήθησαν ἢ ὡς ἠδιώνησαν ἀναπαυσαμένοις, μὴ πάνυ διοχλεῖμεν· ἐπεὶ μηδὲ τοὺς ἐξ ἑτέρου νηστειῶν ἡμέρας ἴσως μηδὲ ὁμοίως πάντες ἀγωνίζονται· ἀλλ' οἱ μὲν καὶ πάσας ὑφιστάσιν ἄσιτοι ἀγωνιλοῦντες, οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ τρεῖς, οἱ δὲ τέσσαρας, οἱ δὲ ὀλίγας. καὶ τοῖς μὲν πάνυ ἀγωνιῶσιν ἐν τῷ ὑφίστασιν, εἶτα ἀποκαμοῦσι καὶ μονονὺ ἐκλείπουσι, συγγνώμη τῷ ταχυτέρας γεύσεως. εἰ δέ τινες οὐχ ὅπως οὐχ ὑφιστάμενοι, ἀλλὰ μηδὲ νηστεύσαντες ἢ καὶ τρυφήσαντες τοὺς προαγούσας τέσσαρας, εἶτα ἐλπίζοντες ὅτι τοὺς τελευταίας δύο καὶ μόνας ἡμέρας, αὐτοὺς ὑφιστάντες, τήν τε παρασκευὴν καὶ τὸ σάββατον, μέγα τι καὶ λαμπρὸν ποιεῖν νομίζουσιν ἂν μέχρι τῆς ἕω ἀγαμείνωσιν, οὐκ οἶμαι τὴν ἴσην ἄθλησιν αὐτοὺς πεποιῆσθαι, τοῖς τοὺς πλείονας ἡμέρας προησκηκόσι. ταῦτα μὲν ὡς φρονῶ συμβουλεύων περὶ τούτων ἔγραψα.

*Iis autem qui interea ut moti sunt, vel ut potuerunt, quiescunt, non valde molesti sumus: quandoquidem nec sex jejuniorum dies æqualiter, nec similiter omnes expectant: sed alii quidem, vel omnes transmittunt, jejuni permanentes, alii duos, alii tres, alii quatuor, alii nullum. Et iis quidem qui in illis transmittendis valde laboraverunt, deinde defessi sunt, & propemodum deficiunt, ignoscendum est quòd celeriùs gustent. Si qui autem non modò non transmissis, sed ne jejunatis quidem, vel etiam in delicatis opiparísque convivijs, consumptis præcedentibus quatuor diebus, ad duos eósque solos extremos dies cùm venerint, illis à se cibo non gustato transmissis, parasceue & sabbato, magnum quid & egregium se facere existimant, si ad auroram usque permanserint: non existimo eos ex æquo certamen subiisse cum iis qui se pluribus diebus priùs exercuerunt. Hæc quidem, ut sentio, consulens de hisce scripsi.*

ΒΑΛΣ. Ἐπαύστη τινὸς ἐρωτήσαντος Θ. τὸν μέγαν ἀρχιερέα τοῦτον, καθ' ἣν ὥραν ἀνέστη ὁ Χριστός, ἐφ' ᾧ κ. τὴν πρὸ ταύτης ὥραν ἀπονηστίζειν, ὁ ἀρχιερεὺς προέλετο ὅτι ἡ ἑορτὴ τοῦ πάσχα μ. τὸ ἀναστῆναι τ. κύριον, ἄρχ.· καὶ ἕως τότε ὀφείλομεν νηστεύειν· πλὴν καθ' ὃ, ἵν' πρὸ τ. ἀναστάσεως, ἀπονηστίζειν. ὅτι δ' οὐκ ἐξῆν αὐτῷ εἰπεῖν τὴν ὥραν καθ' ἣν ὁ κύριος Θ. ἀνέστη, ἀπελογήσατο ἀπὸ ῥημάτων διαφόρων διαγγελιστῶν, ὅτι εἰ καὶ μὴ ἔξεστιν ἀπὸ τούτων γνῶναι τ. ὥραν καθ' ἣν ὀφείλομεν ἀπονηστίζειν, ἀλλά τοὺς μὲν πρὸ τοῦ μεσονυκτίου λύοντας τὴν νηστείαν, ὡς ὀλιγώρους καὶ ἀκρατεῖς μεμφόμεθα· τοὺς δὲ μέχρι τετάρτης φυλακῆς ἢτοι ὄρθρου ἐγκαρτεροῦντας, ἀποδεχόμεθα· τοὺς δὲ ἐν τῷ μεταξὺ ἀναπαυθέντας, οὐκ αἰτιώμεθα· ὅτι καὶ τοὺς ἐξ ἡμέρας τ. τοῦ πάθους τ. κυρίου ἑβδομάδ Θ. πάντες ὁμοίως ἀγύουσιν. οἱ μὲν γὰρ πάσας νηστεύουσιν, οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ τρεῖς, οἱ δὲ πλείους, οἱ δὲ οὐδεμίαν. τοῖς οὖν ἐν πλείοσιν ἡμέραις νηστεύσασι, καὶ κρυπάσασιν, εἰ ταχύτερον γεύσονται ξηρῆς, συγγνώμην δοτέον· τοῖς δὲ τέσσαρας ἡμέρας μὴ νηστεύσασιν, ἀλλὰ καὶ τρυφήσασι, κ. δὲ τὴν παρασκευὴν καὶ τὸ σάββατον νηστεύσασι, μὴ νομιστέον μέγα τι ποιεῖν, εἰ μέχρι πρωΐας τ. ἀναστασίμου ἡμέρας ἐγκαρτερήσουσιν ἄσιτοι. οὐ γὰρ ὁμοίαν ποιοῦνται ἄθλησιν. καὶ ἡ μὲν ἀπολογία τοῦ παιδός, αὕτη. σὺ δὲ ἀνάγνωθι Θ. πθ'. κανόνα τ. ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδ Θ, ὁρίζομενον ἀπονηστίζεσθαι περὶ μέσας νύκτας τοῦ μεγάλου σαββάτου· τὰς δὲ ἄλλας ἡμέρας τοῦ σωτηρίου πάθους, ἐν νηστείᾳ καὶ προσευχῇ καὶ κατανύξει διάγειν. ἐπεὶ δὲ ἔξωθεν τοῦ αὐτοῦ κανόνος Θ. ἐσαφηνίσθη ἡ ὥρα τ. Χριστοῦ ἀναστάσεως ἀπὸ διαφόρων γραφικῶν τόπων κ. ὃ ἐγκωμιοῦμεν, (ὃ γὰρ ἀληθὲς μόνος Θ. οἶδεν ὁ ἀναστὰς θεός,) ὀφείλομεν εἰπεῖν ὅτι μέχρι μὲν τ. ἕκτης ὥρας καὶ αὐτῆς τοῦ νυκτερινοῦ σαββάτου ὀφείλομεν νηστεύειν. ἀπὸ δὲ τ. ἑβδόμης ὥρας ἐπεὶ ἄρχει ἡ κυριώνυμος Θ. καθ' ἣν καὶ ἀνέστη ὁ Χριστός, (εἰκὸς δὲ ἐξῆν ἢ κ. τὴν ἑβδόμην ἢ κ. τὴν ὀγδόην ὥραν γεγενῆσθαι τὴν ἀνάστασιν,) οὐκ ὀφείλομεν κ. ταύτας νηστεύειν, οὐδὲ ἀπονηστίζειν, ἵνα μὴ δόξωμεν ἐναντιοῦσθαι τοῖς κανόσι τοῖς ὁρίζομένοις κ. τὰς κυριωνύμους μὴ νηστεύειν ἡμᾶς. κἂν γὰρ τρίτη ἡμέρα λογίζηται ἡ κυριώνυμος Θ., ἀλλ' εἰς μόνον ὃ ἅψασθαι ταύτης τ. τεσσαρεσκαιδεκάτην ἀνάστασιν, λογίζεται τρίτη. πρώτη γάρ ἐστι. καὶ ἀκολούθως τῷ πθ'. κανόνι τ. ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδ Θ, λέγοντι περὶ τ. ἑβδόμης ὥρας τοῦ νυκτερινοῦ σαββάτου ὀφείλειν ἡμᾶς ἀπονηστίζεσθαι, ἐν οἵᾳ ὥρᾳ βουληθῇ τις τῶν ἐξ πρώτων ὡρῶν, πάντως κ. τὴν οἰκείαν δύναμιν καὶ προαίρεσιν.

ΒΑΣΙΛ. Cùm Episcopus quidam magnum hunc Antistitem interrogasset, qua hora surrexit Christus, ut horâ quæ illam præcessit, jejunium solveret, proposuit Antistes quòd festum Paschæ, postquam Dominus surrexerit, incipit, & eo usque debemus jejunate: Tunc autem non ante resurrectionem jejunium solvere. Quia autem non poterat dicere horam qua Christus resurrexit, respondit ex diversis verbis Evangelistarum, quòd & si ex iis horam qua jejunium solvere debemus, cognoscere non liceat, eos tamen qui ante mediam noctem solvunt jejunium, ut contemptores & intemperantes vituperamus: eos autem, qui ad quartam usque vigiliam, seu ad diluculum usque, fortiter perdurant, amplectimur: eos verò qui interea interquieverunt, non reprehendimus, quia nec sex passionis Domini hebdomadæ dies, omnes similiter peragunt. Alii enim omnes jejunant, alii verò duos, alii tres, alii autem plures, alii verò nullum. Iis ergo qui pluribus diebus jejunârunt & laborarunt, si alimentum citiùs gustaverint, venia danda est: eos autem qui quatuor dies non jejunarunt, sed delicatè opiparèque vixerunt, in parascene autem & sabbato jejunavêre, existimare non oportet magnum quid facere, si usque ad matutinum resurrectionis diei sine cibo jejuni permanserint: neque enim simile certamen adeunt. Atque hæc quidem est Patris responsio. Tu autem lege lxxxix. Can. Syn. in Trúllo, statuentem jejunium solvendum esse circa medias noctes magni sabbati, aliis autem diebus salutiferæ passionis, in jejunio, & oratione, & compunctione versari oportere. Quoniam autem extrinsecus ab eodem Canone declarata est hora Christi resurrectionis ex diversis Scripturis, quoad ejus fieri potuit: (verum enim solus novit, qui resurrexit Deus) debemus dicere, quòd usque ad horam sextam, & ipsum nocturnum sabbatum, debemus jejunare. Ab hora autem septima, quoniam incipit dominicus quo etiam resurrexit Christus, (est autem verisimile vel vii. vel viii. horâ fuisse resurrectionem ejus) jejunare non debemus nec jejunium solvere, ne videamur repugnare Canonibus qui statuunt nos diebus dominicis non debere jejunare. Etsi enim dies tertius reputetur dominicus, solum tamen propterea quòd trium dierum resurrectio eum attingat, tertius dicitur: est enim primus. & lxxxix. Can. Syn. in Trullo convenienter, dic ante horam septimam nocturni sabbati debere nos jejunium solvere in quacunque hora voluerit quispiam ex sex primis horis, idque omnino ex libera uniuscujusque potestate & arbitrio.

ZONAR. Huic interrogationi respondet is cui proposita interrogatio est, quòd postulâsti sedulam impont legem, hoc est, regulam, formámque præscribi, ac adhibita diligentia certi aliquid statui de hora Dominicæ resurrectionis, quod quidem & difficile est, & lubricum: quandoquidem, post excitatum à mortuis Dominum Resurrectionis celebritatem inchoari oportet, hucusque jejunantes, animique hoc pacto demissionem curantes. In ea namque quæ per jejunium est corporis afflictatione, animi demissio quæritur: ut proinde si elatior sit jejunantis animus, irritum esse jejunium omnium confessione judicetur. Subjicit deinde, quicunque ad sepulchrum sunt profecti, eos jam excitatum à mortuis Dominum reperiisse: neque diffidere inquit, ac sibi invicem adversari Evangelistas arbitremur, quod cum eadem nocte Dominum surrexisse communi consensu tradant, quanam hora surrexit, minus explorate indicant. Tum ipsamet verba, vel potius locos scripturæ profert, in quibus Evangelistarum quilibet de resurrectione Dominica loquitur, ac eam quæ inter ipsos videtur esse discrepantiam componit. Atque adhæc, qui quidem ante noctis medium solvunt jejunium, veluti contemptores, intemperantésque reprehendimus, quippe exiguum ad tempus jejunii cursum dissolvunt: qui vero ad quartam usque vigiliam, hoc est, matutinum tempus fortiter abstinent, eos probamus: siqui vero post mediam noctem, quieverunt, hoc est afflictationem ex jejunio profectam ut potuere sedaverunt, iis, inquit, nihil molesti sumus: hoc est, nihil est quod non ad matutinum usque tempus perduraverint, accusamus, quia sex quoque dies ejus hebdomadæ qua passus est Dominus, non omnes eodem modo transigunt. Nam alii quidem omnes jejunant, alii verò duos, tresve, alii verò plures, alii porro ne unum quidem. Iis ergo qui plures dies jejunaverunt, ampliúsq; laboraverunt, si citius cibum degustarint, ignoscimus. Si qui vero non modo dies aliquot haud jejunarunt quin potius aliis quatuor hebdomadæ diebus luxuriosè vixerunt, in parasceue autem, & Sabbato à cibo abstinuerunt, ac magnum quiddam facere se arbitrantur, si usque ad matutinam horam diei qui resurrectione sacer est, jejuni perseverent, non simile inquit, certamen perficiunt: Hoc est, non pariter laborarunt, iis qui se pluribus diebus jejunio exercuerunt. Nonus quoque supra octogesimum sextæ Synodi Canon, circiter mediam magni Sabbati noctem, jejunium solvendum asserit, reliquos hedomadæ quâ Christus passus est, dies, & in precatione, & cordis compunctione peragentes.

ΖΩΝΑΡ. Περὶ τοῦ ἐρωτήματος ταὐτὸ φησὶν ὁ ἐρωτηθεὶς, ὅτι ἐζήτησαι ἀκριβῶς ὅσον ὑπεθέμην, ἧμιν κανόνα καὶ τύπον ὁρισθῆναι, καὶ ἀφορισθῆναι ἀκριβῶς, πῶς ὥρας τῆς ἀναστάσεως τοῦ κυρίου, ὅπερ καὶ δύσκολον καὶ σφαλερόν ἐστιν. ὅτι μὲν γὰρ μὴ τοῦ ἀναστῆναι τὸν κύριον τῆς ἑορτῆς τῆς ἀναστάσεως ἄρχεσθαι δεῖ, ἕως τούτου νηστεύοντας, καὶ ταῖς ψυχαῖς ὕπτιος ταπεινοῦντας. ἡ μὲν γὰρ ἐκ τῆς νηστείας ταπείνωσις τοῦ σώματός ἐστι, ἐκ δὲ τοῦ τῆς ψυχῆς ὑπτιασθεῖσα ταπείνωσιν· ὡς εἶναι ἐπιμένειν τὸν τῷ νηστεύοντι. ἡ ψυχὴ, μαλαία ἡ νηστεία ἐστὶ, τοῦτο ὁμολογούμενον. ἐπαίρῃ δ' ὅτι ὅσοι πρὸς τὸ μνημεῖον ἀπῆλθον ἀναστάντα ἤδη εὗρον τὸν κύριον· καὶ μὴ διαφωνεῖν φησι, καὶ ἐναντιοῦσθαι ἀλλήλοις διϊσχυρίζεσθαι τὰς εὐαγγελιστὰς, ὅτι συμφωνοῦντες περὶ τῆς ἀναστάσεως ὡς ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ τὸν κύριον ἀνεστάντα, τὴν ὥραν καθ' ἣν ἐμίσῃ γραφὴς ὑ λέγουσιν. εἶτα καὶ αὐτὰ τὰ ῥήματα ἢ μᾶλλον τὰ χωρία τῆς γραφῆς σπουδάσιν, ὅσα ἕκαστος τῶν εὐαγγελιστῶν λέγει περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ κυρίου, καὶ συμβιβάζειν ἔοικεν ἀλλήλοις δοκοῦσαν διαφωνίαν αὐτῶν. καὶ ὅτι τίνες τὸν μὲν πρὸ τοῦ μεσονυκτίου λύουσι τῇ νηστείᾳ, ὡς ὀλιγωροῦντες καὶ ἀκρατεῖς φησι μεμφόμεθα, ὡς δὲ ὀλίγῳ ὥραν τὸν δρόμον τῆς νηστείας καταλύοντας· τοὺς δὲ μέχρι τετάρτης φυλακῆς, ἤτοι ὄρθρου ἐγκαρτεροῦντας ἀποδεχόμεθα. εἰ δέ τινες μὴ τὸ μεσονύκτιον διεπαύσαντο, ἧττον τῇ κακοπαθείᾳ τῇ ἐκ τῆς νηστείας ἔπαυσαν ὡς ἠδυπάθησαν, τίνες φησὶ μὴ ἐνοχλοῦμεν· ἀντὶ τοῦ μὴ ὅτι ἕως τοσοῦτον ἐνοχλοῦμεν αἰτιώμεθα αὐτοὺς, ὅτι ἐσθίουσι τὰς ἓξ ἡμέρας τῆς τοῦ πάθους τοῦ κυρίου ἑβδομάδος πλήρεις ὁμοίως ἀνύοντες. οἱ μὲν γὰρ πάσας νηστεύουσιν, οἱ δὲ δύο ἢ τρεῖς, οἱ δὲ πλείους, οἱ δὲ ὁλοσχερῶς. τοῖς οὖν πλείονας ἡμέρας νηστεύσασι καὶ κοπιάσασι μᾶλλον εἰ ταχύτερον γεύσονται τροφῆς συγγνώμην. εἰ δέ τινες οὐ μόνον ἐφ' ἡμέρας πλείους οὐκ ἐνήστευσαν, ἀλλὰ καὶ ἐπιτρύφησαν ταῖς ἑτέραις πάσαις τῆς ἑβδομάδος ἡμέρας, καὶ δὲ τῷ σαββάτῳ καὶ ὅ ἐστὶν ἀπέχοντο βρώσεως, καὶ μέγα τι ποιεῖν νομίζουσιν, εἰ μέχρι τρίτης τῆς ἀναστασίμου ἡμέρας ἐνηστεύσησαν ἄσιτοι, οὐ τῷ ὁμοίῳ ἄθλησιν ποιοῦσι· τοιοῦτοι γὰρ ὁμοίως κεκοπιάκασι, τοῖς πλείονας ἡμέρας ἀσκήσασι. καὶ ὁ πθ'. κανὼν τῆς ς'. συνόδου, περὶ μέσας νύκτας τοῦ μεγάλου Σαββάτου φησὶ δεῖν ἀπονηστίζεσθαι, τὰς ἄλλας ἡμέρας τῆς ἑβδομάδος τοῦ πάθους ἐν νηστείᾳ καὶ τρυφερᾷ καὶ κατανύξει διαγούσας.

Canon II.

*De mulieribus autem, quæ sunt in abscessu, an eas sic affectas oporteat domum Dei ingredi, supervacaneum vel interrogare existimo. Neque enim eas existimo, si sint piæ & fideles, sic affectas, ausuras vel ad sanctam mensam accedere, vel corpus & sanguinem Domini attingere. Neque enim, quæ xij. annorum fluxum habebat, ipsum ad medicinam tetigit, sed solam ejus fimbriam. Orare enim quomodocunq; se habeat aliquis, & utcunque sit affectus Domini meminisse, & auxilium implorare, non est reprehendendum. Ad sancta autem sanctorum, qui non omnino animâ pariter & corpore purus est, accedere prohibebitur.*

Κανων β'.

Περὶ δὲ τῆς ἐν ἀφέδρῳ γυναικὸς, εἰ προσῆκεν αὐτὰς ὕστερον ἀφικνουμένας εἰς τὸν οἶκον εἰσιέναι τοῦ θεοῦ, ἀδιάφορον καὶ περισσὸν νομίζω. οὐδὲ γὰρ αὐτὰς οἴομαι πιστὰς ἔσεσθαι καὶ δίλαβεῖς, τολμήσειν ὕστερον ἀφικνουμένας, ἢ τῇ τραπέζῃ τῇ ἁγίᾳ προσελθεῖν, ἢ τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ προσάψασθαι. οὐδὲ γὰρ ἡ τῶν δωδεκαετῆ ῥύσιν ἔχουσα προσῆλθε τοῦ ἰάσεως ἐνδεὴς αὐτοῦ. ἀλλὰ μόνου τοῦ κρασπέδου. προσδύχεσθαι μὲν γὰρ ὅπως ἂν ἔχῃ τις, καὶ ὡς ἂν βούλεται, μεμνῆσθαι τοῦ δεσπότου, καὶ δεῖσθαι βοηθείας τυχεῖν, ἀνεπίφθονον. εἰς δὲ τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, ὁ μὴ πάντη καθαρὸς καὶ ψυχῇ καὶ σώματι, προσιέναι κωλυθήσεται.

*De mulieribus autem, quæ sunt in abscessu, an eas sic affectas oporteat domum Dei ingredi, supervacaneum vel interrogare existimo. Neque enim eas existimo, si sint piæ & fideles, sic affectas, ausuras vel ad sanctam mensam accedere, vel corpus & sanguinem Domini attingere. Neque enim, quæ xij. annorum fluxum habebat, ipsum ad medicinam tetigit, sed solam ejus fimbriam. Orare enim quomodocunq; se habeat aliquis, & utcunque sit affectus Domini meminisse, & auxilium implorare, non est reprehendendum. Ad sancta autem sanctorum, qui non omnino animâ pariter & corpore purus est, accedere prohibebitur.*

BALS. Hebraicæ mulieres, quando fuerit eis profluvium menstruum, in loco solitario sedentes quiescunt donec septem dies præterierint, & menstruorum fluxus expurgatus stiterit. Unde acceptum est illud, In abscessu, pro eo quod est, separatas esse ipsas á reliquorum sede, ut immundas. Interrogatus ergo Sanctus de fidelibus mulieribus, an eas oporteat quando à menstruis vexantur, Ecclesiam ingredi, respondit non oportere

ΒΑΛΣ. Αἱ Ἑβραίδες γυναῖκες ὅταν γένηται αὐταῖς ἡ τῆς ἐμμήνων ῥύσις, ἐν τόπῳ μεμονωμένῳ καθήμεναι, ἡσυχάζουσιν ἕως οὗ ἡμέραι ἑπτὰ παρέλθωσι, καὶ ἡ τῆς ἐμμήνων ῥύσις καθαιρεθῇ· ὅθεν εἴληπται ὃ ὂν ἀφέδρῳ, ἤτοι ὃ χωρὶς ἄλλαις ἀπὸ τῆς τῶν λοιπῶν ἕδρας, ὡς ἀκαθάρτους. ἐρωτηθεὶς οὖν ὁ ἅγιος περὶ τῶν πιστῶν γυναικῶν, εἰ δεῖ τούτας ὅταν ὑπὸ τῶν ἐμμήνων ὀχλῶνται, εἰσιέναι εἰς ἐκκλησίαν

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

σίαν, ἀπεκρίθη μὴ δεῖν τοῦτο γίνεσθαι, καὶ τὴν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ αἱμορροοῦσαν παράδειγμα εἰς ἐξήγησιν, μὴ τολμήσασαν θίξαι τοῦ κυρίου, ἀλλ' ἢ μόνου τοῦ κρασπέδου αὐτοῦ. εὔχεσθαι μὲν γὰρ καὶ τοῦ κυρίου μεμνῆσθαί φησιν· ἐν δὲ τούτῳ καιρῷ κωλυθήσονται· εἰς ναὸν δὲ θεοῦ εἰσιέναι ἢ μεταλαμβάνειν αὐταῖς τῶν ἁγιασμάτων, οὐ δεῖ. ταῦτα τοῦ μεγάλου ἀρχιερέως ὁρισαμένου, βλέπομεν σήμερον εἰς τὰ γυναικεῖα καὶ μᾶλλον μοναστήρια ἀδεῶς τοιαύτας ἱσταμένας γυναῖκας εἰς τοὺς θεωνάς πυκτοίας ἁγίας εἰκόσι κεκαλλωπισμένους, καὶ εἰς δοξολογίαν θεοῦ ἀπενεμηθείσας. καὶ ἐρωτῶντες ὅπως τοῦτο γένηται, ἀκούομεν μὴ ἐκκλησιάζειν αὐτάς, ὅπερ ἐμοὶ πῶς οὐ δοκεῖ. οὐ γάρ εἰσιν οἱ θεῶνες κοινοὶ ὡς τὰ τῆς ἐκκλησίας θεραύλια, ἀλλὰ μέρος αὐτοῖς ἀπενεμηθὲν τῇ γυναικείᾳ τῇ μὴ κωλυομέναις ἐκκλησιάζειν. ὃς δὲ θεῶνος, τόπος δύο πέραν ἔξω μεσημοίας, ὁ τῶν ἀκροωμένων λεγόμενος· καὶ ἐν αὐτῷ οὐδὲ ἀνδράσιν ἐφεῖται ἵστασθαι, ὅπως μηδὲν μὴ ἐκκλησιάζειν, ἀλλὰ ἔξωθεν αὐτοῦ θεωρεῖν. ἔδει γοῦν τοὺς τοιούτους θεωνάς εἰς οὓς αἱ τοιαῦται ἀκάθαρτοι γυναῖκες ἔμελλον ἵστασθαι, μὴ ἀναπληροῦν τόπον ἐκκλησιῶν ὀρθῶς, ὥστε καὶ ἱερεῖς μὴ τὰ θεῖα μυστήρια ἀγιασμάτων διέρχεσθαι κατὰ τὸν χερουβικὸν ὕμνον, καὶ θυμιᾶν τοὺς ἐν τούτῳ ἴσως οὔσας παῖδας καὶ ἁγίους, καὶ πλουτεῖν ἁγίων εὐχῶν ποιεῖν· ἢ κἂν μὴ ὅπωσοῦν ὅπωσοῦν τοὺς τοιούτους τόπους ἀφορίζεσθαι, ὥστε ἀδιακρισίας ἵστασθαι ἐν αὐτοῖς τὰς ἀκαθάρτους γυναῖκας. ἐγὼ δὲ εἶδον καὶ τοιαύτην γυναῖκα ὅτι θεωνάς ἑστῶσαν, καὶ διάνοιαν ἀρραβωνιαστικὴν ἀγγέλου ἀρχιερέως δεξαμένου· ὅθεν καὶ ἐθαύμασα. ὡς ἔοικε δὲ ὁ παλαιὸν εἰσήρχοντο γυναῖκες εἰς τὸ θυσιαστήριον, καὶ ἀπὸ τῆς ἁγίας τραπέζης μετελάμβανον. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου μέμνηται ὁ κανών. καὶ ἀνάγνωθι καὶ μδ'. κανόνα τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου, καὶ καὶ ξδ'. τῆς ς'. συνόδου. ὡσαύτως ἀνάγνωθι καὶ τὸν ιζ'. νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ φιλοσόφου, ἐν μέρει ταῦτα διαλαμβάνουσαν· ὁρίζομεν περὶ πεκτοῦν γυναικῶν καὶ περὶ τῶν ὅσαι τῇ φυσικῇ καθάρσει καταλαμβάνονται, ἀνενοχλήτους μὲν ὑπ' ἄλλης τινὸς διαθέσεως, νοσερᾶς τῆς ζωῆς αὐτοῖς συμπλέκοντος, ἀμετόχους εἶναι· τὰς μὲν ἁπλεστέρας, τοῦ φωτισμοῦ· τὰς δὲ μεμυσταγωγημένας, τῶν ἀχράντων μυστηρίων τῆς μεταλήψεως, μέχρι τῆς τῶν μ'. ἡμερῶν προθεσμίας. νοσημάτων δὲ τινῶν καταρρεόντων καὶ τὴν διακωλύσασαν τῆς ζωῆς ἀπειλουμένων, πάντα τοῦτο μεταλαμβάνειν αὐτὰς τοῦ ἁγιάσματος. καὶ μετά τινα πάλιν περὶ ἐκκλείσεως ἢ αὐτῆς νεαρὰ περὶ βρεφῶν, νοσήματος μὲν μὴ κατεπείγοντος, μὴ τὴν ὀγδόην ἡμέραν ταῦτα βαπτίζεσθαι· ἐπανάτου δὲ ἐφισταμένου καὶ τὴν ὀγδόην ἡμέραν ἐντὸς αὐτὰ βαπτίζεσθαι. ἐπεὶ δέ τινος λέγοντος ὡς οὐκ ὀφείλουσιν οἱ ἀφωρισμένοι λαϊκοὶ ἢ ἀκροᾶσθαι θείων ψαλμῳδημάτων, ἔξωθεν τοῦ θρόνου ἱστάμενοι, ἀλλ' οὐδὲ ψάλλειν· ἀπολογούμενος πρὸς αὐτὸν ὅτι τὸ ὂν τῷ θρόνῳ κανόνι γεγραμμένα ὅπως ὁμίζουσί σε ἄνθρωπε τοιαῦτα λέγοντα. ὥσπερ γὰρ αἱ μὴ ἀφορισμέναι ἐκκλησιάζειν γυναῖκες προσεύχεσθαι οὐ κωλύονται, οὕτως οὐδὲ οἱ ἀφωρισμένοι κωλυθήσονται καθ' ἑαυτοὺς εὔχεσθαι. ἵσασθαι δὲ καὶ ἔξωθεν τοῦ θρόνου τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἀκροᾶσθαι τῶν θείων ψαλμῳδημάτων. διότι τοῦτο πρὸς πλείονα συντέλειαν αὐτῶν ἐστίν.

ZΩNAP. Ἑβραίδες γυναῖκες ὅτε γένηται αὐταῖς ἡ τῶν ἐμμήνων ῥῦσις ἐν τόπῳ μεμονωμένῳ καθήμεναι, ἡσυχάζουσιν, ἕως ἂν ἑπτὰ ἡμέραι παρέλθωσιν. ὅθεν εἴληπται τὸ ἐν ἀφέδρῳ δηλοῦν, τὸ κεχωρίσθαι αὐτὰς ἀπὸ τῶν λοιπῶν ἕδρας ὡς ἀκαθάρτους. ἐρωτηθεὶς ὁ πατὴρ ἐκεῖνος περὶ τῶν πιστῶν γυναικῶν εἰ χρὴ ταύτας ὅτε ἡ τῶν ἐμμήνων ῥῦσις αὐταῖς ἐνοχλεῖ, εἰσιέναι εἰς ἐκκλησίαν, ἀπεκρίθη, μὴ δεῖν, καὶ τὸν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ αἱμορροοῦσαν παράδειγμα μὴ τολμήσασαν θίξαι τοῦ κυρίου, ἀλλ' ἢ μόνου τοῦ κρασπέδου αὐτοῦ. εὔχεσθαι μὲν γὰρ καὶ τοῦ κυρίου μεμνῆσθαί φησιν, ἐν δὲ τῷ τοιούτῳ καιρῷ κωλυθήσονται· εἰς ναὸν δὲ Θεοῦ εἰσιέναι, ἢ μεταλαμβάνειν αὐταῖς τῶν ἁγιασμάτων οὐ δεῖ.

A hoc fieri: & mulierem quæ sanguinis profluvio in evangelio laborabat, in exemplum adduxit, non ausam dominum tangere, sed solam ipsius fimbriam. Orare enim & Domini meminisse, inquit, ne in hoc quidem tempore prohibebuntur: Templum autem ingredi, vel sanctorum ipsas esse participes non convenit. Hæc cùm Antistes definierit, videmus hodie in gynæceis & maximè in monasteriis, tales mulieres secure stare in templorum vestibulis, quæ sanctis omnis generis imaginibus exornata, & ad Dei laudem deputata sunt: & cùm interrogamus quomodo hoc fiat, audimus eas non esse in Ecclesia, quod mihi quidem non ita esse videtur. Non sunt B enim vestibula communia ut Ecclesiarum atria, sed pars sunt ipsarum mulieribus attributa quæ in Ecclesia versari non prohibentur. Quod quidem vestibulum est locus secundæ pœnitentiæ qui dicitur audientium: & in ipso ne viris quidem stare permittitur, quibus imposita est pœna ne in ecclesia versentur, sed extra ipsum deflere. Oportet ergo ejusmodi vestibula in quibus stabunt ejusmodi immundæ mulieres, Ecclesiarum locum directò non implere, ut etiam Sacerdotes cum divinis sacramentis in Cherubico hymno transeant, & sepulchra quæ illic fortè sunt, suffiant, & sanctos, & sacrarum precum mysteria peragant: vel etiam cum episcopali per- C missione ejusmodi loca separare, ut immundæ mulieres in eis sine præjudicio stare possint. Ego autem vidi etiam ejusmodi mulierem in vestibulo stantem, & arrhæ orationem ab Antistite accipientem, quod quidem sum admiratus. Olim autem, ut est verisimile, mulieres ad altare accedebant, & de sancta mensa participabant. Propterea enim altaris quoque Canon meminit. Lege xliiij. Canonem Synodi Laodicenæ, & lxix. vj. Synod. similiter lege & xvij. Novellam Regis Domini Leonis Sapientis hæc in parte tractantem: Statuimus de mulieribus, quæ peperierunt, & de iis quæ naturali purgatione detinentur, siquidem eorum vita à nulla alia morbosa D affectione perturbatur, ut quæ non sunt quidem initiatæ, non sint illuminationis participes: quæ autem sunt in divinis ministeriis initiatæ, impolluta mysteria non participent, usque ad quadraginta dierum terminum. Quòd si morbus invaserit, & se vitam abrupturum minetur, ut sint omnino sacramenti participes. Et post nonnulla ipsa rursus jubet de infantibus novella, ut morbo quidem non urgente ii post octavum diem baptizentur: quòd si mors immineat, ii etiam ante octavum baptizentur. Sed quia audivi quendam dicentem non debere segregatos Laicos extra vestibulum stantes divinas Psalmodias audire, sed neque psallere: ei respon- E deo, quòd, quæ in præsenti Canone scripta sunt, tibi ô homo qui hæc dicis, os occludunt. Quemadmodum enim, quæ in Ecclesia versari non sinuntur mulieres, orare non vetantur, ita nec qui sunt segregati, per se orare prohibebuntur: sed & extra Ecclesiæ vestibulum stare, & divinas Psalmodias audire: hoc enim fit ad majorem eorum exercitationem.

ZONAR. Hebræorum mulieres cum sanguinis menstrui fluxus ipsis contingit, in solitario sedentes loco, neminem nisi post septem elapsos dies alloquuntur: F unde verbum illud, in abscessu, desumptum est, indicans eas ab aliarum consessu, velut impuras fuisse segregatas. Rogatus porro hic Pater de fidelibus mulieribus, num eas cum menstruorum fluxu divexantur, in Ecclesiam ingredi oporteat, haud oportere respondit, profertque exempli loco illam ex Evangelio mulierem quæ sanguinis fluxum patiebatur, quæ Dominum ipsum nequaquam ausa est contingere, sed vestis ejus tantummodo limbum. Precari porro, ac Domini meminisse, inquit, nequaquam eo tempore prohibentur: verum in templum Dei ipsas ingredi, aut sacris mysteriis communicare, haud licet.

## Canon III.

*Porrò qui satis ad id instructi sunt & consenuerunt, debent esse sui judices. Quòd enim à se invicem ex consensu abstinere conveniat, ut ad tempus vacent orationi, & rursus conveniant, Paulum dicentem audiverunt.*

Bals. Ut est verisimile, fuerat Sanctus interrogatus, an admittat, conjuges qui consenuerunt, quo tempore debent orare, à conjunctione abstinere: & dicit, quòd qui tales sunt, debent esse sui judices: & aliquando à se invicem ex consensu, seu ex communi voluntate abstineant: quo scilicet tempore orare statuerunt, cùm omni continentia versentur, & rursus simul conveniant. Nam & magnus Paulus hoc statuit. Et Canon quidem dicit de iis qui consenuerint: est autem etiam intelligendus de omnibus conjugibus. Rectè autem dixit illud, Ex consensu: Neque enim vir habet sui corporis potestatem, nec mulier, secundùm magnum Apostolum. Propterea ergo eos oportet inter se de continendo consentire, ut vacent orationi & jejunio. Nisi enim ex consensu abstineant, pars quæ non vult omnino conjunctionem, frustratur eam quæ postulat: & quomodo ea pars quæ conjunctionem quærit & non permittitur, ejus quæ non permittit potestatem habere videatur? Accidit autem ut etiam alterius continentia alterius partis damno cedat. Si enim à cupiditate vincitur, & non fit ei potestas, in coitum illegitimum incidet. Dicit autem quispiam, cum Canon dicat separandos esse conjuges ut orationi vacent, definit autem Apostolus nos debere sine intermissione orare; sempérne oportet eos qui cohabitant, à se invicem abstinere? Sed non de quavis oratione agitur, sed de præstantiore, sanctorum scilicet jejuniorum. Nam & per Mosem Deus Judæis divinas voces in monte audituris præcepit ut à propriis uxoribus abstinerent. Et Propheta Joel, Sanctificare, inquit, jejunium, & exeat sponsus ex cubili suo, & sponsa ex suo thalamo. Cùm hæc autem ita se habeant, non video quibusnam pœnis subjicientur qui hæc non servant. Existimo autem quòd pro judicio ejus qui audit confessionem, medicina adhibebitur personis, & necessitati naturæ. Lege cij. Can. Syn. in Trullo.

Zonar. De iis qui legitimo inter se matrimonio copulati sunt, rogatus num abstinere invicem debeant, respondit, oportere ipsosmet sui esse judices, & aliquando abstinere invicem, ex consensu, hoc est communi utriusque voluntate. Neque enim vir potestatem habet sui corporis, neque mulier, ut magnus Apostolus ait. Proinde ergo convenire inter se invicem oportet de abstinentia, ut precatione ac jejunio vacent. Etenim si non ex consensu abstineant, fraudabit plane ea pars quæ congressum renuit, alteram quæ hunc deposcit. Atqui quonam modo dicas potestatem habere in corpus ejus partis quæ congressum abnuit, alteram cui deposcenti ille haud quaquam permittitur? Contingit etiam præterea, ut alterius continentia, alteri fortasse detrimentum importet. Si namque cupiditas urgeat, nec illi permittitur, in copulam illegitimam incidet. Deinde tempus quoque definit Apostolus, quod quidem asserit esse precationis, & jejunii. Dicet igitur quispiam, cum perpetuo precationi vacandum esse Apostolus doceat, conjuges quoque perpetuo abstinere invicem oportebit, si precationis tempore abstinentia mutua sit indicta. Verum non de quacunque precatione hoc loco Apostolus loquitur, sed de quadam accuratiore præ cæteris, quam in lachrymis & afflictionibus peragi oportet. Non enim plane perpetuo hanc precationis rationem tenebunt: jejunium vero illud intelligit, quod statutis temporibus

## ΚΑΝΩΝ γ'.

Αὐτάρκεις ἤ κ᾽ οἱ γεγαμηκότες, ἑαυτῶν ὀφείλουσιν εἶ κριταί. ὅτι γὰρ ἀπέχεσθαι ἀλλήλων προσῆκον ἐκ συμφωνίας, ἵνα πρὸς καιρὸν σχολάσωσι τῇ προσευχῇ, κ᾽ πάλιν ὅτι ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὦσιν, ἀκηκόασι Παύλου γράφοντος.

ΒΑΛΣ. Ὡς ἔοικεν ἠρωτήθη ὁ ἅγιος. ἐὰν ἐνδέχηται τοὺς συζύγους γεγαμηκότας, καθ᾽ ἃς καιρὰς ὀφείλουσι προσεύχεσθαι, τῆς ὁμιλίας ἀπέχεσθαι· καί φησιν ὡς οἱ τοιοῦτοι, ἑαυτῶν κριταὶ γινέσθωσαν· καὶ πότε ἀλλήλων ἐκ συμφώνου ἦσαν ἐκ κοινοῦ θελήματος, ἀπεχέτωσαν, ἦσαν κ᾽ τὰς καιρὰς καθ᾽ ἃς ἐσκοπὸς προσεύχεσθαι, σχολαζέτωσαν μᾶλλον πάσης σωφροσύνης, κ᾽ πάλιν ὅπου ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἔστωσαν. ὅτι καὶ ὁ μέγας Παῦλος τοῦτο διατάσσεται. καὶ ὁ μὲν κανὼν τοὺς γεγαμηκότας φησίν. ἐξακουστέον δὲ ἁπάντων καὶ εἰς πάντας τοὺς ὁμοζύγους. καλῶς μὲν εἶπε καὶ ὁ συμφώνου. ἔστι γὰρ ὁ ἀνὴρ ἐξουσιάζει τοῦ ἰδίου σώματος· ἔστι καὶ ἡ γυνὴ κ᾽ τὸ μέγαν ἀπόστολον. διὰ τοῦτο οὖν συμφωνεῖν ἀλλήλοις δεῖ πρὸς ἀποχήν· ἵνα σχολάσωσι τῇ προσευχῇ, καὶ τῇ νηστείᾳ. εἰ μὴ γὰρ ἐκ συμφώνου γένοιτο ἡ ἀποχή, ἀποστερεῖ πάντως ὃ μὴ βουλόμενον τὴν σωματικὴν μέρος, ὃ ζητοῦν ὑπάρχειν. καὶ πῶς ἂν δόξειε ἐξουσιάζειν τοῦ σώματος τοῦ μὴ συγχωροῦντος μέρους, ὃ τὴν σωφροσύνην ζητοῦν καὶ μὴ συγχωρούμενον; συμβαίνει δ᾽ καὶ τὸν ἕτερον ἐγκρατείαν, εἰς βλάβην ἴσως ἀποβαίνειν ἑτέρου. εἰ γὰρ νικᾶται ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας καὶ ἡ σωφρονεῖται, πρόσκαιρος ἔσται μισθὸς ἀθέσμου. εἶτα καὶ ὁ καιρὸν ὁ ἀπόστολος ὁρίζει. ὃν φησιν εἶ τῆς προσευχῆς καὶ νηστείας· ἐρεῖ οὖν τις ὅτι τοῦ ἀποστόλου λέγοντος, ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε. αἰεὶ χρὴ καὶ τοὺς συνοικοῦντας ἀλλήλων ἀπέχεσθαι· εἰ ὅτε προσεύχονται ἀλλήλων ἀπαλλάττεσθαι ἀπέχεσθαι· ἀλλ᾽ ἡ ἐπὶ πάσης προσευχῆς ἐνταῦθα φησιν ὁ ἀπόστολος, ἐπὶ δὲ γε τῆς σπουδαιοτέρας ἴσως ὧν δάκρυσι καὶ κακοπαθείαις δεῖ γίνεσθαι. ἡ γὰρ πάντως ἔστωσι προσδέχονται πάντοτε· νηστείαν μὲν λέγει τὴν γινομένην ἐν καιροῖς ὡρισμένοις, ἢ ὅτε μέλλοι τις τῆς ἁγιασμάτων μετέχειν. καὶ τοῖς Ἰουδαίοις δὲ μέλλουσιν ἀκούσαι τῆς ἐν τῷ ὄρει θείων φωνῶν, ἀπέχεσθαι

ἀπέχεσθαι τῆς γαμετῆς ἐπετάχθη. καὶ ὁ Ιωὴλ ἁγιάσατε νηστείαν εἰπών, ἐξελθέτω, ἐρχέσθετω, νυμφίος ἐκ τοῦ κοιτῶνος αὐτοῦ, καὶ νύμφη ἐκ τοῦ παστοῦ αὐτῆς. δεῖ γὰρ τοὺς νηστεύοντας ἡδυπαθείας πάσης ἀπέχεσθαι· ὅτι χαυνοῦσι τὸν ψυχὴν καὶ συγχέαι τὸν λογισμὸν αἱ τῆς ἡδονῆς ἀπολαύσεις πεφύκασιν.

A exercetur, vel cum sacris mysteriis cuipiam est communicandum. Nam & Judæis cum divinas voces in monte audituri essent, ut à conjugibus abstinerent, est imperatum. Et Joël post illa verba, sanctificate jejunium, egrediatur, addidit, sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. A quacunq; siquidem voluptate jejunantes abstinere oportet. Propterea quòd animum dissolvere, rationémque perturbare voluptatum oblectamenta consuevere.

## KANΩN δ'.

Οἱ δ' ἐν ἀκουσιάτῳ νυκτερινῇ ῥύσῃ γλυόμενοι καὶ ἔτοι τῇ ἰδίᾳ συνειδότι κατακολουθείτωσαν, καὶ ἑαυτοὺς εἴτε διακρίνονται περὶ τούτου, εἴτε μή, σκοπείτωσαν· καὶ ὅτι τῆς βρωμάτων ὁ διακρινόμενος, φησὶν, ἐὰν φάγῃ, κατακέκριται. καὶ ἐν τούτοις εὐσυνείδητος ἔστω καὶ ὑπαρρησίαστος· καθ' ὃ ἴδιον ἐνθύμιον, πᾶς ὁ προσιὼν τῷ θεῷ. ταῦτα, σὺ μὲν, τιμῶν ἡμᾶς (οὐ γὰρ ἀγνοῶν, ἀγαπητὲ) τὰ πρὸς ἡμῶν προσήγαγες, ὁμόφρονας ἡμᾶς ὥσπερ οὖν ἐσμὲν καὶ ἰσοψύχους ἑαυτῷ διασκοπῶν. ἐγὼ δὲ, οὐχ ὡς διδάσκαλος· ἀλλ' ὡς μετὰ πάσης ἁπλότητος προσῆκον, ἡμᾶς ἀλλήλοις διαλέγεσθαι, εἰς κοινὸν τὴν διάνοιαν ἐμαυτοῦ ἐξέθηκα· ἵνα ὑπακρίνας καὶ σὺ σωφρονίσῃς τέ μου τὸν, ὅ, τι ἂν σοὶ φανῇ δίκαιον καὶ βέλτιον, ἢ καὶ ὅτως ἔχειν δοκιμάζῃς, πρὸς αὐτοῦ ἀντιγράψεις. ἐρρῶσθαί σε ἀγαπητὲ μέχρι τέλους λατρεύοντα τῷ κυρίῳ εὔχομαι.

B C

Οἱ δὲ ἐν ἀκουσίῳ νυκτερινῇ ῥύσει γλυόμενοι καὶ οὗτοι τῇ ἰδίᾳ συνειδότι κατακολουθείτωσαν, καὶ ἑαυτοὺς εἴτε διακρίνονται περὶ τούτου, εἴτε μή, σκοπείτωσαν· καὶ ὅτι τῆς βρωμάτων ὁ διακρινόμενος, φησὶν, ἐὰν φάγῃ, κατακέκριται. καὶ ἐν τούτοις εὐσυνείδητος ἔστω καὶ ὑπαρρησίαστος· καθ' ὃ ἴδιον ἐνθύμιον, πᾶς ὁ προσιὼν τῷ θεῷ. ταῦτα, σὺ μὲν, τιμῶν ἡμᾶς (οὐ γὰρ ἀγνοῶν, ἀγαπητὲ) τὰ πρὸς ἡμῶν προσήγαγες, ὁμόφρονας ἡμᾶς ὥσπερ οὖν ἐσμὲν καὶ ἰσοψύχους ἑαυτῷ διασκοπῶν. ἐγὼ δὲ, οὐχ ὡς διδάσκαλος· ἀλλ' ὡς μετὰ πάσης ἁπλότητος προσῆκον, ἡμᾶς ἀλλήλοις διαλέγεσθαι, εἰς κοινὸν τὴν διάνοιαν ἐμαυτοῦ ἐξέθηκα· ἵνα ὑπακρίνας καὶ σὺ σωφρονίσῃς τέ μου τὸν, ὅ, τι ἂν σοὶ φανῇ δίκαιον καὶ βέλτιον, ἢ καὶ ὅτως ἔχειν δοκιμάζῃς, πρὸς αὐτοῦ ἀντιγράψεις. ἐρρῶσθαί σε ἀγαπητὲ μέχρι τέλους λατρεύοντα τῷ κυρίῳ εὔχομαι.

## Canon IIII.

*Qui autem in non voluntario nocturno fluxu fuerint, ii quoque propriam conscientiam sequantur, & seipsos an de eo dubitent annon, considerent. Quemadmodum in cibis, qui discernit, inquit, si comederit, condemnatus est: In his quoque bona sit conscientia, & libere loquatur, secundùm propriam cogitationem, omnis qui ad Deum accedit. Has tu quidem nos honorans (non enim ignoras ô dilecte) nobis quæstiones proposuisti, nos ut ejusdem sententiæ, sicut & sumus, ejusdémq; animi, simul præparans. Ego autem, non ut Doctor, sed ut cum omni simplicitate convenit nos invicem disserere, meam sententiam in commune edidi: quam cùm tu examinaveris, fili mi sapientißime, quod tibi justum meliúsque apparuerit, vel an sic etiam se habere existimas, rescribes. Valere te, dilecte fili mi, in pace Domino ministrantem opto.*

## KANΩN ε'.

ΒΑΛΣ. Ἐρωτηθεὶς ὁ πατὴρ εἰ ὀφείλουσι τῶν ἁγιασμάτων μετέχειν οἱ ἐν ῥύσῃ σπερματικῇ ἀκουσίως γινόμενοι, ἔφησεν ὡς οἱ τοῦτο πάσχοντες, τὸ οἰκεῖον συνειδὸς κριτὴν ἐχέτωσαν· ὥστε εἰ μέν τινος ἐμπαθείας προϋποκειμένης, συμβῇ αὐτοῖς τοῦτο, αὐτομάτως τῆς φύσεως ἐκκρινάσης ὡς περίττωμα τοῦ σκέλους, οὐκ ἐμποδισθήσονται τῶν ἁγιασμάτων μεταλαβεῖν. εἰ δέ τισι προϋπῆρξεν ἐξ ἐμπαθοῦς λογισμοῦ ὀρθυμία, καὶ ταύτῃ ἐπικολύθησεν ἐκροὴ, ἢ ἐξ ἀκρασίας βρωμάτων καὶ πόσεως συμβῇ τοῦτο, οἱ τοιοῦτοι οὐκ εἰσὶ καθαροὶ· οὐ διὰ τοῦτο ῥῦσιν τοῦ σπερματικοῦ (οὐ γὰρ ἀκάθαρτον τοῦτο, ἐπεὶ μηδὲ ἡ σὰρξ ἐξ ἧς ἐκεῖνο περίττωμα) ἀλλὰ διὰ τὸ πονηρὸν ἐνθύμιον ὅπερ ἐμόλυνε τὴν διάνοιαν. ὁ γοῦν τοιοῦτος, οὐκ ἀσυνείδητος, κἀντεῦθεν ἀδ' ὑπαρρησίαστος εἰς τὸ προσελθεῖν τῷ θεῷ. ἐπάγει δὲ καὶ τὴν χρῆσιν ἐκ τοῦ μεγάλου Παύλου γράφοντος περὶ τῶν εἰδωλοθύτων, ὅτι ὁ διακρινόμενος, ἐὰν φάγῃ, κατακέκριται. περὶ δὲ τῆς τοῦ σπερματικοῦ ῥύσεως, ζήτει καὶ τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου ὅπως ὁλὴν πρὸς Ἀμμοῦν μοναζόντα.

D

ZΩNAP. Καὶ ταῦτα πρὸς ἐρώτησιν ὁ πατὴρ ἀποκρίνεται. ἐρωτηθεὶς γὰρ εἰ δεῖ τοὺς ἐν ῥύσῃ σπερματικῇ γλυομένους ἀκουσίως, τῶν ἁγιασμάτων μετέχειν, ἔφη, ὅτι οἱ τοῦτο πάσχοντες, τῷ οἰκείῳ συνειδότι κατακολουθείτωσαν. τοῦτο δὲ συνειδὸς ἐχέτωσαν τοῦ πράγματος δικαστὴν, τὸ οἰκεῖον δηλονότι διάνοιαν. ὥστε εἰ μή τινος ἐμπαθείας προϋποκειμένης συμβέβηκεν αὐτομάτως ἡ τῆς γονῆς ἐκροὴ, τῆς φύσεως αὐτὴν ὡς περίττωμα ἐκκρινάσης· ἢ εἰ μὴ ἐκπαροινίας καὶ ἐξ ἀδηφαγίας ἐγένετο, οὐκ ἐμποδισθήσεται ὁ τοῦτο παθὼν τῷ ἁγίῳ προσελθεῖν θυσιαστηρίῳ. εἰ δέ τι προϋπῆρξεν ἐμπαθὲς λογισμός, καὶ τοῦτο ἐμφιλοχωρήσας τῇ διανοίᾳ αὐτοῦ, φαντασίαν ἐπήνεγκε νυκτερινὴν, καὶ ταύτῃ ἐπικολούθησεν ἡ τῆς γονῆς ἐκροὴ, καὶ ἐξ ἀκρασίας βρωμάτων καὶ πόσεως συμβῇ· ὁ τοιοῦτος οὐ καθαρός ἐστιν, οὐ διὰ τὴν ῥῦσιν τοῦ σπερματικοῦ (οὐ γὰρ ἀκάθαρτον τοῦτο, ἐπεὶ μηδὲ ἡ σὰρξ ἧς ἐκεῖνο περίττωμα) ἀλλὰ διὰ τὸ πονηρὸν ἐνθύμιον, ὅπερ ἐμόλυνε τὴν διάνοιαν· ὁ γοῦν τοιοῦτος οὐκ ἀσυνείδητος, κἀντεῦθεν οὐδ' ὑπαρρησίαστος εἰς τὸ προσελθεῖν τῷ θεῷ διακρινόμενος· ἐπάγει δὲ καὶ χρῆσιν ἐκ τοῦ μεγάλου Παύλου γράφοντος περὶ τῶν εἰδωλοθύτων, ὅτι διακρινόμενος ἐὰν φάγῃ, κατακέκριται. περὶ δὲ τῆς τοῦ σπερματικοῦ ῥύσεως καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος πλατέως ἔγραψεν πρὸς Ἀμμοῦν μοναζόντα.

E F

Balsamon. Interrogatus pater an Sacramentorum debent esse participes, qui involuntarium seminis fluxum passi sunt, dixit, quòd qui hoc passi sunt, judicem habeant propriam conscientiam: ut si nulla præcedente animi perturbatione hoc eis acciderit, natura sua sponte hanc fluxionem tanquam excrementum excernente, non impedientur esse Sacramentorum participes. Si quibus autem ex rationis perturbatione præextitit cupiditas, eámque effluxio consecuta fit, vel ex ciborum potúsque intemperantia hoc evenerit, ii puri non sunt: non propter fluxum seminis (non est enim hoc immundum, sicut nec caro, cujus est excrementum) sed propter malam cogitationem, quæ mentem polluit. Qui igitur est ejusmodi, non habet bonam Conscientiam, & non habet ideo potestatem ad Deum accedendi. Subjungit autem & ex magno Paulo sententiam, qui scripsit de idolothytis, quòd qui dubitat si comederit, condemnatus est. De fluxu autem seminis, quære magni quoque Athanasii epistolam ad Ammum monachum.

Zonar. Hic quoque præpositæ interrogationi respondet Pater. Rogatus namque an liceat iis quibus seminis fluxus non sponte contingit, sacris communicare mysteriis, respondit: Qui hoc patiuntur, propriam sequantur conscientiam, hoc est, facti judicem statuant conscientiam, suum videlicet animum, ac mentem. Ita ut siquidem nulla affectione prægrediente, ultro seminis fluxus evenit, veluti superfluum quid ipsum excernente natura; neque illi causam vinolentia, vel gulositas præbuit, ad sanctum altare accedere qui id passus est haudquaquam vetabitur; si vero mollior aliqua cogitatio præcessit, eaque menti diutius obversata nocturnam speciem induxit, quam postea seminis fluxus est consecutus, atque ex incontinentia ciborum, & potionis evenit, haud est ejusmodi homo purus, non ob defluxum seminis, neque enim hoc impurum (quandoquidem nec impura caro, cujus hoc excrementum) sed ob cogitationem pravam, quæ animum inquinavit. Non est itaque hic nullius sibi conscius labis, proindéque nec plena illi fiducia, ob suam cupiditatem. Quâ ratione igitur Deo appropinquabit dubitans? subjicit quoq; magni Pauli sententiam, de idolothytis scribentis, quod si dubitans comedat, condemnatus est. Porro, de seminis fluxione, magnus quoque Athanasius multis verbis ad Ammum Monachum scripsit.

BEATI

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

A

# BEATI PETRI ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI, & MARTYRIS, CANONES qui feruntur in sermone ejus de pœnitentia.

## CANON I.

*QUoniam autem quartum Pascha persecutionem jam apprehendit, satis est iis qui delati quidem sunt, in custodiámq; conjecti, tormentáque non sufferenda, & intolerabilia flagella, & multas alias graves necessitates sustinuerunt, postea autem sunt à carnis imbecillitate proditi: etiamsi non ab initio susceptí sunt propter gravem lapsum consecutum: tamen, quia multum decertarunt & diu restiterunt: non enim sponte ad ea devenerunt, sed à carnis imbecillitate proditi: nam & stigmata Jesu in suis corporibus ostentant, & nonnulli anno jam tertio deflent: eis ab adventu per revocationem in memoriam alij quadraginta dies injungantur, quos cùm jejunasset Dominus & Servator noster Jesus Christus, postquam baptizatus fuerat, tentatus est à diabolo: In quibus & ipsi cùm valde exercitati fuerint, & constantiùs jejunaverint: deinceps in orationibus vigilabunt: meditantes quod dicitur à Domino ad eum qui illum tentat, ut ipsum adoret: Abi pone Satana: Scriptum est enim, Dominum tuum adorabis, & illi soli servies.*

BALS. Præsentes Canones tractant de iis qui propriam fidem in persecutionibus negaverunt, & pœnitentiam egerunt. Et jubet quidem primus Canon, eis qui post multa tormenta sacrificarunt, ut qui propter imbecillitatem perseverare non potuerint, & in pœnitentia tres annos transegerint, alios quoque quadraginta dies injungi, & sic admitti. Nota præsentes Canones, qui varia quædam & utilia definiunt in gratiam eorum qui Deum abnegarunt, & pœnitentiam petunt, & de iis qui ad martyrium ultro advolarunt, & lapsi sunt, & rursus fidem sunt confessi, & de aliis quibusdam ejusmodi. Quære etiam non absque fructu plurimos Canones Synodi Ancyranæ.

ZONAR. Inter eos qui turbulentis temporibus propriam fidem abnegârunt, discrimen Sanctus hic Pater statuit, aitque, qui ad tyrannos rei acti sunt, ac in vincula conjecti, tormentáque gravissima, flagelláque haud tolerabilia, quæque nulla propemodum cura, aut medicina sanari possent, (ἄκος namque curationem significat, éstque ἀνήκεστον idem quod immedicabile) aliásque necessitates sustinuerunt; ac postea succumbentes immolarunt, velut à carnis imbecillitate proditi, quæ ad finem usque obdurare in doloribus haud potuerit, iis mulctæ nomine decursum jam tempus sufficere. Quartum siquidem, inquit, Pascha jam exactum est, ex quo in gravissimum hunc incidêre casum. Ac etiam si forte initio cum pœnitentia ducti accesserunt, non sunt susceptí; tamen quia non sponte processere ad immolandum diúque repugnarunt, ac stigmata Jesu, vulnerum nempe quæ pro Christo sustinuere cicatrices gerunt: tertiúsque jam effluxit annus ex quo lugent lapsum illum, insuper mulctari, hoc est; alios adhuc quadraginta dies ex quo ad communionem admitti postulantes accesserunt, mulctæ nomine injungendos esse decernit. In quibus majorem adhuc ostendentes pœnitentiæ exercitationem, & intentius, hoc est, attentiore cura jejunantes, attendentes sibimetipsis, vigilent in orationibus, meditantes, hoc est animo perpetuo versantes, vocéque usurpantes quæ Dominus ad tentatorem dixit; Abi pone me Satana, scriptum est enim, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies.

# ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ ΠΕΤΡΟΥ, ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΟΣ

κανόνες ἐμφερόμενοι ἐν τῷ περὶ μετανοίας αὐτοῦ λόγῳ.

## ΚΑΝΩΝ α'.

ΕΠΕΙ τοίνυν πέπαρτον ἤδη πάσχα ὑπερκαπείληφε διωγμὸν, αὐτάρκως ἔχει τοῖς μὲν προσενεχθεῖσι, καὶ φυλακαῖς δεθεῖσι, βασάνους τε ἀνυποίστους ὑπομεμενηκόσι καὶ ἀφορήτους μάστιγας, καὶ πολλὰς ἑτέρας ἀνάγκας σχεῖν, ὑπερορᾶν δὲ προσδοκωμένοις ὑπὸ τῆς ἀσθενείας τῆς σαρκός. εἰ καὶ μὴ ἐξ ἀρχῆς προσέσχηκαν διὰ τὸν παρεμπεσόντα μέγιστον πταῖσιν, ὅμως διὰ τὸ πολλὰ αὐτοὺς ἀθλησάντας καὶ ὑπὲρ πολὺ ἀντιμάχεσθαι· εἰ γὰρ προαίρεσιν ἐν τούτῳ ἐλήλυθασιν, ἀλλὰ καταπροδοθέντες ὑπὸ τῆς ἀσθενείας τῆς σαρκός· ἐπειδὴ καὶ στίγματα τοῦ Ἰησοῦ ἐνδείκνυνται ἐν τοῖς σώμασιν αὐτῶν, καὶ ἤδη τινὲς τρίτον ἔτος ἔχουσι καταπενθοῦντες· προσεπιτιμηθῆναι αὐτοῖς ἀπὸ τῆς προσελεύσεως καθ' ὑπόμνησιν, ἄλλας τεσσαράκοντα ἡμέρας, ἃς καθὼς νηστεύσας ὁ κύριος καὶ σωτὴρ ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, μετὰ τὸ βαπτισθῆναι, ἐπειράσθη ὑπὸ τοῦ διαβόλου· εἰς ἃς καὶ αὐτοὶ κατὰ τὸ δυνατὸν διαγυμνασάντες, ἐντονώτερόν τε νήψαντες, προσευχήσουσιν εἰς προσδοκὰς τοῦ λοιποῦ, καταμελετῶντες ὃ λεγόμενον ὑπὸ τοῦ κυρίου πρὸς τὸν πειράζοντα αὐτόν ἵνα προσκυνήσῃ αὐτῷ, ὕπαγε ὀπίσω μου σατανᾶ. γέγραπται γάρ, κύριον τὸν θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις.

ΒΑΛΣ. Οἱ πρόντες κανόνες περὶ τῶν ἐν διωγμοῖς ἀρνησαμένων τὴν οἰκείαν πίστιν, καὶ μετανοησάντων, διαλαμβάνουσι. καὶ αὐτίκα ὁ πρῶτος κανὼν διακελεύεται τοὺς δυσανέστας μετὰ βασάνους πολλὰς, ὡς μὴ δυνηθέντας διὰ ἀσθένειαν, ἐγκαρτερῆσαι. καὶ διαβιβάσαντας τρία ἔτη ἐν τῇ μετανοίᾳ, προσεπιτιμηθῆναι καὶ ἑτέρας τεσσαράκοντα ἡμέρας, καὶ οὕτω δέχθῆναι. Σημειώσαι τοὺς παρόντας κανόνας διορίζομένους διαφορά τινα καὶ ἀναγκαῖα χάριν τῶν ἀρνησαμένων ζητούντων μετάνοιαν, καὶ περὶ τῶν ἀθλησάντων εἰς τὸ μαρτύριον καὶ ἐκπεπτωκότων, καὶ πάλιν ὁμολογησάντων τὴν πίστιν, καὶ περὶ ἄλλων τινῶν τοιούτων. ζητεῖ ἀναγκαίως καὶ τοὺς πλείους κανόνας τῆς ἐν ἀγκύρᾳ συνόδου.

ΖΩΝΑΡ. Διαιρέσεις ποιεῖται ὁ ἅγιος οὗτος πατὴρ τῶν ἐν διωγμοῖς ἀρνησαμένων πάλιν πίστιν καὶ οἰκείαν, καί φησι, ὅτι τοῖς ἀχθεῖσι πρὸς τοὺς τυράννους, καὶ εἰς φυλακὴν ἐμβληθεῖσι, βασάνους τε ἀνυποίστους ὑπομεμενηκόσι, καὶ ἀφορήτους μάστιγας, καὶ σχεδὸν ἀνιάτους καὶ ἀθεραπεύτους (ἄκος γὰρ ἡ θεραπεία λέγει, καὶ ἀνήκεστον τὸ ἀθεράπευτον) καὶ ἄλλας ἀνάγκας· καὶ μὴ ταῦτα ὑποκύψασι καὶ δύσασιν ὡς ὑπὸ τῆς ἀσθενείας τῆς σαρκὸς προσβοθεῖσι μὴ δυνηθεῖσι μέχρι τέλους ἐγκαρτερῆσαι τοῖς ἀλγεινοῖς, ἀρκεῖ ὁ παρελθὼν χρόνος εἰς ἐπίτιμησιν. τέσσαρτον γάρ φησιν ἤδη πάσχα ὑπερκαπείληφεν, ἐξότου πεπώκασι τὸν μέγιστον πταῖσιν. καὶ εἰ πάσχα καὶ ἐξ ἀρχῆς ὅτι προσῆλθον μεταμελόμενοι ὑπεδέχθησαν· ὅμως ὅτι οὐ προῃρέσαντο ἄλλον εἰς ὃ δῦσαι καὶ ἀντέστησαν ὑπερπολύ, καὶ στίγματα τοῦ Ἰησοῦ, ἤγουν μιμήσεις τῶν τραυμάτων ὧν ὑπέστησαν χάριν τοῦ Χριστοῦ ἔχουσι. καὶ ἤδη τρίτον ἔτος κλαίουσι πεπτωκότων αὐτῶν διὰ τὴν πτῶσιν, προσεπιτιμηθῆναι, φησὶν, ἀντὶ τοῦ ὑπὲρ πλέον ὑπεθυμηθέντας, ἄλλας τεσσαράκοντα ἡμέρας ἐξότου προσῆλθον ζητοῦντες δεχθῆναι· ἐν αἷς ὑπὲρ πλέον γυμνασίαν ὑποδεξάντες, καὶ ὀλιγώτερον νήψαντες ἤγουν σωφρονέστερον προσχόντες ἑαυτοῖς, χαταμελετῶντες, ἤγουν συνεχῶς ἐν φρονήσει ποιούμενοι καὶ λέγοντες, ἃ ὁ κύριος πρὸς τὸν πειράζοντα εἶπεν, ὕπαγε ὀπίσω μου Σατανᾶ. γέγραπται γὰρ κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις.

KANΩN

## ΚΑΝΩΝ β'.

Τοῖς ἡ μὴ ὅλως φυλακισθῆναι καὶ ἀπομεμψηκέναι τὰς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ὡς ἂν ἐν πολιορκίᾳ, θλίψεις πρὸ δυσωδίας· ὕστερον ἡ χωρὶς πλήμης βασάνων ἡττωμένους αἰχμαλώτοις καὶ πολλὴν πλησχείαν δυνάμεως καὶ κατά τινα τυφλότητα πεθραυσμένοις, ἐπιδρομὴ ἐνιαυτῶν ἀφ' ἑτέρου χρόνου· ἐπεὶ ὅλως καὶ αὐτοὶ ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ θλιβῆναι· εἰ καὶ ἀπόλαυσαν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τῆς παρὰ τῶν ἀδελφῶν πολλῆς ἀναπαύσεως· ἅτε πολλαπλασίονα ἀποδώσουσι, ποθοῦντες λυτρωθῆναι ἀπὸ τῆς πικροτάτης αἰχμαλωσίας τοῦ διαβόλου, μεμνημένοι μάλιστα τοῦ λέγοντος, πνεῦμα τοῦ κυρίου ἐπ' ἐμέ, οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με· εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν, ἀποστεῖλαι τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει, κηρύξαι ἐνιαυτὸν κυρίου δεκτὸν καὶ ἡμέραν ἀνταποδόσεως.

## Canon II.

*Iis autem qui postquam in custodiam traditi sunt, & in carcere, tanquam in obsidione, afflictiones gravésque fœtores passi sunt; postea autem sine bello tormentorum captivi facti sunt, nimia virium inopia & quadam cæcitate confracti, Annus ad aliud tempus injunctus sufficiet: nam ipsi quoque se omnino pro nomine Christi affligendos dedere: si etiam à fratribus in carcere multam consolationem assecuti sunt. Quæ quidem multiplicata reddent, liberari cupientes ab acerbissima captivitate diaboli, ejus maximè recordantes qui dicit, Spiritus Domini super me, quam ob causam unxit me: ut pauperibus evangelizarem misit me, & annunciarem captivis liberationem, & cæcis visus recuperationem, & mitterem fractos in remissionem, prædicarem annum Domini acceptabilem, & diem retributionis.*

Βαλσ. Οὗτος ὁ κανὼν διαλαμβάνει τοὺς μόνον κακοπαθήσαντας ἐν τῇ φυλακῇ καὶ χωρὶς βασάνων διαπεπωκότας, ὑπερτιμᾷ μὴ τὸ τριετὲς χρόνον καὶ ὅτι ἕτερον ἐνιαυτόν. εἰ τύχα γάρ φησι καὶ ἀπόλαυσαν παρακλήσεως ὡς τινων πιστῶν χορηγούντων αὐτοῖς τὰ πρὸς διοίκησιν· ἀλλὰ καὶ ἔτοι ὀφείλουσι συγγνώμης ἀξιοῦσθαι ὡς ὑπὲρ τῆς πίστεως κακοπαθήσαντες.

Balsamon. Hic Canon statuit ut qui in custodia solùm male affecti sunt, & sine tormentis lapsi sunt, post triennium alius quoque anni pœna puniantur. Si forte enim, inquit, consolationem assecuti sunt, utpote aliquibus fidelibus vitæ subsidia suppeditantibus, ii quoque debent veniam obtinere, ut qui gravia pro fide passi sunt.

Ζωναρ. Ἐν δευτέρᾳ τάξει τίθησι τοὺς μόνον φυλακισθέντας, καὶ κακοπαθήσαντας ἐν τῇ φυλακῇ, καὶ χωρὶς βασάνων διαπεπωκότας· οἷς ἐνιαυτὸν ἔζεσαν εἰς ὑπέρθεσιν μὴ καὶ παρελθόντα χρόνον, ἧγουν τὸν τριετῆ ἣν εἴρηκεν ἄνω· ὅθεν καὶ αὐτοί φησιν, ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος ἐθλίβησαν τοῦ Χριστοῦ· εἰ καὶ τύχα ἀπόλαυσάν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ παράκλησεως ἐκ τῶν ἀδελφῶν. ὡς ἔοικε γὰρ οἱ πιστοὶ ὅσοι ἐφυλάχθησαν, τοῖς κατειργμένοις ἐχορήγουν τὰ εἰς διοίκησιν, καὶ ἀτέραυστον αὐτούς. ἅτε πολλαπλασίονα ἀποδώσουσιν, ἀντὶ τοῦ ἀνθ' ὧν ἀπόλαυσαν ἐν τῇ φυλακῇ μεταγνόντες, θλίψουσιν ἑαυτοὺς καὶ κακώσουσι πολλαπλασίως· εἰ θέλουσι λυτρωθῆναι ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας τοῦ διαβόλου, αἰχμάλωτοι καὶ δοῦλοι γεγονότες αὐτῷ διὰ τὸ ἀρνῆσαι τὸν Χριστόν. εἶτα ἐπάγει τὰ προφητικὰ ῥήματα, ἅπερ ἐκ τοῦ Ησαΐου εἰσί, λέγων δεῖν μεμνῆσθαι αὐτούς.

Zonar. In secundo ordine eos locat, qui tantummodo in vincula conjecti, atque in carcere male affecti sunt, tum nullis vexati cruciatibus peccaverunt, quibus præter decursum tempus, triennium videlicet, de quo supra dictum est, anni quoque præterea unius mulctam irrogari placet. Quoniam & ipsi, inquit, pro Christi nomine divexati sunt; etiamsi forte solatii quidpiam in carcere à fratribus consecuti sunt. Probabile enim est fideles, quicunque nulla custodia detinebantur, in vincula conjectis vitæ subsidia ministrasse, iisque proinde levationis aliquid attulisse. Quæ quidem multiplicata reddent, pro iis nimirum, quibus in custodia oblectati sunt, pœnitentiam agentes vexabunt seipsos, ac multis modis afflictabunt; si ex eo quòd Christum abnegârunt, à Diaboli captivitate liberari velint, illius captivi, & servi facti. Subjicit mox propheræ verba, quæ sunt ex Esaia deprompta; quorum meminisse oportere ipsos affirmat.

## ΚΑΝΩΝ γ'.

Τοῖς ἡ μηδ' ὅλως μηδέν τι τοιοῦτον πεπονθόσι μηδὲ ἐνδείξαμένοις καρπὸν πίστεως, ἀλλὰ αὐτομολήσασι πρὸς τὴν κακίαν, φοβηθεῖσιν ὑπὸ δειλίας καὶ φόβου· νῦν ἡ εἰς μετάνοιαν ἐρχομένοις, ἀναγκαῖον ὅτι καὶ ἀρμόζον ἦν τὴν ἄκαρπον συκῆν παραβολὴν τεθεικέναι, ὡς ὁ κύριος λέγει· συκῆν εἶχέ τις πεφυτευμένην ἐν τῷ ἀμπελῶνι αὐτοῦ, καὶ ἦλθε ζητῶν καρπὸν ἐν αὐτῇ, καὶ οὐχ εὗρεν. εἶπε δὲ πρὸς τὸν ἀμπελουργόν, ἰδοὺ τρία ἔτη ἀφ' οὗ ἔρχομαι ζητῶν καρπὸν ἐν τῇ συκῇ ταύτῃ καὶ οὐχ εὑρίσκω, ἔκκοψον αὐτήν· ἵνα τί καὶ τὴν γῆν καταργεῖ; ὁ δὲ ἀποκριθεὶς λέγει αὐτῷ, κύριε ἄφες αὐτὴν καὶ τοῦτο τὸ ἔτος, ἕως ὅτου σκάψω περὶ αὐτήν, καὶ βάλω κόπρια· κἂν μὲν ποιήσῃ καρπόν· εἰ δὲ μήγε, εἰς τὸ μέλλον ἐκκόψεις αὐτήν. ἐπὶ τῷ ὀφθαλμοὺς λαβόντες, ἐνδειξάμενοί τι καρπὸν ἄξιον τῆς μετανοίας ἐν τῷ διαστήματι τοσούτου χρόνου μᾶλλον ὠφεληθήσονται.

## Canon III.

*Iis autem qui nihil ejusmodi passi sunt, nec fidei fructum ostenderunt, sed ad vitium ultro transfugerunt, à metu & timiditate proditi; nunc autem veniunt ad pœnitentiam, necesse est & conveniens infrugiferæ ficus parabolam proponere, ut Dominus dicit; Habebat quis ficum plantatam in suo vineto: & venit quærens in ea fructum, & non invenit. Dixit autem vinitori, ecce tres annos, ex quo ego venio quærens fructum in hac ficu, & non invenio, excinde eam: Cur terram inaniter occupat? Ille vero respondens dicit illi, Domine dimitte illam hoc quoque anno, donec circa eam fodero, & lætamen injecero, si quidem fructum fecerit: sin minùs eam in futurum excinde: qua ante oculos accepta, & ostenso digno fructu pœnitentiæ, in tanto temporis intervallo magis juvabuntur.*

Βαλσ. Τοὺς μέντοι διὰ φόβον μόνον καὶ δειλίαν αὐτομολήσαντας, εἶτα εἰς μετάνοιαν ἀποδύντας, διὰ τριετίας ὑπερτιμᾷ ὁ κανών, κατὰ τὴν ἐν εὐαγγελίοις παραβολὴν τῆς συκῆς· οἶδε κύριος τρία ἔτη φησὶν ἔρχομαι πρὸς αὐτὴν ζητῶν

Balsamon. Eos qui propter solum metum & timiditatem transfugerunt, ad pœnitentiam autem respexerunt, triennio punit Canon secundum parabolum ficus quæ est in Evangeliis. Dominus enim inquit, Jam tribus an-

nis ad hanc venio quærens fructum, & non invenio. Vinitor autem, Dimitte illam, inquit, & hoc anno.

A καρπὸν ϗ οὐχ εὑρίσκω. ὁ δ ἀμπελουργός, ἄφες, ἔιπεν, αὐτὴν κύριε ϗ τοῦτο τὸ ἔτος.

Zonar. Quicunque vero, inquit, nihil perpessi acerbum, ob metum solum, ac timiditatem transfugerunt, pro eo quòd ipsi sponte pravitatem sunt consectati; mox animum ad pœnitentiam adjecere, in eos parabola Evangelica ficus quadrabit, quam præ oculis habentes dignum pœnitentiæ laborem æquali tempore exhibentes, juvabuntur, hoc est ad quartum usque annum. Dominus námque, Tres annos, inquit, venio ad ipsam, quærens fructum, nec invenio. Agricola vero, Dimitte, ait, illam Domine & hoc anno.

ΖΩΝΑΡ. Οσοι δ, φησὶ, μήτε ὑποστάντες ἀλλήνων, δεῖ φόβον μόνον ϗ δειλίαν ὑποπτήξαντες, ἀντὶ τοῦ αὐτοὶ ἑκόντες προσῆλθον τῇ κακίᾳ· εἶτα εἰς μετάνοιαν ἀπεῖδον, τοῖς τοιούτοις ἡ τῆς συκῆς ἀρμόσει βολὴ ϗ ὁ εὐαγγέλιον, ὧν λαβόντες πρὸ ὀφθαλμῶν, κύπον ἄξιον μετανοίας ὅτι τοσοῦτον χρόνον δύντες ὠφεληθήσονται, ἤγουν ὅτι τριαετίαν. ὁ γὰρ κύριος τρία ἔτη ἔφησιν ἔρχομαι πρὸς αὐτὴν ζητῶν καρπὸν, ϗ οὐχ εὑρίσκω. ὁ δ ἀμπελουργὸς, ἄφες αὐτὴν, εἶπεν, κύριε ϗ τοῦτο τὸ ἔτος.

B

## Canon IV.

## ΚΑΝΩΝ δ'.

*Iis enim qui sunt omnino desperati, & pœnitentiam non agunt, & pellem Aethiopis immutabilem possident, & pardi varietates, dicetur, quod alii ficui dictum est. Nequaquam ex te fructus fiat in æternum, & ideo statim quoque exarescit. In iis enim impletur quod ab Ecclesiaste dictum est, quod perversum est non poterit exornari, & defectus numerari non poterit. Nisi enim quòd perversum est priùs rectum fuerit, fieri non potest ut id exornetur, & nisi prior defectus expletus fuerit, fieri non potest ut is numeretur: unde & in fine eis eveniet quod à propheta Esaia dicitur: Et videbuntur, inquit, membra eorum qui transgressi sunt in me. Vermis enim ipsorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur: & erunt in aspectum omnis carnis. Quandoquidem ut & ab ipso prædictum est: Injusti autem sic fluctuabunt, & requiescere non poterunt. Non est gaudere impiis, dicit Deus.*

C

D

Τοῖς γὰρ παντάπασιν ἀπεγνωσμένοις ϗ μετάνοιαν οὐ ποιοῦσι, δέρμα τε Αἰθίοπος ἀμετάβλητον κεκτημένοις, ϗ ποικίλματα πάρδαλεως, λεχθήσεται τὰ τῆς ἑτέρας συκῆς· μηκέτι ἐκ σοῦ καρπὸς γένηται εἰς τὸν αἰῶνα· δι' ὃ ϗ βλάστημα ξηρανεῖ. ἀναπληροῦται γοῦν ἐπ' αὐτοῖς ϗ τὸ ὑπὸ τοῦ ἐκκλησιαστοῦ εἰρημένον, διεστραμμένον οὐ δύναται ἐπικοσμηθῆναι, ϗ ὑστέρημα οὐ δύναται ἀριθμηθῆναι. εἰ μὴ γὰρ πρότερον τὸ διεστραμμένον διορθωθῇ, ἀδύνατόν ἐστι αὐτὸ ἐπικοσμηθῆναι· ϗ εἰ μὴ πρότερον τὸ ὑστέρημα ἀναπληρωθῇ, ἀδύνατόν ἐστιν αὐτὸ ἀριθμηθῆναι. ὅθεν ϗ ὅτι πλὴν συμβήσεται αὐτοῖς, τὸ λεγόμενον ὑπὸ τοῦ προφήτου Ησαΐου· ϗ ὄψονται γάρ φησι, τὰ κῶλα τῶν ἀνθρώπων τῶν παραβεβηκότων ἐν ἐμοί. ὁ γὰρ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτήσει, ϗ τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ σβεσθήσεται· ϗ ἔσονται εἰς ὅραμα πάσῃ σαρκί. ἐπεὶ ϗ ὡς προείλεκται ὑπ' αὐτοῦ· οἱ δ ἄδικοι ὥστε κλυδωνισθήσονται, ϗ ἀναπαύσασθαι οὐ μὴ δυνήσονται. οὐκ ἔστι χαίρειν τοῖς ἀσεβέσιν, εἶπεν ὁ θεός.

Bals. Quæ priùs quidem dicta sunt de lapsis, de resipiscentibus etiam dicta sunt. Adversus eos autem qui nulla pœnitentia ducuntur, alterius ficus execrationem inducit: ad quam Dominus dicit propter infertilitatem; Fructus amplius ex te non fiat.

ΒΑΛΣ. Α μὲν προείρηται περὶ τῶν πεπωκότων, εἴρηται ϗ περὶ μεταμελομένων. κατὰ δὲ τῶν ἀμετανοήτων ϗ καταρὰν τὴν ἑτέρας συκῆς ἐπάγει, προσθεὶς ὁ κύριος ἵνα μηκέτι ὁ ἄκαρπον, μηκέτι ἐκ σοῦ καρπὸς γένηται.

Zonar. Quæ prius quidem de lapsis dicta sunt, dicta sunt etiam de resipiscentibus. Contra illos vero qui ex desperatione, vel depravata opinione pœnitentiam non agunt, ac perpetuo inhærentem ac indelebilem peccati nigrorem gestant, ut Æthiopes fuscam pellem, pardúsque varietates, alterius ficus execrationem inducit. Ad quam Dominus ob sterilitatem, Ne fructus inquit, amplius ex te nascatur. Implendúmque ait in ipsis illud Ecclesiastici, dicentis, quod perversum est non poterit exornari, & defectus numerari non poterit: quibus mox explicatis, Esaiæ quoque verba subjungit.

E

ΖΩΝΑΡ. Α μὲν προείρηται περὶ τῶν ὑπεπεπωκότων, εἴρηται ϗ μεταμελομένων. κατὰ δὲ τῶν ἀμετανοήτων ἐξ ἀπογνώσεως, ἢ πονηρᾶς γνώμης, ϗ ὃ ἐξ ἁμαρτίας μελάνωμα ἀμεταβλητον ϗ ἀνέκπλυτον ἐχόντων, ὡς οἱ Αἰθίοπες ὃ ζοφερὸν τὸ δέρματος, ϗ ἡ πάρδαλις τὰ ποικίλματα, τὴν καταρὰν τῆς ἑτέρας συκῆς ἐπάγει. προσθεὶς ὁ κύριος ἔφη, ἵνα μὴ ὃ ἄκαρπον, μηκέτι ἐκ σοῦ καρπὸς γένηται, ϗ πληρῶσαί φησιν ἐπ' αὐτοῖς τὸ τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ λέγοντος, διεστραμμένον οὐ δύναται ἐπικοσμηθῆναι, ϗ ὑστέρημα οὐ δύναται ἀριθμηθῆναι· εἶτα σαφηνίσας τὰ ῥητὰ ταῦτα, προσέθηκε ϗ τὰ τοῦ Ησαΐου.

F



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

## ΚΑΝΩΝ ε'.

Τοῖς δ κατυποκριναμένοις τ̃ῦ θ̃υ ὡς ἐπιληπτιζομένου Δαεὶδ, ἵνα μὴ ἀποθάνῃ, ἐκ ὄντα ἐπίληπτον· καὶ μὴ γυμνῶς ἀποχαραξαμένοις τὸ πρὸς ἄρνησιν, ἀλλὰ δόλῳ παίξασι τ̃ῦ πολλῷ σκοτομηρίαν, ὡς ἂν παιδία βουλυτικὰ ἔμφρονα ἐν παιδίοις ἄφρασι, τὰς τ̃ῶν ἐχθρῶν ἐπιβουλὰς, ἤτοι ὡς διελυόντες βωμὸς, ἤτοι ὡς χειρογραφήσαντες, ἤτι ὡς αὐθ' ἑαυτῶν βαλόντες ἐθνικὸν, εἰ καί πισιν αὐτ̃ῶν συνεχώρησάν τινες τ̃ῶν ὁμολογησάντων, ὡς ἤκουσα, ἐπεὶ μάλιστα τ̃ῦ πολλοῦ διὰ ταχέως ἐξέφυγον αὐτόχρες ἡμέρας τ̃ὸ πυρὸς, καὶ τ̃ῆ ἀναθυμιάσεως τ̃ῶν ἀκαθάρτων δαιμόνων· ἐπεὶ νῦν ἔλαθεν αὐτὸς ἀνοίᾳ τ̃ῆ παρόντος, ὅμως ἐξαμήνου αὐτοῖς ἐπιτεθήσεται ἡ ἐν μετανοίᾳ ἐπιστροφῆς. οὕτω γὰρ μᾶλλον καὶ αὐτοὶ ὠφεληθήσονται, καταμελετῶντες τὸ προφητικὸν ῥητὸν, καὶ λέγοντες, παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τ̃ῷ ὤμῳ αὐτ̃ῦ, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτ̃ῦ, μεγάλης βουλῆς ἄγγελος. ὅσῳπερ, ὡς ἴστε, ἐν τ̃ῷ ἕκτῳ μηνὶ τ̃ῆς συλλήψεως ἡ ἑτέρα παιδίον τ̃ῷ προκηρύξαι τὸ πρόσωπον τ̃ῆς εἰσόδου αὐτ̃ῦ μετάνοιαν εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, σωτηλήφθη καὶ αὐτὸς κηρύξαι μετάνοιαν. καὶ γὰρ καὶ τ̃ῶν ἀμφοτέρων ἀκούομεν ἐν πρώτοις κηρυττόντων ἢ μόνον περὶ μετανοίας, ἀλλὰ καὶ περὶ βασιλείας οὐρανῶν, ἥτις καλῶς μεμαθήκαμεν, ἐστὶς ἡμῶν ἐξ, τ̃ῆ ἐγγὺς ἡμῶν ἔστι τὸ ῥῆμα ὃ πιστεύομεν ἐν τ̃ῷ στόματι ἑαυτ̃ῶν καὶ ἐν τ̃ῇ καρδίᾳ ἑαυτῶν, ὅτι Ἰησοῦς Χριστὸς· πιστεύοντες ἐν τ̃ῇ καρδίᾳ ἑαυτ̃ῶν, ὅτι ὁ θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, ἄτε δ ἀκούοντες, ὅτι καρδίᾳ μὲν πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, στόματι δ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν.

ΒΑΛΣ. Εἰ δέ τινες ὑπεκρίθησαν μὲν προσκύνησιν τοῖς εἰωθόσι, ἤτοι χάραγμα ὅτι ἀρνοῦνται τὴν πίστιν, καὶ γυμνῶς δ καὶ φανερῶς τοῦτο ἐποίησαν, ἀλλὰ δόλῳ τινὶ μεθόδου διέπαιξαν τοὺς βιάζοντας αὐτούς, ὡς ὁ Δαβὶδ ὅτε ἐπιλήπτου ὑπεκρίθη, φεύγων τ̃ὸν Σαοὺλ, καὶ πρὸς τοὺς ἀλλοφύλους ἐλθόντος, καὶ οὕτω τ̃ὸν θάνατον ἀπεφεύγε. διέπαιξαν δ τὰς τ̃ῶν ἐχθρῶν ἐπιβουλὰς, ὡς παιδία βουλευτικὰ ἔμφρονα ἀφρόνων παῖδας· ἐπάτησαν γὰρ τοὺς ἀσεβεῖς, ὡς δοκοῦσι μὲν θύειν, μὴ θύσαντες δέ· τυχὸν γὰρ αὐτὸς ὑπέβαλον ἐθνικοὺς ἢ ἀπίστους, καὶ δι' ἐκείνων ἐνόμισαν τελουμένους· τοῖς πιστοῖς, φησὶν, ἐξάμηνος καιρὸς ἀρκέσει εἰς μετάνοιαν. κἂν γὰρ μὴ ἔθυσαν, ἀλλ' ὅτι συνέλευτο θύσαι ἢ ἑτέρους ὑπέβαλον, ἐλογίσαντο δεῖσθαι μετανοίας, εἰ καί πισιν αὐτ̃ῶν συνεχώρησάν τινες τ̃ῶν μαρτυρησάντων ὑπὲρ τ̃ῆς πίστεως. ἀπειλεῖται δ τούτοις παισὶ μὲν ὡς μὴ ἀνδρικῶς ἀντικατασάντας τοῖς εἰδωλολάτραις, ἔμφροσι δ ὡς δυμελόδως τὴν θυσίαν ἐκκλίναντας.

## CANON V.

*Iis autem qui simularunt sicut & David, qui se epilepticum fingebat, ne moreretur, quamvis revera epilepticus non esset, & non nudè negationem inscripserunt, sed in multis angustiis, tanquam pueri consilio & prudentia præditi inter pueros insipientes, inimicorum insidias ludificati sunt, vel ut qui altaria pervaserint, vel tanquam qui chirographum dederint, vel ut qui pro se ethnicos immiserint, etiamsi nonnulli eorum qui confessi sunt, ut audivi, aliquibus eorum ignoverunt, quoniam maxima cautione vitarunt, ne ipsi suis manibus ignem facerent, & dæmonas impuros sufferent: Licet verò, ex agentis ignorantiâ eos latuit, semestris tamen pœnitentiæ pœna illis imponetur: sic enim ipsi quoque magis juvabuntur, Prophetæ dictum meditantes, & dicentes: Puellus genitus est nobis, filius & datus est nobis, cujus principatus est in humero suo, & vocatur nomen ejus, Magni consilii Angelus. Qui, ut scitis, in sexto mense conceptionis, cùm alius infans prædicasset, ante adventum ejus, pœnitentiam in remissionem peccatorum, conceptus est & ipse ad prædicandam pœnitentiam. Etenim utrosque audimus inprimis prædicantes non solum de pœnitentia, sed & de regno cælorum: quod quidem, ut didicimus, intra nos est, quod prope nos sit verbum quod credimus in ore nostro, & corde nostro, quod Jesus est Christus: credentes in corde nostro, quòd Deus ipsum suscitavit ex mortuis: ut qui audiant quòd corde quidem creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem.*

BALS. Si qui autem simularunt se ad aras quidem accedere, vel scribere quòd fidem negant, non nude autem & apertè hoc fecerunt, sed arte aliqua eos qui vim afferebant, illuserunt, sicut David qui se epilepsia correptum simulavit cum fugeret Saulem, & esset apud alienigenas: & ita mortem evasit: Illuserunt autem inimicorum insidias, ut puelli consilio prudentiâque præditi pueros insipientes eludunt: Impios enim fefellerunt, quòd sacrificare quidem visi sunt, non tamen sacrificarunt: Forte enim pro se ethnicos vel infideles submiserunt, & per illos sacrificare ipsos existimarunt, Eis, inquit, semestre tempus sufficiet ad pœnitentiam. Etsi enim non sacrificarunt, quia tamen sacrificare polliciti sunt, vel alios submiserunt, etiamsi nonnullis eorum ignoverunt quidam qui pro fide testimonium dedere. Eos autem pueris quidem confert, ut qui non viriliter idololatris restiterunt; prudentibus verò, ut qui artificio sacrificia declinârunt.

ZONAR. Εἰ δέ τινες ὑπεκρίθησαν μὲν προσκύνησιν τοῖς βωμοῖς, ἤτοι χάραγμα ὅπ ἀρνοῦνται τὴν πίστιν, καὶ γυμνῶς δ τὸ πρὸς ἄρνησιν ἔγραψαν, ἀντὶ τοῦ οὐκ ἀπεκαλύπτως, καὶ φανερῶς, ἀλλὰ δόλῳ τινὶ μεθόδου διέπαιξαν τοὺς βιάζοντας αὐτούς· ὡς ὁ Δαβὶδ ὅτε ἐπιλήπτου ὑπεκρίθη φεύγων τὸν Σαοὺλ, καὶ πρὸς τοὺς ἀλλοφύλους ἐλθὼν ἐμηνώθη, καὶ οὕτω τὸν θάνατον ἀπεφεύγε. διέπαιξαν δ, φησὶ, τὰς τ̃ῶν ἐχθρῶν ἐπιβουλὰς, ὡς παιδία βουλευτικὰ, ἔμφρονα, φρόνιμα, καὶ σωστῶς δηλαδὴ βουλευόμενα, ἀπαίζουσιν ὃν ἄφρονι παιδίοις· ἔμφρονι δ ἀπεικάζει τοὺς ἀπατήσαντας τοὺς ἀσεβεῖς, καὶ δόξαντας μὲν θύειν, μὴ θύσαντας δέ· ἔμφρονας μὲν ὡς τ̃ῷ θυσίαν τέως ἐκκλίνοντας· παιδίνοις δ, ὡς μὴ τέλεον καὶ ἀνδρώδες ἐνδέξαμένους φρόνημα, καὶ γενναίως ἀντικατασάντας τοῖς εἰδωλολάτραις, ἀλλ' ὅμως σωληθέντας θῦσαι, ἢ καὶ εἴ τινες ἀνθ' ἑαυτ̃ῶν ὑπέβαλον ἐθνικοὺς ἤγουν ἀπίστους καὶ ἐκείνων θυσάντων, ἐνομίσθησαν αὐτοὶ τελουμένοι. τοῖς τοιού-

sacrificasse existimati sunt. Ejusmodi, inquit, hominibus semestre tempus ad pœnitentiam sufficiet. Nam etsi minime immolarunt, tamen quia se immolaturos sunt pacti, vel quod alios submisere, ipsique immolasse sunt visi, pœnitentia indigere judicati sunt: etsi quibusdam ex ipsis nonnulli confessorum ignovere. Eorum nempe quidam qui se fidei testes exhibuerunt, ac pro fide sunt passi, iis qui artificio quodam, ut dictum est, non sacrificarunt, ignovere, ac illos cum fidelibus ad communionem admisere, quod ne dæmonibus immolarent studiose vitaverunt. Porro hujus semestris termini occasione, Annunciationis per Gabrielem factæ meminit, sexto mense conceptionis præcursoris, quo conceptus est Dominus. Tum Apostolica verba subjungit.

τοις, φησιν, ἐξάμηνον καιρὸν ἐξαρκέσῃ εἰς μετο.... κἂν γὰρ οὐκ ἔθυσαν, ἀλλ' ὅτι σωέθεντο θῦσαι, ἢ ὅτι ἕτερος ὑπέβαλον, καὶ ἔδοξαν αὐτοὶ θῦσαι, ἐλογίσησαν δεῖσθαι μετανοίας, εἴ γέ τισιν αὐτῶν συνεχώρησάν τινες τῶν ὁμολογησάντων. τινὲς γὰρ τῶν μαρτυρησάντων καὶ παθόντων ὑπὲρ τῆς πίστεως, συνεχώρησε τοῖς μὲν μηδὲν ὡς εἰρηται μὴ θύσασι, καὶ ἐδέξαντο αὐτοὺς μὴ τῶν πιστῶν ὅτι ὀξέφυγον πολυζήτητον τὸ θυσιάσαι τοῖς δαίμοσι. διὸ ἡ πάλαι ἐξάμηνον ἐφορθεσμίαν, ἐμνήσθη τῆς διὰ Γαβριὴλ μηνύσεως., τῆς ὃν ἓκτῳ μηνὶ τῆς συλλήψεως τοῦ προδρόμου, ἐν ᾧ συνελήφθη ὁ κύριος. ὑπαφέρει δὲ καὶ ῥήματα ἀποστολικά.

## Canon VI.

## ΚΑΝΩΝ ς'.

*Ii autem qui servos Christianos pro se submiserunt, servi quidem, ut qui ipsi sub manu essent, & quodammodo ipsi quoque in dominorum custodia essent, minisque ab ipsis territi, & propter eorum metum eò compulsi, & lapsi, anno operæ pœnitentiæ ostendent, & deinceps discentes, ut servi Christi, facere Christi voluntatem, & eum timere: audientes maximè, quòd unusquisque, si quid boni fecerit, hoc feret à domino, sive servus sive liber sit.*

Τοῖς δὲ δούλοις Χριστιανοὺς ἀνθ' ἑαυτῶν ὑποβεβληκόσιν, οἱ μὲν δοῦλοι ὡς ἂν ὑποχείριοι ὄντες καὶ βίαιον τινὰ καὶ αὐτοὶ φυλακισθέντες ὑπὸ τῶν δεσποτῶν, καταπεπληγμένοι ὑπ' αὐτῶν, καὶ διὰ τὸν φόβον αὐτῶν εἰς τοῦτο ἐληλυθότες καὶ ὀλισθήσαντες, ἐνιαυτὸν τὰ τῆς μετανοίας ἔργα δείξουσι, μανθάνοντες τὰ λοιπὰ ὡς δοῦλοι Χριστοῦ, ποιεῖν τὸ θέλημα τοῦ Χριστοῦ καὶ φοβεῖσθαι αὐτόν· ἀκούοντες μάλιστα ὅτι ἕκαστος ἐάν τι ποιήσῃ ἀγαθὸν, τοῦτο κομίσηται παρὰ κυρίου, εἴτε δοῦλος εἴτε ἐλεύθερος ᾖ.

Bals. Servos qui dominorum jussu ac minis sacrificarunt, anno punit hic Pater: ut qui enim domino paruerint, ignoscit, & grave supplicium non infligit: ut qui autem sint magis Christi servi, & eum debent magis metuere, mediocrem pœnam imponit. Unusquisq; enim, inquit, secundum magnum Paulum, quod fecerit bonum à domino recipiet, sive servus sive liber.

ΒΑΛΣ. Τὸν κέλευσιν καὶ ἀπειλὴν τῶν δεσποτῶν δοῦσαντας δοῦλους δίκη ἐνιαυτὸν ἐπιτιμᾷ ὁ πατὴρ οὗτος· ὡς μὲν γὰρ πειθαρχοῦσι τοῖς δεσπόταις, συγγνωμονεῖ, καὶ βαρεῖαν οὐκ ἐπάγει κόλασιν· ὡς δὲ δούλοις Χριστοῦ μᾶλλον ὄσι, κἀκεῖνον πλέον φοβεῖσθαι ὀφείλουσι, μετρίως ἐπιτιμᾷ. ἕκαστος γάρ φησι Χριστὸς καὶ μέγαν Παῦλον, ὃ ἐάν ποιήσῃ ἀγαθὸν, κομιεῖται τοῦτο παρὰ κυρίου εἴτε δοῦλος εἴτε ἐλεύθερος.

Zonar. Nonnulli servos suos Christianos, pro seipsis, etiam invitos ad immolandum submisere. Hosce igitur servos, quamvis dominorum jussione coacti, non autem sua voluntate, sacrificaverint, annum in pœnitentia degere hic Pater jubet: meminisséque se cum sint fideles, esse Christi servos, eumque magis timere oportere: ac unumquemque ut magnus ait Apostolus, sive servum, sive liberum, quæ fecerit reportaturum.

ΖΩΝΑΡ. Τινὲς δοῦλους οἰκείους Χριστιανοὺς ἀνθ' ἑαυτῶν καὶ ἀκόντων ὑπέβαλλον θύειν. τοὺς μὲν οὖν δούλους, εἰ καὶ κελεύσει τῶν δεσποτῶν ἔθυσάν τε βιασθέντες, ἀλλ' οὐκ ἐξ οἰκείου θελήματος, ἐνιαυτὸν ὁ πατὴρ οὗτος διορίζει· καὶ μαθεῖν ὅτι πιστοί ὄντες Χριστοῦ δοῦλοί εἰσι, κἀκεῖνον μᾶλλον φοβεῖσθαι ὀφείλουσι· καὶ ὅτι ἕκαστος κ.τ.λ. μέγαν ἀπόστολον, ὃ ἐάν ποιήσῃ κομιεῖται, εἴτε δοῦλος, εἴτε ἐλεύθερος.

## Canon VII.

## ΚΑΝΩΝ ζ'.

*Liberi autem tribus annis in pœnitentia examinabuntur, tum quòd dissimulaverint, tum quòd effecerint ut conservi sacrificarent, ut qui Apostolo non obedierint, qui vult dominos eadem facere quæ servi, remittentes minas. Scientes, inquit, quòd noster quoque & ipsorum dominus est in cælis, & non est apud eum personarum acceptio. Si unum autem omnes habemus dominum, apud quem non est personarum acceptio, quoniam, & omnia, & in omnibus est Christus, in Barbaris, & Scythis, servis & liberis, debent considerare quod fecerunt, volentes suam ipsorum animam servare; qui conservos nostros traxerunt ad idololatriam, qui poterant & ipsi effugere, si jus & æqualitatem ipsis præbuissent, ut rursus dicit Apostolus.*

Οἱ δὲ ἐλεύθεροι, ὃν ὡρίσιν ἕτεροι ἐξεταζήσονται ἐν μετανοίᾳ, καὶ ὡς ὑποκρινόμενοι, καὶ ὡς καταναγκάσαντες τοὺς ὁμοδούλους θῦσαι, ὅτι δὲ φθάκισαντες τὸ ἀποστόλου τὸ αὐτοὺς θέλοντος ποιεῖν τοὺς δεσπότας τοῖς δούλοις ἀνιέντας τὴν ἀπειλὴν, εἰδότας, φησὶν, ὅτι καὶ ἡμῶν καὶ αὐτῶν ὁ κύριός ἐστιν ἐν οὐρανοῖς, καὶ προσωπολημψία παρ' αὐτῷ οὐκ ἔστιν. εἰ δὲ ἕνα κύριον ἔχομεν οἱ πάντες ἀπροσωπόληπτον, ἐπεὶ καὶ πάντα καὶ ἐν πᾶσίν ἐστιν ὁ Χριστὸς, ἔν τε βαρβάροις καὶ Σκύθαις, δούλοις καὶ ἐλευθέροις, σκοπεῖν ὀφείλουσιν ὃ κατειργάσαντο θελήσαντες τῇ ψυχὴν ἑαυτῶν σῶσαι, οἱ τοὺς συνδούλους ἡμῶν ἑλκύσαντες εἰς εἰδωλολατρείαν, δυναμένους καὶ αὐτοὺς ἐκφυγεῖν, εἰ δίκαιον καὶ τῇ ἰσότητα πρὸς αὐτοὺς φέροντες, ὡς πάλιν ὁ ἀπόστολος λέγει.

Bals. Liberis autem seu dominis servorum sacrificare coactorum, triennii pœnam injungit, quod & sacrificare simularunt, & omnino annuere visi sunt, & quòd conservos sacrificare coëgerunt, & quòd Apostolo non paruerunt jubenti servis minas remittere, utpotè cùm ipsi quoque domini Dei servi sint, & famulorum conservi: atque ipsi quidem festinarunt suam servare animam, conservos autem suos ad idololatriam compulerunt, qui poterant effugere.

ΒΑΛΣ. Τοῖς δὲ ἐλευθέροις ἤτοι τοῖς δεσπόταις τῶν βιασθέντων θῦσαι δούλων, δίκη χρείαν ἐπιτιμᾷ, ὅτι τε ὑποκρίνασθαι θῦσαι, ὅλως ἔδοξαν καταναγκάσαντες, καὶ ὅτι τοὺς συνδούλους ἠνάγκασαν θῦσαι, καὶ ὅτι παρήκουσε τοῦ ἀποστόλου κελεύοντος ἀνιέναι τοῖς δούλοις τὴν ἀπειλὴν, ὡς καὶ τῶν δεσποτῶν δούλων ὄντων τοῦ κυρίου, καὶ τοῖς οἰκέταις συνδούλων· καὶ αὐτοὶ μὲν ἔσπευσε τὴν οἰκείαν σῶσαι ψυχὴν, τοὺς δὲ συνδούλους ἐπὶ εἰδωλολατρείαν κατέπεισαν, δυναμένους ἐκφυγεῖν.

ΖΩΝΑΡ.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ΖΩΝΑΡ. Τοῖς δὲ ἐλευθέροις, ἤτοι τοῖς δεσπόταις τῶν A βιασθέντων θῦσαι δύλων ὅτι πρεσπόν ὅτι πιμᾶ· ὅτι τε ὑπεκρίθησαν θῦσαι, καὶ ὅλως ἔδοξαν ὑποκύψαι, καὶ ὅτι τοὺς σωσύλους ἠνάγκασαν θῦσαι, καὶ ὅτι τοῦ Κυρίου τῶν ἀποστόλων κελδύοντος, ἀνιέναι τοῖς σύλοις τὴν ἀπειλήν· ὡς καὶ τῶν δεσποτῶν σύλων ὄντων κυρίου καὶ τῶν οἰκέτων σωσύλων. καὶ αὐτοὶ μὲν ἔσπευσαν τὴν οἰκείαν σῶσαι ψυχήν· τοὺς δὲ σωσύλους, ὅτι εἰδωλολατρείαν κατέπειξαν διωκόμενοι ἐκφυγεῖν.

Zonar. Liberis autem, hoc est Dominis servorum, qui sacrificare sunt coacti, triennii pœnam injungit: tum quia sacrificare se simularunt, ac succumbere omnino visi sunt; tum quia conservos coëgerunt ut immolarent; nec obtemperarunt Apostolo jubenti servis minas remittere, cum ipsi quoque Domini sint Dei servi, & famulorum conservi. Ac ipsi quidem festinarunt suam servare animam, conservos autem, qui effugere poterant, ad idololatriam compulerunt.

## ΚΑΝΩΝ η'.

## Canon VIII.

Τοῖς δὲ προδεδομένοις καὶ ἐκπεπτωκόσι τοῖς τε αὐτοῖς προσπελλυδοῦσιν εἰς τὸν ἀγῶνα καὶ ὁμολογοῦσιν ἐν Χριστιανοῖς, B ἐμβεβλημένοις τε ὑπὸ τὴν φυλακὴν μετὰ βασάνων, δίκαιόν ἐστιν ὑπ' ἀγαλλιάσει καρδίας συνεπιφέρειν καὶ κοινωνεῖν ἐν πᾶσιν, ἔν τε τῇ προσευχαῖς καὶ τῇ μεταλήψει τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος, καὶ τῇ παρακλήσει τοῦ λόγου· ἵνα δυτονώτεροι ἀγωνισάμενοι καταξιωθῶσι καὶ αὐτοὶ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως. καὶ γὰρ ἑπτάκις, φησὶ, πεσεῖται ὁ δίκαιος καὶ ἀναστήσεται. ὅσῳ εἰ καὶ πάντες οἱ ἐκπεπτωκότες μετοικήσαι, τελεοτάτῃ καὶ ὁλοκάρδιον μετάνοιαν ἐνεδείξαντο.

*Iis autem qui proditi sunt, & exciderunt, qui & ipsi ad certamen accesserunt, se esse Christianos confitentes, & in custodiam cum tormentis conjecti sunt: æquum est in exultatione cordis vires simul addere, & eis in omnibus communicare, & in orationibus, & in participatione corporis, & sanguinis, & sermonis adhortatione: ut qui constantiùs decertaverint, ipsi quoque superna vocationis brabio dignentur. Etenim septies, inquit, cadet justus & resurget; quod quidem si omnes quoque ipsi fecissent perfectissimam, & toto corde susceptam pœnitentiam ostendissent.*

ΒΑΛΣ. Τινὲς προσπελήλυθοι καὶ προδέδωκοι τοῖς τυράννοις, C ἢ καὶ ἑκουσίως αὐτοῖς ἑαυτοὺς προέδωκαν, ἡττηθέντες δὲ ὑπὸ τῶν κολάσεων, ἐκπεπτώκασι τῆς μαρτυρίας, εἶτα μεταμεληθέντες καὶ γνόντες τὸ ἀγαθὸν ὁμολογηταὶ ἐν Χριστιανοί, ὥστε καὶ εἰς φυλακὰς ἐμβεβλῆσθαι καὶ βασάνους ὑποσῆναι. τοὺς τοιούτους οὖν δίκαιον κρίνει ὁ ἅγιος μετὰ θυμηδίας δέχεσθαι καὶ ὑπερωσύνην πρὸς τὸ ὀρθόδοξον πίστιν, καὶ κοινωνεῖν αὐτοῖς ἔν τε προσευχαῖς καὶ τῇ μεταλήψει τῶν ἁγιασμάτων, καὶ διὰ λόγου παρακαλεῖν, ἵνα πρὸς τὸν ἀγῶνα δυτονώτεροι γένωνται, καὶ καταξιωθῶσι τῆς ἐπουρανίου βασιλείας. ἵνα δὲ μὴ δόξῃ πεπτώκασι, νομίζωνταί πισιν ἄδεκτοι, ἑπτάκις καὶ μαρτυρίαν λὸ τῆς γραφῆς, ὅ, ἑπτάκις, ἀντὶ τοῦ πολλάκις, πεσεῖται ὁ δίκαιος, καὶ ἀναστήσεται. τοῦτο δέ, φησὶν, εἰ καὶ πάντες οἱ τῆς ὁμολογίας ἐκπεπτωκότες ἐποίησαν τὴν πτῶσιν, καὶ ἐνώπιον τῶν τυράννων Χριστιανοὺς ὁμολογῆσαι ἑαυτοὺς, ἐνεδείξαντο ἂν τελεοτάτην μετάνοιαν. Διαφορὰ δὲ ἐστὶ τῶν ἐν τῷ παρόντι κανόνι διειλημμένων, καὶ τῶν ἐν τῷ πρώτῳ κανόνι προειρημένων, αὕτη, ὅτι ἐκεῖ μὲν, οἱ διὰ τὰς βασάνους ἐκπεπτωκότες ἢ μετεσχηκότες ἐνώπιον τῶν τυράννων εἰς τὴν ὁμολογίαν τῆς πίστεως· ἐνταῦθα δέ, οἱ ἐκπεπτωκότες διὰ βασάνους, ἐξ ἀγαθῆς μεταμέλειας ὅτι τῶν τυράννων τὸν κύριον ὡμολόγησε. καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ λογίζονται ἐκπεσεῖν.

Balsamon. Quidam tyrannis delati & proditi fuerant, vel etiam ipsi seipsos illis sponte tradiderant; victi autem tormentis testimonio exciderunt: deinde cùm pœnitentia ducti essent, & quod bonum est, agnovissent, se esse Christianos confessi sunt; adeo ut in custodiam conjecti, tormenta quoque sustinuerint. Eos ergo æquum censet sanctus lætanti animo suscipere, & ad fidem orthodoxam confirmare, & eis communicare, & in orationibus & sacramentorum participatione, verbisque adhortari ut sint ad certamen constantiores, & cœlesti regno digni habeantur. Ne autem eo quòd lapsi sunt, minimè suscipiendi videantur, testimonium quoque ex scriptura inducit, quod est, Septies, id est sæpe, cadet justus & resurget. Hoc autem, si etiam, inquit, omnes, qui à confessione exciderunt, fecissent, ut scilicet lapsi reluctarentur, & se coram tyrannis Christianos faterentur, perfectissimam pœnitentiam ostendissent. Differunt ergo quæ in hoc Canone comprehensa sunt, ab iis quæ in primo Canone continentur, quòd illic quidem qui propter tormenta lapsi sunt, ad confitendam coram tyrannis fidem nequaquam conversi sunt: hîc autem qui propter tormenta lapsi sunt, ex bona pœnitentia sub tyrannis dominum confessi sunt, propterea neque cecidisse judicabuntur. D

ΖΩΝΑΡ. Εἰ τινες δὲ, φησὶ, προσπελήλυθοι καὶ προδέδωκοι τοῖς τυραννῶσιν, ἢ αὐτοὶ ἑαυτοὺς προέδωκαν, καὶ ἐκπεπτώκασι τῆς μαρτυρίας, ἡττηθέντες τῶν κολάσεων, καὶ μὴ φέροντες τὰς ἐν τῇ φυλακαῖς κακοχίας καὶ τὰς βασάνους· Εἶτα ἀνεπάλαιστον τὴν πτῶσιν, καὶ ὁμολογηταὶ ἐν Χριστιανοί, ὥστε καὶ εἰς φυλακὰς ἐμβεβλῆσθαι καὶ βασάνους ὑποσῆναι· τοὺς πιστοὺς δίκαιον κρίνει ὁ ἅγιος μετὰ θυμηδίας δέχεσθαι καὶ ὑπερωσύνην ἀντὶ τοῦ ὑπερωσύνειν, ἐνδιαμονῶ καὶ προθαρρύνειν πρὸς τὴν ὁμολογίαν· καὶ κοινωνεῖν αὐτοὺς ἐν πᾶσιν ἔνθα προσευχαῖς καὶ τῇ μεταλήψει τῶν ἁγιασμάτων, καὶ διὰ λόγου παρακαλεῖν· ἤτοι διεγείρειν αὐτοὺς εἰς τὴν μαρτυρίαν, ἵνα πρὸς τὸν ἀγῶνα δυτονώτεροι γένωνται, καὶ τῆς ἐπουρανίου βασιλείας ἀξιωθῶσιν. ἵνα δὲ μὴ δόξῃ πεπτώκασι δύσαντες νομίζωνται πισιν ἄδεκτοι, ἑπτάκις καὶ μαρτυρίαν ἐκ τῆς γραφῆς. ὅ, ἑπτάκις, ἀντὶ τοῦ πολλάκις, πεσεῖται ὁ δίκαιος, καὶ ἀναστήσεται. τοῦτο δὲ, φησὶν, εἰ καὶ πάντες οἱ τῆς ὁμολογίας ἐκπεπτωκότες ἐποίησαν τὸ ἀναπαλαῖσαι τὴν πτῶσιν, καὶ ἐνώπιον τῶν τυράννων Χριστιανοὺς ὁμολογῆσαι ἑαυτοὺς, ἀνεδείξαντο ἂν τελεοτάτην μετάνοιαν. E

Zonar. Si qui verò, inquit, ad tyrannos delati, ac proditi sunt, vel ipsi sese ipsis dediderunt, exciderunteque à testimonio vi tormentorum superati, nec ærumnas quibus in carcere afflictabantur, cruciatúsque perferentes; mox revocato certamine se Christianos esse confessi sunt, ex quo & in vincula conjecti, & cruciatibus sunt affecti: ejusmodi homines cum exultatione excipi Sanctus hic rationi consentaneum judicat: tum roborare ipsos, hoc est, vires, animos, fiduciámque addere quò profiterentur fidem; ac eisdem in omnibus communicare, tum in precationibus, tum in perceptione sacramentorum; verbisque adhortari, hoc est, ipsos ad exhibendum fidei testimonium excitare, ut constantiores sint in certamine, ac cœlesti regno digni habeantur. Verum ne ex eo quod lapsi sunt sacrificantes, nullo modo admittendi ab aliquibus existimentur, testimonium quoque illud ex sacris litteris profert, Septies, hoc est sæpius cadet justus, ac resurget. Hoc vero, inquit, si alii omnes qui à confessione exciderunt fecissent, ut post lapsum certamen repeterent, ac seipsos coram tyrannis Christianos profiterentur, absolutam pœnitentiam indicavissent. F

A

## Canon IX.

*Iis quoque qui tanquam ex ſomno ipſi ad certamen parturiens, & trahere differens, proſiliunt, ſibi autem pugnæ maritimæ, & multæ fluxuum mundationis tentationem attrahunt, vel potiùs fratribus peccatorum carbonem accenduut, ipſis quoque communicandum eſt, ut qui in nomine Chriſti ad id veniant: etſi verba ejus non animadvertant, qui docet orare ne ingrediamur in tentationem, & eum rurſus in oratione patri dicere, Et ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo. Fortè autem etiam ignorant patremfamilias & dominum* B *noſtrum, ſæpe ab iis qui illi inſidiari volebant, ſeceſſiſſe: & quod quandoque etiam libere apud eos non incedebant, & quòd etiam quando paſſionis tempus appropinquavit, non ſeipſum tradidit, ſed expectavit donec ad eum venirent cum gladiis & fuſtibus. Dicit ergo eis: Tanquam ad latronem exiiſtis cum gladiis & fuſtibus ad me comprehendendum. Qui etiam tradiderunt ipſum, inquit, Pilato. Ad ejus quoque ſimilitudinem iis accidit, qui ejus ſcopum ſibi proponentes incedunt, divinorum ejus verborum recordati, qui-* C *bus nos confirmans, de perſecutionibus dicit, Attendite vobis ipſis: tradent enim vos in concilia, & in ſuis ſynagogis vos flagellabunt. Tradent autem, dixit, non, vos ipſos tradetis: & ad principes & reges ducemini propter nomen meum, non, vos ipſos ducetis. Nam nos quoque vult à loco in locum tranſilire, dum ſunt qui nos perſequuntur propter nomen ejus. Sicut rurſus eum dicentem audimus, Et quando vos ab hac civitate perſecuti fuerint, fugite in aliam. Non vult enim nos ad diaboli ſtipatores ſatellitéſque confugere, ne ipſis quoque multifariæ mortis* D *cauſa ſimus, ut qui ipſos, & aſperiores eſſe cogamus, & opera mortifera peragere: ſed expectare, & nobis cavere, vigilaréque & orare, ne intremus in tentationem. Ita Stephanus primus, ejus veſtigiis inſiſtens, martyrium paſſus, Hieroſolymis ab iniquis correptus, & in concilium ductus, lapidibus obrutus, in nomine Chriſti glorificatus eſt, rogans, & dicens, Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum. Ita Jacobus ſecundus ab Herode comprehenſus, gladio capite truncatus eſt. Ita Petrus Apoſtolorum primus, ſæpe com-* E *prehenſus, & cuſtodiæ traditus, ignominiáque affectus, poſtremò Romæ crucifixus eſt. Similiter & inclytus Paulus, ſæpe traditus, & ad mortem uſque in periculum adductus, multa mala perpeſſus, & in multis perſecutionibus afflictionibúſque gloriatus, in eadem urbe ipſe quoque gladio capite multatus eſt, qui in quibus gloriatus eſt, ipſe in iis vitam finiit; & quòd Damaſci in ſporta noctu per murum demiſſus eſt, & effugit ejus manus qui eum conabatur opprimere. Erat enim eis inprimis propoſitum evangelizare, & verbum Dei docere: in quibus fratres confirmantes ut manerent in fide, hoc quoque dicebant, quòd per multas af-* F *flictionis oportet in regnum Dei ingredi. Quærebant enim non quod ſibi erat utile, ſed quod multis, ut ſervarentur. Et multa ipſis liceret ad hæc facientia dicere, ut verbo Dei convenienter facerent, Niſi, ut dicit Apoſtolus, nos tempus narrantes deficeret.*

Bals. Qui è ſomno modò éxurgunt, & maximè ſi crudo profundóque ſomno premebantur, non habent conſtantem rationem, ſed perturbatam, & inſtabilem: Talibus aſſimilat ſacroſanctus hic martyr eos qui

## ΚΑΝΩΝ θ'.

Καὶ τοῖς ὃ ὡς ἂν ἐξ ὕπνου ἑαυτοῖς ἅρπαγὴν εἰς ἆ ἀγῶνα, ὠδίνοντα καὶ μέλλοντα ἑλκύσαι, ἑαυτοῖς ὃ πειρασμὸν ὑπομασαμένοις θαλαττομαχίας καὶ πολλῆς κυματώσεως, μᾶλλον ὃ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς φορτικαίουσιν ἄνθρακα ἁμαρτωλῶν, καὶ αὐτοῖς κοινωνητέον, ἅτε ὃ ὂν ὀνόματι Χριστῷ προερχομένοις εἰς τοῦτο, εἰ καὶ μὴ προσέχουσιν αὐτῷ τοῖς λόγοις διδάσκοντος προσεύχεσθαι μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμὸν, καὶ πάλιν ὃν ἐν εὐχῇ λέγειν Ὦ πατερ, καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. ἴσως ὃ καὶ ἀγνοοῦσι τὰς πολλάκις γινομένας ἀναχωρήσεις τοῦ οἰκοδεσπότου καὶ διδασκάλου ἡμῶν ἀπὸ τῶν θελόντων ὀπισθοδρομεῖν, καὶ ὅτι ἐπ' ὀπὸ ὅτε παῤῥησίᾳ ἐφιστάτει δι' αὐτοῦ, καὶ ὅτι καὶ ὅτι ὁ καιρὸς τοῦ πάθους αὐτοῦ προσῆγεν, οὐχ ἑαυτὸν προέδωκεν ἀλλ' ἐδέξατο ἕως ἦλθον ἐπ' αὐτὸν μὴ μαχαιρῶν καὶ ξύλων. λέγῃ οὖν πρὸς αὐτούς· ὡς ἐπὶ λῃστὴν ἐξήλθετε μὴ μαχαιρῶν καὶ ξύλων συλλαβεῖν με. οἳ καὶ προέδωκαν αὐτὸν, φησὶ, Πιλάτῳ. καθ' ὁμοιότητα ἦν αὐτοῦ καὶ οἱ κατ' ὀπίσω αὐτοῦ βαίνοντες, πεπόηκασι, μεμνημένοι τῶν θείων αὐτοῦ λόγων, δι' ὧν ὑποτίθεται ἡμᾶς περὶ τῶν διωγμῶν λέγων, προσέχετε ἑαυτοῖς· παραδώσουσι γὰρ ὑμᾶς εἰς συνέδρια, καὶ ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν μαστιγώσουσιν ὑμᾶς. παραδώσουσι δὲ εἶπεν, ἀλλ' οὐχ ἑαυτοὺς παραδώσετε· καὶ ὅτι ἡγεμόνας δὲ καὶ βασιλεῖς ἀχθήσεσθε ἕνεκα ὀνόματός μου, ἀλλ' οὐχ ἑαυτοὺς ἄξετε. ἐπεὶ καὶ μεταπηδᾶν ἡμᾶς βέλει ἀπὸ τόπου εἰς τόπον διωκομένους ἕνεκα ὀνόματος αὐτοῦ. ὡς πάλιν ἀκούομεν αὐτοῦ λέγοντος, καὶ ὅθεν διώκουσιν ὑμᾶς ἐκ τῆς πόλεως ταύτης, φεύγετε εἰς τὴν ἑτέραν· οὐ γὰρ θέλῃ αὐτομολεῖν ἡμᾶς πρὸς τοὺς τοῦ διαβόλου ὑπασπιστὰς καὶ δορυφόρους, ὅπως μὴ καὶ πλόκων θανάτων αἴτιοι αὐτοῖς γινώμεθα, ὡς ἂν καταναγκάζοντες αὐτοὺς μᾶλλον καταρχύνεσθαι καὶ τελεσιουργεῖν τὰ θανατηφόρα ἔργα· ἀλλ' ἐκδέχεσθαι καὶ προσέχειν ἑαυτοῖς, γρηγορεῖν τε καὶ προσεύχεσθαι ἵνα μὴ εἰσέλθωμεν εἰς πειρασμόν· ὕτω Στέφανος πρῶτος κατ' ἴχνος αὐτοῦ μάρτυρον, ἀναδεξάμενος, ἐν Ἱεροσολύμοις συναρπασθεὶς ὑπὸ τῶν παρανόμων, καὶ ἀχθεὶς ἐν τῷ συνεδρίῳ, λιβολοληθεὶς ἐν ὀνόματι Χριστοῦ ἐδοξάσθη παρακαλῶν καὶ λέγων, κύριε μὴ στήσῃς αὐτοῖς ταύτην τὴν ἁμαρτίαν. ὕτως Ἰάκωβος δεύτερος συλληφθεὶς ὑπὸ Ἡρῴδου, μαχαίρᾳ τὸν κεφαλὴν ἀπετμήθη. ὕτως ὁ πρῶτος τῶν ἀποστόλων Πέτρος πολλάκις συλληφθεὶς καὶ φυλακισθεὶς καὶ ἀπαχθεὶς, ὕστερον ἐν Ῥώμῃ ἐσταυρώθη. καὶ ὁ πρῶτος Παῦλος πλεονάκις παραδοθεὶς καὶ εἰς θανάτου κινδύνους πολλά τε ἀθλήσας καὶ καυχησάμενος ἐν πολλοῖς διωγμοῖς καὶ θλίψεσιν, ἐν τῇ αὐτῇ πόλει καὶ αὐτὸς μαχαίρᾳ τὸν κεφαλὴν ἀπετμήθη, οἷς ἐν οἷς ἐκαυχήσατο, κατέληξε· καὶ ὅτι ἐν Δαμασκῷ σαργίδι ἐχαλάσθη διὰ τοῦ τείχους νυκτὸς, καὶ ἐξέφυγε τὰς χεῖρας τοῦ ζητοῦντος αὐτὸν πιάσαι. ὃ γὰρ προκείμενον ἦν αὐτοῖς ἐν πρώτοις εὐαγγελίζεσθαι καὶ διδάσκειν τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, ἐν οἷς ὑπομένοντες τοὺς ἀδελφοὺς ἐμμένειν ἐν τῇ πίστει, καὶ τοῦτο ἔλεγον ὅτι διὰ πολλῶν θλίψεων δεῖ εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ. ἐζήτουν γὰρ οὐ ἑαυτῶν σύμφορον ἀλλὰ τῶν πολλῶν, ἵνα σωθῶσι. καὶ ἦν πολλὰ λέγειν αὐτοῖς εἰς ταῦτα φρὸς ὃ κατὰ λόγον προσῆκεν, εἰ μὴ, ὡς λέγει ὁ ἀπόστολος, ἐπιλείποι δ' ἂν ἡμᾶς διηγουμένους ὁ χρόνος.

Bals. Οἱ ἄρτι τοῦ ὕπνου ἐξανισταμένοι, καὶ μᾶλλον εἰ ὠμοῦ ὕπνου εἶεν, οὐ καθεστηκότα τὰ λογισμὸν ἔχουσιν, ἀλλὰ πταραγμένον καὶ ἀκατάστατον· τοιούτοις ὡμοίωκεν ὁ ἱερομάρτυς οὗτος, τοὺς προπηδῶντας εἰς τὰ ἀγῶνα, ἤγουν τοὺς

μὴ

μὴ δὶ τάκτως ἀλλὰ θρασέως καὶ ἀσβεστικέπλως εἰσωθῶνται ἑαυτὺς εἰς ⓐ ἀγῶνα, ὠδίνοντα καὶ μέλλοντα ἐλκῦσαι, ἀντὶ τῦ μήπω εἰς φανερὸν ἐκπεφυγῶσαν, ἀλλὰ μελετώμενον καὶ μέλλοντα ἤτοι βραδύνοντα ἑλκῦσαι τὺς ἀγωνιζομένυς, οἵ τινες ἑαυτοῖς πειρασμὸν ὀπτανῶνται, ἤγουν εἰς ἑαυτὺς ἕλκυσι πεφασμόν. μᾶλλον ὅ καὶ ἄλλοις πιστοῖς ἀνάπλυσιν ἄνθρακας ἁμαρτωλῶν, τὺς ὑπὸ τῦ τυράννων δηλονότι κολάσεις. ἀλλ' εἰ καὶ αἰτιᾶται τὺς ὕτω ποιοῦντας, κοινωνῆν τοῖς αὐτοῖς τὺς πιστὺς θεμιτόν ἐστι, ὅτι διὰ ⓐ Χριστὸν κατδραμον ⓐ ἀγῶνα, κἂν ἠγνόησαν τὴν ἐκείνυ διδασκαλίαν, δι' ἣν ἔφασκον δεῖν αἰτεῖν μὴ πειρασθῆναι, καὶ ὅτι οὐκ ἑαυτὸν παρέδωκεν, ἀλλὰ παρέδοτο. καὶ μὴ ὑποπτευτέον πρὸς τὺς κολαστὰς, ἵνα μὴ αἴτιοι αὐτοῖς γένωνται πλήονων φόνων, ὥσπερ ὠδίνοντες αὐτὺς εἰς τὰς κατὰ τῆς εὐσεβῶν τιμωρίας. ἐπάγει δὲ καὶ διάφορα παραδείγματα γραφικὰ ὁ κανών.

A non ordinatè, sed temerariè & inconsiderate se in certamen intrudunt; parturiens, & trahere differens, pro eo quod nondum in apertum erupit, sed meditatur & differt, seu cunctatur decertantes trahere, qui sibimet tentationem alliciunt, sive in seipsos tentationem trahunt. Maximè autem, & aliis fidelibus peccatorum carbones accendunt, à tyrannis scilicet punitiones. Sed etsi eos, qui sic faciunt, reprehendit, jubet tamen fideles eis nihilo secius communicare, quia propter Christum certamen subierunt, quamvis illius doctrinam ignorarunt, qui docet petere ne tentemur, & quòd ne seipsum quidem tradidit, sed traditus est, & non esse ad tortores confugiendum, ne pluribus se cædibus contaminandi ipsis causæ sint; ut qui eos incitent ad sumenda de piis supplicia. Infert autem & diversa sacræ scripturæ exempla Canon.

ΖΩΝΑΡ. Οἱ ἄρτι τῦ ὕπνυ ἐξανιστάμενοι, κἂ μᾶλλον εἰ ὀμοῦπνοι εἶεν, ἢ καθεσκηκότα τὸ λογισμὸν ἔχυσιν, ἀλλὰ πεταραγμένον, κὰ ἀκατάστατον. τοιούτοις φησὶν ὁ ἱερομάρτυς ἔοικε, τὺς σπεύδοντας εἰς τὺς ἀγῶνας, ἤγουν τὺς μὴ δὶ τάκτως ἀλλὰ θρασέως κὰ ἀσβεστικέπτως εἰσωθῦντας ἑαυτὺς εἰς ⓐ ἀγῶνα, ὠδίνοντα, κὰ μέλλοντα ἑλκῦσαι, ἀντὶ τῦ μήπω εἰς φανερὸν ἐκπεφυγότα, ἀλλὰ μελετώμενον κὰ μέλλοντα ἤτοι βραδύνοντα ἑλκῦσαι τὺς ἀγωνιζομένυς, οἵ τινες πειρασμὸν ὀπτανῶν), ἤγουν εἰς ἑαυτὺς ἕλκυσι πειρασμὸν, μᾶλλον ὅ κὰ ἄλλοις πιστοῖς ἀνάπλυσιν ἄνθρακας ἁμαρτωλῶν, τὺς ὑπὸ τῦ τυράννων δηλονότι κολάσεις. ἀλλ' εἰ κὰ αἰτιᾶται τὺς ὕτω ποιῦντας, κοινωνῆν τοῖς αὐτοῖς τὺς πιστὺς θεμιτόν ἐστι, ὅτι ἐν ὀνόματι τῦ Χριστῦ προέρχονται εἰς τῦτο· διαῤῥήδην δηλαδὴ τῷ Χριστῷ, ἢ ὑπὲρ τῦ ὀνόματος τῦ Χριστῦ αἱρόμενοι ⓐ ἀγῶνα. εἰ πάντα κὰ ἃ κῦρι τῶν ἐκείνυ ποιῦσι διδασκαλίαν, διδάσκοντος αἰτεῖν, μὴ πειρασθῆναι, ἢ κὰ ἀγνοῦσιν ὅτι ὁ κύριος ὑπεχώρησε ἀπὸ τῆς ὁπλισαμένων αὐτῷ, κὰ ἔστιν ὅτε μὲ φανερῶς ἀπεστάλη, κὰ ὅτι σεσὶ ἑαυτὸν παθεῖν, ἀλλὰ παρέδοτο, κὰ ἐν τῷ διώκειν τὺς μαθητὰς αὐτῦ, διετάξατο φεύγειν εἰς πόλιν ἐκ πόλεως, καὶ μὴ αὐτομολεῖν πρὸς τὺς κολαστὰς, ἵνα μὴ αἴτιοι αὐτοῖς γένωνται πλειόνων φόνων. ὥσπερ ὠδαθήνοντες αὐτὺς εἰς τὰς κατὰ τῆς εὐσεβῶν τιμωρίας, καὶ τὺς ἀποστόλυς ἔφαγε εἰς ὑπόδειγμα, ⓐ Στέφανον, ⓐ Ἰάκωβον, καὶ τὺς κορυφαιοτάτυς Πέτρον καὶ Παῦλον.

Zonar. Qui à somno recentes exurgunt, præsertim si graviore somno opprimebantur, ratione haudquaquam sedata, sed perturbata, inconstantique utuntur. Ejusmodi hominibus sanctus hic martyr similes eos asserit, qui in certamen proruunt, non ordinatè sed audaci ac temerario impetu seipsos intrudunt in certamen; parturiens, ac trahere differens, pro eo quod nondum in apertum erupit, sed meditatur, & differt, sive cunctatur decertantes trahere, qui quidem tentationem accersunt, hoc est ad seipsos tentationem pelliciunt, quin potius aliis fidelibus accendunt carbones peccatorum, tormenta nimirum quæ à tyrannis inferuntur. Sed quamvis accuset eos qui hoc modo se gerunt, ipsis tamen à fidelibus communicandum esse decernit, quod in nomine Christi ad hoc prodeunt: fidentes videlicet Christo, aut in ejus nomine sibi certamen deposcentes, etiamsi forte illius præceptioni minus obtemperent, docentis petere ne tentemur, vel etiam ignorent Dominum secessisse ab insidiatoribus suis, solitúmque aliquando non palam deambulare, nec seipsum prodidisse ut pateretur, verum ab aliis proditum, præcepisséque discipulis, ut quo tempore illos inimici insectarentur, fugerent è civitate in civitatem, nec seipsos ultro tortoribus traderent, ne pluribus se cædibus contaminandi causam ipsis præberent, eos velut irritantes ad supplicia piis hominibus irroganda. Affértque Apostolorum exemplum, Stephani, Jacobi, ac supremorum ordinis sui procerum Petri, & Pauli.

## ΚΑΝΩΝ ί.

Ὅθεν φανὸν ἔστιν ὅλως ὀφεῖλον θεσὶ τὺς ἀπὸ κλήρυ αὐτομολήσαντας ἐκπεπτωκότας τι καὶ ἀναπαλαίσαντας, ἔτι ἐν τῇ λῃτυργίᾳ εἶναι, ἅτε δὴ καταλείψαντας ὡς ποίμνιον κυρίυ καὶ μωμησαμένυς ἑαυτύς· ὅταν ὑφ' ἑνὸς τῦ ἀποστόλων πεποίηκε. καὶ γὰ ὁ πολλὰς διωγμὰς ἐξανύσας, πολλά τε ἆθλα ἀγωνισμάτων ἀναδεξάμενος ὁ μακάριος ἀπόστολος Παῦλος, ἐγνωκώς τε ὅτι κάλλιόν ἐστιν ἀναλῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι, ὑπαφέρῃ καὶ λέγῃ· Τὸ δὲ ἐπιμένειν τῇ σαρκὶ, ἀναγκαιότερον δι' ἡμᾶς. σκοπῶν γὰ οὐ τὸ ἑαυτῦ συμφέρον, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν ἵνα σωθῶσιν, ἀναγκαιότερον τ ἑαυτῦ ἀναπαύσεως ἡγήσατο τὸ, φιλοψυχῆν τοῖς ἀδελφοῖς καὶ ὑπομελεῖσθαι αὐτῶν. ὃς καὶ ⓐ διδάσκοντα δῆλόν ἐστιν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τύπον γινόμενον τῶν πιστῶν. ὅθεν οἱ ἐν τῇ εἱρκτῇ ὑπομένοντες τὴ λῃτυργίας ἐκπεπτωκότες, καὶ ἀναπαλαίσαντες, πάνυ ἀναισθητῶσι. πῶς γὰ αὐτῶν ὁ καταλείψας, δυνάμενοι τοῖς ἀδελφοῖς ὄφελιμοι εἶναι ἐν καιρῷ τοιούτῳ; ἕως μὲν οὖν ἄπταιστοι ἦσαν, συγνώμην εἶχον ὑπὸ τῇ παραλόγῳ αὐτῶν φορᾷ. ὅτε δὲ ἔπταισαν ὡς ἂν ὑφαφθυσάμενοι καὶ ἑαυτὺς μωμησάμενοι, οὐκέτι δύνανται λῃτυργεῖν. διὸ φρονιζέτωσαν μᾶλλον ἐν ταπεινοφροσύνῃ πῶς ὀκ-

Canon X.

*Unde non est æquum, ut vel Clerici, qui sua sponte aufugerunt, lapsi autem, & reluctati sunt, amplius in sacro ministerio maneant, ut qui Domini gregem reliquerint, & seipsos vituperaverint: quod nullis fecit ex Apostolis. Etenim cùm multas persecutiones obiisset, & multa certaminum præmia ostendisset beatus Apostolus Paulus, sciens esse longè melius dissolvi, & esse cum Christo, infert, & dicit; In carne autem manere, magis necessarium propter vos. Considerans enim non suam, sed multorum utilitatem, ut serventur, magis quàm suam quietem, necessarium existimavit, apud fratres manere, & eorum curam gerere. Qui etiam vult eum qui docet, esse in doctrina exemplum fidelibus. Unde qui in carcere contendentes, à ministerio exciderunt, & reluctati sunt, sensus planè sunt expertes. Quomodo enim petunt quod reliquerunt, cùm in ea tempestate esse possent fratribus suis utiles? Quamdiu itaque firmi stabilésque manserunt ejus quod præter rationem fecerant, eis venia dabatur. Quando autem lapsi sunt, ut qui perperam se gesserunt & seipsos vituperaverunt, non possunt amplius sacra ministeria*

*ministeria obire. Et ideo magis curam gerant, quomodo in humilitate vitam peragant à vana gloria cessantes. Eis enim sufficit communio, quæ diligenter & accuratè fit duabus de causis, tum ne videantur molestia affici, hinc dissolutionem vi arripientes: tum ne lapsi aliqui causentur se propter pœnæ occasionem fuisse remissos: Qui quidem plusquam omnes probrum & ignominiam habebunt: sicut ille qui fundamentum posuit, & non potuit perficere: incipient enim, inquit, omnes qui prætergredientur, eum illudere, dicentes: Hic homo posuit fundamentum, & non potuit perficere.*

A τελέσωσι παυσάμενοι τ̃ κενοδοξίας. ἀρκεῖ γὰρ αὐτοῖς ἡ κοινωνία μὲτ̀ ὑπομάσεως καὶ ἀκριβείας ἀμφότερον γινομένης, καὶ ἵνα μὴ δόξωσι λυπεῖσθαι μ̃ βίας ἀπιδραπόμενοι τ̃ ἐντεῦθεν ἀναλύσεως, καὶ ἵνα μή τινες ὀκπεσόντες, προφασίζωνται ὡς διὰ τὸ ἀφορμὴν τ̃ ὑπομάσεως ἀπεκλελυμένοι· οἵ τινες πλέον ἁπάντων αἰσχύνῃ καὶ ὄνειδ@. ἕξουσι, κατ' ἐκεῖνον @ πλησίον τὰ θεμέλιον, καὶ μὴ ἰσχύσαντα ἐκτελέσαι· ἄρξονται γάρ φησιν πάντες οἱ παραπορευόμενοι ἐμπαίζειν αὐτῷ λέγοντες, ὅτι ὁ ἄνθρωπος θεμέλιον ἔθηκε καὶ οὐκ ἴσχυσεν ἐκτελέσαι.

B

BALS. De iis qui sua sponte ad martyrii certamen confugiunt, locutus pater, nunc de Clericis quoque, qui sunt ejusmodi, loquitur: & dicit quòd si Clericus ad certamen sua sponte profugit, deinde cùm non posset ferre tormenta, excidit, & cùm rursus ad se rediisset, lapsum suum revocavit, & se coram tyrannis Christianum confessus est, is non ampliùs sacra ministeria obibit, eo quòd gregem Domini reliquerit, & eo quòd cum sua quidem sponte confugerit, & tormenta sufferre non potuerit, sibi ipsi labem attulit. Ut autem populi doctrinam negligerent, & suam utilitatem præferrent, nec Apostoli fecerunt. Magnus enim Paulus, postquam C multa tormenta subiisset, intelligens multo esse melius vitam relinquere, maluit vivere & torqueri propter salutem, & doctrinam populi. Sensu ergo omnino carent, qui petunt sacrum ministerium, à quo sua sponte exciderunt. Quomodo enim petunt quod reliquerunt, cùm possint in hac tempestate persecutionis scilicet, fratribus esse utiles? Si itaque non cecidissent, inquit, ejus quod præter rationem fecissent, eis daretur venia, spontaneæ scilicet fugæ, vel in fratribus docendis, & confirmandis socordiæ. Sin autem propter suam insolentiam & arrogantiam lapsi sunt (tale enim est se temere tormentis objicere audere, nec posse tolerare, & D propterea de eis triumphus actus est) non possunt ampliùs sacra ministeria obire. Quamobrem magis curent quomodo confessionem in humilitate peragant, cessantes à vanâ gloriâ sacrum ministerium petendi: sufficit enim eis cum fidelibus communio, quæ fit propter duo, diligenti cautione rectóque consilio. Si enim dixerimus nos eos non habere pro communicantibus, & eos molestia afficiemus tanquam sententiam ferentes, eos, vi, seu multatos, hinc dissolvi, seu mori, & alios quoque qui fortasse lapsi sunt, & volunt ad quod bonum est redire, remissos ad hoc & negligentes efficiemus, causantes se fidelibus non esse communicaturos, etiE amsi post lapsum fidem confessi fuerint: qui si non convertantur, plus probri & ignominiæ quàm omnes susceperint, quemadmodum & qui fecit fundamentum, domum autem non perfecit. Ei enim sunt similes, qui ad tormenta quidem propter Christum confugerunt, & veluti pulchro jacto fundamento, id quod honestum est, perficere propter lapsum non potuerunt. Nota ergo, quòd ne confessio quidem propter Christum restituit eum qui semel à Clero abalienatus est propter lapsum.

Βαλσ. Μετὰ τὸ ϱοοιμάσασθαι τ ἅγιον, ϗ ἑαυτὸν μὲν εἰς ἐσχάτην ταπείνωσιν ἀγαγεῖν, τ γ τὰς ἐϱωτήσεις πεποιημένα ἅγιον Ἀμφιλόχιον ὑπεϱεγκωμιάσαι, ἀπολογεῖται θεῖ ὧν ἠϱωτήθη, ϗ φησιν, ὅτι θεῖ τοῦ εἰ χϱὴ βαπτίζεσθαι τὺς Ναυατιανὺς, τὺς ϗ Καθαϱὺς ἑαυτὺς ὀνομάζοντας, διάφοϱοι γνῶμαι ϱοήχθησαν, καθὼς ϗ σὺ ἀϱτεμνημόνευσας· ϗ ἤϱεσε τῇ ἕδει ἀκολυθεῖν ἑκάστης χώϱας. εἶτα θεῖ τῶν Πεπυζηνῶν ἀϱξάμενος ἀπολογεῖσθαι, διδάσκει τί ἐστιν αἵϱεσις, ϗ τί σχίσμα, ϗ τί θϱασυναγωγή. ϗ τὸ μὲν βάπτισμα τῶν αἱϱετικῶν, φησὶ πάντελῶς ἀθετεῖσθαι· τὸ γ τῶν ἀποκϱισάντων ἑαυτὺς, θεδέχεσθαι· τὺς γ θϱασυναγόντας σωάπαξ πάλιν τῇ ἐκκλησίᾳ μετανοῦντας ἀξίως

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ως, ὥστε καὶ εἰς τοὺς φερομένους βαθμοὺς πολλάκις ἀναδέχεσθαι. τοὺς γοῦν Γεπυζηνοὺς, ὡς βλασφημοῦντας εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ Μοντάνῳ καὶ Πρισκίλλῃ τῷ τῆς παρακλήτου προσηγορείαν ὑποφημίζουσιν, αἱρετικοὺς φησὶ λέγει. τοὺς Ναυατιανούς, τοὺς Εγκρατίτας, καὶ τοὺς Υδροπαραστάτας, καθὼς καὶ ὁ πλούταρχος κανὼν τῇ δευτέρᾳ συνόδῳ διωρίσατο, μὴ ἀναβαπτίζεσθαι, ἀλλὰ χρίεσθαι τῷ ἁγίῳ μύρῳ, καὶ οὕτω μεταλαμβάνειν τῶν ἁγιασμάτων, καὶ Επισκόπους ὄντας δέχεσθαι εἰς τοὺς θρόνους αὐτῶν. καὶ Εγκρατεῖς μέν εἰσιν, οἱ τὸν γάμον ἀποβαλλόμενοι, καὶ λέγοντες εἶναι τοῦτον τοῦ σατανᾶ. καὶ ἀπαγορεύοντες πᾶσιν ἐμψυχοφαγίαν. Ναυατιανοὶ οἱ καὶ καθαροὶ λεγόμενοι, ἐκλήθησαν ἀπὸ Ναυάτου τινὸς Ρωμαίου, ἀποβαλλομένου τοὺς διγάμους, καὶ μέλανοιαν μὴ δεχομένου. Υδροπαραστάται δέ εἰσιν οἱ ἀντὶ οἴνου, ὕδωρ τῷ θεῷ προσφέροντες, καὶ τὸν γάμον πορνείαν λέγοντες.

A pœnitentiam digne agentes, ut & ad priores gradus ſæpe admitti. Pepuzenos ergo, ut qui in ſanctum ſpiritum blaſphemant, & Montano & Priſcillæ Paracleti appellationem tribuunt, dicit eſſe hæreticos. Novatianos autem Encratitas & Hydroparaſtatas, quemadmodum & ultimus ſecundæ ſynodi Canon definivit, non rebaptizandos pronunciavit, ſed ſancto chriſmate inungendos, & ſic eſſe ſacramentorum participes, & exiſtentes Epiſcopos in ſuos thronos ſuſcipiendos. Et ſunt Encratitæ quidem, qui nuptias rejiciunt, & eas ſatanæ eſſe dicunt, & omnem animatorum eſum prohibent. Novatiani qui & Cathari dicti ſunt, à Novato quodam Romano nomen ſortiti ſunt, qui Bigamos abhorrebat, & pœnitentiam non admittebat. Hydroparaſtatæ autem, qui aquam pro vino Deo offerebant, & nuptias fornicationem appellabant.

ZONAR. Περὶ τῶν, εἰ χρὴ βαπτίζεσθαι τοὺς Ναυατιανούς, ἡ ἐρώτησις. ὅτε γὰρ ὠνόμαζον ἑαυτοὺς καθαροὺς· περὶ τούτου, φησὶν, ὁ ἅγιος, ὅτι καὶ πρότερον εἴρηται. τὸ δὲ προφθεμένον φαίνεται ἐκ τοῦ εἰπεῖν, καλῶς ἀπεμνημόνευσας, τὸ ἕπεσθαι τῇ ἑκάστου χώρᾳ, διὰ τὸ διαφόρως ἐνεχθῆναι περὶ τοῦ βαπτίσματος αὐτῶν. ἄλλοι γὰρ, φησὶν, ἄλλως εἶπον πῶς δεῖ αὐτοὺς προσερχομένους δέχεσθαι, καὶ διωμολογήθησαν τὴν γνώμην. ταῦτα μὲν ὁ μέγας Βασίλειος· ὁ δὲ τελευταῖος κανὼν τῇ δευτέρᾳ συνόδῳ, μὴ ἀναβαπτίζεσθαι λέγει αὐτοὺς, ἀλλὰ μόνον χρίεσθαι τῷ ἁγίῳ μύρῳ. τοῦτον οὖν πάντως δεῖ κρατεῖν· ὅτι μείζονός ἐστιν ὁ κανὼν, καὶ ὅτι συνοδικὸς, καὶ συνόδου οἰκουμενικῆς.

ZONAR. De Novatianis, an eos baptizari oporteret quæſtio propoſita fuit. Hi namque Catharos ſeipſos nominabant. De hoc igitur, inquit ſanctus, prius quoque dictum fuit. Quod vero ante dictum eſt, videtur colligi ex iis verbis, Recte admoniſti, ſequendas eſſe cujuſque regionis conſuetudines, eo quod varia de ipſorum baptiſmate fuere ſancita. Alii ſiquidem, inquit, aliter locuti ſunt, de ratione ipſos, ſi ſe obtulerint, admittendi, ac ſententiis diviſi ſunt. Hæc quidem magnus habet Baſilius. Cæterum poſtremus ſecundæ Synodi Canon non iterum baptizandos, ſed ſancto chriſmate tantummodo inungendos eſſe decernit. Hunc igitur omnino tenere oportet, quod & recentior eſt Canon, & Synodicus, iſque à Synodo Oecumenica editus.

Τὸ δὲ τῶν Γεπουζηνῶν, οὐδένα μοι λόγον ἔχειν δοκεῖ· καὶ ἐθαύμασα πῶς κανονικὸν ὄντα τὸν μέγαν Διονύσιον παρῆλθεν.

Pepuzenorum autem Baptiſmus, nullam mihi habere rationem videtur, & miratus ſum quomodo hoc Dionyſium, qui fuit canonicus, latuit.

Εἰκαῦθα ὁ μέγας Βασίλειος διδάσκει τί ἐστιν αἵρεσις, καὶ τί σχίσμα, καὶ τί συναγωγὴ, καὶ τὸ μὲν τῶν αἱρετικῶν φησι βάπτισμα, πάντελῶς ἀθετεῖσθαι· τὸ δὲ τῶν ἀποσχισάντων, προσδέχεσθαι. τοὺς δὲ συναγομένους, συνάπτεσθαι πάλιν τῇ ἐκκλησίᾳ ὑποστρέφοντας ἐν μετανοίᾳ ἀξιολόγῳ· καὶ τοσοῦτον συνάπτεσθαι τῇ ἐκκλησίᾳ, ὥστε καὶ εἰς τὸν αὐτὸν πολλάκις, ἀντὶ τοῦ εἶναι ὅτε, προσδέχεσθαι αὐτοὺς βαθμόν. τοὺς δὲ Γεπυζηνοὺς σαφῶς ὄντας αἱρετικοὺς, βαπτίζεσθαι ἀπαιτεῖ, προσερχομένους τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ. οἱ γὰρ μὴ εἰς τὰ προσδεόμενα ἡμῶν βαπτισθέντες· ἦγουν εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα, οὐδὲ δοκοῦσι βεβαπτίσθαι. πῶς δὲ ποτὲ ἡ καθολικῆς ἐκκλησίας παράδοσιν ἐβαπτίσατο ἄν, ὁ προσκλητὸν τὸν Μοντάνου ὀνομάζων, καὶ τὴν Πρίσκιλλαν; τοὺς δὲ Καθαροὺς, φησὶ, καὶ Εγκρατίτας, καὶ Υδροπαραστάτας, ἔδοξε τοῖς περὶ Κυπριανὸν, καὶ Φιρμιλιανὸν τὸν ἡμέτερον, (οἰκείως δὲ τὸν Φιρμιλιανὸν, ὡς τῆς Καισαρείας γεγονότα Επίσκοπον) πάντας ἀναβαπτίζεσθαι. ὃν γὰρ τῇ Καρχηδόνι, ἧς Επίσκοπος ἦν ὁ Κυπριανὸς, συνόδου συγκροτηθείσης ἀρχαιοτέρας πασῶν· ἔδοξε πάντας τοὺς τε αἱρετικοὺς, τούς τε σχισματικοὺς, βαπτίζεσθαι προσιόντας τῇ ἐκκλησίᾳ· κἂν γὰρ μὴ περὶ δόγμα οἱ σχισματικοὶ σφάλλονται, ἀλλ' ἐπεὶ τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας ἀπερράγησαν, οὐκέτι ἔχουσιν αὐτοῖς προσμένοντος τοῦ χαρίσματος τοῦ ἁγίου πνεύματος. ὃ γοῦν οὐκ ἔχουσι, πῶς ἄλλοις αὐτὸ μεταδώσουσιν; ἀλλ' ὅμως φησὶν ὁ μέγας οὗτος πατὴρ, ὅτι ἐπεὶ πᾶσιν ἔδοξε διὰ οἰκονομίαν, τὸ τῆδε καθαρὸν βάπτισμα δέχεσθαι, ἔστω δεκτόν. καὶ ἡ δευτέρα οἰκουμενικὴ σύνοδος, ὡς προείρηται, δεκτὸν αὐτὸ ἠνέσατο. περὶ δὲ Εγκρατιτῶν φησὶν, ὡς οὐκ ἔδει τὸ αὐτῶν βάπτισμα δέχεσθαι. χρηστέον δὲ, φησὶ, τῷ ἔθει, καὶ ἀκολουθεῖν δεῖ τοῖς τὰ καθ' ἡμᾶς οἰκονομήσασι πατράσιν, ἵνα μὴ διὰ τὴν ἀκρίβειαν, ὀκνηροτέρους αὐτοὺς ποιήσωμεν εἰς τὸ προσέρχεσθαι τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ. οὐχ ὅτι δὲ φησὶ φυλάσσουσιν ἐκεῖνοι τὸ ἡμέτερον βάπτισμα, δεῖ καὶ ἡμᾶς

Hoc loco magnus Baſilius, quid hæreſis, quid ſchiſma, & quid paraſynagoga ſit, docet, ac hæreticorum quidem baptiſmum plane damnatum fuiſſe, ſchiſmaticorum vero admiſſum. Qui vero paraſynagogas ſeu illicitos conventus agerent, ſi digna pœnitentia converterentur, Eccleſiæ rurſum adjungi, atque ita Eccleſiæ adjungi, ut ad eoſdem quoque gradus ſæpe, id eſt quandoque admitterentur. Pepuzenos porro, quippe qui aperte hæretici eſſent, ſi ſe Catholicæ Eccleſiæ ſiſtant, baptizandos eſſe demonſtrat. Qui enim juxta nobis tradita baptizati non ſunt, videlicet, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, ne baptizati quidem eſſe videntur. Quo modo vero ex Eccleſiæ Catholicæ traditione baptizatus fuerit qui Montanum, & Priſcillam Paracletum nominabat? Catharos autem, ait, & Encratitas, & Hydroparaſtatas, viſum eſt Cypriano, & Firmiliano noſtro (Noſtrum ſcilicet Firmilianum appellat, quippe qui Cæſareæ Epiſcopus fuerit) univerſos iterum baptizari. Carthagine ſiquidem, cujus Epiſcopus erat Cyprianus, habita Synodo omnium antiquiſſima, decretum eſt ut omnes tum hæretici, tum ſchiſmatici ad Eccleſiam accedentes baptizarentur: Quamvis enim in nullo dogmate ſchiſmatici decipiantur; tamen quoniam à corpore Eccleſiæ abrupti ſunt, permanentem in ipſis Spiritus ſancti gratiam amplius non habent: Quod igitur non habent ipſi, quonam modo aliis communicabunt? Sed tamen, quandoquidem, inquit hic magnus Pater, Catharorum baptiſma admitti prudenti conſilio quibuſdam placuit, admittamus. Secunda quoque Oecumenica Synodus, ut antea dictum eſt, admittendum cenſuit. De Encratitis vero, ipſorum baptiſma minimè admitti oportere aſſerit. Utendum vero ait conſuetudine, ac ſequi oportere Patres, qui res noſtras adminiſtrarunt, ne ob nimium rigorem ſegniores eos ad Catholicam Eccleſiam accedendam reddamus. Neque vero eo, quod illi noſtrum baptiſma ſervent, nos quoque verecundantes



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

illorum ſervare oportet. Nec enim debemus gratias ipſis referre, ſed exactam ſervare diligentiam. Interea vero, qui ex ipſis ad nos adeunt, ſancto, inquit, chriſmate inungantur, ac ita ſacris myſteriis communicent. Encratitarum porro opinio hæc fuit. Ab omni re animata abſtinebant, ac nuptias recuſabant, Satanicas illas nominantes. Præterea Marcionis quoque opiniones tenere dicuntur. Quoniam vero, inquit, admiſimus jam in cathedram Epiſcoporum hunc, & illum, qui ex illorum numero ſunt, Encratitarum videlicet, haud licet nobis amplius ab Eccleſia ſegregare, ac ſecernere, qui illorum ordini ſunt adjuncti, qui eadem nimirum cum ipſis ſentiunt. Admiſſis namque ipſorum Epiſcopis, veluti Canonem & typum cæteros quoque admittendi per eos edidimus.

δυσωπυμένης δ' ἐκείνων φυλάσσειν. ὐ γὰρ ὀφείλομεν χάριτας ἀντιδιδόναι αὐτοῖς, ἀλλὰ τηρεῖν τὴν ἀκρίβειαν. τέως ἢ οἱ προσερχόμενοι ἐξ αὐτῶν χριέσθωσαν, φησί, τῷ ἁγίῳ μύρῳ, καὶ οὕτως τῶν ἁγιασμάτων μεταλαμβανέτωσαν. ἡ δὲ τῶν Ἐγκρατιτῶν δόξα, τοιαύτη ἦν· ἐμψύχου παντὸς ἀπείχοντο, καὶ τὸν γάμον ἠρνοῦντο· τοῦ Σατανᾶ καλοῦντες αὐτὸν· λέγονται δὲ φρονεῖν καὶ τὰ τῶν Μαρκιωνιστῶν. ὅτι δὲ, φησὶν, εἰς ἐξάμεθα ἤδη εἰς τὴν καθέδραν τῶν Ἐπισκόπων τόνδε, καὶ τόνδε, ἐξ ἐκείνων ὄντας, τῶν Ἐγκρατιτῶν δηλαδὴ, οὐκέτι δυνάμεθα διακρίνειν καὶ ἀφορίζειν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας τοὺς τῷ βήματι ἐκείνων συνημμένους· ἠγούμεθα τοὺς ὁμοδόξους ἐκείνοις. δεξάμενοι γὰρ τοὺς Ἐπισκόπους αὐτῶν, κανόνα καὶ τύπον ὥσπερ ἐθέμεθα οἱ ἐκείνων, καὶ τοὺς λοιποὺς δέχεσθαι.

ARIST. *Hæreticus eſt, qui circa fidem errat: qui verò circa medicabilem aliquam quæſtionem, ſchiſmaticus: Immorigeri vero, qui congregant hos vel iſtos ſunt Paraſynagogi. Baptiſma ab Hæretico celebratum, non recipiendum: recipiendum vero quod a Schiſmatico vel Paraſynagogo celebratur. Pepuzeni Montanum nominarunt Paracletum, quapropter qui in eum baptizantur, non ſunt baptizati. Catharorum & Hydroparaſtatarum, atque Encratitarum baptiſma etiamſi non ſit recipiendum, propter Spiritus Sancti apud eos defectum, nihilominus œconomiæ cauſâ ſuſcipiatur.*

ΑΡΙΣΤ. Αἱρετικὸς ὁ περὶ τὴν πίστιν ἀλλοτριοῦμενος· ὁ δὲ κατά τι ἰάσιμον ζήτημα, σχισματικός. Οἱ δὲ συναγωγεῖς ἀνυπότακτοι τούτους ἢ ἐκείνους, παρασυνάγωγοι. τὸ ἐξ αἱρετικοῦ βάπτισμα ἄδεκτον· δεκτὸν δὲ τὸ ἀποδιδόμενον, καὶ παρασυναγώγου. παράκλητον οἱ Πεπουζηνοὶ τὸν Μοντανὸν ὀνομάζουσιν· ὅθεν καὶ εἰς αὐτὸν βαπτιζόμενοι, ἀβάπτιστοι. τὸ τῶν Καθαρῶν καὶ Ὑδροπαραστατῶν καὶ Ἐγκρατιτῶν βάπτισμα, εἰ καὶ ἄδεκτον, διὰ τὸ ἐπιλεῖψαι τούτοις τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ' ἐν οἰκονομίας χάριν ἔστω.

Qui cum Eccleſiâ Catholicâ non communicant in tria genera dividuntur, in hæreticos, in Schiſmaticos, & paraſynagogos. Et Hæretici quidem ſunt ii, qui ſeſe à fide in Deum omnino abalienarunt, ut Pepuzeni, Manichæi, Valentiniani, Marcioniſtæ, & multi alii. Pepuzeni enim Montanum nominant Paracletum, & duas mulieres adulterio ei conjunctas Priſcillam & Maximillam pro Prophetiſſis habent. Nuptias indifferenter ſolvunt, paſcha pervertunt, tres conſubſtantialis deitatis ſubſiſtentias in unam perſonam confundunt, & alia quædam iſtiuſmodi impia ſentiunt. Manichæi autem duo principia introducunt contraria, & æquali potentiâ prædita, & unum quidem lucis cauſam eſſe opinantur, alterum autem tenebrarum. Solem & lunam Deos faciunt, & diabolum materiæ principem appellant, & nuptias dæmonis præceptum vocant, & ad egenos diſtributionem flagitium judicant, & Dominum incarnatum nihil humanum aſſumpſiſſe arbitrantur, & crucem, & mortem, & reſurrectionem ut non verè facta elevant, & quamplurima alia impia docent. Valentiniani autem carnis reſurrectionem negant, vetus teſtamentum rejiciunt, prophetas legentes & ad ſuam perceptionem eos interpretantes, mythologias quaſdam effingunt, & Chriſtum à Cœlo carnem attuliſſe, & virginem tanquam per canalem tranſiiſſe dicunt, & alia nonnulla iſtiuſmodi blaſphema delirantes proferunt. Marcioniſtæ vero ſunt qui Maſaliani & Euchitæ interpretantur, quorum hæreſis multiformis eſt & multinominis. Hi itaque omnes ab hæreſi ſuâ converſi, & ad rectam fidem accedentes, baptizantur, quia eorum baptiſma à nobis pro nihilo ducitur. Schiſmatici autem ſunt, qui ab Eccleſiâ ſeſe abſciderunt, ut Donatiſtæ, & qui Cathari dicuntur, & Hydroparaſtatæ, & Encratitæ. Hi enim ſi ad catholicam redeant Eccleſiam, & hæreſes ſuas anathematizent, ut baptizati admittentur, et ſolo ſancto Chriſmate ungentur. Paraſynagogi autem ſunt Epiſcopi aut Presbyteri qui ob crimina aliqua condemnati, & miniſterio ſacro moti, & Canonibus non auſcultantes, ſed ſe cum auctoritate defendentes, præſidentiam, & lyturgiam, & al-

Οἱ μὴ κοινωνοῦντες τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, εἰς τρία διαιροῦνται· εἰς αἱρετικοὺς, εἰς σχισματικοὺς, καὶ παρασυναγώγους. καὶ αἱρετικοί μέν εἰσιν, οἱ τῆς εἰς θεὸν πίστεως παντελῶς ἀπηλλοτριώσαντες ἑαυτούς· ὡς οἱ Πεπουζηνοὶ, οἱ Μανιχαῖοι, οἱ Οὐαλεντινιανοὶ, οἱ Μαρκιωνισταὶ, καὶ ἄλλοι πολλοί. οἱ μὲν γὰρ Πεπουζηνοὶ τὸν Μοντανὸν παράκλητον ὀνομάζουσι, καὶ τὰς συναφθείσας αὐτῷ πορνικῶς δύο γυναῖκας, Πρίσκιλλαν, καὶ Μαξίμιλλαν, ὡς προφήτιδας ἔχουσι. τοὺς γάμους ἀδιαφόρως λύουσι· τὸ Πάσχα διαστρέφουσι· τὰς τρεῖς ὑποστάσεις τῆς ὁμουσίου θεότητος εἰς ἓν συγχέουσι πρόσωπον, καὶ ἕτερά τινα ἀσεβῆ τοιαῦτα φρονοῦσιν. Οἱ δὲ Μανιχαῖοι δύο ἀρχὰς εἰσάγουσιν ἐναντίας, καὶ ἰσοδυνάμους· καὶ τῷ μὲν, φωτὸς δοξάζουσιν εἶναι παράπαν· τῷ δὲ, σκότους, καὶ ἥλιον, καὶ σελήνην θεοποιοῦσι· καὶ τὸν διάβολον, τῆς ὕλης προσαρχεύουσιν ἄρχοντα· καὶ τὸν γάμον, νομοθεσίαν καλοῦσι τοῦ δαίμονος· καὶ τῷ εἰς τὰς δεομένους μεταδόσιν, ἀνόμημα κρίνουσι· καὶ τὸν κύριον οὐδὲν ἀνθρώπινον εἰληφέναι σαρκωθέντα δοξάζουσι· καὶ τὸν σταυρὸν, καὶ τὸν θάνατον, καὶ τὴν ἀνάστασιν, ὡς μὴ τῇ ἀληθείᾳ γεγόμμενα, διασύρουσι· καὶ μύρια ἄλλα ἀσεβῆ δογματίζουσιν. Οἱ δὲ Οὐαλεντινιανοὶ τῆς σαρκὸς ἀπαγορεύουσι τὴν ἀνάστασιν· τὴν παλαιὰν ἀθετοῦσι διαθήκην, τοὺς προφήτας ἀναγινώσκοντες, καὶ πρὸς τὴν αἴσθησιν αὐτῶν τέρατα μεθερμηνεύοντες, μυθολογίας τινὰς ἀναπλάττουσι· καὶ τὸν Χριστὸν ἀπ' οὐρανοῦ λέγουσι τὴν σάρκα καταγεγκεῖν, καὶ ὡς διὰ σωλῆνος, διελθεῖν τῆς παρθένου· καὶ ἄλλα τινὰ τοιαῦτα βλάσφημα ληρωδοῦσιν. Οἱ δὲ Μαρκιωνισταί εἰσιν, οἱ Μασαλιανοί, οἱ καὶ Εὐχῖται ἑρμηνευόμενοι· οἵτινες πολυκέφαλον, καὶ πολυώνυμον τὴν αἵρεσιν ἔχουσιν. οὗτοι γοῦν πάντες τῆς αἱρέσεως αὐτῶν μεταστραφέντες, καὶ τῇ ἀμώμητῳ πίστει προσελθόντες, βαπτίζονται, καὶ τὸ ἀθετεῖσθαι παρ' ἡμῶν τὸ βάπτισμα αὐτῶν. σχισματικοὶ δέ εἰσιν, οἱ τῆς ἐκκλησίας ἑαυτοὺς ἀποστήσαντες· ὡς οἱ Δονατιστταί, καὶ οἱ λεγόμενοι Καθαροὶ, καὶ οἱ Ὑδροπαραστάται, καὶ οἱ Ἐγκρατῖται. Οὗτοι γὰρ εἰ ἐπιστρέψουσι πρὸς τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν, καὶ τὰς αἱρέσεις αὐτῶν ἀναθεματίσουσιν, ὡς βεβαπτισμένοι παραδεχθήσονται, καὶ μόνῳ τῷ ἁγίῳ μύρῳ χρισθήσονται. παρασυνάγωγοι δέ εἰσιν, οἱ κατακεκριμένοι ὑπὸ πισὶ πατράσιν Ἐπίσκοποι, ἢ πρεσβύτεροι, καὶ μετακινηθέντες τῆς λειτουργίας, καὶ μὴ ὑποκύψαντες τοῖς κανόσιν, ἀλλ' ἑαυτοὺς αὐθεν-

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

αὐθεντικῶς ἐκδικήσαντες, τῷ προεδρίαν, καὶ τῷ λειτουργίαν, καὶ θυσιαστήριον πηξάμενοι ἕτερον, καὶ τῆς γνώμης αὐτῶν γενέσθαι τινὰς παραπείσαντες, ὥστε συνακολουθῆναι αὐτοῖς, καὶ τῷ καθολικῷ καταλιπεῖν ἐκκλησίαν. Οἱ τοιοῦτοι γὰρ μεταμεληθέντες, καὶ μετανοίᾳ ἀξιολόγῳ, καὶ δι' ἐπιστροφῇ βελτιωθέντες, σωματικῶς πάλιν, ὡς ἓν σῶμα, τῇ ἐκκλησίᾳ.

A tare aliud ſtruxerunt, & aliis ſuæ eſſe ſententiæ perſuaſerunt, ut ipſos ſequantur, & catholicam deſerant eccleſiam. Tales enim pœnitentiam agentes & memorabili reſipiſcentiâ & converſione meliores evadentes, eccleſiæ iterum, ut unum corpus, conjunguntur.

## ΚΑΝΩΝ β'.

Φθείρασα καθ' ὁπτῆδόσιν, φόνου δίκῃ ὑπέχει· ἀκριβολογία δὲ ἐκμορφωμένου καὶ ἀνεξηκονίστου πρὸς ἡμῶν σὺν ἔστιν. οὐ γὰρ ἐκδικεῖται μόνον τὸ γεννηθησόμενον, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἡ ἑαυτῇ ὁπτυλεύσασα, διότι ὡς ὅτι τὸ πολὺ ἐναποθνήσκουσι ταῖς τοιαύταις ὁπτχείρησεσιν αἱ γυναῖκες. προσέστι δὲ τούτῳ καὶ ἡ φθορὰ τοῦ ἐμβρύου, ἕτερος φόνος. καίτοι γε τὴν ὁπόνοιαν τῶν ταῦτα τολμώντων. δεῖ μέντοι μὴ μέχρι τῆς ἐξόδου παρατείνειν αὐτῇ τὴν ἐξομολόγησιν, ἀλλὰ δεκαέτιαν μετὰ τὸ μέτρον τῶν δέκα ἐτῶν· ὁρίζειν δὲ μὴ χρόνῳ ἀλλὰ τρόπῳ τὴν τῆς μετανοίας θεραπείαν.

B

ΒΑΛΣ. Περὶ τῶν πορνευσάντων καὶ ἀναιρούντων τὰ κατ' αὐτὰς ἔμβρυα, δι' ἀφαρμάκων ἢ ἄλλου τινός, εἴρηται ἐν τῷ δεκάτῳ κεφαλαίῳ τοῦ ιγ'. τίτλου τοῦ πρώτου σωζόμενον, καὶ ἐν τῷ κά. κανόνι τῶν ἐν Ἀγκύρᾳ συνόδου. ὁ δὲ πρὸ πολλῶν κανόνων διορίζόμενος τὰς ποινὰς τὰς τῶν φονέων ὁπτιμίοις καθυποβάλλεσθαι, περιέστησι μὴ εἶναι διαφορὰν τοῦ ἀμβλώματος. κἂν γὰρ ἀμόρφωτόν ἐστι τὸ ἀμβλωθέν, κἂν μεμορφωμένον καὶ χαρακτῆρα ἔχον ἀνθρώπου, ὁ αὐτὸς λόγος ἐστί. τοῦτο δὲ ἐῤῥέθη διὰ τοὺς λέγοντας, ὡς ἐπεὶ τὸ σπέρμα τῇ μήτρᾳ καταβαλλόμενον, οὐκ ἀπεκτυπώθεν εἰδοποιεῖται εἰς ἄνθρωπον, ἀλλὰ πρότερον μὲν ἐξαιματοῦται· εἶτα εἰς σάρκα πήγνυται ἀνθρωπίνην· εἶτα ἐξεικονίζεται καὶ διατυποῦται εἰς μέλη καὶ μορία· οὐ γίνεται φόνος. ὅταν ἀμβλωθῇ τὸ ἔμβρυον, τὸ μήπω εἰδοποιηθέν. ὅπερ ἐστὶν ὁ ἅγιος, ὡς οὐ μόνον διὰ τὸν τῆς ἐμβρύου φθορὰν ἢ τοῦ φόνου ἐκδίκησις γίνεται, ἀλλὰ διὰ τὴν ὁπόνοιαν τῆς κυοφορουμένης. ὡς ὅτι ὃ πολὺ γάρ, συναπόλλυται καὶ αἱ μητέρες διὰ τὴν ἀποβολήν. τὸ δὲ ὁπτίμιον, φησὶ, μὴ παρεκτείνεσθαι μέχρι τέλους ζωῆς αὐτῆς τῆς τὸν φόνον ἁμαρτούσης, ἀλλὰ ἐν δέκα ἔτεσι. καὶ ὁ πιὼν δὲ ῥητός, κἂν κανονίσῃ, ἀλλὰ δεῖ τὴν διαστολὴν μὴ ῥητῷ ἀλλὰ τρόπῳ παραγράφεσθαι. ἤγουν, εἰ μὲν καταφρονητικῶς διάκειται πρὸς τὴν μετάνοιαν ἡ ἁμαρτοῦσα, οὐ μόνον ἡ δεκαετία περαιωθήσεται, ἀλλὰ καὶ ὁπτιμηθήσεται. εἰ δὲ σπουδαίως, καὶ ἡ δεκαετία κολοβωθήσεται. καὶ ταῦτα μὲν ὁ παρὼν κανών. σὺ δὲ ἀνάγνωσον καὶ τὸν ϛά. κανόνα τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου, καὶ ὃ ἐν αὐτῷ, καὶ τὸ τέλος τοῦ ἡ. κανόνος τῆς παρούσης ὁπτιστολῆς· καὶ μάθῃς ὡς οὐ μόνη ἡ φθείρασα τὸ ἔμβρυον ὑποκειται τῷ κανονικῷ τοῦ φονέως ὁπτιμίῳ, ἀλλὰ καὶ ἡ διδοῦσα ἐμβρυοκτόνα βοηθήρια, καὶ ἡ ἔχουσα, καὶ ἡ λαβοῦσα, κἂν μὴ φονεύσῃ τὸ ἔμβρυον. τοῦ δὲ παρόντος κανόνος διὰ ὁπτιμίου δεκαετίας κολάζοντος τὸν τοιοῦτον γυναῖκα, ἀκολούθως τῷ κά. κανόνι τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ συνόδου, καὶ τῷ κζ'. κανόνι τοῦ ἁγίου Βασιλείου λέγοντος οὕτω ῥητῶς, ὁ ἀκουσίως φονεύσας, ἐνδέκα ἔτεσιν ἀκοινώνητος ἔσται τῶν ἁγιασμάτων· λέγουσί τινες, ἀκούσιον φόνον ἁμαρτάνειν τὸν φθείρασαν καθ' ὁπτῆδόσιν τὸ κατὰ ταύτης ἐγκυμονούμενον. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, ἀκούσιον μὲν καὶ ταύτην φόνον πλημμελεῖν, καθὼς τοῦτο παρίσταται ἀπὸ τοῦ πέλας τοῦ ἡ. κανόνος, καὶ εἰς τόπον μᾶλλον αὐτοφονεύτου ἑαυτὴν καθίστασθαι, ἐὰν ἐκ τοῦ τοιούτου τρίτου τελευτήσῃ· μὴ ὑποκεῖσθαι δὲ φόνου ἑκουσίου ὁπτιμίῳ διὰ τὸ μὴ ἐξ ὧν φύσει τὸ κυοφορούμενον, καὶ διὰ τὸ μὴ ἐκ διαθέσεως κακῆς μελετηθῆναι τὸν φόνον, ἀλλὰ διὰ φόβον ἐκ ἀλγεινῆς, γονέως τυχὸν ἢ δεσπότου, ἢ ἄλλου τινὸς κίνδυνον ἀπειλοῦντος. ὅτι ἡ διαφθορά ἐστι τοῦ κυοφορουμένου, καὶ τοῦ εἰς φῶς ἐξελθόντος βρέφους, δῆλόν ἐστιν ἀπὸ τῆς βίβλου τῆς Ἐξόδου. φησὶ γὰρ ἡ τοιαύτη Μωσαϊκὴ βίβλος, ἐὰν μάχωνται δύο ἄνδρες, καὶ παταξωσι

## Canon II.

*Quæ de induſtria fœtum corrupit, cædis pœnas luat. Formati autem vel informis ſubtilitas à nobis non attenditur: hîc enim, non ſolùm quod naſciturum fuit, vindicatur, ſed etiam ipſa quæ ſibi inſidias paravit, quoniam ut plurimùm ejuſmodi incœptis unà quoque mulieres intereunt. Ei autem accedit fœtus quoque interitus, aliâ cædes, eorum quidem, qui hæc audent, exiſtimatione. Oportet autem non uſque ad obitum eorum confeſſionem extendere, ſed poſt decem annorum menſuram admittere. Definire autem non tempore ſed modo pœnitentiæ medicinam.*

B

Bals. De iis quæ fornicantur, & ſuos fœtus perimunt medicamentis, vel aliquo alio modo, dictum eſt in x. cap. xiij. tit. præſentis operis: Et in xxi. Canone Synodi Ancyranæ. Præſens autem Canon decernens, eas quæ tale quid agunt, homicidarum pœnis ſubjici, adjicit non eſſe differentiam ullam abortivi fœtus: ſive enim eſt informe quod abortu ejectum eſt, ſive formatum, & quod habet hominis characterem, eadem eſt ratio. Hoc autem dictum eſt propter eos, qui dicunt, quòd, quoniam ſemen in matricem dejectum, non ſtatim formatur in hominem, ſed prius quidem fit ſanguis; deinde in carnem humanam concreſcit: deinde effingitur, & formatur in membra & partes: non fit cædes, quando abortio facta fuerit fœtus, qui nondum eſt formatus. Præterea adjicit ſanctus, quòd non ſolùm propter fœtus interitum fit cædis vindicatio, ſed etiam propter inſidias, quas ſibi paravit mulier gravida. Ut plurimum enim matres quoque unà pereunt propter ejectionem. Pœna autem, inquit, ne extendatur uſque ad finem vitæ ejus quæ cædem perpetravit, ſed in decem annos. Porro tale quoque tempus licèt ſit à Canone conſtitutum, oportet tamen medicinam, non tempore, ſed modo circumſcribi: ſcilicet ſi quæ peccavit quidem, pœnitentiam aſpernari videatur, non ſolùm decennium finietur, ſed etiam augebitur. Sed ſi ſeriò agat pœnitentiam, decennium quoque minuetur. Atque hæc quidem præſens Canon. Tu autem lege xcj. Can. Syn. in Trullo, & quæ in eo ſunt, & finem. viii. Canonis præſentis epiſtolæ: & ſcies quòd non ſolùm quæ fœtum in utero corrupit, ſubjicitur canonico homicidæ ſupplicio, ſed etiam quæ dat venena fœtus perimentia, & quæ habet, & quæ accepit, etiamſi fœtum non peremerint. Cùm autem præſens Canon hanc mulierem decennali ſupplicio puniat conſequenter xxj. Canoni Ancyranæ ſynodi, & lvij. Can. ſancti Baſilii ſic apertè dicentis, Qui non ſponte interfecit, xj. annis non ſit ſacramentorum particeps; dicunt quidam, involuntariam cædem perpetrare eam, quæ data opera fœtum, qui erat in utero, corrupit. Mihi autem videtur, eam voluntariam quoque cædem perpetrare, ut hoc ex fine octavi Canonis oſtenditur, & potiùs loco ejus, quæ ſibi mortem conſcivit, ſi ea ratione perierit, ſeipſam conſtituere: voluntariæ autem cædis ſupplicio non ſubjici, quòd in rerum natura non ſit fœtus, qui eſt in utero: & quòd non malè affecta mortem molita ſit, ſed propter metum non illiberalem, parentibus fortè, vel domino, vel aliquo alio periculum minitante. Quòd autem detur cædes & fœtûs qui eſt in utero, & infantis in lucem egreſſi, manifeſtum eſt ex libro Exodi: dicit enim hic liber Moſaicus: Si duo viri pugnent, & prægnantem mulierem percutiant, & egreſſus fuerit infans non formatus, ea pœ-

C

D

E

F

na multabuntur, quam mulieris maritus impoſuerit. Sin autem formatus fuerit, dabit animam pro anima. Et ex xxxiij. can. & lij. Dicit enim, Quæ ſui fœtûs curam non geſſerit, veluti cædis accerſatur. Atqui quæ per negligentiam fœtum ejicit, tanquam homicida non reputabitur. Ex his ergo pulchrè elicitur, quòd quæ fœtum ſuum corrupit, voluntariorum homicidarum pœnis non ſubjicietur.

ZONAR. Mulieres quædam occultè cum viris corruptæ concipiunt, metu vero parentum fortè, vel dominorum, aut aliorum quorundam, ſtudent conceptum ejicere, medicamentis quibuſdam epotis, aut aliis modis, ac fœtus necant. Quæ igitur id faciunt, veluti patrata cæde puniendas eſſe decernit. Quoniam vero eorum quæ ejiciuntur, alia quidem informia ſunt adhuc, alia vero formata, & quæ jam humanæ figuræ effigiem ſervant, (Semen nimirum in matricem dejectum, primùm in ſanguinem vertitur: deinde in carnem concreſcit informem: tùm in membra, & partes hominis effingitur, & formatur) haudquaquam, ait, informiſne ejectus fuerit fœtus, an formatus inquirimus. Non enim illius tantummodo interitus vindicatur, verum inſidiæ præterea in eam quæ gravida eſt comparatæ. Plerumque ſiquidem, ait, ipſæ quoque mulieres ſimul cum fœtu pereunt, in ejus ejectione morientes. Proinde tum ob præparatas ſibi inſidias, tum ob fœtum peremptum, homicidarum pœnis ſubjicitur. Cæterum non ad vitæ uſque exitum ſed decem tantum annorum ſpatio pœnâ exercebitur; non tempore autem oportet definire, ſed modo: ita ut ſi quidem ea quæ peccavit pœnitentiam aſpernatur, non expleatur ſolum decennii tempus, ſed protogetur: verùm ſi ſtudioſe in pœnitentia ritè obeunda elaborat, aliquid ex ipſo quoque decennio amputabitur: idque totum illius moderatoris arbitrio permittit. In extremo porro octavi canonis, eas quoque, quæ pharmaca ad abortum præbent, homicidarum pœnis damnat. Involuntariæ autem cædis hoc loco tempora decernit, dum hanc mulctam adverſus ejuſmodi mulieres ſtatuit. Hæc enim habet, quinquageſimo ſeptimo canone, Qui involuntarie interfecit, decem annis à ſacrorum myſteriorum perceptione abſtinebit. Nos autem, inquit ſanctus, ſi efformatus fœtus, an informis, non curioſe ſcrutamur. Sunt hæc ſiquidem in libro Exodi conſignata, ſi duo viri pugnent, ac prægnantem mulierem percutiant, & egreſſus fuerit infans non formatus, ea pœna mulctabuntur, quam mulieris maritus impoſuerit. Sin autem formatus fuerit, dabit animam pro anima. Quoniam igitur antiqua lex, cum fœtus quidem nondum efformatus erat abortus, pecuniariam mulctam imponebat, cum vero erat formatus vitâ puniebat, mori jubens eum qui mulierem verberaſſet, facta hujus legis mentione, Nos, inquit ſanctus, nullum diſcrimen ſtatuimus, ſive formata ſint quæ ejiciuntur, ſive informia, nec enim pecuniariam mulctam decernimus, ſed cædis eam, quæ id patravit, condemnamus, tum ob fœtum corruptum, tum ob mulierem à qua is ejectus, ſiquidem cum fœtu ipſam quoque interire ſæpe contingit.

ARIST. *Quæ de induſtriâ fœtum corrupit, quandocunque corruperit, homicidio tenetur.*

Gravida quandocunque venenum acceperit ad fœtum auferendum, homicidii rea eſt, & non accurate examinamus an fœtus informis ſit aut formatus, quoniam plerumque unà cum fœtu intereant & mulieres, & quantum ad earum exiſtimationem duplex fiat homicidium, unum quidem gravidæ, aliud autem fœtûs. Tales itaque decem annos pœnis ſubjicientur, duos quidem annos deflentes, tres autem annos cum audientibus agentes, quatuor ſubſtrati, & anno cum fidelibus conſtituti, & ſic poſt decennium divinorum ſacramentorum participes erunt.

A γυναῖκα ἐν γαστρὶ ἔχουσαν, καὶ ἐξέλθῃ τὸ παιδίον μὴ ἐξεικονισμένον, ὑπόζημον ζημιωθήσεται· κἂν ὑπὲρ ἐκβάλλῃ ἀνὴρ ἢ γυναικός. ἐὰν δὲ ἐξεικονισμένον ᾖ, δώσει ψυχὴν ἀντὶ ψυχῆς. καὶ ἀπὸ τοῦ λη'. κανόνος, καὶ ἀπὸ τοῦ ιβ'. κανόνος. φησὶ γὰρ τὸν ἀμελήσαντα τοῦ κυήματος, ὡς ὑπὸ φόνου κρίνεσθαι. ἀλλὰ μὴν ἡ κατ' ἀμέλειαν ἀποβαλλομένη τὸ ἔμβρυον, ὡς φονεύτρια ὑπολογισθήσεται. λοιπὸν καλῶς ἡ φθείρασα τὸ ἔμβρυον αὐτῆς, οὐχ ὑποκείσεται ὑπὸ τιμωρίαις φονέων ἑκουσίων.

ΖΩΝΑΡ. Λάθρα γυναῖκές τινες ἀνδράσι συμφθειρόμεναι, συλλαμβάνουσι· φόβῳ τῶν γονέων ἴσως ἢ δεσποτῶν, ἢ ἑτέρων τινῶν, ἐπιτηδεύουσι τῶν ἐμβρύων ἀποβολὴν, φαρμάκων τινῶν πόσεσιν, ἢ καὶ τρόποις ἑτέροις, καὶ φθείρουσι τὰ κυόμενα. τοὺς οὖν τοῦτο ποιήσας, ὡς φόνον τολμήσας, ἐπιπλήττει ὁ εἷς. ἐπεὶ δὲ τὰ ἀποβαλλόμενα· τὰ μὲν, ἔτι ἀμόρφωτα εἰσὶ· τὰ δὲ μεμορφωμένα; καὶ τοὺς χαρακτῆρας σώζοντα τῆς ἀνθρωπίνης μορφῆς· (τὸ γὰρ σπέρμα τῇ μήτρᾳ καταβαλλόμενον; πρότερον μὲν ὁλόκληρον· εἶτα εἰς σάρκα πήγνυται ἀμόρφωτον· εἶτα, διακρίνεται καὶ διατυποῦται εἰς μέλη καὶ μόρια) οὐκ ἀκριβολογούμεθά φησιν, εἴτι ἀμόρφωτον ἀπεβλήθη τὸ ἔμβρυον, εἴτι διατετυπωμένον. οὐ γὰρ ἡ φθορὰ ἐκείνη μόνην ἀδικεῖ· ἀλλὰ καὶ ἡ κατ' ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐπιβουλή· ὡς ὅτι τὸ πολὺ γάρ φησι, συναποθνήσκουσι καὶ αἱ γυναῖκες τοῖς ἐμβρύοις, συναποθνήσκουσι τῇ τούτων ἀποβολῇ. διό τε γοῦν ἡ ἐπιβουλὴ ἑαυτῆς, διά τε ἡ τοῦ ἐμβρύου φθορὰν, τῷ τοῦ φονέως ἐπιτιμίῳ καταδικάζεται· οὐ μέχρι τοῦ ἐξόδου ἔτους τὸ ἐπιτίμιον, ἀλλὰ ἐν ἔτεσι δέκα· οὐ χρὴ δὲ χρόνῳ περιγράφειν τὴν μετάνοιαν, ἀλλὰ τρόπῳ· ὥστε εἰ μὲν καταφρονητικῶς διάκειταί πρὸς τὴν μετάνοιαν ἡ ἁμαρτήσασα, οὐ μόνον ἡ δεκαετία πληρωθήσεται· ἀλλὰ καὶ προσθήσει· εἰ δὲ σπουδαίως προσφέρεται πρὸς τὴν τῆς ἁμαρτίας διόρθωσιν, καὶ ἡ δεκαετία κολοβωθήσεται· τὸ πλεῖον δὲ τῇ τοῦ οἰκονομοῦντος αὐτὸν ἀνατίθησι κρίσει. ἐν τῷ τέλει δὲ τοῦ ὀγδόου κανόνος, καὶ ζῆλος δίδοσθαι τὰ ἀμβλωθρίδια φάρμακα, τῷ τοῦ φόνου ὑπάγει. ἀκουσίου δὲ φόνου ἐνταῦθα χρόνους ὁρίζει τῷ κατ' ἐν τοιούτων γυναικῶν ἐπιτιμίῳ. ἐν δὲ τῷ νζ'. κανόνι, φησὶν, ὁ ἀκουσίως φονεύσας, ἐν δέκα ἔτεσιν ἀκοινώνητος ἔσται τῶν ἁγιασμάτων. ἀκριβολογία δὲ ἐκμεμορφωμένου καὶ ἀνεξεικονίσου παρ' ἡμῖν οὐκ ἔστιν, ἔφη ὁ ἅγιος, διότι εἴρηται ἐν τῇ βίβλῳ τῆς Ἐξόδου ταῦτα· ἐὰν μάχωνται δύο ἄνδρες καὶ παταξωσι γυναῖκα ἐν γαστρὶ ἔχουσαν, καὶ ἐξέλθῃ τὸ παιδίον μὴ ἐξεικονισμένον, ὑποζήμιον ζημιωθήσεται καθὸν ἂν ὑποβάλλῃ ὁ ἀνὴρ τῆς γυναικός. ἐὰν δὲ ἐξεικονισμένον ᾖ, δώσει ψυχὴν ἀντὶ ψυχῆς. ὅτι γοῦν ὁ παλαιὸς νόμος ὅτε μὲν μὴ ἐξεικονισμένον ἤμελλε τὸ ἔμβρυον, εἰς χρήματα ἐζημίου, ὅτε δὲ ἤδη ἐξεικονισμένον, εἰς ψυχὴν κατεδίκαζε τιμωρεῖσθαι τὸν τὴν γυναῖκα παταξαντα· τοῦτο τῷ νόμῳ μηνύει ὁ ἅγιος. ἔφη, ὅτι ἡμεῖς οὐ διαφορὰν ἔχομεν, εἴτε ἐκμεμορφωμένα εἰσὶ τὰ ἀποβαλλόμενα, εἴτε ἀμόρφωτα. οὐ γὰρ χρήματα ζημιοῦμεν, ἀλλὰ φόνου κρίνομεν τὸν τοῦτο ποιήσαντα διά τε τὸν τοῦ ἐμβρύου φθορὰν καὶ διὰ τὸν τοῦτο ἀποβάλλουσαν, ἐπεὶ συμβαίνει πολλάκις τῷ ἐμβρύῳ συναπόλλυσθαι καὶ αὐτήν.

ΑΡΙΣΤ. Καὶ ὑποτίθεται φθείρασα, ὅτε ἂν φθείροι, φονεύτρια.

Γ Η ἐγκυμονοῦσα, ὁπόταν ἂν λάβῃ φάρμακον, ὥστε τὸ ἀνελεῖν τὸ ἐγκυμονούμενον, φονεύτρια ἔστι. καὶ οὐκ ἀκριβολογούμεθα, εἰ γε ἀνεξεικόνιστον ἦν τὸ ἔμβρυον, ἢ καὶ μεμορφωμένον· διότι ὡς ὅτι τὸ πολὺ συναποθνήσκουσι τῷ ἐμβρύῳ καὶ αἱ γυναῖκες· καὶ ὅσον καθ' ἑαυτὸν ὑπόκειται αὐτῶν δύο γίνονται φόνοι, εἷς μὲν, ὁ τῆς τικτούσης, ἕτερος δὲ ὁ τοῦ ἐμβρύου, ὅτι δέκα γοῦν ἔτεσιν αἱ τοιαῦται ὑπολιμῶνται, δύο μὲν ἔτη πενθοκλαύσαι, τρία δὲ ἔτη ἀκροωμένοις διατελοῦσαι· ἐν τέσσαρσιν ὑποπίπτουσαι· καὶ ἐν ἑνιαυτῷ συνιστάμεναι τοῖς πιστοῖς· καὶ οὕτω μετὰ τὴν δεκαετῆ χρόνον τῶν θείων ἁγιασμάτων μεταδίδοσιν. ΚΑΝΩΝ

## ΚΑΝΩΝ γ'.

Διάκονος μὴ τὴν διακονίαν πορνεύσας, ἀπόβλητος μὲν τῆς διακονίας ἔσται· εἰς δὲ τὸν τῶν λαϊκῶν ἀποωσθεὶς τόπον, τῆς κοινωνίας οὐκ εἰρχθήσεται· διότι ἀρχαῖός ἐστι κανών, τοὺς ἀπὸ βαθμοῦ πεπτωκότας, τούτῳ μόνῳ τῷ τρόπῳ τῆς κολάσεως ὑποβάλλεσθαι· ἀκολουθησάντων, ὡς οἶμαι, τῷ ἐξ ἀρχῆς τῷ νόμῳ ἐκείνῳ τῷ, οὐκ ἐκδικήσεις δὶς ἐπὶ τὸ αὐτό. καὶ δι' ἑτέραν δὲ αἰτίαν ὅτι οἱ μὲν ἐν τῷ λαϊκῷ ὄντες βάγματι, ἐκβεβλημένοι τοῦ τόπου τῶν πιστῶν, πάλιν εἰς τὸν ἀφ' οὗ ἐξέπεσον τόπον ἀναλαμβάνονται. ὁ δὲ διάκονος ἅπαξ ἔχει διαρκῆ τοῦ δίκαιου τῆς καθαιρέσεως. ὡς ἐνταῦθα οὐκ ἀποδιδομένης αὐτῷ τῆς διακονίας, ἐπὶ ταύτης ἔσησαν μόνης τῆς ἐκδικήσεως. ταῦτα μὲν οὖν τὰ ἐκ τῶν τύπων· καθόλου δὲ ἀληθέστερόν ἐστιν ἴαμα ἡ τῆς ἁμαρτίας ἀναχώρησις· ὥστε ὁ διὰ σαρκὸς ἡδονὴν ἀθετήσας τοῦ χάριν, διὰ τοῦ σωτηρίου τὰ σαρκός, καὶ πάσης ἀλυσιτελείας τὰ καθ' ἐγκράτειαν, ἀποσὰς τῆς ἡδονῆς, ὑφ' ὧν κατεσράφη, πλείαν ἡμῖν ἐπιδείξει τὰ ἰατρεύσεως αὐτοῦ τοῦ ἀποδείξιν. ἀμφότερα ποίνιν εἰδέναι ἡμᾶς δεῖ, καὶ τὰ τῆς ἀκριβείας, καὶ τὰ τὰ συνηθείας. ἔπειδὴ δὲ δεῖ τῶν μὴ καταδεξαμένων τοῦ ἀκροτηρίου τῷ ἀποδοθέντι τύπῳ.

ΒΑΛΣ. Ὁ μὲν κέ. ἀποστολικὸς κανών, καὶ ὁ ἑκτὸς κανών, φησὶ Ἐπισκόπου καὶ διακόνου φασίν· ὁ δὲ λβ· κανὼν τοῦ ἁγίου Βασιλείου διορίζεται, πάντα ἱερωμένον, κἂν τοῦ πρὸς θάνατον ἁμαρτίαν ἁμάρτῃ, καθαιρεῖσθαι μόνον· οὐ μὴν καὶ ἀπὸ τῆς κοινωνίας τῶν πιστῶν, ἧττον ἀπὸ τοῦ ἐκκλησιάζειν χωρίζεσθαι. ἐνταῦθα δὲ φησὶν ὁ ἅγιος καὶ αἰτίας τούτου δύο· μίαν μὲν, τὸ, οὐκ ἐκδικήσεις δὶς ἐπὶ τὸ αὐτό· ἑτέραν δὲ, ὅτι τοὺς λαϊκοὺς ἐκπίπτοντας διὰ ἁμαρτήματα τῆς τῶν πιστῶν συστάσεως, πάλιν διὰ μετανοίας ἀποκαθίστασθαι εἰς τὸν τόπον ὅθεν ἐξέπεσον. τοὺς δὲ ἱερωμένους, μηκέτι ἐπανέρχεσθαι εἰς τοῦ ἱερωσύνου ἧς ἐκπεπτώκασιν. ὡς οὖν ἀρκοῦσαν ἔχοντες τιμωρίαν ὑπὲρ τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν τοῦ καθαίρεσιν, τῆς κοινωνίας οὐκ εἴργουσι. ἀλλὰ ταῦτα, φησὶ, τῶν τύπων ἢ τῶν κανονικῶν διατεταγμάτων. ἡ μὲν ἀληθὴς ἰατρεία τῆς ἁμαρτίας ἐστὶν ἡ ἐξ αὐτῆς ἀναχώρησις. κἂν γὰρ ὁ πορνεύσας καθαιρεθῇ, οὐκ ὀφείλει δοκεῖ ἐνδεχομένως, ὥστε καὶ τοῦ ἀπὸ τοῦ θεοῦ λαβεῖν συμπάθειαν, ἐὰν καὶ ἐπὶ ὀφείλει τῇ ἁμαρτίᾳ, καὶ ἐσὶ δι' ἑτέρας συντριβῆς ἐξιλεοῦται τὸν Θεόν. ὥστε ὀφείλει ὁ ἰατρὸς τοῖς ψυχικοῖς αὐτοῦ τραύμασιν εἰδέναι μὲν καὶ τοῦ ἀκρίβειαν· ἢ γοῦν τοῦ διὰ τῆς καθαιρέσεως κόλασιν τοῦ πορνεύοντος κληρικοῦ· μὴ ἀκολουθεῖν δὲ ταύτῃ ἐξ ἀνάγκης, καὶ τὸν μὴ τοῦ καθαίρεσιν πορνεύοντα ἀνεπιτίμητον καταλιμπάνειν, ὡς ἤδη κολασθέντα διὰ τῆς καθαιρέσεως, ἀλλὰ καὶ ἀφορίζειν ὡς εἰς τόπον ἐλθόντα λαϊκοῦ, καὶ ἄλλως ὀφείλει κατὰ τοῦ δύναμιν τοῦ ἰατρευομένου. ἀναγνωσον καὶ τὸν νθ· κανόνα τῆς παρούσης ἐπιστολῆς, ὃν ἐπὶ ἔπεσι τὸν πορνεύοντα κολάζοντα.

ΖΩΝΑΡ. Τοὺς διακόνους πορνεύσαντας, τὸ μὲν διακονίας, ἐκβάλλειν λέγει· τῆς κοινωνίας δὲ μὴ κωλύεσθαι· καὶ τὰς αἰτίας ἐπάγει. μίαν μὲν, διὰ τοῦ κε. ἀποστολικοῦ κανόνος λέγει· ὃ, οὐκ ἐκδικήσεις δὶς ἐπὶ τὸ αὐτό· ἑτέραν δὲ τὸ τοὺς λαϊκοὺς ἐκπίπτοντας διὰ ἁμαρτήματα τῆς τῶν πιστῶν συστάσεως, πάλιν διὰ μετανοίας ἀποκαθίστασθαι εἰς τὸν τόπον ὅθεν ἐξέπεσον. τοὺς δὲ ἱερωμένους, μηκέτι ἐπανέρχεσθαι εἰς τοῦ ἱερωσύνου ἧς ἐκπεπτώκασιν. ὡς οὖν ἀρκοῦσαν ἔχοντες τιμωρίαν ὑπὲρ τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν τοῦ καθαίρεσιν, τῆς κοινωνίας οὐκ εἴργουσι. ἀλλὰ ταῦτα, φησὶ, τῶν τύπων· ἤγουν, ἃ ἐξ ἔθους μακροῦ ἐτυπώθησαν· καθόλου δὲ ἴαμα τῆς σφάλματος λέγει, τοῦ τῆς ἁμαρτίας ἀναχώρησιν· καὶ ὃ δι' ἐγκρατείας καὶ κακοπαθείας, δουλαγωγῆσαι τοῦ σαρκὸς τυτέστιν, ὑποτάξαι, δουλῶσαι. δεῖ δὲ τοὺς ψυχῶν οἰκονόμους ἀμφότερα εἰδέναι, καὶ τὰ τῆς ἀκριβείας, καὶ τὰ τῆς συνηθείας· καὶ εἰ μὲν οἱ ἁμαρτήσαντες καταδέχοιντο τὰ τῆς ἀκριβείας, καλῶς ἐκείνων οἰκονομεῖσθαι αὐτούς· εἰ δὲ σκληρύνοιντο πρὸς τοῦ ἀκρότητα, ἤγουν πρὸς τοῦ ἄκραν ἀκρίβειαν, ἔπεσι τότε τοῦ ἀποδοθέντι τύπῳ, τῇ συνηθείᾳ δηλονότι.

## Canon III.

*Diaconus post diaconatum fornicatus, à diaconatu quidem ejicietur; in laicorum autem locum extrusus, à communione non arcebitur: quoniam antiquus est canon, ut qui à gradu exciderunt, huic soli punitionis generi subjiciantur: antiquis, ut existimo, legem illam secutis, Non vindicabis bis in idipsum: & etiam propter aliam causam; quòd qui sunt quidem in ordine laico, à loco fidelium ejecti, rursus in eum, ex quo ceciderunt, locum recipiuntur. Diaconus verò semel habet, quod sufficiat, depositionis judicium. Quandoquidem ergo non reddendus ei sit diaconatus, in ea sola punitione steterunt. Hæc quidem sunt quæ ex constitutionibus habentur. In summa autem verior medicina est recessus à peccato. Quare qui propter carnis voluptatem gratiam vilipendit, per carnis afflictionem, & omnigenam ex temperantiæ præscripto servitutem à voluptatibus recedens, à quibus fuit oppugnatus, perfectam suæ curationis demonstrationem nobis exhibebit. Nos ergo utrumq; sciri oportet, & quæ sunt summi juris, & quæ sunt consuetudinis: sequi autem in iis, quæ summum jus non admittunt formam traditam.*

Bals. Vicesimus quidem quintus canon apostolicus, & præsens, de Episcopo & Diacono dicunt: sed xxxij. Canon sancti Basilii decernit quemvis sacris ordinibus initiatum si peccatum ad mortem peccaverit, deponendum tantum esse: non tamen à fidelium etiam communione, ne scilicet in ecclesia congregetur, separari. Hîc autem dicit sanctus duas ejus rei causas: unam quidem illud, Non vindicabis bis in idipsum: alteram verò, quòd laici quidem, propter sua peccata à fidelium congregatione excidentes, per pœnitentiam rursus in pristinum locum restituantur: sacris autem initiati non ampliùs revertuntur ad sacerdotium, à quo exciderunt. Tanquam ergo sufficiens habentes pro peccato suo supplicium depositionem, à communione non arcentur. Sed sunt hæc inquit, typorum sive canonicarum constitutionum. Est autem vera peccati medicina ab ipso recessus. Etsi enim, qui fornicatus est, depositus fuerit, non tantúm punitus esse videtur, ut etiam misericordiam à Deo consequatur, si adhuc in peccato perseveraverit, nec Deum alia contritione placaverit. Quare debet animalium hujus vulnerum medicus scire quidem & summum jus, scilicet punitionem Clerici, qui fornicatus est, per depositionem: eam tamen non necessariò sequi, ut eum etiam, qui post depositionem fornicatur, impunitum relinquat, ut jam per depositionem punitum; sed ut etiam eum segreget, qui laici locum subiit, & aliter eum puniat, pro ejus facultate cui medicina præbetur. Lege & lix. canonem hujus epistolæ, qui fornicatorem septem annis punit.

Zonar. Diaconos, qui fornicati sunt, diaconatu quidem dejiciendos, non tamen à communione arcendos esse asserit: causasq; subjungit; Alteram quidem, quæ Apostolico vigesimo quinto canone continetur, Non vindicabis bis in idipsum: alteram verò, quòd laici ob crimina à fidelium consortio ejecti, rursus in locum, unde exciderunt, per pœnitentiam restituantur; sacris autem initiati in sacrum ordinem, ex quo dejecti sunt, non amplius admittantur. Tanquam igitur ob irrogatam depositionem satis supplicii pro ratione admissi criminis luant, à communione haud prohibentur. Sed hæc, inquit, in constitutionibus reperiuntur, hoc est, longi temporis consuetudine definita sunt. Universè verò peccati medicinam ait esse à peccato recedere, ac per temperantiam corporisq; afflictiones carnem redigere in servitutem, hoc est, coercere ac edomare. Oportet porro animatum curatores utraq; nosse, & quæ summi juris sunt, & quæ consuetudinis: ac si quidem qui peccaverunt, ea quæ sunt exacti juris admittant, ex ejus præscripto cum ipsis agere; sin autem adversus perfectam rationem summum videlicet jus oblucentur, tunc formam traditam, consuetudinem scilicet, sequi.

Arist.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ARIST. *Diaconus qui fornicatus est, & ad Laicorum locum detrusus, à communione ne prohibeatur.*

Depositio Diaconorum sufficiens est judicium, quoniam non sperat locum, unde cecidit, iterum recipere, & ideo non inferatur ei secunda mulcta. Sed sine prohibitione, Divinâ communione dignus habebitur.

## CANON IV.

*De trigamis & polygamis eundem Canonem servatâ proportione, quem in digamis, definivimus, Annum enim in digamis, alii verò duos annos. Trigamos autem tribus & sæpe quatuor annis segregant. Id autem non ampliùs conjugium, sed polygamiam appellant, vel potiùs castigatam fornicationem. Et ideo dominus Samaritanæ, quæ quinque maritos jam habuerat: Quem nunc, inquit, habes, non est maritus; nempe quòd digni non sint, qui à digamiæ mensura exciderunt, ut vel mariti vel uxoris nomine appellentur. Consuetudine autem accepimus in Trigamis quinquennii segregationem, non à Canone, sed ab eorum, qui præcesserunt, consequentia. Oportet autem non eos omnino arcere ab Ecclesia, sed dignari auditione duobus vel tribus annis: & postea permitti quidem consistere (seu in fidelium esse congregatione) à boni tamen communione abstinere, & sic postquam pœnitentiæ fructum ullum ostenderint, communionis loco restituere.*

BALS. Postquam dixisset hic magnus pater antiquos patres ne conjugium quidem nominasse trigamiam, sed polygamiam, vel potiùs castigatam fornicationem, seu non effusam & passim sine ullo discrimine pervadentem, sed contractam, & in una muliere circumscriptam: & scripturæ dictis probasset, trigamiam non esse matrimonium, subjunxit, eam quoque instar digamiæ, proportione utriusque habita, puniri, ut ex hoc loco appareat, trigamiam, sicut & digamiam, non separari, sed puniri. Sed digamiam quidem duobus annis: trigamiam verò quinque; stare autem in loco audientium tribus annis, & postea cum fidelibus consistere ad quinquennium usque trigamos, & ab eo tempore ostensis fructibus pœnitentia dignis in communionis locum restituere. Atque hæc quidem sanctus. Unionis verò tomus, qui factus est sub Constantino Porphyrogenneta & Romano, Constantino quidem imperante, socero autem ejus Romano patris imperatoris auctoritatem ac dignitatem obtinente, anno 6428. indictione viii. & qui singulis annis legitur in suggestu, mense Julio, hæc dicit circa finem, Deinceps autem communi sententia ac judicio pronunciamus, ex præsenti anno, qui est, 6428. indict. viii. neminem oportere se quarto matrimonio jungere sed esse omnino rejiciendum: & si quis ad ejusmodi connúbium venire voluerit, eum esse omni ecclesiastica congregatione privatum, & ab ipso in sanctum templum ingressu alienum, donec in conjugio permanserit. Hoc enim etiam sanctis patribus, qui nos præcesserunt, visum est. Nos verò etiam sententiam apertiorem reddentes, ipsum, ut à Christiana republica alienum, abdicamus. Ac sic quidem de quarto matrimonio. Ut autem, quæ ad alia quoque matrimonia pertinent, decentiùs constituantur, & Christiana vita non indignam institutionem habeant, de tertio quoque matrimonio definimus, ut non absolutè, neque temere perficiatur. Etenim à patribus quidem, ut sordes, permissum est, non tunc temporis quidem, sicut nunc, re citra ullam ruborem impudenter peracta, & indiscriminatim contracta: sed quemadmodum si quis qui in domo in angulum incidit, multas sæpè sordes sitas viderit, nunc autem quando libertatem accepit, & perinde ac si nihil habeat dedecoris

ΑΡΙΣΤ. Διάκονος πορνεύσας, καὶ εἰς τὸν τῶν λαϊκῶν μεταχθεὶς τόπον, ἔστω τῆς κοινωνίας ἀκώλυτος.

Ἀρκοῦσα καταδίκη τῷ διακόνῳ ἐστὶν ἡ καθαίρεσις· ὅτι περ οὐκ ἐλπίζει τὸν τόπον ἐπαναλαβεῖν πάλιν, ἀφ' οὗ περ ἐξέπεσε. καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἐπενεχθήσεται τούτῳ καὶ καταδίκη δευτέρα· ἀλλ' ἀκωλύτως τῆς θείας ἀξιωθήσεται κοινωνίας.

## ΚΑΝΩΝ Δ'.

Περὶ τριγάμων καὶ πολυγάμων τὸν αὐτὸν ὡρίσαμεν κανόνα, ὃν καὶ ὅσπερ τῶν διγάμων ἀναλόγως. ἑαυτὸν μὲν γὰρ ὅσπερ τῶν διγάμων· ἄλλοι δὲ δύο ἔτη. τοὺς δὲ τριγάμους ἐν τρισὶ καὶ πεντάσι πολλάκις ἔτεσιν ἀφορίζουσιν. ὀνομάζουσι δὲ τὸ τοιοῦτον οὐκ ἔτι γάμον, ἀλλὰ πολυγαμίαν, μᾶλλον δὲ πορνείαν κεκολασμένην. διὸ καὶ ὁ κύριος τῇ Σαμαρείτιδι πέντε ἄνδρας ἐμνηστεύσατο· ὃν νῦν, φησὶν, ἔχεις οὐκ ἔστι σου ἀνήρ. ὡς οὐκέτι ἀξίων ὄντων τῶν ὑπερεκπεσόντων τοῦ μέτρου τῆς διγαμίας τῷ τοῦ ἀνδρὸς, ἢ τῆς γυναικὸς, καλεῖσθαι προσρήματι. συνήθειαν δὲ καταλαβόμεθα ὅσπερ τῶν τριγάμων πενταετίας ἀφορισμόν· οὐκ ἀπὸ κανόνων, ἀλλ' ἀπὸ τῶν προειληφότων ἀκολουθίας. δεῖ δὲ μὴ πάντη αὐτοὺς ἀπείργειν τῆς ἐκκλησίας· ἀλλ' ἀκροάσεως αὐτοὺς ἀξιοῦν ἐν δύο που ἔτεσιν ἢ τρισί. καὶ μὴ ταῦτα ὑπομένειν συγχωρεῖν μὲν, τῆς δὲ κοινωνίας τοῦ ἀγαθοῦ ἀπέχεσθαι, καὶ ὅταν ὑπόδειγμένους καρπόν τινα μετανοίας ἀποκαθιστᾶν τῷ τόπῳ τῆς κοινωνίας.

ΒΑΛΣ. Ὁ μὲν μέγας ὅδε πατὴρ εἰπὼν τοὺς ἀρχαίους πατέρας μηδὲ γάμον ὀνομάσαι τὴν τριγαμίαν, ἀλλὰ πολυγαμίαν, ἢ μᾶλλον πορνείαν κεκολασμένην, ἤγουν οὐκ ἐκκεχυμένην καὶ ἀδιάφορον, ἀλλὰ σωφρονισθεῖσαν καὶ περιγραφομένην ἐν μιᾷ γυναικί· καὶ ἀπὸ γραφικῶν ῥημάτων κατασκευάσας, μὴ εἶναι γάμον τὴν τριγαμίαν, ἐπήγαγε, καὶ ταύτην ὑπὸ τιμωρίας ἀναλόγως τῇ διγαμίᾳ· ὡς ὁντεῦθεν ἀναφαίνεσθαι καὶ τὴν τριγαμίαν ὑπὸ τὴν διγαμίαν μὴ διαφορᾶς, ἀλλὰ ὑπὸ τιμωρίας. πλὴν μὲν τὴν διγαμίαν διὰ δύο ἐτῶν, τὴν δὲ τριγαμίαν, διὰ πέντε. ἴσασι δὲ εἰς τὸν τόπον τῶν ἀκροωμένων ἐν ἔτεσι τρισὶ, καὶ μὴ ταῦτα σωφρόνως τοῖς πιστοῖς μέχρις ὅλης πενταετίας τοὺς τριγάμους. καὶ ἔκτοτε καρποὺς ἀξίους ὑποδειξαμένους τῆς μετανοίας, ἀποκαθιστᾶν εἰς τὸν τόπον τῆς κοινωνίας, καὶ ὁ μὲν ἅγιος ταῦτα. ὁ δὲ ζῆλος τῆς ἑνώσεως, ὁ γεγονὼς ὑπὸ Κωνσταντίνου τοῦ Πορφυρογεννήτου καὶ Ρωμανοῦ· τοῦ μὲν Κωνσταντίνου βασιλεύοντος, τοῦ δὲ πενθεροῦ αὐτοῦ Ρωμανοῦ, τοῦ τοῦ βασιλέως πατρὶ ἐμφέροντος ἀξιώματι ὄντος ἔτει ϛυκή. ἰνδικτιῶνι ή. καὶ ἀναγινωσκόμενος ἐτησίως ἐπ' ἀμβωνος τῇ Ἰουλίου μηνὶ, ζ δὲ περὶ τοῦ τέλους φησὶ, καὶ λοιπὸν ἀποφαινόμεθα κοινῇ γνώμῃ καὶ κρίσει ἀπὸ γε τοῦ νῦν ἔτους, ὅ ἐστιν ἔτους ϛυκή. ἰνδικτιῶνι ή. τέταρτον γάμον μηδενὶ τολμᾶσθαι, ἀλλ' εἴ τις ἀπόβλητον πάντελῶς· καὶ τὸν εἴ τις ὑπὸ τοιοῦτον ἐλθεῖν σωτήριον προσδυμηθῇ, πάσης ἀπεστερημένον εἴ τις σωτηρίας ἐκκλησιαστικῆς, καὶ αὐτῆς τοῦ πρὸς τὸν ἅγιον ναὸν εἰσόδου ἀλλότριον, μέχρις ἂν ὑπομείνῃ τοὺς σωτηρίους. τοῦτο γὰρ καὶ τοῖς πρὸ ἡμῶν ἁγίοις ἔδοξε πατράσι. καὶ ἡμεῖς δὲ τῷ γνώμῳ ἐκθηλοτέραν ποιοῦντες, ὡς ἀλλότριον αὐτὸν τῆς Χριστιανικῆς πολιτείας ἀποκηρύττομεν. ἀλλ' ὕστερον μὲν ὑπὸ τὸν τέταρτον γάμον· ἵνα δὲ καὶ τὰ τῆς ἄλλων γάμων διηκριβωμένως τυπωθῇ, καὶ τοῦ τῶν Χριστιανῶν βίου μὴ ἀνάξιον ἔχῃ τῷ προσαγωγείῳ, καὶ περὶ τοῦ τρίτου ὁρίζομεν γάμου, ὥστε μηδὲ ἁπλῶς, μηδὲ ὡς ἔτυχεν, ὑπιπλεῖσθαι αὐτό. καὶ γὰρ συγχαρήσεται μὲν ὡς ῥύπασμα τοῖς πατράσιν, ὕστερον τότε καλοῖς νῦν, γινόμενον τοῦ προστάγματος ἀπηυθρισμένως, σὺν εἰς πλάτος ἐξηπλωμένου· ἀλλ' ὥσπερ εἴ τις ἐν οἴκῳ παμπεπλωκὼς ἐν γωνίᾳ σπιδὴν πολλάκις κείμενον ῥύπασμα· ναῦς δὲ ὅταν χώραν ἔλαβε παῤῥησίας, καὶ ὡς ὑδὲν ἔχων εἰς ἀχρειοσύνην, σὺν ῥυπαίνων

ῥυπαίνων λογίζεται, ὁκ τῷ προβλῶσαι εἰς πλησμονὴν, καλῶς ἔδοξεν ἀνακαθαίρειν αὐτόν· ὥσπερ κ᾽ αἰχρὸν ὂν ἡ γονὴ ἀποῤῥιπτόμενον, ἀλλ᾽ ὅτι τῆ οἰκίας ὀνησιπλουμένον ὑδαμῶς ἐάσομεν, ἀλλὰ καθαίρομεν, κ᾽ ὃ ὁκ τούτου ἀνδὲς ἀποβάλλομεν· κ᾽ τῇ ἀνθρωπίνῃ συμπείκοντες ἀσθενείᾳ, κ᾽ τῆς πρεπούσης σωφροσύνης φροντίδα ποιούμενοι τῇ Χριστιανικῇ ζωῇ, τὸν ὅτι τῷ τρίτων γάμων προφυλάττεσθαι δεῖ ζόμεν ὡς εἴπις πρὸς πεντηκοστὸν ἔτος ἀναβεβηκώς, κ᾽ μήτε τὴν φύσιν αἰδούμενος, μήτε τῆς ὀφειλομένης Χριστιανοῖς ἐγκόσμιον ζωῆς φροντίδα ποιούμενος, ἀλλὰ μόνης τῆς ἐμπαθοῦς ὀπθυμίας γινόμενος, πρὸς τρίτον ἑαυτὸν ὑπερβάλλει γάμον, τοῦτον μὴ πάσης ἀκριβείας κ᾽ προσοχῆς μέχρι πενταετίας ἀμέτοχον εἶ τῆς τοῦ ἁγιασμοῦ μεταλήψεως· κ᾽ μηδ᾽ ὅλως ἐπ᾽ αὐτῷ σωτήριον ἔχον. ὁς γὰρ μὴ πεντηκοστὸν ἔτος ὃ ῥύπασμα ἐν τῇ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίᾳ εἶ ἢ λέγεσθαι ἠγάπησε, τίνα παρέξει πληροφορίαν τῆς πρὸς βίον αὐτοῦ σωφροσύνης, δι᾽ ὧν ὁ χρόνος τῆς μεταλήψεως τῶν ἁγιασμάτων αὐτῷ σωτηρίως ἔσεται; ἀλλὰ κ᾽ μὴ τὸ ἀξιωθῆναι τῆς ἁγράντου μεταλήψεως, ἐκ ἔξαι συγκεχωρημένον αὐτῷ ἐν ἄλλῳ καιρῷ τῇ μεταλήψει προσιέναι, ἢ ἐν μόνῃ τῇ σωτηρίῳ τῆς τοῦ Χριστοῦ κ᾽ θεοῦ ἡμῶν ἀναστάσει, δι᾽ ἣν πρὸ ἐκ τῆς προηγουμένης ἐγκρατείας τὴν νηστείαν, ὡς δυνατὸν, ἀνακαθαρσιν. ταῦτα δ᾽ φαμὲν, ὅταν μὴ τέκνα τῶν ἐκ τῶν προτέρων γάμων τοῖς ἦδη μὴ δὲ πεντηκοστὸν ἔτος τρίτῳ ἀνδρὶ συνοικοῦσιν γυναῖκα· ἐπεὶ ἐὰν τέκνα ὦσιν, ἀσυγχώρητος αὐτοῖς ἡ τριγαμία. λίαν γὰρ ἔξω ἄδικον, τὸ μὴ χαρίζεσθαι τῇ ὄρεξει ὀπθυμίᾳ, τοῖς δὲ παισὶ τῶν προτέρων γάμων μὴ προνοεῖσθαι ὅπως ἀσφαλῶς κ᾽ ἄλυπον κ᾽ ἀπράγμονα, κ᾽ ὅσα τὸν ἀνθρώπινον καταλαμβάνει ἐκ τῆς πολυσπόρου τεκνώσεως. κ᾽ εἴ τις δὲ τριακονταετὴς ὢν, τέκνα ἔχων ἐκ τῶν προλαβόντων γάμων, τρίτῃ γυναικὶ συνοικοῖτο, κ᾽ ἔστω ἀσυγχώρητος μέχρι τετάρτου ἔτους τῆς κοινωνίας τῶν ἁγιασμάτων ἀμέτοχος ἔσται. διότι δῆλός ἐστιν οὐχ ὑπὸ ἑτέρου, ἀλλ᾽ ὑπὸ ἀκρασίας κινούμενος, κ᾽ τῷ δοῦλον εἶ σαρκικῆς ὀπθυμίας ὅτι τοιοῦτον γάμον ἐλθεῖν. κ᾽ μὴ δὲ τυχεῖν δὲ τῆς μεταλήψεως τῶν μυστηρίων, τρὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ μόνου ἀξιωθήσεται τῆς ἀπολαύσεως, ἅπαξ μὲν, ἐν τῇ σωτηρίῳ τοῦ Χριστοῦ κ᾽ θεοῦ ἡμῶν ἀναστάσει, δεύτερον δὲ ἐν τῇ κοιμήσει τῆς ἁγράντου θεοτόκου, κ᾽ τρίτον ἐν τῇ γενεθλίῳ ἡμέρᾳ τοῦ Χριστοῦ κ᾽ θεοῦ ἡμῶν, ἀφ᾽ ὃ ἐν ταύταις προηγεῖσθαι νηστείαν, καὶ ὃ ἐκ ταύτης ὄφελος. εἰ δὲ παῖδες μὴ γένοιντο, ὅθεν ὃ τεκνογονίαν ὀπθυμεῖν ἐκ ἀσυγγνωστον, ὃ πλημμελοῦντα, συγγνώμης ἀξιωθήσεται ὁ τοιοῦτος γάμος, καὶ μόνῳ πῷ ὑστερῆσαι μέχρι τοῦ νῦν κρατήσαντι ὀπτιμίου θεραπεύσεται. ταῦτα μὲν ἐ τῷ τρίτῃ γάμῳ. ὁ μὴν οὐδὲ ἐπὶ δευτέρου, οὐδὲ ἐπὶ πρώτου ἐκτὸς ἀσφαλείας ἐάσομεν, ἀλλὰ κἀκείνους ὁρίζομεν οὕτω σωίζεσθαι, ὥστε μηδεμίαν ἔχειν πονηρὰν αἰτίαν, ἢ ὑπ᾽ ἁρπαγῆς, ἢ ὑπ᾽ προηγησαμένης λαθραίου φθορᾶς, ἀλλὰ νομίμως, κ᾽ καθαρρόντων τῶν τοιούτων μολυσμάτων καὶ πορνικῆς ἀκαθαρσίας. εἴτις οὖν τῶν εἰρημένων καταφρονήσας τούτων, πρὸς γαμικὴν ὁμιλίαν πρώτου ἢ δευτέραν συμέλθῃ, τοῦτον ἡ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησία ἡ καθαρὰ καὶ μηδένα σπίλον ἔχουσα ἢ ῥυτίδα, τοῖς σωτηρίοις ὑποβάλλουσα ἐτασμοῖς, ὑ πρὶν εἰς μετάληψιν προσδέξεται τῶν θείων μυστηρίων, ἢ ὡρισμένον ὑπὸ τῆ πορνείᾳ χρόνον μάθοι ἀκριβῶς αὐτὸν ἐκπληρῶσαι· εἰ μὴ ἄρα ἡ τοῦ βίου ἀναγκαία κατεπείγῃ ἀναχώρησις, τυνέσει μέχρις ἂν ὄγδοον ἐκπληρωθῇ ἔτος. ὁ γὰρ τολμῶν ἱερεὺς πρὸ ὡρισμένον ὅρον μεταλήψεως θείας τινὰ τούτων ἀξιώσαι, πρὸ ὡρισμένου κινδυνώδους βαθμοῦ, δηλονότι τοῦ ἀξιωθέντος παρὰ ὡρισμένον τύπον τῆς θείας κοινωνίας, πάλιν εἰς ὃ ἀποτυχόντος προσιέναι μέχρι συμπληρώσεως τοῦ ἑβδόμου ἔτους. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οἷς δεδήλωται ὑπὸ τῶν πάλαι βασιλευσάντων ἐπράχθησαν· νῦν δὲ τῇ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος εὐδοκίᾳ, καὶ

A nec contaminator ex eo, quòd ad multiplicationem procedit, reputatur, rectè visum est eam repurgare: quemadmodum & turpitudinem non in angulum conjectam, sed in ædibus diffusam, nullo modo permittimus, sed repurgamus, & quod molestum est & indecorum ab eo rejicimus; & humanæ cedentes infirmitati, honestatis autem Christianæ vitæ convenientis curam gerentes, hoc in tertiis nuptiis servandum statuimus. Ut si quis, qui annum quadragesimum excesserit, & nec naturam reveritus, nec honestæ vitæ, quæ à Christianis debetur, ulllam curam gerens, sed sola libidinis perturbatione victus, se in tertium matrimonium projecerit, is cum omni diligentia & observatione sit usq; ad quinquennium
B sacramenti communionis minimè particeps, & nec hoc tempus illi contrahatur. Qui enim post annum quadragesimum sordem in Christi Ecclesia esse vel dici amavit, quod melioris vitæ argumentum præbebit, propter quod tempus sacramentorum participationis ei contrahatur? Sed & postquam impolluta participatione dignus habitus fuerit, non erit ei permissum in alio tempore ad participationem accedere, quàm in sola salutari Christi & Domini nostri resurrectione, propter repurgationem, ut possibile est, ex præcedente jejuniorum abstinentia.
Hæc autem dicimus, quando ex prioribus matrimo-
C niis non fuerint liberi iis, qui post annum quadragesimum tertiam uxorem ducere voluerint: nam si liberos habuerint, eis nullo modo tertium permittitur matrimonium. Est enim valde iniquum intempestivæ libidini indulgere, priorum autem matrimoniorum liberis non prospicere, ut sint securi, & à molestia, & perturbatione remoti, & à reliquis, quæ solent evenire hominibus ex filiorum multorum susceptione. Quòd si quis triginta annos natus, & ex prioribus matrimoniis habens liberos, tertiæ mulieri conjunctus fuerit, is quoq; nulla ei venia data, ad quartum usque annum communionis sacramentorum sit expers, quia manifestum est eum sola intemperantia
D motum, & quòd sit carnalis libidinis servus, ad hoc se matrimonium conferre: & postquam etiam sacramentorum participationem assecutus est, ter tantum in anno fruitione dignus habebitur; semel quidem in salutari Christi & Domini nostri resurrectione; secundo autem in dormitione immaculatæ dominæ nostræ deiparæ: & tertiò in natali Christi & Dei nostri, quod in his præcedat jejunium, & ejus utilitas: sin autem non superstant liberi, quia liberorum susceptionem desiderare, non est indignum venia; tunc tale matrimonium venia dignum judicabitur, & sola ea pœna, quæ ab initio & hucusque servata est, sanabitur. Hæc etiam de tertio matrimonio.
E Atque nec secundum, nec primum absque cautione datâ relinquimus, sed & illa sic contrahi statuimus, ut nullam malam causam habeant, vel ex raptu, vel ex præcedente clandestino concubitu, sed legitimè, & ab iis, qui ab ejusmodi inquinamentis & fornicatoria impuritate mundi sunt. Si quis ergo, prædictis constitutionibus neglectis, ad matrimonii consuetudinem primam vel secundam processerit, eum Christi Ecclesia, quæ est pura, immaculata, & sine ruga, salutaribus examinationibus subjicit, nec prius ad divinorum mysteriorum participationem admittet, quàm tempus in fornicatione definitum ipsum diligenter expleviſſe didicerit (nisi forte necessarius è vitâ excessus urgeat) donec scilicet
F septimus annus completus fuerit. Sacerdos autem, qui ausus fuerit, præter id quod statutum est, divina participatione aliquem ejusmodi dignari, de proprio gradu in periculum veniet; eo videlicet, qui præter formam communione dignus est habitus, ad excommunicationem iterum redacto, usque ad septimi anni complementum. Sed hæc quidem ut ostensum est, ab iis qui olim imperavere, facta sunt. Nunc autem Patris & Filii & sancti Spiritus beneplacito & gratia, & purissimis Deique matris

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

tris, & magni cœleſtis militiæ principis interceſſionibus, eos qui nonaginta antè annis pro cauſa & occaſione priùs oſtenſa abrupti erant ſacerdotes, & monachos, egregium à Deo coronatorum imperatorum noſtrorum, Romani & Conſtantini imperium, conjunxit & uniit, unámque feçit catholicam & apoſtolicam eccleſiam: unde meritò ſunt prædicandi & laudandi, qui tam pium opus & tam dignum compleverint. Cùm Canon & novella hæc ſtatuerint, eccleſia hucuſque noſtris temporibus tertium matrimonium fieri non permiſit.

καὶ χάριτι, ὑπὸ ταῖς τοῦ πανάγιου καὶ θεομήτορος, καὶ μεγάλης ἀρχιστρατήγου προσδοκίαις, τοὺς ἤδη πρὸ ὀλιγονήστου χρόνων ἕνεκεν τῆς προβληθείσης αἰτίας καὶ ἀφορμῆς ἀποῤῥαγέντας ἱερεῖς καὶ μονάζοντας, ἡ παγκαλὴ βασιλεία τῶν θεοσεφῶν βασιλέων ἡμῶν Ρωμανοῦ καὶ Κωνσταντίνου συνῆψέ τε καὶ συνέζευξε, καὶ μίαν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν εἰργάσατο, ὅθεν χρεὼν ἀναπηρύττεσθαί τε καὶ μεγαλύνεσθαι τοὺς πιστοὺς θεοφιλεῖς καὶ ἀξιόλογον ἔργον πεπληρωκότας. ταῦτα δὲ κανόνος καὶ τῶν νεαρῶν νομοθετησάντων, ἡ ἐκκλησία τέως ὅπου τῶν ἡμερῶν τῶν ἡμετέρων τρίτους γάμους ποιησιν οὐκ ἐπέτρεψε.

B

Zonar. Trigamiam magnus hic Pater ab antiquis Patribus conjugii nomine minimè appellatam fuiſſe aſſerit, ſed illam dixiſſe polygamiam, potiùs fornicationem caſtigatam, hoc eſt, non effuſam, & promiſcuam, ſed contractam, & in unâ tantummodo circumſcriptam muliere. Quem ergo Canonem de digamis promulgavit, hunc in trigamia quoque proportione ſervari jubet; Proportione autem, id eſt, quia in digamia annus præſcriptus eſt ad pœnitentiam; aliis verò biennium: porrò in trigamia, quoniam ipſamet culpa ſit gravior, proportione quoque reſpondens ſtatuitur pœna, quinquennalis videlicet ſegregatio. Qui námque digamiæ terminos ſupergreſſi ſunt, negat amplius ab iis, cum quibus commiſcentur, mulieribus viros dici oportere, nec mulieres ab ejuſmodi hominibus uxorem nomine appellari: Atque ex Evangelio teſtimonium adducit, dicente Chriſto ad Samaritidem, Quoniam quem habes non es tuus vir; quinque enim habuiſti. Nam etſi priùs dixerat ſanctus, tribus aut quatuor annis trigamos eſſe ſegregandos, non tamen in illo decreto perſtitit: verùm mulctæ tempus ad quinquennium ipſemet extendit, ſtatuens nequaquam hujuſmodi ab Eccleſis expellendos, ita ut non in loco flentium conſiſtant; ſed in loco audientium duobus aut tribus annis, eóque elapſo tempore permittendum ipſis, ut cum fidelibus conſiſtant, à communione autem abſtineant. Atque hoc pacto, ſi fructum pœnitentiæ oſtenderint, nempe contritionem cordis, & lacrymas, & ſiquid hiſce adjungi ſolet, ita demum ad communionem admittantur.

ZΩΝΑΡ. Τῶ τριγαμίαν ὁ μέγας οὗτος πατὴρ τὰς ἀρχαίας πατέρας μὴ γάμον ὀνομάσαι φησὶν, ἀλλὰ πολυγαμίαν, ἢ μᾶλλον, πορνείαν κεκολασμένην. ἤγουν οὐκ ὀκτεχαμμένῳ καὶ ἀδιάφορον, ἀλλὰ σωφρονισμένῳ καὶ συνεγραμμένῳ μιᾷ γυναικί. ὃν γοῦν ὥρισεν κανόνα ὅπου τῆς διγαμίας, τοῦτον λέγει ἀναλόγως ὁρίσαι καὶ ὅπου τῆς τριγαμίας. ὃ δὲ ἀναλόγως, τοῦτό ἐστιν· ὅτι ὅπου τῆς διγαμίας, ἐνιαυτὸς ὡρίσθη εἰς μετάνοιαν· ἑτέροις δὲ διετία. ὅπου δὲ τῆς τριγαμίας, ἐπεὶ μείζων ὄζει ἡ αἰτία αὕτη, ἀνάλογον καὶ ὃ ὀπτέον ὥρισεν· ἤγουν ὅπου πενταετίαν ἀφορισμὸς. τοὺς γὰρ βαίνοντας τὴν διγαμίαν, μὴ δεῖν ὀνομάζεσθαι φησι, σὰρξ μία γυναικός, αἷς συμφθείρονται, ἄνδρας· μήτε δὲ γυναῖκας λέγεσθαι, ἀλλὰ τῶν τοιούτων ἀνδρῶν, γυναῖκας ἑαυτῶν· καὶ ἐκ τῆς διαλογελίν μαρτυρίαν ἐπάγει, εἰπόντος τοῦ Χριστοῦ πρὸς τὴν Σαμαρείτιδα, ὅτι ὃν ἔχεις οὐκ ἔστιν σου ἀνήρ· πέντε γὰρ ἔσχες. εἰ δὲ καὶ ἔφθη εἰπεῖν ὁ ἅγιος, ὅτι ἐν τρισὶ καὶ τέσσαρσιν ἔτεσιν ἀφορίζεσθαι τοὺς τριγάμους, ἀλλ' οὐκ ἐνέμεινε σφῷ τύπῳ ἐκείνῳ· ἐπέκεινε δὲ αὐτοὺς καὶ χρόνον τοῦ ὀπτιμίου μέχρι πενταετίας· ἁμαρτάδην μὲν ἐξωθεῖσθαι τοὺς τοιούτους τῆς ἐκκλησίας· ὥστε οὐκ εἰς τόπον προσκλαιόντους ἵστασθαι, ἀλλ' εἰς τόπον ἀκροωμένων ἐν ἔτεσι δυσὶν ἢ τρισί· μετὰ δὲ καὶ εἰρημένον χρόνον, ἐπιτρέπειν αὐτοῖς τοῦ μὲν τῶν πιστῶν συνάσιν· τῆς δὲ κοινωνίας ἀπέχεσθαι. καὶ ὕστερον καρπὸν ἐπιδεικνύμενον μετανοίας· ἤγουν σωτριβοῦς καρδίας, καὶ δάκρυα, καὶ εἴ τι τούτοις ἑπόμενον, ὕστερον δέχεσθαι αὐτοὺς εἰς κοινωνίαν.

Arist. *Bigamus unum vel duos annos excommunicatur, Tres vero & quatuor Trigamus, atque etiam quinque juxta conſuetudinem, quæ jam obtinet.*

Non à Canone, ſed à conſuetudine accipiens Magnus Baſilius, trigamos quinquennio ſegregatos eſſe, & ipſe illud admittit. Sed mandat, eos ab eccleſiâ non omnnio extrudere, & cum deflentibus collocare, ſed duobus vel etiam tribus annis divinarum ſcripturarum auditione eos dignari. Deinde eis permittit cum fidelibus conſiſtere, & in precibus ſolis communicare. A boni autem communione abſtinere, & ſic fructum aliquem pœnitentiæ ſtendentes, ad locum eorum, qui corporis & ſanguinis Dominici ſunt participes, reſtitui.

Arist. Ἕνα χρόνον ἢ δύο ἀφορίζεται ὁ δίγαμος· τρεῖς δὲ, καὶ τέσσαρας, ὁ τρίγαμος· καὶ πέντε, κατὰ τὴν ἄρτι συνήθειαν.

Οὐκ ἀπὸ κανόνος, ἀλλὰ ἀπὸ συνηθείας καταλαβὼν ὁ μέγας Βασίλειος, τοὺς τριγάμους ὅπου πενταετίαν ἀφορίζομένους, δέχεται τοῦτο καὶ αὐτός· πλὴν προσάπτει, μὴ παντελῶς αὐτοὺς ἐξωθεῖν τῆς ἐκκλησίας, καὶ μὴ τῶν προσκλαιόντων συνατίζειν· ἀλλ' ἐν δυσὶν ἔτεσιν, ἢ καὶ τρισὶ, τῆς τῶν θείων γραφῶν ἀκροάσεως ἀξιοῦν. εἶτα ἐπιτρέπει συνάγειν αὐτοὺς μὲν τῶν πιστῶν, καὶ τῶν εὐχῶν μόνων συγκοινωνεῖν αὐτοῖς· τῆς δὲ κοινωνίας τοῦ ἁγιάσματος ἀπέχεσθαι· καὶ ὕστερον καρπόν τινα μετανοίας ἐπιδειξαμένους, εἰς τὸν τόπον τῶν μεταλαμβανόντων τοῦ δεσποτικοῦ σώματός τε καὶ αἵματος ἀποκαθίστασθαι.

Canon V.

*Hæreticos, qui in exceſſu è vita pœnitentiam agunt, recipere oportet; recipere autem, non ſine judicio, ſed examinantes an veram pœnitentiam oſtendant, & ſi fructus habeant, qui ſalutis ſtudium teſtificentur.*

Bals. Præſens quidem Canon ſtatuit hæreticos, qui in fine vitæ fuerint, & pœnitentiam petiverint, admitti, priùs examinatos, an verè agant pœnitentiam; ſcilicet, an à ſuis dogmatis deſciſcant, & fructus pœnitentiæ oſtendant. Alii autem Canones, etiam hæreticos,

ΚΑΝΩΝ ε'.

Τὸν δὲ ὁπωσοῦν ἐξόδῳ μετανοοῦντας τῶν αἱρετικῶν δέχεσθαι χρή. δέχεσθαι δὲ, δηλονότι οὐκ ἀκρίτως, ἀλλὰ δοκιμάζοντας εἰ ἀληθινῶς ἐπιδείκνυνται μετάνοιαν, καὶ εἰ τοὺς καρποὺς ἔχουσι μαρτυροῦντας τῇ περὶ σωτηρίας σπουδῇ.

ΒΑΛΣ. Ὁ μὲν πρὸ τῶν κανὼν διορίζεται τοὺς αἱρετικοὺς ἐν τέλει γινομένους τοῦ βίου, καὶ ζητοῦντας μετάνοιαν, δέχεσθαι, ἐξεταζομένους πρότερον, εἰ ἀληθῶς μετανοοῦσιν. ἤγουν, εἰ ἀφίστανται τῶν οἰκείων δογμάτων, καὶ ἐπιδείκνυνται καρποὺς μετανοίας· ἕτεροι δὲ κανόνες, καὶ τοὺς ἐν ὑγείᾳ ὄντας, αἱρετικοὺς

αἱρετικὺς προσερχομένους, καὶ ἐξεταζομένους, ὁμοίως δὲ- A qui sani sunt, accedentes, & examinatos, similiter admit-
χεσθαι παρακελεύονται. ti jubent.

ΖΩΝΑΡ. Ἀμφέβαλλόν τινες εἰ χρὴ τοὺς αἱρετικοὺς ὀν τέλει λεγομένους τοῦ βίου καὶ ζητοῦντας μετάνοιαν δέχεσθαι. φησὶ γοῦν ὁ ἅγιος ἀπεκρίθη δεῖν αὐτοὺς δέχεσθαι, οὐχ ὡς ἔτυχε δὲ· ἀλλὰ ἐξετάζοντας, εἰ ἀληθῶς μετανοοῦσιν· ἤγουν, εἰ ἀφίσανται τῶν οἰκείων δογμάτων, καὶ ἐπιδείκνυνται καρποὺς μετανοίας.

Zonar. Dubitabant quidam, an hæretici, qui in exitu vitæ esse dicuntur, ac pœnitentiam quærunt, essent admittendi. Ad quam quæstionem respondit sanctus, admittendos esse, non quacunque ratione, verum examinantes an verè pœniteant; hoc est, num à propriis dogmatis abscedant, ac pœnitentiæ fructus ostendant.

ΑΡΙΣΤ. Αἱρετικὸς τῷ τέλει μετανοῶν, δεκτέος, μετ' ἐπικρίσεως. B

Aristot. *Hæreticus in vitæ exitu resipiscens, discretione adhibitâ suscipiendus.*

Τὸν ἐν τῷ τέλει τοῦ βίου ἐλθόντα αἱρετικὸν, καὶ μετανοοῦντα, οὐκ ἀκρίτως καὶ ἀδοκιμάστως δέχεσθαι χρὴ, ἀλλὰ δοκιμάζειν τὴν μετάνοιαν αὐτοῦ, εἰ ἀληθής ἐστι, καὶ εἰ τοὺς καρποὺς ἔχει μαρτυροῦντας τῇ περὶ σωτηρίας σπουδῇ· τί γάρ, ὅτι θριαμβεύει αὐτοῦ τὴν αἵρεσιν, τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ μετὰ δακρύων καὶ συντετριμμένης καρδίας ἐξαγορεύει, ἐλεημοσύνας ποιεῖ· καὶ ἄλλα τοιαῦτα σωτηρίως ἐνδείκνυται.

Hæreticum in extremo vitæ venientem & resipiscentem sine judicio & examine admittere non oportet, sed resipiscentiam ejus explorare, num vera sit, & an fructus profert qui salutis studium testificantur; ut si de hæresi ejus triumphet, peccata sua cum lacrymis & contrito corde confiteatur, eleemosynas faciat, & alia ejusmodi salutaria ostendat.

## ΚΑΝΩΝ ϛ'. CANON VI.

Τῶν κανονικῶν τὰς πορνείας εἰς γάμον μὴ καταλογίζεσθαι, ἀλλὰ πάμπαν ὥστε ἀδιαφόρως αὐτοῖς τὴν συναφείαν. τοῦτο γὰρ καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ πρὸς ἀσφάλειαν λυσιτελὲς, καὶ τοῖς αἱρετικοῖς οὐ δώσει καθ' ἡμῶν λαβὴν, ὡς διὰ τὴν τῶν ἁμαρτάνειν ἄδειαν ὑποσυρομένων πρὸς ἑαυτούς. C

*Canonicorum fornicationes pro matrimonio non reputentur, sed eorum conjunctio omninò divellatur: hoc enim & ecclesiæ ad securitatem est utile, & non dabit hæreticis adversus nos ansam, quòd propter peccandi libertatem ad nos attrahamus.*

ΒΑΛΣ. Κανονικοὺς, τοὺς ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζομένους, φησὶν, ἤγουν κληρικοὺς, μοναχοὺς, μοναστρίας, καὶ τὰς παρθενίαν ἐπαγγελαμένας. εἰ γοῦν τις ἐκ τούτων πορνεύσῃ, οὐ προχωρήσεται καὶ ἐφεξῆς ἁμαρτάνειν. εἰκὸς γὰρ τὸν ἁμαρτηκότα κανονικὸν τῆς ἱερωσύνης ἐκπεσόντα διὰ τὴν πορνείαν, λέγειν ὅτι ἐπεὶ τῆς ἀξίας ἐκπέπτωκα, καὶ ἀπολαύσω τῆς ἡδονῆς, καὶ ἔστω μοι ἡ γυνὴ μεθ' ἧς ἥμαρτον, εἰς συμβίωσιν γαμικήν. ὅτι καὶ ὁ νόμος φησὶν ἐν βιβλίῳ κή. τίτλῳ δ'. κεφαλαίῳ ις'. ὁ μὲν τὴν ἐλευθέραν μὴ ποιησάμενος πόρνην ἐκ τῆς ἰδίας σώματος, ἔχων συνήθειαν, οὐ παλλακὴν, ἀλλὰ γαμετὴν αὐτὴν ἔχειν δοκεῖ. τοῦτον οὖν, φησὶ, προχωρεῖσθαι οὐ χρὴ, ἀλλ' ἐκ παντὸς ἀφωσιῶσθαι τὴν συναφείαν αὐτοῖς, καὶ χωρίζεσθαι ἀπ' ἀλλήλων· ὅτι τὰ μὲν νόμιμα εἰς λαϊκοὺς χώραν ἔχουσι, καὶ ὅτι τῇ ἐκκλησίᾳ λυσιτελές ἐστιν. εἰ γὰρ αὐτοὶ τῆς ὑποψυμίας ἀποξενωθῶσιν, οὐδὲ ἕτεροι τολμήσουσι τοιοῦτόν τι, ὡς μὴ προχωρήσαντες ἁμαρτάνειν μετὰ τὴν ἀναίρεσιν τῆς ἐκκλησιαστικῆς τιμῆς. ἀλλὰ καὶ τοῖς αἱρετικοῖς οὐ δοθήσεται ἀφορμὴ καθ' ἡμῶν εἰς ὃ λέγειν, ὅτι διὰ τοῦτο μετὰ τὴν πορνείαν προχωροῦσι οἱ πορνεύοντες ἁμαρτάνειν, ἵνα καὶ οἱ ἐξ ἑτέρων θρησκειῶν διὰ τὴν ἡδονὴν τοῦ σώματος ὑποσυρῶνται καὶ ἐπισύρωνται πρὸς τὰ ἡμέτερα. καὶ τοῦτο μὲν θεωρεῖται καλῶς, ὅσον εἰς τοὺς κληρικούς. εἰς δὲ τοὺς μοναστρίας καὶ τοὺς παρθένους, καὶ τοὺς μοναχοὺς τοὺς μὴ ἱερωμένους, ἐπεὶ ἀφαίρεσις τιμῆς οὐκ ἐπάγεται, μᾶλλον εἴποι τις δικαιολογεῖσθαι τούτους, διὰ τοῦ κατεσχυμένου ἄνωθεν νόμου καὶ εἰς ἐκτροπὴν τοῦ λόγου αὐτοῖς ὀφείλειν τὸ τοῦ φρόντου κανόνος. περὶ δὲ πορνείας μοναχῶν καὶ παρθένων ἀνατεθειμένων τῷ θεῷ, ἀνάγνωθι σαφῶς ἔκτης κανόνα τέταρτον, καὶ ἁγίου Βασιλείου κανόνα ιη'. κ'. ξ'. καὶ βιβλίου δ'. τοῦ βασιλικοῦ τίτλον α'. κεφ. ε'. ὅπου κατεσχύθη εἰς λ'. κεφάλαιον τοῦ β'. τίτλου τοῦ φρόντου σωτάγματος· ἀνάγνωθι καὶ κεφ. οη'. τοῦ λζ'. τίτλου τοῦ ξ'. βιβλίου. D E F

Balsam. Canonicos eos dicit, qui in Canone enumerantur, Clericos scilicet, Monachos, Monachas, & quæ virginitatem professæ sunt. Si quis ergo ex his fornicatus fuerit, non permittitur ei deinceps peccare. Est enim verisimile canonicum, qui peccaverat, sacerdotio motum ob fornicationem dixisse, Quoniam à dignitate excidi, voluptate certè perfruar: & sit mihi mulier, cum qua peccavi, in consortio conjugali. Lex enim dicit in lib. xxviii. tit. iiii. cap. xvi. Qui cum libera, quæ non quæstûs gratia facit sui corporis potestatem, habet consuetudinem, ipsam non concubinam, sed uxorem habere videtur. Hoc, inquit, non est permittendum, sed eorum conjunctio est omnino separanda, & ipsi à se invicem sejungendi. Quoniam leges in laicis locum habent, & hoc est ecclesiæ utile. Si ipsi enim à libidine alienati fuerint, nec alii audebunt tale quid facere, ut quibus non sit peccare permissum post ecclesiasticæ dignitatis ademptionem. Sed hæreticis quoque non dabitur adversus nos ansa, ut dicant, quòd propterea post fornicationem permittitur fornicatoribus peccare, ut ab aliis sectis propter corporis voluptatem ad nostra attrahantur & allicantur. Et hæc quidem facti species rectè ponitur, quod ad clericos attinet. Quod ad monachas autem, & virgines, & monachos sacris ordinibus non initiatos attinet, quoniam eis honoris ablatio non inducitur, & eos dixerit quispiam legem superiùs positam magis posse pro se adducere, & ad evertendam eorum rationem præsentem Canonem constitui. De monachorum autem fornicatione, & virginum Deo dedicatarum, lege syn. vi. can. iiii. S. Basilii Can. xviii. xx. lx. & lib. iii. Basilic. tit. pr. cap. v. quod positum est in xxx. cap. noni tit. præsentis operis. Lege & cap. lxxviii. xxxvii. tit. lx. lib.

ΖΩΝΑΡ. Κανονικοὺς τοὺς ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζομένους, φησὶν, ἤγουν κληρικοὺς, καὶ μοναχοὺς, καὶ μοναστρίας, καὶ τὰς παρθενίαν ἐπαγγειλαμένας κόρας, κδ' καὶ ϛ'. καὶ μθ'. κανόνα τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου. εἰ γοῦν τοιοῦτός τις πορνεύσῃ, οὐκ ἐασθήσεται συμφθείρεσθαι τῇ μὴ ἧς ἥμαρτεν, ὡς τύχα γάμου τῆς ἀθέσμου μίξεως λογισθείσης.

Zonar. Canonicos eos, qui in Canone recensentur, nominat, Clericos nimirum, Monachos, & Monachas, & virginitatem professas puellas, ut habetur sexto, & quadragesimo quarto canone Synodi Carthaginensis. Si quis igitur ejusmodi fornicatus fuerit, haud permittetur cum ea cum qua peccavit, corrumpi, quasi fortè illicita commixtio nuptiarum instar existimetur. Probabile

babile námque eſt clericum, qui ſacri ordinis dignitate ob admiſſam culpam exciderat, dixiſſe, Quandoquidem ſacro ordine motus ſum, fruar ſaltem voluptate, & ſit mihi mulier hæc, cum qua peccavi, matrimonii ſocietate conjuncta. Hoc ergo, inquit permittere haud oportet, ſed illorum ſocietatem penitùs dirimere, atque ab invicem ejuſmodi ſegregare. Hoc ſiquidem & Eccleſiæ utile fuerit, dum alii quoque, ne ejuſmodi audeant, reprimentur. Ita námque cogitabant, nihil nobis prodeſſe etiamſi peccemus, ſiquidem cum ea muliere, cum qua corrrupti ſumus, quamvis honore exciderimus, ætatem agere haud liceat: Nec habebunt hæretici anſam contra nos dicendi: Nos ea de cauſa delinquentibus permittere, ut cum iis mulieribus vivant, quibuſcum peccaverunt, eáſque uxorum loco retinendi facultatem ipſis dare, ut hac ratione aliquos ex iis, qui diverſæ religioni addicti ſunt, attrahant, hoc eſt, ſubducant, alliciant; quippe illis in peccato degere permittentes, nec illegitimas nuptias, quas fornicatio præceſſit, ſolventes.

A εἰκὸς γὰρ καὶ κληρικὸν τῆς ἱερωσύνης διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐκπεσόντα, εἰπεῖν· ὅτι ἐπεὶ τῆς ἀξίας ἤδη ἐκπέπτωκα, κἂν ἀπολαύσω τῆς ἡδονῆς· καὶ ἔστω μοι ἡ γυνὴ μεθ' ἧς ἥμαρτον, εἰς συμβίωσιν γαμικήν. τοῦτο οὖν, φησὶ, θεμιτὸν οὐκ ἔστι, ἀλλ' ἐκ παντὸς διαιρετέον τὴν συναφείαν αὐτῶν, καὶ χωρίζειν ἀπ' ἀλλήλων τοὺς τοιούτους. τοῦτο γὰρ καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ λυσιτελές, ἀποκοπτομένων καὶ τῶν λοιπῶν μὴ τοιαῦτα τολμᾶν. λογίζονται γὰρ ὅτι οὐδὲν ἔσται ἡμῖν ὄφελος κἂν ἁμάρτωμεν, μὴ διαχωριζόμενοι κἂν τῆς τιμῆς ἐκπέσωμεν, συμβιῶντες τῇ γυναικὶ ἧς συνεφθείρημεν· καὶ οἱ αἱρετικοὶ γὰρ ἔξουσι λαβὴν καθ' ἡμῶν λέγειν· ὅτι διὰ τοῦτο διαχωροῦσι τοῖς ἁμαρτάνουσι συζῆν ταῖς γυναιξὶ μεθ' ὧν ἥμαρτον, καὶ ὡς γαμεταῖς κεχρημένοι αὐταῖς διδάσκουσιν ἄδειαν αὐτοῖς· ἵνα ὕστερον ἐπισωσῶνταί τινας τῶν ἐξ ἑτέρας θρησκείας, ἡνίκα σωφρονῶσιν, ἐφέλκωνται, ὡς ἐάντες ἐμμένειν τῇ ἁμαρτίᾳ, καὶ μὴ λύοντες τὰς ἀθέσμους γάμους, ὧν παρεσπάσατο πορνεία.

B

Arist. *Canonica, ſi matrimonio juncta fuerit, diſjungitur.*

ΑΡΙΣΤ. Ἡ κανονικὴ, εἴ που συζύγνυται, διαζεύγνυται.

Quæ virginitatem profeſſa eſt, & matrimonio renunciavit, & vitam in ſanctimoniâ actam prætulit, ſi profeſſiones ſuas vilipendens, libidinoſis ſe dederit voluptatibus, & matrimonii nimirum lege viro conjuncta fuerit, iſtud matrimonium non judicabitur, ſed fornicatio: aut potius ſecundum Magni Baſilii Canonem, adulterium. Propterea itaque eorum conjunctio omni modo diſtrahetur.

C Ἡ παρθενίαν ὁμολογήσασα καὶ ἀποταξαμένη τῷ γάμῳ, καὶ ἐν ἁγιασμῷ διατιμήσασα βίον, εἰ τὰς ὁμολογίας αὐτῆς ἀθετήσασα ἡδοναῖς ἀκολάστοις ἑαυτὴν ἐκδῷ, καὶ νόμῳ δῆθεν γάμου ἀνδρὶ συναφθῇ, ὁ γάμος τοῦτο κριθήσεται, ἀλλὰ πορνεία· ἢ μᾶλλον, κατὰ τὸν ἑκατονκαιδέκατον κανόνα τοῦτον τῆς μεγάλης Βασιλείου, μοιχεία. διὰ τοῦτο γοῦν παντὶ τρόπῳ καὶ διασπασθήσεται αὐτῶν ἡ συναφεια.

## Canon VII.

## ΚΑΝΩΝ Ζ.

*Maſculorum & animalium initores, & homicidæ, & venefici, & adulteri, & idololatræ, eadem condemnatione digni habentur. Quare, quam in aliis habes formam, in iis quoque ſerva. Eos autem, qui triginta annos propter immunditiam pœnitentiam egerunt, quam ex ignorantia fecerunt, nos quidem nec eos eſſe recipiendos dubitare oportebat. Nam & ignorantia eos venia dignos facit, & ſpontanea confeſſio, & tanta temporis diuturnitas: fere enim tota hominis ætate ſatanæ traditi ſunt: ut diſcant non ſe turpiter gerere. Quamobrem jube eos abſque dilatione ſuſcipi, maximè ſi lacrymas habeant, quæ tuam clementiam moveant, & vitam miſericordia dignam oſtendant.*

Ἀρρενοφθόροι καὶ ζωοφθόροι, καὶ φονεῖς, καὶ φαρμακοί, καὶ μοιχοὶ, καὶ εἰδωλολατραι τῆς αὐτῆς καταδίκης εἰσὶν ἠξιωμένοι. ὥστε ὃν ἔχεις τρόπον, καὶ ἐπὶ τούτων φύλαξον. τοὺς δὲ τριάκοντα ἔτεσι μετανοήσαντας διὰ τὴν ἀκαθαρσίαν, ἣν ἐν ἀγνοίᾳ ἔπραξαν, οὐκ ἀμφιβάλλειν ἡμᾶς ἔδοξεν εἰς ὃ παραδέχεσθαι. ἔστι γὰρ ἄγνοια συγγνώμης ἀξίους αὐτοὺς ποιεῖ, καὶ ὁ ἑκούσιος τῆς ἐξαγορεύσεως, καὶ ἡ παράτασις ἐν τοσούτῳ χρόνῳ γινομένη· σχεδὸν γὰρ ὅλῳ γινεαῖ ἀνθρώπῳ παραδίδοσθαι τῷ Σατανᾷ· ἵνα παιδευθῶσι μὴ ἀσχημονεῖν. ὥστε κέλευσον αὐτοὺς ἀναβλήτως δέχεσθαι, μάλιστα εἰ καὶ δάκρυα ἔχουσι δυσωποῦντα σου τὴν εὐσπλαγχνίαν, καὶ βίον δεικνύοντας ἄξιον συμπαθείας.

D

Bals. Alii ſancti patris canones ſic definiunt, quomodo & quot annis puniri debeant, qui in præſenti can. comprehenduntur. Preſens autem canon, etiamſi dicit eos eadem condemnatione dignos, non tamen de pœnarum generibus intelligendus eſt: alio enim & alio modo puniuntur: & clarum, quòd ipſorum condemnationem in formam, quæ conſecuta eſt, diſtulit. Eos autem eadem condemnatione dignos eſſe habitos dictum eſt, quòd omnes quatuor pœnarum locis ſubjiciantur, & ea in re ſimiliter puniantur. Quoniam autem nonnulli qui inceſtum per ignorantiam commiſerunt (hæc eſt enim immunditia, quæ in canone comprehenditur, & non reliqua peccata, ut quæ nec ſua natura poſſint per ignorantiam committi) cum xxx. annis pœnitentiam egiſſent, admitti volebant, dicit ſanctus exinde eos eſſe recipiendos, probabiles quoque cauſas afferens. Debes autem idololatras hîc intelligere præſtigiatores; Chriſtiani enim, qui idolis ſua ſponte ſacrificârunt, debent tota vitâ pœnitentiam agere. Illi autem dicuntur traditi eſſe ſatanæ, qui à Chriſtianorum communione ſeparantur. Qui tanto ergo tempore ſeparati fuere, ſatanæ veluti traditi ſunt.

E

Βαλσ. Ἕτεροι κανόνες τοῦ ἁγίου πατρὸς διορίζουσι, ὅπως καὶ ὅσοις ἔτεσιν ὀφείλουσιν ἐπιτιμᾶσθαι οἱ ἐν τῷ παρόντι κανόνι περιεχόμενοι. ὁ δὲ παρὼν κανὼν εἰ καὶ φησὶ τούτους τῆς αὐτῆς καταδίκης ἀξιοῦσθαι, ἀλλ' οὐ περὶ τὰ εἴδη τῆς ἐπιτιμίου διαφωνήσει, ἄλλως γὰρ καὶ ἄλλως θεραπεύουσι· καὶ δῆλον ὅτι καὶ τῷ καταδίκῃ αὐτῶν εἰς ἐπιτιμίαν ἐκώλυσε τὸν τρόπον ἀνήρτησε. διὸ καὶ τῆς αὐτῆς καταδίκης τούτους ἀξιοῦσθαι, ἐρρέθη, διὰ δὲ πάντας ὑποκεῖσθαι τοῖς τέτταρσι τόποις τῆς ἐπιτιμίου, καὶ κατὰ τοῦτο ὁμοίως κολάζεσθαι. ἐπεὶ δέ τινες ἐν ἀγνοίᾳ τολμήσαντες μίαν μιξίαν, (αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ἐν τῷ κανόνι περιεχομένη ἀκαθαρσία, καὶ οὐχὶ τὰ λοιπὰ ἁμαρτήματα, ὡς μηδὲ πεφυκότα κατ' ἄγνοιαν γίνεσθαι) ὅτι τριάκοντα χρόνοις μετανοήσαντες, ἤθελον παραδέχεσθαι, φησὶν ὁ ἅγιος, ἀπεντεῦθεν αὐτοὺς δέχεσθαι, ἐπάγων καὶ αἰτίας διλόγους. εἰδωλολάτρας δὲ ὀφείλειν νοεῖν ἐνταῦθα, τοὺς γόητας. οἱ γὰρ τοῖς εἰδώλοις ἑκόντες θύσαντες Χριστιανοὶ, διὰ βίου μετανοεῖν ὀφείλουσιν· ἐκείνους δὲ λέγουσι παραδοθῆναι τῷ Σατανᾷ, οἱ χωριζόμενοι ἀπὸ τῆς κοινωνίας τῶν πιστῶν. οἱ γοῦν ὅσῳ τοσοῦτον χρόνον ἀφορισθέντες, ὡσανεὶ τῷ Σατανᾷ παρεδόθησαν.

F

Zonar. Qui maſculos, mutáſve beſtias ineunt, &

Ζωναρ. Οἱ μὲν ἀρρενοφθόροι καὶ ζωοφθόροι καὶ μοιχοὶ, ἐπὶ

ἐπὶ πεντεκαίδεκα χρόνους ἐπιτιμῶνται. οἱ δὲ γε ἑκούσιοι φονεῖς καὶ οἱ φαρμακοί, ἐπὶ εἰκοσαετίαν, εἰδωλολάτρας ἤ, ἃ τοῖς εἰδώλοις θύουσι λέγει. ἢ γὰρ ἀρχῆθεν ἧς τὰ εἴδωλα σέβοντες, καὶ προσελθόντες τῇ πίστει καὶ βαπτισθέντες, δι' ὑπὸ τοῖς πιστοῖς συναριθμοῦνται, καὶ τῶν ἁγιασμάτων μετέχουσιν· ἢ Χριστιανοὶ ὄντες, εἰδώλοις ἐθύσαν, καὶ ὅλῳ βίῳ μετανοεῖν ὀφείλουσιν, ἃ ὡσεὶ πιστῶν ὄντων εἰδωλολατρῶν ἔοικε λέγειν ὁ ἅγιος, ἀλλὰ τοὺς γόητας καὶ τοὺς τὰ περίεργα ποιοῦντας, εἰδωλολάτρας ἐκάλεσεν· ὡς ἐπικλήσεις δαιμόνων ποιουμένους ἐν ταῖς γοητείαις, καὶ ὀξὺ ἐκείνων ζητοῦντας ἐπικουρίαν, κἀντεῦθεν δοκοῦντας τιμῶν καὶ θεραπεύειν αὐτούς. εἰπὼν ἤ ὅτι τῆ αὐτῆς καταδίκης εἰσὶν ἠξιωμένοι, ἃ τοῦτ' λέγει, ὅτι ἰσαρίθμοις ἐπιτιμίοις ἑαυτοῖς, ἀλλ' ὅτι πολυετεῖ ἐπιτιμίῳ ὑποκεινται, ἕκαστοι δὲ κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους. ὅσοι δὲ ὑπὲρ τριάκοντα ἔτεσι μετενόησαν ἐφ' ἢ ἔπραξαν ἀκαθαρσίᾳ ἐν ἀγνοίᾳ. (ἀγνοῶν γάρ τις τυχὸν, συγγενεῖ ἐμίγη μὴ εἰδὼς τὴν συγγένειαν, ἢ γυναικί τινι, μὴ εἰδὼς ὅτι καὶ ὁ πατὴρ αὐτῆ ἐχρήσατο ἐκείνῃ,) τοὺς τοιούτους, ὑδὲ ἀμφιβάλλειν ἐχρῆν, φησίν, εἰς ὃ παραδέξασθαι· πολλὰ ἔχοντας δίκαια εἰς ὃ συγγνωμονηθῆναι, τὴν ἄγνοιαν, ὃ ἐκούσιον τῆς ἐξαγορεύσεως (ἀγνοούμενον γὰρ τὸ ἁμάρτημα ἑκόντες ἐξωμολογήσατο·) καὶ τὴ τοῦ κρότου ἀφαίρεσιν. κρεῖττον γὰρ ὅλως ἡμέραν ἀνθρώπου παραδοθῆναι τῷ Σατανᾷ, ἵνα παιδευθῶσι μὴ ἀσωμονεῖν. διὰ ταῦτα τοίνυν δεκτοὺς ἡγεῖσθαι αὐτούς.

Οὐκ ἄκαιρον ἴσως καί τι παρενεῖκαι τῷ λόγῳ, καὶ λῦσαι ἀμφιβαλλόμενόν τι πῶν· ὁ μέγας ἀπόστολος Κορινθίοις ἐπιστέλλων, καὶ περὶ τοῦ πεπορνευκότος εἰς τὴν ἰδίαν μητρυιὰν γράφων, παράδοτε αὐτὸν, φησὶ, τῷ Σατανᾷ, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ. τινὲς μὲν οὖν δαίμοσι κατοχὴν γενέσθαι πορνεύσαντα λέγουσι, τινὲς δὲ, νόσῳ μάστιγι ἐκδοθῆναι. καί τοι ἐξ αὐτῆς τῆς περὶ τοὺς Κορινθίους ἐπιστολῆς λαμβάνω τὸ ἀμφιβόλου, καὶ δηλαμβάνω, ὅτι τὸ παραδοθῆναι τῷ Σατανᾷ ἀφορισθῆναι ἐξῆ· καὶ τὸ τῆς πιστῶν μερίδος ἐκκηρυχθῆναι. ἐν μὲν γὰρ τῇ πρώτῃ, ἔνθα καὶ παραδοθῆναι τῷ Σατανᾷ ἁμαρτήσαντα κατεδίκασε, φησὶ· καὶ ὑμεῖς πεφυσιωμένοι ἐστὲ, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐπενθήσατε, ἵνα ἐξαρθῇ ἐξ ὑμῶν ὁ τὸ ἔργον τοῦτο ποιήσας. τὸ δὲ, ἐξαρθῇ ἐξ ὑμῶν, τί ἄλλο ἐστὶν ἢ ὅτι, ἵνα ἐκκοπῇ καὶ ἀλλοτριωθῇ ἀφ' ὑμῶν, ἐκκόπτεται δὲ ὁ ἀφορισθεὶς καὶ μὴ τῆ πρὸς πιστῶν σωτηρίᾳ μοίρα. ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ ἐπιστολῇ, φησὶ, κυρώσατε εἰς αὐτὸν ἀγάπην. πῶς οὖν περὶ τοῦ δαιμονιζόμενον ἔμελλον κυρώσαι ἀγάπην· ἢ περὶ τοῦτο λέγεται, ἢ τινὶ τοιούτῳ ταλαιπωρουμένῳ; ἐλεεῖσθαι γὰρ μᾶλλον ὤφειλεν ὁ ὕστερον πάσχων, καὶ μισεῖσθαι. ἀλλὰ τοῦτ' ἔλεγε πρότερον ὅπερ ἀπέστρεφε διὰ τὸ ἁμάρτημα, καὶ τῆ ἐκκλησίας ἀλλοτριώσατε, δέξασθε πάλιν, ἵνα μὴ τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ καὶ ἑρμηνεύει, ὡς γοῦν εἴρηται, αὐτὸς ἑαυτὸν ὁ ἀπόστολος, Σαφηνίζει. εἰ δέ τις φιλονεικότερον ἀνθίσταται, πειράσθω τοῦτον ὁ Σοφὸς ἐκεῖνος καὶ μέγας πατὴρ προφέροντα, ὅπως ἐχρήσατο ἐκείνῳ, τῷ παραδοθῆ τῷ Σατανᾷ εἰς ἀφορισμὸν καὶ τὴν ἔκπωσιν τῆς τῶν πιστῶν ξυναυλίας, παράδοσιν φησὶ Σατανᾶν ὀνομάσας. ὁ γὰρ ἐκκριθεὶς τῆς μοίρας τῶν πιστῶν, οὐκέτι τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος χάριν ἔχει παρ' ἑαυτῷ, ἀλλ' ἀπογυμνοῦται ταύτης· ὁ δὲ τῆς χάριτος ταύτης ἐκπεσὼν, παραδίδοται τῷ Σατανᾷ. γυμνὸν γὰρ τῆς θείας χάριτος αὐτὸν εὑρὼν ὁ ἐχθρὸς, παραλαμβάνειν αὐτὸν, καὶ κυριεύει λοιπὸν αὐτοῦ, καὶ ὁ χρυσοῦς ἤ τῆς γλώττης Ἰωάννης, ἐξηγορεύθη τῆς πρὸς Τιμόθεον ἐπιστολῆς, ὅταν ἑρμηνεύσῃ τοῦτο.

ΑΡΙΣΤ. Ἀρρενοφθόρους, καὶ ζωοφθόρους καὶ μοιχοὺς, πεντεκαιδεκαετία· καὶ φονεῖς, καὶ φαρμακεῖς, καὶ εἰδωλολάτρας, εἰκοσαετία, κατὰ τὸν παλαιὸν τύπον, εἰσὶ δέξεται. Σαφής.

A adulteri, quindecim annorum mulcta puniuntur. Voluntarii autem homicidæ, & venefici, viginti. Idololatras porrò, non eos dicit, qui idolis sacrificant. Nam vel inde ab initio idolorum cultui fuêre addicti, atque ad fidem accedentes, & baptismo expiati, confestim cum fidelibus adnumerantur, sacrisque mysteriis communicant; Vel, cùm Christiani essent, idolis immolavêre, ac per integram vitam pœnitentiam agere debent. Nequaquam igitur de ejusmodi idololatris sanctus hic loqui videtur: sed præstigiatores, ac ejusmodi inanitatibus curam impendentes, idololatras nominavit: quippe qui dæmonum invocationes adhibent ad præstigias, B tum ex iis auxilium petunt, ac proinde venerantium ipsos, & colentium quandam speciem præbent. Cum verò eadem condemnatione dignos habendos esse ait, non ita intelligendus est, quasi æquali annorum numero puniantur, sed quia plurium annorum mulctæ sint obnoxii, singuli tamen juxta proprios terminos. Qui verò triginta annis ob impuritatem, quam ignorantes admiserunt, in pœnitentia versati sunt, (Aliquis enim fortè per ignorationem cum cognata rem habuit, ignorans cognationem, aut cum alia muliere, cùm patrem quoque suum illa usum fuisse ignoraret,) de ejusmodi, inquit, ne dubitandum est quidem, quin admittantur, cum mul- C tas habeant excusationes, ob quas eis venia concedi possit: Ignorationem nimirum, spontaneam confessionem (ignoratum námque crimen sponte confessi sunt) ac temporis diuturnitatem. Tota námque fere hominis ætate satanæ traditi sunt, ut à turpibus abstinere discant. Ob hæc igitur facile ipsos admittendos esse arbitratur.

Non alienum autem erit quiddam etiam hic interserere orationi, ac certam quorundam quæstionem solvere: Magnus Apostolus ad Corinthios mittens, & de eo, qui cum noverca fornicatus fuerat differens; tradite, inquit, ipsum Satanæ, ut Spiritus salvus fiat. Quidam igitur dæmonis potestati obnoxium fornicarium factum fuisse dicunt; D quidam vero morbi flagello traditum. Cæterum ex ipsismet ad Corinthios epistolis solvitur dubitatio, & declaratur: quod tradi Satanæ, est segregari, & à cœtu fidelium abdicari. In priori námque ubi etiam eum qui deliquerat Satanæ tradendum adjudicavit, & vos, inquit, inflati estis, Et non magis luctum habuistis, ut tollatur, ex vobis, qui hoc opus fecit. Illud nempe, tollatur, quid aliud significat, quàm ut excidatur, alienúsque habeatur à vobis? Exciditur vero quicunque segregatur, nec in numero fidelium recensetur. In secunda vero epistola hæc habet, Conservate erga ipsum charitatem, qui igitur charitatem erga vexatum à dæmone conservaturi fuissent: vel erga illum qui lepra, vel ejusE modi alio morbo premeretur? Etenim misereri potius sic affecti, quàm illum odisse par est. Sed hoc plane significavit, ut quem scilicet aversati estis ob noxam, & extra Ecclesiam ejecistis, admittatis iterum, ne à nimio dolore absorbeatur. Ergo, ut dictum est, ipse se Apostolus explicat, ac declarat. Quòd si quis contensiosiùs repugnet, flecti se patiatur ab hoc sapienti, & magno Patre, animadvertens quomodo hic verbis illis, Satanæ traditus est, usus fuerit: segregationem, ac relegationem à cœtu fidelium Satanæ traditionem nominans. Qui enim à fidelium consortio excluſus est, non amplius sancti Spiritus gratiam penes seipsum habet, verum illa spoliatus est. Qui vero F ab hac gratia excidit, Satanæ traditur. Ubi námque illum divina gratia nudatum inimicus offenderit, ipsum invadit, eique deinceps dominatur. Quod eodem etiam modo Joannes Chrysostomus, in commentariis in Epistolum ad Timotheum, interpretatus est.

ARIST. *Masculorum, animaliúmque corruptores, & Mœchos post annos quindecim; homicidæ, venefici, ac idololatræ post viginti, juxta antiquam formam suscipientur.* Perspicuus.

A

## Canon VIII.

*Qui securi in ira adversus uxorem suam usus est, est homicida. Recte autem me admonuisti, & ut tuam sapientiam decuit, ut fusiùs de iis dicerem: quoniam multæ sunt in voluntariis & involuntariis differentiæ. Est enim involuntarium omnino & longè ab eo, qui incæpit, remotum: ut, qui lapidem in canem vel arborem jaceret, hominem assequeretur. Ei enim in animo erat bestiam propulsare, vel fructum excutere; ictum autem casu subiit is, qui in ipsum transeundo incidit. Quare hoc quidem est involuntarium. Involuntarium autem est, &* B *si quis volens aliquem in melius convertere, loro, vel virga non dura eum percutiat, mortuus autem sit, qui percussus est. Propositum enim hic considerabatur, quòd peccantem corrigere volebat, non autem interimere. Est & illud quoque ex involuntariis, ut quispiam in pugna se ligno vel manu acriter defendens in præcipuas partes ictum torqueat, ut eum lædat, non ut omninò interficiat, Sed hoc quidem ad voluntarium magis accedit. Qui enim eo instrumento ad se defendendum usus est, vel qui minime parcens ictum inflixit, satis præ se tulit, se ani-* C *mi perturbatione victum homini non pepercisse: similiter & qui ligno gravi, & qui lapide majore, quàm pro viribus humanis usus est, involuntariis annumeratur, ut qui aliud quidem voluerit, aliud verò fecerit. Ira enim commotus eum ictum intulit, ita ut percussum interficeret: quamquam is fortè contendebat eum conterere, non autem penitùs morte afficere. Qui autem ense vel aliquo alio ejusmodi usus est, nullam habet excusationem: & maximè, qui securim jaculatus est: neque enim manu percussisse videtur, ut in eo esset ictus moderatus; sed jaculatus est, ut & ferri gravitate &* D *acie & vehementi per magnum spatium motu necessariò fieret pernicios us ictus. Rursus autem omnino est voluntarium, & quod nullam habet dubitationem, quale est quod fit & à latronibus, & à bellicis incursionibus. Illi enim propter pecunias interimunt, indicium fugientes: & qui bella gerunt, ad cædes faciendas accedunt, non terrere, nec castigare, sed adversarios palam & ex professo interficere statuentes. Atqui, etsi propter aliquam aliam causam curiosum medicamentum quis miscuerit, & interfecerit, id inter voluntaria ponendum est, ut ferè faciunt mulieres, quæ quibusdam in-* E *cantationibus, & amuletis, ad sui amorem aliquos attrahere conantur, & dant eis medicamenta, quæ mentibus tenebras offundunt. Hæ ergo, si interfecerint, etiamsi aliud volentes, aliud fecerint; tamen propter curiosum & prohibitum exercitium inter voluntarios homicidas reputabuntur. Itaque, & quæ abortum cientia præbent medicamenta, sunt & ipsæ homicidæ, sicut & quæ fœtus necantia venena accipiunt. Hæc quidem hucusque.*

Bals. Interrogatus sanctus, an sit homicida, qui securim jaculatus in propriam uxorem, eam percussit, pronunciavit eum esse voluntarium homicidam. Deinde facit differentiam voluntariarum & involuntariarum cædium: & eum qui lapidem in bestiam vel arborem jaculatus est, transeuntem autem illàc hominem fortè percussit, eúmque qui loro vel levi virga aliquem docendi eum gratia percussit, si percussus mortuus fuerit, homicidam involuntarium appellat: eum autem, qui in contentione aliquem virga duriore percusserit, vel in eo percutiendo manui non pepercerit, etiamsi eum, qui percussus est, interficere noluerit, sed vel tantùm lædere, vel propulsare, dicit, ad eum, qui cædem fecit voluntariam, proximè accedere, eo qui percussus est mortuo. Eum F

## Κανων η'.

Ο ἀξίνῃ βαλὼν τὸν θυμῷ καὶ τῆς ἑαυτοῦ γαμετῆς ἀποκτείνας, φονεύς ἐστι. καλῶς δέ με ὑπεμνησας καὶ ἀξίως τῆς σαυτοῦ σωφρόνως, εἰπεῖν περὶ τούτων πλατύτερον· ἔστι πολλαὶ ἐν τοῖς ἑκουσίοις καὶ ἀκουσίοις διαφοραί. ἀκούσιον μὲν γάρ ἐστι πάντελῶς καὶ πόρρω τοῦ καταρξαι τινος, ὃ, ἄγοντί τινα λίθον ἐπὶ κύνα, ἢ δένδρον, ἀνθρώπου τυχεῖν. ἡ μὲν γὰρ ὁρμὴ ἦν ὃ θηρίον ἀμύνασθαι, ἢ τὸν καρπὸν κατασεῖσαι· ὑπέβη δὲ αὐτομάτως τῇ πληγῇ καὶ παρῆλθεν ὁ προσπεσών· ὥστε ὃ γέγονεν ἀκούσιον. ἀκούσιον μέντοι, καὶ εἴ τις βαλόμενος ἐπίτηδες παίσειέ τινα, ἐμάνη ἢ ῥάβδῳ μὴ σκληρᾷ τύπτοι, ἀποθάνῃ δὲ ὁ τυπτόμενος. ἡ γὰρ προαίρεσις ἐνταῦθα σκοπεῖται, ὅτι βελτιῶσαι ἐβούλετο τὸν ἁμαρτάνοντα, οὐκ ἀνελεῖν. ἐν τοῖς ἀκουσίοις ἐστὶ καὶ ἐκεῖνο ὁμοίως, ὃ, ἀμυνόμενόν τινα ἐν μάχῃ, ξύλῳ ἢ χειρὶ ἀφειδῶς, ὅπῃ τὰ καίρια τῷ πληγῶ συνεγκεῖν, ὥστε κακῶσαι αὐτόν, οὐχ ὥστε παντελῶς ἀνελεῖν. ἀλλὰ τοῦτο ἤδη προσπαίζει τῷ ἑκουσίῳ· ὁ γὰρ τοσούτῳ χρησάμενος ὀργάνῳ πρὸς ἄμυναν, ἢ ὁ μὴ πεφεισμένως τῷ πληγῷ ἐπαγαγών, δῆλός ἐστι μᾶλλον ὃ κεκραπὼς ὑπὸ τῆς παιδιᾶς, ἀφειδῶν τοῦ ἀνθρώπου· ὁμοίως καὶ ὁ ξύλῳ βαρεῖ, ἢ λίθῳ μείζονι τῆς δυνάμεως τῆς ἀνθρωπίνης χρησάμενος, τοῖς ἀκουσίοις συναριθμεῖται, ἄλλο μέντοι προελόμενος, ἄλλο δὲ ποιήσας. ὑπὸ γὰρ τοῦ θυμοῦ τοιαύτῳ ἐνέγκαι τῷ πληγῷ, ὥστε ἀνελεῖν καὶ τὸν πληγέντα· καίτοι ἡ ἀπιδὴ ἐπ' αὐτῷ σωτηρίαν τυχόν, οὐχὶ δὲ καὶ παντελῶς θανατῶσαι. ὁ μέν τοι ξίφει χρησάμενος, ἢ ὡτινιοῦν τοιούτῳ, σύνεσιν ἔχει πρὸς πεῖσιν· καὶ μάλιστα ὁ τῷ ἀξίνῃ ἀκοντίσας. καὶ γὰρ οὐδὲ ἀπὸ χειρὸς φαίνεται πλῆξαι, ὥστε ὃ μέτρον τῆς πληγῆς ἐπ' αὐτῷ εἶναι, ἀλλ' ἐκόντισεν, ὥστε καὶ τῷ βάρει τοῦ σιδήρου, καὶ τῇ ἀκμῇ, καὶ τῇ μετὰ πλείστης φορᾶς, ὀλεθρίαν ἀναγκαίως τῷ πληγῷ γενέσθαι· ἀκούσιον δὲ πάλιν παντελῶς, καὶ εὐθυμίαν ἀμφιβολίαν ἔχον, οἷόν ἐστι τὸ τῶν λῃστῶν καὶ τὸ τῶν πολεμικῶν ἐφόδων. ὅτοι μὲν γὰρ ἀπὸ χρήματα ἁρπάσαι, τὸν ἔλεγχον ἀποφεύγοντες· οἱ τε ἐν τοῖς πολέμοις ὅτι φόνος ἔρχεται, ὅτι φοβῆσαι, ὅτε σωφρονίσαι, ἀλλ' ἀνελεῖν αὐτοὺς ἐναντιωμένους ἐκ τοῦ φανεροῦ προῃρημένοι. καὶ μέντοι, κἂν δι' ἄλλο τινὰ αἰτίαν φάρμακόν τις ἐγκεράσῃ, ἀνέλῃ δὲ, ἀκούσιον τιθέμεθα τὸ τοιοῦτον. οἷον ποιοῦσιν αἱ γυναῖκες πολλάκις ἐπαοιδαῖς τισὶ καὶ καταδέσμοις, πρὸς ὃ ἑαυτῶν φίλτρον ἐπάγεσθαί τινας πειρώμεναι, καὶ φάρμακα διδοῦσαι αὐτοῖς σώζουσιν ἐμποιοῦντα ταῖς διανοίαις· αἱ τοιαῦται τοίνυν ἀνελοῦσαι, εἰ καὶ ἄλλο προελόμεναι, ἄλλο ἐποίησαν. ὅμως διὰ τὸ ἀφειργον, καὶ ἀπηγορευμένον τῆς ὑπιτηδεύσεως, ἐν τοῖς ἑκουσίοις φονεύσι καταλογίζονται. καὶ αἱ τοίνυν τὰ ἀμβλωτριῶδη διδοῦσαι φάρμακα, φονεύτριαί εἰσι καὶ αὗται, καὶ αἱ δεχόμεναι τὰ ἐμβρυοκτόνα δηλητήρια. ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον.

Βαλσ. Ἐρωτηθεὶς ὁ ἅγιος. ἐάν ἔστι φονεὺς ὁ ἀξίνῃ ἀκοντίσας καὶ τῆς οἰκείας γαμετῆς, καὶ πλήξας ταύτῃ, ἀπεφήνατο ἀκούσιον εἶναι φονέα αὐτόν. εἶτα ποιεῖται διαίρεσιν τῶν ἑκουσίων καὶ ἀκουσίων φόνων. καὶ τὸν μὲν ἐπὶ θηρίον ἢ δένδρον ῥίψαντα λίθον, πλήξαντα δὲ τυχὸν ἄνθρωπον παριόντα ἐκεῖ, καὶ τὸν λώρῳ ἢ ἐλαφρᾷ ῥάβδῳ πλήξαντά τινα διὰ παιδιάν, ἐὰν ὁ πληγεὶς ἀποθάνῃ, ἀκούσιον φονέα καλεῖ· τὸν δὲ ἐν φιλονεικίᾳ πλήξαντά τινα, μετὰ σιδαρᾶς ῥάβδου ἢ τῇ χειρὶ ἀφειδῶς καὶ τούτῳ χρησάμενον, κἂν μὴ ἀνελεῖν ἤθελε τὸν πληγέντα, ἀλλὰ κακῶσαι καὶ ἀμύνασθαι, ἐγγίζειν τῷ ἑκουσίως φονεύοντι λέγει, τῷ πληγέντος ἀποθανόντος, καὶ τὸν ξύλῳ ἢ βαρεῖ καὶ λίθῳ μεγάλῳ χρησάμενον κατά τινος, καὶ ἀνελόντα, μὴ ἔχοντα ἢ πρόθεσιν φόνου, ἀκούσιον φονέα

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

φονέα ὀφείζε). Ὁν. ὃ ξίφει χρησάμενον οἱωδήτινι, κ) τὸν πολεμίους, & τὸν λῃστὰς, ἑκούσιον φονοτὸν ἀποφαίνε). ὥσπερ κ) τὸν φάρμακα φονέρια διδόντας, κ) ἀμβλωτρίδα ποιοῦντας· κ) ὁ μὲν κανὼν ταῦτα. σὺ δὲ ἀνάγνωθι τὸ κς'. κεφάλαιον τῦ θ'. τίτλυ τῦ πρόκ. συντάγματ. καὶ τὰ ἐν ἐκείνῳ γεγραφότα χάριν τῶν φονοτῶν. ὡσαύτως ἀνάγνωθι καὶ τὸν δεύτερον κανόνα τῦ ἁγίυ τούτυ. ἐπεὶ δὲ περὶ φονοτῶν καὶ φαρμακῶν οὐκ ὀλίγα διαλαμβάνει ὁ λθ'. τίτλ. τῦ ξ'. βιβλίυ, ἀνάγνωθι καὶ τοῦτον. τῦ δὲ δευτέρυ θέματ. τῦ αὐτῦ τίτλυ καὶ βιβλίυ διαλαμβάνοντ. ταῦτα ῥητῶς· ὁ σκοπὸν ἐσχηκὼς τῦ φονεῦσαι, κἂν μὴ φονεύσῃ, ἀλλὰ τραυματίσῃ, φονεύς ἐστι· καὶ ὁ μὴ θελήσας φονεῦσαι, ἐὰν φονεύσῃ, οὐκ ἔστι φονεύς. ἡ δὲ διάθεσις ἐκ τῦ πλήξαντ. ὀργάνυ ἐλέγχεται. εἴποι τις, ἐναντιοῦσθαι τῷ τοιούτῳ κεφαλαίῳ τὸν παρόντα κανόνα, διορίζόμενον ἀκουσίυ φόνυ ἐγκλήματι ὑποκεῖσθαι τὸν ἀκοντίσαντα λίθον ὅπι κύνα ἢ δένδρον, κ) τυχαίως ἀνελόντα ἄνθρωπον. φαμὲν οὖν ὡς ὁ ῥηθεὶς νόμ. περὶ ἑκουσίυ φονοτῦ διδάσκων, τὸν μὴ ἐκ προαιρέσεως φονεύσαντα οὐκ ὀνομάζει ἑκούσιον φονέα· ἀκρίβ. δὲ ὁ τοιοῦτ. φονεύς ἐστι, καθὼς καὶ ὁ παρὼν κανὼν διορίζε), καὶ τιμωρεῖται κ) ὁ προπάλυστον θέμα τῦ ις'. κεφαλ. τῦ να'. τίτλυ τῦ ξ'. βιβλίυ, καὶ κ) ὁ ε'. κεφαλ. τῦ λθ'. τίτλυ τῦ αὐτῦ βιβλίυ, διορίζόμενον, καὶ τὸν ἀπὸ τρυφῆς φονεύσαντα ἐπὶ πενταετίαν ἐξορίζεσθαι. ὕτω συμβίβασον τὸ νομικὸν κεφάλ. κ) τὸν κανόνα. κ) σημείωσαι ἀπὸ τῦ κανόν. καὶ τῦ νόμυ, ὅτι ὁ μὲν ἀκούσι. φονοτὴς ἐκ τῦ ἀποτελέσμα. ἤτοι τῆ φόνυ, καταδικάζεται. ὁ δὲ ἑκούσι., ἀπὸ μόνης προθέσεως. κἂν γὰρ μὴ φονεύσῃ, τιμωρεῖται ὡς φονεύς, δι' μόνλυ τλὺ προθέσιν. ὅτι καὶ τὸ ιβ'. κεφάλ. τῦ ῥηθέντ. λς'. τίτλυ φησὶν, οὐδὲν διαφέρει τὸ φονεῦσαι καὶ τὸ βαλεῖν αἰτίαν φόνυ. ἡ μέντοι ποινὴ τῶν ἑκουσίων φονέων δηλοῦται ἀπὸ τῦ προτελευτυ θέμα. τῦ γ'. κεφαλ. τῦ λς'. τίτλυ λέγοντ., ἡ ποινὴ ἡ κ) ἀνδροφόνων, ἐπὶ μὲν τῶν ἐντίμων φειδορισμός ἐστι καὶ τελεία δήμευσις· ἐπὶ δὲ τῶν ἀτίμων, ξίφει καὶ θηρίοις ὑποβληθῆναι. περὶ δὲ φονέων ἑκουσίων ἐξεφωνήθη νεαρὰ κ) τὸν Ἀπρίλλιον μῆνα τῆς ιδ'. ἰνδικτιῶν. τῦ θεοσέβλυ, κεραίτ. καὶ ἁγίυ ἡμῶν αὐτοκράτορος Μανυὴλ τῦ Κομνηνῦ, καὶ ἔχε καὶ ταύτλυ ἐπὶ μνήμης οὕτω καὶ μ) τὸ προοίμιον διαλαμβάνουσαν. προσκελεύεται οὖν ἅπασι τοῖς ἐν θέμασι διαιτητῆς, καὶ ταῖς ἐν αὐτοῖς ἑσπερ στρατιωτικαῖς δυνάμεσι, καὶ τοῖς τούτων στρατηγοῖς, ἔνθα περ ἂν ἑκούσι. φόν. γένη), καὶ τολμηθῇ τοιοῦτόν τι πρᾶξαι τις., αὐτίκα πάντας διεγείρεσθαι εἰς τλὺ τῦ φονέως κατάσχεσιν, καὶ δέσμον αὐτὸν ἀποστέλλειν πρὸς τλὺ βασίλειον πρόσωπλυ, ἢ ταύτης ἀπόδημούσης, πρὸς τὸν ἔνδρον τῆς θεοφυλάκτυ μεγαλοπόλεως, ὥστε εἰς δημοσίαν φυλακλὺ εἰσάγεσθαι, καὶ τὰς σωματικὰς καὶ ὑσιακὰς κατά τι νόμους καὶ ἃ τῶν νεαρῶν θεσπισμάτων διώαμιν, καὶ ἑτέρας ὑποπεσεῖν κολάσεις· εἰδότων τούτων ἀπάντων, ὡς εἴ τις φονεῦσαι δυνάμυ. καταφεῦγον τὸν φονέα, κ) μὴ τῦτο ποιήσας, ὕτω μέλλειν καταχεισθῆναι ὡς κ) βασιλέως βουλευσάμυ. εἰδ' ἴσως δεηθείη τις κ) προσφύγῃ τῇ ἁγιωτάτῃ τῦ θεῦ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, μ) τὸ προβλῆσαι τὰ ἐκκλησιαστικὰ ἐπ' αὐτῷ ὀπτίμια, κ) τλὺ νομικλὺ φύλαξιν, ἐνδημοῦντ. μὴ τῦ κρατοῦντ. τῇ βασιλευούσῃ τῶν πόλεων, πρὸ αὐτῦ ἀποσταλήσεται εἰς τὸ θέμα, ὁποῖον ἂν ὑπάρχειν· ὥστε τ' χρόνον τ' ὅλης αὐτῦ ζωῆς ἐκεῖσε διαβιβάζειν, κ) μὴ ἐκεῖθεν ἀποδιδράσκειν, ὥστε ἐπαναστρέχειν, ἔνθα τὸ τῦ φόνυ μῦσ. εἰργάσατο. ἀποδημοῦντ. δὲ ἴσως τῦ βασιλέως, πρὸ τῦ ἐπάρχυ, ὡς εἴρη), εἴς τινα τῶν προῤῥωτέρω χωρῶν ἐξορισθήσεται, κ) τὸν τ' ζωῆς αὐτῦ χρόνον ἐκεῖσε διάγυσει. ἂν δέ γε, μὴ μόνον ἑκουσίως, ἀλλὰ κ) ἐκ μελέτης, τὸν φόνον ἐργάσοιτο, οὐκ ἀναγκαθήσεται, κ) τλὺ προῤῥηθεῖσθν βασιλικλὺ διάταξιν, ἀποκαλῦψαι. εἰ γὰρ τὸν ἑκουσίως τῇ ἀποκάρσῃ προσιζάνοντα οὐκ ἀπεντεῦθεν ἡ κανονικὴ ἀκρίβεια εἰς αὐ-

A quoque qui ligno gravi, & magno lapide usus adversus aliquem, eum interfecerit, cùm nollet interficere, involuntarium homicidam definit. Eum autem, qui quovis ense bellum gerentium & latronum more usus est, voluntarium homicidam pronunciat: sicut & eos, qui curiosa dant medicamenta, & abortum cientia faciunt. Atque hæc quidem Canon. Tu autem lege xxvi. cap. ix. tit. præsentis operis, & quæ in eo scripta sunt de homicidis. Similiter lege & ij. Canonem hujus sancti. Quia autem de homicidis & veneficis non pauca tractat xxxix. tit. lx. lib. eum quoque lege: Cùm verò ij. thema ejusdem tit. & lib. hæc expressè dicit, Qui interficere constituerat, etsi non interfecerit, sed vulneraverit, est homicida: & qui noluit interficere, etiamsi interfecerit, non est homicida. Affectio autem, ex instrumento quo percussit, probatur: Dixerit quispiam, ei capiti adversari præsentem Canonem, decernentem involuntariæ cædis crimini subjici eum, qui lapidem in canem vel arborem jaculatus fuerit, & hominem fortè occiderit. Dicimus ergo, quòd dicta lex quæ de cæde voluntaria docet, eum, qui non data opera interfecit, non nominat voluntarium homicidam. Et autem hic involuntarius homicida, sicut præsens quoque Canon decernit, & punitur secundùm thema antepenultimum xvj. cap. lj. tit. lx. lib. & secundùm v. cap. xxxix. tit. ejusdem lib. definiens, eum etiam, qui per delicias & ludum interfecit, in quinquennium exterminandum. Ita caput legis & Canonem concilia. Et nota ex Canone & lege, quòd involuntarius quidem homicida ex eventu seu cæde condemnatur: voluntarius autem, ex solo proposito: etsi enim non interfecerit, ut homicida punitur propter solum propositum. Nam & xij. cap. dicti xxxvj. tit. dicit, Nihil refert, an occidas, an mortis causam præbeas. Voluntariorum autem homicidarum pœna ostenditur in penultimo themate iij. cap. xxxvj. tit. quod dicit, Pœna adversus homicidas, in iis quidem, qui sunt bonæ existimationis, est relegatio, & perfecta publicatio: in vilibus autem & abjectis, ensi & bestiis objici. De voluntariis autem homicidis mense Aprili ind. xiiij. à religioso, potentissimo & sancto Imperatore nostro Domino Emanuele Comneno, novella edita est, quam & manda memoriæ, quæ post procœmium sic dicit: Jubet ergo omnibus qui sunt in regionibus judicibus, & militaribus quæ sunt in eis copiis, & earum ducibus, ubi fuerit cædes voluntaria, & tale quidpiam ausus fuerit aliquis, ut omnes statim excitentur ad apprehendendum homicidam, & eum vinctum mittant ad Imperatoriam circumspectionem: vel, si ea absit, ad magnæ urbis à Deo custoditæ præfectum, ut in custodiam publicam introducatur, & tam in corpore quàm in bonis secundùm legum & Novellarum constitutionum potestatem puniatur, & alia supplicia subeat: scientibus his omnibus, quòd si probatum fuerit potuisse quempiam homicidam apprehendere, & id non fecerit, eum non secus condemnandum, quàm si Imperatori insidiatus fuerit: sin autem latuerit fortasse quispiam, & ad sanctissimam Dei magnam Ecclesiam confugerit, postquam pœnæ Ecclesiasticæ adversus eum processerint, ex legali observatione, eo quidem præsente qui reginæ urbium Imperium obtinet, ab eo mittetur in regionem, quam censuerit, ut totum vitæ suæ tempus illic transigat, nec illinc effugiat, ut recurrat in eum locum, in quo execrandum homicidii facinus admisit. Absente autem forte Imperatore, à præfecto, ut dictum est, in aliquam remotiorem regionem exterminabitur, & illic vitæ suæ tempus peraget. Sin autem non solum voluntariè, sed etiam præmeditato captóque consilio cædem perpetraverit, non cogetur ex prædicta regia constitutione tonderi, si enim eum, qui sua sponte ad tonsuram accedit, non ad eam statim admittit canonica subtilitas, sed ei sufficiente tempore attributo, & per ipsum mentis ejus firmitate, vel infirmitate exa-

minata, si quidem hominem invenerit in primo pro- A
posito perseverantem, & monastico instituto, & cor-
poris mortificatione se impigre præparantem, ex eo
tempore boni quoque operis ei affert complementum,
eo in monasticam institutionem statúmque suscepto:
quomodo non fuerit à ratione alienum, & legibus spi-
ritualibus absonum, aliquem coactè tondere, eúm-
que homicidam, quem Deus eò usque reliquit, ut
etiam manus fraterno sanguine pollueret? Timen-
dum est enim ne invitus vitam Angelicam ingressus,
eáque vi susceptà venerando habitu in ludibrium uta-
tur.* Qui enim homines leviores in dementiam in-
ciderunt, ii pessimas & perversissimas actiones suapte B
natura aggrediuntur: loco ergo tonsuræ statuit mea
Imperialis majestas, ut qui voluntariam cædem capto
consilio perpetraverit, in custodia toto vitæ suæ tem-
pore degat: & nec illinc quidem unquam educatur
nec jussu fortè imperatorio per oblivionem exhibi-
to. De eorum autem facultatibus fiat, sicut jussit
Imperator memoratus. Quia autem plures homici-
dæ, qui cædem meditato & consilio capto perpe-
trant, ad sanctissimam Dei magnam Ecclesiam postea
accedentes, non ut facta est à se, sed ut ad suam
facit utilitatem, veritatem celantes, cædem confiten-
tur; jubet mea Imperialis sublimitas, ut à sanctissimo C
pro tempore Patriarcha ad regionis Antistitem, &,
qui ei subest, clerum, quinetiam ad regionis judicem
cum pœnæ comminatione scribatur. Et quemadmo-
dum factam esse cædem ex illorum rescripto intelle-
xerit, ita eam quoque ulciscatur: & non eum, qui ca-
pto consilio cædem facit, propter falsam suam confessio-
nem, easdem pœnas eademque supplicia, quæ tor-
tuitò & improvisò in tale aliquod crimen incidens, su-
beat. Si quis autem homicida, qui ad sanctissimam
magnam Ecclesiam confugerit, & vel perpetuo exilio
condemnatus, vel in vinculis, & in perpetua esse cu-
stodia toto vitæ suæ tempore jussus erat, solutus, in- D
ventus fuerit in loco, ubi cædem perpetravit, ambulare,
vinctus ab exactore, qui est in regione, ad meam Im-
perialem sublimitatem mittetur, & quæcunque qui-
dem res tunc ei inventæ fuerint, exactori in lucrum
cedent, & ei qui homicidam indicavit, ex æquo inter
eos divisæ. Omnino autem curæ erit iis, qui sunt in
sanctissima magna Ecclesia, illorum judicibus, ut cum
conveniente Canonica severitate crimina cædis puni-
ant, & tempora non temerè contrahant, nec plusquam
par sit, in iis quæ non decet, se lenes & clementes præ-
stent. Imperialis autem meæ constitutionis exempla,
ab iis qui præsunt judiciis descripta, missa ad ecclesias E
quæ sunt in regione ibi reponentur; ut eorum quæ sunt
constituta, omnes scientiam habeant, ut faciant quem-
admodum eis comprehenditur. Quòd si is, qui ca-
pto consilio cædem fecit, tonsuram sua sponte elegerit,
non absque probatione inter monachos cooptabitur, sed
sufficienti tempore accuratissimè & diligentissimè ex
Canonicis constitutionibus examinatus, & probatus, in
monasterio vel invitus toto vitæ tempore manere co-
getur, nec ei unquam illinc exire permittetur. Mona-
sterium autem erit omnino in aliâ provincia, & non in
ea terra, quæ mortui sanguinem dehiscens malè sus-
cepit. F

πῶ προδέχηται, ἀλλὰ καιρὸν αὐτῷ τὸν ἀρκοῦντα ὑπομε-
τρήσασα, καὶ δι' αὐτοῦ τὸ τῆς γνώμης ἐκείνου βέβαιον, εἴ τι καὶ
ἀπαγὲς βασανίσασα, εἶτα δύρῃσῃ τὸν ἄνθρωπον τῇ ἐξ
ἀρχῆς προαιρέσει ζοιζρωῦντα, καὶ τῷ μοναχικῷ πολιτεύ-
ματι καὶ τῇ νεκρώσει τοῦ σώματος, ἀόκνως ἑαυτὸν προσ-
σκολάζοντα, ἔκποτε καὶ πῶ τοῦ ἀγαθοῦ ἔργου αὐτῷ προσ-
επφέρει συμπλήρωσιν, εἰς πῶ μοναχικὸν πολιτείαν τε
προδεξαμένη καὶ κατάστασιν· πῶς ἂν εἴη ἄλογον,
καὶ τοῖς πνευματικοῖς νόμοις ἀπᾴδον, ἀναγκαστικῶς ἀπο-
κείρεσθαί τινα, καὶ ταῦτα φονέα, ὃν μέχρι τοσούτου
θεὸς ἐγκατέλιπεν, ὥστε καὶ ἀδελφικῷ ζραυθῆναι ζοῖς χεῖ-
ρας αἵματι; δεῖ γὰρ μήπως ἀκουσίῳ προαιρέσει τὸν
ἀγγελικὸν βίον ὑπελθὼν, καὶ βίᾳ τοῦτον καταδεξάμενος,
εἰς ἐμπαιγμὸν τῷ φεικαίῳ ζρίσεως χήματι. πεφύκασι γὰρ
οἱ τῶν ἀνθρώπων κυφότεροι εἰς ἀπόνοιαν ἐμπεσόντες, καὶ πᾶς
χαρίσας καὶ προβολωτέρας ὀφθαλμῶν πράξεσιν. ἀντὶ
τούτου τῆς ἀποκαρέσεως νομοθετεῖ ἡ βασιλεία μου τὸν πε-
πλημμεληκότα φόνον μεμελετημένον ἑκούσιον, ἐν φυλα-
κῇ δι' ὅλου τοῦ χρόνου τῆς ζωῆς αὐτοῦ δέφξιν, καὶ μηδέποτε
ἐκεῖθεν ἐξέρχεσθαι, μηδ' ἀπὸ βασιλικῆς ἴσως προσάξεως,
κῆ λήθην ποριζομένης. ὅπη δὲ ταῖς προσηκούσαις αὐτῶν, γί-
νεσθαι κατὰ ὁ προμνημονευθεὶς βασιλεὺς διεζήξατο. ἐπεὶ
δ' οἱ πλείους τῶν φονέων ἐκ μελέτης καὶ βασκάνεως τοὺς φό-
νους καπεργαζόμενοι, ἔπειτα τῇ ἁγιωτάτῃ τοῦ θεοῦ μεγάλῃ
ἐκκλησίᾳ προσελθόντες, οὐχ ὡς γέγονε πρὸ' αὐτῶν ὁ φόνος,
ἀλλὰ πρὸς ἴδιον συμφέρον ποιοῦνται τὴν ἐξομολόγη-
σιν, τὴν ἀλήθειαν προκρύπτοντες, προκαλεῖται ἡ βασι-
λεία μου ζραφὴν γίνεσθαι τοῦ κῦ κυροῦ ἁγιωτάτου πατριάρ-
χου, μὴ ὑπομένουσα πρὸς τὸν κῦ χώραν ἀρχιερέα, καὶ τὸν ὑπ'
αὐτὸν κλῆρον, ἀλλὰ μὴν καὶ τὸν τοῦ θείου διατηρῆν,
καὶ καθὼς μάθοι γνήσιος τὸν φόνον, ἀπὸ τῆς ἐκείνων ἀντι-
γραφῆς, ὕτω ποιεῖν καὶ πῆ ἐπεξέλευσιν· καὶ μὴ τὸν ἐκ
μελέτης φονεύοντα, διὰ τὴν ψευδῆ ἐξαγορείαν, τοὺς τοῦ κῦ
τόκου καὶ ἀπροϊτῆου, τῷ τοιούτῳ πρεπτεσόντος ἐγκλήματι
δέχεσθαι ποινὰς καὶ τὰ ἐπιτίμια. εἴ τις μέντοι τῶν φονέων τῇ
ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ προσφυγὼν ἐκκλησίᾳ, καὶ ἢ τῇ αἰσφυ-
γίᾳ κατακεχρεῖς, ἢ δέσμιος ἦ, καὶ ἐν φυλακῇ ἐγκε-
κλεῖσθαι πρὸ' ὅλου αὐτοῦ τοῦ ζωῆς, δίχεσθαι ἄνεσις ἐμπρέ-
παντος ἔνδα τὸν φόνον εἰργάσατο, δέσμιος πρὸ τοῦ κῦ χώραν
προσκλητος ἀποσταλήσεται εἰς τὴν βασιλείαν μου· καὶ ὅσα δὲ
τότε παρόντα αὐτοῦ πράγματα, εἰς κέρδος ἕξαι τοῦ
πράκτορος ἀποσταλήσεται εἰς τὴν βασιλείαν μου· καὶ ὅσα δὲ
τότε παρόντα αὐτοῦ πράγματα, εἰς κέρδος ἕξαι τοῦ
πράκτορι, καὶ τῷ τὸν φονέα καταμηνύσαντι, ὅπως παρ'
αὐτῶν μερίζομενα· μελήσει δὲ πρώτως καὶ τοῖς ἐν τῇ ἁ-
γιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ τῶν τοιούτων διατηταῖς, μὴ
προσηκούσης κανονικῆς ἀυσηρείας τὰ φονικὰ κολάζειν ἐγ-
κλήματα, καὶ μὴ τὺς χρόνους, ὡς ἔτυχε, σωτήμνειν, καὶ
μηδὲ ἐφ' οἷς ὑ χρὴ πλέον τοῦ εἰκότος φιλανθρωπεύεσθαι.
ἴσα μέντοι τῷ παρόντι διατάγματος τῆς βασιλείας μου
ὑπογραφέντα πρὸ τῶν προϊσαμένων τῶν δικασηρίων ἀπο-
σταλέντα ταῖς κῦ χώραν ἐκκλησίαις ἀποτελέσεται· ὥστε
πάντας εἰδήσιν ἔχειν τῶν διωρισμένων, ὡς ἂν ποιῶσι κῦ
πῶ τούτων προβλῆψιν. εἴπερ μέντοι ὁ τὸν μεμελετημένον
φόνον ἐργάσαμενος, ἑκουσίως ἕλοιτο τὴν ἀποκαρσιν, οὐκ ἀδυ-
μάσως τοῖς μοναχοῖς ἐγκαταλεγήσεται, ἀλλὰ μὴ πολλῆς
ἀκριβείας, καὶ ἐξετάσεως, τὸν ἀρκοῦντα χρόνον, κῦ τὰς
κανονικὰς διατάξεις, βασανιζόμενος. τῷ μέντοι μοναστηρίῳ
καὶ ἄκων προσμένειν ἀναγκασθήσεται παρ' ὅλον τὸν τῆς
ζωῆς αὐτοῦ χρόνον, μηδέποτε τούτου ἐξέρχεσθαι συγχωρούμενος.
πάντως δὲ τὸ μοναστήριον ὂν ἑτέρᾳ ἔσαι ἐπαρχίᾳ, καὶ οὐκ ὂν
ἐκείνῃ τῇ γῇ, ἣ τὸ τοῦ θανόντος αἷμα χανοῦσα κακῶς ὑπε-
δέξατο.

ZONAR.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ΖΩΝΑΡ. Περὶ ἑκουσίων καὶ ἀκουσίων φόνων ἠρωτήθη ὁ ἅγιος, καὶ πῶς τὸν τῷ ἀξίνῃ ἀκοντίσαντα, καὶ πλήξαντα ζυγὴν τῷ οἰκείαν γαμετῇ, φονέα εἶναι ἑκούσιον ἀπεφήνατο, καὶ πάντα τὸν ξίφει χρώμενον οἷον δήτινι κατά τινος· ποίαν δὲ διαίρεσιν τῶν ἑκουσίων καὶ ἀκουσίων φόνων, καὶ τὸν μὲν ὅτι θηρίον ἢ δένδρον ῥίψαντα λίθον, πλήξαντα δὲ ἄνθρωπον τυχὸν παρόντα ἐκεῖ· καὶ τὸν λώρῳ ἢ ἐλαφρᾷ ῥάβδῳ πλήξαντά τινα διὰ παίδευσιν, ἐὰν δὲ ὁ πληγεὶς ἀποθάνῃ ἀκούσιον φονέα καλεῖ ἀναμφιβόλως. τὸν δὲ ἐν φιλονεικίᾳ πλήξαντά τινα σιδαρᾷ ῥάβδῳ, ἢ τῇ χειρὶ ἀφειδῶς ὅτι τὰ καίρια, κἂν μὴ ἀνελεῖν ἤθελε τὸν πληγέντα, ἀλλὰ κακῶσαι καὶ ἀμυῦναι, ἐγγίζειν τῷ ἑκουσίως φονεύοντι λέγει, τῷ πληγέντι ἀποθανόντι· καὶ τὸν ξύλῳ δὲ βαρεῖ καὶ λίθῳ μεγάλῳ χρησάμενον κατά τινος, καὶ ἀνελόντα, ἀκούσιον τάχα φονέα εἶναι ὁρίζεται. τὸν δὲ ξίφει χρησάμενον οἷον δήτινι καὶ τὴν λῃστὴν, καὶ τὸν ἐφόδους ποιουμένους πολεμικὰς διὰ ἁρπαγὰς χρημάτων, ἑκουσίους φονέας εἶναι ἀποφαίνεται. ἀλλὰ μὴν καὶ τὸν φάρμακα διδόντας ποτὲ κἂν μὴ φονεύσαι ὁ φάρμακον κεράσας προέσθαι, ἀλλὰ πρὸς φιλίαν ἐπαγαγέσθαι τινὰ ἐβούλετο· ὃ δὲ ποιήσας, ἀνεῖλε τὸν πόντα, ἢ τὸν νοῦν ἔβλαψε τοῦ ἀνθρώπου διεφθάρη ἄφρονα ποιήσαι τὸν ἄνθρωπον, τοῖς ἑκουσίοις φόνοις ἀναριθμεῖ. φονέας δὲ λέγει, καὶ τὰς τὰ ἀμβλωθρίδια διδοῦσαι φάρμακα, καὶ λαμβάνουσαι. A

ΒΑΛΣ. Εἰς τρία διαιροῦνται οἱ κεκωλυμένοι γάμοι, εἰς νεφάριον καὶ λεγόμενον πάρανομον, ὡς ὅτε λάβῃ τις εἰς γάμον τὴν ἐπιτροπεύουσαν πρὸ τούτου ἢ τοῦ πατέρος αὐτῆς, ἢ ἔτι οὔσης ὑπὸ τὴν πρακτορικὴν ἐξουσίαν τούτου ἢ τοῦ πατρὸς αὐτῆς· εἰς δαμνάτην καὶ λεγόμενον κατάκριτον, ὅς ἐστιν ὁ μετὰ μοναχῆς ἢ ἑτέρας ἀνατεθειμένης τῷ θεῷ γάμος· καὶ εἰς τὸ ἴγκεστον τὸ καὶ ἀθέμιτον λεγόμενον, δηλονότι καὶ συγγενικοῦ προσώπου κεκωλυμένου προβάντα. πρός γοῦν ἱερέως ἐν ἀγνοίᾳ γάμον ἀθέμιτον συναλλάξαντος, καὶ διὰ τοῦτον διαζυγέντος, καὶ καθαιρέσει ὑποπεσόντος, ἐρώτησέ τις ἅγιον, εἰ ὀφείλει ὁ τοιοῦτος ἱερεὺς μετὰ τὸ καθαίρεσιν ἱερατικόν τι ἐνεργεῖν. ἔλεγον γάρ τινες ὡς ἐπεὶ ἐν ἀγνοίᾳ ὠλίσθησεν ὁ ἱερεύς, οὐχ ὑποπεσεῖται καθαιρέσει· εἰ δὲ καθαιρεθῇ, τῶν μὲν ἐντὸς τοῦ βήματος ἐνεργεῖν κωλυθήσεται, τῶν δὲ ἐκτὸς οὐκ ἐμποδισθήσεται. φησὶ τοίνυν ὁ ἅγιος ὀφείλειν τοῦτον καθαιρεῖσθαι, καὶ μετὰ τὴν καθαίρεσιν τιμῆς μὲν μόνης μετέχειν, ἤτοι συγκαθῆσθαι μετὰ τῶν πρεσβυτέρων, τῶν δὲ λοιπῶν ἱερατικῶν ἐνεργειῶν ἀπέχεσθαι, ἤγουν μήτε εὐχὴν λέγειν δημοσίᾳ, τουτέστιν ἐν ἐκκλησίᾳ, μήτε ἰδίᾳ, τουτέστιν ἐκτὸς τῆς ἐκκλησίας, ἀλλὰ μηδὲ τὰ ἅγια μεταχειρίζεσθαι, καὶ ἑτέροις μεταδιδόναι αὐτῶν, μήτ' ἄλλο τι ἱερατικὸν ἐνεργεῖν. ἀρκεῖσθαι δὲ τῇ τιμῇ τῆς καθέδρας, τῇ φιλοτιμηθείσῃ αὐτῷ διὰ τὴν ἄγνοιαν. εὐλογεῖν μέντοι ἑτέρους καὶ νιπτῆρα οὐ δεῖ· ἡ γὰρ εὐλογία μετάδοσις ἁγιασμοῦ ἐστιν. ὁ δὲ μὴ ἔχων ἁγιασμόν, κἂν δι' ἄγνοιαν καθηρέθη, πῶς τοῦτο μεταδώσει ἑτέρῳ; συγγνώμη δ' ἂν εἴη αὐτῷ, οὐ μόνον διὰ τῆς συγκαθέδρας μετὰ τῶν ἱερέων, ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς μὴ πανωρεὶ ἄλλως πως. εἰ γὰρ ὃν εἰδήσει ἔλαβεν εἰς γυναῖκα τὴν ἀφιερωθεῖσαν τῷ θεῷ, ἢ τὴν συγγενῆ αὐτοῦ, καὶ ἄλλως πως, χρηματικῶς δηλονότι καὶ ἐγκληματικῶς, ἵνα σκολάσθῃ, ἃ τινα οὐκ ἐπέσπονται αὐτῷ διὰ τὴν ἄγνοιαν. καὶ ἀνάγνωθι κδ'. τίτλον τοῦ κή. βιβλίου· μετὰ μέντοι τὸ ἀπαγορεῦσαι αὐτῷ πᾶσαν ἱερατικὴν ἐνέργειαν, φησὶν ὁ ἅγιος, προσκλαιέτω ἑτέροις καὶ τῷ κυρίῳ· τῷ μὲν κυρίῳ, ὡς δυναμένῳ ἀφιέναι ἁμαρτήματα, τοῖς δὲ ἑτέροις ἵνα κἀκεῖνοι ὑπὲρ αὐτοῦ δέωνται τῷ κυρίῳ συγχωρηθῆναι τοῦτο δὲ οὐκ ἐπὶ ἀθέσμου γάμου ἀνόμημα. ἐρωτήσει δέ τις, ὡς ἐκ τριῶν τρόπων κολαζομένων τοὺς ἀθέσμους γάμους, καθαιρεθήσεται καὶ ὁ ποιήσας πάρανομον γάμον, ἤγουν καὶ ὁ τὴν πρὸ αὐτοῦ ἐπιτροπευθεῖσαν, ἢ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, εἰς γάμον ἀγόμενος; λύσις. ἐπεὶ ὡς πάρανομος καὶ ὁ τοιοῦτος γάμος διαπᾶται, ἐξ ἀνάγκης μετὰ διαζύγιον καὶ τοῦτος ὡς πορνεύσας καθαιρηθήσεται. καὶ εἰ μὲν πρὸ αὐτοῦ ἔφθασεν ἐπιτροπευθῆναι ἡ παρανόμως συναφθεῖσα αὐτῷ, οὐδὲ καθέδρας ἀξιωθήσεται, ὡς μὴ δυναμένους προβαλέσθαι ἄγνοιαν. εἰ δὲ πρὸ τοῦ πατρὸς τούτου, καὶ βοηθήσει αὐτῷ ἴσως λόγος ἀγνοίας, συγγνωσθήσεται, καὶ καθέδρας ἀξιωθήσεται· κατὰ τὸ πρόσθεν κανόνα. ἀνάγνωθι καὶ τὸ κζ'. κεφ. τοῦ α'. τίτλου τοῦ πρόσθεν συντάγματος, καὶ τὸ θ'. κανόνα τῶν ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου, καὶ τὸ ἐν αὐτῷ, καὶ τὸ κα'. καὶ κγ'. κανόνα τῶν ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου. ἐπεὶ δὲ φαίνεται ἀναπίπτουσα ἐν τούτοις

C

D

E

F

## Canon XXVII.

*De Presbytero, qui per ignorantiam nefariis nuptiis implicatus est, definivi quæ oporteat, esse quidem cathedræ participem, à reliquis autem actionibus abstinere; ei enim sufficit, ut veniam consequatur. Ut is autem aliis benedicat, qui sua debet vulnera curare, non est consentaneum. Benedictio enim est sanctificationis communicatio, qui autem eam non habet propter ignorantiæ lapsum, quomodo aliis communicabit? nec ergo publicè nec privatim benedicat, nec Christi corpus aliis impertiat, nec aliquod aliud sacrum ministerium obeat, sed quòd præsideat contentus, aliis & Domino defleat, ut sibi ignorantiæ peccatum condonetur.*

Bals. Prohibitæ nuptiæ trifariam dividuntur; in nefarias, quæ præter leges dicuntur, ut si quis eam cujus tutelam gerit, vel ipse vel pater ipsius, uxorem ducat, vel eam quæ est in ejus, vel patris ejus tutelari potestate; in damnatas seu condemnatas, ut si fiat matrimonium cum monacha vel alia Deo dedicata: Et in incestas, quæ hic etiam nefariæ dicuntur, ut si quis cum consanguinea sua in gradu prohibito contraxerit. Cum ergo quidam sacerdos nefarium per ignorantiam matrimonium contraxisset, & propterea solutum esset, & ipse in depositionem incidisset, interrogavit quispiam sanctum, an is sacerdos debeat post depositionem sacerdotale quidpiam exercere. Dicebant enim nonnulli, quòd quoniam sacerdos per ignorantiam lapsus esset, non subjicietur depositioni: sin autem fuerit depositus, ab actionibus quidem quæ fiunt intra tribunal arcebitur, sed non ab actionibus quæ sunt extra tribunal. Dicit ergo sanctus, eum debere deponi, & post depositionem eum quidem esse solius honoris participem, ut scilicet sedeat cum Presbyteris, à reliquis autem sacerdotalibus actionibus abstineat, ut scilicet neque orationem dicat publicè seu in ecclesia, nec privatim, id est extra ecclesiam: sed neque sancta tractet, nec ipsa aliis communicet, nec aliquid aliud sacerdotale exerceat. Sit autem contentus sessionis honore, qui illi propter ignorantiam concessus est. Talem autem aliis benedicere non oportet. Benedictio enim est sanctificationis impertio. Qui autem non habet sanctificationem, etiamsi per ignorantiam depositus sit, quomodo eam aliis impertiet? Venia autem ei datur, non solum quòd sedeat cum sacerdotibus, sed & quòd non alio modo puniatur. Si enim sciens Deo consecratam fœminam, vel suam cognatam, uxorem accipisset, alio etiam modo, pecuniariè scilicet, & criminaliter punietur, quæ quidem ei propter ignorantiam non infliguntur. Lege xvi. titu. xxviii. lib. Post-quam autem sanctus ei omni sacerdotali actione interdixisset, defleat, inquit, aliis & Domino: Domino quidem ut qui potest peccata remittere; aliis, ut illi pro eo rogenti Dominum condonare ei delictum nefario matrimonio commissum. Rogabit autem quispiam, cum tribus modis puniantur nefariæ nuptiæ, deponetúrne quispiam, qui contra leges matrimonium contraxerit, utpote is qui eam, cujus ipse vel pater ejus tutor fuit, duxit in matrimonium? Sol. Quoniam hoc matrimonium ut legibus contrarium dissolvitur, hic quoque post divortium, ut qui fornicatus sit, necessariò deponetur: & si quæ illi contra leges conjuncta est, fuit antea sub illius tutela, ne cathedra quidem dignus censebitur, ut qui non possit ignorantiam prætexere. Sin patris sub tutela fuit, etiam ignorantiæ prætexus ei opem ferat, & veniâ cathedráque juxta præsentem Canonem dignus judicabitur. Lege vigesimum septimum caput primi tituli præsentis operis, & nonum Canonem Synodi Neocæsarienſis, & ea quæ in eo sunt, & vigesimum primum & vigesimum sextum can. Syn. in Trullo. Sed quia videtur in his emergere repugnantia (alii enim canones dicunt eos, qui sunt depo-

siti, in locum laicorum deturbari; alii verò ea solum quæ tribunal fiunt exercere; alii solius esse cathedræ participes) distingue & dic: quòd aliter puniuntur qui scientes peccant, & convicti deponuntur; aliter, qui scientes quidem peccant, sponte autem à malo desistunt; aliter, qui per ignorantiam peccarunt, & confessi sunt; & aliter, qui peccatum quidem ignorarunt, ab ipso autem non desistiterunt, nisi condemnati. Nota autem & differentiam peccatorum & personarum, & dic Episcoporum judicio aliquando quidem ignosci iis qui deponuntur; aliquando verò non ignosci, & sic contrarietatem quæ videtur inesse canonibus dissolvi.

A ἐναντιότης, (οἱ μὲν γὰρ τῶν κανόνων τούτων λέγουσι τοὺς καθαιρουμένους εἰς τύπον ὀξωθεῖσθαι λαϊκῆς, οἱ δὲ ἐνεργεῖν αὐτοὺς τὰ ἐκτὸς τοῦ βήματος καὶ μόνα, οἱ δὲ καθέδρας μόνης μετέχειν) ὄφελον καὶ εἰπεῖν, ὅτι ἄλλως κολάζονται οἱ ἐν εἰδήσει ἁμαρτάνοντες καὶ μὴ ἔλεγχον καθαιρούμενοι, ἄλλως οἱ ἐν εἰδήσει μὴ ἁμαρτάνοντες, ἐκόντι δὲ τοῦ κακοῦ ἀφιστάμενοι, καὶ ἄλλως οἷον ἀγνοίᾳ ὀλισθήσαντες καὶ ἐξομολογησάμενοι, καὶ ἄλλως οἱ ἀγνοήσαντες μὲν τὸ ἁμάρτημα, μὴ ἀφιστάμενοι δὲ αὐτοῦ, ἀλλὰ καταδικαζόμενοι. ἔχει δὲ καὶ διαφορὰν τῶν ἁμαρτημάτων καὶ τῶν προσώπων, καὶ λέγω καὶ τὴν ὑποστροπικὴν διάκρισιν, ποτὲ μὲν συγγνωμονεῖσθαι τοὺς καθαιρουμένους, ποτὲ δὲ μὴ συγγνωμονεῖσθαι, καὶ ὅτω τοῦ δοκοῦντος ἐν τοῖς κανόσιν ἐναντιότητα διαλυτέον.

B

Zonar. Sacerdotem, qui per ignorantionem in illegitimas incidit nuptias, cathedræ solius participem esse, à cæteris porro actionibus abstinere oportere, sanctus vir judicavit; hoc est una cum presbyteris assidere, & cum illis pariter in honore haberi, aliud vero nullum sacerdotale munus obire. Sufficit enim si datur, inquit, ipsi venia propter ignorationem, benedicere vero alteri hujusmodi hominem non oportet. Benedictio námque sanctitatis quædam communicatio est. Qui verò sanctitate caret, ob peccatum, quamvis per ignorationem admissum, quonam modo eam alteri communicabit? Neq; verò publicè ipsi licet bene dicere, in Ecclesia videlicet, neq; privatim, intra domesticos forte parietes, neque sancta munera aliis impertiri, neque demum sacerdotale quodpiam munus obire. Verum primi subsellii, inquit, honore contentus, desieat aliis & Domino. Domino quidem, quippe qui peccata potest dimittere: Aliis verò, ut illi quoque pro ipso dominum rogent, quo ipsi venia detur contractæ in nuptiis illicitis culpæ. Hæc autem, si modo ab inconcessis ejusmodi nuptiis absistat. Nuptiæ vero illegitimæ accipiendæ sunt, vel si quis cum cognata matrimonium iniit, vel cum religiosa fœmina quæ habitum deposuerit, nesciente id qui eam in domum suum introduxit, & alia similia.

ΖΩΝΑΡ. Ἱερέα, τὸν ἀθέσμῳ συνδραμόντα γάμῳ ἐν ἀγνοίᾳ, καθέδρας μόνης μετέχειν ὁ ἅγιος ἔκρινε, τῆς δὲ λοιπῶν ἐνεργῶν ἀπέχεσθαι· ἤρκει γὰρ αὐτῷ, φησίν, ὅτι συγγνωμονεῖται διὰ τὴν ἄγνοιαν, εὐλογεῖν δὲ ἕτερον οὐ τοιοῦτον ὄντα. ἡ γὰρ εὐλογία μετάδοσις ἁγιασμοῦ ἐστιν. ὁ δὲ μὴ ἔχων ἁγιασμὸν διὰ τὸ ἁμάρτημα καὶ τὴν ἄγνοιαν ἰδίαν, πῶς τούτου μεταδώσει ἑτέρῳ; καὶ οὐδὲ δημοσίᾳ ἔξεστιν αὐτῷ εὐλογεῖν, ἐν ἐκκλησίᾳ δηλαδή, οὐδὲ ἰδίᾳ, ἐν οἰκίᾳ τυχόν, ὅτε τῆς ἁγίων δωρεῶν ἑτέροις μεταδιδόναι, ἤπερ τι ἄλλο ποιεῖν ἱερατικόν. ἀλλὰ ἀρκέμβου, φησὶ, τῇ τιμῇ τῆς καθέδρας, καθοσιλαγέτω ἑτέροις τε καὶ τῷ κυρίῳ. τῷ μὲν κυρίῳ, ὡς δυναμένῳ ἀφιέναι ἁμαρτίας. ἑτέροις δέ, ἵνα καὶ ἐκεῖνοι ὑπὲρ αὐτοῦ δέωνται τοῦ κυρίου, συγχωρηθῆναι αὐτῷ δι' ὃν τοῦ ἀθέσμου γάμου ἀνόμημα. ταῦτα δὲ εἰ τοῦ τοιούτου δόξαι γάμου. ἄθεσμον δὲ γάμον νοητέον, ἢ τὸν μὴ συγγενῆ κρίνοντα, ἢ τὸν μεταμοναστρίας ἀρνησαμένης τὸ σχῆμα, μὴ εἰδότος τοῦτο. τὸν ταύτην εἰσοικισαμένου, καὶ ἕτερα ὅμοια.

C

D

Arist. *Presbyter qui per ignorantiam in illicitum incidit conjugium, solâ fruatur præsidentiâ, functione privatus.*

Si quis ante susceptum sacerdotium mulierem duxit, nesciens quod vidua fuit, aut insana, aut è scenicis, aut alia aliqua ex iis quæ sacratis prohibentur, deinde ad sacerdotii gradum provehatur, & agnoscit illegitimum conjugium. Solius quidem honoris & præsidentiæ sacerdotum particeps erit, à ministerio autem obeundo omnimodo prohibebitur. Nam venia ob ignorantiam ei sufficiens est. Sed ut is quem suorum vulnerum curam oportet gerere, & aliis benedicat, non est consentaneum. Benedictio enim sanctificationis est communicatio. Qui eam autem non habet ob ignorantiæ lapsum, quomodo aliis communicabit?

ΑΡΙΣΤ. Ἀθέσμῳ περιπαρεὶς γάμῳ ἐν ἀγνοίᾳ πρεσβύτερος, μόνης ἀπολαυέτω τῆς καθέδρας, τῆς ἐνεργείας χωρούσης.

Ἐάν τις πρὸ τῆς ἱερωσύνης γυναῖκα ἔλαβεν, ἀγνοῶν ὅτι χήρα ἦν, ἢ μαινάς, ἢ τῶν ἐπὶ σκηνῆς, ἢ ἄλλη τις τῶν ἀπηγορευμένων τοῖς ἱερωμένοις· εἶτα εἰς ἱερωσύνης προέλθοι καθέδραν, καὶ ἐπιγνοῖ τὸν γάμον ἄθεσμον· τῆς μὲν τιμῆς μόνης καὶ καθέδρας τῶν ἱερέων μεθέξει, τῆς δὲ λειτουργίας τὰ πάντα κωλυθήσεται. ἀρκετὸν γὰρ αὐτῷ ἡ συγγνώμη διὰ τὴν ἄγνοιαν. τὸ δὲ καὶ ἕτερον εὐλογεῖν, καὶ ὀφείλοντα τῶν οἰκείων πταισμάτων τίθεσθαι πρόνοιαν, ἀνακόλουθον· εὐλογία γὰρ μετάδοσίς ἐστιν ἁγιασμοῦ. ὁ δὲ τοῦτον μὴ ἔχων, διὰ τὸ ἐκ τῆς ἀγνοίας σφάλμα, πῶς ἑτέροις μεταδώσει

Canon XXVIII.

*Illud quidem mihi visum est ridiculum, vovere aliquem à carnibus suillis abstinere. Quemobrem dignare eos docere, ut ab ineptis votis & promissis abstineant, usum quidem esse indifferentem permitte. Nulla enim Dei creatura est rejicienda, si cum gratiarum actione accipiatur. Quare votum est ridiculum, non abstinentia necessaria.*

ΚΑΝΩΝ κή.

Κἀκεῖνο γε μὲν γελοῖόν μοι κατεφάνη, τὸ εὔξασθαί τινα ὑείων ἀπέχεσθαι κρεῶν. ὥστε καταξίωσον διδάσκειν αὐτοὺς, περὶ ἀπαιδεύτων προσευχῶν καὶ ἐπαγγελιῶν ἀπέχεσθαι, τὸ μέντοι χρῆσιν ἀδιάφορον εἶναι συγχώρησον. σὸν γὰρ κτίσμα θεοῦ ἀπόβλητον μετ' εὐχαριστίας λαμβανόμενον. ὥστε ἡ εὐχὴ καταγέλαστος, οὐχ ἡ ἀποχὴ ἀναγκαία.

Canon XXIX.

*Quod principes quidem jurent, se subjectis malefacturos, magna medicina opus habet. Medela autem eorum est duplex: una quidem, ut ipsi doceantur non facile jurare; altera autem, ne in malis judiciis persistant. Quare qui se alteri malefacturum jurare anticipavit, quod ad jurandum nimium facilis futerit, se pœnitere ostendat;*

ΚΑΝΩΝ κθ'.

Ἀρχόντας μέντοι ὀμνύειν δεῖ τῷ κακοποιεῖν τοὺς ἀρχομένους καὶ πρὸ θεραπεύειν προσήκει. θεραπεία δὲ τούτων διττή. μία μέν, μὴ ὀμνύειν αὐτοὺς διδάσκεσθαι προχείρως, ἑτέρα δὲ, μὴ ὑπομένειν ἐν ταῖς πονηραῖς κρίσεσιν. ὥστε ὅρκῳ προληφθείς τις εἰς κακοποιΐαν ἑτέρου, πρὸ μὲν δεῖ τῇ προπετείᾳ τοῦ ὅρκου μετάνοιαν δεδειγμένου, μὴ μέντοι προ-

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

προφάσματι ὑλαβείας τῷ πονηρίαν ἑαυτῷ βεβαιοῦτω A
ὑδὲ γὰρ Ἡρῴδῃ συνέλυσεν ὀμόσαντι, ὃς, ἵνα μὴ ὑπορκήσῃ δόλῳ, φονεῦσι ἐχρήσατο τῷ προφήτῃ. ἅπαξ μὲν ὁ ὅρκος ἀπηγόρευται· πολλῷ δέ που εἰκὸς τὸν ὅτι κακῷ γινόμενον κατακρίνεσθαι. ὥστε μεταφρονεῖν χρὴ τὸ ὀμνύοντα, ἢ μᾶλλον σπουδάζειν βεβαιοῦν αὐτῷ τὸ ἀνόσιον· ἐξέλεγξον γὰρ πλατύτερον τῷ ἀτοπίαν. εἴ τις ὀμόσειεν ἐξορύξειν τὸν ὀφθαλμὸν τοῦ ἀδελφοῦ, εἰ καλὸν τὸ τοιοῦτον εἰς ἔργον ἀγαγεῖν; εἴ τις φονεύσειν, εἴ τις ὅλως διὰ ὅρκου ἐντολῶν τινὰ παραβήσεσθαι; ὤμοσα γὰρ κἀγὼ ἡμάρτιαν, ἀλλὰ τοῦ φυλάξαι τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης. ὥσπερ δὲ τῷ ἐντολῷ ἀμεταθέτοις κρίμασι φυλάσσειν βεβαιοῦται, οὕτω τῷ ἁμαρτίαν παντοίως καθαιρεῖσθαι καὶ ἀφανίζεσθαι. B

*non autem pietatis prætextu ſuam improbitatem confirmet. Neque enim Herodi jurare profuit, qui, ne pejeraret, prophetam occidit. Fusjurandum enim omnino eſt prohibitum: multò autem magis conſentaneum eſt illud eſſe condemnatum, quod propter malum juratum eſt. Quare eum qui juravit, pœnitere, non impietatem ejus confirmare ſtudere oportet. Ejus enim abſurditatem fuſiùs exquirere. Si quis ſe fratris oculos effoſſurum juraverit, eine honeſtum eſt hoc ad effectum deducere? Si quis ſe interfecturum, ſi quis omnino juraverit mandatum aliquod tranſgreſſurum? Juravi enim & ſtatui non peccatum, ſed ſervare judicia juſtitiæ tuæ. Quemadmodum autem mandatum eſt immutabilibus judiciis confirmandum, ita peccatum omninò infirmare & delere oportet.*

ΒΑΛΣ. Οἱ πρόντες δύο κανόνες προκελεύουσι ἀθετεῖσθαι τοὺς ὀμομένους ὅρκους πρός τινων χάριν τοῦ γενέσθαι κακόν τι, ἢ καὶ γέλωτος ἄξιον· φασὶ γάρ τινα ὀμόσαντα μὴ φαγεῖν κρέας χοίρειον, ἢ κακοποιῆσαι τοὺς ἐπ' αὐτόν, διδάσκεσθαι τοὺς ἀλογίστους τοιούτων καὶ ἀπασῶν τῶν ὅρκων ἀπέχεσθαι, καὶ ὅτι καθάπαξ τὸ ὀμνύειν ἀπηγόρευται ἐστίν· ὑποχωρεῖσθαι δὲ τὸ χοίρειον κρέας ἐσθίειν, καὶ προβαίνειν τὸν ὅρκον, καὶ μὴ ποιεῖν τὸ κακὸν προφάσει τοῦ μὴ ὑπορκῆσαι. C ἐλέγχεται δὲ καὶ παραδείγματι τοῦ Ἡρῴδου τοῦ ὀμόσαντι φονεῦσαι τὸν Βαπτιστὴν, καὶ διὰ τὸ μὴ ὑπορκῆσαι ποιῆσαι φόνον. ἔδει γάρ, φησίν, αὐτὸν μεταφρονῆσαι, ἤγουν μεταγνῶναι καὶ καταφρονῆσαι τοῦ ἀδίκου ὅρκου, ἀλλὰ μὴ διὰ τοῦ πράξεως βεβαιῶσαι τὸ ἀνόσιον. ἀνάγνωθι τὸ ιη'. κεφ. τοῦ ιγ'. τίτλου τοῦ πρόντος συντάγματος, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ. τοῦ δὲ ι'. κανόνος τοῦ ἁγίου Βασιλείου, τοῦ ξδ'. καὶ τοῦ πϛ'. κολαζόντων τοὺς ὑπορκους, ἑτέρων δὲ κανόνων διειλεγμένων τῷ δηλη- D φθέντι ιη'. κεφ. διορίζομένων τοὺς ὑπορκήσαντας μὴ τιμωρεῖσθαι, καθὼς τοὺν καὶ οἱ προκείμενοι κανόνες προκελεύονται· εἴπῃ τις ἐναντίους ἀλλήλοις τοὺς κανόνας· ἐμοὶ δὲ οὐ δοκεῖ, ἀλλ' ὅταν μὲν ἀθετήσῃ τις ἔννομον ὅρκον χωρὶς ἀνάγκης τινός, ἢ ψευδῶς ὀμόσῃ τιμωρητέος πλέον. ὅταν δὲ κατὰ βίαν ποιήσῃ τοῦν, κουφότερον κολασθήσεται κατὰ τὸν πϛ'. κανόνα τοῦ πρόντος ἁγίου πατρός. εἰ δὲ οὐκ ἔστιν ἔννομος ὁ ὅρκος, ἀλλὰ διὰ τὸ ψευδὲς τὸ ἄτοπον προέλῃ ἢ μὴ ψευδῶς ἀγαθόν τι, ἢ ὤμοσε τις πρᾶγμα μὴ ὂν ἄξιον εἰς ὅρκον καταλέγεσθαι, τότε ἡ ἀθέτησις τούτου ἀκόλαστος ἐστί. πλεῖον ἀκούων τοῦ ἁγίου λέγοντος, ὀφείλειν καὶ τοὺς τοιούτους ἀναδιδάσκεσθαι μὴ εἶναι προχείρους εἰς τὸ ὀμνύειν, καὶ ὅτι καθάπαξ τὸ ὀμνύειν ἀπηγόρευται, λέγω ὅτι καὶ οἱ τοὺς τοιούτους ὅρκους ποιοῦντες, κἂν ἀκινδύνως ὑπορκῶσιν, ἀλλὰ παντελῶς οὐκ ἔσονται ἀτιμώρητοι. μετρίως δὲ καὶ τὸ δοκοῦν τῷ Ἐπισκόπῳ ἐπιτιμήσονται. ἐπεὶ δὲ ἐκ τοῦ διορίζεσθαι τοὺς κανόνας κολάζεσθαι τοὺς ὑπόρκους, ἀναφαίνεται μὴ τιμωρίας τοὺς μὴ παραβαίνοντας αὐτούς, καὶ ἐντεῦθεν εὑρίσκεται καὶ ὁ ὑπηρέπειας τοῦ ἐννόμων ὅρκων πλεσιουργίαν, μὴ εἴπῃς ζητοῦντα διορισθῆναι ὑπεναντίως τῇ εὐαγγελικῇ ἐντολῇ, τῇ λεγούσῃ· μὴ ὀμνύειν ἡμᾶς μήτε ἐν οὐρανῷ, μήτε ἐν τῇ γῇ, ὅτι ὁ οὐρανὸς θρόνος ἐστὶ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν αὐτοῦ. ἔστι γὰρ ἡμῖν τὸ ναὶ, ναί, καὶ τὸ οὒ, οὔ. τοῦν μὲν γάρ ἐστι τῶν ἄγαν τελείων, ἐκεῖνο δὲ δεύτερον καὶ οὐκ ἀποβλητον, ὡς ἔννομον· οἷόν ἐστι καὶ τὸ, πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς, καὶ ἀκολούθει μοι. εἰ γὰρ πάντες ἀναγκάζονται τοῦν ποιῆσαι, ποῖος ἀγορεύσῃ αὐτά; ἄλλωστε εἰ ἅπας ὅρκος ἐκωλύετο, οὐδὲ ὁ προφήτης εἶπεν ἂν ὤμοσα καὶ ἔστησα τοῦ φυλάξασθαι τὰς ἐντολάς σου· οὐδὲ οἱ τοὺς νόμους συνθέμενοι ὀρθόδοξοι βασιλεῖς, ἵνα ἐξέλθωσι νόμοι ὑπηρέποντας ὅρκων πλεσιουργίας. ὥστε οὐκ ἂν πᾶς ὅρκος ἔννομός τι καὶ προάγομος κεκωλυμένος ἐστὶ, ἀλλ' ὁ προάγομος καὶ ἀπρόβουλος. τινὸς δὲ συγχωρῆσαι ὂν ἡμέρᾳ τρίτῃ μιᾶς ἑβδομάδος εἰπόντος πρὸς τὸν κρατοῦντα καὶ ἅγιον ἡμῶν βασιλέα, μὴ ὀφείλειν κρεωφαγῆσαι, πλυμένης καὶ τοῦτο τῆς ἑορτῆς τῆς γενέσεως τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡ-

BALS. Præſentes duo canones jubent infirmari juramenta à quibuſdam facta, ut mali aliquid fiat, vel etiam quidpiam ridiculum. Dicit enim eum qui vovit vel juravit ſe carnem ſuillam non comeſurum, vel ſibi ſubjectis malefacturum, docendum eſſe à ſtultis hujuſmodi & ineptis ſacramentis abſtinere, & quod jurare omnino eſt prohibitum; licet vero carnem ſuillam comedere, & juramentum tranſgredi, & malum non facere ſub prætextu ne pejeretur. Uſus eſt autem exemplo quoque Herodis, qui juraverit ſe Baptiſtam interfecturum, & ne pejeraret cædem commiſit. Oportebat enim, inquit, ipſum reſipiſcere, ſeu revocare & contemnere injuſtum jusjurandum, ſed non per actionem impietatem confirmare. Lege xviii. cap. xiii. tit. Præſentis operis, & quæ in eo ſunt. Cùm autem x. Can. ſancti Baſilii, lxxiiii. & lxxxii. perjuros puniant, alii autem Canones, qui in dicto xviii. capite continentur, decernunt eos non eſſe puniendos qui pejerarunt, quemadmodum Canones ante poſiti jubent: dixerit quis, Canones eſſe inter ſe contrarios: ſed mihi non videtur, ſed quando legitimum juſjurandum quiſpiam ſine ulla neceſſitate infirmaverit, vel falſo juraverit, magis punietur. Quando autem hoc vi fecerit, leviùs punietur, ſecundum lxxxii. Canonem præſentis ſancti patris. Sin autem non eſt legitimum, ſed ut abſurdum quid fieret, vel ne boni quid fieret, proceſſit, vel etiam juravit quiſpiam ſe facturum aliquid, quod non debet in jusjurandum deduci, tunc impunè poteſt irritum haberi. Audiens porro ſanctum dicentem debere eos quoque doceri, ne ſint ad jusjurandum faciles, & quòd jurare omnino eſt prohibitum, dico quòd & ſi ii, qui hujuſmodi juramentis ſeſe obſtrinxere, ſine periculo pejerant, non erunt tamen prorſus impuniti, ſed modicè pro Epiſcopi arbitratu punientur. Quia autem ex eo, quòd decernant Canones puniendos perjuros, apparet eos non puniri, qui juramenta non tranſgrediuntur, & ex eo etiam oſtenditur legitima juramenta permitti, ne dixeris hæc eſſe aliquantulum definita adverſus evangelicum præceptum, quod dicit; non eſſe omnino jurandum, neque in cœlo, neque in terra, quia cœlum Dei thronus eſt, terra autem eſt pedum ejus ſcabellum; eſſe autem nobis næ næ, & non non. Hoc enim eſt eorum qui ſunt valde perfecti. Illud autem ſecundum & non rejiciendum cùm ſit, eſt legitimum: cujuſmodi eſt & illud; Vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & ſequere me. Si enim omnes hoc coguntur facere, quis ea emet? alioqui ſi omne jusjurandum prohiberetur, ne propheta quidem dixiſſet; Juravi, & ſtatui ſervare mandata tua: nec qui leges compoſuerunt orthodoxi imperatores leges edidiſſent, quæ permitterent jusjurandum. Quare non omne jusjurandum eſt prohibitum, tam legitimum quàm illegitimum, ſed ſolum qd eſt illegitimum & ineptum. Cùm autem quidam nobilis tertio die hebdomadæ dixiſſet potenti & ſancto noſtro imperatori, ſe non debere carnem comedere, quamvis feſtum eſſet nativitatis Chriſti & Dei noſtri,

quod

quod juraſſet tertias ferias omnium anni hebdomadum à carnibus abſtinere in honorem venerabilis præcurſoris; ſtatuit à Deo coronatus noſter imperator ſynodaliter interrogari, an ſit canonicum hoc jusjurandum ſervari, & dominicum feſtum, quod eſt Paſchale, incelebratum dimittere: & facta interrogatione ſanctiſſimus ille Patriarcha Dominus Lucas cum ſynodo quæ aderat, cum dixiſſet bonum eſſe omni tempore jejunare, ſubjunxit non oportere hoc jusjurandum Domino & Deo noſtro præferre. Si enim Apoſtolici canones puniunt eum, qui in quovis ſabbato, vel die dominico genu flectit vel jejunat, multo magis punietur qui in Paſchali Chriſti feſto jejunat, ne jusjurandum à ſe voluntariè ſuſceptum contemnatur. Et nobili domino carnibus veſci permiſit. Idem autem patriarcha Tzitam quo Eunuchum ad ſanctorum Hieroſolymis locorum adorationem ire ſe juramento obſtrictum & non protectum, ut qui pœnitentia ductus eſſet, ſynodaliter à perjurio abſolvit, mediocri pœna impoſita ei medicinam exhibens. Ex verbis autem canonis, quæ ita ſe habent; Nulla enim Dei creatura eſt rejicienda ſi cum gratiarum actione accipiatur, ne dixeris nobis eſſe permiſſum omnibus beſtiis veſci: ſed dic canonem de illis diſſerere, quæ ab orthodoxis eduntur ex conſuetudine & eccleſiaſtica traditione.

ZONAR. *in can. xxviii.* Vovit quiſpiam ſe ſuillas carnes non eſurum. Eſt námq; vovere idem quod promittere & polliceri, juxta illud: Vovete & reddite. Rogatus eſt igitur hic ſanctus vir, utrum ei, qui hoc ſe voto obſtrinxit, illud tranſilire fas foret. Reſponditq; ridiculum ſibi negotium videri. Proinde, inquit, uti quidem ſuillis, hoc eſt, comedere ſuillas carnes permittas eum, qui ejuſmodi votis abſtinentiam. Doceas porro, ut ſe ab ineptis ejuſmodi votis, hoc eſt, imprudentibus promiſſis contineant, neque ad ejuſmodi vota ſint faciles. Nulla enim creatura Dei eſt rejicienda, ſi cum gratiarum actione accipiatur. Quòd cum ſe, ait, ita habeat, eſt propterea ridiculum votum. Cùm vero hujuſmodi ſit votum, non eſt neceſſaria ab ejuſmodi ſuillis carnibus abſtinentia.

ARIST. can. xxviii. *Qui à ſuillis carnibus abſtinentiam vovit, ridiculus; neque vero ſuſcipiendus eſt niſi iis utatur.*

Vovebat quidam à carnibus porcinis abſtinere: ridiculus eſt ille ut inepta vovens & promittens. Nulla enim Dei creatura eſt rejicienda, ſed cum gratiarum actione ſumenda. Oportet itaque ut ei permittatur de carnibus participare à quibus abſtinere vovit, edoceatur autem ne ineptas Deo profeſſiones faciat.

ZONAR. *in can. xxix.* Si princeps, inquet juret ſe malo affecturum ſubditos, ejuſmodi primùm quidem edoceri oportet, ne ſit facilis ad jurandum. Si vero temerè juret, ne jusjurandum ſervet in aliorum perniciem conceptum, ſed pœnitentiam oſtendat ob præcipitem juriſjurandi licentiam. Cæterùm nequaquam ſe jusjurandum revereri prætexat aut fingat, hoc eſt, perjurium ſeſe metuere ac formidare: nec ſuam confirmet improbitatem per ſævitiam videlicet in aliis puniendis, ne jusjurandum violaſſe exiſtimetur. Tum ad hæc exemplum Herodis Tetrarchæ profert, dicens, utile futurum fuiſſe Herodi ſi non bene juraſſet, hoc eſt, ſi non bene erga jusjurandum fuiſſet affectus, ipſúmque ſervando Baptiſtam interfeciſſet. Ac omni quidem juriſjurandi genus omnino, hoc eſt, ſine ulla tergiverſatione perfectè vetitum eſt, multo vero magis conſequitur illud vetitum eſſe ac damnatum quod ob malum perpetrandum emittitur. Proinde qui ejuſmodi ſe jurejurando obſtrinxit diverſa inire conſilia, hoc eſt, ſententiam mutare & contraria ſentire, ſive pœnitere oportet. Juravit ſiquidem aliquis ſe quempiam interfecturum, diverſa igitur inire conſilia, hoc eſt, aliud ſentire ac pœnitere, ne ſc: interficiat; non autem impietatem rebus ipſis confirmare oportet. Siquis enim inquit

A μῶν, διὰ τὸ ἐπομόσαι νηστεύειν τὰς τεσσαρακοστὰς ἡμέρας τῆς ὅλων ἑβδομάδων τῆς χρόνου, εἰς τιμὴν τοῦ τιμίου προδρόμου, ὥρισεν ὁ θεοσεβὴς ἡμῶν αὐτοκράτωρ συνοδικῶς ἐρωτηθῆναι, εἰ κανονικόν ἐστι τὸν ὅρκον τοῦτον φυλαχθῆναι, καὶ τῇ ἑορτῇ τοῦ πασχάλιον ἔτι δεσποτικὴν ἀπαναγώγιον ἐαθῆναι. καὶ γενομένης τῆς ἐρωτήσεως ὁ ἁγιώτατος ἐκεῖνος πατριάρχης κυρὸς Λουκᾶς μετὰ τῆς εὐτυχούσης συνόδου εἶπεν, ἀγαθὸν μὲν καὶ τὸ νηστεύειν ἐν παντὶ καιρῷ, ἐπαινετὸν, ὡς καὶ χρὴ τὸν πιστὸν προτιμᾶσθαι τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ ἡμῶν. εἰ γὰρ οἱ ἀποστολικοὶ κανόνες κολάζουσι τὸν ἐν ᾧ τυχόντι σαββάτῳ, ἢ κυριακῇ γονυκλίσιον ἢ νηστεύοντα, πολλῷ πλέον κολασθήσεται ὁ νηστεύων καὶ τὸ πασχάλιον τοῦ Χριστοῦ B ἑορτὴν διὰ τὸ μὴ προσαθῆναι τὸν αὐθαίρετον ὅρκον αὐτοῦ. καὶ ἐξεχώρησε τῷ εὐσεβεῖ κυρίῳ φαγεῖσαι. ὁ αὐτὸς πατριάρχης καὶ τὸν Τζίταν τὸν εὐνοῦχον ὀμόσαντα, εἰς προσκύνησιν ἀπελθεῖν τῶν ἐν ἱεροσολύμοις ἁγίων τόπων, καὶ μὴ ἀπελθόντα, ὡς μεταμεληθέντα, συνοδικῶς ἐκ τῆς ὁπορκίας ἀπέλυσε, διὰ μετείου ὁπτιμίου διεραπεύσας αὐτόν. ἀπὸ μέρους τῶν ῥημάτων τοῦ κανόνος. οὕτως ἐχόντων, ἔστιν γὰρ κτίσμα θεοῦ ἀπόβλητον, μετ' εὐχαριστίας λαμβανόμενον, μὴ εἴπῃς ὡς ἐπιδὴ πάντα τὰ κτιστὰ ἐδιέιν ἡμᾶς· ἀλλὰ λέγε περὶ ἐκείνων διαλέγεσθαι κανόνα τῶν ἐδιομένων διὰ C ὀρθοδόξων ἀπὸ συνηθείας καὶ παραδόσεως ἐκκλησιαστικῆς.

ZONAR. Ηὔξατό τις μὴ φαγεῖν χοίρεια κρέα. εὔξασθαι γὰρ ὑπαγορεύεται καὶ ὑποχρέως ἔχει· ὡς ὃ, εὔξασθαι καὶ ἀπόδοτε. ἠρωτήθη οὖν ὁ ἅγιος, εἰ ἔξεστι παραβαίνειν τὸν τοιοῦτον εὐχὴν τὸν ταύτῃ εὐξάμενον· καὶ ἀπεκρίθη γέλωτος ἄξιον αὐτῷ δοκεῖν τὸ πρᾶγμα. ὥστε, φησὶ, πρᾶξαι μὴ ἦν ἐδιέιν τὰ ὕεια κρέα, ὑπάρχον τῷ εὐξαμένῳ τὴν αὐτῶν ἀποχήν. δίδαξον δὲ ἀπέχεσθαι τῶν ἀπαιδεύτων προσευχῶν, ἤτοι τῶν ἀλογίστων ἐπαγγελιῶν, καὶ μὴ προχείρους εἶναι εἰς τοιαύτας εὐχάς. ἔστιν γὰρ κτίσμα θεοῦ ἀπόβλητον μετ' εὐ- D χαριστίας λαμβανόμενον. καὶ ἐπεί, φησὶ, τοῦτο ὕτως ἔχει, ἡ εὐχὴ καταγέλαστος. τοιαύτης δὲ τῆς εὐχῆς ὄσης, οὐκ ἀναγκαία ἡ τῶν ὑείων κρεῶν ἀποχή.

ARIST. can. κή. Ο κρεῶν ἀποχὴν ὑείων ἐπευξάμενος γελοῖος· ὁ δεκτέος δὲ, εἰ μεταληφθείη.

Ηὔξατό τις ἀπέχεσθαι χοιρείων κρεῶν. γελοῖος οὗτος, ὡς ἀπαίδευτα προσευχόμενος, καὶ ἐπαγγελόμενος. ὕλην γὰρ κτίσμα θεοῦ ἀπόβλητον, μετ' εὐχαριστίας μεταλαμβανόμενον. δεῖ γοῦν συγχωρηθῆναι αὐτῷ τὴν μεζόνην τῶν κρεῶν, ὧν ἀπέχειν ἐπεύξατο, διδαχθῆναι δὲ, μὴ ἀπαιδεύτους περὶ θεὸν ἐπαγγελίας ποιεῖσθαι.

ZONAR. Ἐάν ἄρχων, φησὶν, ὁμόσῃ κακῶσαί τινα ὑποχείριον, δεῖ τὸν τοιοῦτον πρῶτον μὲν διδάσκειν, μὴ ἕτοιμον εἶναι πρὸς ὅρκους. εἰ δὲ ἀπροσέκτως ὀμόσει, μὴ φυλάξαι τὸν ὅρκον ὅτι κακοπραγία ἑτέρων, ἀλλὰ μεζόνοιαν ὅτι δείκνυσι καὶ τὴν περιπέτειαν τοῦ ὅρκου. μὴ φοβηθεὶς δὲ καὶ ὑποκρίνεσθαι ὅτι εὐλαβεῖται ὅρκον, ἀντὶ τοῦ δειλίᾳ καὶ φοβεῖται τὴν ἐπιορκίαν· καὶ βεβαιοῖ τοῦτο ἑαυτῷ κακίαν, ἤγουν δι' ἀπίνειαν κολάζειν ἄλλους, ἵνα μὴ δοκῇ φοβεῖσθαι τὸν ὅρκον. καὶ ὅτι τούτοις ἄγει πρὸς παράδειγμα τὴν παρανομίαν Ἡρῴδην λέγων, ὅτι συνέφερε τῷ Ἡρῴδῃ μὴ ὀμόσαι, ἀντὶ τοῦ, μὴ δὲ βαπτισθῆναι πρὸς τὸν ὅρκον καὶ φυλάξαι αὐτὸν, καὶ φονεῦσαι τὸν βαπτιστήν. καὶ τὰς μὲν φησὶν ὅρκος καθαίρεσις, ἤγουν ἀβουλήτους πλείους ἀπηγόρευται· πλέον δὲ ὀνδέχεται ἀπηγορευόμενον καὶ κατακεκριμένον τὸ ὅτι κακῷ ὀμνύμενον. ὥστε τοιοῦτον ὅρκον ὀμόσαντα μεταφρονεῖν δεῖ, ἀντὶ τοῦ μεταβουλεύεσθαι καὶ τολμηρὰ φρονεῖν, ἢ μεταγνῶναι. ὤμοσε γάρ τις ἀποκτεῖναι· δεῖ οὖν μεταφρονῆσαι, ἤγουν ἕτερα φρονῆσαι καὶ μεταγνῶναι, δηλαδὴ μὴ φονεῦσαι· ἀλλ' οὐχὶ διὰ τῆς πράξεως βεβαιῶσαι

δεῖ τὸ ἀνόσιον. εἰ γάρ τις φησὶν, ὤμοσεν ἐξορύξαι τὸν ὀφθαλμὸν τοῦ ἀδελφοῦ, ἐξεταστέον τί ἄρα βέλτιον, παρίδεῖν ⓦ ὅρκον ἢ εἰς ἔργον ὃ κακὸν ἀγαγεῖν. καὶ εἰ ὤμοσέ τις ἐντολὴν παραβῆναι τινα ἀγαθὴν τὸν ὅρκον, ἢ τὴν ἐντολήν. ὤμοσα γάρ, φησὶν, Δαβὶδ, καὶ ἔστησα τοῦ φυλάξασθαι τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου, οὐχὶ τὴν ἁμαρτίαν.

A fratri se oculos effossurum juravit, examinandū est, utrum sit melius, jusjurandum contemnere, an malum perficere. Ac si quis se mandatum aliquod violaturum juravit, melius fuerit iusjurandum, quàm mandatum violare. Juravi siquidem, inquit, David, & statui custodire judicia justitiæ tuæ, non autem peccatum.

ΑΡΙΣΤ. καν. κϑ'. Εἰ ἀπηγόρευται τὸ ὀμνύειν, δῆλον, ὅτι τῷ κακῶσαι μᾶλλον· ὥστε μὴ μόνον τὸ ἔργον κωλύσεις, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν ὃν ἀπερεύγεται ὅρκον. θεραπεία δὲ τούτου, διττὴ νουθεσία. τοῦ μὴ ὀμνύειν, καὶ κώλυσις τοῦ πρὸς χάριν ὅρκου. πρόπαλιν τὸ ὀμοσθὲν, ἄτοπον.

ARIST. *Can. xxix. Si simpliciter jurare sit interdictum, multo magis ad malum perpetrandum, adeo ut non solùm opus prohibebis, verùm & ipsum quod eructant, juramentum. Hujus autem medela in duplici consistit admonitione, non jurare, & quod speciem refert juramēti reprimere. Quod autem juratum est perpetrare, absurdum est.*

B

Μὴ προφασιν τοῦ κακοποιεῖν τοὺς ἀρχομένους διερισκέτωσαν τὸν ὅρκον οἱ ἄρχοντες. τί γάρ, ὤμοσέ τις κακῶσαί τινα τῶν ὑπὸ χεῖρα, καὶ περὶ χάριν διὰ βεβαιῶσαι τὴν πονηρίαν αὐτοῦ θέλεται βεβαιῶσαι; θεραπεύσον οὖν τὸν τοιοῦτον διττῶς· καθ' ἕνα μὲν τρόπον, δίδαξον αὐτὸν, μὴ ὀμνύειν προχείρως· καθ' ἕτερον δὲ, μὴ ὑπομένειν ἐν ταῖς περὶ τὸ κακὸν ἐπιορκίαις· ὅτι μηδὲ Ἡρῴδῃ συνέφερε ἐπιορκήσαντι. Διὰ γὰρ τὸ μὴ ὑπορκῆσαι, φονεὺς ἐγένετο τοῦ προφήτου. ἐκεῖνον γάρ τις τὸν ὅρκον ὀφείλει ἀμεταχείριστον φυλάττειν, ὃν ὤμοσεν ὑπὲρ τῷ φυλάξαι τὰ κρίματα τῆς τοῦ θεοῦ δικαιοσύνης· τὸν δὲ ὑπὲρ τῆς ἁμαρτίας προβάντα, καὶ κακώσει τινὸς παντοίως ἀκυροῦσθαι προσήκει, καὶ ἀφανίζεσθαι.

Magistratus subjectis malefaciendi prætextum ne inveniant juramentum. Quid enim, juravit quispiam eos qui sub ipsius sint potestate morbo afficere, & sub pietatis habitu impietatem suam confirmare vellet? Duplicem itaque medelam tali adhibeas, uno quidem modo eum edoceas non facile jurare, alio autem in malis juramentis non persistere. Neque enim Herodi jurare profuit; nam ne pejuraret, Prophetam occidit. Illiusmodi enim jusjurandum debet quispiam inviolatum servare, quod ad justitiæ divinæ judicio observanda juravit. Istud autem, quod in peccatum fertur & alicujus damnum, omni modo infirmare & delere oportet.

C

## ΚΑΝΩΝ λ'.

Περὶ τῶν ἁρπαζόντων, κανόνα μὲν παλαιὸν οὐκ ἔχομεν, ἰδίαν δὲ γνώμην ἐποιησάμεθα, τρία ἔτη καὶ αὐτοὺς καὶ τοὺς συναρπάζοντας αὐτοῖς ἔξω τῶν εὐχῶν γίνεσθαι. Ὃ δὲ μὴ βιαίως γινόμενον ἀνδρόγυνόν ἐστι, ὅταν μὴ φθορὰ ᾖ, μηδὲ κλοπὴ ἡγεμονίᾳ τοῦ πράγματος. αὐτεξουσία δὲ ἡ χήρα, καὶ ἐπ' αὐτῇ τὸ ἀκολουθεῖσθαι. ὥστε τῶν σχημάτων ἡμῖν ὑ φροντιστέον.

## CANON XXX.

*De his qui rapiunt, canonem quidem antiquum non habemus, sed propriam sententiam protulimus, ut ipsi & qui cum eis rapiunt, tribus annis sint extra orationes. Quod autem violenter non fit, nulli est pœnæ obnoxium, quando nec stuprum nec furtum rem præcesserit: est autem vidua sui juris, & in ejus est potestate sequi. Quare non est nobis figurarum ac prætextuum ulla cura gerenda.*

D

ΒΑΛΣ. Εἰς τὸν ξζ'. ἀποστολικὸν κανόνα, εἰς τὸν κζ'. τῶν ἐν Χαλκηδόνι, εἰς τὸν γ'. τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ, καὶ εἰς τὸν κβ'. τοῦ πρόντος ἁγίου, διάφορα ἐγράψαμεν περὶ τῶν ἁρπαζόντων γυναῖκας, καὶ περὶ τῶν συναρπαγμένων αὐτοῖς, καὶ ἀναγνωθήτω ταῦτα, καὶ τὸ λ'. κεφ. τοῦ θ'. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος. ὁ δὲ παρὼν κανὼν διορίζεται ἐπὶ τριετίαν τοὺς ἅρπαγας καὶ τοὺς συναρπαγμένους αὐτοῖς γίνεσθαι ἔξω τῶν εὐχῶν, ἤγουν ἵστασθαι μετὰ τῶν ἀκροωμένων· εἰ δὲ ἐκοῦσα γυνὴ, φησὶ, δόντι ἑαυτὴν μὴ προμνησαμένης φθορᾶς, μηδὲ κλοπῆς, ἤγουν λαθραίας μίξεως, ἀνδρόγυνός ἐστιν ὁ τοιοῦτος λαβών. ὡσαύτως ἀνδρόγυνός ἐστι καὶ ὁ χήραν αὐτεξουσίαν βιαιοτρόπως ἁναλαβόμενος. τὸ δὲ τῶν σχημάτων ἡμῖν ὑ φροντιστέον, τοιοῦτόν ἐστιν. ἐὰν γυνὴ, φησὶν, ἴσως αἰσθομένη δόντι ἑαυτὴν τῷ ἐρασθῆναι ἢ τῷ ἐρωμένῳ χαμερπεῖ ὄντι ἐσχηματίσατο ἁρπαγῆναι, πρὸς ἀλήθειαν ἐκουσίως αὐτῷ ἠκολούθησεν, ὑ φροντίζομεν τοῦ σχηματισμοῦ, ἤγουν τῆς ὑποκρίσεως, ἀλλὰ τῇ ἀληθείᾳ προσέχομεν. καὶ ἀναγνωθήτω τὸν νγ'. κανόνα, συμφέροντα τῇ παύτῃ ἑρμηνείᾳ. τὸ μέντοι ἀνδρόγυνον ἔσται τὸν ἁρπάσαντα γυναῖκα κατ' θέλησιν αὐτῆς εἰς τὸ μὴ ὑπομεῖναι τοῦτον ἐκλαβεῖν. ὁ γὰρ ἁρπαγὴν αὐτεξουσίας ἢ ὑπεξουσίας γυναικὸς ποιησάμενος, εἴ τε κατ' θέλησιν αὐτῆς, ἢ καὶ κατ' μόνην οἰκείαν βέλησιν, ᾧ περὶ ἁρπαγῆς νόμῳ ὑπέκειται εἰς ἐκδίκησιν τῆς ἀταξίας τῶν πολλῶν καὶ ἀνασολὴν τῶν λοιπῶν. καθὼς τοῦτο, φησὶν, τὸ ά. κεφ. τοῦ νή. τίτλου τοῦ ξ'. βιβλίου περὶ τοῦ πέλος οὕτω λέγον. αἱ δὲ πωλείαι τῆς ἁρπαγῆς πᾶσαι ἔστωσαν κατ' αὐτῶν τῶν ἁρπασάντων καὶ βοηθησάντων αὐτοῖς ἐν τῇ ἁρπαγῇ. οἱ μέντοι συμβάντες καὶ ὑποθετήσαντες, καὶ ὑποδεξάμενοι ἢ οἱανδήτινα σύμβουλον αὐτοῖς συνενεγκόντες, τῇ εἰρημένῃ τιμωρίᾳ ὑποκείσθωσαν, εἴτε βουλομένων τῶν

E

*De his qui rapiunt, canonem quidem antiquum non habemus, sed propriam sententiam protulimus, ut ipsi & qui cum eis rapiunt, tribus annis sint extra orationes. Quod autem violenter non fit, nulli est pœnæ obnoxium, quando nec stuprum nec furtum rem præcesserit: est autem vidua sui juris, & in ejus est potestate sequi. Quare non est nobis figurarum ac prætextuum ulla cura gerenda.*

BALS. In lxvii. can, Apostolicum, in xxvii. Chalced. in xcii. synodi in Trullo, & in xxii. præsentis sancti, multa scripsimus de iis qui rapiunt mnlieres, & de jis qui illis consentiunt. Et lege ea, & xxx. cap. ix. tituli præsentis operis: præsens autem canon decernit raptores & qui illis consentiunt, esse triennio extra orationes, stare scilicet cum iis qui audiunt oportere. Sin autem, inquit, mulier se ipsam sua sponte tradiderit, cum nec stuprum, nec furtum, hoc est clandestinus concubitus præcessisset, nulli est crimini obnoxius qui eam accepit. Similiter nulli quoque pœnæ est subjectus qui viduam, quæ sui est juris, hoc modo recepit. Illud autem, non est nobis figurarum & prætextuum ulla cura gerenda, est hujusmodi. Si mulier, inquit, fortasse erubescens se amatori vel amato, quòd honio abjectus sit, tradere, finxerit se raptam esse, eum tamen sua sponte secuta est, figuræ revera seu simulationis nullam curam gerimus, sed veritati attendimus. Et lege liii. can. huic interpretationi consentientem. Eum autem, qui mulierem sua sponte rapuit, non esse crimini obnoxium, ita accipe ut ei nulla pœna canonica sit infligenda. Qui enim mulierem, quæ est sui juris, vel quæ alterius potestati subjicitur, seu voluntate ipsius, seu propria sola voluntate rapuit, raptûs lege tenetur, ad multorum insolentiam vindicandam, & reliquorum comprimendam: sicut hoc dicit prim. cap. lviii. tituli lib. lx. quod circa finem sic dicit. Omnia autem constitutionis supplicia sint adversus eos qui rapuerunt, & qui eis in raptu opem tulerunt. Qui consilii quidem fuerunt, & opera sua juverunt & susceperunt, vel quamlibet opem iis tulerunt, dictæ pœnæ subjiciantur, seu volentibus seu nolentibus mulieribus raptus factus sit. Hoc autem in imperatorio

F



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

quoque tribunali sic judicatum est in causa Seth, qui rapuerat filiam ejus qui recenter fuerat illuminatus. Sin autem velis dicere, in mulierem non revera factum esse raptum, sed per simulationem, ut superiùs dictum est; nec pœnæ canonicæ locum habebunt, nec leges quæ raptores puniunt: sed solùm actione injuriarum patribus tenebuntur, qui eas ceperunt quæ erant sub potestate, adeò ut & matrimonium quod inter eas intercessit, præter eorum voluntatem sub quorum potestate sunt, sit separandum. lege xxxviii. can. hujus sancti, xli. & xlii. Sanctus autem rectè meminit stupri & furti. Stuprum enim fit propriè in virginem. Furtum autem, seu furtivus concubitus in liberam quæ non est hujusmodi. Amborum autem meminit, quod etiam absque eo quod fiat raptus, & stuprator & fornicator puniuntur.

A γυναικῶν εἴτε καὶ μὴ βουλομένων ἡ ἁρπαγὴ γένηται. τοῦτο δὲ ἐκριθη οὕτω καὶ εἰς τὸ βασιλικὸν βῆμα ὅτι τῇ ὑποθέσει τῆ Σὴθ ἁρπάσθητος ἡ θυγατέρα τοῦ νεοφωτίστου. εἰ δὲ θέλεις εἰπεῖν, μὴ γεγένθαι εἰς τὸν γυναῖκα τὴ ἀληθείᾳ ἁρπαγὴν, ἀλλὰ κατ' οἰκονομίαν, καθὼς ἄνωθεν εἴπομεν, ἅπερ τὰ ὄντιμα ἔξουσι χώραν, ἅπερ οἱ νόμοι οἱ κολάζοντες τὰς ἁρπαγας· μόνη δὲ τῇ ὠφελείᾳ ὑβρεως ἀγωγῇ ἔνοχοι ἔσονται τοῖς πατράσιν οἱ λαβόντες τὰς ὑποταγὰς, τοῦτον ὅτι καὶ ὁ γεγαμημένος γάμος μέζον τούτων ὠφελήσει τῶν ἐχόντων αὐτὰς ὑποταγάς. καὶ ἀναγνωστὸν τὸν λη. κανόνα τοῦ ἁγίου τούτου, τὸν μά. καὶ τὸν μβ. καλῶς δὲ ἐμνήσθη ὁ ἅγιος φθορᾶς καὶ κλοπῆς. ἡ μὲν γὰρ φθορὰ κυρίως λέγεται εἰς τὴν παρθένον. ἡ δὲ κλεψιγαμία εἰς μὴ τοιαύτην ἐλεύθεραν. ἐμνήσθη δὲ τῶν δύο, ὅτι καὶ δίκαιον τοῦ γεγάμηκεν ἁρπαγὴν, καὶ ὁ φθορεὺς ὡς ὁ πόρνος ὀφτιμᾶσθαι.

B

Zonar. Qui mulieres rapiunt, quique ipsos auxilio juvant, triennio hic vir sanctus extra precationes esse decernit: hoc est in vestibulo inter audientes consistere. Quod si mulier volens seipsam tradat, dnmmodo nullum præcesserit stuprum, neque furtum, hoc est occulta commixtio, nulli pœnæ erit obnoxius qui hanc acceperit, quippe cum nulla vis intercesserit, modo tamen sui juris foret fœmina. Si namque sub alterius esset potestate, ac se absque ejus facultate cui subdita est viro tradit, cōciliare matrimonium haudquaquam existimatur. Si namque velit ille cujus sub potestate est, dissolvet nuptias, ut xxxviii. xli. & xlii. can. decernitur. Proinde ait, si sui juris vidua fuerit, & in ipsa positum est, nimirum ab illius arbitrio pendet sequi virum, qui hanc accepit nulli pœnæ obnoxius est. Illud vero, figurarum non est nobis habenda ratio, ita accipiendum est. Quod nimirum proprium vestis genus haberent, ut credibile est, tunc temporis viduæ, luctuosum forte, aut alterius generis ab ea, quā mulieres viris subjectæ gestabant, veste diversum. Potest hoc aliam quoque explicationē admittere, Quòd quemadmodum hoc tempore qui in vitam monasticam transcribuntur non continuo tondentur, sed priùs habitum mutant, moxque certo quodam elapso tempore tondentur: idem tunc quoque servari solenne esset in viduis, quæ viduarum ordini forent adscribendæ, quæ Ecclesiarum sumptibus alebantur, ac priùs quidem habitum mutabant, deinde vero lapsu temporis in ordinem referebantur. Quare si vidua quæ habitum mutavit, viro nubat priusquam in numerum viduarum Ecclesiæ descripta fuerit, de habitu, inquit, non laboramus, neque ob mutationem habitus pœnas luet, quod in monachis quoque hoc tempore servatur. Nam etsi quis habitum mutaverit, nondum tamen detonso capillo, nec promissi fidem adhuc Deo obligaverit, succumbat verò postea monasticæ disciplinæ laboribus, atque abscedat, nullam ea de causa pœnam persolvet. Hic idem magnus Basilius in ipsius Asceticis constitutionibus, dum de pueris qui in fraternitatem assumebantur sententiam profert; erudiri quidem illos artesque edoceri præcipit, omnique virtutis exercitationi assuescere: cæterùm postquam ratione aucti fuerint, ac in eis dijudicandi facultas major evaserit, tum demum virginitatis professionem, ubi rationis perfectionem adepti fuerint, admitti. Si quis porrò, inquit, vitæ cum virginitate degendæ non acquiescat, quippe qui non possit sollicitus esse de iis quæ Domini sunt, adhibitis testibus absolvatur. Arbitror autem meliùs hoc modo intelligi posse illud, non est nobis figurarum ac prætextuum cura gerenda: Quòd si mulier, verecundiâ forte impedita, quo minus seipsam amatori vel dilecto tradat, quòd abjectus sit homo, se raptam fuisse prætexat, cum revera ipsum sua sponte sit secuta; de prætextu, inquit, hoc est, simulatione minime laboramus, sed veritati attendimus. Legendus est hujus quoque sancti viri can. liii.

C

ΖΩΝΑΡ. Τὺς ἁρπάζοντας γυναῖκας, καὶ τὺς συνεργοῦντας αὐτῆς ἐπὶ τριετίαν ὁ ἅγιος οὗτος ὥρισεν ἔξω τῶν εὐχῶν γίνεσθαι· ἤγουν ἐν τῷ προναῷ ἵστασθαι μὴ τῶν ἐν ἀκροάσει. εἰ δὲ ἑκοῦσα γυνὴ ἑαυτὴν δῷ τῷ προηγησαμένῃ φθορᾶς, μηδὲ κλοπῆς, ἀντὶ δὲ λαθραίας μίξεως, ἀνεύθυνός ἐστιν ὁ ταύτῃ λαβὼν, οἷα μηδὲ βίας μεσολαβησάσης, εἰ πῶς ἀντεξουσία ἦν ἡ γυνή. εἰ δὲ ὑποτεξουσία ἦν, ἄνευ τῆς ἔχοντος αὐτὴν ὑποτεξουσίαν ὅπως ἑαυτὴν ἀνδρὶ ᾧ λογίζεται γάμον συναλλάσσειν. εἰ γὰρ βέλεται ὁ ἔχων ὑποτεξουσίαν αὐτὴν δίκαιός ἐστι συνοικέσιον, ὡς ὁ λή. κανὼν προείρηκε, καὶ ὁ μά. καὶ ὁ μβ. ὅθεν φησὶν, ἐὰν ἀντεξουσία χήρα ᾖ, καὶ ἐπ' αὐτῇ κεῖται, ἤγουν ὅτι τῇ θελήσει αὐτῆς ἔστι κωλυθῆσαι ἀνδρὶ, ὁ ταύτῃ λαβὼν οὐκ ἀδίκησε. τὸ δὲ τῆς γνώμης ἡμῖν ἡ φερωνυμία, τοιαύτην διάθεσιν ἔννοιαν. ὅτι ἴδιόν τι σχῆμα στολῆς, ὡς ἔοικεν, εἶχον αἱ χῆραι τότε, πενθερες τυχὸν, ἢ ἄλλοιόν τι διαλλάττον πρὸς τὴν τῶν ὑπάνδρων στολήν. ἔνιοι δέ τινες τοῦτο καὶ ἄλλως, ὅτι ὥσπερ νῦν οἱ πρὸς τὸν μοναχικὸν μεταταττόμενοι βίον οὐκ ἀθρόως ἀποκείρονται, ἀλλὰ πρότερον μεταχηματίζονται, καὶ ὕστερον μικρόν τινα χείρονα. ὕστερον καὶ τότε ἐγίνετο ὅτε παῖδες χήραις ταῖς καταλεγῆναι μελλούσαις εἰς τὸ τῶν χηρῶν τάγμα, τῶν διακονουμένων παρὰ τῆς ἐκκλησίας, μεταχηματίζοντο πρότερον, καὶ οὕτω μικρὸν συνεθισθεῖεν τῷ τάγματι. εἰ οὖν μεταχηματισθεῖσα χήρα ἄνδρα λάβῃ μήπω μεταλεγεῖσα ταῖς χήραις τῆς ἐκκλησίας, τῷ χήματι, φησὶν, οὐ φροντίζομεν, οὐδ' ὅτι παρημπόδισε διὰ τὸν χηματισμὸν, ὅπερ καὶ ὅτι τῶν μοναχῶν ἄρτι γίνεται. κἂν γὰρ μεταμφιάσηταί τις, μήπω δὲ κάρῃ καὶ δύσῃ συνθήκας πρὸς τὸν Θεὸν, ὁκλάσῃ δὲ πρὸς ὅ τῆς μοναχικῆς διαγωγῆς μόνον, καὶ ἀποστῇ, οὐκ ὄντως ἐστὶν ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τοῖς ἀσκητικοῖς αὐτοῦ διατάγμασι περὶ παίδων προσλαμβανομένων ἐν ἀδελφότητι δεῖ γνώμως παιδεύεσθαι μὴ τούτους καὶ διδάσκεσθαι τέχνας διατίθεται, καὶ πρὸς πᾶσαν ἐπάρετον ἐνδίζεσθαι ἄσκησιν· τῷ λόγῳ δὲ προσγενομένου καὶ τῆς διακριτικῆς ἕξεως προελθούσης, τότε τὴν ὁμολογίαν τῆς παρθενίας προσίεσθαι μετὰ τὸν τῶν λόγων συμπλήρωσιν, ὁ δὲ μὴ καταδεχόμενος, φησὶ, τὸν ἐν παρθενίᾳ βίον ὡς ἀδυνάμενος μεριμνᾷ τὰ τοῦ κυρίου, ὅπερ μαρτύριον ἀπολυέσθω. οἶμαι δὲ χρεῖττον εἶναι ὅτε νοεῖσθαι τὸ τῶν χημάτων ἀφορητέον· ὅτι εἰ ἡ γυνὴ αἰδημονήσῃ ἴσως ὑποδυομένη ἑαυτὴν τῷ ἐρασθέντι ἢ ᾧ ἐρωμένῳ χαμερπεῖ ὄντι ἐχηματισμένῳ τὸ ἁρπαγῆναι, πρὸς ἀλήθειαν δὲ ἑκουσίως αὐτῷ ἠκολούθησεν, ἀνεύθυνον φερωνύμως τοῦ χηματισμοῦ, ἤτοι τῆς ὑποκρίσεως, ἀλλὰ τῇ ἀληθείᾳ προσέχομεν. ἀναγνωστέον καὶ τὸν νγ'. κανόνα τοῦ ἁγίου τούτου.

D

E

F



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ΑΡΙΣΤ. Ὁ ἁρπάζων, τριετίαν ὑποπιπτέτω. εἰ δὲ ἡ χήρα συνακολουθήσει, ἀνόσιον ὃ κακόν.

Τίσι μὲν ἔνοχός ἐστιν ὁ ἁρπάζων γυναῖκα, ἐγράφη ἐν τῷ εἰκοστῷ δευτέρῳ κανόνι τῆς παρούσης ἐπιστολῆς, καὶ ἐν τῷ ἑξηκοστῷ β'. κανόνι τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ ἕκτης συνόδου. ὁ δὲ παρὼν κανὼν, ἐπάγει καὶ τοῦτο, τόν τε ἁρπάσαντα, καὶ τοὺς βοηθήσαντας αὐτῷ εἰς τὸν ἁρπαγμὸν, τρία ἔτη ἔξω τῶν εὐχῶν γίνεσθαι, καὶ μετὰ τῶν ὑποπιπτόντων συνιστάμενα. τοῦτο δὲ πάντως ὑπομενόντων καὶ τὸ ἐπίμομον, μετὰ τὸ ἀποκατασταθῆναι τῷ ἁρπαγέντι τοῖς οἰκείοις. ἄλλως γὰρ οὐ προσδεχθήσονται τῇ ἐκκλησίᾳ. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῆς ἁρπαγείσης. ἐὰν δὲ χήρα, χωρὶς φθορᾶς ἢ βίας, συνακολουθήσῃ ἀνδρὶ, ἀνόσιον τὸ γενόμενον.

A ARIST. *Qui rapit, triennio substernatur. Si vidua unà secuta fuerit, non est malum pœnæ obnoxium.*

Quibus quidem obnoxius est iste qui mulierem rapit, in vigesimo secundo hujus præsentis epistolæ canone, & in canone xcii. sextæ in Trullo synodi scriptum est. Præsens autem canon & illud addit, & ipsum qui rapuit, & eos qui ei ad rapiendum opem ferebant tres annos extra orationes esse, & cum succumbentibus collocari. Et illud quidem omnino subeant supplicium, postquam rapta propriis restituta fuerit. Aliter enim in Ecclesiam non recipientur. Et hæc quidem de raptâ. Si autem vidua sine corruptione & vi sequeretur virum, hoc nulli est pœnæ obnoxium.

B

## ΚΑΝΩΝ λά.

Η, ἀναχωρήσαντος τοῦ ἀνδρὸς καὶ ἀφανοῦς ὄντος, πρὸ τοῦ πευθέσθαι περὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ ἑτέρῳ συνοικήσασα, μοιχᾶται.

ΒΑΛΣ. Ὁ ἄνω κανὼν ῥητῶς καταγράφει εἰς τὸν ξγ'. κανόνα τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου, καὶ ἐπεὶ ἐκεῖσε ἡρμήνευται, ἀναγνωσθήτω τὰ ἐν ἐκείνῳ.

ΖΩΝΑΡ. Ἐὰν ἀνὴρ ἀποδημήσας ἀφανὴς γένηται, ἤγουν ὅτι μακρὰν οὐκ ἐπιστρέφῃ, ἀγνοεῖται δὲ εἴτε ζῇ, εἴτε ἀπέθανε, καὶ ἡ ἐκείνου γυνὴ, πρὸ τοῦ πληροφορηθῆναι βεβαίως τὸν θάνατον τοῦ ἀνδρὸς, ἑτέρῳ συνοικήσῃ ἀνδρὶ, μοιχαλὶς κρίνεται. διὰ τοιαύτην καὶ οἱ νόμοι τῆς πόλεως βαρέως κολάζουσιν.

ΑΡΙΣΤ. Ἡ πρὸ τοῦ πληροφορηθῆναι θανεῖν τὸν ἄνδρα, ἄλλῳ γαμεμβῇ, μοιχᾶται. Σαφής.

C

Canon XXXI.

*Quæ, cùm vir secessit & non apparet, antequam de morte certior facta sit, cum alio cohabitavit, mœchatur.*

BALS. Præsens canon expressè situs est in xciii. can. Syn. in Trullo, & quoniam illic est expositus, lege quæ sunt in illo.

ZONAR. Si vir peregrè profectus non appareat, hoc est, post diutinum tempus minimè revertatur, incertum est porro vivatne, an decesserit, cum ejus uxor, priusquam de viri morte certo cognitum sit, alteri se viro sociaverit, adultera judicatur. In ejusmodi mulierem leges civitatis graviter animadvertunt.

ARIST. *Quæ, prinsquam certior facta sit virum suum mortem obiisse, alii nupserit, mœchatur.* Perspicuus.

## ΚΑΝΩΝ λβ'.

Οἱ τὰ πρὸς θάνατον ἁμαρτίαν ἁμαρτάνοντες κληρικοὶ, τοῦ βαθμοῦ μὲν καταίρονται, τῆς κοινωνίας δὲ τῶν λαϊκῶν οὐκ ἐξείργονται. οὐ γὰρ ἐκδικήσεις δὶς ἐπὶ τὸ αὐτό.

ΒΑΛΣ. Τοὺς κληρικοὺς τοὺς τὰ πρὸς θάνατον ἁμαρτίαν ἁμαρτάνοντας καθαιρεῖσθαι μὲν ὁ ἅγιος δρίζει, τῆς δὲ μετὰ τῶν πιστῶν κοινωνίας οὐκ ἀποστερεῖ, ἤτοι οὐκ ἀφορίζει. οὐ γὰρ ἐκδικήσεις, φησὶ, δὶς ἐπὶ τὸ αὐτό. πρὸς θάνατον δὲ ἁμαρτίαν φασί τινες εἶναι τὰ πρᾶξιν, διαστέλλοντες ταύτην ἀπὸ τῆς βουλήσεως καὶ τῆς συγκαταθέσεως, ταῦτα γὰρ λέγουσι μηδὲ εἶναι ἁμαρτίαν. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ἁμαρτίαν πρὸς θάνατον εἶναι ἅπαν ἁμάρτημα ἐπάγον κεφαλικὴν τιμωρίαν ἤτοι θάνατον τῷ ἁμαρτάνοντι, καὶ δρίζεσθαι τὸν ἅγιον, ὡς εἴ τις κληρικὸς ἐφ' οἱῳδήτινι ἁμαρτήματι καταδικασθῇ, κἂν μὴ ἐλαφρὰν τιμωρίαν δέξηται τοῦτο ὑφίστασθαι· ἀλλὰ μέχρι θανάτου ἑαυτῷ τὰ καὶ λεγομένῳ κεφαλικῷ, ὡς ἐπάγοντι θάνατον, ἢ καὶ ἕτερόν τι θανάτου ὄντα, καθαιρεθήσεται μόνον, εἰς πλέον δέ τι μὴ κολασθήσεται παρὰ τῆς ἐκκλησίας. ἔλεγον γάρ τινες, ὡς ἔοικεν, ὅτι ἀπὸ μὲν πορνείας ἢ κλοπῆς καὶ τινῶν τοιούτων ἐλαφρῶν ἁμαρτημάτων καθαιρεθήσεται μόνον ὁ κληρικός· ἀπὸ δὲ φόνου καί τινος μείζονος ἁμαρτήματος οὐ μόνον καθαιρεθήσεται, ἀλλὰ καὶ ἀφορισθήσεται, ὃ οὖν οὐ προσέδεξατο ὁ ἅγιος, καὶ διὰ τοῦτο διωρίσατο μὴ ἀφορίζεσθαι τὸν καθαιρεθέντα, κἂν διὰ τὴν ἐσχάτην ἁμαρτίαν, ἤγουν διὰ τὸν θάνατον, κατεδικάσθη· ἀρκοῦσα γὰρ τιμωρία ἐστὶν ἡ καθαίρεσις. ὅτι δὲ καὶ ἀπὸ μόνης βουλῆς καὶ συγκαταθέσεως κολάζονταί τινες ἐσχάτως, δῆλόν ἐστιν ἀπὸ τοῦ λς'. κανόνος τοῦ ξ'. βιβλίου διδάσκοντος περὶ ὑποβούλων καὶ διορίζομένου, τῷ περὶ καθοσιώσεως νόμῳ ἐνόχους εἶναι τοὺς κατὰ βασιλέως ἢ πόλεως ἢ ἄρχοντος βουλευσαμένους, κἂν μὴ πράξωσιν ἔργον. διείσκων δὲ καὶ ἀποστολικὸν κανόνα, καὶ κδ'. καὶ λ'. καὶ ξέ. καὶ τὰ αὐτὰ καθαι-

D

E

F

Canon XXXII.

*Qui peccatum ad mortem peccant clerici, de gradu quidem dejiciuntur, à laïcorum autem communione non arcentur. Non enim vindicabis bis in idipsum.*

BALS. Clericos, qui peccatum ad mortem peccant, sanctus quidem deponi jubet, eos autem fidelium communione non privat, seu non segregat. Non enim vindicabis, inquit, bis in idipsum. Peccatum autem ad mortem dicunt nonnulli esse actionem, eam à voluntate & consensu distinguentes, hæc enim dicunt non esse peccatum. Mihi autem videtur peccatum ad mortem esse omne peccatum quod capitale inducit supplicium, mortem scilicet peccatori: & sanctum decernere quòd si quis clericus ob quodvis peccatum condemnatus fuerit, etiam si non leve aliquod, sed ad mortem usque ultimum, quod capitale, ut quod mortem vel id quod morti est æquale inferat, appellatur, supplicium subierit, solum deponetur, nec amplius ab Ecclesia punietur. Dicebant enim nonnulli, ut est verisimile, quòd propter fornicationem quidem aut furtum & quædam levia hujusmodi peccata solùm deponetur clericus: propter cædem autem & majus aliquod peccatum non solùm depositioni subjicietur, sed etiam segregabitur, quod non admisit sanctus; & propterea statuit eum qui est depositus non segregari oportere, etiam si propter extremum peccatum, quod est ad mortem, condemnatus est. Est enim sufficiens supplicium depositio. Quòd autem propter solum consilium & consensum quidam etiam ultimo supplicio afficiuntur, patet ex xxxvi. tituli lx. libri docente de insidiatoribus, & decernente, legi Majestatis eos esse obnoxios qui adversus imperatorem vel civitatem vel magistratum aliquod consilium inierunt, etsi opus non fecerint. Cum autem inveneris xxviii. can. Apostolicum, xxix. xxx. & lxv. quosdam simul

deponentes & ſegregantes, aliquando autem etiam á communione vel eccleſia abſcindentes, ne dixeris eis præſentem can. adverſari. Sunt enim ſpeciales, ſpecialia vero ad exemplum non trahuntur; ſed dic apud eos quidem obtinere ubi editi ſunt, in reliquis autem locis præſentem canonem obſervandum eſſe. Excipe mihi eos qui propter cauſas dogmaticas condemnantur. In illis enim, id quod eſt ſynodaliter decernendum, debet fieri; quoniam nec ad peccatum nec ad crimen reducuntur hæreſium ſcelera, ſed ſunt majore animadverſione digna.

A ἐρωῶντας καὶ ἀφορίζοντας τινάς, ποτὲ μὲν καὶ τῆς κοινωνίας ἢ δὲ τῆς ἐκκλησίας ἐκκόπτοντας, μὴ εἴπῃς ἐναντιοῦσθαι τούτοις τὸν παρόντα κανόνα. ἰδικοὶ γάρ εἰσι, καὶ τὰ ἰδικὰ οὐκ ἔλκονται πρὸς ὑπόδειγμα. ἀλλ' ἐκείνοις μὲν λέγε κρατεῖν ἔνθα δὴ καὶ ἐξεφωνήθησαν, εἰς δὲ τὰ λοιπὰ, κρατεῖν τὸν παρόντα κανόνα. ὑπόκειταί μοι τὰς ἐξ' δογματικὰς ὑποθέσεις κατακρινομένας. ἐπ' ἐκείνοις γὰρ ὃ συνοδικῶς διορισθὲν ὀφείλει γίνεσθαι· ὅτι μηδὲ εἰς ἁμάρτημα ἢ ἔγκλημα τὰ τῆς αἱρέσεως ἀναγόμενα ἀτοπήματα, ἀλλά εἰσι μείζονος ἐκδικήσεως ἄξια.

Zonar. Magnus Apoſtolus & Evangeliſta Ioannes, in prima ſua Catholica epiſtola: Eſt, inquit, peccatum ad mortem, & eſt peccatum non ad mortem. Ad mortem quidem igitur peccatum eſſe dicitur, quod ad opus vſque progreditur. Quod vero in conſultatione & conſenſu ſiſtit, non eſt ad mortem, animi nimirum. Nec enim fornicatus judicaretur, qui, cùm fornicationi aſſenſus fuerit, ab actione ipſa nihilominus abſtinuit. Ait namque quartus Neocæſarianæ Synodi canon; Si quis mulierem concupiſcens cum ipſa dormire propoſuerit, ejus autem deſiderium ad opus non venerit; videtur eſſe à gratia liberatus. Et non quidem irreprehenſibilis erit aſſenſus; verumtamen haudquaquam depoſitione dignus judicabitur, qui aſſenſum tantummodo præſtitit. Neque verò qui de aliquo homine interficiendo deliberavit, & aliquatenus huic conſultationi immoratus eſt, deinde autem ab illa deſtitit, nec operi manus admovit, homicida judicabitur. Ac nobis quidem fidem faciat hac de re magnus Theologus Gregorius, dicendo; ſi cædis damnas homicidam ex eo ſolum quod cogitaverit; & quæ ſequuntur. Eodem modo magnus quoque Baſilius, ut dictum eſt, Evangeliſtæ verba aſſumens, ait; Clericos, qui peccatum ad mortem peccant, excidere quidem de ſacerdotij gradu, verumtamen à laicorum communione non arceri, hoc eſt, quo minùs cum laicis conſiſtant & vna precentur. Neque enim vel in audientium vel in ſubſtrationis locum relegabuntur; quandoquidem, non vindicabis bis in idipſum.

ΖΩΝΑΡ. Ἐν τῷ κδ'. κανόνι ὁ ἅγιος οὗτος περὶ τῶν ἐξ ἁρπαγῆς φθειράντων γυναῖκας διατάττόμενος, καὶ προϊὼν λέγει· ἔστι δὲ ἡ τῆς πορνείας ἐπτίμησις ἐν τέσσαρσιν ἔτεσιν ὡρισμένη· χρὴ δὲ τῷ πρώτῳ ἐκβάλλεσθαι τῶν προσευχῶν, καὶ προσκλαίειν αὐτὸν τῇ θύρᾳ τῆς ἐκκλησίας. τῷ δευτέρῳ δὲ ἀκροᾶσθαι εἰς ἀκρόασιν, τῷ τρίτῳ εἰς μετάνοιαν, τῷ τετάρτῳ εἰς σύστασιν μετὰ τοῦ λαοῦ, ἀπεχόμενον τῆς προσφορᾶς· εἶτα αὐτῷ δύπρέπεσθαι τὸ κοινωνεῖν τοῦ ἁγίου. ἐνταῦθα δὲ ἐπτάετίαν ὁρίζει τῆς πορνείας ὃ δύπτιμον. ἔοικεν οὖν ὁ αὐτὸς ἑαυτῷ ἐναντιοῦσθαι, ἀλλ' οὐκ οἶμαι. τὸ μὲν γὰρ πεντάετίαν, ὡς διατάγμα τῶν πρὸ αὐτοῦ εἰσήνεγκε· καὶ τοῦτο δηλοῦται ἐκ τοῦ εἰπεῖν· ἔστιν ἡ τῆς πορνείας δύπτιμησις ἐν τέσσαρσιν ἔτεσιν ὡρισμένη· ἤγουν τὰ τῶν πρὸ ἡμῶν διατεταγμένα· τὸ δὲ ἑπτάετίαν, ὡς οἰκεῖον γνώμιον εἰσήγαγε, βαρύτερον κολάζων τὸ πορνεῖον, ὡς καὶ ἄλλα τῶν ἁμαρτημάτων πολλά.

Zonar. Vigesimo secundo hic sanctus vir cum de mulierum à se raptarum corruptoribus decretum edidisset, continuata mox oratione hæc habet: Est autem quatuor annorum præfinita fornicatoribns mulcta. Oportet autem eum primo anno à precibus expelli, & deflere præ foribus Ecclesiæ. Secundo autem ad auditionem admitti. Tertio ad pœnitentiam. Quarto cum congregationem cum populo abstinentem ab oblatione, deinde ei permitti boni Communionem. Hoc autem loco septennium fornicationi, mulctæ nomine decernit. Videtur ergo esse sibi ipsemet contrarius. Verum ego non ita censeo. Quadriennii namque mulctam, veluti constitutionem à majoribus editam protulit: idque satis declaratur ex illis verbis', Est quatuor annorum præfinita fornicationis mulcta, à majoribus nempe nostris decreta. Septennium vero, tanquam ex sua ipse sententia explicavit: fornicationi ut aliis quoque criminibus graviorem pœnam injungens.

ΑΡΙΣΤ. καν. νή. Ὁ μοιχεύσας, δεκαπέντε ἔτη ὑ κοινωνήσει. τέσσερα προσκλαίων, πέντε ἀκροώμενος, τέσσερα ὑποπίπτων, ἓ δύο στωτὼς ἄνευ κοινωνίας. Σαφής.

Arist. can. lxvii. *Adulter quindecim annis non cõmunicabit. Quatuor deflens, quinque audiens, quatuor substratus; & duobus consistens sine communione.* Perspicuus.

ΑΡΙΣΤ. καν. νθ'. Ὁ πόρνος ἑπτὰ· δύο προσκλαίων, δύο ἀκροώμενος, δύο ὑποπίπτων, καὶ ἑνὶ στωτὼς, ὄγδοῳ δεχθήσεται εἰς κοινωνίαν. Σαφής.

Arist. can. lix. *Fornicator septem, duobus deflens, duobus audiens, duobus substratus, & uno consistens: octavo ad communionem admittetur.* Perspicuus.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

A

## Canon LX.

*Quæ virginitatem professa à voto suo ac professione lapsa est, peccati adulterii tempus in suæ vitæ dispensatione complebit. Idem & in iis qui vitam monasticam profitentur & labuntur.*

Bals. Sæpe diximus, quod virgines mulieres dedicabantur ecclesiis cum laico amictu, & ab Episcopis nutriebantur, ut quæ & virgines manere, & ecclesiis assidere profiterentur. Hanc ergo virginem, quæ hæc professa est lapsa, seu fornicata est, decernit sanctus ut adulteram tractari seu puniri: & non solum B eas, sed & monachas & monachos similiter post conversionem curari. Ne tibi autem videatur adversari xix. can. Synodi Ancyranæ, decernens lapsas virgines pœnis digamorum subjici. Is enim à præsente canone sublatus est, qui est multo recentior: lege & xviii. can. præsentis sancti patris, & nota quod ex præsenti canone monachi qui fornicantur, & non deponuntur, ut qui non habeant lectoris characterem à suo præfecto, vel Episcopalem ordinationem, post defectionem, instar adulterorum puniuntur. Similiter etiam ascetriæ, & monachæ. Lege & xi. tit. præ- C sentis operis cap. v. viii. & ix.

Zonar. Ecce hîc quoque vir sanctus gravius multiplici ratione punit eam quæ virginitatem professa, promissionem fefellisset. Cum enim undevigesimus Ancyranæ Synodi canon, his plane verbis constet, Quicunque virginitatem profitentes, professionem suam irritam reddunt, ij bigamorum definitionem impleant: hic, peccati, inquit, adulterii tempus explebit. Est autem digamorum quidem mulcta, communionis annua privatio, adulterii vero ad quindecim annos protenditur. D Consule decimum octavum canonem.

Arist. *Quæ virginitatem professa & lapsa est, adulteri tempus explebit. Idem & in iis qui vitam monasticam professi & lapsi sunt, observandum.* Perspicuus.

## Canon LXI.

*Qui furatus est, si ex se quidem pœnitentia motus seipsum accusaverit, anno à sola sacramentorum communione arcebitur. Sin autem convictus fuerit, duobus annis; tempus verò illi ad substrationem dividetur & E ad consistentiam, & tunc communione dignus habeatur.*

Bals. Divini canones lenius puniunt eos qui sua peccata confitentur; & ideo statuit magnus Basilius, ut qui suum furtum confessus est, sola sacramentorum communione anno uno arceatur: is autem qui ut fur condemnatus est, vel in furto fuit deprehensus, biennio puniatur, nec in deflentis, nec in audientis, sed in substrati & consistentis loco ponatur, & post duorum annorum lapsum sacramentorum communione dignus habeatur. Et canon quidem in his consistit. Tu autem opta, ne præsens canon secundum furis definitionem intelligatur, quæ dicit, Fur est, qui præter F tionem intelligatur, quæ dicit, Fur est, qui præter domini voluntatem aliena contrectat, sciens se eum molestia afficere. Nullus enim ferrè eorum qui in vita versantur sacramentis, ut mihi videtur, communicabit, si hoc datum fuerit. Nam monasteriorum quoque ministri, etiamsi sint religiosissimi, præter suorum præfectorum sententiam, aliquid sibi modicum è ministeriis suis ad vitam substentandam privatim accipiunt, aut ad alios trransferunt, & filii à parentibus subripiunt. Mitto servorum luxuriam,

## Κανων ξ'.

Παρθένος ὁμολογήσασα καὶ ἐκπεσοῦσα τῆς ἐπαγγελίας, τὸν χρόνον τῆ ὅπη τῆς μοιχείας ἁμαρτήματος. ἐν τῆ οἰκονομία τῆς καθ' ἑαυτὴν ζωῆς πληρώσει. Ὅ αὐτὸ δὲ ὅπη τῶν βίον μοναζόντων, ἐπαγγελλομένων δὲ ἐκπιπτόντων.

Βαλσ. Πολλάκις εἴπομεν ὅτι παρθένοι γυναῖκες ἀνετίθεντο ταῖς ἐκκλησίαις μετὰ λαϊκοῦ σχήματος καὶ ἀνετρέφοντο ὑπὸ τῶν Ἐπισκόπων ὡς ἐπαγγελλόμεναι παρθενεύειν καὶ προεδρεύειν ταῖς ἐκκλησίαις. τὴν γοῦν παρθένον ταύτην τὴν ταῦτα ἐπαγγελλομένην, ἐκπεσοῦσαν, ἤτοι παρθένιαν οὐσαν ἀλλὰ καὶ μοιχαλίδας οἰκονομεῖσθαι, ἤγουν ἐπιτιμᾶσθαι, καὶ ὑ μόνον ταύτας, ἀλλὰ καὶ ζῶς μοναχὰς, καὶ τὰς μοναχὰς ὁμοίως μετὰ ὑποπροφῶ διεξαπεύεσθαι. μὴ ἐναντιωθῆ δὲ σοι ὁ ιθ'. κανὼν τῆς ἐν Ἀγκύρα συνόδου, διορίζόμενος τὰς ἐκπεσούσας παρθένους τῷ ὑπὸ τιμίῳ τῶν διγάμων ὑποκεῖσθαι. ἀνηρέθη γὰρ ὑπὸ τοῦ παρόντος κανόνος μεταγενεστέρου ὄντος καὶ πολύ. ἀνάγνωθι καὶ τὸ ιή. κανόνα τῶ παρόντος. ἁγίου πατέρος, καὶ σημείωσαι ὅτι ἀπὸ τῆς παρόντος κανόνος οἱ πορνεύοντες μοναχοὶ καὶ μὴ καθαιρέμενοι, ὡς μὴ ἔχοντες σφραγῖδα ἀναγνώσου ὑπὸ τοῦ ἡγουμένου αὐτῶν, ἢ χειροτονίαν ὑποσκιῷ μετὰ ἀπόφασιν δεχόμενοι, καθὼς τοὺς μοιχοὺς ὑπομένουσιν. ὡσαύτως καὶ αἱ ἀσκήτριαι καὶ αἱ μοναχαί. ἀνάγνωθι καὶ τῶ ιά. πίπλω τῶ παρόντος συντάγματος. κεφ. έ. ή. καὶ β'.

Ζωναρ. Ἰδοὺ καὶ οὗτος ὁ ἅγιος ἐπὶ βαρύτερον καταδικάζει πολλαπλάσιον κολάζει τὴν παρθενίαν ὁμολογήσασαν, καὶ ψευσαμένην τὴν ἐπαγγελίαν. τῆ γὰρ ἑνδεκάτῃ κανόνος τῆς ἐν Ἀγκύρα συνόδου, ἔτω ῥητῶς προσέχοντος· ὅσοι παρθενίαν ἐπαγγελλόμενοι ἀθετοῦσι τὴν ἐπαγγελίαν, καὶ τῶν διγάμων ὅρον ἐκπληρώτωσαν· ὅτου τὸν χρόνον, φησὶ, τῆς τῆς μοιχείας ἁμαρτήματος ἐκπληρώσῃ· ἔστι δὲ ὅ μὲν τῶν διγάμων ὕποτιμος, ἀκοινωνησία ἐπὶ ἐνιαυτόν· ὅ δὲ γε τῆς μοιχείας, ἐπὶ ἐνιαυτὸς πεντεκαίδεκα. ζήτει κανόνα ιή.

Αριστ. Ἡ παρθενίαν ὁμολογήσασα, καὶ ἐκπεσοῦσα, τὸν χρόνον τῆ μοιχεύσαντος πληρώσει. τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῶν μονάζειν ἐπαγγειλαμένων, καὶ ἐκπεσόντων. Σαφὴς.

## Κανων ξά.

Ο κλέψας, εἰ μὲν ἀφ' ἑαυτῆ μεταμεληθεὶς κατηγορήσει ἑαυτῆ, ἐνιαυτὸν κωλυθήσεται μήνης τῆς κοινωνίας τῶν ἁγιασμάτων. εἰ δὲ ἐλεγχθείη, ἐν δυσὶν ἔτεσιν, μεριεῖται δὲ αὐτῷ ὁ χρόνος εἰς ὑποπλωσιν, εἰς σύστασιν, καὶ τότε ἀξιούσθω τῆ κοινωνίας.

Βαλσ. Οἱ θεῖοι κανόνες μετριώτερον κολάζουσι τοὺς ὁμολογουμένους τὰ οἰκεῖα ἁμαρτήματα. διὸ καὶ ὁ μέγας Βασίλειος τὸν μὲν ὁμολογησάμενον ἑαυτὸν ἐποίησεν κλοπῆ διορίζεσθαι μήνης κωλύεσθαι τῆ τῶν ἁγιασμάτων μεταλήψεως ἕνα ἑνιαυτὸν, τὸν δὲ καταγνωσθέντα ὡς κλέπτην ἢ ἁλόντα ἐπὶ κλοπῆ, ἐπὶ διετίαν ὑποπιμᾶσθαι, μήτε δὲ ἐν προσκλαίοντος τάττειν τοῦτον ἴσασθαι, μήτε ἐν ἀκροωμένοις, ἀλλ' ἐν τῷ τῆ ὑποπίπτοντος, καὶ μετὰ τῆ συνιστῶντος, καὶ μετὰ τὰ δύο χρόνων ἀφαιρεῖσθαι, τῆς κοινωνίας τῶν ἁγιασμάτων ἀξιοῦσθαι. καὶ ὁ μὲν κανὼν ἐν τούτοις. οὐ δὲ τὸν παρόντα δοκεῖ κανόνα μὴ ἐξακούεσθαι καὶ τὸν ὁρισμὸν τῆ κλέπτη τὸν λέγοντα, κλέπτης ἔστιν ὁ παρὰ γνώμην τῆ δεσπότου ὅ ἀλλότριον ψηλαφῶν ἐν οἱῷτε τῆ λυπῆσαι αὐτόν. σεσεῖς γὰρ χρεὸν τῶν ἐν τῷ βίῳ πυρεσσομένων, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τῶν ἁγιασμάτων ἀξιωθήσεται, εἰ τοῦτο δοθῇ, ὅτι καὶ διάκονοι μοναστηρίων, κἂν καὶ δύλαβέστατοι ὦσι, παρὰ γνώμην τῶν καθηγουμένων αὐτῶν ἀπὸ τῆς διακονιῶν αὐτῶν ἰδιοῦνταί τι μέτριον εἰς ζωάρκειαν, ἢ καὶ πρὸς ἑτέρους μεταποιῶσι, καὶ παῖδες ἀπὸ τῶν γονέων ὑποσυλῶσιν. ἐὰν λέγῃ ὑπὸ χεῖρα λειτουργίας λαμπρὰς ὑποκεκα-

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ὑποκρατήσῃ τ᾽ ἀνηκόντων τοῖς κυρίοις αὐτῆς. ἰλιὰς γάρ εἰσι ταῦτα κακῆς, καὶ μεγαλύνουσι δ᾽ κακόν. Ἀλλ᾽ ἐκφωνηθείσας δὲ κανόνα εἰς τοὺς ἀναιδεῖς κλέπτας. ἀνάγνωθι καὶ δ᾽ ξς᾽. κεφ. τοῦ ιβ᾽. τίτλου τοῦ ξ. βιβλίου λέγον, ὁ κλέπτης εἰ καὶ μεταμεληθεὶς ἀποδῷ τῷ δεσπότῃ τὸ σφέτερον, οὐ παύεται εἶ κλέπτης.

ZONAR. Ὁ μὲ ἐξομολογούμενος ἀγνοουμένως κλοπὴν, ἑνιαυτὸν τ᾽ τ᾽ ἁγίων δώρων κοινωνίας κωλύεται μόνης· ὁ δὲ ἐλεγχθεὶς, ἢ ἁλοὺς κλέπτων, δυὴ διετίαν ὑπομένεται. οὔτε δὲ ἐν προσκλαύοντος τόπῳ, οὔτε ἐν ἀκροωμένου σταθήσεται, ἀλλ᾽ ἐν τῷ τῆς ὑποπιπτόντος, καὶ συνεστῶτος· καὶ ἐν τούτοις τοῖς δυσὶ τόποις, ἡ διετία αὐτῷ μερισθήσεται· καὶ οὕτως τ᾽ κοινωνίας τῆς ἁγιασμοῦ ἀξιωθήσεται.

ZONAR. Qui quidem furtum cum esset occultum, sponte confitetur, uno anno à sola Communione arcetur; qui vero convictus, aut deprehensus fuerit, biennio mulctatur. Neque vero in flentis aut in audientis loco consistet, sed in substrati, & consistentis: ac in duobus hisce locis ei biennii tempus dividetur: & sic sacramentorum communione dignus existimabitur.

ΑΡΙΣΤ. Ὁ κλέψας, καὶ μεταγνοὺς, ἑνιαύτιον· ἐλεγχθεὶς δὲ, καὶ ἕτερον ἕνα.

ARIST. *Qui furatus est, & resipiscit, annum, convictus autem & alterum annum excommunicatus erit.*

Furanti & de eo non resipiscenti, nec furtum quod fecit confitenti, sed ab aliis convicto, duorum annorum pœna ei sic dividetur: ut unum cum succumbentibus stet: secundo autem cum fidelibus, & cum iis in precibus communicet. Et sic post duos elapsos annos, communione dignus habeatur.

Τῷ κλέψαντι, καὶ μὴ ἀφ᾽ ἑαυτοῦ μεταμεληθέντι, καὶ ὑπὸ ἑτοίμου τινὸς τοῦ κλοπιμαίου ἐξομολογησαμένῳ, ἀλλ᾽ ἐλεγχθέντι ὑπό τινων, τὸ τῆς διετίας ὑπόμισον ὕτως αὐτῷ ὑπομερισθήσεται· ὥστε ἕνα χρόνον μὲ τῶν ὑποπιπτόντων ἱστάσθαι· τὸν δὲ δεύτερον μὲ τῶν πιστῶν, καὶ συνκοινωνεῖν αὐτοῖς τῶν εὐχῶν· καὶ ὕτω μετὰ τῆς διετίας τελεσθήσεται, ἀξιοῦσθαι τῆς κοινωνίας.

*Furanti & de eo non resipiscenti, nec furtum quod fecit confitenti, sed ab aliis convicto, duorum annorum pœna ei sic dividetur: ut unum cum succumbentibus stet: secundo autem cum fidelibus, & cum iis in precibus communicet. Et sic post duos elapsos annos, communione dignus habeatur.*

## ΚΑΝΩΝ ξϛ᾽.

## CANON LXII.

Ὁ τῷ ἀκηκοσύνῃ ἐν τοῖς ἄῤῥέσιν ὑποδεικνύμενος τῷ χρόνῳ τῷ ἐν τῇ μοιχείᾳ πεπαιδευμένος οἰκονομηθήσεται.

*Qui suam in maribus turpitudinem ostendit, ei tempus dispensabitur illius qui adulterii scelus admisit.*

## ΚΑΝΩΝ ξγ᾽.

## CANON LXIII.

Ὁ ἐν ἀλόγοις τ᾽ ἑαυτοῦ ἀσέβειαν ἐξαγορεύων τ᾽ αὐτὸν λόγον ἐξομολογούμενος φυλάττεται.

*Qui in brutorum concubitu suam impietatem profitetur, eandem rationem confitens observat.*

ΒΑΛΣ. Κατὰ τοὺς μοιχοὺς διορίζεται ὁ ἅγιος κολάζεσθαι τοὺς ἀῤῥενοκοίτας καὶ τοὺς ἀλογευομένους πάντας μετὰ ἀποστασίαν καὶ ἐξομολόγησιν τ᾽ κακοῦ. καὶ ἀνάγνωθι περὶ ἀῤῥενοκοίτων καὶ τὸ πεντηκοστὸν κεφ. τοῦ λζ᾽. τίτλου τ᾽ ξ᾽. βιβλίου, λέγον, οἱ ἀλογευόμενοι, ἤτοι κτηνοβάται, καυλοκοπείσθωσαν.

BALS. Tanquam adulteros definit sanctus puniri masculorum concubitores, & qui bruta ineunt omnes, postquam scilicet à malo defecerint & confessi fuerint. De masculorum autem concubitoribus, lege etiam ultimum caput xxxvii. tit. lx. lib. quod dicit, Iis, qui bruta ineunt, seu pecora insiliunt, penis abscindatur.

ΑΡΙΣΤ. Καν. ξβ᾽. Ὁ ἀρσενοκοίτης, ὡς μοιχός. Σαφής.

ARIST. *Can. lxii. Qui cum maribus concumbit, ut adulter.* Perspicuus.

ΑΡΙΣΤ. Καν. ξγ᾽. Ὁ ἐν ἀλόγοις τῷ αὐτῷ ἀσέβειαν ἐξαγορεύων ὁμοίως. Σαφής.

ARIST. *Can. lxiii. Qui in brutorum concubitu suam ostendit turpitudinem, similiter.* Perspicuus.

## ΚΑΝΩΝ ξδ᾽.

## CANON LXIV.

Ἐπίορκος ὢν δέκα ἔτεσιν ἀκοινώνητος ἔστω· δυσὶν ἔτεσι θρηνῶν, τρισὶν ἀκροώμενος, τέτρασιν ὑποπίπτων, ἑνιαυτὸν σωνεστὼς μόνον, καὶ τότε τῆς κοινωνίας ἀξιούμενος.

*Perjurus undecim annis non erit communionis particeps: duobus annis deflens, tribus audiens, quatuor substratus, anno solùm consistens, & tunc communione dignus habebitur.*

ΒΑΛΣ. Περὶ ἐπόρκων ἀνάγνωθι τὸ ιή᾽. κεφ. τοῦ ιγ᾽. τίτλου τοῦ πρώτου συντάγματος. καὶ τὰ ὧν ἐκείνῳ πρὸ ἡμῶν γραφέντα.

BALS. De perjuris lege xviii. cap. xiii. tit. præsentis operis, & quæ à nobis in illo scripta sunt.

ΖΩΝΑΡ. Οἱ κανόνες ὕτοι γραφεῖς εἰσιν, ἐξηγήσεως μὴ δεόμενοι.

ZONAR. *in Can. lxii. lxiii. lxiv.* Perspicui sunt hi canones, neque ulla explanatione indigent.

ΑΡΙΣΤ. Ὁ ἐπίορκος, δέκα ἐτεσίαν· δύο θρηνῶν, τρεῖς ἀκροώμενος, τέσσαρας ὑποπίπτων, ἑνιαύτιον σωνεστώς· καὶ τότε τῆς κοινωνίας ἀξιούμενος. Σαφής.

ARIST. *Perjurus annos decem; duos deflens, tres audiens, quatuor substratus, unum consistens; & tunc communione dignus habetur.* Perspicuus.

A

## Canon LXV.

*Qui præstigias vel veneficium fatetur, is homicidæ tempore confitebitur, ita dispensatus, ut qui in unoquoque peccato seipsum convicit.*

Bals. Præstigiæ quidem sunt, per solas incantationes, ac dæmonum invocationes quamcunque actionem facere. Veneficium autem est, per noxia pharmaca esculentum vel poculentum aliquid componere, & hominem veneno perimere. Lege etiam xx. cap. xiii. tit. præsentis operis, & quæ in eo sunt, & xxv. cap. ix. B tit. operis ejusdem, & quæ in eo sunt.

Zonar. Præstigiæ quidem sunt, cum per incantationes, atque invocationes dæmonum, aliqua in aliorum damnum efficiuntur: qualis est dissolutio tabésque membrorum, ac diuturna, aut etiam vitæ æqualis ægrotatio, ac decubitus, aliaque hujusmodi. Veneficium vero est cum vel per noxia pharmaca de potestate mentis homines dimoventur, quod etiam hyoscyamus præstat: est hoc porro herbæ genus, cujus semen pernicio-sum, aut alia ratione lædens. Cæterum haud immerito pœnis homicidarum ejusmodi homines subjiciuntur, quandoquidem præstigiæ scilicet dæmonum invocationes continent, C veneficia vero aut interficiunt, aut de mentis potestate deturbant, mortemque illi qui hæc patitur, optabilem faciunt, si quando forte resipiscat; ac si minus illi, certè iis qui hominem aliqua cognatione attingunt. Præfinitum porro homicidæ tempus, qui voluntariam cædem patravit; viginti annorum intellige.

Arist. *Incantator & veneficus ut homicida.*

Hi voluntarii homicidæ pœnas persolvent.

## Canon LXVI.

D

*Qui sepulchra effodit decem annis carebit communione: duobus deflens, tribus audiens, quatuor substratus, uno consistens, & tunc admittendus.*

Bals. De sepulchrorum effossoribus lege caput xxiii. xiii. tit. præsentis operis, & xxvii. cap. ix. tit. operis ejusdem.

Zonar. Est τυμβωρύχος, qui sepulchra aperit, ac spoliat, quæ mortuorum cadaveribus apposita sunt detrahens: Est etiam, quicunque lapides à sepulchris avellit. Quære & Nysseni canonem septimum.

Arist. *Qui sepulchrum effodit, decennium, ut perjurus.* E

## Canon LXVII.

*Cum sorore coïtus homicidæ tempore punietur.*

## Canon LXVIII.

*Prohibitæ cognationis in matrimonium conjunctio, si deprehensa fuerit, ut quæ in hominum peccatis facta est, subibit adulterorum pœnas.*

Bals. Lege xxix. cap. ix. tituli præsentis operis, & ii. cap. xiii. tit. & lib. lx. tit. xxxvii. cap. lxxvii. quod dicit, Qui matrimonio conjunguntur, vel aliàs carnaliter copulantur patrueles fratres, & liberi qui ex eis nascuntur, & solùm, vel etiam pater & filius cum matre & filia, vel duo fratres cum duabus sororibus, vel duo fratres cum matre & filia, vel consobrinus cum ea quæ fuit uxor avunculi, vel avunculus cum ea quæ fuit uxor consobrini,

## ΚΑΝΩΝ ξέ.

Ο γοητείαν ἢ φαρμακείαν ἐξαγορεύων, τὸν τῆς φονέως χρόνον ἐξομολογήσεται, οὕτως οἰκονομούμενος, ὡς ἐν ἑκάστῳ τῷ ἁμαρτήματι ἑαυτὸν ἐλέγξας.

ΒΑΛΣ. Γοητεία μὲν ἐστι, τὸ διὰ ἐπῳδῶν καὶ ἐπικλήσεως δαιμόνων, ποιῆσαί τινα πρᾶξιν οἱονδήτινα· φαρμακεία δὲ τὸ διὰ φαρμάκων δηλητηρίων συσκευάσαι τι βρώσιμον ἢ πόσιμον καὶ φαρμακεῦσαι ἄνθρωπον. καὶ ἀνάγνωθι τὸ κ'. κεφ. τῆς ιγ'. τίτλου τῆς παρόντος συντάγματος, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ, καὶ τὸ κε'. κεφ. τῆς θ'. τίτλου τῆς παρόντος συντάγματος, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ.

ΖΩΝΑΡ. Γοητεία μέν ἐστι, τὸ διὰ ἐπῳδῶν, καὶ ἐπικλήσεως δαιμονίων, ποιῆσαί τινα εἰς βλάβην ἑτέρων· οἷς εἰς πάθεσιν μελῶν, καὶ εἰς χρονίαν, ἢ καὶ ὅλου βίου κατάκλισιν, καὶ εἰς ἕτερα ὅμοια. φαρμακεία δέ, τὸ διὰ φαρμάκων δηλητηρίων, ἢ πρὸς φρενῶν ἔξιστάν τινας, ὅσα καὶ ὁ ὑοσκύαμος διδάσκει· βοτάνη δέ ἐστιν οὗτος, ἧς τὸ σπέρμα ὀλέθριον, ἢ ἄλλως βλαπτικόν. εἰκότως δὲ κατὰ τοὺς φονεῖς οὗτοι ἐπιτιμῶνται· ὅτι αἱ μὲν γοητεῖαι, καὶ ἐπικλήσεις δαιμόνων ἔργον· αἱ δὲ φαρμακεῖαι, ἢ ἀναιροῦσιν, ἢ πρὸς φρενῶν ἐξιστῶσι, καὶ δύσκαιρον τὸν θάνατον ποιοῦσι τῷ πάσχοντι· εἴποτε ἀνανήψει, εἰ μὴ ἐκείνῳ, ἀλλὰ τοῖς γε προσήκουσι τῷ ἀνθρώπῳ. φονέως δὲ χρόνον τὸν ἑκούσιον τολμηρὸν φόνον φησίν· ἤγουν, εἰκοσαετίαν.

ΑΡΙΣΤ. Ὁ γόης, καὶ ὁ φαρμακὸς, ὡς φονεύων.

Τὸ τῆς ἑκουσίου φονέως ἐπιτίμιον ἐπιγνώσονται οὗτοι.

## ΚΑΝΩΝ ξς'.

Ο τυμβωρύχος ἐν δέκα ἔτεσιν ἀκοινώνητος ἔστω. ἐν δυσὶ προσκλαύσας, ἐν γ'. ἀκροώμενος, ἐν δ'. ὑποπίπτων, ἐν πέντε συνεστὼς, καὶ τότε δεχθησόμενος.

ΒΑΛΣ. Περὶ τυμβωρύχων ἀνάγνωθι τὸ κγ'. κεφ. τῆς ιγ'. τίτλου τῆς παρόντος συντάγματος, καὶ τὸ κζ'. κεφ. τῆς θ'. τίτλου τῆς παρόντος συντάγματος.

ΖΩΝΑΡ. Τυμβωρύχος ἐστὶν, ὁ τοὺς τάφους ἀνοίγων καὶ συλῶν τὰ τοῖς νεκροῖς συνδιαπτόμενα· εἴη δ' ἂν καὶ ὁ τοὺς λίθους τῆς τάφου ἀφαιρούμενος. ζήτει καὶ τῆς Νύσσης κανόνα ἕβδομον.

ΑΡΙΣΤ. Ὁ τυμβωρύχος, δεκαετίαν, ὡς ὁ ἐπίορκος.

## ΚΑΝΩΝ ξζ'.

Ἀδελφομιξία τὸν τῆς φονέως χρόνον ἐξομολογήσεται.

## ΚΑΝΩΝ ξή.

Η τῆς ἀπειρημένης συζυγείας εἰς γάμον σύστασις, εἰ φωραθείη, ὡς ἐν ἁμαρτήμασιν ἀνθρώπων γινομένη, τὰ τῆς μοιχῶν ἐπιτίμια δέξεται.

F ΒΑΛΣ. Ἀνάγνωθι τὸ κθ'. κεφ. τῆς β'. τίτλου τῆς παρόντος συντάγματος, καὶ ὅ β'. κεφ. τῆς ιγ'. τίτλου, καὶ βιβλίου ξ'. τίτλου λζ'. κεφ. οζ'. λέγον, οἱ πρὸς γάμον σωσαπτόμενοι, ἢ ἄλλως σαρκικῶς συμπλεκόμενοι, ἐξάδελφοι, καὶ οἱ ἐξ αὐτῆς τικτόμενοι παῖδες, καὶ μόνον, ἢ καὶ πατὴρ, καὶ υἱὸς πρὸς μητέρα καὶ θυγατέρα, ἢ δύο ἀδελφοὶ, εἰς δύο ἀδελφὰς, ἢ δύο ἀδελφοὶ, εἰς μητέρα καὶ θυγατέρα, ἢ ἀνεψιὸς εἰς πρὸ γεγαμημένου τῆς θείου γυναῖκα, ἢ θεῖος εἰς πρὸ γεγαμημένου τῆς ἀνεψιοῦ γυναῖκα, περὶ

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

τοῦ τῷ χωρισμῷ καὶ τυπτέσθωσαν· καὶ ταῦτα μὲν οὕτως. ἐπεὶ δὲ εἰς τὸν ἑρμηνείαν τοῦ β'. κεφ. τοῦ ιγ'. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος προεδηλώσαμεν μὴ τοῦτο ἄλλων, ὅτι γέγονε μὲν προσταγμα βασιλικὸν κελεῦον τὸν αὐτὸν καὶ ἕνα δυσὶ δευτέραις ἐξαδελφαῖς νομίμως συναπτεσθαι, οὐκ ἐφθασε δὲ κρατηθῆναι, ἀλλὰ καὶ ἡ ἐκκλησία κωλύει τοιοῦτον γάμον, ὀφείλεις εἰδέναι ὅτι μετὰ τὸ γράψαι ἡμᾶς ταῦτα, γέγονεν εἰς τὸν ἐφημερίαν τοῦ ἁγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου κυρίου Θεοδοσίου τοῦ νέου τὸν λ'. τοῦ Ἰουλίου μηνὸς τῆς ιβ'. ἰνδικτιῶνος, σημείωμα συνοδικὸν ἔχον τοῦτο ῥῆμα οὕτως· ὁ ἱερώτατος μητροπολίτης Ἄτεργω ὁ ἀδελφὸς καὶ συλλειτουργὸς τῆς ἡμῶν μετριότητος Ῥωμαῖος ὁ Ἀρτάβασδος ἔγραφον προκομίσας συνοδικῶς τὰ δὲ τοῦτο ῥῆμα ἀβαλαμβάνον· κόρη τις Εἰρήνη καλουμένη ἔλαβεν ὑγχὼ μνηστείας μετὰ τινὸς Ἰωάννου, δεκαετὴς οὖσα τότε τὸν ἡλικίαν· λαληθεισῶν δὲ τῶν περὶ τούτου ἀντιμύτου μνηστείας γέγονε σημείωμα δικαστικὸν ἐπιτρέπον ἀναζητῆσαι τοὺς πάλαι μνηστευομένους ἀφ' ὅ ἔδει τὸν μνηστείαν, ὡς εἴρηται, προάγομεν. βούλεται οὖν σήμερον ἡ Εἰρήνη νομίμως συναφθῆναι τῷ Θεοδώρῳ δευτέρῳ ὄντι ἐξαδέλφῳ τοῦ Ἰωάννου, καὶ ἐρωτᾷ εἰ ἔχει τινὰ πρόκριμα, ἠξίωσε τὸν ἡμῶν μετριότητα, καὶ τὸν ἱερὰν ἀδελφότητα, μαθεῖν εἰ οὐκ ἔχει κωλύμενον τινὰ ὃ πρὸ οὗ γέγονεν ἡ γραφὴ συναλλαγμα. ἤκουσεν οὖν ἐξ αὐτῆς καὶ ἐκ τῆς παρουσιαζούσης τὸν ἀδελφὸν ὁμηγύρεως, ὅτι τὸ νῦν τοῦτο συναλλαγμα πάλαι ἀκώλυτόν ἐστιν. ἐπεὶ γὰρ ἡ μετὰ τοῦτο πλεοναζοῦσα μνηστεία ὡς ἀνυπόστατος λέλυται διὰ τὸν τῆς Εἰρήνης ἀνηβότητα, καλῶς ἡ Εἰρήνη δευτέρῳ ἐξαδέλφῳ αὐτοῦ κατὰ νόμον γάμου συζευχθήσεται. οὔτε γὰρ συγγενικὸν πρόσωπον τὸν Εἰρήνην λογίσεται ὁ Θεόδωρος, οὔτε τοῖς ἐξ ἀγχιστείας δεσμοῖς καὶ ὅροις συσφίγξεται, διὰ τὸ ὑπερβῆναι ἐξ ἀγχιστείας ἕκτον βαθμόν.

A præter ſeparationem etiam verberentur. Et hæc quidem hoc modo. Quia autem in interpretatione ij. cap. xiii. tit. Præſentis operis inter alia oſtendimus, quòd regium quidem juſſum factum eſt, prohibens unum & eundem duabus ſecundis ſororibus patruelibus legitimè conjungi, non fuit autem prius poſitum, ſed & eccleſia prohibet ejuſmodi matrimonium; debes ſcire, quòd poſtquam nos hæc ſcripſimus, tempore ſanctiſſimi & univerſalis patriarchæ domini Theodoſii, xxx. Iulii menſis, xii. indictionis facta eſt declaratio ſynodalis, quæ ad verbum ſic habet; Sanctiſſimus metropolitanus A-
B pro, frater & comminiſter noſtræ mediocritatis Romanus Artabaſdus, allato ſynodaliter ſcripto quod hæc verbatim continebat: Puella quædam, quæ Irene dicitur, ſponſalia contraxit cum quodam Ioanne, nata decem annos. Cum autem dicta eſſent illicita illius ſponſalia, facta eſt judiciaria declaratio permittens eos utique ſeparari, qui ſponſalia contraxiſſent, quòd eſſent ut dictum eſt, ſponſalia contra leges facta. Vult ergo Irene hodie legitimè conjungi Theodoro, qui eſt Iohannis ſecundus patruelis, & interrogat, an habeat aliquod impedimentum, rogavit noſtram mediocritatem, & ſacram fraternitatem, ut ab ea ediſceret, an
C nullum habeat impedimentum contractus, de quo ſcriptura facta eſt. Ab ea ergo & præſente fratrum congregatione audivit, quòd ejuſmodi contractus nullo modo eſt prohibitus. Quia enim quæ cum Ioanne contracta ſunt ſponſalia, ut quæ propter Irenes ætatem conſiſtere non poſſent, ſoluta ſunt, recte Irene ſecundo ejus patrueli lege matrimonij conjungetur. Neque enim Irenem cognatam perſonam reputat Theodorus, nec cognationis vinculis ac finibus conſtringitur, eo quòd ſextum cognationis gradum exceſſerit.

ΖΩΝΑΡ. Ἐὰν γάμον τις συήσεται ὁπὶ συγγενὲς πρόσωπον, πρὸς ὃ ἀπηγόρευται σωιστὸν γάμον, τῷ τῆς μοιχείας ὁπτιμίῳ κολασθήσεται, διαστωμένου καὶ τοῦ γάμου.

D Zonar. Si quis cum cognata perſona, quam ſibi matrimonio copulare legibus interdictum eſt, nuptias contraxerit, adulterii mulcta punietur, ipſæque nuptiæ dirimentur.

ΑΡΙΣΤ. Καν. ξζ'. Ὁ ἀδελφόμικτος, ὡς ὁ φονεύς.

Εἰ μὲν ἀμφιθαλὴς ἔστιν ἡ ἀδελφὴ ἧς συνεμίγη ὁ ἀδελφός, ἐκ τοῦ αὐτοῦ πατρὸς, καὶ τῆς αὐτῆς μητρὸς συζυγηθεῖσα αὐτῷ, ὁπὶ εἰκοταετίαν, ὡς ὁ ἐκούσιος φονεύς, ὁπτιμηθήσεται· μετὰ δὲ τὸ ἀποστῆναι τῆς ἀθεμίτου καὶ ἀθλίου μίξεως. εἰ δὲ ἑτεροθαλὴς ἔστιν ἡ ἀδελφὴ, ἀπὸ μόνου πατρὸς, ἢ ἀπὸ μόνης μητρὸς, ὁπὶ τριετίαν προσκλαύσεται, ὁπὶ τριετίαν ἀθροιζομένη, ὁπὶ τριετίαν ἀκροάσεται, ὁπὶ τριετίαν ὑποπεσεῖται, καὶ τῷ δεκάτῳ ἔτει δεχθήσεται μετὰ τῶν πιστῶν, καὶ μετ' αὐτῶν ἕτερα δύο ἔτη συνὼν εἰς δίκην, ὅτως ἔκτοτε τῆς τοῦ ἀγαθοῦ κοινωνίας ἀξιωθήσεται. καθὼς ὁ ἑβδομηκοστὸς πέμπτος κανὼν διαλαμβάνει.

E

Aris t. *Qui cum ſorore miſcetur, ut homicida.*

Si quidem eorundem parentum ſit ſoror ex eodem patre & eâdem matre ac ille connata, cui commiſcetur frater, viginti annos ut homicida punietur, ſed poſtquam ab illegitimâ & improbâ actione receſſit. Si autem alterius tantum parentis ſit ſoror, à patre ſolo aut à matre ſolâ, triennio deflebit, triennio ad auditionem recipietur, triennio ſuccumbet, & in decimo anno cum fidelibus admittetur, & cum iis alios duos annos ad preces congregatus, ex eo tempore boni communione dignus judicabitur, ut ſextuageſimus quintus canon ſtatuit.

ΑΡΙΣΤ. Καν. ξή'. Ὁ ἀπειρημένος ἐν συγγενείᾳ γάμος, τῷ μοιχῷ.

Ὅστις κεκώλυται λαβεῖν νόμῳ γάμου γυναῖκα διὰ τὴν συγγένειαν, οὗτος εἰ μίξεται εἰς αὐτὴν, τὰ τοῦ μοιχοῦ ὁπτίμια δέξεται. ἐπεὶ δὲ διάφορά εἰσι τὰ ὁπτίμια τῶν ὑποπιπτόντων τῇ τῆς μοιχείας κρίματι, πρὸς τὸν ἐγγύτητα τῆς συγγενείας δέχεται ταῦτα. αὐτίκα γὰρ, ὡς ὁ ἑβδομηκοστὸς ἕβδομος κανὼν, καὶ ὁ ἑβδομηκοστὸς ὄγδοός διαλαμβάνουσιν, ὁ τὸν νόμιμον αὐτοῦ γυναῖκα καταλιπὼν, καὶ ἑτέραν ἀγόμενος, καὶ δύο ἀδελφὰς κατὰ διαφόρους καιροὺς λαβὼν εἰς συνοικέσιον, τῷ τῆς μοιχείας ὑποκειται κρίματι, ἀλλ' οὐκ ὁπτιμῶνται, ὡς ὁ μοιχεύσας μετ' ἀνδρὸς, ὁπὶ πεντεκαίδεκα ἔτεσιν, ἀλλ' ὁπὶ ἑπταετίαν τῆς κοινωνίας εἴργονται, ἐνιαυτὸν προσκλαίοντες, διετίαν ἐπακροώμενοι, τριετίαν ὑποπίπτοντες, καὶ τῷ ἑβδόμῳ συνιστάμενοι τοῖς πιστοῖς.

F

Aris t. *Prohibitum in conſanguinitate matrimonium eâdem quâ adulterium pœnâ caſtigatur.*

Quicunque propter cognationem matrimonii lege mulierem ducere prohibetur, hic ſi in eam peccaverit, adulterorum pœnas recipiet. Sed quoniam diverſa ſunt eorum qui in adulterii judicium cadunt ſupplicia, ad cognationis propinquitatem ea accipit. Illico enim ut ſeptuageſimus ſeptimus canon, & ſeptuageſimus octavus ſtatuunt, qui legitimam ſuam uxorem derelinquit & aliam ducit, & qui duas ſorores diverſis temporibus in matrimonium accipit, adulterii judicio ſubjiciuntur, ſed non puniuntur ut qui cum muliere viro ſubjectâ adulteratus eſt, ad quindecim annos, ſed ſeptennium à communione arcentur, annum deflentes, biennium audientes, triennium ſuccumbentes, & ſeptimo cum fidelibus conſtituti.

Canon

## CANON LXIX.

*Lector, si cum sua sponsa ante matrimonium commercium habuerit, postquam anno cessaverit, ad legendum recipietur, manens non ulterius promovendus. Quod si absque desponsatione furtim coierit, cessabit à ministerio. Idem & minister.*

BALS. Cùm quidam Lector cum sua sponsa ante matrimonium ejus voluntate congressus esset (id enim significat verbum σωαλλάξοιεν) Sanctus interrogatus est, an is debeat, ut qui furtim congressus est, castigari post matrimonium? Dicebant enim nonnulli, quòd quoniam sponsalia non sunt perfectum matrimonium (potest enim pars, quæ accipit arram, quæ sponsalia constituit, eam reddere duplicatam, & solvere sponsalia) existimatur Lector non cum legitima uxore, sed cum muliere libera rem habere, & ideo cum iis annumerari qui furtim coëunt. Dicit itaque sanctus, quòd is Lector, qui cum sua sponsa ante matrimonium carnaliter copulatus est, quia cum desponsata sibi, & non cum omnino aliena muliere coiit, tanquam fornicatus sit, non reputabitur. Sed quia non expectavit perfecti matrimonii mysterium, ut qui pusillo animo sit, punietur, id est anno uno segregabitur: deinde admittetur ad hoc, ut sit solùm Lector. Ad majorem enim promotionem non provehetur, hoc est, neque Diaconus erit, nec Sacerdos, multo autem minus Episcopus. Sin autem, inquit Lector, cum muliere aliqua coierit, quæ non sit sibi desponsa, etsi cum ea forte locutus erat de ea accipienda in uxorem, etiamsi & post coitum eam in uxorem accepit, non solum non promovebitur, sed etiam eo ipso depositioni subjicietur, nihil ex eo adjutus, quòd eam postea legitimè uxorem acceperit. Idem autem erit etiam in ministrum seu Hypodiaconum. Nam & is, cum eo modo furtim coierit, deponetur. Ad unum autem factum, quòd est de furtivo coitu, refer quod de Diacono definitur, non autem etiam ad hoc ut promoveatur, postquam cum propria sponsa coierit, vel non. Non enim permittitur Hypodiacono, sicut & Lectori, post ordinationem desponsam habere mulierem, & matrimonium contrahere. Quoniam Apostolorum xxvi. can. hæc habet; Eorum qui ad clerum non ducta uxore pervenerunt, jubemus volentes solùm Lectores & Cantores matrimonium contrahere. Si quis autem furtivo concubitu congressus, postea Minister factus sit, suo gradu exturbetur cognito crimine. Et hæc quidem hoc modo. Scias autem, quòd, quæ hoc canone continentur, in synodali judicio variè disceptata sunt, & dixerunt nonnulli hæc locum habuisse, quando sponsalia consensu contrahebantur & dissolvebantur. Nunc autem, quando non aliter contrahuntur nec solvuntur, nisi iis modis & causis, quibus perfectum quoque matrimonium contrahitur & solvitur, hæc omnia exoleverunt. Unde nec permittitur alicui eorum, qui sunt ex tribunali, morte vel aliqua alia causa ante nuptias à sua sponsa separato, alii mulieri conjungi, & is qui hoc fecerit, ut bigamus deponitur: similiter & Lector qui in tale quid incidit, ad alium gradum non promovetur. Volebant autem eum quoque, qui hodie cum sua sponsa rem habuit, id impunè fecisse, quòd non possint solvi sponsalia. Cum autem augustus ille & magnus Drungarius dominus Stephanus Comnenus esset matrimonio jungendus dominæ Eudochiæ augusti illius & magni domestici domini Ioannis filiæ, & prohiberetur, eo quod soror ejus domina Irene desponsa esset illi Augusto dom. Alexio in primis Augusti dom. Ioannis inclyti Imp. filio, qui erat primus patruelis magni Drungarii, & fieri non poterat, ut duo primi patrueles duabus sororibus conjungeren-

## ΚΑΝΩΝ ξθ'.

Ἀναγνώστης ἐὰν τῇ ἑαυτῆ μνηστῇ περὶ τοῦ γάμου συναλλάξοιεν, ἑαυτὸν ἀργήσας εἰς ὃ ἀναγνώσηται δεχθήσεται, μένων ἀπρόκοπος. κλεψιγαμήσας δὲ ἄνδρ μνηστείας παιδίζεται τῆς ὑπηρεσίας. Ὃ αὐτὸ καὶ ὑπηρέτης.

ΒΑΛΣ. Ἀναγνώστου τινὸς συναφθέντος οἰκείᾳ μνηστῇ περὶ τοῦ γάμου καὶ ἀπὸ θέλησιν καὶ αὐτῆς (τοῦτο γὰρ ἔξεστι ὃ, συναλλάξοιεν) ἠρωτήθη ὁ ἅγιος, εἰ ὀφείλει ὁ τοιοῦτος ὡς κλεψιγαμήσας διδύνεσθαι μετὰ τὸν γάμον; ἔλεγον γάρ τινες ὡς ἐπεὶ ἡ μνηστεία οὐκ ἔστι γάμος τέλειος, (δύναται γὰρ ὁ λαβὼν μέρος τῶν τὴν μνηστείαν συνιστῶντα ἀρραβῶνα τοῦτον εἰς ὃ διπλοῦν, καὶ τὴν μνηστείαν λύειν) λογίζεται ὁ ἀναγνώστης μὴ μετὰ νομίμου γαμητῆς μεμίχθαι, ἀλλὰ μετ' ἐλευθέρας, κἀντεῦθεν συναριθμεῖσθαι τοῖς κλεψιγαμήσασι. φησὶν οὖν ὁ ἅγιος, ὡς ἀναγνώστης ἔσται ὁ μετὰ τῆς οἰκείας μνηστῆς περὶ τοῦ γάμου σαρκικῶς ἑνωθείς, καὶ τὸ μὲν μετὰ τῆς μεμνηστευμένης αὐτῷ συνελθὴ καὶ οὐκέτι μετ' ἄλλοτε ἀνδρὸς γυναικὸς, ὡς πορνεύσας οὐ λογισθήσεται. καὶ τὸ δὲ οὐκ ἀνέμεινε καὶ τὸ τέλειον γάμου πλεονεξίαν, ὡς μικροψυχήσας κολασθήσεται, τουτέστιν ἀφορισθήσεται ὅπως ἕνα ὀνειδισθῇ. εἶτα δεχθήσεται εἰς ὃ εἰ μόνον ἀναγνώστην. εἰς μείζονα γὰρ προκοπὴν οὐκ ἀναβιβασθήσεται, τουτέστιν οὔτε διάκονος γενήσεται, οὔτε ἱερεύς, πολλῷ δὲ πλέον ἐπίσκοπος. ἐὰν δέ, φησιν, ἀναγνώστης συνέλθῃ μετὰ τινὸς γυναικὸς μὴ μνηστευθείσης ἴσως αὐτῷ, κἂν λόγῳ ἴσως ἐποιεῖτο μετ' αὐτῆς ὡς λαβεῖν αὐτὴν εἰς γυναῖκα ταύτην ἔχειν, οὐ μόνον οὐ προκόψει, ἀλλὰ καὶ ἀπ' ἐντεῦθεν καθαιρεθήσεται ὑποβληθήσεται μὴ ὠφελήσας ὁπωσοῦν τῷ μὴ ταύτην λαβεῖν αὐτὴν νόμιμον γαμετήν. Ὃ αὐτὸ δὲ ἔσται καὶ εἰς ὑπηρέτην, ἤτοι καὶ εἰς ὑποδιάκονον. καὶ ὅτε γὰρ τοιουτοτρόπως κλεψιγαμήσας καθαιρεθήσεται. περὶ δὲ ὃ ἐν φάκτον ὃ περὶ τῆς κλεψιγαμίας ἀπόδος τὸν περὶ τοῦ διακόνου ὁρισμὸν, μὴ μέντοι γε καὶ εἰς ὃ προκόπτειν τοῦτον μετὰ ὃ μιγῆναι τῇ οἰκείᾳ μνηστῇ εἴτε καὶ μή. οὐ γὰρ ἐφεῖται ὑποδιακόνῳ, ὡς καὶ τῷ ἀναγνώστῃ μετὰ τὴν χειροτονίαν γυναῖκα μνηστεύεσθαι καὶ γάμον συναλλάττειν. ὅθεν φησὶν ὁ τῶν ἁγίων ἀποστόλων κϛ'. κληρικοὺς ταῦτα. τοὺς εἰς κλῆρον προελθόντας ἀγάμους κελεύομεν βουλομένους γαμεῖν ἀναγνώστας καὶ ψάλτας μόνον. εἰ δέ τις κλεψιγαμήσας, μετὰ ταῦτα ὑπηρέτης γένοιτο, ἐξωτείλω τοῦ βαθμοῦ αὐτοῦ, ἀμεμπτοδίνητος τοῦ ἁμαρτήματος. καὶ ταῦτα μὲν οὕτως. ἰστέον δὲ, ὅτι τὸ περὶ τοῦ τοιούτου κλήρου διαφόρως ἐλαλήθησαν εἰς ὃ συνοδικὸν δικαστήριον, καὶ εἶπον τινες ὡς ταῦτα χρόαν εἶχον, ὅτε ἡ μνηστεία συναγέτο συνίστατο καὶ ἐλύετο. ἀρτίως δὲ ὅτε ἄλλως οὐ συνίστατο οὐδὲ λύεται εἰ μὴ κατὰ τοὺς τρόπους καὶ τὰς αἰτίας καθ' ἃς καὶ ὁ τέλειος γάμος συνίσταται καὶ λύεται, ταῦτα πάντα ἀνωρκτοῦσιν. ὅθεν οὐδὲ ἐφεῖται τινι τῶν τοῦ βήματος θανάτῳ ἢ ἄλλῃ αἰτίᾳ ἐκ τῆς οἰκείας διαζευχθέντι μνηστῆς περὶ τοῦ γάμου ἑτέρᾳ συναπτεσθαι γυναικὶ, καὶ ὃ τοῦτο ποιήσαντα ὡς δευτερογαμήσαντα καθαιρεῖσθαι· ὡσαύτως καὶ ὃ ἐμπεσόντα εἰς τοιοῦτόν τι ἀναγνώστην μὴ προκόπτειν εἰς ἕτερον βαθμόν. ἤθελον δὲ καὶ ὃ μηδόλως σήμερον μετὰ τῆς οἰκείας μνηστῆς ἀνεπιτίμητον πάντη συμπεριφέρεσθαι, διὰ ὃ ἄλυτον τῆς μνηστείας. τοῦ δὲ σεβαστοῦ ἐκείνου καὶ μεγάλου Δρουγγαρείου κυρίου Στεφάνου τοῦ Κομνηνοῦ μνηστῆναι τῇ κυρίᾳ Εὐδοκίᾳ τῇ θυγατρὶ τοῦ σεβαστοῦ ἐκείνου καὶ μεγάλου δομεστικοῦ κυρίου Ἰωάννου, καὶ κωλυομένου διὰ ὃ τὴν ἀδελφὴν ταύτης κυρίαν Εἰρήνην μνηστεύθῆναι τῷ σεβαστῷ ἐκείνῳ κυρίῳ Ἀλεξίῳ τῷ υἱῷ τοῦ πορφυροσεβάστου ἐκείνου κυρίου Ἰωάννου τοῦ ἀοιδίμου σεβαστοκράτορος, τῷ ὅτι πρώτῳ ἐξαδέλφῳ τοῦ μεγάλου Δρουγγαρίου, καὶ ἀδύνατον εἶ δύο πρώτους ἐξαδέλφους δύσι ἀδελφαῖς

σωκάπεσθαι, ἐλαλήθη σωοδικῶς ὅτι τῆς ἡμερῶν τῆ ἁγιωτάτῳ πατριάρχου κυρίου Νικολάου τῆ Μουσάλωνος, εἰ ἐκ τούτου ἐμποδίζεται τὸ τῆ μεγάλου Δρουγαρείου σωάλλαγμα, καὶ διεγνώσθη μὴ ἐμποδίζεσθαι, διὰ τὸ πλὴ μνηστείαν τόπον τελείου γάμου μὴ ἐπέχειν. καὶ ὁ ἁγιώτατος δὲ πατριάρχης κύριος Θεοδόσιος ἐξεχώρησε τῆ Μεσοποταμίτου κυρίου Μιχαὴλ μνηστευσαμένῳ Μαρίαν τινὰ τυχόν, καὶ διὰ τὸ τελευτῆσαι ταύτην πρὸ τῆ γάμου, ἑτέραν λαβόντι, ἀπροκριματίσως μὴ ⊕ ταύτης θάνατον ἑτέρᾳ σωαφθῆναι, ἔχοντι καὶ παῖδας, καὶ ⊕ τριακοστὸν ὑπεραναβάντι χρόνον, εἰπὼν μὴ λογίζεσθαι τοῦτο τριγαμίαν, ὡς τῆς μνηστείας μὴ ἀρκούσης ἀντὶ τελείου γάμου. ταῦτα δὲ οὕτω διεγνώσθη διὰ τὸ μὴ γαληβῆναι καὶ ηὐρέθαι σωαφείαν μέσον τῶν μνηστέρων. εἰ γὰρ ἦγονε σωαφεία, οὐκ ἂν διεγνώσθη τοιοῦτόν τι. ἵνα μὴ φερφαιὴς αἱμιξία, καὶ ἀθέμιτος γάμος ἐγχωρηθῇ. ὅπου γὲ καὶ σωαφείας μὴ γεγενήσας ἐπεὶ ἀπὸ τῆ ἑνενηκοστῆ ὀγδόης κανόνος τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ σωόδου, καὶ ἀπὸ τῆ δευτέρου κεφαλαίου τῆ πεντηκοστοῦ ὀγδόου τίτλου τῆ ἑξηκοστῆ βιβλίου, καὶ ἀπὸ τῆ τρίτου θέματος τῆ δωδεκάτου κεφαλαίου τριακοστῆ ἑβδόμου τίτλου τῆ αὐτῆ ἑξηκοστῆ βιβλίου, ὥρισται τὸ τῆ μοιχείας ἐγκλήματι καθίσασθαι ἔνοχον ⊕ τὴν ἑτέρῳ μνηστευσαμένου γήμαντα, ὅπου ⊕ ἡ μνηστεία μὴ δόσεως ἀφορίσμου ἐλύετο, καὶ οὐκ ἦν ἰσοδύναμος τῷ γάμῳ ὡς σήμερον, λέγω μὴ εἰ ἀκίνδυνα τὰ οὕτως ἐγχωρηθέντα συνεργουμένη καὶ τῇ τῆ παρόντος κανόνος δυνάμει.

A tur synodicè agitatum est tempore sanctissimi patriarchæ domini Nicolai Muzalonis, an ex eo impediatur magni Drungarii contractus: statutum est autem non impediri, eo quòd sponsalia perfecti matrimonii locum non teneant. Porrò sanctissimus quoque patriarcha dominus Theodosius concessit Mesopotamitano dom. Michaëli, cui Maria quædam desponsa fortè fuerat, &, quòd ea ante matrimonium mortem obierat, aliam acceperat, ut alii sine præjudicio post mortem ejus conjungeretur, maximè cum & liberos haberet, & xxx. annum excessisset, dicens hoc non reputari trigamiam, utpote quòd sponsalia pro perB fecto matrimonio non sufficerent. Hæc autem idcircò statuta sunt, quòd non dictum est affinitatem etiam inter partes desponsantes fuisse. Si enim affinitas fuisset, tale quippiam nunquam constitutum esset, ne manifestus incestus, & illegitimum matrimonium permitteretur. Quinetiam tali affinitate non interveniente, quandoquidem à can. xcviii. Synodi in Trullo, & cap. ii. tit. lviii. lib. lx. & them. iii. cap. xii. tit. xxxvii. ejusdem lib. lx. satis constat eum, qui alteri desponsatam duxerit, adulterii crimine teneri, quando & sponsalia tunc pœnæ solutione dissolvebantur, & non ut hodie matrimonio æquivalebant, dico quæ ita perC mittuntur non esse extra periculum, adstipulante etiam præsentis Canonis authoritate.

ΖΩΝΑΡ. Εἰ τῇ οἰκείᾳ μνηστῇ ἀναγνώσης μεθ' ἣν πρὸ τῆ γάμου καὶ κείνης θελούσης, (τοῦτο γὰρ δηλοῖ ὁ σωαλλάξει) ἑνιαυτὸν ἀφορίζεται, εἶτα δέχεται μὴ προβιβαζόμενος εἰς μείζονα βαθμόν. ἐὰν δὲ ἄνδρ μνηστείας σωέλθῃ γυναικὶ, καὶ λόγους ἴσως ἐποιεῖτο μετ' αὐτῆς, ὥστε λαβεῖν αὐτὴν εἰς γυναῖκα, καὶ σωεζύγη αὐτῇ μὴ ζῶντα, ἐκπίπτει τῆς ὑπηρεσίας. ὁ αὐτὸ δὲ φησι καὶ περὶ ὑπηρέτου, ἤγουν ὑποδιακόνου. περὶ ᾧ ὁ ἓν φάκτον ἀποδοτέον ὁ περὶ τῆ ὑποδιακόνου ἤγουν ὁ ἐκπίπτειν αὐτὸν τῆς ὑπηρεσίας κλεψιγαμήσαντα. οὐ γὰρ ἐρῶται ὑποδιακόνῳ μὴ πλὴ χειροθεσίαν γυναῖκας μνηστεύεσθαι καὶ γάμον σωδιάκονιν. φησὶ γὰρ ὁ τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανὼν κε'. ζῶντα τ' εἰς κλῆρον προελθόντων ἀγάμων κελεύομεν βουλομένους γαμεῖν διακόνους καὶ ψάλτας μόνον. εἰ δέ τις κλεψιγαμήσας μὴ ζῶντα ὑπηρέτης γένοιτο, ἀξιούσθω τῆ βαθμοῦ αὐτῆ, διαγνωσθέντος τῆ ἁμαρτήματος.

D Zonar. Si cum sua sponsa Lector rem habuerit ante matrimonium, etiam volente illa, (id enim significat verbum illud σωαλλάξει) uno anno segregatus mox admittitur, ad majorem gradum nequaquam promovendus. Quòd si absque desponsatione cum muliere congrediatur, etsi forte de illa sibi uxore adjungenda cum eâ verba fecerit, etiamsi & postea eam duxerit, à ministerio excidit. Idem vero ait etiam de ministro nempe Hypodiacono. Ad unum porro factum referendum est, id quod de Hypodiacono dicitur: nimirum, ut à ministerio excidat, si matrimonium furtim iniverit. Nec enim hypodiacono permittitur, post impositionem manuum mulierem sponsam assumere, cumque illa conciliare nuptias. Hæc namque habet sanctorum Apostolorum canon vigesimus sextus; Ex iis, qui non ducta uxore ad clerum promoti sunt, jubemus, si velint, uxorem ducere Lectores & Cantores solos. Si quis autem postea minister furE tim matrimonium inierit, ubi crimen agnitum fuerit, de suo gradu dejicietur.

ΑΡΙΣΤ. Ὁ περὶ γάμου σωαλλάσσων ἀναγνώστης μνηστῇ μετ' ἑνιαυτὸν δεχθείς, μενέτω ἀναγνώστης ἀπρόκοπος, κλεψίγαμος ἤ, ἀπωθείσθω. τὸ αὐτὸ καὶ ὑπηρέτης.

Arist. *Lector qui ante nuptias rem cum sponsa habuit, post annum receptus, maneat Lector ulteriùs non promovendus qui furtivum vero iniit matrimonium, expellatur. Idem & minister.*

Ἀναγνώστης γυναῖκα μνηστευσάμενος, καὶ πρὸ τῆ γάμου μετ' αὐτῆς συμφθαρείς, ὅτι ἐνιαυτὸν ἀργήσει, καὶ οὕτω δεχθήσεται εἰς τὸ ἀναγινώσκειν, εἰς μείζονα προκοπὴν μὴ προβιβαζόμενος, ἀλλ' ὅτι τῆ αὐτῆ μένων βαθμῆ. ὁ ἢ δὲ πρὸ τῆς μνηστείας κλεψιγαμήσας πλέον τῆ βαθμῆ αὐτῆ μεταμνηθήσεται. τὸ αὐτὸ ἢ ὀπτέον καὶ ἐπὶ τοὺς ἀχειροτονήτους ὑπηρέτας τῆς ἐκκλησίας κρατήσει.

F Lector fœminam desponsans & ante matrimonium cum eâ corruptus, annum otiosus erit, & sic ad legendum recipietur, ad majorem promotionem non procedens, sed in eodem persistens gradu. Qui autem & ante desponsationem furtim coierit, gradu suo perfecte movetur. Idem autem supplicium & in eos Ecclesiæ ministros qui nullam habuerunt manuum impositionem obtinebit.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

## Canon LXX.

*Diaconus, qui pollutus est in labris, & se eo usque peccasse confessus est, à ministerio prohibebitur: ut autem sit sacramentorum cum Diaconis particeps dignus habebitur. Idipsum autem presbyter quoque. Si quid autem amplius peccasse quis deprehensus fuerit, in quocunque sit gradu, deponetur.*

Bals. Diaconum vel Sacerdotem, qui in labris pollutus peccatum confessus est, decernit sanctus esse à sacro ministerio arcendum, non tamen esse à sacramentorum quoque participatione prohibendum, sed intra sacrum tribunal cum gradu sibi æqualibus Sacerdotibus vel Diaconis communicare ei permittendum. Eum autem, qui non eo usque solum peccavit, sed amplius etiam lapsus est, vult esse deponendum. Hæc cum can. definiat, sæpe interrogatum est; Quid sit sacratum hominem in labris pollui? & dicebant aliqui, esse aliquem peccasse cum muliere ad lascivum & amatorium osculum, secundum Evangelicum dictum, quod est, Qui aspexit mulierem ad concupiscendum eam, mœchatus est cum eâ. Alii dicebant, quòd quidam Veneris igne ardenter inflammati, muliebri pudendo tanquàm poculo utuntur, & per ipsum (ô execrandi flagitii execrabilem potum) bibunt, & labra sua polluunt. Alii dicebant, nonnulli insano amore capti muliebre pudendum exosculantur: nec erubescunt, sed dicunt; Labra nostra penes nos sunt, quis nobis erit dominus? Ego autem legens Iulium Pollucem, inveni eum in secundo libro scriptorum suorum de nominibus nominantem μυρτοχειλίδας, & κρημνώματα, & πέρυγώματα, quæ sunt hinc & illinc prominentes muliebri pudendi partes & membra. Doctissimus quoque Aristoteles in sua physiologia de partibus animalium ea labra nominat. Multi quoque, qui scripta amatoria conscripserunt, ea & hiare, & expuere, & lingulis instructus esse dicunt. Existimo ergo, quòd qui est in sacris, si per istiusmodi labra pollutus fuerit, ut qui rem quidem valde exosam fecerit, ad tempus segregabitur. ut qui autem perfectum peccatum per coitum non commisit, non deponetur. Quia autem nonnulli dicunt, eum qui in labris pollutus est & confessus, debere deponi, quòd dicat sanctus eum non oportere ministrare, dicimus sanctum hoc noluisse. Etsi enim videatur esse supplicium acerbius ejus qui in labris pollutus est, ex eo quod non tempus definitum prohibitioni ministerij, sed non jam etiam appareret depositio. Illum enim deponendum esse decernit, qui majus aliquid per coitum perpetrarit.

Zonar. Habet hic canon ambiguitatem, proinde à nonnullis quidem alio modo, ab aliis rursum aliter intelligitur. Alii siquidem pollutum labiis accipiunt, eum nimirum qui ad osculum usque lascivum & amatorium cum muliere processit. Est enim id quoque pollutio. Etenim si vel ipse consensus in peccatum solus rationem coinquinare existimatur, multo plus sane habebit impuritatis, si quis ad osculum usque lascivum progrediatur. Hunc ergo à ministerio prohiberi dicunt, hoc est, ad tempus segregari, atque à diaconatus functionibus arceri, cum Diaconis verò sacramentorum solummodo participem esse, quasi satis pœnarum luat ex eo quod ad tempus à ministerio prohibeatur. Atque ad hujus sententiæ confirmationem, verba quæ deinceps in eodem canone subjiciuntur adducunt, quibus, si quisquam amplius peccaverit, deponi jubet. Ex eo afferentes sancti viri mentem declarari, temporaneam nempe prohibitionem decrevisse: ejusque prohibitionis tempus, exiguum videlicet, illius arbitrio, cui peccatis emendandi cura mandata est, permisisse. Alii vero perpetuam esse prohibitionem

## Κανων ὁ'.

Διάκονος ὁν χείλεσι μιανθεὶς, καὶ μέχρι τούτου ἡμαρτηκέναι ὁμολογήσας, τῆς λειτουργίας ἀπηχθήσεται· τῆ δὲ μετοχῆ τῶν ἁγιασμάτων μετὰ τῶν Διακόνων ἀξιωθήσεται. τὸ αὐτὸ δὲ καὶ πρεσβύτερος. εἰ δέ τι πλεῖον φωραθείη τις ἡμαρτηκὼς, ἐν οἵῳ ἂν ᾖ βαθμῷ, καθαιρεθήσεται.

Βαλσ. Τὸν ἐν χείλεσι μιανθέντα Διάκονον, ἢ ἱερέα, καὶ ἐξομολογησάμενον τὸ ἁμάρτημα, διορίζεται ὁ ἅγιος καλύειν τῆς ἱερουργείας, μὴ μήτοι γε δὲ καὶ τῆς τῶν ἁγιασμάτων μεταλήψεως ἀπείργειν, ἀλλὰ μεταλαμβάνειν ἐντὸς τοῦ ἁγίου βήματος, μετὰ τῶν ἰσοβάθμων αὐτῷ ἱερέων ἢ Διακόνων. Ὃς δὲ μὴ μέχρι τούτου ἡμαρτηκότα, ἀλλὰ καὶ εἰς πλέον ἐξολισθήσαντα, θέλει καθαιρεῖσθαι. Ζητῶ τῷ κανόνος διοριζομένου, πρωτήσαι πολλάκις, τί ἐστι τὸ ἐν χείλεσι μανθάνειν ἢ ἱερωμένους; καί τινες εἶπον, εἰ τὸ μέχρι φιλήματος ἐμπαθοῦς καὶ ἐρωτικοῦ πρὸς γυναῖκα γινομένου ἡμαρτηκέναι τινὰ, ἢ τὸ διαλογικὸν ῥητὸν τὸ λέγον, ὁ ἐμβλέψας γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτήν. ἄλλοι εἶπον, ὡς τινες τῷ ἀφροδισίῳ πυρὶ Διακῶς ἐκκαόμενοι, ὡς κύλικι χρῶνται τῷ γυναικείῳ αἰδοίῳ, καὶ δι' αὐτοῦ (ὦ τῆς μύσους καταπλυτὸν πόμα) πίνουσι, καὶ τὰ χείλη καταμαίνουσιν. ἕτεροι λέγουσιν, ὡς τινες ἐφωλομερμοιῶντες τὸ γυναικεῖον καταφιλοῦσιν αἰχύνην, καὶ οὐκ αἰχύνονται, ἀλλὰ λέγουσι, τὰ χείλη ἡμῶν τῶν ἡμῶν ἐστι, τίς ἡμῶν ἔσται κύριος; ἐγὼ δὲ ἀναγινώσκων τὸν Ἰούλιον Πολυδεύκη, εὗρον ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλίῳ τῆς ὀνομαστικῆς συγγραμμάτων αὐτοῦ, ὀνομάζοντα μυρτοχειλίδας, καὶ κρημνώματα, καὶ πέρυγώματα τὰ ἔνθεν κακεῖθεν μέρη καὶ μέλη τῆς γυναικείας αἰχένης. καὶ ὁ σοφώτατος δὲ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ περὶ ζώων μερῶν φυσιολογίᾳ αὐτοῦ χείλη ζοῦτα κατονομάζει. καὶ πολλοὶ δὲ ἐρωτικὰ μουσεργοιῶντες συγγράμματα κεχηνιῶσι ταῦτά φασι, καὶ ἀποπύειν, καὶ ὑπογλωττίοις σημαίνειν. νομίζω οὖν, ὅτι ὁ ἐπὶ τοιούτων χειλέων ὁπωσδήποτε μανθεὶς ἱερωμένος, ὡς μὴ ἔτι σῶν ἐργασίαν πεποιηκὼς περὶ καιρὸν ἀφοριεῖται· ὡς δὲ πλεῖον ἁμάρτημα ἐπὶ συνουσιασμοῦ μὴ ποιησάμενος, οὐ καθαιρεθήσεται. ἐπεὶ δή τινες λέγουσιν ὅτι ἐν χείλεσι μανθέντα καὶ ἐξομολογησάμενον, ὀφείλειν καθαιρεῖσθαι, ἐπὶ τὸ λέγειν ὅτι ἅγιον μὴ λειτουργεῖν τοῦτον, φαμὲν ὅτι ἀβούλητόν ἐστι τοῦτο τῷ ἁγίῳ. κἂν γὰρ ἐμφαίνεται δριμυτέραν εἶναι τὴν τιμωρίαν τὸν ἐν χείλεσι μανθάνοντα ἢ τὸν μὴ ὀφειλῆσαι καιρὸν τῆς ὑποσχέσεως τῆς λειτουργίας, ἀλλ' οὐκ ἤδη καὶ καθαίρεσις ἀναφαίνεται. ἐκεῖνον γὰρ ἐπιζητεῖται καθαιρεῖσθαι, τὸν καὶ πλέον τι ἔργον ἐπὶ συνουσιασμοῦ πεποιηκότα.

Ζωναρ. Ὁ πρὸ τοῦ κανὼν ἐν ἀμφιβολίᾳ ἐστὶν, ἄλλως μὲν πρὸ ἐνίων νοούμενος, ἑτέρως δ' αὖθις πρὸ ἄλλων. οἱ μὲν γὰρ, τὸν ἐν χείλεσι μανθάνοντα, ἤγουν τὸν μέχρι φιλήματος ἐμπαθοῦς, καὶ ἐρωτικῶς φθάσματα πρὸς γυναῖκα. μίασμα γὰρ καὶ τοῦτο. εἰ γὰρ ἡ συγκαταθέσεις εἰς ἁμαρτίαν λογίζεται μόνον ἐπιοῦσα τὸν λογισμὸν, πολλῷ πλέον εἴη ἂν ἀκαθαρσία, καὶ τὸ μέχρι φιλήματος ἐλθεῖν τινὰ ἐμπαθῆ γινόμενον. ἐπιχειρῶσι τῆς λειτουργίας φασὶν, ἤγουν ἐπὶ καιρὸν ἀφοριεῖσθαι, καὶ κωλυθῆναι τῆς τῶν ἁγίων ἐνεργείας, μετέχειν δὲ μόνον τῶν Διακόνων, ὡς ἀρκοῦντος εἰς τιμωρίαν τοῦ καιρικῶς κεκωλύσθαι τῆς Διακονίας. εἰς εὔτασιν τῆς γραφῆς κέχρηνται, τῷ τὸ πλέον τι ἁμαρτήσαντα καθαιρεῖσθαι. ἐκ τούτου λέγοντες δηλοῦσθαι τοῦ τοῦ ἁγίου, ὅτι καιρικὴν ὥρισε τὴν ἐπισχεσιν· ὁ τοῦ καιροῦ τῆς ἐπισχέσεως μέσον καταλιπὼν τῇ κρίσει τοῦ οἰκονομοῦντος αὐτόν. οἱ δὲ τὴν ἐπισχεσιν διωρισμένην λέγουσιν εἶναι καὶ

καὶ καθαίρεσιν ἀνύποπτος. δεῖ μηδὲ καιρὸν φασὶν ὁρισθῆναι τῇ δὲ μὴ πᾶσι διάκονον καινοτομεῖν ἀξιοῦσθαι αὐτὸν, δεῖ τε ἀμαρτήματος ἐλαφρότερον· ὃς δὲ καὶ εἰς πλέον προκοπτόντα καθαιρεῖσθαι παρίσησι ἅγιον, διὰ τῆς καθαιρέσεως τὴν τελείαν ἐκπίωσιν τοῦ ἐκ τοῦ οἰκείου βαθμοῦ τῆς ἁμαρτησόντος ἀποδηλοῦσθαι. τοιοῦτον γὰρ μηδὲ μετὰ πᾶσι διάκονον ἐντὸς τοῦ ἁγιάσματος μεταλαμβάνειν, ἀλλὰ μετὰ πᾶσι λαϊκοῖς. ἐγὼ δὲ τὴν προτέραν γνώμην, καὶ ὡς φιλανθρωποτέραν, καὶ διὰ τὸν κανόνα τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου, καὶ λέγοντα, ἐὰν προσέλθῃ τις ὑπανδρευθῆναι γυναικὸς συκαθευδῆσαι αὐτῇ, μὴ ἔλθῃ δὲ εἰς ἔργον αὐτῷ ἡ ἐνθύμησις, φαίνεσθαι ὅτι ὑπὸ τῆς χάριτος ἐρρύσθη. εἰ γοῦν ὁ ὑπανδρευθῆναι γυναικὶ, καὶ μέχρι κοίτης προβάς, εἰς ἔργον δὲ μὴ ἐξολισθήσας, ἀλλὰ πρὸ τῆς μίξεως εἰς ἑαυτὸν ἐλθόμενος, καὶ ἀποπηδήσας, καὶ τοῦ ἔργου ἀποσχόμενος, ὑπὸ τῆς χάριτος δικαιοῦται πιστεύεται, ὁ μόνῳ φιλήματι μανθεὶς, καὶ εἰς πλέον μὴ ἀποχωρήσας, μᾶλλον ἂν πιστευθείη δικαιοῦσθαι ὑπὸ τῆς χάριτος. ὃν δὲ ἡ χάρις ἐρρύσατο, πῶς ἄν τις κατακρινεῖ; καὶ ζητῶ βαρεῖαν οὕτω καταίκρισιν ἤγουν ἐκπίωσιν τοῦ οἰκείου βαθμοῦ;

A ac depositionem procul dubio asserunt. Proinde nec ullum quidem tempus definitum esse aiunt; verùm ipsi cum Diaconis communicandi potestatem esse factam ob levitatem criminis: qui vero gravius peccaverit, huic sancti viri decreto depositionem irrogatam, depositionis verbo perpetuam ejus, qui peccavit, è suo gradu dejectionem indicando. Ejusmodi enim homini nec cum Diaconis intra septa altaris communicandi facultatem esse, sed una cum laicis. Ego vero priorem amplector sententiam, tum quia benignior est, tum ob synodi Neocæsariensis canonem, qui sic habet. Si quis proposuerit concupiscere mulierem ad dormiendum cum ipsa, ejus autem desiderium ad opus non venerit, videtur esse à gratia liberatus. Ergo si qui cum muliere dormire optavit atque usque ad concubitum processit, cæterum in opus minime est delapsus, verum priusquam illi committeretur seipse collegit, ac se proripiens ab opere abstinuit, creditur à divina gratia esse liberatus; qui solo pollutus est osculo, nec ultra progressus est, multo magis à gratia liberatus esse existimabitur. Quem porro gratia liberavit, quonam modo quispiam condemnet; idque gravi adeo damnatione, quæ nimirum à proprio gradu depositionem contineat?

ΑΡΙΣΤ. Ὁμολογήσαντες πρεσβύτερος, ἢ διάκονος χείλεσι μεμιανθῆναι, τῆς λειτουργίας εἰργόμενοι, τῶν ἁγιασμάτων μετεχέτωσαν· εἰ δέ τι πλέον τούτου φανείη ἁμαρτηκώς, καθαιρεθήσεται.

C ARIST. *Presbyter & Diaconus confessi se labiis coinquinatos, à ministerio depulsi, sacramentorum sint participes. Si quid autem amplius quispiam peccasse deprehendatur, deponetur.*

Τὸ ἐν χείλεσι μεμιανθῆναι, διαφόρως ἑρμηνεύεται. πλὴν ἔγγραφος παράδοσιν μὴ χρὴ, διὰ τὸ τῆς πράγματος αἰσχρόν. εἴ τις δὲ τῶν διακόνων, ἢ πρεσβυτέρων τῷ τοιούτῳ ἁμαρτήματι περιπέσῃ, κατὰ τὸν παρόντα κανόνα τὸ ὑπήκοον δέξεται.

Illud in labris pollutum esse variè intepretatur. Sed in scriptis tradi non oportet propter rei turpitudinem. Si quis autem è Diaconis aut Presbyteris in istiusmodi peccatum inciderit, supplicium juxta hunc canonem recipiet.

## ΚΑΝΩΝ οα'.

## CANON LXXI.

Ὁ συνεγνωκὼς ἑκάστῳ τῶν προειρημένων ἁμαρτημάτων, καὶ μὴ ὁμολογήσας, ἀλλ' ἐλεγχθείς, τοσούτου χρόνου, εἰς ὃν ὁ ἐργάτης τῶν κακῶν ὑπετίμησεν, καὶ αὐτὸς ἔσται ἐν ὑποτιμίᾳ.

D *Qui uniuscujusque prædictorum peccatorum fuit conscius, & non confessus, sed convictus est, tanto tempore, quanto malorum effector punitus est, ipse quoque punietur.*

ΒΑΛΣ. Τοὺς συνειδότας τισὶν ἁμαρτήμασιν οἷα δήπουθεν ἁμαρτήματα, καὶ μὴ ὁμολογοῦντας αὐθαιρέτως ταῦτα τοῖς Ἐπισκόποις, ἀλλὰ συγκαλύπτοντες αὐτὰ, διορίζεται ὁ ἅγιος μὴ ἔλεγχον πρώτως νόμιμον ὁμοίως τοῖς ἁμαρτησόσι τὰ κακὰ ὑποπεμφθῆναι. συνεγνωκότα δὲ ἐνταῦθα μὴ εἰπὼν ἔχοντα εἰδήσιν μόνον, καὶ μὴ δυνάμενον καλύπτειν, μηδὲ συμβουλεύσαντα κακοπελοῦς διαθέσεως· ἀλλὰ συμπροάξαντα, ἢ συναιρόμενον, ἢ συμβουλεύσαντα μὴ δόλου, ἢ ἔχοντα εἰδήσιν & δυνάμενον καλύπτειν, καὶ μὴ κωλύσαντα. φησὶ γὰρ ὁ β'. θέμα τῆς μή. κεφ. τῆς ια'. τίτλου τῆς ξ'. βιβλίου, ὅτι ὁ γινώσκων τὸν κλέπτοντα, κἂν μὴ καταμαρτύρῃ αὐτὸν, σὺν ἔστι κλέπτης. ὁ δὲ κρύπτων & κλέπτοντα κλέπτης ἐστί. καὶ ὁ β'. θέμα τῆς ν'. κεφ. τῆς αὐτῆς βιβλίου, καὶ τίτλου, συνουσῇ καὶ συμβουλῇ γίνεται, ὅταν ἀπὸ τῆς ἔχθρας γένηται τοῦ κλεπτομένου. ὥσπερ γὰρ ἡ κλοπὴ, οὕτως καὶ ἡ συνουσὴ χωρὶς δόλου κακοῦ οὐ γίνεται. καὶ συμβουλεύσῃ μὲν ὁ πρὸς κλοπὴν ὑποτιθέμενος· συνουσάζει δὲ ὁ ὑπηρεσίαν τινὰ καὶ βοήθειαν ὅτι τῇ κλοπῇ ἀφερόμενος, καὶ ξγ'. κεφ. ὁ δείξας τῷ φεύγοντι πρὸ ὁδὸν σὺν ἔστι κλέπτης. καὶ κεφ. γ'. τῆς ς'. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου, ὁ ἀδόλως συμβουλεύσας, οὐκ ἔνοχός ἐστιν, οὔτε ὁ παιγνικῶς. καὶ ὁ παλαιὸς τῆς ια'. κεφ. τοῦ αὐτοῦ βιβλίου καὶ τίτλου· ἀπὸ μόνης γὰρ συμβουλῆς οὐ πίπτεται φούρτι. καὶ ὁ ἱεροψάλτης ὁ Δαβὶδ οὐ κολάζει θεωροῦντα κλέπτην ἢ μοιχὸν, ἀλλὰ τὸν συντρέχοντα, ἤτοι συμπροάγοντα τῷ κλέπτῃ, καὶ συμμεριζόμενον, τουτέστι κοινωνοῦντα μετὰ τοῦ μοιχοῦ τὸ ἁμάρτημα. ὁ γοῦν εἰδήσιν μόνον ἔχων τοῦ κακοῦ, καὶ μὴ δυνάμενος κωλύσαι, καὶ ὁ συμβουλεύσας χωρὶς κακοπελοῦς διαθέσεως, σὺν ὑπ-

ΒΑΛΣ. Qui conscii sunt nonnullis peccata aliqua committentibus, nec hæc sua sponte Episcopis confitentur, sed ea celant, statuit sanctus, post legitimam accusationem, eos æque puniri, ac qui mala perpetrarunt. Conscium autem hîc ne dixeris eum qui solam habet scientiam, & prohibere non potest, nec eum qui consuluit absque improba affectione: sed eum qui opem & auxilium tulit, vel dolosè consuluit; vel eum qui scit & potest prohibere, nec prohibuit. Dicit enim ii. thema xlviiii. cap. xi. tit. lx. lib. quòd qui novit furem, etiamsi eum non revelaverit, fur non est. Qui autem furem occultat, fur est. Et ii. thema l. cap. ejusdem libri & tit. studio & consilio fit, quando fit propter odium ejus cui furto quid auferatur. Sicut furtum enim ita & studium non fit sine dolo malo. Et consulit quidem, qui furtum suadet: studet autem, qui operam aliquam & auxilium ad furtum præbet. Et lxiii. cap. Qui fugienti viam ostenderit non est fur. Et cap. iii. vi. tit. ejusdem lib. Qui sine dolo consuluit, non tenetur, nec qui per ludum. Antiqua quoque xi. cap. ejusdem libri & tit. Ex solo enim consilio furti actio non nascitur. facer quoque psaltes David non punit eum, qui furem vel adulterum aspectat, sed eum qui currit cum fure, vel ei fert auxilium, & eum qui dividit, hoc est commune facit cum adultero peccatum. Qui ergo mali tantum habet scientiam, & non potest prohibere, & qui consuluit absque improba affectione non punientur.

Qui autem scivit, & cum prohibere posset non prohibuit, & qui malo animo consuluit, multo autem magis qui opem tulit, punietur. Nota autem quòd ubique confessio levat pœnam, probatio autem eam auget.

A τιμηθήσονται. ὁ δὲ εἰδὼς, καὶ δυνάμενος κωλύσαι, καὶ μὴ κωλύσας, καὶ ὁ κακοβελῶς συμβουλεύσαμενος, πολλῷ μᾶλλον ὁ συμπράξας, τιμωρηθήσεται. σημείωσαι δὲ ὅτι πάντα χρὴ ἡ ἐξομολόγησις κουφίζῃ τὸν κόλασιν· ὁ δὲ ἔλεγχος μεγαλύνει αὐτόν.

Zonar. Cum de criminibus Presbyterorum & Diaconorum & aliorum qui in Ecclesiasticis ordinibus constituti sunt, hucusque vir sanctus sermonem habuerit: nunc de iis, qui peccatorum illis conscii sunt, decernit, dicens; Siquis admissorum ab iis, quos enumeravimus, hominibus criminum conscius fuerit, nec ea fuerit confessus, ac Episcopo aperuerit, quinimo ea occulte, & cum sciret, silentio texisse & celâsse ea sit convictus, B tanto tempore, quanto is qui crimen admisit, ipse quoque punietur.

ΖΩΝΑΡ. Εἰπὼν περὶ ἁμαρτημάτων πρεσβυτέρων καὶ διακόνων καὶ τῶν λοιπῶν ἐκκλησιαστικῶν ταγμάτων ὁ ἅγιος, νῦν καὶ περὶ τῶν συνειδότων αὐτοῖς ἁμαρτήματα διατάττεται λέγων· ὡς ὁ συνειδὼς τισὶ τῶν εἰρημένων ἁμαρτήματα, καὶ μὴ ὁμολογήσας καὶ δῆλα θέμενος τῷ Ἐπισκόπῳ αὐτῷ, ἀλλὰ συγκαλύπτων ταῦτα, ἐλεγχθεὶς δὲ ὅτι εἰδὼς ἐσιώπα καὶ συνέκρυπτε ταῦτα, ὅση πρώτην χρόνον καὶ αὐτὸς ὑπολιμηθήσεται, ἐφ' ὅσον ὁ τὸ ἁμαρτίαν πεποιηκώς.

Arist. *Qui conscius est cuipiam, & celat, eidem pœnæ subjicitur.*

ΑΡΙΣΤ. Ὁ συνεγνωκὼς ἑκάστῳ, καὶ ἀποκρύπτων, τὸ ἴσον ὑποτίμητος.

Si quis conscius sit cuilibet peccatum aliquod è prædictis peccatis admittenti, & illud non confiteatur, sed peccatum celâsse convincatur; idem subibit supplicium, & tali tempore quale & quantum ipse malorum operator luet.

Εἰ δέ τις συνοῖδέ τινι ἁμαρτάνοντι ἁμάρτημά τι τῶν προειρημένων ἁμαρτημάτων, καὶ οὐχ ὁμολογήσῃ αὐτὸ, ἀλλ' ἐλεγχθῇ δὲ ἁμάρτημα ἀποκρύπτων· τὸ αὐτὸ δέξεται ὑποτίμιον, καὶ ὃν ποσοῦτον χρόνον, ὅσῳ, καὶ ὅσον, ὁ τῶν κακῶν ἐργάτης ὑποτιμηθήσεται. C

## Canon LXXII.

*Qui se vatibus, vel ejusmodi aliis tradit, ipse quoque homicidarum tempore punietur.*

## ΚΑΝΩΝ οβ'.

Ὁ μάντεσιν ἑαυτὸν ὑποδοὺς, ἢ τισι τοιούτοις, ὃν χρόνον τῶν φονέων καὶ αὐτὸς ὑποτιμηθήσεται.

Bals. In xxv. cap. ix. tit. præsentis operis, & in xx. cap. xiii. tit. multa scripsimus de vatibus, magis, & similibus, & lege ea & qui in iis capitibus declarantur canones & leges, & scies quomodo hi puniantur civiliter & Ecclesiasticè. Nunc autem sanctus decernit eos, qui se ejusmodi hominibus dedunt, homicidarum quoque tempore puniri. Quia autem nonnulli præsentem D canonem interpretantes dicebant, eos sic quoque puniri debere, qui ad mulieres accedunt, quæ cum hordeo se quædam incerta, vel etiam futura revelare profitentur; dico esse differentiam vatum, & incantatricum vetularum quæ per incantationes simpliciores seducunt. Illi enim dæmones invocant: hæ verò virtutem potiùs & sanctificationem simulantes, cum divinis canticis futura nonnunquam describunt, & quæ sunt obscura per hordeum proferunt; ut faciunt & quæ dicuntur κειρῆσαι, & qui saccos pannosque induunt bene barbati & comati monachi. Ii enim & seducentes & E seducti futura vaticinantur, tanquam ab angelica renunciatione edocti. Debent itaque, qui non Deum negarunt, sed per improbitatem sanctitatem simulant, ut mihi videtur, mitius & non instar eorum qui Deum negaverunt, puniri. Sin autem dixeris hordei latrices & incantatrices aniculas dæmones invocare, eæ quoque necessariò, ut magi & vates, extremo supplicio punientur. Lege & lxxxiii. can. præsentis sancti, & quæ in eo sunt.

Βαλσ. Ἐν τῷ κέ. κεφ. τοῦ β'. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, καὶ ᾧ κ'. κεφ. τοῦ ιγ'. τίτλου, διάφορα ἐγγράφαμεν περὶ μάντεων, μάγων, καὶ τῶν ὁμοίων, καὶ ἀναγνωθὶ ταῦτά τε, καὶ τοὺς ἐν τοῖς αὐτοῖς κεφ. δηλουμένους κανόνας τε καὶ νόμους, καὶ μάθῃς ὅπως οὗτοι κολάζονται πολιτικῶς τε καὶ ἐκκλησιαστικῶς. ἁρπίως γὰρ ὁ ἅγιος διορίζεται τοὺς ἀνατιθεμένους ἑαυτοὺς τοιούτοις τισὶ καὶ τοὺς χρόνους τῶν φονέων ὑποτιμᾶσθαι. ἐπειδή τινες ἑρμηνεύοντες καινόν τινα εἶπον, ὀφείλειν οὕτως ὑποτιμᾶσθαι καὶ τοὺς προσερχομένους γυναιξὶ μὴ κριθὰν ἐπαγομέναις διακαλύπτειν ἄδηλά τινα, ἢ καὶ μαντεύεσθαι, λέγω ὅτι διάφορά ἐστι μαντέων γοητευτῶν, καὶ γοητευτῶν γραῶν διὰ ἐπασμάτων τοὺς ἁπλουστέρους ἀπατώντων. οἱ μὲν γὰρ δαίμονας ἐπικαλοῦνται· αἱ δὲ μᾶλλον ἀρετῷ καὶ ἁγιασμῷ ὑποκρινόμεναι, μετ' ἀσείων ψαλτῳδημάτων ὁνίοτε χειρογραφοῦσι τὰ μέλλοντα, καὶ κειροφορεῦσι τὰ ἄδηλα, καλῶς ποιοῦσι καὶ αἱ λεγόμεναι κείρεσιαι, καὶ οἱ σακκενδυτοῦντες καὶ οἱ βακκενδυτιῶντες ἠῦγένειοι, ἠῦκομοι, μοναχοί. καὶ οὗτοι γὰρ πλανῶντες τε καὶ πλανώμενοι, τὰ μέλλοντα προφοιβάζουσιν, ὡς ἐξ ὑποφητείας ἀγγελικῆς. διά τοι τοῦτο ὀφείλουσιν οἱ μὴ ἀρνησάμενοι θεὸν, ἀλλὰ διὰ λειτουργείαν ἀγιωσύνης ὑποκρινόμενοι, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, μετριωπέρως καὶ μὴ κατὰ τοὺς ἀρνησιθέους κολάζεσθαι. εἰ δὲ εἴπῃς τὰ κειροφόρα, καὶ γυναικοῖοκα γραΐδια δαίμονας ἐπικαλεῖσθαι, ἐξ ἀνάγκης καὶ αὗται κατὰ τοὺς μάντεις καὶ μάγους ἐσχάτως ὑποτιμηθήσονται. ἀνάγνωθι καὶ τὸν ϖγ'. κανόνα τῶν παρόντος ἁγίου, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ.

Zonar. Vaticinia olim erant, quæ falsis Diis edebantur prædictiones, vel quæ ad quæstiones responsa dabantur. Porrò, quamvis oracula post assumptam à Domino carnem defecerint, tamen his quoque temporibus, per incantationes & dæmonum ministeria, vaticinia quædam proferuntur; etiamsi mendacii pleraque convincantur: Qualia sunt quæ à nonnullis mulieribus fiunt, quæ hordeum in manibus habentes, quædam per illud divinant; aliæ vero cineri incumbentes, futura quædam prædicunt. Adjungantur hisce præterea, qui se ex astris ventura nosse profitentur, & qui eos consulunt; quos quidem omnes, homicidarum pœnis mulctandos esse decernit.

ΖΩΝΑΡ. Μαντεῖαι μὲν πάλαι ἦσαν, αἱ περὶ τῶν ψευδωνύμων θεῶν γινόμεναι προρρήσεις, ἢ πρὸς ἐρωτήσεις ἀποκρίσεις. εἰ δὲ καὶ τὰ χρηστήρια ἐκλελοίπασι μετὰ τὴν σάρκωσιν τοῦ κυρίου, ἀλλὰ καὶ νῦν γίνονταί τινα διὰ ἐπῳδῶν καὶ ἐνεργείας δαιμονικῆς προρρήσεις, εἰ καὶ ψευδεῖς αἱ πλείους ἐλέγχονται. οἷαι εἰσὶ, καὶ αἱ διὰ γυναικῶν τινῶν γινόμεναι, αἳ κριθὰς ἐν χερσὶ τιθεῖσαι διά τινων προλέγουσί τινα· ἄλλαι δὲ σποδιᾷ ὑποκύπτουσαι, προμηνύουσί τινα μέλλοντα. συναριθμήσωσθω τούτοις, καὶ οἱ ἐκ τῶν ἀστέρων προγινώσκειν λέγοντες τὰ ἐσόμενα, καὶ οἱ τούτοις χρώμενοι, οὓς πάντας τῷ ὑποτιμίῳ τῶν φονέων καθυπάγει.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ΑΡΙΣΤ. Ὁ μάντεσιν, ἢ πιστοῖς ποιν ἑαυτὸν δῶς, τὸν χρόνον τῶν φονέων οἰκονομηθήσεται.

A ARIST. *Qui vatibus vel ejusmodi aliis se tradit, homicidarum tempus ei constituetur.*

Ὁ μὴ ἑαυτὸν ὑποδοὺς μάντεσιν, ἢ γόησιν, ἢ φαρμακοῖς, ὑπὲρ τοῦ μαθεῖν τὴν κακοτεχνίαν αὐτῶν· ὡς ὁ ἑκουσίως φονεύων ὑποτιμηθήσεται. Ὁ δὲ πιστεύων μάντεσιν, εἰσάγων αὐτοὺς εἰς τὸν οἶκον ἑαυτοῦ, ὑπὲρ ἀνευρέσεως καὶ καθάρσεως φαρμακειῶν, ἢ ἀποκαλύψεως πινῶν, ἀπορρήτων, ἐξαετίαν ὑποτιμᾶται· ὡς ὁ ἐξηκοστὸς πρῶτος κανὼν τῆς ἐν τῷ πρώτῳ ἕκτης συνόδου διαλαμβάνει, καὶ ὁ ὀγδοηκοστὸς τρίτος τῆς ἁγίας ταύτης τρίτης ὑποτολῆς τοῦ μεγάλου Βασιλείου.

Qui se vatibus, aut præstigiatoribus, aut veneficis tradit, ut malas istorum artes discat; ut voluntariè occidens, punietur. Sed qui talibus fidem habet, eosque in domum suam introducit, ad veneficiorum inventionem aut purgationem, aut secretorum quorumdam revelationem, sexennium punietur. Ut lxi. sextæ in Trullo Synodi canon decernit, nec non lxxxiii. tertiæ hujus magni Basilii Epistolæ quæ sub manu est.

B

## ΚΑΝΩΝ ογ΄.

Ὁ τὸν Χριστὸν ἀρνησάμενος, καὶ φθάσας τὸ τῆς σωτηρίας μυστήριον, ὀφείλει πάντα τὸν χρόνον τῆς ζωῆς αὐτοῦ θρηνεῖν ἐφ' ἑαυτῷ, καὶ ἐξομολογεῖσθαι χρεών ἐστιν· ἐν ᾧ δὲ ἀπολύεται τοῦ βίου τὸν ἀγιασμάτων ἀξιούσθω μετάληψιν. ἐν δὲ τῇ ἐσχάτῃ ἀναπνοῇ ἀξιούσθω τῆς τῶν ἁγιασμάτων μεταλήψεως· τοῖς δὲ ἐν Ἀγκύρᾳ συνόδου, καὶ τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Πέτρου, μηδένα ζημιοῦν καθυποβαλλόντων ἑκάστῳ ὑποτιμίᾳ ἀκοινωνησίας, καὶ οἷς ἐναντιωμένων τῷ νῦν κανόνι, εἰπεῖν ὅτι ἀνάλογα ἔθεντο οἱ πατέρες ταῖς ἐπιτιμίαις πρὸς τοὺς ἰδίους καιρούς. οἱ μὲν γὰρ τότε ἐν καιροῖς διωγμῶν σφοδρῶν διῆγον, ὅτε καὶ ἡ πίστις ἀσθενεστέρα ἦν· καὶ διὰ τοῦτο τοῖς ὑποπίπτουσι μετριώτερον προσεφέροντο, συγκαταβαίνοντες διὰ τὴν ἀνάγκην τῶν διωκόντων. ὁ δὲ μέγας Βασίλειος ἐν καιρῷ τυγχάνων ὅτε ἡ πίστις ἐπλατύνθη καὶ βεβαιοτέρα ἐγένετο, σφοδρότερον προσεφέρετο τοῖς ἀρνουμένοις τὴν πίστιν. ἢ εἰπεῖν ὅτι οἱ μὲν πατέρες διετάξαντο περὶ τῶν κατὰ βίαν τυραννικὴν ἀρνησαμένων Χριστόν, καὶ διὰ τοῦτο κωφίζουσι τὰς ὑποτιμίας· ὁ δὲ πρῶην κανὼν διαλαμβάνει περὶ τοῦ ἑκουσίως καὶ χωρὶς ἀνάγκης τινὸς ἀρνησαμένων Χριστόν, καὶ διὰ τοῦτο βαρεῖαν κέλευσιν ἐπάγει αὐτοῖς. Ὃ δὲ προσκλαίειν τούτους καὶ ἐξομολογεῖσθαι δι' ὅλης τῆς οἰκείας ζωῆς, λέγουσί τινες μὴ ἐκλαμβάνεσθαι εἰς τὸ ἴσασθαι αὐτοὺς καὶ εἰς τὸν τόπον τοῦ προσκλαόντων. τοῦτο γάρ φασιν ἔξω τῆς συμπαθείας εἶναι τοῦ ἁγίου καὶ τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας τὸ νικῶσι πᾶσαν ἁμαρτίαν, διὸ καὶ ἀξιοῦσι προσκλαίειν μὲν τούτους, καὶ ἐξομολογεῖσθαι τὸ ἁμάρτημα δι' ὅλης τῆς οἰκείας ζωῆς, τοὺς τόπους δὲ τῶν ἐπιτιμίων ἀνύειν καὶ τοὺς κανόνας τοὺς ἐν Ἀγκύρᾳ συνόδου· τῆς μέντοι μεταλήψεως τῶν ἁγιασμάτων οὐκ ἀξιωθήσονται, εἰ μὴ ἐν ταῖς τελευταίαις ἀναπνοαῖς. ταύτῃ δὲ τῇ γνώμῃ συντίθεμαι καὶ αὐτὸς, ὡς φιλανθρωποτέρᾳ, καὶ ὅτι οὐδὲ ἀπὸ τῶν ῥημάτων τοῦ ἁγίου ἀναφαίνεται τὸ ἴσασθαι τὸν ἔτως ἁμαρτηκότα εἰς τὸν τόπον τῶν προσκλαιόντων.

## Canon LXXIII.

*Qui Christum negavit, & salutis mysterium transgressus est, eum toto vitæ suæ tempore oportet deflere, & confiteri convenit, in tempore quo è vita excedit, Sacramento dignum habitum, propter fidem divinæ clementiæ.*

Bals. Canon quidem clarus est: statuit enim ut qui Christum Dominum nostrum negaverunt, & ejus quæ in carne fuit œconomiæ mysterium non susceperunt, defleant & confiteantur toto tempore vitæ suæ, in sola autem extrema respiratione digni habeantur Sacramentorum participatione. Cùm autem Ancyrana Synodus, & sacrosanctus Martyr Petrus extremo excommunicationis supplicio neminem subjiciant, & præsenti canoni veluti adversentur, dic quod patres statuerunt poenas suis temporibus convenientes. Qui enim erant temporibus vehementium persecutionum, quando etiam fides non erat valde stabilis, & propterea in eos qui labebantur, se mitius gerebant, unà condescendentes propter persecutorum necessitatem. Magnus autem Basilius qui erat eo tempore quo fides dilatata firmiorque facta est, fuit vehementior in eos qui fidem negabant. Vel dic, quòd patres quidem de iis statuerunt qui per vim tyrannicam Christum negarunt, & ideò pœnas mitigant. Præsens autem canon de iis decernit qui sua sponte, & sine aliqua necessitate Christum negaverunt, & propterea gravem illis poenam inflixit. Illos autem deflere, & per totam vitam confiteri, dicunt nonnulli non accipi ad hoc ut ponantur in loco deflentium. Hoc enim, inquiunt, est à sancti misericordia, & Dei clementia, quæ vincit omne peccatum, alienum; ideo volunt eos quidem deflere, & peccatum confiteri toto vitæ tempore, sed loca poenarum peragrare secundum canones Ancyranæ Synodi. Sed Sacramentorum communione digni non habebuntur, nisi in extrema respiratione. Ei autem sententiæ assentior & ipse, ut humaniori, & quòd nec sancti quidem verbis apparet eum qui sic peccavit statui in loco peccatorum deflentium.

BALS. Ὁ μὲν κανὼν σαφής ἐστι. διορίζεται γὰρ τοὺς ἀρνησαμένους Χριστὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ μὴ δεξαμένους τὸ μυστήριον τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας αὐτοῦ, προσκλαίειν καὶ ἐξομολογεῖσθαι ὅλον τῆς ζωῆς αὐτῶν τὸν χρόνον· κατὰ μόνας δὲ τοὺς τελευταίας ἀναπνοὰς ἀξιοῦσθαι τῆς τῶν ἁγιασμάτων μεταλήψεως· τοῖς δὲ ἐν Ἀγκύρᾳ συνόδου, καὶ τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Πέτρου, μηδένα ζημιοῦν καθυποβαλλόντων ἑκάστῳ ὑποτιμίᾳ ἀκοινωνησίας, καὶ οἷς ἐναντιουμένων τῷ νῦν κανόνι, εἰπεῖν ὅτι ἀνάλογα ἔθεντο οἱ πατέρες ταῖς ἐπιτιμίαις πρὸς τοὺς ἰδίους καιρούς. οἱ μὲν γὰρ τότε ἐν καιροῖς σφοδρῶν διωγμῶν διῆγον, ὅτε καὶ ἡ πίστις ἀσθήρικτος ἦν· καὶ διὰ τοῦτο τοῖς παραπίπτουσι μετριώτερον προσεφέροντο, συγκαταβαίνοντες διὰ τὴν ἀνάγκην τῶν διωκόντων. ὁ δὲ μέγας Βασίλειος ἐν καιρῷ τυγχάνων ὅτε καὶ ἡ πίστις ἐπλατύνθη καὶ βεβαιοτέρα ἐγένετο, σφοδρότερον προσεφέρετο τοῖς ἀρνουμένοις τὴν πίστιν. ἢ εἰπεῖν ὅτι οἱ μὲν πατέρες διετάξαντο περὶ τῶν κατὰ βίαν τυραννικὴν ἀρνησαμένων Χριστόν, καὶ διὰ τοῦτο κωφίζουσι τὰς ὑποτιμίας· ὁ δὲ πρώην κανὼν διαλαμβάνει περὶ τοῦ ἑκουσίως καὶ χωρὶς ἀνάγκης τινὸς ἀρνησαμένων Χριστόν, καὶ διὰ τοῦτο βαρεῖαν κέλευσιν ἐπάγει αὐτοῖς. Ὃ δὲ προσκλαίειν τούτους καὶ ἐξομολογεῖσθαι δι' ὅλης τῆς οἰκείας ζωῆς, λέγουσί τινες μὴ ἐκλαμβάνεσθαι εἰς τὸ ἴσασθαι αὐτοὺς καὶ εἰς τὸν τόπον τοῦ προσκλαόντων. τοῦτο γάρ φασιν ἔξω τῆς συμπαθείας εἶναι τοῦ ἁγίου καὶ τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας τὸ νικῶσι πᾶσαν ἁμαρτίαν, διὸ καὶ ἀξιοῦσι προσκλαίειν μὲν τούτους, καὶ ἐξομολογεῖσθαι τὸ ἁμάρτημα δι' ὅλης τῆς οἰκείας ζωῆς, τοὺς τόπους δὲ τῶν ἐπιτιμίων ἀνύειν καὶ τοὺς κανόνας τοὺς ἐν Ἀγκύρᾳ συνόδου· τῆς μέντοι μεταλήψεως τῶν ἁγιασμάτων οὐκ ἀξιωθήσονται, εἰ μὴ ἐν ταῖς τελευταίαις ἀναπνοαῖς. ταύτῃ δὲ τῇ γνώμῃ συντίθεμαι καὶ αὐτὸς, ὡς φιλανθρωποτέρᾳ, καὶ ὅτι οὐδὲ ἀπὸ τῶν ῥημάτων τοῦ ἁγίου ἀναφαίνεται τὸ ἴσασθαι τὸν ἔτως ἁμαρτηκότα εἰς τὸν τόπον τῶν προσκλαιόντων.

ZONAR. Hic quidem vir sanctus, indiscrete omnes qui Christianismum negaverunt, toto vitæ tempore, à communione arceri, ac deflere jubet. Alexandrinus vero Archiepiscopus, & sanctus Martyr Petrus, multa discrimina, in suis canonibus, eorum qui fidem negavere, constituit, ac varia tempora luendarum ab ipsis poenarum decernit; toto autem vitæ tempore, neminem à communione arcet. Tum Ancyrana quoque Synodus, quæ ipso quoque sancto Martyre Petro antiquior est, multas eorum qui immmolaverunt divisiones statuit, aliaque aliis tempora mulctarum præscribit, cæterum ad usque vitæ exitum, neminem à communione prohibendum esse definivit. Dixerit vero quispiam mulctas à Patribus pro temporum suorum ratione fuisse constitutas. Nam alii quidem temporibus vehementium persecutionum vixerunt, cum adhuc fides minus firmas



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

radices egisset, ac proinde cum iis qui lapsi fuerant, A mitius agebant, una descendentes, ob necessitatem persecutionum. Magnus vero Basilius, cum per ea tempora viveret, quibus late susa erat fides, ac firmior facta, res autem Græcorum in angustum valde contractæ, in eos qui fidem negassent severiorem se præbuit, quod sponte, & sine vi lapsi sunt, ac propterea toto vitæ tempore, communionis expertes ipsos manere jussit.

ARIST. *Qui Christum negavit, totam vitam pœnitentiam aget.*

Qui Christum negavit, totum vitæ suæ tempus deflere debet, & in vitæ exitu communione dignus judicetur. B

μειζότερον προσφέροντο, συγκαταβαίνοντες διὰ τὴν ἀναγκαίαν διωγμῶν. ὁ δὲ μέγας Βασίλειος ἐν καιρῷ τυγχάνων, ὅτε ἡ πίστις ἐπλατύνθη, καὶ βεβαιοτέρα ἐγένετο, διὰ δὲ τὸν Ἑλληνισμὸν εἰς στενὸν κατώτητο κομιδῆ, τοῖς ἀρνουμένοις τὴν πίστιν σφοδρότερον προσφέρετο, ὡς ἑκουσίως καὶ βίαιον χωρεῖς ἐμπίπτοιεν, καὶ διὰ τοῦτο ἀκοινωνήτους αὐτοὺς διὰ βίου μένειν ὥρισατο.

ΑΡΙΣΤ. Ὁ ἀρνησίχριστος, διὰ βίου μετανοείτω.

Ὁ γὰρ χριστὸν ἀρνησάμενος πάντα τὸν τῆς ζωῆς αὐτοῦ χρόνον ὀφείλει προσκλαίειν· ὃν δὲ τῇ ἐξόδῳ τοῦ βίου, ἀξιούσθω τῆς κοινωνίας.

## CANON LXXIIII.

*Si autem unusquisque eorum qui in prædictis peccatis fuêre, confessus bonus evaserit, & is cui à Dei benignitate ligandi & solvendi credita est potestas, si fiat clementior, videns summam ejus, qui peccavit confessionem, ad diminuendum pœnarum tempus, non erit dignus damnatione, cùm quæ est in scripturis, nobis historia significet, quod qui cum majori labore confitentur, Dei misericordiam celerius apprehendant.* C

## ΚΑΝΩΝ οδ'.

Ἐὰν οὖν τινες ἕκαστος τῶν ἐν τοῖς προγεγραμμένοις ἁμαρτήμασι ἁλισκομένων, καὶ ἀγαθὸς ἐκβὰς ἐξομολογούμενος, ὁ παρὰ θεοῦ τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας λύειν, καὶ δεσμεῖν, εἰ φιλανθρωπότερος γένοιτο, ὃ τάχιον τῆς ἐξομολογήσεως ὀφεῖλον ἡμαρτηκὼς, εἰς ὃ ἐλαττῶσαι τὸν χρόνον τῶν ἐπιτιμίων, οὐκ ἔστι καταγνώσεως ἄξιος, τῆς γὰρ ταῖς γραφαῖς ἱστορείας, γνωρίζούσης ἡμῖν, τοὺς μετὰ μείζονος πόνου ἐξομολογουμένους ταχέως παρὰ τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίαν καταλαμβάνειν.

BALS. Ne quis propter temporalium pœnarum longitudinem tristitia afficiatur, dicit sanctus quod regionis Pontifex, qui quemadmodum summo inter Apostolos Petro regni cœlorum à Deo claves creditæ fuerunt, ligandique & solvendi potestatem accepit, si viderit eum qui propter aliquod peccatum pœna affectus est, cum gratiarum actione pœnarum medelam suscepisse, & ardentiore studio pœnitentiam ostendere, tempus pœnæ diminuet, non timens condemnationem tanquam qui utique canonicam temporis D pœnarum definitionem transgrediatur. Docet enim nos scriptura, quòd qui jam majori labore confitentur, eos Dei misericordia celerius apprehendit. Et in his quidem canon. Tu autem lege xxxix. cap. ix. tit. præsentis operis, & leges quæ in ea sitæ sunt, & ex his scies qnòd est differentia inter judices, qui pronunciant corporales punitiones adversus eos qui sunt criminibus obnoxii, & Episcopos qui decernunt pœnas ecclesiasticas adversus eos qui animæ peccata confitentur. Illi enim pœnas à lege constitutas nec possunt augere, nec minuere sine jussu Imperatoris. Hi vero nostrorum peccatorum onera suscipientes, tanquam Deo pro nobis rationes reddituri, & pro suo arbitratu pœnas & augent, & minuunt, & ideo in eorum est potestate non solum pœnarum tempora minuendi, sed etiam pœnas commutandi. Etsi enim verbi gratia constitutum est, ut qui hoc vel illud peccatum commisit carnem non comedat, nec cum fidelibus consistat, similiter nec sit divinorum sacramentorum per triennium particeps: qui tamen confessionem suscepit pro personæ cui pœna imponitur qualitate, & ejus confessionis vehementia, & pœnitentiæ studio, has quidem pœnas moderabitur, illas vero multiplicabit. F Quare non est accipiendus hic canon ut nonnulli dicebant, ad solam temporis pœnarum diminutionem, sed ad omne pœnæ genus. Cum autem quidam miles in voluntariæ cædis crimen incidisset, & à quodam antistite, post valde modicum tempus, datis scriptis, absolutus esset, potens & sanctus noster Imperator, & dominus, id factum ægrè ferens, statuit tempore sanctissimi illius patriarchæ domini Lucæ, ut synodaliter consideraretur,

ΒΑΛΣ. Ἵνα μή τις ἀκηδιάσῃ διὰ τὸ ὀπιτιμώτων τῶν χρονικῶν ὀπιτιμίων, φησὶν ὁ ἅγιος, ὡς ὁ μετὰ χώραν ἀρχιερεὺς ὁ κατὰ θεὸν ὢν ἀποστόλοις κορυφαιότατον Πέτρον τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἐμπιστευθείς, καὶ ἐξουσίαν λαβὼν δεσμεῖν καὶ λύειν, ἐὰν ἴδῃ θεὸν διά τι ἁμάρτημα ὀπιτιμηθέντα μετ' εὐχαριστίας τῶν ὀπιτιμίων τὴν θεραπείαν δεξάμενον, καὶ μετὰ θερμοτέρας ἀκηδίας τὴν μετάνοιαν ὑποδεικνύμενον, ἐλαττῶσι τοὺς χρόνους τῶν ὀπιτιμίων, μὴ πλημμελῶς καταγνώσεται, ὡς δῆθεν παραβαίνων τὸν περὶ τῶν χρόνων τῶν ὀπιτιμίων κανονικὸν ὁρισμόν. διδάσκει γὰρ ἡμᾶς ἡ γραφὴ, ὅτι εἰς τοὺς μετὰ μείζονος πόνου ἐξομολογουμένους, ταχέως ἡ φιλανθρωπία καταλαμβάνει τοῦ θεοῦ. καὶ ὁ μὲν κανὼν ἐν τούτοις. σὺ δὲ ἀνάγνωθι τὸ λθ'. κεφ. τοῦ θ'. τίτλου τοῦ πρόντος συντάγματος, ἵνα τοὺς ἐν αὐτῷ κατασταθέντας νόμους, καὶ μάθῃς ὅτι διαφορά ἐστι τῶν ἀποφαινομένων δικαστῶν κολάσεις σωματικὰς κατὰ τῶν ὑποδίκων ἐγκλήματα, καὶ τῶν ὁριζόντων Ἐπισκόπων ὀπτίμια ἐκκλησιαστικὰ κατὰ τῶν ἐξομολογουμένων ἁμαρτήματα ψυχικά. οἱ μὲν γὰρ τοὺς ὁριζομένους ἀπὸ τοῦ νόμου ποινὰς ἔτι αὐξεῖν ἔτε μειοῦν δύνανται χωρὶς βασιλικῆς κελεύσεως. οἱ δὲ τὰ φορτία τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν ἀναδεχόμενοι, ὡς καὶ λόγους ὑπὲρ ἡμῶν τῷ θεῷ μέλλοντες δώσειν, καὶ διὰ τοῦτο αὐτοῖς καὶ αὔξουσι καὶ μειοῦσι τὰ ἐπιτίμια, δύνανται τοῦτο καὶ ἐξουσίαν ἔχουσι μὴ μόνους τοὺς χρόνους τῶν ἐπιτιμίων ἐλαττοῦν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐπιτίμια μεταμείβειν. κἂν γὰρ ἐπὶ τελείαν τυχὸν ὁριθῇ τις ἁμαρτηκὼς τὸ δέ τι, μὴ κρεωφαγήσας, μηδὲ συσσίτιος τοῖς πιστοῖς, ὡσαύτως μηδὲ μεταλαβεῖν τῶν θείων ἁγιασμάτων, ἀλλ' ὁ τὴν ἐξομολόγησιν δεξάμενος πρὸς τὴν ποιότητα τοῦ ἐπιτιμουμένου προσώπου, καὶ τὴν θερμότητα τῆς ἐξομολογήσεως αὐτοῦ, καὶ τὴν σπουδὴν τῆς μετανοίας, τὰ δὲ μὲν τῶν ἐπιτιμίων μετριάσει, ἔστερα δὲ πολλαπλασιάσει, ὥστε μὴ ἐκκλητέον εἶναι κανόνα, καθώς τινες εἶπον, εἰς μόνην ἐλάττωσιν τοῦ χρόνου τῶν ἐπιτιμίων, ἀλλὰ καὶ εἰς ἅπαν εἶδος ἐπιτιμίων. τινὸς δὲ γρατιώτου στρατιώτου ἑκουσίου φόνου ἐγκλήματι, καθ' ἃ ἀρχιερέως τινὸς μετὰ μέτριον πάνυ καιρὸν ἐγγράφως ἀγνωσθέντος, ὁ κραταιὸς καὶ ἅγιος ἡμῶν βασιλεὺς δυσχεράνας ἐπὶ τῷ γενομένῳ, διωρίσατο ἐπὶ τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνου πατριάρχου κυρίου Λουκᾶ, συνοδικῶς,

εἰ

εἰ καλῶς ὁ στρατιώτης ἐπεφιλοπονήθη ἡ τῶν ὁπλιμαίων ἀθῳώσεις, καταστασιαστικῶς οὕτω καὶ οὐχ εἰπεῖν, ἢ συμπαθῶς, ἀλλὰ προπαθῶς. τῷ δὲ ἀρχιερεῖ τὸν ὁρίσοντα κανόνα προβαλλομένῳ καὶ ἑτέρους μετριωτέρους τάξαι πρὸς ὁπλοφορτιζομένου αὐτοῦ βαρεῖαν κηφότητα, ἡ ἁγία συνόδος Θ. τοὺς κανόνας ὁρθοτομήσασα καὶ πρὸς ἐνέσταν αὐτοῖς ἐκ τοῦ πνεύματος πνεύματος ἰσχυτέρῳ ἔλαμψεν, τὸν μὲν στρατιώτην καὶ αὖθις ἀλυκτοπέδαις ὁπλιμαίων κανονικῶν καθυπέβαλλε. τὸν δὲ ἀρχιερέα μετρίῳ ἀφορισμῷ τελεσιουργησίας ἐστενοχώρησεν, εἰπούσα, ὡς τοῖς ἀρχιερεῦσι μὲν ἐφεῖται αὔξειν καὶ μειοῦν τὰ κανονικὰ ὁπλίσματα. ἀεροχνιαίοις δὲ μίτοις δεσμεῖν τὰ καλλιόπλοις ἐν τριάσι καταδεσμεῖσθαι ὀφείλοντα, οὐκ ἐνεδόθη. λέγεται δὲ ὅτι καὶ ἐπὶ τούτῳ στρατώτῃ τοιαύτην ἐξέθετο ὁ κραταιὸς καὶ ἅγιος ἡμῶν Βασιλεὺς ἐπὶ τῷ ἑκουσίων φονέων νεαρὰν νῦν καὶ ἀναγνῶναι ὀπισθεν καταστρωθῆναι, καὶ ἅμα λαμβάνουσθαι μετὰ τῶν ἄλλων καὶ ταῦτα, ὡς ἐπὶ τῷ γενομένων ἐπ' αὐτοῖς μετὰ τὸ προσδραμεῖν τῇ ἁγιωτάτῃ τοῦ Θεοῦ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, ἡ μὲν βασιλεία μου ἀκριβῶς οὐκ οἶδεν· ἀκούει δὲ ὅμως οὐκ ἀγαθά.

A an rectè illi militi concessa esset à pœnis absolutio, tanto in eum studio & per quandam non misericordiam, sed potius animi affectionem. Cum autem antistes præsentem canonem proponeret, & alios moderantes utique eam quæ illi objiciebatur nimiam pœnæ levitatem, sancta Syn. canones limitibus circumscribens, secundum diviniſſimam inspirationem, quæ ex sancto illis spiritu inerat, militem quidem canonicarum pœnarum rursus compedibus subjecit: antistitem autem ad aliquantum temporis ab officio suspensione punivit, dicens quod antistibus quidem licet pœnas canonicas augere, & diminuere: aranearum autem filis ligare, B quæ debent tribus rudentibus alligari, non concessum est. Dicitur autem, quod etiam propter illius militis causam edidit potens & sanctus noster Imperator de voluntariis homicidiis Novellam, quam etiam lege retro sitam, & hæc quoque cum aliis tractantem: de iis autem quæ ab illis fiunt, postquam ad sanctissimam Dei magnam ecclesiam confugerint, imperialis mea majestas non scit perfectè, audit tamen quæ non bona sunt.

ΖΩΝΑΡ. Ἀπαριθμησάμενος ὁ μέγας Βασίλειος διαφόρους χρόνους ὁπλιμαίων φορὰς διαφόρων ἁμαρτημάτων, πολυταγὸν ὂ πᾶν τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἀνέθετο. ὅτοι γὰρ οἱ ὃ δεσμεῖν καὶ λύειν ἐμπιστευθέντες παρὰ Θεοῦ, καὶ εἰ ὁρῶεν ὅτοι, φησὶ, τοὺς ἐξομολογουμένους σπουδαίους ὄντας, καὶ θερμότητα ἐν τῇ μετανοίᾳ ὁπλισάμενους, καὶ ἐλαττῶσι διὰ τοῦτο τοὺς ὡρισμένους χρόνους, οὐκ ἔσονται καταγνώσεως ἄξιοι. διδάσκει γὰρ, φησὶν, ἡμᾶς ἡ γραφὴ, ὅτι τοὺς μὴ μείζονα πόνον ἐξομολογουμένους, ταχέως ἡ φιλανθρωπία τοῦ Θεοῦ καταλαμβάνει· ὅταν ὅτι τῷ Μανασσῇ γεγένηται ἱστόρηται, καὶ ὅτι Ἐζεκίᾳ, καὶ ὅτι ἄλλων πολλῶν.

Zonar. Postquam enumeravit magnus Basilius varia mulctarum tempora, pro varietate criminum accommodata, postremo rem totam Antistitum arbitrio permittit. C His namque ligandi, & solvendi à Deo credita est potestas, ac siquidem illi, inquit, confitentes studio virtutis incitatos, atque in pœnis obeundis egregie alacres animadverterint, ac propterea definita à canonibus tempora contrexerint, nulla erunt accusatione digni. Etenim docent uos, inquit, sacræ litteræ, eos qui majori cum laboreconfitentur, Dei misericordiam celerius apprehendere; quod in Manasse, & Ezechia, & aliis multis præterea contigisse, memoriæ proditum est.

ΑΡΙΣΤ. Ὁ δεσμεῖν, καὶ λύειν ἐξουσίαν λαβὼν, ὑπερσοφῶν τῶν ἡμαρτηκότων ἐν τῶν προῤῥεθέντων, μεγάλως ὁρῶν συντριβὴν, ἐλαττώσει τὸν χρόνον.

Arist. *Is cui concredita est ligandi & solvendi potestas, quorumcunque è prædictis peccatorum magnam videns contritionem, tempus diminuet.* D

Τὰ μὲν ὁπλίσματα ἐφ' ἑκάστῳ ἐπέθησαν ἁμαρτήματι. ὁ δὲ τῷ Θεοῦ πιστευθεὶς τὸ δεσμεῖν καὶ λύειν, πρὸς τὴν ἐξομολόγησιν καὶ τὴν συντριβὴν ἀφορῶν ἑκάστου, εἰ ἐλαττώσει τῶν ὁπλιμαίων τὸν χρόνον, οὐ καταγνώσεως ἔσται ἄξιος.

Supplicia quidem in unumquodque peccatum decreverunt, sed cui à Deo ligandi & solvendi concredita est potestas, ad confessionem cujusque & contritionem respiciens, si diminuerit suppliciorum tempus, non erit condemnatione dignus.

## ΚΑΝΩΝ οέ.

## Canon LXXV.

Ὁ ἀδελφὴν ἰδίαν ἐκ πατρὸς ἢ ἐκ μητρὸς συμμιανθεὶς, εἰς οἶκον προσευχῆς μὴ ὁπηνεκτέσθω φθάναι, ἕως ἂν ἀπορρήξῃ τῆς παρανόμου καὶ ἀθεμίτου φιλίας. μετὰ δὲ τὸ ἐλθεῖν εἰς σωφρόνησιν τοῦ φοβερᾶς ἁμαρτίας, τριετίαν προσκλαύσατο, τῇ θύρᾳ τοῦ εὐκτηρίου οἴκου παρεστηκὼς, καὶ δεόμενος τοῦ λαοῦ εἰσιόντος. ἐπὶ τούτῳ προσευχῇ, ὥστε ἕκαστον μετὰ συμπαθείας ὑπὲρ αὐτοῦ ἐκτενεῖς ποιεῖσθαι πρὸς κύριον τὰς δεήσεις. μετὰ δὲ τοῦτο ἄλλην τριετίαν εἰς ἀκρόασιν μόνην προσδεχέσθω, καὶ ἀκούων τῆς γραφῆς καὶ τῆς διδασκαλίας ἐκβαλλέσθω, καὶ μὴ καταξιούσθω προσευχῆς. ἔπειτα εἴπερ μετὰ δακρύων ἐξεζήτησεν αὐτὴν, καὶ προσέπεσε τῷ κυρίῳ μετὰ συντετριμμένης καρδίας καὶ ταπεινώσεως ἰσχυρᾶς, διδόσθω αὐτῷ ὑπόπτωσις ἐν ἄλλαις τρισὶν ἔτεσι. καὶ ὅτως ἐπειδὰν τοὺς καρποὺς τῆς μετανοίας ἀξίους ὑπέδειξεται, τῷ δεκάτῳ ἔτει εἰς τὴν τῶν πιστῶν εὐχὴν δεχέσθω, χωρὶς προσφορᾶς· καὶ δύο ἔτη συστὰς εἰς τὴν εὐχὴν τοῖς πιστοῖς, ὅτω λοιπὸν καταξιούσθω τῆς θείας κοινωνίας.

*Qui cum propria ex patre vel ex matre sorore pollutus est, in domum orationis ne permittatur accedere, donec ab iniqua & nefaria actione desistat. Postquam autem in horrendi peccati sensum & animadversionem venerit, triennio defleat, stans ad fores domus oratoriæ, & rogans populum ingredientem ad orationem, ut unusquisque pro ipso misericorditer ad Dominum intensas fundat preces. Postea autem alio triennio ad solam auditionem admittatur, & scripturam ac doctrinam audiens ejiciatur, & nec oratione dignus habeatur. Deinde si quidem illam cum lacrymis exquisivit, & Domino cum cordis contritione, & valida humiliatione supplex procidit, detur ei substratio in aliis tribus annis: & sic postquam pœnitentiæ fructus dignos ostenderit, decimo anno in fidelium orationes suscipiatur, sine oblatione; & cum duobus annis unà cum fidelibus ad orationem substiterit, sic deinceps dignus habeatur boni communione.*

Canon

## Canon LXXVI.

*Idem est decretum in eos quoque qui suas nurus accipiunt.*

Bals. Duo præsentes decernunt canones, quomodo punitur qui cum sua sorore rem habet, etiamsi non ex ambobus ei parentibus conjuncta sit, sed ex uno quæ etiam ἑτεροθαλὴς dicitur, & quomodo punitur qui cum sua nuru polluitur, & dicit eos quidem debere extrudi ab ecclesia donec à peccato abstinuerint: postquam autem destiterint distribui in quatuor loca, eorum qui agunt pœnitentiam: & sic sancta communione dignos haberi. Quatuor autem loca xii. annis perficiuntur, lege & ii. caput xiii. tit. præsentis operis, & nota quòd iis qui desistunt, non iis qui perseverant in peccato, dantur pœnæ. His enim nihil quod sit fidelium, penitus communicatur.

Zonar. Qui cum sorore corruptus est, quamvis non ex utroque parente, sed ex alterutro tantum fraternitas sit, ex Ecclesia prorsus expellitur, donec ab ejusmodi peccato absistat. Postquam vero abstinuerit, ex præscripta in hoc canone forma mulctatur, ita ut inter flentes degat, tũ inter audientes, inde in substratione, mox cum fidelibus cõsistat: atque ita demũ ad boni cõmunionem admittatur.

Arist. *Can. lxxv. Qui cum sorore ex patre vel matre coinquinatur, domum orationis ne ingrediatur, donec desistat. Postea cùm resipuerit, triennio defleat, triennio audiat, triennio substernatur, & anno decimo recipiatur sine oblatione, & biennio ad orationem cùm consisterit, communione dignus habeatur.*

Hic canon unà cum sexagesimo septimo canone interpretatus est.

Arist. *Can. lxxvi. Eadem & de iis qui nurus suas accipiunt, decernuntur.* Perspicuus.

## Canon LXXVII.

*Qui mulierem quidem sibi legitimè copulatam dimittit, & aliam ducit, secundum domini sententiam, adulterii judicio subjicitur: & à patribus nostris canonicè statutum est, ut ii anno defleant, biennio audiant, triennio substernantur: septimo cum fidelibus consistãt: & ita oblatione digni habeantur, si cum lacrymis pœnitentiã egerint.*

## Canon LXXVIII.

*Eadem autem forma observetur, & in iis qui duas sorores in matrimonio accipiunt, etsi diversis temporibus.*

## Canon LXXIX.

*Ii autem qui in suas novercas insaniunt, sunt eidem canoni obnoxii, cui & ii qui in suas sorores insaniunt.*

Bals. Eum qui in suam ex altero germine sororem vel suam nurum pollutus est, xii. annis puniendum statuit sanctus in lxxv. & lxxvi. canone. Nunc autem scilicet in lxxvii. lxxviii. & lxxix. can. jubet, ut qui suas consortes dimittunt, & alias ducunt in matrimonium, quinetiam ii qui duas sorores in matrimonium accipiunt, scilicet post unius mortem, & qui cum suis novercis polluuntur, ut adulteri puniantur. Addit autem in lxxvi. canone ut qui suam uxorem relinquit, & alii conjungitur, à patribus septennio puniatur: & sic si cum lacrymis pœnitentiam egerit, sancta

A

## ΚΑΝΩΝ ος'.

Ο αὐτὸς τύπος καὶ περὶ τῶν τὰς νύμφας ἑαυτῶν λαμβανόντων.

ΒΑΛΣ. Οἱ πρόντες δύο κανόνες διατάττονται ὅπως ὑπομένῃ ὁ συμφθείρων ἀδελφῇ ἰδίᾳ, κἂν μὴ ἐξ ἀμφοτέρων τῶν γονέων σωπάπηται αὐτῇ, ἀλλὰ ἐξ ἑνὸς (ὅπερ λέγεται καὶ ἑτεροθαλὴς) καὶ ὅπως ὑπομένῃ ὁ μιανθεὶς μετὰ τῆς νύμφης αὐτοῦ. καὶ φασὶ τούτους ἐξωθεῖσθαι μὲν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας μέχρις ἂν τῆς ἁμαρτίας ἀπίωσιν. μετὰ δὲ ἀποστῆναι οἰκονομεῖσθαι εἰς τοὺς δ'. τόπους τῆς ὑπομονῆς, καὶ ὕτως ἀξιοῦσθαι τῆς ἁγίας μεταλήψεως. οἱ δὲ δ'. τόποι ἀνύονται διὰ χρόνου δώδεκα. ἀνάγνωθι δὲ ὃ δεύτερον κεφ. τοῦ ιγ'. τίτλου τοῦ προόντος συντάγματος. καὶ σημείωσαι ὅτι τοῖς ἀφισταμένοις μὲν τοῖς ἐπ' ἐμμένοντι τῇ ἁμαρτίᾳ δίδονται τὰ ὑπόμνια. τούτοις δὲ ἀκινωνήτοις πάμπολλοί εἰσι τὰ τῆς πίστεως.

ΖΩΝΑΡ. Ο ἀδελφῇ συμφθαρεὶς ἑαυτοῦ, κἂν μὴ ἐξ ἀμφοτέρων τῶν γονέων ἡ ἀδελφότης ἔξιν, ἀλλ' ἐξ ἑνός, πάντη ἐξωθεῖται τῆς ἐκκλησίας, ἕως τῆς τοιαύτης ἁμαρτίας ἀποσχηται. ἀποχόμενος δὲ οἰκονομεῖται ὡς ὁ κανὼν διατάττεται, προσκλαίων, ἀκροώμενος, ὑποπίπτων, συνεστὼς· καὶ ὕτως ἀξιοῦται τῆς τοῦ ἁγίου κοινωνίας.

ΑΡΙΣΤ. κεφ. οε'. Ὁ ἀδελφῇ πατρόθεν, ἢ μητρόθεν συμμιανθείς, μὴ εἰσίτω εἰς οἶκον προσευχῆς ἕως ἂν παύσηται· εἶτ' ἀνανήψας, τριετίαν προσκλαέτω, τριετίαν ἀκροάσθω, ἐνιαυτὸν ὑποπιπτέτω, καὶ τῷ δεκάτῳ δεχέσθω, χωρὶς προσφορᾶς, καὶ δύο ἔτη συστὰς εἰς εὐχὴν, λοιπὸν ἀξιούσθω τῆς κοινωνίας.

Οὕτω. ὁ κανὼν συμπροσῳδεῖται τῷ ἑξηκοστῷ ἑβδόμῳ κανόνι.

ΑΡΙΣΤ. κεφ. οϛ'. Τὰ αὐτὰ καὶ περὶ τῶν τὰς νύμφας λαμβανόντων. Σαφής.

## ΚΑΝΩΝ ζ'.

Ο μοιχεύσας καταλιμπάνων ἢ νομίμως συναφθεῖσαν αὐτῷ γυναῖκα, καὶ ἑτέραν ἀγόμενος κατὰ τὸν τοῦ κυρίου ἀπόφασιν τῷ τῆς μοιχείας ὑποκειται κρίματι. κεκανόνισται δὲ παρὰ τῶν πατέρων ἡμῶν τοὺς τοιούτους ἑαυτὸν προσκλαίειν, διετίαν ἐπακροᾶσθαι, τριετίαν ὑποπίπτειν, τῷ ἑβδόμῳ συνίστασθαι τοῖς πιστοῖς, καὶ ὕτω τῆς προσφορᾶς καταξιοῦσθαι, ἐὰν μετὰ δακρύων μετάνοήσωσιν.

## ΚΑΝΩΝ οή.

Ο αὐτὸς κρατείτω τύπος καὶ ὅπι τῶν δύο ἀδελφὰς λαμβανόντων εἰς συνοικέσιον, εἰ καὶ κατὰ διαφόρους χρόνους.

## ΚΑΝΩΝ οθ'.

Οἱ δὲ ταῖς μητρυαῖς ἑαυτῶν ὑπομιγνύμενοι τῷ αὐτῷ ὑπόκεινται κανόνι ᾧ καὶ οἱ ταῖς ἑαυτῶν ἀδελφαῖς ὑπομιγνύμενοι.

ΒΑΛΣ. Τὸν εἰς ἑτεροθαλῆ ἀδελφὴν ἢ νύμφην οἰκείαν μανθάνοντα ὅτι δωδεκαετίαν ὑπομένειν διορίσατο ὁ ἅγιος ἐν τῷ οέ. καὶ οϛ'. κανόνι. ἀρτίως δὲ ἤκουσε ἐν τῷ οζ. ἐν τῷ οή. καὶ ἐν τῷ οθ'. κανόνι, προσκελεύεται τοὺς καταλιμπάνοντας τὰς ἑαυτῶν συμβίους, καὶ ἑτέρας πρὸς γάμον ἀγομένους, ἀλλὰ μὴν καὶ τοὺς λαμβάνοντας εἰς συνοικέσιον δύο ἀδελφὰς πάντως μὴ θανάζειν τοὺς μὲν, καὶ τοὺς μιγνυμένους μετὰ τῶν μητρυῶν αὐτῶν, ὡς μοιχοὺς ὑπομένειν. προστίθησι δὲ ἐν τῷ οϛ'. κανόνι, τὸν καταλιμπάνοντα τὴν οἰκείαν γυναῖκα, καὶ συναπτόμενον μεθ' ἑτέρας, ἐπὶ ἐπταετίαν ὑπομένειν

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

σὺν τῷ πατέρων, καὶ ὅτως ἐὰν μὴ δακρύων μετανοήσωσι τὴν ἀγίαν μεταλήψεως ἀξιωθῶσι. τούτων ὄντως ἐχόντων, ἐρεῖ τις ὡς πρὸς νῆ. κανόν. ὃν ιε'. ἔπεσι τὸν μοιχὸν ἐπιτιμᾶσθαι, καὶ τῷ παρόντι. κανόν. ὃν ζ'. ἔπεσι λέγοντι. ἐπιτιμῶσι τῇ πατέρων τὴν καταλιμπάνουσαν τὸν οἰκείαν γυναῖκα, καὶ ἑτέραν συναπτομένην; τίνι προσέχειν ὀφείλομεν; Λύσις. τοῖς ὃν τῇ νῆ. κανόνι προειρημένοις. ἐνταῦθα γὰρ οὐχ ὡς ὅρον ἔθετο ὁ ἅγιος τὸ τῶν πατέρων διατύπωσιν, ἀλλ' ὡς ἀνάμνησιν, καὶ ἵνα γνώσκωμεν τί τε παρ' ἐκείνων προῳρισται, καὶ τί παρὰ τοῦτο μεθωρισται, καὶ δηλοῦσι τοῦτο ἐκ τοῦ εἰπεῖν τὸν ἅγιον ὀφείλειν τοῦτον ἐπιτιμᾶσθαι τὸν μοιχόν. εἰ δέ τις ἐρεῖ νόμιμον γενικὸν λέγων, κρατεῖν τὰ ἐκπεφωνημένα παρὰ τὰ σεσιωπημένα, ἀκόλουθόν ἐστιν εἰ μὲν ἑτέρα ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος ἐπιτιμᾷ, ἴσως ἂν εἴχεν λόγον ὃ λεγόμενον. ἐπεὶ δὲ καὶ ἀμφότεραι αἱ κανόνες εἰσὶν, ἐξ ἀνάγκης ᾧ παρὰ τοῦτο μεταγενεστέρως ὁρισθέντι προσέχειν ὀφείλομεν, ὡς ἥδη καὶ ἐκφωνηθέντι, ἤγουν τῷ νῆ. κανόνι. πρὸς δὲ τοὺς καταλιμπανόντων τὰς οἰκείας γυναῖκας, ἀναγνωθι καὶ τὸν μή. κανόνα τῷ παρόντι. ἁγίων πατέρων. καὶ ὃ προτέλεσμα τῷ τελευταίῳ κεφαλαίῳ τοῦ λζ'. πτλω τοῦ ξ'. βιβλίου λέγον, ὁ δύο γυναῖκας ἔχειν πειραθεὶς οὐ νόμῳ ἀλλὰ φαύλῳ προαιρέσεως, καλῶς ἀποκείσεται τῷ τῆς μοιχείας ἐγκλήματι. ἢ δὲ εἰς ὕστερον αὐτῷ γαμηθεῖσα, εἰ ἠγνόει αὐτὸν ἔχειν νόμιμον γαμετὴν, συγγνωσθήσεται. ἀνάγνωθι καὶ τὸν β'. κανόνα τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου λέγοντα, τὰς τοιούτους ἐξωθεῖσθαι τῆς ἐκκλησίας μέχρι θανάτου. καὶ μὴ ἐναντιωθῇ σοι, ἀλλ' εἰπὲ τὸν μὲν τῆς ἁλοὺσης συνόδου κανόνα ὁρισθῆναι περὶ τῶν ἐξεχομένων τοῦ κακοῦ· τὸν δὲ παρόντα περὶ τῶν ἀποστάντων καὶ ἐξομολογησαμένων. καὶ διὰ τοῦτο, ἐκεῖνοι μὲν ἀκηριωνησίᾳ παντελεῖ καθαιρεῖνται ὅταν δὲ πεντεκαίδεκα ἔτεσιν ἐπιλιμῶνται. σημειοῦται δὲ ἀπὸ τῶν παρόντων κανόνων ὅτι οὐ μόνον εἰς ταῦτα τὰ ἁμαρτήματα, ἀλλὰ καὶ εἰς τὰ λοιπὰ ἡ ἀπόστασις διδοῦσι χώραν τοῖς ἐπιλιμοῖς. ὁ γὰρ ἐπιμένων τῇ κακῷ, κἂν μυριάκις ἐπιλιμηθῇ, καὶ τοσαυτάκις ἀγαθοεργήσῃ, ἀνίατον ἔχει τραῦμα, μὴ συσφιγγόμενον καταδέσμοις ἐλεημοσύνης. ἐτισημείωται ὅτι τὰ τῶν παλαιῶν νόμων ἂν ῥητῶς ἐδέξατο ἡ ἐκκλησία, ἐχόλασεν, καὶ ὁ κεφάλαιον τούτοις, Ἰνδιάζει. ἰδοὺ γὰρ ἀναφαίνεται ὅτι καὶ τοῖς ἁγίοις πατράσιν οἱ νόμοι ἐδέχθησαν, οἱ τὰς ἐξ ἀγχιστείας γάμους κωλύοντες. καὶ ὁ νόμος ὁ παλαιὸς ὁ ἐπιτρέπων τὸν τῷ τελευτήσαντος ἀδελφὸν λαμβάνειν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, ὡσὰν ἀναστήσῃ σπέρμα τῷ ἀδελφῷ, ἠπείλησε· καὶ οἱ Λατῖνοι δή, οἱ τὰ ἐξ ἀγχιστείας συνοικέσια ἀδιαφόρως συναλλάττοντες, τῷ κανόνι προσκρένουσιν.

ZΩNAP. Τὰς τὰς ἑαυτῶν συμβίους καταλιμπάνοντας καὶ ἑτέρας πρὸς γάμον ἀγομένους, φησὶν ὁ ἅγιος, ὡς μοιχὸς ἦσαν τοῦ κυρίου κατακεκριδός. λέγει γὰρ ὁ διαγγελίοις ὁ κύριος· ὁ ἀπολύσας τὴν γυναῖκα παρεκτὸς λόγου πορνείας, καὶ γαμήσας ἑτέραν μοιχᾶται. οἱ δὲ πατέρες, φησὶν, ἡμῶν ἐκανόνισαν τοὺς τοιούτους ἐν ἐπιλαετίᾳ ἐπιτιμᾶσθαι· καὶ οὕτω δέχεσθαι εἰς μετάληψιν τῆς προσφορᾶς, ἐὰν μετὰ δακρύων μετανοήσωσιν. εἰπὼν δὲ τὸ ἦσαν τῶν πατέρων ἐπενεχθὲν αὐτοῖς ἐπιτίμιον, οὐδὲν προσέθηκε· ἀρκεῖν ἡγησάμενος ὅτι μοιχεία τὸ ἁμάρτημα καὶ τὸν τοῦ κυρίου λόγον ἀπέφηνεν. ἕπεται δὲ ὡς μοιχεία καὶ ὁ τοῖς μοιχεύουσιν εἰς ἐπιλήμψιν ὁρισθεὶς παρ' αὐτοῦ χρόνος.

ΑΡΙΣΤ. Κανὼν οζ'. Ὁ τὴν ἰδίαν ἀφεὶς, καὶ λαμβάνων ἑτέραν, μοιχὸς ὢν, ἐπ' ἔτη ἐπιτιμᾶσθω.

Καὶ ἔστι. ὁ κανὼν συνῳδεύει τῷ ἑξηκοστῷ ὀγδόῳ κανόνι.

A communione dignus habeatur. Hæc cum ita ſe habeant, dicat quiſpiam quod cum lviii. can. in quindecim annis puniat adulterium, & præſens canon dicat ſeptem annis puniri eos qui ſuas uxores dimittunt, & aliis conjunguntur, quid nobis ſit ſequendum? Sol. Ea quæ in lviii. can. continentur. Hic enim ſanctus patrum definitionem, non ut decretum, ſed ut in memoria revocationem adduxit, & ut ſciamus quid ab illis prius ſtatutum eſt, & quid ab ipſo contra ſtatutum: & hoc ſignificatur, ex eo quod dicit ſanctus debere eos puniri, ut adulteros: ſi quis autem generale juris dictum proferet, dicens, Expreſſa plus valere quàm tacita, audiet, quod ſi eſſet quidam alius ſancti can. qui xv. annis puniret adulteros, rationem fortaſſe haberet quod dicitur. Quia autem ſunt etiam ejuſdem ſancti utrique canones, neceſſario, quod ab eo poſterius cautum eſt, attendi debet, ut quod jam eſſet editum per lviii. canonem. De iis autem qui ſuas uxores relinquunt, lege etiam xlviii. canonem præſentis ſancti patris: & antepenultimum thema ult. cap. xxxvii. tit. lx. lib. quod dicit, Qui duas uxores habere tentavit, non lege, ſed facto voluntatis, rectè adulterii crimini ſubjicitur. Quæ autem illi nupſit poſterior, ſi neſciret eum habere uxorem legitimam, ei venia dabitur. Lege & ii. canonem Neocæſar. ſynodi, qui dicit eos ab eccleſia ad mortem uſque expelli, & ne tibi contrarius eſſe videatur, ſed dic antedictæ quidem ſynodi Canonem ſtatutum eſſe de iis qui in malo perſiſtunt: præſentem vero de iis qui deſtiterunt, & confeſſi ſunt: & propterea illi quidem perfecta excommunicatione damnantur: hi vero quindecim annis puniuntur. Nota autem ex præſentibus canonibus, quod non ſolum in his peccatis, ſed etiam in reliquis ceſſatio dat locum pœnis. Qui enim in malo perſeverat, etiamſi millies punitus fuerit, & toties bonum fecerit, habet vulnus immedicabile, quod vinculis quæ cicatricem inducunt non conſtringitur. Nota præterea, quod quæ in antiquâ lege continentur, præter ea quæ ab eccleſia apertè ſuſcepta ſunt, exoluere, & qui eis utitur, judaizat. Ecce enim apparet, quod etiam apud ſanctos patres leges ſuſceptæ ſunt quæ ratione cognationis matrimonia prohibent. Porro lex quoque antiqua, quæ permittit ut frater defuncti ejus uxorem accipiat, ut fratri ſemen ſuſcitet, in uſu non eſt. Porrò Latini quoque qui matrimonia, quæ ratione cognationis vetita ſunt, indiſcriminatim contrahunt, in canonem impingunt.

ZONAR. *In Can.* LXXVII. Qui uxores ſuas relinquunt, aliáſque ſibi matrimonio jungunt, tanquam adulteros à Domino condemnatos fuiſſe ſanctus vir aſſerit. Ait namque in Evangeliis Dominus, Qui uxorem ſuam dimiſerit, excepta fornicationis cauſa, aliámque duxerit, mœchatur. Noſtri verò, inquit, Patres, ſeptennio ejuſmodi mulctari, ſuis canonibus ſanxerunt, atque ita ad communicationem oblationis admitti, ſi quidem cum lacrymis pœnitentiam egerint. Poſtquam verò mulctam hiſce hominibus Patrum decreto irrogatam expoſuit, nihil ulterius addidit; ſufficere arbitratus, quod adulterium crimen eſſe ex Domini verbis indicavit. Ex eo namque conſequitur, quemadmodum adulterio, ita & adulteris pœnæ tempora ab ipſo conſtituta eſſe.

ARIST. *Can.* LXXVII. *Qui propriâ uxore dimiſſâ aliam accipit, cùm ſit mœchus, ſeptennio ſubſternatur.*

Et hic canon unà cum ſexageſimo octavo canone interpretatus eſt.

A

ZONAR. *In Can.* LXXVIII. Secundus autem Neocæsarienſis ſynodi Canon, Niſi, inquit, haſce nuptias ſolverit, ab Eccleſia, ad extremum uſque ſpiritum, ejiciatur.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ δεύτερος κανὼν τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ γενομένης συνόδου· εἰ μὴ λύσῃ, φησί, τὸν γάμον, ἐξωθείσθω τῆς ἐκκλησίας μέχρι θανάτου.

ARIST. Can. LXXVIII. *Eadem etiam obtinet forma in iis qui duas ſorores ducunt, etſi diverſis temporibus.*

ΑΡΙΣΤ. Κεφ. οη'. Ὁ αὐτὸς χαρακτὴρ τίθεται καὶ ἐπὶ τῶν δύο ἀδελφὰς λαμβανόντων, εἰ καὶ ἐν διαφόροις καιροῖς.

ARIST. Can. LXXIX. *Qui in novercam inſanit, ut qui inſanit in ſororem.*

ΑΡΙΣΤ. Κεφ. οθ'. Ὁ τῇ μητρυιᾷ ἐπιμανείς, ὡς ὁ ἐπιμανεὶς ἀδελφῇ.

B

## CANON LXXX.

## ΚΑΝΩΝ π'.

*Patres polygamiam ſilentio prætermiſere, ut belluinam, & penitus ab hominum genere alienam. Nobis autem probatur eam majus eſſe fornicatione peccatum, & ideo conſentaneum eſt, ut ii canonibus ſubjiciantur, ut ſcilicet poſtquàm anno fleverint, & tribus ſubſtrati fuerint, ſic ſuſcipiantur.*

Τὴν πολυγαμίαν οἱ πατέρες ἀπεσιώπησαν, ὡς κτηνώδη καὶ παντελῶς ἀλλοκοτίαν τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων. ἡμῖν δὲ παρίσταται πλέον τι πορνείας εἶναι τὸ ἁμάρτημα, διὸ εὔλογον τοὺς τοιούτους ὑποβάλλεσθαι τοῖς κανόσι. δῆλον ὅτι ἑαυτὸν προσκλαύσαντας, καὶ ὧν ἔπαθον ὑποπεσόντας, οὕτω δεκτοὺς εἶναι.

C

BALS. Cum ſanctus in iiii. can. de trigamis, & polygamis ea definiiſſet, quæ ſpiritus ſanctus per ejus manum dextram pulchrè deſcribenda curavit, nunc dicit, quòd patres quidem nihil de polygamia dixerunt, ſed eam de induſtria ſilentio prætermiſerunt, ut belluinam, & ab hominum inſtituto alienam: ſibi autem videtur eam eſſe fornicatione deteriorem. Quare & eum qui polygamiæ impuritate propter rationis inopiam alligatus eſt, canonicis eſſe pœnis ſubjiciendum decrevit: ſcilicet ut ſtet anno cum deflentibus, tribus annis ſit in ſubſtratione, & cùm catechumenis egrediatur, & ſic admittatur. Rogaverit autem quiſpiam, cùm prædictus iiii. Canon

D

contineat trigamiam & polygamiam caſtigatam fornicationem eſſe à patribus nominatam, eáſque in omnibus exæquet: quomodo dicit præſens canon fuiſſe polygamiam à patribus ſilentio prætermiſſam, & ejus peccatum fornicationem ſuperare? SOL. Trigamia quidem à lege agnoſcitur, Tetragamia autem, & deinceps, nec canonibus, nec legibus admiſſa eſt. Omnis ergo matrimonialis contractus, qui trigamiæ limites excedit, nominatur polygamia. Illic itaque ſanctus de trigamia ſtatuens,

E

non polygamiam caſtigatam fornicationem nominavit, ſed trigamiam, quoniam illa quidem à lege agnoſcitur, & non ab eccleſia divellitur, quemadmodum dicit Canon decimus. Hic autem de polygamia decernens, dixit eam eſſe fornicatione deteriorem, & merito: Qui enim fornicatur, ſe ipſum atque adeo ſolum injuria afficit: ut qui ſe in profundiſſimum intemperantiæ antrum ſua ſponte injiciat. Qui autem quartum vel quintum matrimonium contrahit, is Divinis legibus & Canonibus inſultat, qui nefarium hoc opus prohibuerunt. ſuos quoque germanos filios injuria afficit, ut qui germanis ejus ſatis adultera à depravatorum ſeminum zizania adſeminet. Ut ergo fideles ab ejuſmodi illicitis matrimoniis abſtineant, ſtatuit ſanctus, ut ii pluſquam fornicatores puniantur, poſtquam confeſſi fuerint, & à malo deſtiterint. Præterea interrogaverit quiſpiam, cùm fornicatio ſeptennio puniatur, ut hoc ex lix. canone probatur, quomodo præſens canon, qui polygamiam fornicatione deteriorem nominat, punit eam quatuor annis? SOL. Nonnulli quidem dubitationem ſolventes fornicatores quadriennio puniendos eſſe dixerunt, utentes etiam xxii. can. ſancti patris. Tu autem lege ix. can. & ejus interpretationem, & dic quòd fornicator quidem ſeptennio punitur, Polygamus autem etiam pluſquam ſeptennio. Quoniam enim quatuor ſunt loca pœnarum, & ſtatutum eſt ut is quatuor annis defleat, & in tribus ſubſter-

ΒΑΛΣ. Ἐν τῷ δ'. κανόνι, περὶ τριγάμων καὶ πολυγάμων ὁρισθείσης ὁ ἅγιος, ὅσα τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ τῆς τούτου ἐκαλλιγράφησε δεξιᾶς, ἄρτι φησὶν ὡς οἱ μὲν πατέρες σεσίγηκε περὶ πολυγαμίας εἰρήκασιν, ἀλλὰ τῷ τῆς ἀφασίας σκότει ταύτην ἐκάλυψαν, ὡς κτηνώδη, καὶ τῆς ἀνθρωπίνης ἀπεξενωμένην διαγωγῆς. αὐτῷ δὲ δοκεῖ ταύτην εἶναι χείονα τῆς πορνείας. διὸ καὶ τὸν τῇ τῆς πολυγαμίας ἀκαθαρσίᾳ ἐξ ἀλόγου καταχρισθέντα κανονικοῖς ἐπιτιμίοις καθυποβάλλεσθαι διωρίσατο. δῆλον ὅτι ἑαυτὸν μὴ τῶν προσκλαυσάντων ἴσασθαι, ὅτι τρισὶν ἑαυτοῖς ἐν ὑποπίπτει, καὶ μὴ τὰ καθηκόμενα ἐξιέναι, καὶ ὕστερον δέχεσθαι. ἐρωτήσῃ δέ τις, ὡς τῆς ἐξαληφθείσης τέσσαρσι κανόσι διαλαμβάνουσης τὴν τριγαμίαν πορνείαν κεκλασμένῳ βήματι τῶν πατέρων ὀνομασθῆναι, καὶ ἐξισοῦσης ἐν πᾶσι ταύτας, πῶς ὁ παρὼν κανὼν φησὶν, ἀποσιωπηθῆναι τὴν πολυγαμίαν ὑπὸ τῶν πατέρων, ὑπερβάλλουσάν τε καὶ τῆς πορνείας τὸ ταύτης ἁμάρτημα; Λύσις. τριγαμίαν μὲν τῷ νόμῳ ἐπιγινώσκει τετραγαμία δὲ καὶ ἐφεξῆς, οὔτε τοῖς κανόσιν, οὔτε τοῖς νόμοις ἐδέχθη. πᾶν γὰρ γαμικὸν συμπλάγμα τὸς ὅρους ὑπερβαῖνον τῆς τριγαμίας πολυγαμίαν ὀνομάζεται. ἐκεῖσε τοίνυν περὶ τριγαμίας ὁρισθέντων, ὠνόμασεν ἡ τὴν πολυγαμίαν κεκλασμένῳ πορνείαν, ἀλλὰ τὴν τριγαμίαν, ἣν δὲ ἐπιγινώσκεσθαι ταύτην καὶ τῷ νόμῳ, καὶ μὴ ἀφίστασθαι παρὰ τῆς ἐκκλησίας, καθὼς τοῦτό φησιν ὁ κανών. ἐνταῦθα δὲ περὶ πολυγαμίας διαλαμβάνομεν, εἴρηκε ταύτην καὶ πορνείας εἶναι χείονα· καὶ εἰκότως. ὁ μὲν γὰρ πορνεύων ἑαυτὸν καὶ μόνον ἀδικεῖ, ὡς εἰς τὸν ἀκολασίας δυσεξίτητον βόθυνον ἐπειπὼν ἑαυτὸν ἔχοντι· ὁ δὲ τέταρτον ἢ πέμπτον γάμον ποιούμενος, καταρχεῖται μὲν τῶν θείων κανόνων, καὶ νόμων τῶν κωλυσάντων τὸ ἀθέμιτον τοῦτο ἔργον· ἀδικεῖ δὲ καὶ τοὺς γνησίους παῖδας τούτου, ὡς τοῖς γνησίοις σπορίμοις αὐτοῦ ὑποσπείρων τῶν πορνευσάντων ζιζάνια. ἵνα οὖν ἀπόσχωνται οἱ πιστοὶ τῶν τοιούτων ἀθέσμων γάμων, ὥρισεν ὁ ἅγιος δεῖν πλέον τῶν πορνευσάντων τοὺς τοιούτους κολάζεσθαι μὴ τῷ ἐξομολόγησιν καὶ τῇ κακῇ τοῦ ἀποστάσιν. ἔπ ἐρωτήσῃ τις, ὡς τῆς πορνείας δεῖν ἐπταετίαν δεήσεως, καθὼς τοῦτο ὥρισε διὰ τοῦ ιθ'. κανόνος, πῶς ὁ παρὼν κανὼν ὀνομάζων τοῦ πολυγαμίαν χείρονα τῆς πορνείας, ἐπιτιμᾷ αὐτὴν δεῖν δ'. ἐνιαυτοῖς; Λύσις· τινὲς λύοντες τὸ ἀμφίβολον δεῖν πεντετίαν εἶπον κολάζεσθαι τοὺς πόρνους, ἀρώμενοι καὶ τῷ κδ'. κανόνι τοῦ ἁγίου πατρός. σὺ δὲ ἀναγνωθι ὃν θ'. κανόνα, καὶ τὴν ἑρμηνείαν αὐτοῦ, καὶ εἰπὲ ὅτι ὁ μὲν πόρνος δεῖ ἐπταετίαν δεήσεως, ὁ δὲ πολυγαμήσας, καὶ ὑφ' ἑπταετίαν. ἐπεὶ γὰρ δ'. εἰσὶ τόποι τῶν ἐπιτιμίων, καὶ ὥρισθη τοῦτον

τῶτον ὅπ ἐνιαυτὸν θρηνεῖν, καὶ ἐν τρισὶν ὑποπίπτειν ἀναλόγως τὰς λοιπὰς τάξεις δηλοῦσι ἀναγκαδήσεται, δῆλον ὅτι τὸν τῆ ἀκροωμένων, καὶ τὸν τῆ συνεστῶτος, καὶ εἰ μὴ εἰς πλεῖον καὶ ὕστι θρηνοῦσιν, ἀλλάγε πως εἰς τετραετίαν συμπεραινόμενον, ὡς ἔδοξε τοῖς ὅλοις χρόνοις τῆ ὅπτιμίου ὀκτώ. ὅτι δή τινες πολυγαμίαν ἐνταῦθα τὸ ἀθρόον πορνείαν ὠνόμασεν, ἀκουστέον ὅτι γάμος, ἡ τὸ συμφυΐας μόνον ἔχει καὶ τὸ κοινωνικὸν ἀθρόον, ἀλλὰ καὶ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς συνάφεια καὶ συγκλήρωσις τῆ βίου παντὸς, θείου τε καὶ ἀνθρωπίνου δικαίου κοινωνία· καὶ ὅτι ὁ γάμος, οὐκ ἀπὸ μόνης τῆς συναφείας συνίσταται· ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς θεσπίσεως τῶν συνελθόντων. φησὶ γὰρ τὸ δ'. κεφ. τῆ δ'. πίτλω δ' μέ. βιβλίω θεῖος μὲν ἀποτελεῖ γάμος, γάμον δ' οὐ θεῖοι ἡ ποιοῦσιν, ἀλλ' ἡ περὶ συνοικούντων ἀμοιβαία θέλησις. δεῖ δ' τριγαμίας ἀναγνῶναι καὶ τὸν ὀπτὸν κατασταθέντα νόμον τῆς ἑνώσεως τὸν γεγονότα ὅπ ἐπὶ ἡμερῶν τῆ βασιλέως κυρίου Κωνσταντίνου τῆ Πορφυρογεννήτου.

ZΩNAP. Τὸ πολυγαμίαν, ἤτοι ὅ πολλὰς ἀγαγέσθαι τὸν αὐτὸν γυναῖκας· εἰ καὶ μὴ ὁμοῦ, κτηνῶδες ἔδοξε φησὶ, καὶ οὐκ ἀνθρώπινον· ἢ καὶ ὅ πολλαῖς μίγνυσθαι καὶ ἀθροφόρως ἔχειν πρὸς τὸ μίξιν, ὅπερ καὶ πλέον ἔδοξε τῆς πορνείας παρέσταται, ἀντὶ τῆ δοκεῖ καὶ κρίνεται ἡμῖν. διὸ εὔλογον τοὺς τοιούτους ὑποβάλλεσθαι τοῖς κανόσιν. καὶ ἑξῆς, ἐπαγαγὼν τοὺς χρόνους τῆ ὅπτιμίου· δοκοῦντας πάσας εἶναι. πῶς δ' πλέον τῆς πορνείας ἔδοξεν εἰπὼν ὁ ἅγιος. τὸ πολυγαμίαν, τὸν αὐτὸν χρόνον καὶ ὅπ ταύτης ὥρισε βάλα; πεντετία γὰρ ἡ πορνεία ὅπτιμος ἔκρινε τοὺς πατέρας. οἶμαι δ' πλείονα τὸν χρόνον ἐνταῦθα συνάγεσθαι, καὶ ὑφ' τὸ τετραετίαν. ὁ μὲν γὰρ πορνεύσας, ἐνιαυτὸν προσκλαίειν ὥρισαν, τῆ δ' δευτέρῳ ἀκροᾶσθαι, τῆ τρίτῳ μετανοεῖν, ἤγουν ἐν ὑποπίπτοντι εἶναι, καὶ μετὰ τῶν κατηχουμένων ἐξιέναι· τῆ τετάρτῳ, συνίστασθαι μετὰ τῆ πιστῶν, καὶ μετὰ τοῦτο ἀξιοῦσθαι τῶν θείων δώρων, καὶ τὸν εἰκοστὸν δεύτερον κανόνα. ὁ δ' πολυγαμίαν ἁμαρτήσας, ἐνιαυτὸν προσκλαίειν ὥρισθη, ἐν τρισὶν ὑποπίπτειν· ὁ ἔστι, τὸ μετὰ τῆ κατηχουμένων ἵστασθαι, καὶ συνεξιέναι αὐτοῖς, καὶ ὕτως δεκτὸν εἶναι, εἰς σύστασιν δηλαδὴ μόνον, ὥστε κἀκεῖ θεατὴν φανῆναι, ἐφ' ὅσον οἰκονομῆ αὐτὸν κρίνει· ὕτως καὶ εἰς τὸ τῆ ἁγιασμάτων μεταλῆψιν δέχεσθαι. ζήτει καὶ τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου κανόνα τρίτον.

ΑΡΙΣΤ. Οἱ πολύγαμοι κλητοί· ἀλλοῦ μετὰ τετραετίαν δέχεσθαι.

Οὗτοι τὸ μίσους ἄφι σάμβοι, καὶ τὸν παράνομον διαλύοντες γάμον, ὅπ τέσσαρσιν ἔτεσιν ὑπολιμπάνεσθαι, εἰ καὶ πλέον πορνείας ἔχει τὸ ἁμάρτημα· ἕνα μὲν γὰρ ἐνιαυτὸν προσκλαύσουσιν, ἐν τρισὶ δ' ὑποπέσουσι, καὶ ὕτω δεχθήσονται.

## ΚΑΝΩΝ πα'.

ΒΑΛΣ. Ἐπειδὴ πολλοὶ ἐν τῆ βαρβάρων καταδρομῆ ἔβλαψαν τὸ εἰς Θεὸν πίστιν, ὅρκους ἐθνικοὺς τελέσαντες, καὶ ἀθεμίτων τινῶν γευσάμενοι τῶν ἐν τοῖς εἰδώλοις τοῖς μαγικοῖς προσενεχθέντων αὐτοῖς, ἤτοι κατὰ τὰς ἤδη παρὰ τῶν πατέρων ἐξενεχθείσας νόμους, καὶ κανόνας οἰκονομείσθωσαν. οἱ μὲν γὰρ ἀνάγκαν χαλεπὴν ὑπομείναντες, καὶ μὴ φέροντες τοὺς πόνους, καὶ ἑλκυσθέντες πρὸς τὸ ἄρνησιν, ἐν τρισὶν ἔτεσιν ἄδεκτοι ἐστωσθω, καὶ ἐν δυσὶν ἀκροάσθωσθω, καὶ ἐν τρισὶν ὑποπεσόντες, ἕτω δεκτοὶ γενέσθωσθω εἰς τὸ κοινωνίαν. οἱ δ' ἄνευ ἀνάγκης μεγάλης προδόντες τὸ εἰς Θεὸν πίστιν, καὶ ἁψάμενοι τῆς τραπέζης τῶν δαιμονίων, καὶ ὀμόσθωσθες ὅρκους Ἑλληνικοὺς ὑπεβαλλέσθωσθω μὲν ἐν τρισὶν ἔτεσι, καὶ ἐν δυσὶν ἀκροάσθωσαν, ἐν ὑποπέσωσι δ' ὀφείλουσι, ἐν τε-



natur, convenienter in reliquis quoque locis ſervire cogetur, audientis ſcilicet, & conſiſtentis, & ſi ii non in majus tempus deducantur, ad quatuor certe annorum quantitatem ſaltem redigentur, ut ſint omnes anni pœnæ, octo. Quia autem nonnulli polygamiam indiſcriminatim pervadentem fornicationem hîc nominarunt, audiant quod matrimonium non eſt ſolum conjungi confuſiore modo loquendi, ſed viri & mulieris conjunctio, & totius vitæ conſortium, divinique & humani juris ſocietas, & quòd matrimonium non ex ſola conjunctione conſiſtit, ſed etiam ex eorum qui contraxérunt affectione. Dicit autem iiii. cap.iiii. tit.xli. lib. Dotem quidem efficit matrimonium, ſed dotes matrimonium non faciunt: ſed eorum qui ſimul habitant mutua affectio. De trigamia autem lege & ſuperius poſitam unionis deciſionem, quæ facta eſt tempore Conſtantini Porphyrogennetæ Imperatoris.

quidem inter orandum orientem aspicimus; pauci autem scimus, quòd antiquam patriam inquirimus, paradisum, quem Deus plantavit in Eden ab oriente. Et preces quidem stantes peragunt in una sabbati; rationem autem non omnes scimus. Non solum enim, ut qui cum Christo consurrexerimus, & quæ supra sunt quærere debeamus, in die resurrectionis gratiæ nobis datæ, per statum in oratione nos ipsos commonefacimus: sed quòd videatur esse etiam quodammodo seculi quod expectatur imago. Et ideo cum sit dierum principium, non prima à Mose, sed una nominata est; Fuit, inquit, vesper, & fuit mane dies unus, tanquam eadem sæpe circulariter vertentes. Una ergo eadem & octava illa unam illam revera & veram octavam, cujus etiam Psalmographus in quibusdam psalmorum inscriptionibus meminit, per se ostendens, futurum scilicet post finitum seculum statum, diem quæ nunquam desinit, sine vespere, cui nihil succedit, perpetuum illud & senii expers ævum. Necessario ergo orationes, quæ in illo fiunt, stantes peragere alumnos suos docet ecclesia: ut assiduâ commonitione vitæ nunquam desituræ, viaticum ad eam transmigrationem non negligamus. Porro tota quoque Pentecoste est resurrectionis, quæ in seculo expectatur, monimentum. Unus enim ille & primus dies septies septuplicatus septem sacras Pentecostes hebdomadas efficit. A primo enim incipiens in eundem desinit, per similes, intermedios revoluta quinquagesies; quare & ævum similitudine imitatur, tanquam in motu circulari ab iisdem signis incipiens, & in eadem desinens: in quo rectam orationis figuram præferre nos Ecclesiæ ritus docuêre, ex evidenti admonitione, à præsenti ad futura mentem veluti traducentes. Porro in unaquaque genuflexione & assurrectione reipsa ostendimus, quod etiam propter peccatum in terram delapsi sumus, & per ejus qui nos creavit clementiam in cælum revocati sumus. Deficeret me dies, si omnia non scripta Ecclesiæ mysteria recenserem. Mitto alia: ipsam vero fidei confessionem, Credere in Patrem & Filium & Spiritum sanctum, ex quibusnam literis habemus? Si enim ex baptismatis traditione, pro pietatis consequentia, ut baptizati sumus, ita & credere debemus, & similem baptismati confessionem deponimus; nobis ex eadem consequentia concedant, similem quoque fidei gloriam reddere. Sin autem modum gloriæ redditionis, ut non scriptum, repudiant; dent nobis & fidei confessionis & reliquorum, quæ enumeravimus, scriptas demonstrationes. Deinde cum tot sint quæ scripta non sunt, & tantam vim habeant ad pietatis mysterium; unam nobis dictionem, quæ ad nos venit ex patribus, non concedent, quam nos ex minimè affectata consuetudine in non perversis ecclesiis mansisse invenimus, quæ non exiguam habet rationem, nec parum utilitatis affert ad mysterii potentiam.

ΒΑΛΣ. Περὶ τῶν ἀγράφων ἐθῶν τῆς ἐκκλησίας ἀ-
νάγνωθι τὸ γ'. κεφαλ. τοῦ α'. πίτλου τοῦ παρόντος σωτάγμα-
τος, καὶ τὰ ὲν αὐτῷ περὶ ἡμῶν γεγραμμένα. ὃ δὲ φησιν ἡ παρ-
οῦσα ὑποθήκη, τοιοῦτόν ἐστι· τῶν πνευματομάχων λεγόν- F
των, μὴ ὀφείλειν σωδοξάζεσθαι τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ τὸ παράκλητον
πνεῦμα, διὰ τὸ μὴ φέρεσθαι ταῦτα ἡμῖν ἐγγράφως, ὁ
ἅγιος, μετὰ τὸ καταλέξαι διάφορα ἄγραφα ἔθη, ὰ ἀνάγ-
κης πάσης μὴ παραλυόμενα, ἀλλ' αἰωνίζοντα κρατεῖν μέλ-
λοντα, ἐπάγει καὶ αἰτίας, δι' ἃς ἀγράφως τινὰ ἐκ τούτων πα-
ραδέδονται, καί φησι διὰ τί κατὰ ἀνατολὰς ὁρῶντες εὐχό-
μεθα, καὶ διὰ τί ὀρθοὶ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων ποιούμεθα
τὰς δεήσεις· καὶ ὁ μὲν περὶ τοῦ μὴ ἐγγράφως παραδέδο-
σθαι ἡμῖν λόγος ἐστί, τὰ τὰ δόγματα μὴ δημοσιεύεσθαι,

Bals. De non scriptis ecclesiæ moribus lege tertium caput primi tituli præsentis operis, & quæ in eo à nobis scripta sunt. Quod autem dicit hæc epistola, tale est; Cùm Pneumatomachi (hoc est sancti Spiritus adversarii) dicerent, non debere Spiritum sanctum simul cum patre & filio glorificari, quòd hoc non sit nobis in scriptis traditum; sanctus, postquam diversas non scriptas consuetudines recensuit, quę necessario omnino non solverentur, sed perpetuò observari deberent, subjungit etiam causas, propter quas quædam ex his absque scriptis traditæ sunt, & dicit propter quam causam ad orientẽ respicientes oramus, & cur una sabbatorum stantes precamur: & quod non omnia quidem scriptis man-



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

dentur, ratio est, quòd non oporteat dogmata publicari, & ab omnibus cognosci. Prædicationes enim, inquit, publicantur: dogmata verò tacentur, ne sæpius agitata, hoc est, frequentiùs meditata & usurpata, ex consuetudine contemnantur. Est enim silentii quoque species obscuritas. Quod enim obscurè dictum, ut non etiam à multis intelligatur, taceri videtur: quemadmodum enim nescit quispiam, quod alius habet in animo; ita etiam quod obscurè dictum est à pluribus ignoratur. Hoc ergo dicit sanctus esse causam, ut non omnia nobis in scriptis tradita sint. Quod autem dum oramus orientem aspicimus, causam dicit esse, quòd nos antiquam patriam inquiramus, paradisum scilicet, quem Deus plantavit ab oriente. Genu autem non flectere in una sabbatorum, quæ est dominica, traditum est, quòd in ea cum Christo consurreximus; illo quidem ex sepulchro resurgente, nobis autem ab antiquo lapsu per illum excitatis: & quòd quæ sunt sursum quærere debemus, & non ad terrena & interitui obnoxia inclinari; & quòd futuri seculi dominicus imago est, qui cùm sit principium dierum, à Mose non primus, sed unus nominatur, ut qui circulariter vertens, unus sit & octavus, & octavum illum diem describat, futurum scilicet seculum, quod non desinit, & est infinitum, cujus etiam David in psalmorum inscriptionibus meminit, eos pro octava inscribens. Propterea ergo, inquit, necessariò docet ecclesia rectos stare, dum orant, ejus alumnos, fideles scilicet, quos aluit ecclesia, ut frequenter sursum aspiciendo futuræ gloriæ recordentur, & quo ad eam perveniatur viaticum comparent. Præterea de Pentecostes quoque diebus dicit, quòd & ipsi nobis expectatam resurrectionem significant. Quandoquidem primus dies resurrectionis domini septies septuplicatus per dies intermedios Pentecosten efficit: incipit enim à dominica Paschæ, & in novum alium dominicum redit, & ex illo rursus in sequentem dominicum; & ita circulariter vertens ac circumactus per septem hebdomadas, in pentecosten desinit, & imitatur æternitatem ab iisdem diebus incipiens & in eosdem recurrens, sicut in circulari motu. Linea enim quæ circulum efficit, quæ etiam circumferentia appellatur, unde incipit, illic desinit. In diebus ergo Pentecostes consuetudines ecclesiæ, seu leges vel statuta, docuerunt nos id præferre, ut recti stantes oremus, mentem nostram veluti excitantes à terrenis ad cœlestia per evidentem sive manifestam admonitionem. Per rectam enim figuram sursum aspicientes futurorum & cœlestium admonemur. Sed nec genuflectiones sunt nobis sine symbolo: significat enim in terram quidem inclinatio, quòd peccantes in terram lapsi sumus seu decidimus; ex terra autem rursus assurrectio & elevatio, quod à lapsu conversi sumus per gratiam Dei, qui clementia in nos usus est. Et quid hæc, inquit, enumero? Si enim omnia, quæ sine scriptis accepimus, mysteria dicere vellem, dies me deficeret, hoc est, ne satis quidem temporis haberem ad expositionem. Jam verò aliud quoque non scriptum adjicit, dicens; Mitto alia. In Patrem autem & Filium & Spiritum sanctum confiteri, undénam in scriptis habemus? Si enim ex traditione quæ est in baptismate, ex eo scilicet quod Christus dicat Apostolis, baptizantes in nomine Patris & Filii & Spiritûs sancti; ut baptizamur, ita & credere debemus, & ideo baptismati similem confessionem ponimus: dent nobis, ut quemadmodum confitemur, ita & glorificemus, credamus scilicet & gloriam canamus: sin autem dicunt, se non in scriptis accepisse, ita gloriam canere; dent nobis in scripturis demonstrationes, id est, in scriptis ostendant confessionem fidei, & alia enumerata. Hæc sanctus cum Pneumatomachis (hoc est Spiritûs sancti adversariis) differit, qui non ferebant, spiritum sanctum unà cum Patre & Filio glorificari, ut qui servum eum existimarent & non ho-

A κ) παρὰ πάντων γινώσκεσθαι. τὰ μὲν γὰρ κηρύγματά, φησι, δημοσιεύεται· τὰ δὲ δόγματα σιωπᾶται, ἵνα μὴ κἂν λεπτθένλα, τυτέςιν, ἐν συνεχεῖ μελέτῃ γινόμενα, ἐκ τῆς σωπθείας καταφρονῆται. σιωπὴς δὲ εἶδός ἐςι κ) ἡ ἀσάφεια. τὸ γὰρ ἀσαφὲς εἰρημένον, ὥστε μὴ κ) παρὰ πολλῶν νοεῖσθαι, ἔοικε σιωπᾶσθαι· ὥσπερ γὰρ οὐκ οἶδέ τις ὃ ἕτερος κατὰ νοῦν ἔχει, ὕτω κ) τὸ ἀσαφὲς εἰρημένον ἀγνοεῖται τοῖς πλείοσι. τοῦτο μέν σῶν φησιν ὁ ἅγιος. αἴτιον τὸ μὴ πάντα ἡμῖν ἐγγεγράφως παραδεδόσθαι. τῷ δὲ κατὰ ἀνατολὰς ὁρᾶν ἐν τῇ προσευχῇς, τὸν λόγον φησὶν εἶναι, τὸ ζητεῖν ἡμᾶς τὴν ἀρχαίαν παρείσον, τὸν παράδεισον δηλαδή, ὃν ἐφύτευσεν ὁ θεὸς κατὰ ἀνατολάς. μὴ γόνυ δὲ κλίνειν τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων, ἥτις ἐστὶν ἡ κυριακὴ, παραδέδοται, ὅτι ἐν αὐτῇ συνανέστημεν τῷ Χριστῷ, ἐκείνου μὲν τὸ τάφου ἐξαναστάντος, ἡμᾶς δὲ τῇ ἀρχαίᾳ πτώματος δι' ἐκείνου ἐξεγερθέντων. κ) ὅτι τὰ ἄνω ζητεῖν ὀφείλομεν, κ) μὴ πρὸς τὰ γήϊνα κ) φθαρτὰ ῥέπειν, κ) ὅτι τοῦ μέλλοντος αἰῶνος εἰκών ἐστιν ἡ κυριακὴ, ἥτις ἀρχὴ οὖσα τῶν ἡμερῶν, οὐχὶ πρώτη ἐκλήθη τῷ Μωϋσῇ, ἀλλὰ μία, ἅτε ἀνακυκλουμένη κ) μία οὖσα κ) ὀγδόη, κ) τῷ ὀγδόῳ ἐκείνῳ τυπώσα ἡμέραν, τὸν μέλλοντα δηλονότι αἰῶνα, τὸν ἄληκτον κ) ἀπέραντον, ὃν κ) Δαβὶδ ἐν ἐπιγραφαῖς ἐμνήσθη ψαλμῶν, ὡς τῆς ὀγδόης ἐπιγράψας αὐτούς. Διὰ ταῦτα οὖν ἀναγκαίως, φησὶ, παραδίδει ἡ ἐκκλησία ἱσταδὸν διορθοῦσθαι τοὺς προφίμους αὐτῆς, ἤγουν τοὺς πιςοὺς, ὡς ἡ ἐκκλησία ἐτράφησαν, ἵνα συνεχῶς διὰ τὸ ἄνω ὁρᾶν ἀναμιμνήσκωνται τῆς μελλούσης ζωῆς, κ) ὡς πρὸς ἐκείνῳ ἑφοδίῳ ἑτοιμάζωσιν. εἶτα κ) περὶ τῆς πεντηκοςῆς φησιν ἡμερῶν, ὅτι κ) αὐτὴ τῷ προσδοκωμένῳ ἀνάςασιν ἡμῖν σημαίνουσιν. ἐπεὶ κ) ἡ πρώτη ἡμέρα τῆς ἀναςάσεως τοῦ κυρίου ἑπτάκις ἑπταπλασιαζομένη διὰ τῶν ἐν μέσῳ ἡμερῶν ἀποτελεῖ τὴν πεντηκοςήν· ἄρχεται γὰρ ἀπὸ τῆς τοῦ Πάσχα κυριακῆς, καὶ καταλήγει εἰς τὴν ἑπτὰ κυριακὴν τὴν ἑβδόμην, κ) ἐξ ἐκείνης αὖθις εἰς τὴν ἑφεξῆς κυριακὴν, κ) ὕτως ἀνακυκλουμένη κ) ἐξελίττουσα διὰ τῶν ἑπτὰ ἑβδομάδων εἰς τὴν πεντηκοςὴν καταλήγει, κ) μιμεῖται αἰῶνα ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἀρχόμενα ἡμερῶν, κ) εἰς τὰς αὐτὰς καταντῶσα, ὥσπερ ἐν κυκλικῇ κινήσει. ἡ γὰρ τὸν κύκλον ἀποτέλουσα γραμμὴ, ἥτις κ) περιφέρεια λέγεται, ὅθεν ἄρχεται ἐκεῖ καταλήγει. ἐν γοῦν ταῖς τῆς πεντηκοςῆς ἡμέραις, οἱ θεσμοὶ τῆς ἐκκλησίας, ἤγουν οἱ νόμοι ἢ οἱ τύποι, ἐπαίδευσεν ἡμᾶς προτιμᾶν τὸ, ὀρθοὺς ἑστῶτας προσεύχεσθαι, ἀπανισταμένους ὥσπερ τὸν νοῦν ἡμῶν ἐκ τῶν γηΐνων ἐπὶ τὰ ἐπουράνια διὰ τῆς ἐνεργοῦς ἥτις φανερᾶς ὑπομνήσεως. ὑπομιμνησκόμεθα γὰρ διὰ τοῦ ὀρθίου σχήματος ἄνω ὁρῶντες τῶν μελλόντων κ) ἐπουρανίων. ἀλλὰ κ) αἱ γονυκλισίαι οὐκ ἀσύμβολοι ἡμῖν εἰσι· σημαίνει γὰρ ἡμῖν εἰς γῆν κατάκλισις, ὅτι ἁμαρτάνοντες εἰς γῆν κατερρύημεν ἤγουν πεπτώκαμεν, ἡ δι' ἐκ τῆς γῆς αὖθις ἀνάνευσις κ) ἀνάςασις, ὅτι ἐκ τοῦ πτώματος ἀνεκλήθημεν διὰ τῆς χάριτος τοῦ θεοῦ φιλανθρωπευσαμένου περὶ ἡμᾶς. κ) τί ταῦτα, φησιν, ἀπαριθμῶ; εἰ γὰρ πάντα λέγειν ἐθέλω, ὅσα ἀγράφως μυστήρια παραλαμβάνομεν, ὑπολείψει με ἡ ἡμέρα, ἀντὶ δὲ, οὐδὲ καιρὸν ἔχω ἀρκοῦντα πρὸς τὴν διήγησιν. εἶτα κ) ἕτερόν τι περιτίθησιν ἄγραφον, λέγων, ἐῶ τἄλλα. Τὸ δὲ ὁμολογεῖν εἰς πατέρα κ) υἱὸν κ) ἅγιον πνεῦμα, πόθεν ἐγγράφως ἔχομεν; εἰ μὲν γὰρ ἐκ τῆς ἐν τῷ βαπτίσματι παραδόσεως, ἤγουν ἐκ τοῦ εἰπεῖν τὸν Χριστὸν τοῖς ἀποστόλοις, βαπτίζοντες εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς κ) τοῦ υἱοῦ κ) τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὡς βαπτιζόμεθα, ὕτω κ) πιστεύειν ὀφείλομεν, κ) διὰ τοῦτο ὁμοίαν τῷ βαπτίσματι τὴν ὁμολογίαν τιθέμεθα· δότωσαν ἡμῖν, ἵνα ὡς ὁμολογοῦμεν, ὕτω κ) δοξάζωμεν, ἤγουν πιστεύωμεν ἢ δοξολογῶμεν· ἐὰν δὲ λέγωσιν, ἀλλ' οὐκ ἐγγράφως παραλάβομεν, ὕτω δοξολογεῖν, δότωσάν ἡμῖν ἐγγράφως τὰς ἀποδείξεις, ἀντὶ τοῦ ἐγγράφως δεξάτωσάν τὴν κ) τὴν πίστιν ὁμολογίαν κ) τὰ ἄλλα τὰ ἀπαριθμηθέντα. πρὸς τοὺς πνευματομάχους ταῦτα ὁ ἅγιος διαλέγεται, μὴ ἀνεχομένους συνδοξολογεῖσθαι

σωνδοξολογεῖσθαι τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ τὸ ἅγιον πνεῦμα, οἷα δὴ ὂν αὐτὸ συνδοξάζοντας, καὶ οὐκ ὁμότιμον, καὶ λέγοντας, ὅτι οὐκ ἐξεύρομεν ἐγγράφως παραδοθὲν τῇ ἐκκλησίᾳ τὸ συνδοξολογεῖσθαι αὐτῷ τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ, καὶ ἐπάγειν καὶ ταῦτα ὁ ἅγιος. εἶτα τοσούτων ὄντων ἀγράφων, καὶ τοσαύτην ἐχόντων ἰσχὺν εἰς τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον, μίαν λέξιν ἡμῖν ἐκ πατέρων τῶν πρὸ ἡμῶν εἰς ἡμᾶς ἐλθοῦσαν οὐ συγχωρήσουσι; καὶ ζῇ ἔξεστι. ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν, ὅτι ἐπεὶ τοσαῦτά εἰσιν ἃ ἀγράφως παρελάβομεν, καὶ ἔστιν ἃ πρὸς τὴν πίστιν ἰσχύει, οὐ παραχωρήσουσιν ἡμῖν μίαν λέξιν, οὐ παρ' ἡμῶν εἰσαχθεῖσαν, ἀλλ' ἣν καὶ εὕρομεν ἐκ συνηθείας ἀνεπιτηδεύτου, ἧς ἀφελείας καὶ ἁπλῆς ἀναπομνάσεις ταῖς ἀληθέσι τῶν ἐκκλησιῶν, ἤτοι ταῖς ὀρθοδόξαις, ταῖς μὴ διεφθαρμέναις ὑπὸ τῶν αἱρετικῶν, ἔχουσαν οὐ μικρὸν λόγον, οὐδὲ ὀλίγως συντέλουσαν ἧς ἀφελείας εἰσφέρουσαν εἰς τὴν τοῦ μυστηρίου τῆς πίστεως δύναμιν, ἀντὶ τοῦ, μεγάλως ὠφελεῖν δυναμένην εἰς τὸ τῆς πίστεως μυστήριον.

A nore æqualem,& dicebant ſe in ſcriptis non inveniſſe traditum eccleſiæ, ut ipſe unà cum Patre & Filio glorificaretur, & infert hæc quoque ſanctus. Deinde cum tot ſint quæ non ſcripta ſunt, & tantam poteſtatem habeant ad pietatis myſterium; unam dictionem, quæ ad nos venit ex patribus,qui ante nos fuerunt,non concedent? & quæ ſequuntur. Quod autem dicit, eſt ejuſmodi; Cum tot ſint quæ ſine ſcriptis accepimus, eáque ad fidem tam valida; non permittant nobis unam dictionem, non à nobis introductam, ſed quam invenimus ex conſuetudine non quæſita nec affectata, ſed ſimplici, quæ permanſit in eccleſiis non perverſis, hoc eſt, orthodoxis,ab B hæreticis non depravatis, quæ magnam habet rationem, nec parum affert utilitatis ſeu adjumenti ad fidei myſterii poteſtatem, hoc eſt, quæ multum juvare poteſt ad fidei myſterium.

## ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΚ ΤΟΥ ΚΘ'.

κεφαλ. τῆς αὐτῆς πραγματείας.

C

## ΚΑΝΩΝ ϟγ'.

ΠΡΟΣ γε μὴν τὸ ἀμάρτυρον καὶ ἄγραφον εἶναι τὴν σὺν τῷ πνεύματι δοξολογίαν, ἐκεῖνο λέγομεν, ὅτι εἰ μὴ μηδὲν ἕτερον ἄγραφον, μηδὲ τοῦτο παραδεχθήτω· εἰ δὲ τὰ πλεῖστα τῶν μυστικῶν ἀγράφως ἡμῖν ἐμπολιτεύεται, μετὰ πολλῶν ἑτέρων καὶ τοῦτο καὶ παραδεξώμεθα. ἀποστολικὸν δὲ οἶμαι καὶ τὸ ταῖς ἀγράφοις παραδόσεσι παραμένειν. ἐπαινῶ γάρ, φησιν, ὑμᾶς, ὅτι πάντα μου μέμνησθε, καὶ καθὼς παρέδωκα ὑμῖν τὰς παραδόσεις κατέχετε· καὶ τό, κρατεῖτε τὰς παραδόσεις ἃς παρελάβετε, εἴτε διὰ λόγου εἴτε δι' ἐπιστολῆς· ὧν μάλιστα μία ἐστὶ καὶ ἡ παροῦσα αὕτη, ἣν οἱ ἐξ ἀρχῆς διαταξάμενοι παραδιδόντες τοῖς ἐφεξῆς, συμπροϊόσης, αἰεὶ τῷ χρόνῳ τῆς χρήσεως, διὰ μακρᾶς συνηθείας ταῖς ἐκκλησίαις ἐγκαθέρριζωσαν. ἆρουν οὐ ὡς ἐν δικαστηρίῳ τῆς διὰ τῆς τῶν ἐγγράφων ἀποδείξεως ἀποροῦντες μαρτύρων ἡμῖν πλῆθος παρεσκευάμεθα, οὐκ ἂν τῆς ἀφελείας παρ' ἡμῶν ψῆφον τυχοῦσαν; ἐγὼ μὲν οὕτως οἶμαι. δύο γὰρ καὶ τρισὶν μαρτύρων σταθήσεται πᾶν ῥῆμα. εἰ δὲ καὶ τὸν πολὺν χρόνον πρὸς ἡμᾶς ὄντα ἐναργῶς ὑμῖν ἐπιδείκνυμεν, οὐκ ἂν ἐδόξαμεν ὑμῖν εἰκότα λέγειν, μὴ εἶναι καθ' ἡμᾶς τῷ δίκῃ εἰσαγώγιμον ταύτῃ; δυσωπητικὰ γάρ πως τὰ παλαιὰ τῶν δογμάτων, οἱονεὶ πολιᾷ τινι τῇ ἀρχαιότητι θ' αἰδέσιμον ἔχοντα.

## EJUSDEM EX XXIX. CAPITE

Ejuſdem operis.

## Canon XCIII.

*IAm verò ad hoc, quòd teſtibus careat nec in ſcripturis extet ea, quæ una cum ſpiritu eſt glorificatio, illud dicimus; quòd ſi nihil quidem aliud eſt, quod non ſit ſcriptum, nec hoc admittatur: ſin autem plurima myſtica ſine ſcriptis in republica Chriſtiana verſantur, cum multis aliis hoc quoque ſuſcipiamus. Apoſtolicum autem eſſe exiſtimo in non ſcriptis quoque traditionibus permanere. Laudo enim, inquit, vos, quòd omnium meorum meminiſtis, & quemadmodum tradidi vobis traditiones tenetis: & illud; Servate traditiones quas accepiſtis, ſive per ſermonem ſive per epiſtolam; quarum quidem maximè una eſt & hæc præſens, quam qui ab initio conſtituerunt, poſteris tradentes, uſu ſemper unà cum tempore procedente, per longam conſuetudinem in eccleſiis actis radicibus firmam ſtabilémque fecerunt. Nunquid ergo, ſi veluti in judicio inopia probationis quæ ſit per ſcripta laborantes, teſtium nobis multitudinem adduxerimus, annon à nobis editam ſententiam aſſequemur? Ego quidem ſic exiſtimo. In ore enim duorum vel trium teſtium ſtabit omne verbum. Sin autem & longum tempus pro nobis facere apertè vobis oſtenderimus, annon vobis videbimur dicere probabiliter, non eſſe hanc concedendam adverſus nos actionem? Sunt enim quodammodo veneranda antiqua dogmata, quæ, tanquam in quadam canitie, in antiquitate habent venerationem.*

ΒΑΛΣ. Ετι καταδιδάσκει ὁ ἅγιος τὸν οἰκεῖον λόγον, λέγων πρὸς τοὺς αἱρετικούς, ὅτι εἰ μὴ μηδὲν ἄλλο ἄγραφον παρεδόθη, μηδὲ τοῦτο παραδεχθήτω· εἰ δὲ πολλά εἰσι τὰ ἀγράφως πολιτευόμενα, ἃ πνὰ οὐκ ἀπεῖθησεν, μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοῦτο παραδεξώμεθα. εἶτα δείκνυσιν, ὅτι καὶ ἀποστολικόν ἐστι τὸ φυλαττόμενον φυλάττειν, τίθησι καὶ αὐτὰ τοῦ ἀποστόλου τὰ ῥήματα, καί φησιν, ὅτι τῶν παραδόσεων μία καὶ αὕτη ἐστίν, ἥν περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, οἱ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐγκατερρίζωσαν, ἀντὶ τοῦ βεβαίως κατέθεντο, καὶ παρέδωκαν. ὥσπερ γὰρ τὰ καταῤῥιζωθέντα τῶν φυτῶν οὐ ῥᾴδιον ἀποσπᾶσθαι τῆς γῆς· οὕτω καὶ τοῦτο οὐ ῥᾳδίως ἀποβαλοῦσαι αἱ ἐκκλησίαι, οὐδὲ διαφθείρουσιν. ὅπερ χειρεῖ δὲ ἔτι λέγων, ὅτι εἰ δικαστήρια ἄρα συνεστηκότα πρὸς ἡμᾶς, καὶ οὐκ ἀπορροῦμεν ὅτι τοῖς εἰσαγομένοις ἐγγράφων ἀποδείξεων, παρεστήκαμεν δὲ ὑμῖν μάρ-

BALS. Sanctus ſuum adhuc dictum confirmat, dicens hæreticis; ſi nihil quidem aliud non ſcriptum traditum eſt, nec hoc admittatur: ſin autem multa ſunt, quæ ſine ſcriptis in republica Chriſtiana verſantur, quæ quidem enumeravit, cum aliis hoc quoque admittamus. Deinde oſtendit, quòd eſt Apoſtolicum ſervare quod traditum eſt, & ponit etiam ipſa verba Apoſtoli, & dicit, quòd hæc quoque una eſt traditionum, ſcilicet de ſancto Spiritu, quam in Eccleſiis actis radicibus, firmam ſtabilémque fecerunt; & tradiderunt. Quemadmodum enim plantæ, quæ radices egerunt, à terra non facile evelluntur: ita & hoc non facile amittent nec prodent eccleſiæ. Præterea autem argumentatur, dicens; Si in judicium forte à vobis adducti eſſemus, nec adverſus ea, quæ intenderentur, eſſet nobis ſcriptarum probationum copia, ſed teſtes vobis pro-

 duceremus:

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

duceremus: an non per teſtium vocem abſolveremur? Ad ſui autém dicti probationem, verba quoque Evangelica adducit. Sed & ſi longum, inquit, tempus proponeremus, utpote eo vincentes adverſarium, ut qui quod ab eo vindicatur longo tempore poſſederimus, & hoc apertè oſtenderemus, an non efficeremus ut omnino non admitteretur actio in judicium, ſed potius excluderetur? antiqua enim dogmata in veneratione habentur, cum homines ea revereantur propter antiquitatem, & quemadmodum ſenibus canities venerationem acquirit, ita & antiquitas dogmatibus:

τυχες, ὑκ ἂν ἀφῃρέθημεν τῆς τῶν μαρτύρων φωνῆς ἐδικαιώθημεν; ἐπάγῃ δὲ εἰς κατασκευὴν τοῦ οἰκείου λόγου καὶ διαγγελικὰ ῥήματα. Ἀλλὰ εἰ καὶ σφενδαλλόμεθά, φησιν, τὸν πολὺν χρόνον, ὡς ἀφ' τούτου νικῆσαι τὸν ἀντίδικον, οἷα τὸ ἐκνικώμενον παρ' ἐκείνου νεμηθέντες ὅτι μακρὸν, καὶ τοῦτο ἐδείκνυμεν φανερῶς, ὑκ ἂν ἐποιήσαμεν μηδὲ εἰσαχθῆναι ὅλως τὴν δίκην εἰς δικαστήριον, ἀλλὰ μᾶλλον ἀποπεμφθῆναι; τὰ γὰρ παλαιὰ δόγματα δυσωπῶσιν, αἰδημένων ἀυτὰ τῶν ἀνθρώπων ἀφ' τὴν ἀρχαιότητα, καὶ ὥσπερ τοῖς γεγηρακόσιν ἡ πολιὰ περιποιεῖται τὸ αἰδέσιμον, ὕτω καὶ ἡ ἀρχαιότης τοῖς δόγμασιν.

B

C

D

EPISTOLA

E

F

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

A

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΑΝΟΝΙΚΗ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ Γρηγορίου ὀπισκόπου Νύσσης πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις Λητοῖον ὀπίσκοπον Μελιτηνῆς.

## EPISTOLA CANONICA SANCTI GREGORII Nysseni Episcopi ad sanctum Letoïum Melitenes Episcopum.

### ΚΑΝΩΝ α'.

ΕΝ ᾧ τοῦτο τῶν εἰς τὴν ἁγίαν ἑορτὴν συντελούντων ἐστὶ τὸ καλανοῆσαι ἡμᾶς τὴν ἔννομόν τε καὶ κανονικὴν ὀπὶ τῶν πεπλημμεληκότων οἰκονομίαν, ὅπως ἂν θεραπεύθείη πᾶν B ἀῤῥώστημα ψυχικὸν, τὸ διά τινα ἁμαρτίας ὀπιγινόμμον. ἐπεδὴ γὰρ ἡ καθολικὴ καὶ αὕτη τῆς κτίσεως ἑορτὴ κατὰ τὴν πταγμένην περίοδον τῶν ἐνιαυσιαίων κύκλων, καθ' ἕκασον ἔτος ἐν παντὶ κληρυμμύῃ τῷ κόσμῳ ὀπὶ τῇ ἀναστάσει τοῦ πεπτωκότος ὀπιτελεῖται (πτῶσις δέ ἐστιν ἡ ἁμαρτία, ἀνάστασις δὲ ἡ ἐκ τῶν πτωμάτων τῆς ἁμαρτίας ἀνάστασις) καλῶς ἂν ἔχοι, κατὰ τὴν ἡμέραν ταύτην οὐ μόνον τοὺς ἐκ παλιγγενεσίας μεμαστοιχειωμμύους διὰ τῆς τοῦ λουτροῦ χάριτος τῷ Θεῷ προσάγειν, ἀλλὰ καὶ τοὺς διὰ τῆς μετανοίας καὶ ὀπισροφῆς ἀπὸ τῶν νεκρῶν ἔργων εἰς τὴν ζωσμὴν ὁδὸν πάλιν ἐπανιόντας, καὶ τούτους χειραγωγεῖν πρὸς C τὴν σώζουσαν ἐλπίδα, ἧς διὰ τῆς ἁμαρτίας ἀπεξενώθησαν. ἔστι γοῦν οὐ μικρὸν ἔργον τὸ τοὺς περὶ τούτων λόγους οἰκονομῆσαι ἐν τῇ ὀρθῇ τε καὶ δεδοκιμασμένῃ κρίσει, κατὰ τὸ παράγγελμα τοῦ προφήτου τὸ κελεῦον, δεῖν οἰκονομεῖν τοὺς λόγους ἐν κρίσει, ἵνα, καθὼς ἔχει τὸ λόγιον, μὴ τις σαλευθῇ εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς μνημόσυνον αἰώνιον γένηται δίκαιος. ὥσπερ γὰρ καὶ ὅτι τῆς σωματικῆς θεραπείας ὁ μὲν σκοπὸς τῆς ἰατρικῆς τέχνης ἐστὶν, τὸ ὑγιαίνοντα τὸν κάμνοντα, τὸ δὲ εἶδος τῆς ὀπιμελείας διάφορον (πολὺ γὰρ τὸ ποικιλίαν τῶν ἀῤῥωστημάτων καταλλήλως καὶ ἡ θεραπευτικὴ μέθοδος ἑκάστῳ τῶν νοσημάτων προσάγει). οὕτω πολλῆς οὔσης καὶ ἐν τῇ ψυχικῇ νόσῳ τῆς τῶν παθῶν ποικιλίας, ἀναγκαίως πολυειδὴς γενήσεται ἡ θεραπευτικὴ ὀπιμέλεια πρὸς λόγον τῶν πάθων ἐνεργοῦσα τὸ ἴασιν. ὡς δ' ἂν γένοιτό τις τεχνικὴ μέθοδος τοῦ προκειμένου προβλήματος, οὕτω τὸν λόγον διαληψόμεθα. τρία ἐστὶν τὰ περὶ τὸ ψυχικὸν ἡμῶν θεωρήμενα κατὰ τὸ πρῶτον διαίρεσιν, τό τε λογικὸν, καὶ τὸ ὀπιθυμητικὸν, καὶ τὸ θυμοειδές. ἐν τούτοις ἐστὶ καὶ τὰ κατορθώματα τῶν καθ' ἀρετὸ βιόντων καὶ τὰ πτώματα τῶν εἰς κακίαν ἀποῤῥεόντων. διὸ πρόσκειται τὸν μέλλοντα τὸ καταλλήλον θεραπείαν προσάγειν τῷ νενοσηκότι τῆς ψυχῆς μέρει, πρότερον μὲν ἐπισκέπτεσθαι ὑπό τινα σωίζηται τὸ πάθος, εἶθ' οὕτω πεπονθότι προσάγειν ἁρμοδίως τὸ θεραπείαν· ὥστε μὴ δι' ἀπειρίαν τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου ἄλλο μὲν ἢ τὸ νοσῆσαν μέρος, ἕτερον δὲ τὸ τῇ θεραπείαν δεχόμενον· ὥσπερ ἀμέλει βλέπομεν πολλοὺς τῶν ἰατρῶν ἐν ἀπειρίᾳ τοῦ προσυπαθοῦντος μέρους προσεπιτείνοντας τὸ νόσον, δι' ὧν θεραπεύουσι. τῆς γὰρ ἀῤῥωσίας οὔσης πολλάκις κατὰ θερμοῦ ὑπερκράτησιν, ἐπειδὴ τοῖς καλὰ πλεονασμὸν τοῦ ψυχροῦ κεκακωμμύοις, χρήσιμον τὸ θερμαῖνόν τε καὶ ἀναθάλπον ὑπὸ τὸ τέτοις κατὰ λόγον συνεργὸν, ἀσκέπτως τὸ αὐτὸ τοῖς ἐν ἀμετρίᾳ θερμότητος ἐκκεχυμένοις ἐπαγαγόντες, δυσίατον τὸ πάθος ἐποίησαν. ὥσπερ οὖν ἀναγκαιοτάτη τοῖς ἰατροῖς ἐνομίσθη ἡ κατάμαθησις τῆς τῶν στοιχείων ἰδιότητος, ὅπως ἂν ἑκάστου τῶν δι' ἢ καλῶς διακειμένων γένοιτο τοῦ κατὰ φύσιν διαθέσεως ἢ ἐπανόρθωσις· οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐπὶ ταύτῃ ἀναβαίνοντες τῇ διαίρεσιν, τῶν ἐν τῇ ψυχῇ θεωρημένων, ἀρχὴν καὶ ὑπόθεσιν τῆς μεταλλήλου τῶν παθῶν θεραπείας ποιησώμεθα τὴν γενικὴν θεωρίαν. ὑκοῦν τριχῇ, καθὼς ἔφαμεν, διηρημένης τῆς ἰδιότητος τῶν τῆς ψυχῆς κινημάτων, εἰς τὸ λογικόν τε καὶ ὀπιθυμητικὸν καὶ θυμοειδές, καλόρθω-

### Canon I.

*EOrum quæ ad sanctum festum conferunt & hoc unum est, nempe legitimam & canonicam in iis qui peccârunt œconomiam intelligere, ut curetur omnis morbus animæ, qui per aliquod peccatum accidit. Quoniam enim hoc est universale festum creationis, quod, in præstituto annui circuli ambitu, singulis annis in universo institutum mundo propter ejus, qui ceciderat, resurrectionem peragitur, (casus autem est peccatum; resurrectio verò ex peccati casu erectio) rectè habuerit, si hodierna die non solum eos, qui ex regeneratione per lavacri gratiam transmutati sunt, ad Deum adducamus; sed eos etiam, qui per pœnitentiam & conversionem à mortuis operibus ad viventem viam ascendunt, ad spem quæ salvos eos faciat tanquam manu deducamus, à qua per peccatum alienati sunt. Neque verò parvum opus est ea, quæ de his dicenda sunt, in recto & probato judicio dispensare, juxta præceptum Prophetæ, quod jubet, oportere sermones dispensare in judicio, ut, quemadmodum habet Divinum oraculum, non moveatur in æternum, & in æterna memoria sit justus. Quemadmodum enim etiam in corporali medela, unum est quidem institutum artis medicæ, ut sanus sit is, qui laborat, varium autem est curationis genus (pro morborum enim varietate convenienter quoque medicinæ methodus unicuique morbo applicatur) ita cùm multa sit etiam in morbo animæ affectionum varietas, multiformis quoque necessario fuerit medica curatio ad affectionis rationem medicinam exercens. Ut sit autem arte aliqua procedens propositæ quæstionis methodus, rem ita tractabimus. Tria sunt, quæ in anima nostra considerantur, secundum primam divisionem; ratio, concupiscentia, & ira. In iis sunt & rectè facta eorum qui ex virtute vivunt, & delicta eorum qui ad vitium dilabuntur. Quamobrem oportet eum, qui ægrotanti animæ parti congruam medelam est adhibiturus, prius quidem considerare in quónam consistit affectio, deinde sic laboranti convenientem medelam applicare; ne propter medicæ disciplinæ ignorantiam, alia quidem sit pars quæ ægrotat, alia verò cui est adhibita medela: sicut certè multos videmus medicos, qui propter ignorationem partis primò affectæ morbum suis medicamentis adaugent. Cum enim ob calidi dominium morbus sæpe existat: quoniam iis, qui propter nimiam frigidi abundantiam male affecti sunt, utile est quod calefacit, & confovet id quod illis ex ratione adhibitum; idem iis, qui immoderata caliditate succenduntur, inconsideratè applicantes, efficiunt ut sit morbus curatu difficillimus. Quemadmodum ergo medicis imprimis necessaria existimata est elementorum proprietatis cognitio, ut uniuscujusque eorum, quæ bene vel malè constituta sunt, id quod præter naturam affectum est corrigatur: Sic & nos ad hanc recurrentes divisionem, eorum quæ in anima considerantur, principium & fundamentum convenientis affectionum curationis generalem faciamus contemplationem. Trifariam ergo, ut diximus, divisa proprietate motionum animæ, in rationem, concupiscentiam & iram; rationis quidem compotis animæ partis rectum officium est pia*

*de*

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

*de Deo existimatio, boni & mali discernens scientia, & quæ habet perspicuam & non confusam de rerum subjectarum natura opinionem, quid est quidem, in iis quæ sunt, expetendum, quid vero abhorrendum & abjiciendum: & rursus ex contrario, quod in ea parte est vitium omnino considerabitur, quando circa res quidem Divinas fuerit impietas, circa id autem, quod verè honestum est, inopia judicii, perversa autem & corrupta de rerum natura existimatio, ut lucem tenebras ponat, & tenebras lucem, ut dicit scriptura. Concupiscentis autem partis motus est ex virtute, si ad id quod est reverà concupiscendum & verè pulchrum & honestum erigatur desiderium, & si qua est in nobis amatoria facultas & affectio, tota in illo versetur, ut credamus nihil aliud esse sua natura expetendum præter virtutem, & naturam quæ virtutem effundit: hujus autem partis declinatio est & peccatum, quando cupiditatem transtulerit quispiam ad inanem, quæ non potest consistere, gloriam, vel ad florem qui coloratè corporum superficiei est illius. Unde existit avaritia, ambitio & libido, & cætera ejusmodi quæ ab hoc vitii genere dependent. Rursus autem irascentis partis recta actio est mali odium, & bellum cum animi perturbationibus, & ad fortitudinem in eo esse confirmatam animam, ut ea non pertimescat, quæ multis terribilia videntur, sed usque ad sanguinem peccatore sistat; mortis autem minas, & gravia supplicia contemnat, & à rebus jucundissimis disjunctionem, & omnibus, ut semel dicam, quæ propter aliquam consuetudinem & anticipatam opinionem multos in voluptate detinent, sit superior pro fide & virtute decertans: hujus autem partis prolepsiones omnes apertæ sunt, invidia, odium, ira, convicia, certamina, contentiosæ & ultionis appetentes affectiones, quæ acceptæ injuriæ recordationem longè extendunt, & multos ad cædem & sanguinem incitant. Dum enim non inveniret stulta & inerudita ratio, quomodo armis suis utiliter uteretur, ferri aciem in se convertit; eáque arma defensiva quæ nobis à Deo data sunt, ei, qui malè utitur, exitium afferunt.*

μα μὲν τῦ λογιςικῦ τῆς ψυχῆς μέρους ἔςιν ἡ δύσεβὴς περὶ τὸ θεῖον ὑπόληψις, ἢ ἡ τῦ καλῦ τι ἢ κακῦ διαφορικὴ διαςήμη, ἢ ἡ περὶ τὸ ἀσύγχυτον ἔχουσα περὶ τῆς φύσεως τῶν ὑποκειμένων τὴν δόξαν, τί μέν ἔςιν αἱρετὸν ἐν τοῖς οὖσι, τί δὲ βδελυκτὸν ἢ ἀπόβλητον· ἢ πάλιν ἐκ τῦ ἐναντίου πάντως ἡ ἐν τῷ μέρει τέτῳ κακία θεωρηθήσεται, ὅταν ἀσέβεια μὲν ἡ περὶ θεῖον, ἀκρισία δὲ περὶ τὸ ὄντως καλόν, ἐπιλαγμένη δὲ ἢ ἐσφαλμένη ἡ περὶ τῶν πραγμάτων φύσιν ὑπόληψις, ὡς τε τιθέναι τὸ φῶς σκότος ἢ τὸ σκότος φῶς, καθώς φησιν ἡ γραφή. τῦ δὲ ἐπιθυμητικῦ μέρους ἡ μὲν ἐναρετός ἔςι κίνησις, τὸ πρὸς τὸ ὄντως ἐπιθυμητικὸν ἢ ἀληθῶς καλὸν ἀναγεσθαι τὸν πόθον, ἢ εἴ τις ἐν ἡμῖν ἐρωτικὴ δύναμίς τε ἢ διάθεσις, ἐκείνη παραχολεῖσθαι πάσῃ, ἐν τῷ πεπεῖσθαι μηδὲν ὀρεκτὸν εἶναι τῇ ἑαυτῦ φύσει ἄλλο, πλὴν τῆς ἀρετῆς ἢ τῆς πρὸς ἀρετὴν μεταλήψεως φύσεως· παρατροπὴ δὲ ἢ ἁμαρτία τῦ τοιῦτου μέρους ἔςιν, ὅταν τις μεταλάβῃ πρὸς ἐπιθυμίαν περὶ πρὸς ἀνυπόςατον κενοδοξίαν ἢ περὶ τὸ ἐπικεχρωσμένον τοῖς σώμασιν ἄνθος. ὅθεν γίνεται ἡ φιλοχρηματία ἢ ἡ φιλοδοξία ἢ ἡ φιληδονία, ἃ πάντα τὰ τοιαῦτα ὅσα τῦ τοιῦτου ἤρηται τῆς κακίας γένους. πάλιν δὲ τῆς θυμοειδῦς διαθέσεως κατόρθωμά ἔςιν ἡ πρὸς τὸ κακὸν ἀπέχθεια, ἢ ὁ πρὸς τὰ πάθη πόλεμος, ἢ τὸ περὶ ἀνδρείαν ἐστηρίσθαι πρὸς τὸ ψυχικὸν ἐν τῷ μὴ καταπλήσσεσθαι τὰ τοῖς πολλοῖς φοβερὰ νομιζόμενα, ἀλλὰ μέχρις αἵματος πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀντικαθίστασθαι, καταφρονεῖν δὲ παντελῶς ἀπειλῆς ἢ ἀλγηδόνων κολαστηρίων ἢ τῆς τῶν ἡδίστων διαζεύξεως, ἢ πάντων ἁπλῶς τῶν διά τινος συνηθείας ἢ περιλήψεως ἐν ἡδονῇ τὰς πολλὰς κατεχόντων κρείττονα γενέσθαι τῆς πίστεως ἢ τῆς ἀρετῆς προμαχόμενον. τὸ δὲ ἀπαράλλαξον τῦ τοιῦτου μέρους ἔςιν ἅπασι περίδηλα, ὁ φθόνος, ὁ μῖσος, ἡ μνησικακία, αἱ λοιδορίαι, αἱ συμπλοκαί, αἱ φιλόνεικοί τε ἢ ἀμυντικαὶ διαθέσεις, αἱ μέχρι πολλῦ παρατείνουσι τὴν μνησικακίαν ἢ πολλὰς εἰς φόνους ἢ αἵματα καταγούσας. μὴ γὰρ εὑρὼν ὁ ἀπαίδευτος λογισμὸς ὅπως χρήσεται λυσιτελῶς τῷ ὅπλῳ, ἐφ' ἑαυτὸν τρέπει τὴν τῦ σιδήρου ἀκμὴν, ἢ ἔςι τὸ ἐκ τῦ θεῦ δοθὲν ἡμῖν ἀμυντήριον ὅπλον τῷ κακῶς κεχρημένῳ ὀλέθριον.

Bals. In tempore festi paschæ hic magnus pater hanc epistolam misisse videtur: & dicit ad festum conferre, ut qui peccant legitimè & canonicè dispensentur. Festum enim resurrectionis Domini, propter resurrectionem humani generis, quod propter peccatum ceciderat, & factum est, & quotannis peragitur. Resurrectio autem est etiam ex lapsu peccati resurrectio. Peccatorem enim à peccato abstinere, est resurgere à casu quo cecidit qui peccat. Quare oportet, inquit, hodierno die Deo adducere, non solum eos qui per salutare baptismi lavacrum ex regeneratione transmutantur, tanquam novum corpus accipientes, utpote quod sancti Spiritûs gratia à sordibus sit emundatum, quæ ei per peccatum insederant. Non eos ergo, dicit, solum adducere oportere Paschæ tempore, sed eos etiam qui agunt pœnitentiam, & à mortuis operibus ad viam viventem ascendunt. Hoc autem in epistola ad Hebræos à magno Paulo dictum est, qui mortua vocavit opera, quæ animam malo odore replent, & nos immundos efficiunt. Quemadmodum enim in lege antiqua, qui mortuum tetigit immundus existimabatur: ita & qui mortua tangit opera immundus à Deo judicatus est, per pœnitentiam autem purgatus ad viam viventem revertitur. Quæ autem ad Deum ducit, est ea via vivens, quæ futuram nobis vitam conciliat, quæ à mortuis operibus, seu quæ nos mortificant, separat, quæ à servante spe nos abalienant, hoc est, à regno Dei, quod, si speretur, servat eos qui sperant, & secundum Dei mandata vivunt, ne ab eo excidamus.

ΒΑΛΣ. Ἐν καιρῷ τῆς τῦ πάσχα ἑορτῆς φαίνεται ὁ μέγας οὗτος πατὴρ τὴν ἐπιστολὴν ταύτην ἀπεσταλκὼς καί φησιν, ὅτι συντελεῖ εἰς τὴν ἑορτὴν πῶς οἱ ἁμαρτάνοντες οἰκονομηθήσονται, ἐννόμως τε καὶ κανονικῶς. ἡ μὲν τῆς ἀναστάσεως ἑορτὴ τῦ κυρίου, διὰ τὴν ἀνάστασιν τῦ πεπτωκότος διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἀνθρωπείου γένους· καὶ γίνεται καὶ ἐτησίως ἐπιτελεῖται. ἀνάστασις δέ ἔςι καὶ ἡ ἐκ τῦ πτώματος τῆς ἁμαρτίας ἀνόρθωσις. τὸ γὰρ ἀποχάσασθαι τῆς ἁμαρτίας τὸν ἁμαρτάνοντα, ἀναστῆναί ἔςι τῦ πτώματος ὃ πέπτωκεν ἁμαρτάνων. διὸ φησὶ καὶ τὴν σήμερον ταύτην, μὴ μόνον προσάγειν δεῖ τοὺς διὰ τῦ σωτηρίου λουτροῦ τῦ βαπτίσματος μεταποιηθέντας ἐκ παλιγγενεσίας, νέον ὡσπερ τὸ σῶμα λαμβάνοντας, οἷα καθαρθὲν τῇ τῦ πνεύματος χάριτι τῶν μολυσμάτων, ἃ διὰ τῆς κακίας αὐτῷ περιενεχίβησεν. ἀ τέτους οὐ μόνον, φησὶ, προσάγειν χρεὼν καὶ τὸν τῦ πάσχα καιρὸν, ἀλλὰ καὶ τοὺς μετανοοῦντας καὶ ἐκ τῶν νεκρῶν ἔργων ἐπανιόντας εἰς τὴν ζῶσαν ὁδόν. τῦτο δὲ ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῇ τῷ μεγάλῳ εἴρηται Παύλῳ, νεκρὰ καλέσαντι ἔργα, τὰ δυσωδίας τὴν ψυχὴν πληρῦντα καὶ ἡμᾶς ἀκαθάρτους ποιῦντα. ὡς γὰρ παρὰ τῷ νόμῳ τῷ παλαιῷ ὁ τῦ νεκροῦ ἁψάμενος ἀκάθαρτος ἐνομίζετο, ὕτω καὶ ὁ τῶν νεκρῶν ἔργων ἁπτόμενος ἀκάθαρτος κρίνεται τῷ θεῷ, καθαιρόμενος δὲ διὰ τῆς μετανοίας ἐπάνεισιν εἰς ὁδὸν ζῶσαν· ἡ πρὸς θεὸν ἄγουσα δέ ἔςιν ἡ ζῶσα ὁδὸς, ἡ τὴν ζωὴν ἡμῖν προξενῦσα τὴν μέλλουσαν, ἢ τῶν νεκρῶν ἢ καὶ νεκρούντων ἡμᾶς χωρίζουσα ἔργων, τῶν ἀπεξενωμένων τῆς σωζέσης ἐλπίδος, τυπίσι τῆς βασιλείας τῦ θεῦ,

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

θεῦ, ἥτις ἐλπιζομένη σώζει τὲς ταῦτα ἐλπίζοντας, βιῶν- A
τας κ᾽ ζῆν τῆ θεῦ ἐντολαῖς, ἵνα ταύτης μὴ ἀποτύχωμεν.
ἔστι δέ, φησιν, ὐ μικρὸν ἔργον ὃ οἰκονομῆσαι τὲς περὶ τέ-
των λόγους, δηλονότι τῶν μετανοούντων, ὀρθῆ κρίσει, κ᾽
τὸν Δαβὶδ λέγοντα περὶ τῦ φοβουμένου τὸν κύριον, οἰκονο-
μήσει τὲς λόγους αὐτῦ ἐν κρίσει, κ᾽ τὰ ἑξῆς. καὶ φησιν, ὅτι
ὥσπερ τοῖς τῶν σωμάτων θεραπόντας εἰς μὴ ἔστιν ὁ σοφὸς,
ὃν τῆς ἰατρικῆς τέχνης τὸ ἰάσασθαι τὸν ἀῤῥωστοῦντα, ἀλ᾽
μεταχείρισις ὐχ ὁμοία ὅτι πᾶσι ζοῖς ἀσθενοῦσιν, ἀλλὰ κ᾽
ζοῖς διαφορὰς τῶν νοσούντων σωμάτων ποιουμένη τὴν ὁπη-
μέλειαν, κ᾽ ἡλικιῶν κ᾽ σωμάτων ἰδιότητας κ᾽ ὥρων κ᾽ χω-
ρῶν παρατηροῦσα διαφοράς, ὕτω χρὴ κ᾽ τὸν θεραπεύοντα B
νοσήματα ψυχῶν, ὧν πολλή τις ἡ ποικιλία ἔστι, πολυειδῆ ἐ
τ᾽ θεραπείαν προσάγειν, κ᾽ τὰ αἴτια τ᾽ παθῶν παρατη-
ροῦντα, κ᾽ τ᾽ ἑκάστ᾽ τ᾽ μετανοούντων διάθεσιν. ὅτι τέτοις
τεχνικὴν ποιεῖν τ᾽ περὶ τ᾽ ἁμαρτανόντων διδασκαλίαν,
καὶ φησι χρῆναι τὰ περὶ τ᾽ ψυχὴν ἡμῶν θεωρήματα, τὸ
λογικὸν, τὸ ἐπιθυμητικὸν κ᾽ τὸ θυμοειδὲς, ἃ κ᾽ δυνάμεις ψυ-
χῆς καὶ ἰδιότητας ὀνομάζονται· κ᾽ ἐκ τέτων φύεσθαι λέγει
τὰ κατορθώματα ἤγουν τὰς ἀρετὰς, κ᾽ τὰ πλήμματα ἤγουν
τὰ ἁμαρτήματα. κ᾽ δεῖ τὸν θεραπεύτην τῶν ψυχικῶν
παθημάτων σκοπεῖν ἐκ τίνων τῶν ψυχικῶν δυνάμεων συμ-
βῆ τὸ ἁμάρτημα, ἐ ὕτω προσάγειν τῷ θεραπευομένῳ τὴν C
θεραπείαν καλλίλλην κ᾽ οἰκείαν τῷ πάθει, ἵνα μὴ ἐξ
ἀπειρίας ἄλλο μὲν ᾖ τὸ πάσχον, ἄλλο δὲ τὸ ἰατρευόμενον·
ἢ κ᾽ ἄλλως δεῖν μεταχειρίσασθαι τὸ ψυχικὸν ἀῤῥώστημα,
ὁ ᾧ ἑτέρως αὐτὸ θεραπεύειν ὁπτιχειρῆ. ὅταν, φησὶ, κ᾽ οἱ ἀ-
τεχνοι ποιῶσι τῷ ἰατρῶν, καί τινι παρὰ τὸν κ᾽ θερμῶ
πλεονασμὸν, δεῖν προσενεγκᾶν αὐτῷ ψυχρότερά τινα, εἰ
προσενήνοχεν μᾶλλον ἀφεισκέπτως θερμαίνοντα, δυσκαῖον
τὸ πάθος ἐποίησεν. τὰ γὰρ ἐναντία τῶν ἐναντίων εἰσὶν
ἰάματα. κ᾽ τοῖς μὲν κατ᾽ ὁπτικράτησιν τῶ ψυχροῦ πάσχου-
σι καταλλήλως ἔστι θεραπεία τὸ θερμαῖνον κ᾽ ἀναβαλ-
πον. τῷ ᾧ τὸ θερμὸν ἐπλεόνασε, προσφέρειν δεῖ τὸ ἀντίθε- D
τον, ὅπερ ἔστι τὸ ψυχρόν. κ᾽ ὥσπερ τοῖς τῶν σωμάτων θερα-
πόντας ἀναγκαῖόν ἔστι τὸ καταγνῶναι ὅθεν ὁ νοσῶν πάσχει,
κ᾽ ὕτω τῷ θεραπείαν αὐτῷ οἰκείαν τῇ νόσῳ περιαγα-
γεῖν· ὕτω κ᾽ τοῖς τὰ ψυχικὰ ἰατρεύουσι πάθη ἀπαραίτη-
τον ἡ κατασκόπησις, τοῦ ὅθεν τὸ μέλλον θεραπεύθῆναι
ἁμάρτημα φύεται. εἰς τρία τοίνυν, ὡς εἴρη, τῶν τῆς
ψυχῆς δυνάμεων διαιρουμένων, τῷ μὲν λογιστικῷ, φησιν, ἀρε-
τή ἔστιν ἡ εὐσεβὴς περὶ τὸ θεῖον ὑπόληψις, κ᾽ ἡ τ᾽ καλῶ
κ᾽ τ᾽ κακῶ διάκρισις, κ᾽ ἡ τεταμένη κ᾽ ἀσύγχυτον ἔχουσα περὶ
τ᾽ φύσεως τ᾽ ὑπόληψιν κ᾽ τ᾽ ὑποκειμένων τ᾽ δόξαν. κ᾽ τε-
ταμένη λέγει βλέπειν, ὁ ἐῶν καθαρῶς πε κ᾽ ἁπλανῶς, κ᾽ E
καθαιρῶν τὸ ὁρώμενον ὡς ἔχει φύσεως. κ᾽ ἀσυγχύτως ὁρᾷ,
ὁ τῷ ὁρατικῷ συνεχόμενον δυνάμει, κ᾽ ἄλλο μὴ ὁρῶν,
ἄλλο ᾧ δοκεῖ βλέπειν. ὅπερ ὅταν τις τῷ τῶν ὑποκειμένων
πραγμάτων φύσιν καταγνῷ, κ᾽ ἀνεσφαλῶς κρίνῃ, τί
μέν ἔστι καλὸν, τί ᾧ κακὸν, κ᾽ τί μὲν προκρίνειν δέον, τί ᾧ
βδελύττεσθαι, τότε λέγει τεταμένην κ᾽ ἀσύγχυτον ἔχειν δόξαν,
ἤτοι ὑπόληψιν, ἀντὶ τῦ καλῶς κρίνειν τὰ πράγματα,
κ᾽ ὑπολαμβάνειν περὶ αὐτῶν ἀσφαλῶς. εἰπὼν ᾧ τί ἔστιν
ἀρετὴ τῦ λογιστικῦ, νῦν κ᾽ περὶ τῆς κακίας αὐτῦ λέγει, ἐ
ἐκ τῶν ἐναντίων ταύτῃ θεωρεῖσθαι εἶναι καταγνώσεως
διδάσκει· καὶ φησιν, εἶ κακίαν τῦ λογιστικῦ τὸν περὶ
τὸ θεῖον ἀσέβειαν, τυπῶσι τὸ λογίζεσθαι τι ἀνάξιον τῆς
θείας φύσεως, κ᾽ τῷ περὶ τῶν πραγμάτων μὴ ὀρθὴν κρί- F
σιν, ἀλλ᾽ ἐσφαλμένην, ὥστε τὸ κακὸν ὑπολαμβάνειν κα-
λὸν, κ᾽ τὸ καλὸν, κακόν· τῦτο γὰρ δηλοῖ, τὸ τιθέναι
τὸ σκότος φῶς, καὶ τὸ φῶς σκότος. τῦτο ᾧ τῦ Ησαΐου
ἔστιν ὠὰὶ τοῖς τῦτο ποιῦσιν ἐπῳδομένου. τῦ ᾧ ἐπιθυμητικῦ
μέρους λέγει ἀρεκτὸν, τὸ τῷ ἕφεσιν ἡμᾶς κινεῖσθαι πρὸς τὸ
ὄντως καλὸν καὶ ὀπτὸν, καὶ πείθεσθαι μή τι ἄλλο δεῖ
ὀρεκτὸν, ἤγουν ὀρέξεως ἢ ὀπτὸν ἄξιον, κ᾽ τὴν οἰκείαν
φύσιν ἢ τὴν ἀρετὴν παράζευγμα φύσιν, ἤτοι τὸν θεόν·

A Est autem, inquit, non parvum opus ea, quæ de iis dicenda sunt, de iis scilicet qui pœnitentiam agunt, dispensare in recto judicio; ut vult David qui dicit de eo, qui timet Dominum; Dispensabit sermones suos in judicio, & cætera. Et dicit, quòd sicut corporum medicis unum est institutum, ut arte medica ei qui laborat medeantur; non est autem similis in omnibus qui ægrotant curandi ratio, sed pro ægrotantium diversitate eorum curam gerunt, & ætatum & corporum proprietates horarumque & locorum differentias observantes: ita etiam oportet eum, qui animæ morbis medetur, quorum multiplex est varietas, multiplicem quoque medelam adhibere, & morborum causas observantem, & uniuscujusque pœnitentiam agentium affectionem. Postea tradit artificiosam peccatorum doctrinam, & dicit esse tria quæ in anima nostra considerantur, rationem, concupiscentiam & iram, quæ etiam animæ facultates & proprietates appellantur; & ex iis dicit existere rectè facta seu virtutes, & casus seu peccata. Et oportet animæ affectionum medicum considerare, ex quanam animæ facultatum consistit peccatum, & ita ei qui sanatur convenientem adhibere medicinam, & affectioni appositam, ne ex imperitia aliud quidem sit quod laboret, aliud cui medicina applicetur, vel sit etiam morbus animæ qui aliter curari debeat, ille verò aliter medicari conetur; quod etiam, inquit, imperiti faciunt medici, & cum alicui propter calidi exuperationem laboranti frigida aliqua adhibere oporteat, si inconsideratè magis calefacientia applicent, curatu difficillimam affectionem effecerunt; contraria enim contrariis curantur, & iis quidem, qui propter frigidi dominatum laborant, conveniens est medicina id quod calefacit & confovet; in quo autem calidum exuperat, oportet contrarium adhibere, quod est frigidum. Et quemadmodum corporum medicis necessarium est intelligere, undénam is qui laborat affectus est, & ita illi morbo convenientem medicinam adhibere: ita & iis, qui morbis animæ medentur, necessariò considerandum est undénam peccatum, cui medicina adhibenda est, nascitur. Cum animæ ergo facultates in tria, ut dictum est, dividantur, rationis, inquit, virtus est pia de Deo existimatio & boni malique dijudicatio, & quæ habet perspicuam & non confusam de natura existimationem & subjectorum opinionem. Porro is dicitur perspicuè videre, qui purè & absque ullo errore videt, & id quod videtur ita intelligentia comprehendit, prout ejus habet natura. Et is non confusè videt, qui, cum videntem facultatem habeat, non aliud quidem videt, aliud se videre existimat. Quando ergo quis rerum subjectarum naturam intelligit, & certò constantérque judicat, quid est bonum & malum, & quid præferre quidem oporteat, quid verò abhorrere; tunc dicitur apertam, & non confusam habere opinionem, seu existimationem, id est, res pulchrè judicare, & tutò de iis existimare. Postquam autem dixit, quid sit virtus rationis, nunc etiam dicit de ejus vitio, & id ex contrariis considerari seu cognosci docet; & dicit; rationis vitium esse in Deum impietatem, hoc est, aliquid existimare Divina natura indignum, & de rebus non rectum, sed aberrans judicium, ut quod bonum est, malum existimet, & quod malum est, bonum: hoc enim significat dicere lucem tenebras, & tenebras lucem. Hoc autem est Esaiæ eos qui illa faciunt execrantis. Concupiscentiæ autem virtus dicitur, nostrum desiderium ad id, quod verè pulchrum & honestum jureque concupiscendum est, moveri, & credere nihil esse aliud expetendum, seu appetitione & desiderio suapte natura dignum, quàm virtutem, & quæ virtutem effundit, naturam, sive Deum:



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

virtutis enim fons est & ad ipsam dux Divina natura. Nihil autem esse suapte natura expetendum præter virtutem, dixit sanctus: alia scilicet, quæ nobis expetenda esse videntur ac desideranda, non esse sua natura ejusmodi, sed nostro aberrante judicio ac existimatione. Et protinus infert gloriæ cupiditatem, corporum pulchritudinis desiderium, avaritiam, libidinem, & quæ sunt ejusmodi, quæ etiam concupiscibilis animæ partis declinationem & peccatum ostendunt. Declinat enim & aberrat, hoc est, ab eo quod honestum est & à recto judicio discedit, qui hæc expetenda esse ducit. Dicit autem ex vana gloria & ex flore, qui corporum superficiei est illitus, existere gloriæ cupiditatem, avaritiam & libidinem, & quæ sunt his similia. Si quis enim vanæ gloriæ cupiditate laboret, is ob recte facta laudatus summis vult coli honoribus, & qui corporum florem appetit, in libidinem vel avaritiam labitur. Corporum autem florem intelligere oportet, humanorum corporum pulchritudinem, vel bonum auri colorem, & lapidum splendorem, & margaritarum fulgorem, vestiúmque contextarum varietates, & quæ iis consequuntur: sunt enim & hæc corpus. Vel ergo amat humanam pulchritudinem, & à libidine vincitur, vel auri aliorumque florem expetit, & fit avarus. Ex his autem ad alia omnis generis innumerabilia vitia devolvitur. Qui enim gloriam appetit, in invidiam & eorum, qui ei sunt honore æquales, detractionem incidit, volens se esse omnibus superiorem. Qui autem pulchritudinis amator est, in incontinentiam. Qui autem pecuniam concupiscit, ad injustitiam. Porro alia quoque mala innumerabilia ex iis enasci solent, ad quæ quidem enumeranda ac nominanda longa scriptione opus esset. Quæ quidem omnia reducuntur ad vitium, quod fit ex concupiscibilis animæ facultatis declinatione, tanquam species ad genus. Non consistentem autem vanam gloriam dicit sanctus, quòd honor humanus propterea dicitur Græcè, δόξα, ut quæ sit solum existimatio, & nihil habeat firmum nec stabile, quódve consistat, sed solum sit opinio & visio. Porro ipsum quoque nomen vanæ gloriæ evidentiùs declarat, quod dictum est. Inanem enim existimationem & non veram eam esse docet. Irascibilis autem animæ partis virtutem quidem rectúmque officium esse docet, odium vitii, & pugnare cum animi perturbationibus, nec se eis submittere, nec eis servire, & animam habere ad fortitudinem corroboratam, quod est se intrepidè fidentérque gerere. Sumitur autem vocabulum ἐσκληκῶς à ferro. Sicut enim ferrum temperatum est inflexibile, & rem quamlibet quæ inciderit secat: ita qui magno excelsóque est animo ad nihil eorum, quæ videntur terribilia, flectitur, sed est ad omnia bono fidentique animo. Non enim mortem timet, nec tormenta, voluptatibus non enervatur, nec à consuetudine in servitutem redigitur; sed hæc omnia contemnit, fidem & virtutem possidens, à quibus ne excidat, & omnem dolorem nihili ducit, & quæ sunt jucundissima repudiat. Prolapsiones autem iræ, seu ab honesto deflexiones, dicit esse invidiam, odium, iram, convicia, & alia quæ enumerata sunt, & adhuc plura. Qui est enim, inquit, ineruditus, id est, qui doctrinam non est assecutus, ut sciat ubi oporteat ira tanquam armis utiliter uti, ea adversus se utitur, ferri aciem sive acumen in se convertens: & ita arma, quæ nobis à Deo data sunt ad nostri defensionem & nobis ferendum auxilium, (ea autem sunt ira) malè illis utentibus exitium seu perniciem animæ afferunt, & etiam corporis.

A πηγὴ γὰρ τῆς ἀρετῆς καὶ ὁδηγὸς πρὸς αὐτὴν ἡ θεία φύσις. οὐδὲν δ' ὀρεκτὸν κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν, ἢ μόνῃ τῇ ἀρετῇ, εἶπεν ὁ ἅγιος. δηλονότι τὰ ἄλλα τὰ ἡμῖν δοκοῦντα ἐπιθυμητά τε καὶ ὀρεκτὰ, οὐ κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν εἰσὶ τοιαῦτα, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἡμέτερον ἐσφαλμένην κρίσιν τε καὶ ὑπόληψιν. καὶ αὐτίκα ἐπάγει τὴν τῆς δόξης ἐπιθυμίαν, τὴν τοῦ κάλλους τῶν σωμάτων, τὴν φιλοχρηματίαν, τὴν φιληδονίαν, καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἃ καὶ ἐκκλῖναι καὶ ἁμαρτίαν τοῦ ἐπιθυμητικοῦ μέρους τῆς ψυχῆς ἀποφαίνεται. ἐκκλίνεται γὰρ καὶ ἁμαρτάνει, τυγχάνουσα τοῦ καλοῦ καὶ τῆς ὀρθῆς κρίσεως, ὁ ταῦτα κρίνων ὀρεκτά. λέγει δὲ κενοδοξίας καὶ τοῦ ἐπικεχυμένου τοῖς σώμασιν ἄνθους φύσεις τὴν φιλοδοξίαν καὶ τὴν φιλοχρηματίαν καὶ τὴν φιληδονίαν καὶ τὰ ὅμοια τούτοις. εἰ γάρ τις εἴη κενόδοξος, ὁ ἐφ' οἷς ἔχει κατόρθωμα ἐπαινήμων, ὁ τοιοῦτος δῆλον δοξάζεσθαι, καὶ ὁ τοῦ τῶν σωμάτων ὀρεγόμενος ἄνθους, εἰς φιληδονίαν ἢ φιλοχρηματίαν ἐξολισθήσει. σωμάτων δὲ ἄνθος νοητὸν, ἢ ὅ τε τῶν ἀνθρωπίνων σωμάτων κάλλος ἢ τὴν εὐχροιαν τοῦ χρυσοῦ, καὶ τὰς τῶν λίθων ἀφυγὰς, καὶ τὴν τῶν μαργαρέων στιλπνότητα, καὶ τὰ τῶν ὑφασμάτων ποικίλματα, καὶ ὅσα τούτοις ἐπίκειται· σῶμα γὰρ καὶ ταῦτα. ἦγουν κάλλος ἀνθρωπίνου ἐρᾷ καὶ κρατεῖ φιληδονία, ἢ τοῦ ἄνθους ὀρέγεται τοῦ χρυσοῦ καὶ τῶν ἄλλων, καὶ δὴ φιλοχρήματος. ἐκ δὲ τούτων εἰς μυρίας ἄλλας κακίας καὶ πολυπλοκωτάτας ἐκκυλίεται. ὁ γὰρ δόξης ἐφιέμενος εἰς φθόνον ἐμπίπτει καὶ τῶν ὁμοτίμων βασκανίας, θέλων αὐτὸν ἁπάντων ὑπερτερεῖν. ὁ δὲ κάλλους ἐραστὴς εἰς ἀσελγείας· ὁ δὲ χρημάτων ἐπιθυμητὴς εἰς ἀδικίας· καὶ ἄλλα δὲ μυρία καὶ ποικίλα κακὰ ἐκ τούτων φύεσθαι πέφυκεν, ἃ φαρμακεύειν τις καὶ ὀνομάζειν μακρὰς ἂν δέοιτο συγγραφῆς. ἅτινα πάντα εἰς τὴν κακίαν ἀνάγονται τὴν ἐκ προαιρετῆς γινομένην τῆς ἐπιθυμητικῆς δυνάμεως τῆς ψυχῆς, ὡς καὶ εἴπομεν πρόσθεν. ἀνυπόστατον δὲ τὴν κενοδοξίαν εἶπεν ὁ ἅγιος, ὅτι ἡ ἀνθρωπίνη τιμὴ διὰ τοῦτο λέγεται δόξα, ὡς ὑπόληψις μόνον οὖσα, καὶ οὐδὲν ὑφεστὸς ἔχουσα, ἢ βέβαιον, οὐδὲ μόνιμον, ἀλλὰ δόκησις τυγχάνουσα μόνον καὶ φαντασία. καὶ αὐτὸ δὴ τὸ ὄνομα τῆς κενοδοξίας ἐκφαντικώτερα δήλωσις τοῦ λεγομένου ἐστί. ματαίαν γὰρ ὑπόληψιν καὶ οὐκ ἀληθῆ ταῦτα εἶναι διδάσκει. τοῦ δὲ θυμικοῦ τῆς ψυχῆς μέρους ἀρετὴν μὲν καὶ κατόρθωμα λέγει, τὸ πρὸς κακίαν μισεῖν, καὶ τὸ τοῖς πάθεσι μάχεσθαι, καὶ μὴ ὑποκόπτειν καὶ δουλοῦσθαι αὐτοῖς, καὶ τὸ τῇ ψυχῇ πρὸς ἀνδρείαν ἐσκληκῶς, ὅ ἐστι τὸ ἀπλοΐστως ἔχειν καὶ ἀδιαρρῶς. εἴληπται δὲ ἡ λέξις ἐκ τοῦ σιδήρου. ὡς γὰρ ἐσκληκὼς σίδηρος ἀκαμπὴς ἐστι καὶ τμητικὸς τοῦ προσπίπτοντος, οὕτω καὶ ὁ τῇ ψυχῇ ἀνδρεῖος πρὸς οὐδὲν τῶν δοκούντων φοβερῶν κάμπτεται, ἀλλὰ πρὸς πάντα ἐστὶν ἀδιαρρής. ἢ γὰρ θάνατον καταπτήσσει, ἢ κολαστήρια, ἢ μαλακίζεται τοῖς ἡδέσιν, ἢ συνηθείᾳ δουλοῦται, ἀλλὰ πάντων τῶν τοιούτων καταφρονεῖ, τῇ πίστεως καὶ τῆς ἀρετῆς ἀντιπάλου, ἵνα μὴ τούτων ἐκπέσῃ παντὸς ὑπερφορῶν ἀλογίᾳ, καὶ ζημίωσιν ὑφίσταται. ἀπαθήματα δὲ φησιν εἶναι τοῦ θυμοειδοῦς τῆς ψυχῆς, ἤγουν ἐκπλήσεις ἐκ τοῦ καλοῦ, τὸν φθόνον, τὸ μίσος, τὴν μῖξιν, τὰς λοιδορίας, καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἀπηριθμημένα, καὶ τούτων δὲ πλείω. ὁ δὲ ἀπαίδευτος, φησὶν, ἤγουν ὁ μὴ παιδείας τυχών, ὥστε εἰδέναι πῇ χρὴ τῷ θυμῷ κεχρῆσθαι ὠφελίμως ὡς ὅπλῳ, καθ' ἑαυτοῦ κέχρηται τούτῳ, τῇ ἀκμῇ τοῦ σιδήρου, τὴν ὀξύτητα δηλαδὴ, στρέφων πρὸς ἑαυτόν. καὶ δὴ ὅτω τὸ ὅπλον, ὃ ἡμῖν ἐδόθη παρὰ θεοῦ εἰς ἄμυναν, ἤτοι εἰς βοήθειαν, τοῦτο δέ ἐστιν ὁ θυμὸς, κακῶς αὐτῷ κεχρημένοις εἰς ὄλεθρον, ἤγουν εἰς βλάβην ψυχικὴν, ἀλλὰ μὴν καὶ σωματικήν.

B

C

D

E

F



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

A

## ΚΑΝΩΝ ϛ'.

Τούτων τοίνυν κ) τ ὸν εἰρημένον ἀφορισθέντων τρόπον, ὅσα μὴ ἁμαρτήματα τ ῦ λογικ ῦ τ ῆς ψυχ ῆς ἀπλέτου μέρους, χαλεπώτερα περὶ τ ῶν πατέρων ἐκρίθη, κ) μείζονος κ) ἀφορητοτέρας κ) ὑπευθυνωτέρας τ ῆς ὑπ ῆς ἀξίας, οἷς εἴπερ ἠρνήσατο τὸν εἰς Χριστὸν πίστιν, ἢ πρὸς Ἰουδαϊσμόν, ἢ πρὸς εἰδωλολατρείαν, ἢ πρὸς Μανιχαϊσμόν, ἢ πρός ἄλλο τι τοιοῦτον ἀθεότητος εἶδος ἑαυτὸν ἀπεδείξατο, ὁ μὲν ἐκείνως ὅτι τὸ τοιοῦτον ὁρμήσας κακὸν, εἶτα καταγνοὺς ἑαυτοῦ, χρόνον τ ῆς μετανοίας ἔχει ὅλον τὸν τ ῆς ζωῆς αὐτοῦ. οὐδέποτε γὰρ μυστικ ῆς ἐπιτελουμένης εὐχ ῆς μετὰ τ ῶν λαῶν προσκυνῆσαι τὸν θεὸν καταξιοῦται, ἀλλὰ κ) μόνας μὲν εὐχὰς, τ ῆς δὲ κοινωνίας τ ῶν ἁγιασμάτων καθόλου ἀλλότριος ἔσται. ἐν δὲ τ ῇ ὥρᾳ τ ῆς ἐξόδου αὐτοῦ τότε τ ῆς τ ῶν ἁγίασμ ῶν μερίδος ἀξιωθήσεται. εἰ δὲ συμβαίη παρ' ἐλπίδα ζῆσαι αὐτὸν, πάλιν ἐν τ ῷ αὐτ ῷ κρίματι ἀφεθείσεται, ἀμέτοχος τ ῶν μυστικ ῶν ἁγιασμάτων μέχρι τ ῆς ἐξόδου γινόμενος. οἱ δὲ βασάνοις κ) τιμωρίαις χαλεπ ῆς αἰκισθέντες ἐν ῥητῷ χρόνῳ ἐπετιμήθησαν, ὅτω φιλανθρωπίᾳ ἐπ' αὐτ ῶν χρησαμένων τ ῶν ἁγίων πατέρων, ὡς ἡ ψυχ ῆς γενομένης ἐν πλήμμ ῃ, ἀλλὰ τ ῆς σωματικ ῆς ἀσθενείας πρὸς τ ὰς αἰκίας οὐκ ἀντισχούσης. διὸ τ ῷ μέτρῳ τ ῶν ἐν πορνείᾳ πλημμεληθέντων κ) ἡ βεβιασμένη τε κ) ἐπώδυνος παράβασις ἐν τ ῇ ἐπιστροφ ῇ συνεμετρήθη.

B

C

## Canon II.

*His itaque hoc modo distinctis, quæcunque quidem peccata ratione præditam animæ partem attingunt, esse graviora à patribus judicata sunt, & majori ac pleniori laboriosiorique conversione digna: quemadmodum si quis fidem in Christum negavit, vel ad Judaismum, vel idolorum cultum, vel Manichaismum, vel aliquod aliud infidelitatis genus descivisse visus sit; qui voluntariè quidem ad id malum se contulit, deinde se ipsum condemnavit, totum tempus vitæ suæ habet pœnitentiæ tempus. Nunquam enim, si mystica peragatur oratio, Deum unà cum populo adorare dignus censebitur, sed seorsum precabitur; à sacramentorum autem communione omnino erit alienus: At hora sui è vita excessus sacramenti communionis erit particeps. Sin autem contigerit, eum præter spem vivere, in eodem rursus vivet judicio, mysticorum sacramentorum ad vitæ exitum usque expers. Qui autem tormentis & gravibus suppliciis excruciati, ii præstituto tempore puniti sunt; sanctis patribus sic in eos clementia usis, tanquam anima non lapsa sit, sed corporalis imbecillitas quæ tormentis non restiterit. Quare mensurâ eorum, qui in fornicatione peccarunt, etiam vi doloréque expressâ transgressio in conversione dimensa est.*

A καὶ ἀφιστέπεσθαι τὴ διθυπῆ. ὅτι γὰρ τὸ λογιζόμενον τῆ ψυχῆς ὀρθῶς κρίνει, ἀλλ' ἐσφαλμένως καὶ διημαρτημένως. ἁμαρτάνει γάρ, φησι, τῆ κρίσεως τοῦ καλοῦ, ἀντὶ τοῦ ἀπτυγχάνει, καὶ ὑ πρὸς τὸ ἄϋλον καλὸν βλέπον, τοῦτ' ἔστι θεῖον δηλαδὴ, ὡς ἐφικτὸν, καταλαμβάνεσιν, καὶ τὰ τῶ μελλόντων ἀπόλαυσιν ἀγαθῶν, ἐν τῇ ὕλῃ φαντάζεται τὸ καλόν. τὰ ἀπαλημένῳ δὲ δόξαν καὶ τὰ ψευσμένῳ ὑπόληψιν φαντασίαν ὁ ἅγιος προσφόρως ὠνόμασεν, ἤγουν τὸ νομίζειν ἐν τοῖς χρήμασι τὸ καλὸν εἶναι καὶ τῷ πλούτῳ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ὁμοίοις αὐτοῖς. καὶ τὸ ἐπιθυμητικὸν ἐκπίπτον τοῦ ὄντως ὀρεκτοῦ, ἤτοι τῆς θείας φύσεως καὶ τῶν ἐπουρανίων, πρὸς γήϊνον καὶ ῥέοντα ὀρέγεται. καὶ τὸ θυμικὸν δὲ πολλαῖς ἀφορμαῖς εἰς τὸ ἀνάπτεσθαι πρὸς φιλονεικίαν λαμβάνει. διὰ γὰρ τὴν τῶν χρημάτων ἐπιθυμίαν ἔριδές τε καὶ ἔχθραι καὶ πόλεμοι, καὶ κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον, ῥίζα πάντων τῶν κακῶν ἐστὶν ἡ φιλαργυρία. ἀλλὰ καὶ οὕτως ἔχον, φησὶ, τὸ τοιοῦτον πάθος, παρωφθη τοῖς πατράσιν ἀνεπισκόπητόν τε καὶ ἀθεράπευτον. ὅθεν δὲ πλεονάζει κατὰ τὴν ἐκκλησίαν, πολλῶν τοῦτο νοσούντων, καὶ τῶν καταλατομένων εἰς κλῆρον, ἤτοι χειροτονουμένων, οὐδεὶς ἐρευνᾷ, μή ποτε μεμίανται τῇ τοιαύτῃ εἰδωλολατρίᾳ. ἀλλ' ἐπεὶ τοῦτο τοῖς πατράσι παρέβη, ἀντὶ τοῦ κατελείφθη ἀνεπίμητόν τε καὶ ἀκόλαστον, θεραπευτέον αὐτὸ διὰ τῆς δημοσίας διδασκαλίας, ὡς δυνατὸν, ἤγουν δημοσίᾳ διδάσκοντες τὸν λαὸν ποιησώμεθα τούτου καταδρομὴν, ὥσπερ τινὰ πάθη πληθωρικὰ τὰς πλεονεκτικὰς ἀῤῥωστίας διὰ τοῦ λόγου καθαιροῦντες. εἰπὼν δὲ ὁ ἅγιος, τὸ τῆς φιλαργυρίας πάθος τὰς ψυχικὰς δυνάμεις διαφθείρειν, καὶ πολυειδῆ ἐξ αὐτῆς πάθη φύεσθαι, πληθωρικοῖς παθεσι ταῦτα ἀπείκασε, τῶν τῆς ἰατρικῆς λόγων μετεχηκὼς ἀκριβέστατα, ὡς ἔστι γνῶναι ἐκ τῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων. πληθώρα ὀνομάζεται τοῖς ἰατροῖς, ὅταν οἱ τέσσαρες χυμοὶ, ἐξ ὧν τὰ σώματα συνίστανται, αὐξηθῶσι καὶ πλεονάσωσιν ἀναλόγως τῷ ὄγκῳ ἑκάστου τῶν χυμῶν γινομένῳ, καὶ τὰ αὐτὸν συμβαίνοντα πάθη πληθωρικὰ καλοῦνται νοσήματα. ὥστε εἰκότως καὶνταῦθα ὁ σοφὸς οὗτος πατὴρ τὰ ἐκ τῆς πλεονεξίας ἀναφυόμενα πάθη πληθωρικὰ εἶπεν, ὡς πάσας τὰς ψυχικὰς ἡμῶν δυνάμεις διαστρεπόσης, καὶ αὐξανόσης ταύτας ὑπερβλαβῶς τῇ ψυχῇ. τὰς μὲν οὖν ἄλλας, φησὶ, νόσους τῆς πλεονεξίας τῷ τῆς διδασκαλίας θεραπεύσομεν λόγῳ· τὴν δὲ κλοπὴν καὶ τὴν ἱεροσυλίαν, ἀλλὰ μὴν καὶ τὴν τυμβωρυχίαν, κανονικῶν ὑπαιτίων ἀξιωθέντας ἐκ τῶν πατέρων, τοῖς ἤδη ῥηθεῖσι προσθήσομεν. καί τοι, φησὶ, τῇ θείᾳ γραφῇ καὶ ὁ πλεονασμὸς καὶ ὁ τόκος, καὶ τὸ ἐκ δυναστείας τινὸς τὰ ἀλλότρια προσενέγκασθαι τῇ ἰδίᾳ κτήσει, τῶν ἀπηγορευμένων ἐστί. πλεονασμὸς μὲν οὖν ἐστιν, ὡς ὅταν τις δῷ τινὶ σίτου ἢ οἴνου ἢ ἐλαίου ἢ ἄλλο τι, ὅπως τῷ λαβεῖν ὁμοιογενὲς πλέον τοῦ δοθέντος· οἷς ἔδωκέ τις οἶνου μετρητὰς πεντήκοντα ὅπως τῷ λαβεῖν ἑβδομήκοντα ἢ καὶ πλείονας. τόκος δὲ λέγεται ὅπως νομισμάτων. ἐκ δυναστείας δέ τινος εἶπεν, ὅτι κἂν μὴ ἐξ οἰκείας δυναστείας τις στρεπτερήσεται τὰ ἀλλότρια, δι' ἑτέρου δὲ δυνάστου πρὸς ποίησῃ τοῦτο, κἀκεῖνος τῷ αὐτῷ ὑπόκειται κρίματι. λέγει γὰρ ὁ προφητικὸς λόγος, οὐαὶ οἱ συνάπτοντες οἰκίαν πρὸς οἰκίαν, καὶ ἀγρὸν πρὸς ἀγρὸν, ἵνα τι τοῦ πλησίον ἀφέλωνται. ἀλλὰ κἂν τῇ γραφῇ, φησὶν, ἀπηγόρευται ταῦτα, ἡμεῖς αὐτοῖς κανονικὰ οὐκ ἐπάξομεν ὑπαίτια, ὅτι τὰ καθ' ἡμᾶς εἰς ἐξουσίαν κανόνων οὐκ ἀξιόπιστα, ὅτι οὐκ ἀξιόπιστοι κρινόμεθα εἰς κανονικὴν ἐξουσίαν, ἀντὶ τοῦ καθ' ἐξουσίαν ἡμετέραν καὶ κρίσιν τιθέναι κανονικὰ καὶ τοῖς ἁμαρτάνουσιν ἐπιτίμια. εἰπὼν δὲ κλοπὴν, διαιρεῖ ταύτην εἰς ληστείαν καὶ εἰς τοιχωρυχίαν. καὶ ἕνα μὲν σκοπὸν εἶναι λέγει, καὶ τοῖς λῃστεύουσι καὶ τοῖς τοιχωρυχοῦσι, τὴν τῶν ἀλλοτρίων ἀφαίρεσιν. πολλὴν δὲ διαφορὰν θετέον αὐτοῖς. οἱ μὲν γὰρ λῃσταὶ καὶ πρὸς μαιφονίαν ἐξασκεύασται, ὅπλα φέροντες καὶ τόπους ὑπαντιβλεπεῖς καταλαμβάνοντες εἰς βοήθειαν, ἀλλὰ μὴν καὶ πολυχειρίαν ἔχουσι πολλὴν εἰς συμμαχίαν περιλαμβανόμενοι, καὶ ἕτοιμοι ὄντες πρὸς φόνους.

τοὺς

τὸς οὖν τοιούτους ἀπονδυσαντας εἰς μετάνοιαν τῷ τῶν ἀνδρο-
φόνων ὑπὸ τιμωρίας κρίματι φησι. τὸν δὲ λαθραίως ἀφαιρού-
μενον τὰ ἀλλότρια, καὶ τῷ ἁμαρτίαν ἐξαγορεύοντα,
διπλοῦς φησὶ τὴν ἐναντίαν ἔχεσθαι θεραπείαν, ἵνα ὥσπερ ἐπὶ
τῆς πλεονεξίας ἀφαιρεῖται τὰ ἀλλότρια, δεῖ αὐτὸν καὶ ἴδια
οἰκεῖα πένησι δοῦναι, ἵνα ὅτι τοῦ φανῇ ἀποχόμενος τῆς πλεονε-
ξίας. ὁ γὰρ μὴ φειδόμενος τῶν οἰκείων, οὐκ ὀπιθυμήσει τῶν
ἀλλοτρίων. εἰ δὲ μὴ ἔχει, φησὶ, χρήματα, ὥστε δοῦναι αὐτά,
δεῖ αὐτὸν κοπιῶντα τὸ πάθος ἰάσασθαι, ἵνα κοπιᾷ ἐρ-
γαζόμενον, καὶ οὐκ ἀφ' ἁρπαγῆς ἔχῃ μεταδιδόναι τοῖς δεομένοις. καὶ τοῦτο ἀποστολικόν ἐστι τὸ παράγγελμα. λέγει γὰρ ὁ θεῖος Παῦλος, ὁ κλέπτων μηκέτι κλεπτέτω, μᾶλλον δὲ κοπιάτω ἐργαζόμενος τὸ ἀγαθόν, ἵνα ἔχῃ μεταδιδόναι τῇ χρείαν ἐχοντι. ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῶν λάθρα ἀφαιρουμένων τὰ ἀλλότρια. εἰ δὲ καὶ οὗτος ξίφει κέχρηται, καὶ ἕτοιμος ἐστι κἀκεῖνος ἀνθιστάμενος αὐτῷ τούτῳ χρήσασθαι, καὶ οὗτος οἶμαι ὁμοίως ὑπὸ τιμηθήσεσθαι τῷ λῃστεύοντι, ὅτι καὶ ὁμοίαν εἶχε προαίρεσιν.

A Eos itaque ad pœnitentiam converſos dicit homicidarum judicio puniri. Eum autem, qui aliena clanculùm ſurripuit, & peccatum aperit, contraria affectione curandum eſſe dicit, ut ſcilicet quoniam propter avaritiam aliena abſtulerat, oporteat eum propria pauperibus erogare, ut ſic videatur ab avaritia abſtinere. Qui enim ſuis non parcit, aliena nòn appetet. Sin autem non habeat, inquit, pecunias, quas eroget; oportet eum laborantem curare affectionem, ſeu laborare operantem, & ex eo quod per ſuum laborem acquirit pauperibus impertiri. Et hoc eſt præceptum Apoſtolicum. Dicit enim Divinus Paulus; Qui furatur, non amplius furetur; ſed potiùs laboret bonum operans, ut habeat quod indigenti impertiatur. Hæc ergo de eo, qui clanculum aliena ſurripit. Sin autem hic quoque enſe utitur, & adverſus eum qui reſiſtit tractare illum paratus eſt; hic quoque eadem exiſtimo pœna, qua latro, punietur, quia ſimile habebat inſtitutum.

## ΚΑΝΩΝ ζ.

Ἡ τυμβωρυχία καὶ αὕτη διῄρηται εἰς σύγγνωστόν τι καὶ ἀσύγ-
γνωστον. εἰ μὲν γάρ τις τῆς ὑσίας φειδόμενος καὶ ἄσυλον
ἀφεὶς τὸ κεκρυμμένον σῶμα, ὡς μὴ ἀναθήκην ἥλιῳ
ἢ ἀχημοσυνίῃ τῆς φύσεως, λίθοις τισὶ τῶν ἐν τάφῳ
βεβλημένων συγχρήσεται εἰς ἔργου τινὸς καταασκευήν,
ἐπαινετὸν μὲν οὐδὲ τοῦτό ἐστι πλὴν ἀλλὰ συγγνωστὸν ἐποίη-
σεν ἡ συνήθεια, ὅπερ εἰς περιμήτερόν τι καὶ κοινωφελέ-
στερον ἡ τῆς ὕλης μετάθεσις γένηται. τὸ δὲ διερευνᾶσθαι
πρὸς κόνιν ἀπὸ τῆς ἐνθέσεως σαρκὸς, καὶ ἀνακινεῖν τὰ
ὀστᾶ, ἐλπίδι τοῦ κόσμου τινὰ τῶν συγκαλυφθέντων
κερδᾶναι, τοῦτο τῷ αὐτῷ κρίματι καταδικάζεται, ᾧ καὶ ἡ
ψιλὴ πορνεία, καθὼς ὀν τῷ προλαβόντι διῄρηται λόγῳ,
ὑποκρίνεται οἰκονόμου, ἐξ αὐτοῦ τοῦ βίου,
πρὸς ἰατρείαν τοῦ θεραπευομένου, ὥστε σωτηρίαν
πρὸς τῶν κανόνων ὀφειλομένην τῇ ὑπομονῇ προθε-
σμίαν.

C Sepulchrorum autem effoſſio, ipſa quoque dividitur in id quod veniam meretur, & quod non meretur. Si quis enim mortuorum parcens religioni, & tectum corpus intactum relinquens, ut nec ſoli oſtendatur turpitudo naturæ, lapidibus aliquot ex iis, qui ante ſepulchrum projecti ſunt, ad aliquod opus conſtruendum uſus eſt; ne hoc quidem eſt laudabile: ſed ut eſſet dignum venia effecit conſuetudo; quando ad aliquid melius, & Reipub. utilius, materia traducta ſit. At carnis in terram redactæ pulverem perſcrutari, & oſſa movere, ſpe aliquem ex defoſſis lucrifaciendi ornatum, id eodem judicio condemnatum eſt, quo ſimplex fornicatio; quemadmodum in præcedente oratione diviſio facta eſt; conſiderante ſcilicet Oeconomo ſeu Diſpenſatore, ex ipſa vita ejus, cui medela adhibetur, medicinam, ut ſpacium à canonibus præſtitutum poſſit contrahere.

ΒΑΛΣ. Ὡσαύτως δὲ τῷ κλοπῷ εἰς δύο διῄρηται, οὕτω καὶ ἡ τυμβωρυχία εἰς δύο διαιρεῖται. εἰ μὲν γάρ τις, φησὶ, λίθους μόνους ἐκ τάφου ἀφέληται, ὥστε τὸ καλυπτόμενον σῶμα μὴ ὁρᾶσθαι, τῆς ὑσίας φειδόμενος, ἤτοι τῆς ἀφωσιωμένης τοῖς τε-
θνεῶσι τιμῆς, καὶ χρήσεται τούτοις εἰς ἔργου κατασκευὴν
ἐπιτηδείαν καὶ κοινωφελεστέραν, οὐδ' οὗτος ἀνέγκλητος,
συγγνωστὸς δ' ὅμως. λίθους δὲ τοὺς τῷ τάφῳ προβεβλημένους,
οὐχὶ τοὺς αὐτὰ τὰ τεθαμμένα σώματα καλύπτοντας. εἰ γὰρ
τοιούτους λίθους ἀφέληταί τις, δίδωσι πάντως ὁρᾶσθαι τὸ κε-
κρυμμένον σῶμα, καὶ δημοσιεύει τῆς φύσεως τὰ μυστήρια,
καὶ οὐκέτι συγγνωστός ἐστιν, ἀλλ' εἰς τὸ ἕτερον εἶδος τῆς τυμ-
βωρυχίας ἐμπίπτειν δοκεῖ, ὅτι ἀφ' ἑστί, τὸ τοὺς τάφους ἀνοί-
γειν καὶ τὴν κόνιν τὴν ἐκ τῆς φθαρείσης σαρκὸς ἀνορύττειν,
καὶ μετακινεῖν τὰ ὀστᾶ τῶν κειμένων, κόσμον τινὰ λαβεῖν
ἐκεῖθεν ζητοῦντα συντεθαμένον τοῖς τελευτήσασι. τοῦτο
τοίνυν τὸ εἶδος τῆς τυμβωρυχίας, ὁμοίως τῇ ψιλῇ πορνείᾳ,
καταδικάζεσθαι λέγει. ψιλὴν δὲ πορνείαν, τὴν εἰς ἐλευθέραν
ἀνδρὸς γυναῖκα μίξιν ὠνόμασε. καὶ ταῦτα δὲ τῷ οἰκονο-
μοῦντι τὸν μετανοοῦντα δίδωσι τὸ συντέμνειν ἴσως τὸν τῆς ὀπ-
τιμίας χρόνον, εἰ ὁρᾷ θερμὴν αὐτοῦ τὴν μετάνοιαν. ἀλλὰ
ταῦτα μὲν φησι περὶ τυμβωρύχων ὁ ἅγιος. ὁ δὲ πολιτι-
κὸς νόμος ἐν βιβλίῳ ξ'. πίτλῳ κγ'. ταῦτα διατάττεται.
οἱ ἀπὸ τῶν τάφων ὕλας ἀφαιροῦντες ὑποκείσθωσαν τῷ τῆς
ἱεροσυλίας ἐγκλήματι. καὶ πάλιν, τὸ τῆς τυμβωρυχίας ἔγ-
κλημα ἀτιμίαν ὀπάγει. καὶ αὖθις, ἐάν τις ἀπὸ τοῦ τάφου
ἀφέληται ἢ λίθους ἢ κίονας ἢ μάρμορα, ἢ ἄλλου οἱανδήποτε
ὕλης, εἴκοσι νομίσματα χρυσίου τῷ δημοσίῳ καταβαλλέτω,
καὶ τὰ ἑξῆς.

D *Sepulchrorum autem effoſſio, ipſa quoque dividitur in id quod veniam meretur, & quod non meretur. Si quis enim mortuorum parcens religioni, & tectum corpus intactum relinquens, ut nec ſoli oſtendatur turpitudo naturæ, lapidibus aliquot ex iis, qui ante ſepulchrum projecti ſunt, ad aliquod opus conſtruendum uſus eſt; ne hoc quidem eſt laudabile: ſed ut eſſet dignum venia effecit conſuetudo; quando ad aliquid melius, & Reipub. utilius, materia traducta ſit. At carnis in terram redactæ pulverem perſcrutari, & oſſa movere, ſpe aliquem ex defoſſis lucrifaciendi ornatum, id eodem judicio condemnatum eſt, quo ſimplex fornicatio; quemadmodum in præcedente oratione diviſio facta eſt; conſiderante ſcilicet Oeconomo ſeu Diſpenſatore, ex ipſa vita ejus, cui medela adhibetur, medicinam, ut ſpacium à canonibus præſtitutum poſſit contrahere.*

## Canon VII.

Balsamon. Quemadmodum furtum in duo diviſit; ita & ſepulchri foſſionem in duo dividit. Si quis enim, inquit, ſolos lapides ex ſepulchro abſtulerit, ita ut tectum corpus non videatur mortuorum religioni parcens, hoc eſt, juſto honori qui mortuis debetur, & eis uſus fuerit ad meliorum & Reip. utiliorum conſtructionem; ne ſic quidem erit à crimine alienus; erit tamen venia dignus. Lapides autem, qui ante ſepulchrum projecti ſunt, non eos qui ſepulta corpora contegunt. Si quis enim eos lapides abſtulerit, corpus contectum omnino videndum præbet, & naturæ myſteria publicat, & non eſt amplius venia dignus; ſed in alteram ſpeciem ſepulchrorum effoſſionis incidere videtur, quæ eſt ſepulchra aperire, & ex corrupta carne pulverem effodere, & eorum qui illic jacent oſſa movere, illinc ornatum aliquem quo mortui amicti ſunt accipere conantem. Hoc itaque ſepulchrorum effoſſionis genus, eodem judicio quo ſimplex fornicatio, condemnandum eſſe dicit. Simplicem autem fornicationem, cum muliere à viro ſoluta coitum nominavit. Hic quoque pœnitentis œconomo dat facultatem pœnæ tempus contrahendi ſi ejus forte vehementem videat pœnitentiam. Cæterum hæc quidem dicit ſanctus de ſepulchrorum effoſſoribus. Lex autem civilis in lib. lx. tit. xxiii. hæc conſtituit. Qui materias ex ſepulchris auferunt ſacrilegii crimini ſint obnoxii. Et rurſus; Sepulchrorum effoſſionis crimen affert infamiam. Et iterum; Si quis ex ſepulchro abſtulerit, vel lapides, vel columnas, vel marmora, vel aliquam aliam materiam, publico xx. aureos ſolvit; & quæ ſequuntur.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

## CANON VIII.

*Sacrilegium autem, in antiqua quidem ſcriptura, ne cædis quidem condemnatione viſum eſt tolerabilius. Similiter enim, & qui cædis convictus erat, & qui res Deo dedicatas abſtulerat, lapidationis ſupplicium ſubibat. In eccleſiaſtica autem conſuetudine de pœnæ gravitate neſcio quomodo aliquid detractum, & eo lenitatis deſcenſum eſt, ut illius morbi exiſtimaretur tolerabilius piaculum. Minori enim tempore, quàm pro adulterio, ii à patrum traditione pœnam ſubière. Ubique autem hoc in ſupplicii genere ante omnia videndum eſt, qualis ſit ejus, cui medela adhibetur, affectio: & non exiſtimare tempus ad medelam ſufficere; (quænam enim fuerit ex tempore medicina?) ſed ejus qui ſibi per converſionem medetur, animum & inſtitutum. Hæc tibi, ô homo Dei, ex iis quæ erant ad manum ſtudiosè compoſita, quòd oporteat fratrum mandatis parere, ſtudiosè miſimus. Tu vero conſuetas pro nobis preces Deo offerre ne intermittas. Debes enim, ut gratus filius, ei, qui te ſecundum Deum genuit, in ſenectute per tuas orationes alimentum, convenienter præcepto, quod jubet honorare parentes, ut tibi bene ſit, & ſis longævus ſuper terram. Clarum eſt autem, quòd ut ſymbolum ſacerdotale literas accipies, munúſque hoſpitale non contemnes; etiamſi ſit minus quàm pro ſumma tui ingenii bonitate.*

## ΚΑΝΩΝ η'.

Η δὲ ἱεροσυλία, ϖῶς μὲν τῇ ἀρχαίᾳ γραφῇ, οὐδὲν ὀνομάθη τῆς φονικῆς καῖακρίσεως ἀνεκτοτέρα. ὁμοίως γὰρ, ὅ τε ὅτι φόνῳ ἁλοὺς, καὶ ὁ τὰ ἀναθέντα τῷ θεῷ ἀφελόμενος, τῶ ϖρὸ τῶν λίθων πομπεῖαν ὑπέχον ὑπεῖκον. ὅτι δὲ τῆς ἐκκλησιαστικῆς συνηθείας ὐκ οἶδα ϖῶς συγκαῖάβασίς τις ἐγένετο καὶ συμφορὰ, ὥστε ἀνεκτότερον νομισθῆναι τὸ τῆς τοιαύτης νόσου καθάρσιον. ἐν ἐλαττόνι γὰρ χρόνῳ ϖαρὰ τὴν μοιχείαν τοῖς τοιούτοις τὸ ϖροσῆκον διεταξαῖο ἡ τῶν ϖατέρων ϖαράδοσις. ϖανταχοῦ δὲ ὃν ϖλημμελήμαῖος. εἰδέναι καθορᾶν τοῦτο ϖροσήκει ϖρὸ ϖάντων, οἷά ἐστιν ἡ τοῦ θεραπευομένου διάθεσις· καὶ μὴ τὸν χρόνον οἴεσθαι ϖρὸς θεραπείαν ἀρκεῖν (τίς γὰρ ἂν ἴασις ἐκ τοῦ χρόνου γένοιτο;) ἀλλὰ τῷ ϖροαιρέσιν τοῦ ἑαυτὸν διὰ βίου ϖροσφῆς θεραπεύοντος. ταῦτά σοι, ὦ ἄνθρωϖε τοῦ θεοῦ, κατὰ ϖολλὰ ϖαρεῖλω ἐκ τῶν ϖροχείρων συνθέντες, διὰ τὸ δεῖν τοῖς τῶν ἀδελφῶν ὑϖοτάγμασι ϖείθεσθαι, κατὰ συνεῖλω ἀϖεσειλάμην. σὺ δὲ τὰς συνήθεις ὑϖὲρ ἡμῶν δεήσεις τῷ θεῷ ϖροσάγων μὴ διάλειϖε. χρεωστεῖς γὰρ, ὡς εὐγνώμων υἱὸς, τῷ κατὰ θεὸν σε γεννήσαντι τῷ διὰ τῶν ϖροσευχῶν γηροτροφίαν, κατὰ τῷ ἐντολῷ τῷ κελεύσαντι, τιμᾶν τοὺς γονέας, ἵνα σοι γένηται, καὶ ἔσῃ μακροχρόνιος ἐϖὶ τῆς γῆς. δῆλον δέ, ὅτι ὡς ξύμβολον ἱερατικὸν δέξῃ τὸ γράμμα, καὶ ὐκ ἀτιμάσῃς τὸ ξένιον, κἂν τι μικρότερον τῆς σῆς μεγαλοφυΐας εἴη.

BALS. Poſtquam dixit de furto & ſepulchrorum effoſſione, nunc docet de ſacrilegio; & dicit, quòd antiqua quidem ſcriptura homicidam, & eum qui Deo oblata ſuſtulit, ex æquo puniit, lapidibus eos obrui jubens. Quod in Achaz factum eſt, qui ex ſpoliis Hiericho, quæ omnia Deo erant dedicata, aurum veſtéſque textas abſtulerat: lapidibus enim obrutus omnino peremptus eſt. Eccleſia autem non eodem modo homicidam & ſacrilegum punit: ſed mitius in ſacrilegum affecta eſt. Neſcio quomodo, inquit, pro eo quod eſt, rationem ignoro. A patribus enim, inquit, traditum eſt, ut minori tempore quàm adulterio pœna ſacrilegio decernatur. In omni autem peccato oportet ante omnia conſiderare pœnitentis & ejus, cui medela applicatur, affectionem, & non omnia pœnæ ſpacio adſcribere, tanquam quod ad purgationem ſufficiat. Quantumcunque enim tempus præterierit, nihil juvabit ad curationem. Sed oportet pœnitentis animum & inſtitutum conſiderare, ejuſque in pœnitentia ſtudium; ut ſi peccato quidem convenientem & correſpondentem pœnitentiam oſtenderit, contrahat pœnæ tempus: ſin autem remiſſe & negligentiùs ſe geſſerit, pœnæ quóque tempus augeat. A me autem dubitatum eſt quomodo ſanctus hic avaritiæ vitium dicit à patribus ſine ulla eſſe medela relictum; cum Gregorius Thaumaturgus hoc in tertio ſuo canone dicat; Gravis res eſt avaritia, nec poſſunt una epiſtola exponi, quæ à divina ſcriptura dicta ſunt, in quibus non ſolum latrocinari fugiendum & horrendum annunciatur; ſed omnino avarum eſſe & aliena deſiderare propter turpe lucrum: & Quiſquis eſt ejuſmodi, à Dei Eccleſia abdicatur. Quomodo ergo ſine medela relictum eſt, quod à Dei Eccleſia abdicatum facere judicatum eſt? Quod autem obſervatus ſit hic canon Thaumaturgi, clarum eſt ex Theophili Archiepiſcopi Alexandrini epiſtola ad Mænam Epiſcopum, qui ſcripſit eos rem feciſſe legitimam, qui à communione ſeparaverunt mulierem facientem injuriam, nec volentem ab injuria abſtinere.

ΒΑΛΣ. Εἰπὼν ϖερὶ κλοπῆς καὶ τυμβωρυχίας, νυνὶ καὶ ϖερὶ ἱεροσυλίας διδάσκει, καί φησιν, ὅτι ἡ μὲ παλαιὰ γραφὴ ὁμοίως τὸν φονέα καὶ τὸν κλέψαντα τὰ τῷ θεῷ ἀναῖεθέντα ἐκόλασε, λίθοις αὐτοὺς ἀναιρεῖσθαι ϖροσταξαμένη. ὅϖερ ὅμοιόν ϖως τὸ Αχαζ ἐγένετο, ὑφελόμενος ἐκ τῆς Ιεριχοῦς λαφύρων, ἃ ϖάντα τῷ θεῷ ἀνετέθησαν, χρυσόν τε καὶ ὕφασμα· λίθοις γὰρ βληθεὶς ϖαγγενεῖ ἐξωλοθρεύθη. ἡ δὲ ἐκκλησία ὐχ ὁμοίως ὁμοτιμᾷ τῷ φονεῖ καὶ τῷ ἱεροσύλῳ· ἀλλὰ συγκαῖαβαϖικώτερον διετέθη ϖρὸς τὸν ἱεροσύλον. ὐκ οἶδα ϖῶς, φησιν, ἀντὶ τοῦ τὸν λόγον ἀγνοῶ. ϖαραδέδοῖαι γάρ, φησι, ϖαρὰ τῶν ϖατέρων, ἥττονι χρόνῳ ϖαρὰ τὴν μοιχείαν τὸ ἐϖιτίμιον τῇ ἱεροσυλίᾳ ὁρίζεσθαι. ἐν ϖάσῃ δὲ ἁμαρτίᾳ δεῖ ϖρὸ ϖάντων σκοϖεῖν τὸν ϖ μεταμοοῦντος καὶ θεραπευομένου διάθεσιν, καὶ μὴ τῷ χρόνῳ τὴν ἐϖιτιμίαν ἀναῖιθέναι τὸ ϖᾶν, ὡς ἀρκοῦντι ϖρὸς κάθαρσιν. ὁ γὰρ χρόνος ὅσος ἂν ϖρόθῃ, οὐδὲν ὠφελήσῃ ϖρὸς ἴασιν. ἀλλὰ τῷ ϖροαίρεσιν δεῖ σκοϖεῖν τοῦ μετανοοῦντος, καὶ τῷ ὅτι τῇ μετανοίᾳ ϖαρεῖλω, ὥστε εἰ μὲν ϖροσήκουσαν τῷ ἁμαρτήμαῖι καὶ ἀνάλογον ἐνδείκνυῖαι τῷ μεῖάνοιαν, σωτήμονα τὸν τοῦ ἐϖιτιμίου καιρόν. εἰ δὲ ἀνέμβλητος καὶ ἀμελέστερον διαϖίθεῖαι, καὶ ϖερισῖιθέναι τὸν καιρὸν τοῦ ἐϖιτιμίου. ἠϖόρηται δέ μοι, ϖῶς ὁ ἅγιος οὗτος ὁ τῆς ϖλεονεξίας ϖάθος ἀθεράϖευτον ἔφη ϖαρὰ τῶν ϖατέρων καῖαλειφθῆναι, καὶ ταῦτα τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θαυμαῖουργοῦ ἐν τῷ τρίτῳ τῶν αὐτοῦ κανόνων ταῦτα λέγοντος, ὅτι ἡ ϖλεονεξία, καὶ ὐκ ἔστι δι' ἐϖιστολῆς ϖροθεῖσης τὰ θεῖα γράμμαῖα. ἐν οἷς οὐ τὸ ληστεύειν μόνον φευκτὸν καὶ φρικῶδες καῖαγγέλλεται, ἀλλὰ καθόλου τὸ ϖλεονεκτεῖν καὶ τὸ ἀλλοτρίων ἐφάϖτεσθαι ἐϖὶ αἰσχροκερδείᾳ· καὶ ϖᾶς ὁ τοιοῦτος ἐκκήρυκτος ἐκκλησίας θεοῦ. ϖῶς οὖν ἀθεράϖευτον ϖροσῆφθη τὸ ἐκκήρυκτον ἐκκλησίας θεοῦ ϖοιεῖν κεκελευσμένον. ὅτι δὲ ἐκρέῖει ὁ κανὼν οὗτος τοῦ Θαυματουργοῦ δῆλον ἀϖὸ τῆς ϖρὸς Μίωνα Ἐϖίσκοϖον ἐϖιστολῆς Θεοφίλου Ἀρχιεϖισκόϖου Αλεξανδρείας, γράψαντος νόμιμον ϖρᾶγμα ϖεϖοιηκέναι τοὺς χωρίσαντας τῆς συνάξεως τὴν ἀδικοῦσαν γυναῖκα, καὶ μὴ βουλομένην ἀναγεῖλαι τὴν ἀδικίαν.

ΑΠΟΚΡΙ-

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

A

ΑΠΟΚΡΙΣΕΙΣ ΚΑΝΟΝΙΚΑΙ ΤΙΜΩθέῳ τῷ ἁγιωτάτῳ Ἐπισκόπῳ Ἀλεξανδρείας, ἑνὸς τῶν πρώτων πατέρων τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει συναθροισθέντων, πρὸς τὰς προσενεχθείσας αὐτῷ ἐρωτήσεις περὶ ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν.

Ερώτησις.

ΕΑΝ παιδίον κατηχούμενον, ὡς ἐτῶν ἑπτὰ, ἢ ἄνθρωπος τέλειος δι' καιρόσης τινὸς προσφορᾶς γινομένης, καὶ ἀγνοῶν μεταλάβῃ, τί ὀφείλει γενέσθαι περὶ αὐτοῦ; B

Απόκρισις.

Φωτισθῆναι ὀφείλει· ἤδη γὰρ κέκληται.

ΒΑΛΣ. Ηρωτήθη ὁ πατὴρ οὗτος, ὅτι ἐὰν παιδίον ἢ καὶ ἀνὴρ τέλειος ἐν κατηχουμένοις πεταγμένος, καὶ μήπω τοῦ ἁγίου τυχὼν βαπτίσματος, προσφορᾶς γινομένης, ἤτοι θυσίας μυστικῆς προσαγομένης, δι' καιρόσης, ἀντὶ τοῦ καιροῦ τύχῃ ὀφειλόντως, καὶ μεταλάβῃ τῶν ἁγιασμάτων, ἀγνοῶν ὅτι οὐ δεῖ αὐτὸν μεταλαβεῖν πρὸ τοῦ βαπτίσματος, ἀλλ' ἐκ καταφρονητικῶς ἀβαπτίστως, τί ὀφείλει γενέσθαι; καὶ ἀπεκρίθη, ὅτι βαπτισθῆναι ὀφείλει. ἐπεὶ γὰρ ἀπονήρως προσῆλθε τῇ κοινωνίᾳ τῶν ἁγίων δώρων, καὶ δικαιρίας ἔτυχε μὴ κωλυθεὶς ὑπό τινος, ἀγνοησάντων ἴσως τῶν πρόντων πιστῶν, καὶ αὐτοῦ τοῦ μεταδιδόντος, ὅτι κατηχούμενός ἐστι, δοκεῖ ἤδη ἐκ θεοῦ προσκεκλῆσθαι. καὶ ὅθεν ὁ ἅγιος ἀπόστολος Πέτρος ἔφη περὶ τοῦ Κορνηλίου καὶ τῶν περὶ αὐτὸν, ὅτι κατηχουμένων ἐκείνων ἔπεσεν αὐτοῖς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ ἐλάλουν γλώσσαις, καὶ ἐμεγάλυνον τὸν θεόν, ὡς ἐν τῇ βίβλῳ τῶν πράξεων γέγραπται, μή τι τὸ ὕδωρ κωλῦσαι δυνατή τις, τοῦ μὴ βαπτισθῆναι τούτους, οἳ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔλαβον ὡς καὶ ἡμεῖς; τοῦτο μονονουχὶ καὶ ὁ Τιμόθεος εἶπεν, ὅτι ἤδη θεοῦ κληθεὶς, καὶ ἄξιος νομισθεὶς τῶν ἁγιασμάτων, φωτισθῆναι ὀφείλει.

Ερώτησις.

Εὰν δαιμονιζόμενος κατηχούμενος ᾖ, καὶ θελήσῃ αὐτὸς ἢ οἱ ἴδιοι αὐτοῦ, ἵνα λάβῃ τὸ ἅγιον βάπτισμα, ὀφείλει λαβεῖν ἢ οὔ, καὶ μάλιστα ἐὰν ἤδη τοῦ θανάτου ἔχῃ;

Απόκρισις.

Εὰν ὁ δαιμονιζόμενος μὴ καθαρισθῇ ἀπὸ τοῦ ἀκαθάρτου πνεύματος, οὐ δύναται λαβεῖν τὸ ἅγιον βάπτισμα· ἤδη δὲ ἔξοδον βαπτίζεται.

ΒΑΛΣ. Ο δαιμονιζόμενος εἰ δοκεῖ οἰκητήριον δαίμονος κεῖνος τινα, ὡς εἰ μὴ ἄξιον αὐτοῦ τὸν ἄνθρωπον εὗρε διὰ καθάρσιον πνεῦμα κατοικητήριον, οὐκ ἂν ᾤκησεν ἐν αὐτῷ. ὁ δὲ βαπτιζόμενος, διὰ τοῦ βαπτίσματος τὴν χάριν τοῦ ἁγίου πνεύματος δέχεται ἐνοικοῦσαν αὐτῷ. πῶς οὖν ἐν τ' αὐτῷ δυνατὸν ἔστι τὸν αὐτὸν δύο ἐναντίων δεκτικὸν γενέσθαι; διὰ τοῦτο τὸν κατηχούμενον καὶ μὴ ἀπαλλαγέντα τοῦ ἐνοχλοῦντος αὐτὸν δαίμονος οὐκ ἔκρινεν ὁ πατὴρ τοῦ θείου βαπτίσματος ἄξιον. εἰ δὲ καὶ πλουτίᾳ, φησὶ, βαπτισθήσεται, ἵνα μὴ ἀμέτοχος τῆς χάριτος τοῦ βαπτίσματος, τοῦ βίου ἐξελθών, τερηθῇ τοιούτου ἐφοδίου, καὶ ἀσήμαντος ἀπέλθῃ. C D E F

Ερώτησις.

Εὰν πιστός τις ὢν δαιμονίζεται, ὀφείλει μεταλαβεῖν τῶν ἁγίων μυστηρίων, ἢ οὔ;

Απόκρισις.

Εὰν μὴ ἐξαγορεύῃ τὸ μυστήριον, μήτε ἄλλως πως βλασφημῇ, μεταλαμβανέτω· μὴ μέντοι καθ' ἑκάστην. ἀρκεῖ γὰρ αὐτῷ καὶ καιροὶ μόνον.

ΒΑΛΣ. Ο Ιούδας ἐξαγορεῦσαι λέγεται τὸ μυστήριον, ὡς ἃ ἐδιδάχθη παρὰ κυρίου ἀκαλύψας τοῖς Ιουδαίοις, οἷα

# RESPONSA CANONICA TIMOTHEI

Sanctiſſimi Alexandrini Epiſcopi, qui fuit unus ex cl. patribus Conſtantinopoli congregatis, ad interrogationes ei propoſitas de Epiſcopis & Clericis.

Interrogatio.

*SI puellus catechumenus, utpotè annorum ſeptem, vel homo etiam perfectus dum fieret oblatio opportune adfuerit, ejuſque neſcius particeps factus ſit, quid de eo fieri debet?*

Reſponſio.

*Debet illuminari: à Deo enim vocatus eſt.*

BALS. Interrogatus eſt hic pater, an ſi puellus, vel etiam vir perfectus in ordine catechumenorum collocatus, & ſanctum baptiſmum nondum aſſecutus, dum oblatio fieret, ſive myſticum ſacrificium offerretur, opportunè adfuerit, hoc eſt, tempus idoneum aſſecutus fuerit, & ſacramentorum particeps factus fuerit, ignorans ſe non debere participare antequam ſit baptizatus, non tamen ea improbe contemnens, quid debet fieri? & reſpondit eum baptizari debere. Quia enim non malitioſè ad ſanctorum donorum communionem acceſſit, & opportunitate uſus eſt ab aliquo non prohibitus; forte ignorantibus qui aderant fidelibus, & ipſo etiam qui communionem impertiit, eum eſſe catechumenum: videtur à Deo eſſe vocatus. Et quod ſanctus Apoſtolus Petrus dixit de Cornelio, & iis qui circa eum erant: quo tempore cum eſſent catechumeni Spiritus ſanctus in eos cecidit, & loquebantur linguis, & Deum glorificabant, ut in Actorum libro ſcriptum eſt; Nunquid aquam prohibuerit quiſpiam, quo minus ii baptizentur, qui ſanctum Spiritum ſicut nos acceperunt? hoc propemodum etiam dixit Timotheus, quod à Deo vocatus, & ſacramentis dignus exiſtimatus, debet illuminari.

Interrogatio.

*Si catechumenus à Dæmone corripiatur, & voluerit ipſe vel ſui, ut ſanctum baptiſmum accipiat, debétne accipere an non, & maximè ſi morti propinquus fuerit?*

Reſponſio.

*Si is, qui à Dæmone corripitur, non fuerit ab immundo ſpiritu mundatus, non poteſt ſanctum baptiſmum accipere; ſed in exitu à vita baptizatur.*

BALS. Qui à Dæmone corripitur, habitaculum Dæmonis eſſe videtur. Judicatur enim, quòd niſi immundus ſpiritus inveniſſet hominem ipſi idoneum habitaculum, in eo non habitaſſet. Qui autem baptizatur, per baptiſmum ſancti Spiritus gratiam in ſe cohabitantem ſuſcipit. Quomodo ergo fieri poterit, ut idem ſimul duo in ſe contraria ſuſcipiat? & ideo catechumenum & à vexante eum dæmone non liberatum judicavit pater, non eſſe dignum ſancto baptiſmate. Sin autem moriatur, inquit, baptizabitur: ne gratiæ baptiſmi expers, à vita excedendo, hoc viatico privetur, & non ſignatus recedat.

Interrogatio.

*Si quis, cum ſit fidelis à dæmone corripiatur: debét ne eſſe ſanctorum myſteriorum particeps an non?*

Reſponſio.

*Si myſterium non enunciet, nec ullo alio modo blaſphemet, ſit particeps: ſed non ſingulis diebus. Sufficit enim, ſi ſtatis ſolum temporibus.*

BALS. Judas dicitur myſterium enunciaſſe, ut qui, quæ à Domino doctus eſt, Judæis revelaverit cen eis



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

credens, & non docenti illa tanquam Deo mentem adhibens, ſed ut nudo homini. Qui autem à Dæmone corripitur, ſi perpetuò quidem furit, nec ſacramentis dignus habebitur, nec myſterium enuncians & blaſphemans condemnabitur, ut qui neſciat quid agat. Sin autem habet intervalla, & in tempore, quo eſt ſanæ mentis, in myſterium invehitur & blaſphemat; non ſolum non erit ſacramentorum particeps, ſed nec cum fidelibus ſimul precabitur vel connumerabitur. Quare Divinus hic pater de dæmoniaco, qui habet intervalla, dicit, Si ergo, quando à dæmone non agitatur nihil contra fidem dixerit, erit ſacramentorum particeps.

A ἀλλ᾽ πιστῶν αὐτοῖς, καὶ μηδὲ τῷ ταῦτα διδάσκοντι ὡς θεῷ προσέχων, ἀλλ᾽ ὡς ἀνθρώπῳ φιλῷ. ὁ δὲ δαιμονιζόμενος, εἰ μὲν διόλου μαίνεται, ὅτι τῶν ἁγιασμάτων ἀξιωθήσεται, ὅτι τὸ μυστήριον ἐξαγορεύων καὶ βλασφημῶν καταικριθήσεται, ὡς μὴ εἰδὼς ὃ ποιεῖ. εἰ δὲ διαλείμματα ἔχει, καὶ ὅτε τῷ καιρῷ, ᾧ σωφρονεῖ, διανύει τὸ μυστήριον καὶ βλασφημεῖ, οὐ μόνον τῶν ἁγιασμάτων οὐ μεθέξει, ἀλλ᾽ οὐδὲ πιστοῖς συνδύξεται ἢ συναριθμηθήσεται. ὥστε ὁ θεῖος οὗτος πατὴρ περὶ δαιμονιζομένου καὶ διαλείμματα ἔχοντος λέγει· ἐὰν οὖν, ὅτε ἐνεργεῖται ὑπὸ τοῦ δαίμονος, οὐδὲν κοινὸν τῆς πίστεως λέγῃ, μεταλήψεται τῶν ἁγιασμάτων.

B

Interrogatio.

*Si quis catechumenus, cum eſſet infirmus, emotæ mentis factus ſit, nec poſſit ipſe fidem confiteri, ſuíque ſuadeant, ut donec vivit ſanctum baptiſmum accipiat, debétne accipere, an non?*

Reſponſio.

*Debet accipere, ſi non ab immundo ſpiritu tentetur.*

Εξώτησις.

Ἐάν τις κατηχούμενος, ὢν ἀδένης, γένηται ἐκ φρενός, καὶ μὴ δύνηται ἑαυτὸς ὁμολογῆσαι τῷ πίστιν, καὶ παρακαλῶσιν οἱ ἴδιοι αὐτοῦ, ἵνα λάβῃ τὸ ἅγιον βάπτισμα, ἕως ζῇ, ὀφείλει λαβεῖν, ἢ οὔ;

Απόκρισις.

Ὀφείλει λαβεῖν, ἐὰν μὴ ὑπὸ πνεύματος ἀκαθάρτου πειράζηται.

Balſ. Interrogatio erat de catechumeno, qui propter morbum emotæ mentis eſt, ut non poſſet interrogatus quæ in baptiſmo reſpondentur reſpondere, an eum baptizare oporteat? Reſponſio autem eſt, quòd oportet eum qui ita ſe habet baptizari, & merito; quia quod eſt catechumenus videtur eo ſe eſſe animo oſtendiſſe, ut fidem amplectatur, & quamvis in baptiſmate non reſpondeat; prius tamen animi ſui inſtitutum oſtendit. Sin autem ab immundo ſpiritu tentetur, non baptizabitur, inquit; ſed fiet ei, ſicut ſuperius dictum eſt.

C

ΒΑΛΣ. Ἡ ἐρώτησις ἐὰν περὶ κατηχουμένου καὶ ἐκ νόσου ἔξω φρενῶν γενομένου, ὥστε μὴ δύασθαι αὐτὸν ἐρωτώμενον τὰς ἐν τῷ βαπτίσματι ἀποκρίσεις ἀποκρίνεσθαι, εἰ δεῖ τοῦτον βαπτίζεσθαι; ἡ δὲ ἀπόκρισις, ὅτι δεῖ βαπτίζεσθαι αὐτὸν καὶ ὕστερον ἔρχεται, καὶ εἰκότως. ἐπεὶ γὰρ κατηχούμενος ἐὰν ἔδειξε προαίρεσιν, ὅτι ἀποδέχεται τὴν πίστιν, καὶ κἂν μὴ ἐν τῷ βαπτίσματι ἀποκρίνηται, ἔφθασε δεῖξαι τὴν οἰκείαν προαίρεσιν. εἰ δὲ ὑπὸ πνεύματος ἀκαθάρτου πειράζεται, οὐ βαπτισθήσεται, φησίν, ἀλλὰ γενήσεται αὐτῷ, καθὼς ἄνωθεν εἴρηται.

Interrogatio.

*Si uxor cum ſuo marito noctu cohabitárit, vel maritus cum uxore, & fiat coitio, debéntne communicare, an non?*

Reſponſio.

*Non debent, cum clamet Apoſtolus, Ne fraudáte vos invicem, niſi ex conſenſu ad tempus, ut vacetis orationi; & rurſus, ad idem conveniatis, ne tentet vos ſatanas propter incontinentiam veſtram.*

D

Εξώτησις.

Ἐὰν γυνὴ συγγένηται μετ᾽ ἀνδρὸς αὐτῆς τὴν νύκτα, ἢ ἀνὴρ μετὰ γυναικὸς, καὶ γένηται μίξις, ὀφείλουσι μεταλαβεῖν, ἢ οὔ;

Απόκρισις.

Οὐκ ὀφείλουσι, τοῦ ἀποστόλου βοῶντος, μὴ ἀποστερῆτε ἀλλήλους, εἰ μή τι ἂν ἐκ συμφώνου πρὸς καιρὸν, ἵνα σχολάσητε τῇ προσευχῇ, καὶ πάλιν ὅπου τὸ αὐτὸ συνέρχεσθε, ἵνα μὴ πειράσῃ ὑμᾶς ὁ σατανᾶς διὰ τὴν ἀκρασίαν ὑμῶν.

Balſ. De iis qui legitimè cohabitant eſt interrogatio, an debent nocte illa ſimul congreſſi eſſe ſacramentorum participes? Reſponſio verò eſt, quod non debent; & ad dicti ſui confirmationem magni Pauli verbis uſus eſt.

E

ΒΑΛΣ. Περὶ τῶν ἐννόμως συνοικαζομένων ἡ ἐρώτησις, εἰ ὀφείλουσι μεταλαβεῖν καὶ τὴν νύκτα ἐκείνην συνελθόντες ἀλλήλοις. ἡ δὲ ἀπόκρισις, ὅτι οὐκ ὀφείλουσι. καὶ εἰς σύστασιν τοῦ οἰκείου λόγου τοῖς ῥήμασιν ἐχρήσατο τοῦ μεγάλου Παύλου.

Interrogatio.

*Si mulier catechumena dederit nomen ſuum, ut baptizaretur, & die baptiſmatis illi ſit ſecundum conſuetudinem mulierum; debétne eo die baptizari, an differre, & quantum differre?*

Reſponſio.

*Debet differre donec purgata fuerit.*

Interrogatio.

*Si mulier conſueta ſibi muliebria accidiſſe viderit, debétne ad ſancta myſteria accedere, an non?*

Reſponſio.

*Non debet uſque dum purgetur.*

Εξώτησις.

Ἐὰν γυνὴ κατηχουμένη δέδωκε τὸ ὄνομα αὐτῆς, ἵνα φωτισθῇ, καὶ τῇ τὴν ἡμέραν τοῦ βαπτίσματος γέγονεν αὐτῇ τὸ καθ᾽ ἕθος τῶν γυναικῶν, ὀφείλει φωτισθῆναι αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ, ἢ ὑστερίζειν, καὶ πόσον ὑστερίζειν.

Απόκρισις.

Ὑστερίζειν ὀφείλει ἕως οὗ καθαρισθῇ.

Εξώτησις.

Ἐὰν γυνὴ ἴδῃ τὸ καθ᾽ ἕθος τῶν γυναικείων αὐτῆς, ὀφείλει προσέρχεσθαι τοῖς μυστηρίοις αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ, ἢ οὔ;

Απόκρισις.

Οὐκ ὀφείλει ἕως οὗ καθαρισθῇ.

Balſ. Qui divino baptiſmate digni erant habendi deſcribebantur ab iis, qui munus eccleſiaſticum exercebant. Si ergo, inquit, deſcripta mulier, tanquam baptizanda, in fluxum menſtruorum inciderit, quando debet baptizari? Ad quod Divinus hic pater reſpondit, quòd quando purgata fuerit. Donec enim præſtituti dies præterierint, impura eſſe judicabitur, & nec baptizabitur, nec Divinis myſteriis digna habebitur.

ΒΑΛΣ. Οἱ μέλλοντες καταξιοῦσθαι τοῦ θείου βαπτίσματος ἀπεγράφοντο παρὰ τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐνεργούντων. ἐὰν οὖν γυνή, φησιν, ἀπογραφεῖσα, ὡς μέλλουσα βαπτισθῆναι, γένηται ἐν ῥύσει τῶν ἐμμηνίων, πότε δεῖ αὐτὴν φωτισθῆναι, καὶ ἀπεκρίθη πρὸς τοῦτο ὁ θεῖος οὗτος πατὴρ, ὅτι ὅτε καθαρθῇ. ἕως γὰρ αἱ νενομισμέναι παρέλθωσιν ἡμέραι ἐν ἀκαθαρσίᾳ κρίνεται εἶναι, καὶ οὔτε βαπτισθήσεται, οὔτε τῶν θείων μυστηρίων ἀξιωθήσεται.

Ερώτησις

A

Ερώτησις.

Γυνὴ ἐὰν γαστήσῃ, τὸ Πάσχα ὀφείλει νηστεῦσαι καὶ μὴ πιεῖν οἶνον, ἢ ἀπολύεται τῆς νηστείας καὶ τοῦ μὴ πιεῖν οἶνον διὰ τὸ γαστῆσαι;

Απόκρισις.

Η νηστεία ἐπενοήθη διὰ τὸ σῶμα ταπεινῶσαι. εἰ οὖν τὸ σῶμα ἐν ταπεινώσει ἔστι καὶ ἀσθενείᾳ, ὀφείλει καταλαβεῖν καθὼς θέλεται καὶ δύναται βαστάσαι τροφῆς καὶ ποτοῦ.

Interrogatio.

*Mulier si pepererit, debètne jejunare Paſcha, & vinum non bibere: an à jejunio abſolvitur, & vinum bibere permittitur, eo quod pepererit?*

Reſponſio.

*Excogitatum eſt jejunium, ut corpus humile reddatur. Si ergo corpus in humilitate & imbecillitate verſatur, debet cibi & potûs quantum vult et poteſt eſſe particeps.*

ΒΑΛΣ. Ηρωτήθη, εἰ ὀφείλει γυνὴ τεκοῦσα ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ τοῦ Πάσχα πιεῖν οἶνον, καὶ τῆς νηστείας λυθῆναι. καὶ ἀπεκρίθη, ὅτι ἡ νηστεία διὰ ταπείνωσιν τοῦ σώματός ἐστιν. εἰ οὖν, ἐὰν τὸ σῶμα πεταπεινωμένον καὶ ἀσθενὲς ᾖ, ἄλλοθεν καὶ οὐ διὰ τῆς ἐκ τῆς νηστείας παιδαγωγίας, ἀλλὰ μᾶλλον συστάσεως χρήζει καὶ ἀναπτήσεως. ὀφείλει οὖν ἡ τεκοῦσα ἐν τῷ Πάσχα, ἤγουν ἐν τῇ διὰ τὸ Πάσχα γινομένῃ νηστείᾳ, καὶ οἴνῳ χρήσασθαι καὶ βρώμασι.

B

BALS. Interrogatus eſt ſanctus, an debet mulier, quæ in Paſchæ quadrageſima peperit, bibere vinum, & à jejunio abſolvi. Et reſpondit, quod jejunium ad corpus humiliandum decretum eſt. Quòd ſi corpus humiliatum fuerit, & infirmum, non aliunde jejunii diſciplina indiget; ſed confirmatione potius & recreatione opus habet. Debet ergo, quæ peperit in paſchate, hoc eſt, in jejunio quod fit propter paſcha, uti & vino & cibo.

Ερώτησις.

Εἰ ὀφείλει κληρικὸς εὔχεσθαι παρόντων Ἀρρειανῶν, ἢ ἄλλων αἱρετικῶν· εἰ βλάπτει αὐτὸν, ὅταν αὐτὸς ποιῇ τὴν εὐχὴν ἤγουν τὴν προσφοράν;

C

Interrogatio.

*An debet clericus, præſentibus Arrianis, vel aliis hæreticis, orare; & an cum nihil ladit quando ille facit orationem, ſeu oblationem?*

Απόκρισις.

Ἐν τῇ θείᾳ ἀναφορᾷ ὁ Διάκονος προσφωνεῖ πρὸ τοῦ ἀσπασμοῦ, οἱ ἀκοινώνητοι προέρχεσθε. οὐκ ὀφείλουσιν οὖν παρεῖναι, εἰ μὴ ἂν ἐπαγγέλλωνται μετανοεῖν καὶ ἐκφεύγειν τὴν αἵρεσιν.

Reſponſio.

*In Divina oblatione Diaconus ante ſalutationem edicit; Qui non communicatis, ambulate. Non debent ergo intereſſe, niſi profiteantur ſe pœnitentiam acturos, & hæreſin vitaturos.*

ΒΑΛΣ. Η ἐρώτησις περὶ κληρικοῦ, εἰ ὀφείλει εὔχεσθαι παρόντων αἱρετικῶν, ἤγουν προσφέρειν τὴν ἀναίμακτον θυσίαν. καὶ ἀπεκρίθη, ὅτι μέλλουσι προσάγεσθαι τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ τὰ ἅγια, λέγεται τοῖς ἀμυήτοις, οἱ ἀκοινώνητοι προέρχεσθε, ἤγουν οἱ κατηχούμενοι προέλθετε. εἰ οὖν οἱ κατηχούμενοι οὐκ ἐῶνται παρεῖναι τελουμένης τῆς θυσίας, πῶς αἱρετικοὶ ἐασθήσονται; εἰ μήτι ἐπαγγέλλωνται, φησὶ, μετανοεῖν καὶ ἀφίστασθαι τῆς αἱρέσεως· καὶ τότε οἶμαι, οὐκ ὄντος τοῦ ναοῦ προχωρηθήσονται ἔσω, ἀλλ' ἔξω μετὰ τῶν κατηχουμένων· ὡς εἰ μὴ ἐπαγγέλλωνται ἀφίστασθαι τῆς αἱρέσεως, οὐδὲ τοῖς κατηχουμένοις συστήσονται, ἀλλ' ἐκβληθήσονται.

D

BALS. Interrogatio de Clerico facta eſt; an debet præſentibus hæreticis orare, aut incruentum ſacrificium offerre: & reſpondit, quòd quando ad ſacram menſam ſancta offerenda ſunt, dicitur prophanis, qui non communicatis ambulate, ſive catechumeni exite. Si ergo catechumeni non ſinuntur adeſſe dum fit ſacrificium, quomodo ſinentur hæretici? Niſi ſe, inquit, pœnitentiam acturos confiteantur, & ab hæreſi ceſſaturos; & tunc quoque, ut exiſtimo, intra templum eſſe non ſinentur, ſed foris cum catechumenis: quòd ſi ſe ab hæreſi abſtenturos non profiteantur, nec cum catechumenis quidem conſiſtent, ſed expellentur.

Ερώτησις.

Ἐάν τις ᾖ ἀσθενὴς καὶ ἐκλακεὶς πάνυ ἀπὸ τῆς πολλῆς ἀσθενείας, καὶ ἔλθῃ τὸ ἅγιον Πάσχα, πάντως ὀφείλει νηστεῦσαι, ἢ ἀπολύσῃ αὐτὸν ὁ κληρικὸς λαμβάνειν ὃ δύναται, ἢ καὶ ἔλαιον καὶ οἶνον, διὰ τὸ πολλὴν αὐτοῦ ἀσθένειαν;

E

Interrogatio.

*Si quis ſit ægrotus, & ex multa imbecillitate valde attenuatus, & ad ſanctum Paſcha venerit; debètne omnino jejunare, an eum abſolvit Clericus, ut accipiat quod poteſt, vel etiam oleum & vinum, propter multam ejus imbecillitatem?*

Απόκρισις.

Ἀπολύεσθαι ὀφείλει μεταλαμβάνειν καὶ τῆς τροφῆς καὶ τοῦ ποτοῦ ὁ ἀσθενὴς, ὅσον δύναται βαστάσαι. τὸ γὰρ μεταλαμβάνειν ἔλαιον τὸν ἅπαξ ἐκλακέντα δίκαιόν ἐστιν.

Reſponſio.

*Abſolvi debet ægrotus, ut cibum & potum capiat, quantum ferre poteſt. Eum enim, qui ſemel attenuatus eſt, eſſe olei participem æquum eſt.*

ΒΑΛΣ. Περὶ νοσοῦντος καὶ ἐκτακέντος ἀπὸ τῆς νόσου ἡ ἐρώτησις, εἰ ὀφείλει ἐν τῇ διὰ τὸ Πάσχα νηστείᾳ πάντως νηστεῦσαι, ἀντὶ τῆς ἀπαραιτήτου, ἀσυμπαθῶς, ἢ μεταλαβεῖν οἴνου καὶ ἐλαίου διὰ τὴν ἀσθένειαν; ἡ δὲ ἀπόκρισις λέγει, ὅτι τὸν ἐκτακέντα ἐκ νόσου δίκαιον καὶ οἶνον καὶ ἔλαιον μεταλαμβάνειν, ὡς δύναται ὑπομεῖναι, ἤγουν, ἢ διόλου, ἢ ἐν ἡμέραις τισὶ κατὰ κρίσιν τοῦ οἰκονομοῦντος αὐτόν. σημειωτέον δὲ ἐκ τούτου τοῦ κανόνος καὶ ἐκ τοῦ η'. ὅτι ἡ νηστεία τῆς τεσσαρακοστῆς τοῦ Πάσχα ξηροφαγία ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ οἴνου ἀποχή. τινὲς δὲ καὶ ἐν ἀμφοῖν τοῖς κανόσι τούτοις, τὴν ἐν τῷ Πάσχα νηστείαν, τὴν τῶν ἁγίων παθῶν ἑβδομάδα λέγουσιν εἶναι, καὶ οὐ πᾶσαν τὴν τεσσαρακοστήν.

F

BALS. De eo, qui ægrotat, & morbo conſumptus eſt, fit interrogatio; debètne in jejunio propter Paſcha omnino jejunare, hoc eſt, inexcuſabiliter & abſque ulla commiſeratione, an vinum & oleum ſumere propter imbecillitatem? Reſponſio autem dicit, quòd is, qui morbo conſumptus eſt, capere debet vinum & oleum, quantum ferre poteſt; perpetuò ſcilicet, vel in aliquibus diebus, ſecundum judicium ejus qui illum diſpenſat. Nota autem ex hoc canone & viii. quòd jejunium Quadrageſimæ Paſchæ eſt aridorum eſus, & à vino abſtinentia. Nonnulli autem dicunt, in utriſque his canonibus jejunium in Paſchate eſſe ſanctæ paſſionis hebdomadam, & non omnem Quadrageſimam.

Interrogati σ

Interrogatio. A

*Si quis Clericum vocaverit, ut matrimonio conjungat, audiat autem esse illicitum matrimonium, ut pote vel amitæ conjugium, vel defunctæ uxoris esse sororem eam, quæ est matrimonio conjungenda; debétne sequi Clericus, vel facere oblationem?*

Responsio.

*Uno verbo dicite; Si audiverit Clericus illicitum matrimonium. Si ergo est illicitum matrimonium, non debet Clericus alienis peccatis communicare.*

Bals. Oportet, inquit, Clericos, qui ad matrimonii mysterium celebrandum vocantur, ut orent & sponsos conjungant, si audiverint esse illicitum matrimonium, nec abire, nec orare, nec offerre, & sic alienis peccatis communicare. B

Interrogatio.

*Si laicus, qui somniavit, Clericum interrogaverit; an debet ei permittere communicare, an non?*

Responsio.

*Si subest quidem mulieris desiderium, non debet: Sin autem tentat eum Satanas, ut per hanc occasionem à divinorum mysteriorum communione alienetur, debet communicare. Neque enim cessabit Tentator eo tempore, quando debet communicare, illum invadere.* C

Bals. De iis, quibus visa se in somniis offerunt, quibus etiam fit fortasse fluxus seminis, dicit hic pater; quod si mulieris desiderium in eo qui somniat, cogitatio antea accenderit, & mens in desiderio perstiterit, eique assensus est, & ex eo illi visio oblata est, & fluxio seminis est consecuta, non debet communicare. Et merito; Assensio enim ejus, qui somniavit, mentem polluit; & quomodo cum hac cogitatione ad sancta accedet? Sin autem nihil tale præcessit, est Diaboli, inquit, tentatio; ut sic eum alienet à divina communione: Et oportet eum communicare. Si enim sciverit Malus se per somnium efficere, ne sit sacramenti particeps; non cessabit homini insidiari, quoties eum velle communicare cognoverit. D

Interrogatio.

*Iis, qui matrimonii societate junguntur, in quibúsnam septimanæ diebus proponere oportet, ut à mutuo congressu abstineant, & quibúsnam potestatem habeant?*

Responsio.

*Quod ante dixi, nunc quoque dico. Dicit apostolus; Ne fraudate vos invicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi; & rursus ad idem conveniatis, ne vos tentet Satanas propter incontinentiam vestram. Necessario autem sabbato & die dominico abstinere oportet, quod spirituale sacrificium in eis Domino offeratur.* E

Interrogatio.

*Si quis, cum sui compos non esset, sibi manum attulerit, vel etiamse præcipitaverit, fitne oblatio, annon?*

Responsio.

*Hoc debet clericus discernere, an cum revera mentis compos non esset, hoc fecerit. Sæpe enim ii, qui ad eum cui hoc accidit pertinent, volentes assequi oblationem & orationem pro ipso, mentiuntur, & dicunt eum non fuisse apud se: nonnunquam autem propter insultationem hominum, vel aliquo alio modo per negligentiam hoc fecisse. Pro hujusmodi oblatio non est facienda: est enim sui homicida. Oportet ergo Clericum accuratè sciscitari, ne in judicium incidat.* F

Bals. Interrogatus sanctus, si is, qui non est sanæ mentis, sed emotæ, sibi mortem conscíverit, vel se deorsum præcipitem dederit; an pro eo facienda sit oratio

Ἐρώτησις.

Εἰ τὸ ζεύξαι γάμον ἐὰν καλέσῃ τις κληρικὸν, ἀκούσῃ ὅ τὸν γάμον ἄθεμίτον, ἢ πορνείαν, ἤγουν ἀδελφῆς πλάστησιν γυναικὸς τοῦ μέλλοντος ζεύγνυσθαι, εἰ ὀφείλει ἀκολουθῆσαι ὁ κληρικὸς, ἢ προσφορὰν ποιῆσαι;

Ἀπόκρισις.

Ἁπαξ εἴπαμεν, ἐὰν ἀκούσῃ ὁ κληρικὸς τὸν γάμον ἄθεμιτον. εἰ οὖν ὁ γάμος ἄθεμιτός ἐστιν, οὐκ ὀφείλει ὁ κληρικὸς κοινωνεῖν ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις.

ΒΑΛΣ. Τοὺς κληρικοὺς δεῖ, φησι, καλουμένους εἰς πλετικὸν γάμον, ὥστε εὔξασθαι καὶ συζεύξαι τοὺς νυμφευομένους, εἰ ἀκούσωσι ἄθεμιτον εἶναι τὸν γάμον, μὴ ἀπέρχεσθαι, μήτε εὔχεσθαι, μήτε προσφέρειν, καὶ οὕτω κοινωνεῖν ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις.

Ἐρώτησις.

Ἐὰν ὀνειρασθεὶς ὁ λαϊκὸς ἐρωτήσῃ κληρικὸν, εἰ ὀφείλει ἐπιτρέψαι αὐτῷ κοινωνῆσαι, ἢ οὔ;

Ἀπόκρισις.

Εἰ μὴ ὑπάρχει ἐπιθυμία γυναικὸς, οὐκ ὀφείλει· εἰ δὲ ὁ σατανᾶς πειράζει αὐτὸν, ἵνα διὰ τῆς προφάσεως ταύτης ἀλλοτριώσῃ τῆς κοινωνίας τῶν θείων μυστηρίων, ὀφείλει κοινωνῆσαι. ἐπεὶ οὐ παύσεται ὁ πειράζων κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, ὅτε ὀφείλει κοινωνεῖν, ἐπιτιθέμενος αὐτῷ.

ΒΑΛΣ. Περὶ τῶν ἐν ὀνείροις φαντάζομένων, οἷς καὶ σπέρμα ῥεῖ· ἴσως γὰρ ὀκνεῖ, φησὶν ὁ πατὴρ οὗτος, ὅτι εἰ μὴ πρὸ τούτου προσέβαλε τῷ ὀνειρασθέντι ἐπιθυμίας γυναικὸς λογισμοὺς, καὶ ἐνέμεινεν ὁ νοῦς ἐπὶ τῇ ἐπιθυμίᾳ, καὶ ἐνεφιλοχώρησε ταύτῃ, καὶ τόθεν ἡ φαντασία, ἐπῆλθε ἡ ῥῦσις τοῦ σπέρματος, οὐκ ὀφείλει μεταλαβεῖν. καὶ εἰκότως· ἡ γὰρ συγκατάθεσις ἐμόλυνε τὸν λογισμὸν τοῦ ὀνειρασθέντος. καὶ πῶς μετὰ τοιούτου λογισμοῦ προσελεύσεται τοῖς ἁγίοις; εἰ δέ ἐστιν τοιοῦτον προηγήσατο, τοῦ διαβόλου, φησὶν, ἔστι πεῖρα, ἵνα οὕτως ἀποξενώσῃ αὐτὸν τῆς θείας κοινωνίας· καὶ δεῖ αὐτὸν κοινωνεῖν. εἰ γὰρ ἴδῃ ὁ πονηρὸς οὕτω κατορθοῦντα τὸ μὴ μετέχειν αὐτὸν τῶν ἁγιασμάτων, οὐ παύσεται ἐπιβουλεύων τῷ ἀνθρώπῳ, ὁσάκις ἂν γνῷ αὐτὸν θέλοντα μεταλαβεῖν.

Ἐρώτησις.

Τοῖς ζευγνυμένοις εἰς γάμου κοινωνίαν, περὶ ποιῶν ἡμερῶν τῆς ἑβδομάδος προτίθεσθαι χρὴ ἀπέχεσθαι τῆς πρὸς ἀλλήλους κοινωνίας, καὶ ποίας ἔχειν ἐπ' ἐξουσίας;

Ἀπόκρισις.

Προείρηκα καὶ νῦν λέγω, ὁ ἀπόστολος λέγει, μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μή τι ἂν ἐκ συμφώνου πρός καιρὸν, ἵνα σχολάσητε τῇ προσευχῇ, καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἦτε, ἵνα μὴ πειράζῃ ὑμᾶς ὁ σατανᾶς διὰ τὴν ἀκρασίαν ὑμῶν. ἐξ ἀνάγκης δὲ τὸ σάββατον καὶ τὴν κυριακὴν ἀπέχεσθαι δεῖ, διὰ τὸ ἐν ταύταις τὴν πνευματικὴν θυσίαν ἀναφέρεσθαι τῷ κυρίῳ.

Ἐρώτησις.

Ἐάν τις μὴ ἔχων ἑαυτὸν χειρίσηται, ἢ κρημνίσῃ ἑαυτὸν, εἰ διὰ προσφορά, ἢ οὔ;

Ἀπόκρισις.

Ὑπὲρ τοῦ αὐτοῦ διακρίναι ὀφείλει ὁ κληρικὸς, τὸ ἀληθὲς ἐκφρενὴς ὢν πεποίηκε τοῦτο. πολλάκις γὰρ οἱ διαφέροντες τῷ πεπονθότι, θέλοντες τυχεῖν τῆς προσφορᾶς καὶ τῆς ὑπὲρ αὐτοῦ δεήσεως, καταψεύδονται, καὶ λέγουσιν ὅτι οὐκ εἶχεν ἑαυτόν· ἐνίοτε δὲ ἀπειρίας ἀνθρώπων ἢ ἄλλως πως ἀπολιγωρίας πεποιηκέναι τοῦτο. οὐ χρὴ προσφορὰν ἐπάνω αὐτῷ γενέσθαι· αὐτοφονευτὴς γὰρ ἑαυτοῦ ἐστι. δεῖ οὖν πάντως τὸν κληρικὸν μετ' ἀκριβείας ἐρευνῆσαι, ἵνα μὴ ὑπόκρισιν πέσῃ.

ΒΑΛΣ. Ἐρωτηθεὶς ὡς εἰ μὴ ἔχων τις ὑγιᾶ τὸν λογισμὸν, ἀλλὰ παραπεπικὼς τὰς φρένας, αὐτόχειρ γένηται ἑαυτοῦ ἢ καταχρημνίσῃ ἑαυτὸν, ἐὰν χρὴ ὑπὲρ αὐτοῦ δέησιν γενέσθαι

γενέσθαι ἢ σφοδρόν, εἶπεν, ὅτι ἐὰν ἀληθῶς ἔξω φρενῶν γενόμενος ὁ ἄνθρωπος, καὶ μὴ εἰδὼς ὃ ποιεῖ, διεχειρίσατο ἑαυτὸν ἢ ἐκρήμνισεν ἢ ἄλλως διέφθαρε, γενήσεται ὑπὲρ αὐτοῦ δέησις καὶ προσφορά. δεῖ δὲ τοὺς εἰς δύχλῳ προσκαλουμένους ἀκριβοῦσθαι περὶ τούτου, μήποτε ἢ ἐκ μικροψυχίας ἢ ὀξὺ ἐπηρείας ἀνθρώπων ἢ ἄλλως πως, εἰκὼν καὶ εἰδὼς ὃ ποιεῖ, διεχειρίσατο ἑαυτόν. ὑπὲρ γὰρ τοῦ τοιούτου οὐ δεῖ, οὔτε δύχεσθαι, οὔτε προσφέρειν, ὅτι αὐτοφονευτής ἐστι.

vel oblatio; dixit, quòd si homo quidem revera emotæ mentis, & nesciens quid ageret, sibi manum attulerit, vel se præcipitaverit, vel aliquo alio modo interemerit; fiet pro eo oblatio & oratio. Oportet autem eos, qui ad orationem evocantur, subtiliter investigare; nunquid vel propter animi timiditatem, vel hominum insultationem, vel aliquo alio modo, prudens ac sciens quid ageret, sibi manum attulerit. Pro tali enim nec orare nec offerre oportet, quoniam sui homicida est.

Ἐρώτησις.

Ἐάν τινος γυνὴ πνεύματι, ὥστε καὶ σίδηρα φορεῖν, ὁ δὲ ἀνὴρ λέγει, ὅτι οὐ δύναμαι ἐγκρατεύεσθαι, καὶ θέλει λαβεῖν ἄλλην, ὀφείλει λαβεῖν ἑτέραν, ἢ οὔ;

Interrogatio.

*Si alicujus uxor spiritu corripitur, ut ferreos etiam compedes gestet, vir autem dicat, non possum continere, & velit aliam accipere; debét ne aliam accipere an non?*

Ἀπόκρισις.

Μοιχεία μεσολαβεῖ τῷ πράγματι, καὶ περὶ τούτου τί ἀποκρίνεσθαι οὐκ ἔχω ἢ οἶδα.

Responsio.

*In hac re quidem adulterium intercedit, nec habeo, aut invenio quid de ea respondeam.*

ΒΑΛΣ. Περὶ ἀνδρὸς ἡ ἐρώτησις ἔχοντος γυναῖκα πνεύματι δαιμονίου, ἤγουν πνεύματι πονηρῷ συνεχομένην, καὶ οὕτως μαινομένην, ὡς καὶ σιδήρεια δεσμεῖσθαι, ἵνα μὴ ἑαυτὴν ἀπολέσῃ ἢ ἑτέρους βλάψῃ, ἢ συνελθὼν αὐτὸν ἀδυνάτον, καὶ λέγοντος συφρονεῖν θέλοντός τε λαβεῖν γυναῖκα ἑτέραν νομίμως. ἡ δὲ ἀπόκρισις, ὅτι οὐ δυνατή τι εἰπεῖν. μοιχεία γάρ ἐστι τὸ ἔτι συνιστάμενον τῷ γάμῳ ἑτέραν ἀγαγέσθαι τὸν ἄνδρα γυναῖκα εἰς συμβίωσιν. ἐκ δὲ τῆς νεαρᾶς τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ φιλοσόφου, δέδοται τῷ ἀνδρὶ, μαινομένης διηνεκῆ μανίαν τῆς γυναικὸς, λύειν τὸν γάμον· τοῦ γάμου δὲ λυθέντος, ἔξεστι τῷ ἀνδρὶ ἑτέραν νομίμως εἰσοικίσασθαι.

BALS. Interrogatio est de marito, qui habet uxorem spiritu correptam, seu spiritu malo agitatam, & ita furentem, ut etiam ferreis compedibus manicisque ligetur, ne seipsam interficiat, vel alios lædat, cum qua ipse rem habere non potest; dicit autem se non posse continere, & vult aliam uxorem legitimè accipere. Responsio autem est, se nihil posse dicere. Est enim adulterium, si, constante matrimonio, vir aliam mulierem ducat in matrimonium. Ex novella autem Imperatoris domini Leonis philosophi marito concessum est, mulieris, quæ perpetua insania laborat, solvere matrimonium: soluto autem matrimonio, licet marito aliam uxorem introducere.

Ἐρώτησις.

Ἐάν νηστεύων τις δύνηται τῷ κοινωνῆσαι, νιπτόμενος τὸ στόμα, ἢ ἐν τῷ βαλανείῳ κατέπιεν ὕδωρ μὴ θέλων, ὀφείλει κοινωνῆσαι;

Interrogatio.

*Si quis jejunans, ut communicet, os lavans, vel in balneo aquam bibit nolens; debét ne communicare?*

Ἀπόκρισις.

Ἐπεὶ εὗρεν ὁ Σατανᾶς ἀφορμὴν τοῦ κωλύειν αὐτὸν τῆς κοινωνίας, συχνότερον τοῦτο ποιήσει.

Responsio.

*Quia etiam invenit Satanas occasionem prohibendi eum à communione, frequentius hoc faciet.*

Ἐρώτησις.

Συχνοὶ ἀκούοντες τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, καὶ μὴ ποιοῦντες, ἆρα ὑπὸ κατάκρισιν ἐσμέν;

Interrogatio.

*Sermonem Dei sæpe audientes, & non facientes, an sumus judicio obnoxii?*

Ἀπόκρισις.

Εἰ καὶ μὴ ποιοῦμεν, ἀλλ' οὐκ ἐνδέχεται μὴ μέμφεσθαι ἑαυτοὺς, ὅτι ἀκούοντες οὐχ ὑπακούομεν· μέρος δὲ σωτηρίας ἐστὶ καὶ τὸ μέμφεσθαι ἑαυτούς.

Responsio.

*Si non faciamus, nec nos accusare contingat, quod audientes non pareamus. Est autem pars salutis se ipsos accusare.*

Ἐρώτησις.

Ἐκ ποίας κέρας κρίνονται παρὰ θεοῦ τὰ ἁμαρτήματα;

Interrogatio.

*Ex quanam ætate à Deo judicantur peccata?*

Ἀπόκρισις.

Περὶ πλῆν γνῶσιν ἑκάστου καὶ τὴν φρόνησιν. οἱ μὲν ἀπὸ δεκαετοῦς κέρας, οἱ δὲ καὶ μείζονος.

Responsio.

*Ex uniuscujusque cognitione, & prudentia: illi quidem à decennio; hi vero à majori ætate.*

ΒΑΛΣ. Περὶ πλῆν γνῶσιν ἑκάστου καὶ τὸ φρόνημα ἔφη κρίνεσθαι τῷ θεῷ τὰ ἁμαρτήματα. οἱ μὲν γὰρ ὀξύτερας φύσεως ὄντες τῶν παίδων καὶ μᾶλλον ἐγρηγορύας, συντομώτερον διακρίνουσι τὸ καλὸν καὶ τὸ χεῖρον· οἱ δὲ νωθρότερας τυγχάνοντες καὶ ἀναπεπλωκυίας ἕξεως, βραδεῖς εἰσι περὶ πλῆν γνῶσιν τοῦ δέοντος. διὸ τοῖς μὲν ἀπὸ δεκάτου ἑνιαυτοῦ τῆς ἡλικίας αὐτῶν λογίζεσθαι εἶπε τὰ ἁμαρτήματα, τοῖς δὲ οὐ μείζονος καὶ τελεωτέρας.

BALS. Ex uniuscujusque cognitione & intelligentia dicit à Deo peccata judicari. Pueri enim, qui sunt acrioris & vigilantioris naturæ, bonum & malum citius discernunt: qui autem sunt hebetioris tardioríque ingenii, tardi sunt ad cognitionem ejus quod fieri oportet. Ideo illis quidem dicit ab anno decimo reputari peccatum: his verò à majori & perfectiori ætate.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

A

## EDICTUM THEOPHILI ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI, cum Sancta Theophania in die dominico instarent.

*ET mos & honestas à nobis exigit, ut omnem diem dominicum honoremus, eúmque celebremus; quoniam Dominus noster Jesus Christus præclarum in ea suæ resurrectionis munus obiit. Et ideo in sacris scripturis ipse,& primus appellatus est, ut qui sit nobis vitæ principium,& octavus, ut qui Judæorum sabbatismum exuperaverit. Quia ergo accidit, ut sanctorum Theophaniorum hic esset dies jejunio peragendus dispensemus, & ad utrumque scientes procedamus; ut paucos dactylos sumentes, simul & hæreses vitemus, quæ Domini nostri Jesu Christi resurrectionis diem non honorant, & diei jejunii quod debetur reddamus, vespertinam congregationem expectantes, quæ hic, Deo dante, peragitur. Congregamur ergo hic ab hora nona.*

B

C

## ΘΕΟΦΙΛΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ Αλεξανδρείας ἀποφώνησις, τῆς ἁγίων Θεοφανίων ὀφειστάντων ἐν κυριακῇ.

ΚΑΙ τὸ ἔθος ἡμᾶς ἀπαιτεῖ πᾶσαν κυριακὴν τιμᾶν, καὶ ἐν ταύτῃ πανηγυρίζειν, ἐπειδήπερ ἐν ταύτῃ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν ἡμῖν ἐχαρίσατο. διὸ καὶ ἐν ταῖς ἱεραῖς γραφαῖς, καὶ πρώτη κέκληται, ὡς ἀρχὴ ζωῆς ἡμῖν ὑπάρχουσα, καὶ ὀγδόη, ἅτε ὑπερβεβηκυῖα τὸν τῶν Ἰουδαίων σαββατισμόν. ἐπεὶ οὖν συμβέβηκε τὴν τῶν ἁγίων Θεοφανίων νήστιμον ἡμέραν εἶναι ταύτην, οἰκονομήσωμεν, καὶ πρὸς ἑκατέρων ὀφειλήματα χωρήσωμεν, ἵνα μεταλαμβάνοντες ὀλίγων φοινίκων, ἐκκλίνωμεν ἅμα καὶ τὰς αἱρέσεις τὰς μὴ τιμώσας τὴν ἀναστάσιμον τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡμέραν, καὶ ὃ ὀφειλόμενον τῇ νηστίμῳ ἡμέρᾳ ἀποδῶμεν, προσμένοντες τὴν ἑσπερινὴν συνάξιν, ἥτις ἐνταῦθα, θεοῦ θέλοντος, τελεῖται. συναχθῶμεν τοίνυν ἀπὸ ὥρας ἐννάτης ἐνταῦθα.

D

## EJUSDEM COMMONITORIUM, Quod accepit Ammon propter Lyco.

*DE iis qui Arianis communicaverunt, & Ecclesias huc usque detinent, ut se habet consuetudo, fiat: ita tamen ut alii constituantur, qui in Orthodoxia testificentur, & illi permaneant. His quoque ita dispensatis, ut aliis urbibus Orthodoxi in Thebaide Episcopi fecerunt, qui ab Episcopo Apolline constituti, & qui cum Arianis ecclesias habentibus communicantes, puniantur; si quidem ipsorum voluntate hoc fecerunt: Sin autem proprio Episcopo obedierunt, permaneant, etsi quod justum est non noverint. Et si omnes quidem populi eos cum aliis rejiciant, alii ordinentur: Sin autem eos retinent cum illis quibus communicarunt, ii quoque eam consuetudinem experiantur, qua usi sunt omnes Orthodoxi in Thebaide Episcopi. De Bisto, qui in Ereba constitutus est Presbyter, quærendum est; & si alicui quidem mulieri separatæ vivente marito vim attulit, non sinatur esse Presbyter: Nam nec ut Laicus quidem debet communicare, cum eos qui tales sunt separare consueverit ecclesia. Hoc autem nullum affert Episcopo Apollini præjudicium, si eum per ignorantiam constituit; cum sancta Synodus jusserit eos, qui post ordinationem proter crimen indigni esse convincuntur, expelli.*

E

F

## ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΥΠΟΜΝΗΣΤΙΚΟΝ, ὅτε ἔλαβε Ἄμμων, διὰ τὸν Λυκώ.

ΠΕΡΙ τῶν κοινωνησάντων τοῖς Ἀρειανοῖς καὶ μέχρι νῦν τὰς ἐκκλησίας κατεχόντων, ὡς ἔθος γινέσθω. οὕτω μὲν τοι ἑτέρους καθαρθῆναι μαρτυρομένους ἐν ὀρθοδοξίᾳ, κἀκείνους αὐλιζέσθαι. οὕτως οἰκονομουμένων καὶ τούτων ὡσαύτως καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι πεποιήκασιν οἱ ἐν τῇ Θηβαΐδι ὀρθόδοξοι ἐπίσκοποι, οἱ καθαρθέντες παρὰ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ ἐπισκόπου, καὶ κοινωνήσαντες τοῖς ἔχουσι τὰς ἐκκλησίας Ἀρειανοῖς, ἐτιμωρήσαντο, εἴγε γνώμῃ αὐτῶν πεποιήκασι τοῦτο. εἰ δὲ ὑπήκοοι γεγόνασι τῷ οἰκείῳ ἐπισκόπῳ, αὐλιζέσθωσαν καὶ μὴ ἐπεγνωκότες τὸ δίκαιον. καὶ εἰ μὲν πάντες οἱ λαοὶ τούτους ἀποποιοῦνται μετὰ τῶν ἄλλων, ἕτεροι χειροτονείσθωσαν· εἰ δὲ ἀνθυποιοῦνται αὐτῶν μετ' ἐκείνων οἷς κεκοινωνήκασι ταῦτα, καὶ οὗτοι ἀποπειράσθωσαν τῆς σωτηρίας, ἣν ἐχρήσαντο οἱ ἐν Θηβαΐδι πάντες ἐπίσκοποι ὀρθόδοξοι. περὶ Βίστου καθαιρεθέντος ἐν Ἐρέβῃ πρεσβυτέρου ζητητέον· καὶ εἰ μὲν ἀπολαξαμένῃ τινὰ ζώντος τοῦ ἀνδρὸς ἐβιάσατο, μὴ συγχωρείσθω εἶναι πρεσβύτερον, ὅπου γε οὐδὲ ὡς λαϊκὸς ὀφείλει σωαγεσθαι, τῆς ἐκκλησίας ἐθούσης τοὺς τοιούτους χωρίζειν. ἐνέφερε δὲ τοῦτο πρόκριμα τῷ ἐπισκόπῳ Ἀπόλλωνι, εἰ ἐξ ἀγνοίας αὐτὸν κατέστησε, τῆς ἁγίας συνόδου κελευσάσης τοὺς ἀναξίους μετὰ τινὰ χειροτονίαν ἐλεγχομένους ἐπὶ ἐγκλήματα ἐκβαλέσθαι.

## EX EPISTOLA [S. BASILII] AD AMPHILOCHIUM.

Ὥσπερ ὸν λαχάνοις ὕτω κὴ ὸν κρέασι, τῦ ζημίμου βλεπὸν διακείνομεν. λάχανον μὲν κώνειον, κρέας δὲ γύπειον· ὅμως ὑοσκύαμον μὲν ἂν τις φάγοι, ὐδὲ κυνὸς ἅψαιτο μὴ σὺν ἀνάγκη. ὡς ὅτε φαγὼν ὐκ ἐνόμισεν.

ΕΚ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΔΙΟΔΩΡΟΝ.

Εἴ τις πάθει ἀκαθαρσίας ἀλόγου πρὸς δυοῖν ἀδελφῶν, ἄθεσμον κοινωνίαν ἐμπέσοι, μήτε γάμον ἡγείσθω τοῦτο, μήτε εἰς ἐκκλησίαν εἰσίτωσαν, πρὶν ἢ διαστῆναι ἀπ' ἀλλήλων. μάταιος γὰρ ὁ περιμιμνήσκων ὅ, γυναῖκα ἐπ' ἀδελφῇ αὐτῆς ὐ λήψη ἀμύζηλον, τῷ ἢ θανῦσαν πεπαῦσθαι τῷ ζηλοτυπεῖν, κὴ χώραν εἶ λαβῶν τῆς τηλυπαύσης λαμβάνειν τῷ ἀδελφῷ· ὡς ἡμῖν γε ἐκεῖνο ἀρκέσῃ, σὺκ εἶση πρὸς πάντα οἰκεῖον τῆ σαρκός σε ἀποκαλύψαι ἀσχημοσύνῃ αὐτῶν. εἰ γὰρ οἱ σωματούμενοι σαρξ εἰσὶ μία, διὰ τῆς γυναικὸς ἡ ἀδελφὴ φύσει ἐστὶ τῷ ἀνδρί. ὡς οὖν ὐ λήψη γυναικὸς μητέρα ἢ θυγατέρα ὅτι μηδὲ τῷ σωτῦ μητέρα ἢ θυγατέρα, ὕτως οὐδὲ ἀδελφῷ ὅτι μηδὲ τῷ σόν.

Ex τῆς πρὸς Γρηγόριον πρεσβύτερον ὡς χωρεδιῦσαι τῦ ὁμοίκου γυναίου.

Ἁμαρία ὸν τούτῳ ἔχει τὸ σεμνόν, τὸ κεχωρίσθαι τῆς μὴ γυναικὸς διαγωγῆς. δεῖ μὴ πιθέσθαι πρόσκομμα τῷ ἀδελφῷ ἢ σκάνδαλον. διὸ ἃ ὸν Νικαίᾳ πατράσιν ἐπόμενοι σωνεισάκτους ἔχειν ἀπαγορύουσι, χωρισθῆναί σε τῆ σωοίκου γυναικὶ πρεστάξαμεν. ἐὰν δὲ μὴ διορθωσάμενος τολμήσῃς ἱερᾶσθαι, ἀνάθεμα ἔσῃ, κὴ οἱ δεχόμενοί σε ἀκήρυκτοι.

Ex τῆς πρὸς τὺς χωρεπισκόπους.

Καθαρίσατε τὴν ἐκκλησίαν, τὺς ἀναξίους ἐντῆς ἀπελάσαντες. κὴ τῦ λοιπῦ τὺς μὲν ἀξίους ἐξετάζοντες προχειρίζεσθε. ἀριθμεῖτε δὲ μηδένα πρὶν εἰς ἡμᾶς ἀνενεγκεῖν. ἢ γινώσκετε ὅτι λαϊκὸς ἔσται ὁ γνώμης ἄνευ ἡμετέρας εἰς ὑπηρεσίαν παχθῆναι κριθείς.

QUEMADMODUM in oleribus, ita & in carnibus, noxium ab utili diſcernimus. Olus eſt cicuta, & caro vulturina eſt caro: nemo tamen hyoſcyamum comederit nec canem attigerit, ſine magnâ neceſſitate. Quare qui comedit non iniquè fecit.

EX EPISTOLA AD DIODORUM.

*Si quis impurâ perturbatione captus, in illicitum ſororum commercium inciderit, illud matrimonium ne reputetur, nec in Eccleſiam introeant, priuſquam ab invicem ſeparentur. Ineptus enim eſt qui illud perperam interpretatur, Mulierem zelotypam ſuper ſororem ſuam non accipies; ſed mortua zelotypa eſſe deſinit, ideoq; mortuæ ſororem accipiendi facultatem eſſe nugatoriè aſſerit. Illud inſtituto noſtro ſat erit, ad omnem proximam ſanguinis tui non accedes, ad revelandam turpitudinem earum. Si enim matrimonio conjuncti una caro ſint, ſoror per uxorem viro conſanguinea evadit. Sicut igitur uxoris matrem vel filiam non accipies, quia nec matrem vel filiam tuam; ita nec ſororem, quia neque tuam.*

Ex Epiſtola ad Gregorium Presbyterum, ut à mulierculâ quacum habitabat ſeparetur.

*In hoc ſitum eſt cælibatûs decus & honeſtas, quod à mulieris conſortio ſeparetur. Non oportet fratri offendiculum vel ſcandalum ponere. Quapropter nos Synodi Nicænæ Patres, qui introductitias habere vetant, ſecuti, ut à mulierculâ quâ cum habitas ſepareris, præcipimus. Sin autem non correctus ſacerdotio defungi auſus fueris, anathema eris, & qui te recipiunt, abdicati.*

Ex Epiſtola ad Chorepiſcopos.

*Purgate Eccleſiam, indignos ab eâ expellentes: & deinceps dignos examinate & ſuſcipite. Neminem autem in numerum referatis, priuſquam ad nos retuleritis; vel ſcitote quod Laicus erit qui ſine noſtrâ ſententiâ in miniſterium ordinatus judicatur.*



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

A

### Ad Episcopos sibi subjectos, ne propter pecunias ordinent.

*Qui propter pecunias ordinant, rem sophisticè interpretantur; quòd scilicet non antea accipiant, nec simul accipiant, sed post ordinationem accipiant. Capere autem est, quandocunque capere. Hoc autem opus est avaritiæ, quæ est Idololatria. Ne igitur propter pauxillum argenti idola Christo præferatis; nec Judam imitemini, eum propter lucrum rursus prodentes qui pro nobis semel crucifixus est: Nam & prædia & manus eorũ qui accipiunt, appellabũtur Akeldama.* B

### Πρὸς τὰς ὑφ' ἑαυτῷ ἐπισκόπους, μὴ χειροτονεῖν διὰ χρήματα.

Οἱ χειροτονοῦντες διὰ χρήματα ὁρίζονται ὃ σχῆμα, διὰ τὸ μὴ σχολαμβάνειν, ἢ ἅμα λαμβάνειν, ἀλλὰ μεταλαμβάνειν. λαβεῖν δέ ἐστι τὸ ὁτεδήποτε λαβεῖν. τοῦτο δὲ φιλαργυρίας ἔργον· ἡ δέ ἐστι εἰδωλολατρεία. μὴ οὖν Χριστοῦ τὰ εἴδωλα προτιμήσητε διὰ μικρὸν ἀργύριον, μηδὲ τὸν Ἰούδαν μιμήσασθε, προδόντες διὰ λήμματα δεύτερον τὸν ἅπαξ ὑπὲρ ἡμῶν σταυρωθέντα· ἐπεὶ καὶ τὰ χωρία καὶ αἱ χῶραι τῶν διαῦτα δεχομένων ἀκελδαμὰ κληθήσεται.

### Ex Epist. ad Amphilochium, de Spiritu sancto cap. xxvii. de Consuetudinis non scriptis.

*Plurima eaque commoda ex traditione non scriptâ Ecclesia habet: & primum fideles figura crucis in facie signari; ad orientem inter orandum verti; verba quæ dicuntur in ostensione panis Eucharistiæ, & calicis benedictionis. Aquam baptismi benedicimus, & oleum unctionis, eumque qui baptizatur; & multa alia, quæ mysteria cum sint, non decet iis, qui mysteriis non sunt initiati, in scriptis ostentare.* C

### Ἐκ τῆς πρὸς Ἀμφιλόχιον περὶ ἁγίου πνεύματος, κεφ. κζ'. περὶ ἀγράφων ἐθῶν.

Πολλὰ καὶ χρήσιμα ἡ ἐκκλησία ἔχει τὰ ἐξ ἀγράφου παραδόσεως. καὶ πρῶτον, τοὺς πιστοὺς τῷ σταυροῦ τύπῳ ἐπὶ ὄψεις κατασημαίνεσθαι· ἔπειτα τὸ πρὸς ἀνατολὰς ἐστραμμένους εὔχεσθαι· τὰ ὁπλισμένα τῇ ἀναδείξει τοῦ ἄρτου τῆς εὐχαριστίας καὶ τοῦ ποτηρίου τῆς εὐλογίας. εὐλογοῦμεν δὲ ὕδωρ τοῦ βαπτίσματος, τὸ τῆς χρίσεως ἔλαιον, αὐτὸν τὸν βαπτιζόμενον, καὶ πολλὰ ἕτερα ἃ μυστήρια ὄντα οὐκ ἔστι θεμιτὸν τοῖς ἀμυήτοις διὰ τοῦ γράμματος.

### Et aliter.

*Aliud est dogma, & aliud prædicatio; Illud enim tacetur, hoc publicatur. Inter orandum igitur versus Orientem aspicimus, quoniam antiquam patriam quærimus, paradisum sc. in Eden in Oriente plantatum: Et stantes preces in Dominicis peragimus, & ut qui cum Christo consurrexerimus, & quæ supra sunt quærere debeamus; & quod seculi quod expectatur dies Dominica imago esse videtur, Una ea & octava existens; quod & tota Pentecostea innuit, quam una ea septies in seipsam ducta constituit. Genuflexio autem lapsum nostrum & deinde resurrectionem ostendit.* D

### Καὶ ἄλλως.

Ἄλλο δόγμα καὶ ἄλλο κήρυγμα· τὸ μὲν γὰρ σιωπᾶται, τὸ δὲ κηρύττεται. ὀρθοῦμεν οὖν πρὸς ἀνατολὰς εὐχόμενοι, ὅτι τὴν ἀρχαίαν ἐπιζητοῦμεν πατρίδα τὸν ἐν Ἐδὲμ θεὸν ἀνατολὰς φυτεύσαντα παράδεισον· ὀρθοὶ δὲ ταῖς εὐχαῖς πληροῦμεν ἐν τῇ κυριακῇ, καὶ ὡς συνεγηγερμένοις Χριστῷ καὶ τὰ ἄνω ζητοῦντες, καὶ ὅτι τοῦτο προσδοκωμένην αἰῶνος εἰκόνα ἔχει, μία ἡ αὐτὴ καὶ ὀγδόη τυγχάνουσα, ἣ καὶ ὅλην ἡ ν'. αἰνίττεται· ἣν ἡ αὐτὴ μία ποιεῖ ἐπάκις ἐφ' ἑαυτὴν πολυπλασιαζομένη. ἡ δὲ γονυκλισία τὴν πτῶσιν ἡμῶν ἐμφαίνει καὶ αὖθις ἀνάστασιν.

### Ex xxix. capite ejusdem Operis.

*Plurima mystica sine scriptis in republica Christiana versantur; Hoc autem Apostolicum est: Laudo enim, inquit, vos quod sicut tradidi vobis traditiones tenetis; & rursus, servate traditiones quas accepistis, quarum una est hæc, cum Spiritu Doxologia.*

### Ἐκ τοῦ κθ'. κεφ. τῆς αὐτῆς πραγματείας.

Τὰ πλεῖστα τῶν μυστικῶν ἀγράφως ἡμῖν ἐμπολιτεύονται· Ἀποστολικὸν δὲ τοῦτο, ἐπαινῶ γάρ φησιν ὑμᾶς ὅτι κατὰ πάντα μου μέμνησθε καὶ καθὼς παρέδωκα ὑμῖν τὰς παραδόσεις κατέχετε· καὶ αὖθις, κρατεῖτε τὰς παραδόσεις ἃς παρελάβετε, ὧν μία καὶ αὕτη ἡ σὺν τῷ πνεύματι δοξολογία.

E

## TARASII PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANÆ ad Adrianum Papam Romæ Epistola.

## ΤΑΡΑΣΙΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ Ἀδριάνῳ Ῥώμης.

*QUi manus imponunt, sunt Spiritus ministri, non autem venditores. Qui enim gratis acceperunt, juxta Domini vocem, gratis dare debent. Is ergo qui auro sacrosancti Spiritus gratiam acquirere conatur, exterminandus est; quia Deo & mammonæ servire impossibile est: & quoniam hæresis hæc peregrina magis impia est quam Macedonii, & reliquorum pneumatomachorum. Cum enim illi Spiritum sanctum Dei servum esse blasphemè dicant, hi ipsum servum suum faciunt, eum servorum more emere ausi, & Judæ similes fiunt.* F

Οἱ χειροθέται ὑπηρέται τοῦ ἁγίου πνεύματός εἰσιν, ἀλλ' οὐκ ἐμπόραται· δωρεὰν γὰρ λαβόντες, κατὰ τὸν κύριον φωνῶ, δωρεὰν δίδοναι ὀφείλουσι. ὁ δὲ χρυσίῳ τὸν χάριν τοῦ ἁγίου πνεύματος κτήσασθαι, ἐκκηρυκτός, ὅτι μηδὲ δυνατὸν θεῷ δουλεύειν καὶ μαμμωνᾷ· καὶ ὅτι δυσσεβεστέρα Μακεδονίου καὶ τῶν λοιπῶν πνευματομάχων ἡ ἐκφυλος αὕτη αἵρεσις. ἐκείνων μὲν δοῦλον τὸν θεὸν βλασφημούντων τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅτι δοῦλον ἑαυτῷ ποιοῦσιν, τολμῶντες παραπέμπειν ὡς τὸ ἀνθρώπινον, καὶ τῷ Ἰούδᾳ ἴσοι εἰσίν.

### Ex Actibus Apostolorum.

*Dixit Paulus Simoni pecunias afferenti ut Spiritum sanctum acciperet, Argentum tuum sit tecum in perditionem, quoniam Dei donum pecuniis acquirere existimaveris.*

### Ἐκ τῶν πράξεων.

Εἶπε Παῦλος πρὸς Σίμωνα προσάγοντα χρήματα ἵνα λάβῃ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ ἀργύριόν σου σὺν σοὶ εἰς ἀπώλειαν εἰπών, ὅτι τὴν δωρεὰν τοῦ θεοῦ ἐνόμισας διὰ χρήματα κτήσασθαι.

Ex

A

Ex τῆς γ'. τῶν Βασιλειῶν.

Ο βεβλόμενος ἐπλήρου τὰς χεῖρας Ιεροβοάμ, καὶ ἐγίνετο ἱερεύς, καὶ ἐγένετο εἰς ἁμαρτίαν τοῦτον καὶ ἀφορισμὸν καὶ ὄλεθρον τῷ οἴκῳ Ιεροβοάμ.

Ex tertio Regum.

*Quicunque voluit, manus implevit, & Sacerdos creatus erat, & factum est hoc in peccatum & deletionem exitiumque domui Ieroboam.*

Ex τῆς δ'.

Εἶπεν Ελισαιὲ πρὸς Γιεζῆ, καὶ ἔλαβες τὸ ἀργύριον Νεεμᾶν καὶ τὰ ἱμάτια, ἀλλὰ καὶ ἡ λέπρα Νεεμᾶν κολληθήσεταί σοι καὶ τῷ σπέρματί σου εἰς τὸν αἰῶνα.

Ex quarto Regum.

*Dixit Helizæus Giezi, certe accepisti argentum & vestes Naaman, quare & Lepra Naaman adglutinabitur tibi & semini tuo in perpetuum.*

B

Ex τῆς εἰς τὸν Ησαΐαν ἑρμηνείας τοῦ μεγάλου Βασιλείου.

Ex Magni Basilii Interpretatione in Esaïam.

Οὐδεὶς πώποτε χάριν τοῦ θεοῦ χρυσίῳ ἀπεδίδοτο· δωρεὰν λάβετε, δωρεὰν δότε. ὁρᾷς πῶς ἠγανάκτησε Πέτρος πρὸς Σίμωνα, τὸ ἀργύριόν φησι σὺν σοὶ εἰς ἀπώλειαν, ὅτι τὴν χάριν τοῦ θεοῦ διὰ χρημάτων ἐκτήσω.

Nemo gratiam Dei auro emit. Gratis enim accepistis, gratis date. Vides quomodo Petrus adversus Simona indignatus sit, Argentum, inquit, tecum sit in perditionem, quia gratiam Dei pecuniis acquirere speraſti.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς πρὸς τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἐπισκόπους Επιστολῆς.

Ejusdem ex Epistola ad Episcopos sibi subjectos.

C

Νομίζουσιν οἱ χειροτονούμενοι ἐπὶ χρήμασι μὴ ἁμαρτάνειν, τῷ μὴ προλαμβάνειν ἢ ἅμα λαμβάνειν, ἀλλὰ μεταλαμβάνειν· ἀλλ' ἴστωσαν ὅτι λαβεῖν ἔξεστι ὅ λαβὼν ὁπηνίκα. παρακαλῶ οὖν ἀποθέσθαι τὸ ὅτι τὴν γέενναν ξαυτῷ προσαγωγήν.

*Qui propter pecunias ordinant, se non peccare existimant, quod non antea accipiant, nec simul accipiant, sed postea accipiant; sed sciant, quod accipere, est quandocunque accipere. Adhortor igitur ut hunc ad Geennam aditum deponatis.*

Ex τοῦ βίου τοῦ Χρυσοστόμου.

Ex vitâ Chrysostomi.

Προσέταξεν ἡ σύνοδος, ὅ μὴν χρυσίον τοὺς χειροτονηθέντας ὅτι χρήμασι παρὰ τῶν κληρονόμων τοῦ χειροτονήσαντος Αντωνίνου λαβεῖν· κοινωνεῖν δὲ ἔνδον τοῦ θυσιαστηρίου, πλὴν μόνον ἱερέων· ἵνα μὴ τούτων συγχωρηθέντων, ἔθος Ιουδαϊκὸν καὶ αἰγύπτιον γένηται, πωλεῖν καὶ ἀγοράζειν τὴν ἱερωσύνην. καὶ ζήτει κανόνα β'. τῶν ἐν Χαλκηδόνι συνελθόντων ἁγίων πατέρων.

D

*Præcepit Synodus, eos qui propter pecunias ordinati erant, aurum ab hæredibus Antonini, qui ordinavit, recipere; & intra altare quidem communicare, sed Sacerdotio privatos esse: ne his concessis Judaica sit vel Ægyptiaca Sacerdotium vendendi & emendi consuetudo. Quære etiam Canonem ii. sanctorum Patrum qui Chalcedone convenerunt.*

Γενναδίου Κωνσταντινουπόλεως.

[Ex] Gennadii Constantinop. [Epistola.]

Ἔσω ἀκήρυκτος καὶ πάσης λειτουργίας ἱερατικῆς ἀλλότριος, καὶ τῷ ἀναθέματι ὑποκείμενος, ὅτι κτᾶσθαι τὴν ἱερωσύνην διὰ χρημάτων οἴεται, καὶ ὁ πρέσβυν ξαυτὸν ἐπαγγελλόμενος. ζήτει καὶ κανόνα κβ'. τῶν ς'. συνόδου.

*Sit exterminatus & ab omni Sacerdotali ministerio alienus, & anathemati obnoxius, tam qui Sacerdotium se pecuniis acquirere posse existimat, quam qui se propter pecunias id præbere pollicetur. Quære etiã vi. Syn. Can. xxii.*

E

---

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ Αλεξανδρείας περὶ οὗ ποτὲ χρὴ τὸ μεγάλῳ σαββάτῳ νηστεύειν.

CANONES SANCTI DIONYSII Alexandrini de tempore quo in magno Sabbato jejunium solvere oporteat.

Οἱ μὲν ἅγιοι εὐαγγελισταὶ περὶ μὲν τοῦ καιροῦ τῆς τοῦ κυρίου ἀναστάσεως οὐδὲν εἶπον ὑδὲν, διαφόρους ὄντας τοὺς πρὸς τὸ μνῆμα προσβαλλόντων τῷ τάφῳ ἀφίξεις ἀπήγγειλαν. ὄψε Σαββάτων, ὅθεν δηλοῖ βαθείας νυκτὸς, ὁ Ματθαῖος· περὶ σκοτείας ἔτι οὔσης, ὁ Ιωάννης· ὄρθρου βαθέος, ὁ Λουκᾶς· καὶ λίαν πρωὶ ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου, Μάρκος· καὶ πάντες προηγέρθαι τὸν κύριον ἔφησαν. τίς οὖν ἐστω καὶ ποίαν ὥραν ἄρξασθαι δεῖ τῆς ἐπὶ τῇ ἐγέρσει τοῦ κυρίου χαρᾶς, ἀποκριθῆς, ὅτι τοὺς μὲν πρὸ νυκτὸς ἀνιέντας ὡς ὀλιγώρους καὶ ἀκρατεῖς αἰτιώμεθα, τοὺς δὲ μέχρι τετάρτης φυλακῆς ἐγκαρτεροῦντας ἀποδεχόμεθα, τοῖς μεταξὺ δὲ οὐχ ὑποχλούμεθα.

SAncti quidem Evangelistæ de tempore resurrectionis Dominicæ nihil [definitè] dixerunt, diversos autem ad sepulchrum proficiscentium accessus renunciarunt. Vespere Sabbati, quo tempus mediæ noctis indicatur, Matthæus: Mane cum adhuc obscurum esset, Joannes: Valde mane, Lucas: & valde mane exorto jam Sole, Marcus: Omnes Dominum prius resurrexisse affirmarunt. Iis igitur qui quærunt, quânam horâ lætitia ob Domini resurrectionem auspicanda sit, respondeas, quod eos qui ante mediam noctem solvunt, ut contemptores & intemperantes reprehendimus, eos autem qui ad quartam usque vigiliam fortiter perdurant amplectimur: qui vero medium inter hæc quiddam tenent, iis molesti non sumus.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

A

Ejusdem de iis, qui cum excommunicati fuerint, & præ metu mortis ad communionem admissi, postea convalescunt.

I. *Eos, qui præ expectatione mortis ab excommunicatione soluti sunt, si ultra superstites maneant, & nihil interea mali fecerint, denuò ligare absurdum erit. Si quis autem postquam convaluerit, majori animadversione indigere adhuc videatur, & monitus ut sese humiliet, affligat, submittatque, non pareat, sed usque immorigerum se præbeat, hoc ei in crimen cedet secundâ excommunicatione dignum.*

B

De Impuritate.

II. *Quæ sunt in abscessu, à divinis templis sacrisque mysteriis arceantur.*

III. *Matrimonio etiam conjuncti ex consensu invicem abstineant, ut vacent orationi, & rursus conveniant.*

IV. *Qui involuntariè fluxum nocturnum passi sunt, propriam sequantur conscientiam, & seipsos utrum dubitent, necne? diligenter explorent: Uti enim in cibis, ita & in hoc casu, qui dubitat, si comederit, condemnatur.*

C

Τοῦ ἁυτοῦ περὶ τῶν ἀκοινωνήτων μὲν ὄντων, φόβῳ δὲ θανάτου κοινωνέντων, εἶτα ὑπεικόντων.

α'. Τὲς φοβοδοκίᾳ θανάτου λυθέντας τῆς ἀκοινωνησίας, ἄλογον ἂν ὑπεικοῦσιν αὖθις δεσμῷ μηδὲν ἐν τῷ μεταξὺ ἐργαζομένους. εἰ μέντοι μὴ ὅ ῥᾴδιαν φαίνοιτό τις πλείονος δεόμενος ὑπογοφῆς, καὶ νουθετούμενος. ταπεινῶν καὶ κακῶν καὶ συστέλλειν ἑαυτὸν, μὴ πείθοιτο, ἀλλ' ἀνυπλέκῃ, δοῦτο αὖτῳ ἔγκλημα πρὸς διάπειρον ἀφορισμόν.

Περὶ ἀκαθαρσίας.

β'. Αἱ ἐν ἐφέδρῳ καὶ θείων ναῶν, καὶ ἱερῶν μυστηρίων εἱργέσθωσαν.

γ'. Καὶ οἱ γαμικοὶ ἐκ συμφωνείας ἀλλήλων ἀπεχέσθωσαν, ἵνα σχολάζωσι τῇ προσευχῇ, καὶ πάλιν συνιόντων.

δ'. Οἱ ἀφαιρέτως ῥύσιν νυκτερινὴν ὑφιστάμενοι, τῷ οἰκείῳ συνειδότι ἀκολουθείτωσαν, καὶ ἑαυτὲς σκοπείτωσαν εἰ θέλουσιν, ἢ μή. ὡς γὰρ ὅπι τῶν βρωμάτων, ὕτω καὶ τοῦτο ὁ θέλων νομοθετῶν, ἐὰν φάγῃ, κατακέκριται.

---

SANCTI PETRI ALEXANDRINI Martyris Canones.

I. *Cum persecutionis quatuor jam anni præterierint, eos, qui multa passi, tandemque tormentis superati Christum negarunt, exinde autem pœnitentia ducti sunt, & anno tertio deflent, aliis quadraginta diebus pœnæ subjectos esse debere declaramus.*

D

II. *Iis, qui in carcerem solummodò conjecti lapsi sunt, annus ad prædictum tempus adjectus sufficiet.*

III. *Iis, qui nihil omnino passi sunt, sed ad impietatem ultrò transfugerunt, nunc autem pœnitentia ducuntur, quatuor annos injungimus; juxta ficum in Evangelio, quæ cum tribus annis sterilis esset, & mox excindenda, uno insuper anno dimissa erat.*

IV. *Quod si post lapsum in impœnitentia perstent, sint ut Barbari.*

E

V. *Iis, qui simularunt & tyrannos ludificarunt, eoque pacto dæmoniis non sacrificarunt, semestris pœnitentiæ pœna imponetur.*

VI. *Quoniam nonnulli servos suos pro se sacrificare compulerunt, qui coacti fuerant, uno anno opera pœnitentiæ ostendant, qui vero coegerunt, tribus.*

VII. *Iis, qui proditi negarunt, postea autem revocato certamine fortiter conflictarunt, cum omni gaudio & lætitia in omnibus communicamus; ut exhilerati constantiores evadant.*

F

VIII. *Iis etiam qui ad certamen ultrò confugerunt, communicandum est: pro Christo enim ea fecerunt, licèt non juxta Christi mandatum. Jubet enim ille à persecutoribus aufugere.*

IX. *Clerici, qui ad certamen ultrò confugiunt, & tormentis superati fuerint, ministerium non amplius habebunt. Quomodo enim? reliquerunt gregem, quod nemo ex Apostolis fecit.*

ΠΕΤΡΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ τοῦ ἁγίου καὶ ἱερομάρτυρος.

α'. Τεσσάρων ἤδη χρόνων ὑπερφερομένων τῷ διωγμῷ, ἀποφαινόμεθα τὲς μὲν πολλὰ παθόντας, εἶτα τ' βασάνων ἡττηθέντας καὶ Χριστὸν ἀρνησαμένους, ἔπειτα μεταγνόντας καὶ κατανενυγμένους πρῶτον ἔτος μὲν τῷ προσείλλειν, ἄλλας τεσσαρακοντα ἡμέρας ὑπομεθεῖναι.

β'. Τοῖς φυλακῇ μόνον ἐμβληθεῖσι καὶ ἀθλοποιοῦσι, πρὸς τῷ προειλθόντι χρόνῳ ἑνιαυτὸς ἀρκέσει.

γ'. Τοῖς μηδὲν ὅλως παθοῦσι, ἀλλ' αὐτομολήσασι πρὸς τὴν ἀσέβειαν, νῦν δὲ μετανοοῦσιν, ὀφείλομεν πεντετηρίαν· καὶ τὴν ἐν ὑαλοχωλίῳ συκῇ ὅπι τρία ἔτη μείνασαν ἄκαρπον ὀκτωμηθεῖναί τε μέλλουσαν, καὶ συγχωρηθεῖσαν ἐπ' ἐνιαυτόν.

δ'. Εἰ καὶ μὴ ὅ ὀκτοῦν ἀμεταγνόητοι, ἔσωσαν ὡς βάρβαροι.

ε'. Τοῖς ὑποκειναμένοις καὶ παίξασι τὲς βασὰς οὕτω τε ἀφοδηθῆναι ὅ θύσαι τοῖς δαίμοσι, ἑξάμηνον ὑπομενοῦσεται τῆς ἐν μετανοίᾳ ὑποστροφῆς.

ς'. Ἐπειδή τινες ἠναγκάσθησαν, τὲς ἑαυτῶν δούλους θῦσαι ἀντ' ἑαυτῶν, οἱ μὲν ἀναγκασθέντες ἑνιαυτῷ καὶ τῆς μετανοίας ἔργα ὑπομενοῦσι, οἱ δ' ἀναγκάσαντες ἐτῶν τρισίν.

ζ'. Τοῖς ἀφοδοθεῖσι καὶ ἀρνησαμένοις, εἶτα τῷ ἥττων ἀναγκαλεσαμένοις, γενναίως τε ἀγωνισαμένοις, μετὰ πάσης χαρᾶς καὶ ὑφροσύνης ἐν ἅπασι κοινωνήσωμεν, ἵνα διφρανθέντες διὰ τοῦτο μᾶλλον γένωνται.

η'. Καὶ τοῖς εἰς τὲς ἀγῶνας αὐτομολήσασι κοινωνητέον· ὑπὲρ Χριστοῦ γὰρ πεποιήκασιν, εἰ καὶ μὴ κατὰ Χριστόν. φεύγειν γὰρ διωκομένους ἐκεῖνος ἐκέλευσεν.

θ'. Οἱ ἀπὸ κλήρου αὐτομολήσαντες, καὶ τ' βασάνων ἡττηθέντες, τῷ λειτουργίαν μὲν ἔξεσι· πῶς γὰρ; οἷόν τε κατέλιπον ὃ ποίμνιον, ὃ μηδεὶς τῶν ἀποστόλων ἐποίησε.

*i.* Τοῦ

ι'. Τοῖς αὐθαιρέτως ὑπελθοῦσι τὸν ἀγῶνα καὶ μὴ ζοῦσι μετανοοῦσι, καὶ ὅ ποτε ἔπαθον ἀποδυρομένοις, καὶ μάλιστα εἰ ἀπολίτευτοι ἐν τῷ βίῳ αὐτῶν ἐγένοντο, καὶ σωζόμενα καὶ συμπαρακαλοῦμεν ὑπὲρ ἱλασμοῦ αὐτῶν.

ια'. Τοῖς δοῦσι χρήματα πρὸς τὸ φυγεῖν βασάνους οὐκ ἔστιν ἔγκλημα· εἵλοντο γὰρ χρήματα ζημιωθῆναι ἢ ψυχικόν. καὶ λυτρὸν ἀνδρὸς ὁ ἴδιος πλοῦτος.

ιβ'. Οὐδὲ τοῖς φυγῇ τὴν σωτηρίαν προεσαμένοις ἔξιν ἐγκαλεῖν, κἂν αὐτοὶ αὐτῶν ἕτεροι κατασχεθῶσιν· ἠδύναντο γὰρ κἀκεῖνοι φυγεῖν.

ιγ'. Οἱ πολλὴν βίαν καὶ ἀνάγκην παθόντες, καὶ τέλεον ἐκβιασθέντες θῦσαι, ἀκουσίους τὰς αὐτῶν χεῖρας προσενεγκόντων τῶν βιαστῶν τῇ ἀνιέρῳ θυσίᾳ, ἐν μόνον ἐν τῇ λειτουργίᾳ μένουσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ὁμολογηταῖς τάξονται.

ιδ'. Τετράδα καὶ παρασκευὴν νηστεύομεν· τὴν μέν, ὅτι ὅ τε χριστοῦ τῆς προδοσίας συμβούλιον, τὴν δὲ τὸ σωτήριον πάθος. τὴν δὲ κυριακὴν χαίροντες διὰ τὴν ἀνάστασιν οὐδὲ γονυκλινομεν.

A X. *Cum iis, qui ſponte certamen obierunt [& lapſi ſunt] & poſtea pœnitentiam egerunt, & quod factum eſt deplorarunt, potiſſimum ſi vita ſua à negotiis civilibus alieni fuerint, unà precamur, & pro ſalute eorum unà adhortamur.*

XI. *Qui pecunias dant, ut tormenta effugiant, culpa carent: maluerunt enim pecuniarum quam animæ detrimentum pati. Et hominis redemptionis pretium divitiæ ſuæ.*

XII. *Similiter & qui fuga ſaluti ſuæ conſuluerunt, non ſunt reprehendendi, licet pro iis alii prehenſi fuerint: poterant enim & illi aufugere.*

B

XIII. *Qui poſtquam magnam vim & coactionem paſſi ſũt, ſacrificare omnino coacti fuerint, tyrannis manus eorum contra volũtatem profano ſacrificio afferentibus, non ſolũ in miniſterio manebũt, ſed & inter cõfeſſores conſtituti erunt.*

XIV. *Quarta feria & Paraſceve jejunamus: altera quidem quia in ea proditionis adverſus Chriſtum conſilium factum erat, altera autem quia in ea ſalutifera paſſio contigit. Die autem Dominica exultantes propter reſurrectionem genu non flectimus.*

C

## ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

Νεοκαισαρείας τῦ θαυματουργῦ περὶ τῶν ἐν τῇ καταδρομῇ τῶν βαρβάρων γενομένων.

## CANONES SANCTI GREGORII

Neocæſarienſis Archiepiſcopi Thaumaturgi, de iis qui in Barbarorum incurſione fuerunt.

α'. Τοὺς αἰχμαλωτισθέντας ὑπὸ τῶν καταδραμόντων τὴν ἡμετέραν βαρβάρων, οὐδὲν βαρεῖ τὸ φαγεῖν τὰ δοθέντα ὑπ' ἐκείνων βρώματα· μάλιστα ὅτι παρὰ πάντων λέγεται τοὺς βαρβάρους μὴ τεθυκέναι εἰδώλοις.

I. *Eos, qui à Barbaris, qui in regiones noſtras incurſiones fecerunt, captivi facti ſunt, nihil gravat cibos ab iis appoſitos comedere; maximè quod apud omnes dicatur, Barbaros idolis non ſacrificaſſe.*

β'. Καὶ αἱ διαφθαρεῖσαι ὑ' αὐτῶν, εἰ μὲν βίον εἶχον καὶ πρότερον κατεγνωσμένον, ὕποπτος καὶ νῦν ἡ πορνικὴ αὐτοῖς ἕξις, καὶ οὐ κοινωνήσουσιν ἡμῖν τῶν δεήσεων· εἰ δὲ βίον ἔχουσαι σώφρονα καὶ καθαρὸν ὑπελήφθησαν, οὐκ ἔστιν αὐταῖς ἁμάρτημα.

II. *Mulieres etiam ab iis ſtuprata, ſi vitam prius damnatam vixerint, fornicarius habitus tempore etiam captivitatis ſuſpectus eſt, & precibus nobiſcum non communicabunt: quod ſi vitam caſtam puramque agentes contumeliam paſſæ ſint, non erit iis peccatum.*

D

γ'. Οὐ τὸ λῃστεύειν μόνον φευκτὸν καὶ φεικτόν, ἀλλὰ καὶ τὸ πλεονεκτεῖν, καὶ τὸ ἀλλοτρίων αἰσχροκερδῶς ἐφάπτεσθαι. πᾶς οὖν ὁ τοιοῦτος τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας ἐκκήρυκτος.

III. *Non ſolum prædari fugiendum horrendumque eſt, ſed plura etiam concupiſcere, & bona aliena propter turpe lucrum attingere; quicunque igitur eſt ejuſmodi à Dei Eccleſia abdicatur.*

δ'. Οἱ ἐν τῇ τῶν βαρβάρων καταδρομῇ καὶ τῶν ὁμοφύλων ἁρπάσαντες, σφοδρὰ ἀσεβεῖς εἰσι καὶ θεοστυγεῖς, καὶ πολλὴν ὑπερβολὴν ἀτοπίας ἐνδυντες. ἔξωσαν οὖν ἐκκήρυκτοι μήποτε σωαπολέσῃ ὁ ἀσεβὴς τὸν δίκαιον.

IV. *Qui in Barbarorum incurſione bona eorum qui ſunt ſui generis ſurripiunt, valdè impii ſunt deoque inviſi, iique quorum improbitati nihil ſuperaddi poterit. Sint igitur abdicati, ne fortè impius juſtum unà ſecum perdat.*

E

ε'. Εἰ καὶ Αχαρ μόνον ἥψατο τοῦ ἀναθέματος, ἀλλ' ὅμως πᾶσαν ἦλθε τὴν συναγωγὴν ἡ ὀργή, καὶ ἡμῖν οὖν πᾶν τὸ μὴ ἡμέτερον ἀλλὰ ἀλλότριον ἀνάθεμα νενομίσθαι προσήκει.

V. *Si Achar id quod Deo dedicatum erat, ſolùm tetigit, & ſuper omnem congregationem ira Dei pervenit, nos etiam omne quod noſtrum non eſt, ſed alienum, tamquam Deo dedicatum exiſtimare debemus.*

ϛ'. Οὐδὲ ὡς δίκαιόν τι κερδαίνειν ἔξεστι καὶ τῶν ἀδελφῶν συλᾶσθαι γάρ, φησὶ τὸ δευτερονόμιον, καὶ ἔσται μετά σε ἕως ἐκζητήσῃ ὁ ἀδελφός σου.

VI. *Fratrum bona tanquam inventa lucrifacere non oportet; Congregabis enim, inquit Deuteronomium, & tecum erunt, donec frater tuus ea quæſierit.*

ζ'. Εἰ τὰ τοῦ ἀμελοῦντος τῶν ἰδίων κερδαίνειν οὐκ ἔξεστι, πόσῳ μᾶλλον τοῦ δυσχεροῦντος καὶ πολεμίους φεύγοντος, καὶ τῶν ἰδίων ἐκδιωκομένου.

VII. *Si hominis bona, quæ ipſe neglexerat, lucrifacere non oporteat, quanto magis infelicis, & inimicos fugientis, & à rebus ſuis expulſi.*

F

η'. Καὶ οἱ ἀνθ' ὧν ἄλλοι ἀπώλεσαν, ἀλλότρια κατέχοντες, ἑαυτοὺς ἐξαπατῶσιν ὑπὸ Βορεάδων καὶ Γότθων παθόντες, Βορεάδες καὶ Γότθοι τοῖς ἄλλοις γίνονται.

VIII. *Qui pro bonis, quæ ipſi amiſerant, aliena detinent, ſeipſos decipiunt; cum enim ipſi à Boradis & Gotthis paſſi ſint, Boradi & Gotthi aliis evadunt.*

θ'. Οἱ τοὺς διαφυγόντας βίᾳ κατέχοντες αἰχμαλώτους, ἄπιστοι καὶ ἀσεβεῖς· καὶ μηδὲ τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου γινώσκοντες. φοβοῦμαι μὴ καὶ σκηπτοὶ ἐπ' αὐτοὺς πέσωσιν.

IX. *Qui captivos, qui fuga evaſerunt, vi detinent, infideles ſunt & impii, nec Dei nomen norunt; vereor ne fulmina in eos decidant.*

ι'. Οἱ τὰ τῶν βαρβάρων φρονήσαντες αἰχμάλωτοι, φονεύοντές τε τοὺς ὁμοφύλους, καὶ ὁδοὺς καὶ οἰκίας τοῖς βαρβάροις

X. *Captivi, qui cum Barbaris ſentientes, ſuæ nationis homines occidunt, & vias domoſque Barbaris*



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

*indicant, etiam ab auditione arceantur, donec sanctis unà congregatis aliter visum fuerit.*

A ὑποδηκνύοντες, καὶ τ ἀκροάσεως εἰργόδωσαν· ἕως ἕτερόν τι δόξῃ συνελθοῦσιν ἁγίοις.

**XI.** *Qui domos alienas invadere ausi fuerint, si accusati convincantur, ne quidem auditione digni habeantur; sin sponte sua confessi fuerint, succumbant.*

ια'. Οἱ ἀλλοτρίοις οἴκοις ἐπελθόντες, κατηγορηθέντες μὲν καὶ ἐλεγχθέντες μηδὲ ἀκροάσεως ἀξιούσθωσαν· ἑκόντες δὲ ὁμολογοῦντες ὑποπιπτέτωσαν.

**XII.** *Qui in campo res alienas invenerint, aut in domibus suis, à Barbaris forsan allatas, si facti convincantur, succumbant; sin confiteantur & restituant, precibus digni habeantur.*

ιβ'. Οἱ ἐν πεδίῳ εὑρόντες τὰ ἀλλότρια, ἢ ἐν ταῖς ἰδίαις οἰκίαις, ὑπὸ τῶν βαρβάρων ὡς εἰκὸς κατενεχθέντα, εἰ μὲν ἐλεγχθῶσιν, ὑποπιπτέτωσαν, εἰ δὲ εἴποσι καὶ ἀποδώσουσι, τῆς συγγνώμης ἀξιούσθωσαν.

**XIII.** *Non oportet pretium indicii, vel conservatæ* B *rei, vel inventæ, vel aliud quodcunque accipere; sed puro corde mandatum implere.*

ιγ'. Οὐ δεῖ μισθὸν, ἢ σῶστρα, ἢ εὕρετρα, ἢ ὁπωσοῦν λαμβάνειν, ἀλλὰ καθαρῷ τῷ καρδίᾳ πληροῦν τὴν ἐντολήν.

---

## MAGNI ATHANASII AD AMMUM MONACHUM DE SOMNIANTIBUS EPISTOLA.

## ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ ΠΡΟΣ ΑΜΟΥΝ ΜΟΝΑΖΟΝΤΑ ΠΕΡΙ ΟΝΥΠΝΙΑΖΟΜΕΝΩΝ.

*DIC mihi, religiosissime vir, quodnam habet peccatum vel immundum, naturalis quædam & involuntaria excretio? nisi quis velit ea etiam criminare quæ per nares, os, ventremque excernuntur. Tum solum contaminamur, quando fœtidissimum peccatum operamur; naturalis autem excretio quæ involuntariè fit, naturæ opus est; quamvis nonnulli dictum Evangelicum, quod dicit, quæ exeunt hominem coinquinant, absurdè detorqueant; dicto enim subjungitur, undenam exeuntia? nempe à corde, ubi malæ & profanæ cogitationes.* C

ΕΙΠΕ μοι εὐλαβέστατε τί ἔχει ἁμάρτημα ἢ ἀκάθαρτον φυσική τις ἀποφαίρετος ἔκκρισις· εἰ μή τις ἐγκαλέσῃ ἐνθέλοι καὶ τὰ διὰ ῥινὸς καὶ στόματος καὶ τ γαστρὸς ἀποφερόμενα. τότε μόνον μεμολύσμεθα ὅταν πλὴν δυσωδεστάτην ἁμαρτίαν ἐργαζόμεθα· ἔκκρισις δὲ φυσικὴ ἀβουλήτως γενομένη τῆς φύσεως ἔργον· κἂν τινες ἀλόγως καὶ ῥητὸν εὐαγγελικὸν βιάζωνται ὃ λέγον, τὰ ἐκπορευόμενα κοινοῦν τὸν ἄνθρωπον· ἐπάγεται γὰρ τῷ ῥητῷ, τὰ πόθεν ἐξερχόμενα, ὅτι τὰ ἀπὸ καρδίας, ἔνθα οἱ πονηροὶ καὶ βέβηλοι λογισμοί.

### ALIUD.

### Αλλο.

*Fornicatores & adulteros Deus judicabit: qui legitimo matrimonio junctus est, non peccavit, non autem tot dona accipiet; accipiet enim, nam & ipse fert fructum tricesimum. Qui autem castam & supramundanam vitam elegerit, virginitatis sc. statum, dona habet admirabiliora, perfectum enim fructum centesimum producit.* D

Πόρνους καὶ μοιχοὺς κρινεῖ ὁ θεός· γήμας κατὰ νόμον οὐχ ἥμαρτεν, ἃ μὴν τοσαῦτα χαρίσματα λήψεται· λήψεται γάρ, φέρων καὶ αὐτὸς καρπὸν τριακοντα. ὁ δὲ ὑπερκόσμιον ἐλόμενος βιωτὴν ἐν ἁγνείᾳ θαυμάσια ἔχει χαρίσματα, φέρει γὰρ τέλειον καρπὸν τὸν ρ'.

### ALIUD SANCTI MAXIMI.

### ΑΛΛΟ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΞΙΜΟΥ.

*Dicunt nonnulli quod dæmones membra corporis in somniis attingentes, fluxus passionem commovent, & deinde passio mota mulieris imaginem per memoriam ad mentem transfert. Nonnulli autem, quod menti sub forma mulieris apparent, & partes corporis attingentes desiderium excitant, & sic phantasiæ generantur. Alio rursus modo, per appropinquationem dæmonis movetur passio, & sic in cogitationes anima inflammatur, per memoriam imagines deferens, & similiter in alias phantasias violentas. Alii quidem sic, alii autem aliter evenire dicunt; verum nullo prædictorum modorum dæmones passionem movere possunt, quamdiu animæ charitas & continentia inest, neque in somniis neque in vigiliis.* E

Τινὲς μὲν φασιν ὅτι τὰ μορίων τοῦ σώματος καθαπτόμενοι οἱ δαίμονες καὶ τὸν ὕπνον κινοῦσι ὃ τ ῥύσεως πάθος· εἶτα ὁ πάθος κινήσαν ἀναφέρει τῷ μορφῷ τῆς γυναικὸς διὰ μνήμης ὅπη τοῦ νοῦ. τινὲς δ ὅτι τῷ μὲν νῷ ἐν σχήματι γυναικὸς φαίνονται, τὰ δὲ μορίων τοῦ σώματος καθαπτόμενοι κινοῦσι τὸν ὄρεξιν, καὶ οὕτω γίνονται αἱ φαντασίαι. ἕτερα δὲ πάλιν· ἐν τῷ πλησιάζοντι δαίμονι κινεῖται ὁ πάθος, ὃ οὕτως ἀνάπλεται πρὸς λογισμὸν ἡ ψυχὴ, ἀναφέρουσα τὰς μορφὰς διὰ τῆς μνήμης, καὶ ὅτι τῷ ἄλλων δὲ ἐμπαθῶν φαντασιῶν ὁμοίως. οἱ μὲν οὕτως, οἱ δὲ οὕτως ὅπως συμβαίνειν φασὶν, πλὴν ἐν οὐδενὶ τ εἰρημένων τρόπων ἰσχύσι πάθος ὁποιονδήποτε κινῆσαι οἱ δαίμονες, πρόσκειται τῇ ψυχῇ ἀγάπης καὶ ἐγκρατείας, ἔστε ἐγκρατοῦς τ σώματος, ἔτι καὶ τὸν ὕπνον. F



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

## ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ.

Τα τῆς παλαιᾶς ϗγ᾽ βιβλία κδ΄. εἰσιν· ὅσα καὶ παρ᾽ Ἑβραίοις στοιχεῖα. Γένεσις, Ἔξοδος, Λευιτικόν, Ἀριθμοί, Δευτερονόμιον, Ἰησοῦς, κριταί, Ῥὼθ, Βασιλειῶν δ΄. βίβλοι ϛ΄. Παραλειπομένων ϛ΄. βίβλοι δύο, Ἔσδρα β΄. βιβλία α΄. Ψαλμοί, Παροιμίαι, Προφῆται ιβ΄. βιβλίον ἕν· εἶτα Ἡσαΐας, Ἱερεμίας, σὺν Βαρούχ, Θρήνοις καὶ Ἐπιστολαῖς, Ἰεζεκιὴλ καὶ Δανιήλ. τὰ δὲ καινῆς διαθήκης ταῦτα. Εὐαγγέλια δ΄. Ματθαίου, Μάρκου, Λουκᾶ, Ἰωάννου, πράξεις Ἀποστόλων, ἐπιστολαὶ καθολικαὶ τῶν Ἀποστόλων ζ΄. Ἰακώβου μία, Πέτρου ϛ΄. Ἰωάννου γ΄. Ἰούδα α΄. Παύλου ιδ΄. Ἰωάννου ἀποκάλυψις. βιβλία ἀκανόνιστα μέν, ἀναγινωσκόμενα δὲ, σοφία Σαλομῶντος, Σιρὰχ, Ἐσθὴρ, Ἰουδὲθ, Τωβίας, ἡ καλουμένη διδαχὴ τῶν ἀποστόλων, καὶ ὁ Ποιμήν.

## MAGNI ATHANASII EPISTOLA.

*Libri veteris testamenti sunt viginti duo, quot nimirum apud Hæbræos literæ. Genesis, Exodus, Leviticum, Numeri, Deuteronomium, Jesu, Judices, Ruth, Regnorum quatuor, libri duo, Paralipomenon duorum, liber unus. Esdræ i. lib. ii. Psalmi, Proverbia, Prophetarum XII. liber unus. Deinde Esaias, Ieremias, cum Threnis & Epistolis Baruch, Iezechiel, Daniel. Novi autem testamenti sunt hi. Evangelia quatuor, Matthæi, Marci, Lucæ, Joannis. Actus Apostolorum. Epistolæ Catholicæ Apost. vii. Jacobi una, Petri duæ, Joannis iii. Judæ una, Pauli xiv. Apocalypsis Joannis. Libri autem non canonici, quæ tamen leguntur, Sapientia Solomonis, Sapientia Syrack, Esther, Judith, Tobias, quæ vocatur doctrina Apost. et Pastor.*

## ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ ΕΚ ΤΩΝ ΕΠΩΝ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΥΤΩΝ.

Πρωτη Γένεσις, εἶτ᾽ Ἔξοδος, Λευϊτικὸν,
Ἔπειτ᾽ Ἀριθμοί. εἶτα Δεύτερος νόμος.
Ἔπειτ᾽ Ἰησοῦς, καὶ Κριταί, Ῥὼθ ὑστάτη,
Ἡδ᾽ ὀγδόη δεκάτη τε βίβλοι φέρουσι Βασιλέων,
Καὶ Παραλειπόμενα. ἕξαδα Ἔσδραν ἔχεις.
Αἱ δὲ τετρασταὶ πέντε, ὧν πρῶτος Ἰώβ.
Ἔπειτα Δαβὶδ, εἶτα τρεῖς Σολομῶντειαι,
Ἐκκλησιαστὴς, Ἆσμα, καὶ Παροιμίαι.
Καὶ πένθ᾽ ὁμοίως πνεύματος προφητικοῦ.
Μίαν μὲν εἰσιν εἰς γραφὴν οἱ δώδεκα
Ὡσηὲ, Ἀμώς τε καὶ Μιχαίας ὁ τρίτος.
Ἔπειτ᾽ Ἰωὴλ· εἶτ᾽ Ἰωνᾶς, καὶ Ἀβδίας,
Ναούμ τε, Ἀμβακούμ τε καὶ Σοφονίας,
Ἀγγαῖος, εἶτα Ζαχαρίας καὶ Μαλαχίας.
Μία μὲν, οἵδε· δευτέρα δ᾽ Ἡσαΐας.
Ἔπειθ᾽ ὁ κληθεὶς Ἱερεμίας ἐκ βρέφους.
Ἔπειτ᾽ Ἰεζεκιὴλ, καὶ Δανιὴλ χάρις.
Ἀρχαίας μὲν ἔθηκε δύο καὶ εἴκοσι βίβλους
Τοῖς τῶν Ἑβραίων γράμμασιν ἀντιδότους.
Ἤδη δ᾽ ἀρίθμει καὶ νέου μυστηρίου.
Ματθαῖος μὲν ἔγραψεν Ἑβραίοις θαύματα Χριστοῦ.
Μάρκος δ᾽ Ἰταλίᾳ, Λουκᾶς Ἀχαΐδι.
Πᾶσι δ᾽ Ἰωάννης κήρυξ μέγας ὑπερνοφοίτης.
Ἔπειτα πράξεις τῶν σοφῶν ἀποστόλων.
Δέκα δὲ Παύλου τεσσαρές τε ἐπιστολαί.
Ἑπτὰ δὲ καθολικαὶ, ὧν Ἰακώβου μία.
Δύο δὲ Πέτρου. τρεῖς δ᾽ Ἰωάννου πάλιν.
Ἰούδα δ᾽ ἔστιν ἑβδόμη. πάσας ἔχεις.
Εἴ τι δὲ τούτων ἐκτὸς, οὐκ ἐν γνησίοις.

## SANCTI GREGORII THEOLOGI EX VERSIBUS DE IISDEM.

*Prima Genesis, dein Exodus, Leviticon.*
*Post Numeri, dein Deuteronomium.*
*Deinde Jesus, Judices, octavúsque Ruth.*
*At nonus decimusque libri Regum acta fuêre,*
*Et Paralipomenon, Ultimus Esdras erit.*
*Sunt quinque metrici, primo Job in loco est;*
*Dein David; deinde tres Salomonis,*
*Ecclesiastes, Canticum, & Proverbia.*
*Et itidem quinque spiritus Prophetici.*
*Scripturam ad unam rediguntur duodecim;*
*Oseæ, Amosque & Michæas tertius.*
*Deinde Ioël, dein Jonas, & Abdias,*
*Naumque & Abbacuc, atque Sophonias,*
*Aggæus, & Zacharias, dein Malachias.*
*Una quidem est hæc: secunda autem Esaias.*
*Dein Hieremias vocatus ab infantia,*
*Dein Ezechiel, Danielisque gratia.*
*Sic veteris duos & viginti libros*
*Posuit, qui Hebræis literis respondeant.*
*Jam numera libros novi mysterii.*
*Matthæus Christi Hebræis miracula scripsit.*
*Marcus Italiæ; Lucas autem Graciæ;*
*Magnus Ioannes præco penetrator Olympi*
*Cunctis, deinde sunt Actus Apostolici;*
*Deinde decem Pauli & quatuor Epistolæ,*
*Septem Catholicæ, est Iacobi una ex eis,*
*Petri duæ sunt; Ioannis verò tres.*
*At septima est Judæ, sic omnes habes.*
*Si præter hos quid est, ne germanum putes.*

SANCTI



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

## SANCTI AMPHILOCHII EPISCOPI ICONII DE IISDEM.

*NAM Pentateuchus Geneſin, dein Exodum,*
*Leviticumque inter medium librum tenet,*
*Poſt numeros, dein Deuteronomium,*
*Eis Feſum adjicias, & Judices.*
*Deinde Ruth, atque libros Regum quatuor,*
*Quinetiam Paralipomenon libros duos,*
*Et poſt eos Eſdræ ſequuntur gemini,*
*Dein verſibus ſcriptos quinque afferam libros,*
*Qui multa paſſus eſt coronatus, Iob.*
*Pſalmos, medelam qui ægris animis ferunt.*
*Treſque Salomonis, Proverbia,*
*Eccleſiaſtes, Canticorum Cantica.*
*Iſtis Prophetas addito duodecim,*
*Oſeæ primum, deinceps ſecundum Amos,*
*Michæam, Ioel, Abdiamque, & typum*
*Jonam ipſius quod triduo Chriſto accidit;*
*Et poſt eos Naum, Abbacuc, nono loco*
*Sophoniam, Aggæumque, & Zachariam,*
*Atque inclytum valde angelum Malachiam.*
*Poſt quos Prophetas quatuor intelligas;*
*Eſaiam magnum loquitur qui libere,*
*Hieremiamque miſericordem, & myſticum*
*Jezechiel, Danielque omnium ultimum,*
*Qui rebus & verbis eſt ſapientiſſimus.*
*Adjiciunt iſti deinde Heſter aliqui.*
*Novæ libros legis opus nunc dicere.*
*Evangeliſtas quatuor ſolos tene,*
*Matthæumque, Marcum, Lucamque tertium,*
*Adjicias ei Joannem, qui tempore*
*Quartus, ſed altis ſenſibus primas tenet.*
*Nam jure dico filium hunc tonitrui,*
*Sermone qui divino valde inſonuit.*
*Suſcipias ſecundum quoque Lucæ librum,*
*Actus Apoſtolorum qui complectitur.*
*Electionis vas eis adjicias,*
*Qui Gentium eſt prædicator, & Apoſtolus,*
*Qui ſapienter ſcripſit ad Eccleſias*
*Epiſtolas bis ſeptem, unam ad Romæ incolas,*
*Queis ad Corinthios adjiciuntur duæ,*
*Ad Galatas una, & una ad Epheſios,*
*Poſt quam eſt Philippos quæ tranſmiſſa extitit,*
*Et quæ ad Coloſſenſes, duæ ad Theſſalonicam,*
*Duæ ad Timotheum, ad Titum & Philemona,*
*Ad ſingulos una, & ad Hebræos itidem.*
*Quæ verò ad Hebræos, notha eſſe dicitur*
*Pleriſque; ſed male, nam germana gratia eſt.*
*Quid verò cæteras catholicas epiſtolas?*
*Septem eſſe quidam dicunt; alii verò tres*
*Suſcipiendas; namque Iacobi unicam,*
*Unamque Petri, Johannis quoque unicam,*
*Quidam vero tres, & iis adjiciunt*
*Duas Petri, ſed Judæ ſeptimam.*
*Aſt Apocalypſin Ioannis aliqui*
*Iis inſerunt; rurſus ſed longè plurimi*
*Adulterinam dicunt. Hic veriſimus*
*Divinitus datarum eſt ſcripturarum Canon.*

## ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΑΜΦΙΛΟΧΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΙΚΟΝΙΟΥ περὶ τῶν αὐτῶν.

Η Πεντάτευχος, ἡ Κτίσιν, εἶτ' Ἔξοδον,
Λευϊτικόν τε τὼ μέσω ἔχει βίβλον.
Μεθ' ὧν Ἀριθμούς· εἶτα Δευτερονόμιον.
B Τούτοις Ἰησοῦ φέρεσθαι χὴ τὴν Κριτάς.
Ἑπειτα ἡ Ῥούθ. Βασιλειῶν τέσσαρας
Βίβλους. Παραλειπομένων δὲ γε δύο βίβλοι.
Ἔσδρας ἐπ' αὐταῖς φέρετω, εἶθ' ὁ δεύτερος.
Ἓξῆς τρισχιλίας πέντε στιχηρεὰς βίβλους ἐρῶ,
Σπουδῆς τ' ἄθλοις ποικίλων παθῶν, Ἰώβ.
Ψαλμῶν τε βίβλον, ἐμμελὲς ψυχῶν ἄκος.
Τρεῖς δ' αὖ Σολομῶντος ἡ σοφοῦ, Παροιμίας,
Ἐκκλησιαστὴν, Ἆσμα δ' αὖ τῶν ἀσμάτων.
Ταύταις Προφήτας φέρεσθαι τοὺς δώδεκα.
Ὡσηὲ φέρετον, εἶτ' Ἀμὼς καὶ δεύτερον,
C Μιχαίαν, Ἰωὴλ, Ἀβδίαν χὴ καὶ τύπον
Ἰωνᾶν αὐτοῦ τοῦ τριημέρου πάθους.
Ναοὺμ μετ' αὐτὸν Ἀμβακοὺμ· εἶτ' ἔνατον
Σοφονίαν, Ἀγγαῖόν τε χὴ Ζαχαρίαν.
Διώνυμόν τε ἄγγελον Μαλαχίαν.
Μεθ' οὓς προφήτας μάνθανε πόσους.
Παῤῥησιαστὴν καὶ μέγαν Ἡσαΐαν,
Ἱερεμίαν τε συμπαθῆ καὶ μυστικὸν,
Ἰεζεκιὴλ, ἔσχατον ἢ Δανιὴλ,
Τὸν αὐτὸν ἔργοις χὴ λόγοις σοφώτατον.
Τούτοις προστίκειντο τὼ Ἔσθηρ τινες.
D Καινῆς Διαθήκης ὥραμαι βίβλους λέγειν.
Εὐαγγελιστὰς τέσσαρας δέχου μόνους,
Ματθαῖον, εἶτα Μάρκον, οἷς Λουκᾶν τρίτον
Προσθεὶς, ἀριθμῷ καὶ Ἰωάννου χρόνῳ
Τέταρτον, ἄλλα πρώτον ὑψηλῶν δογμάτων.
Βροντῆς γὰρ υἱὸν ἴσθι τοῦτον εἰκότως καλῶ,
Μέγιστον ἠχήσαντα τῷ θεῖῳ λόγῳ.
Δέχου δ' βίβλον Λουκᾶ χὴ τὼ δευτέραν,
Τὼ τῆς καθολικῆς Πράξεων ἀποστόλων.
Τὸ σκεῦος ἓξῆς φέρεσθαι τῆς ἐκλογῆς
Τὸν τῶν ἐθνῶν κήρυκα καὶ ἀπόστολον
E Παῦλον, σοφῶς γράψαντα ταῖς ἐκκλησίαις
Ἐπιστολὰς δὶς ἑπτὰ, Ῥωμαίοις μίαν.
Ἡ χρὴ σωφρονεῖν πρὸς Κορινθίους δύο,
Τὼ πρὸς Γαλάτας, τὼ τε πρὸς Ἐφεσίους.
Μεθ' ἃς τὴν Φιλίππους, εἶτα τὴν Θεσσαλονίκην
Κολασταῖσι, Θεσσαλονικεῦσι δύο,
Δύο Τιμοθέῳ, Τίτῳ τε χὴ Φιλήμονι
Μίαν ἑκατέρῳ, χὴ πρὸς Ἑβραίους μίαν.
Τινὲς δὲ φασι τὼ πρὸς Ἑβραίους νοθεύειν,
Οὐκ εὖ λέγοντες· γνησία γὰρ ἡ χάρις.
Εἶεν, τί λοιπὸν, καθολικὰς ἐπιστολάς;
F Τινὲς μὲν, ἑπτά φασιν· οἱ δὲ τρεῖς μόνας
Χρεὼν δέχεσθαι, τὴν Ἰακώβου μίαν,
Μίαν δὲ Πέτρου, τὴν τε Ἰωάννου μίαν.
Τινὲς δὲ, τὰς τρεῖς. χὴ πρὸς αὐταῖς τὰς δύο
Πέτρου δέχονται. τὼ Ἰούδα δ' ἑβδόμω.
Τὼ δ' ἀποκάλυψιν Ἰωάννου πάλιν
Τινὲς μὲν ἐγκρίνουσιν. οἱ πλείους δέ γε
Νόθῳ λέγουσιν. οὐκ ἀψευδεῖ δόξῃ.
Κρῖναι ἂν εἴη τῶν θεοπνεύστων γραφῶν.

## ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

Νύσσης πρὸς Λητοῖον Μελιτινῆς.

## SANCTI GREGORII NYSSENI

ad Letoïum Melitenes Episcopum, Epistola.

α'. ΤΡΙΑ διαφέρει περὶ τὴν ψυχὴν ἡμῶν, λογικὸν, ἐπιθυμητικὸν, καὶ θυμοειδές. κατορθώματα μὲν τοῦ λογικοῦ, τὸ μὲν αἱρετὸν, τὸ δὲ φευκτὸν· κακία, ἀσέβεια, ἀδιαφορεσία, καὶ ἐσφαλμένη περὶ πραγμάτων ὑπόληψις. κατορθώματα δὲ ἐπιθυμητικοῦ ἔφεσις τοῦ ἀληθῶς καλοῦ, τουτέστιν ἀρετῆς καὶ τῷ ἀρετῷ παραζήσης φύσεως· ἁμαρτία, ἡ περὶ ἄλλο τι παρεκκλισις. τοῦ θυμοειδοῦς κατορθώματα, ἡ πρὸς ὃ κακὸν ἀπέχθεια, καὶ ὁ πρὸς τὰ πάθη πόλεμος, καὶ τὸ μὴ καταπλήττειν τὰ πολλοῖς φοβερὰ, ἀλλὰ καὶ θανάτου καταφρονεῖν· ἁμαρτήματα δὲ, φθόνος, μῖσος, μῆνις, λοιδορία, καὶ αἱ φιλόνεικοι διαθέσεις. ὧν τούτοις οὖν τὸ τοῦ λογιστικοῦ ἁμαρτήματος χαλεπώτερα· καὶ εἴ τις τοῦ εἰς χριστὸν πίστιν ἠρνήσατο Ἰουδαΐσας, εἰδωλολατρήσας, Μανιχαΐσας, ἢ τι τοιοῦτον ἀθεΐας εἶδος ἐλόμενος, εἶτα καταγνοὺς ἑαυτοῦ, καιρὸν ἔχει μεταμοίας τὸν ὅλον τοῦ ζωῆς αὐτοῦ χρόνον· ὁ σωθήσεται τῷ λαῷ, ἀλλὰ καὶ μόνας δύσεται· ὁ μεθέξει τοῦ ἁγιασμάτων, εἰ μὴ ἐν ἐξόδου ὥρᾳ· ἀνελπίστως δὲ βιοὺς μόνος πάλιν ἀμέτοχος. ἡ μόνοι Ἀβὰ βασάνων καὶ πυρώσεων βεβιασμένη ἀφίεσις τοῦ μάτεω τῶν πόνων συνεμαρτύρη.

β'. Οἱ πρὸς μάντεις καὶ μάντεις ἀπόντες, εἰ μὲν ὅτι ἀθετήσει τῆς πίστεως, ὡς μὴ πιστεύοντες εἶναι θεὸν τὸν ἀφ' ἡμῶν προσκυνούμενον, τοῦ κράτους τῶν ἀφανῶν ὑπάγονται. εἰ δ' ὀκνοῦντες τὴν εἰς χριστὸν πίστιν, διά τινα μικροψυχίαν τοῦτο ἐποίησαν, ἴσοι ἔσονται τοῖς πρὸς τοὺς βασάνους μὴ ἀντέχουσι.

γ'. Τῆς ἐπιθυμίας ἁμαρτήματα, μοιχεία καὶ πορνεία, τοῖς μὲν διάφορα δοξάζεται, τοῖς δὲ ταυτά. ταυτὰ μὲν, ὅτι ἄμφω εἰς ἀλλότρια· διάφορα δὲ, ὅτι τὸ μὲν ἔχει ἀδικίαν ἑτέρου, τὸ δὲ οὐχί· καὶ διὰ τοῦτο διπλασίων τῆς πορνείας τοῖς ἐν μοιχείᾳ μεμυθεῖσιν ὠρίσθαι χρόνον· ὥσπερ καὶ τῇ ζωοφθορίᾳ ἡ ἀνδροφονίᾳ· διπλασίων γὰρ ἐν τούτοις ἡ ἁμαρτία, ὅτι καὶ κτῆνος ἄθεσμον ἡδονῇ, καὶ ὅτι ἀδικίαν ἔχει κατὰ τοῦ ἀλλοτρίου. πολλοὶ δέ καὶ ἐν τοῖς ταυτὰ ἁμαρτηκόσι διαφορὰ· συμπαθέστερος γὰρ ὁπωσοῦν ὁ ἀφ' ἑαυτοῦ ὁρμήσας εἰς ἐξαγόρευσιν τρέψεται, τοῦ φωραθέντος καὶ ἐλεγχθέντος. ὁ τοίνυν πεπορνευκὼς, ἔτη τῆς εὐχῆς οὐ μεθέξει, ἔτη ἀκροάσεται, τρία ἔτη ὑποπεσεῖται, καὶ τότε μεταλήψεται· πλὴν ὑποπεμφθήσεται εἰς χρόνον θερμὴν ἀπωθὴν καὶ ζέουσαν προσευχὴν πρὸς ἐγρήγοσιν. ὁ δὲ ταῖς ἄλλαις ἀκαθαρσίαις ἅς ἔφημεν χρησθείς, τὰς ἐν τοῖς βαθμοῖς χρόνους ἕξει διπλασίονας, ἀντὶ ἄνα τρεῖς, ἄνα ἕξ.

δ'. Τοῦ θυμοειδοῦς πολλαί πηγαί εἰσιν αἱ ἐφεκτικαί· ὧν ἥ χείριστον ὁ φθόνος, ἀφαιρούμενος τῷ ἑκουσίῳ καὶ ἀκουσίῳ. ὁ μὲν ἑκούσιον ἐγρηγορὼς φόνον, ἑναετῆ χρόνον τῆς ἐκκλησίας εἰργήσεται, ἑναετῆ ἀκροάσεται τῷ λαῷ συνιστάμενος, ἑναετῆ ὑποπεσεῖται, καὶ ὕστω μεταλήψεται. πλὴν ἔσται κἀνταῦθα τῆς ἀπωθῆς λόγος, ὥστε ἡμέρας ἕκαστον βαθμὸν ν'. ἢ ζ'. ἢ ς'. ἢ καὶ ε'. μόνον ἐτῶν· ὁ δὲ ἀκούσιον, ἱερατικῆς μὲν ἀπέβλητος χάριτος· ὁ δὲ χρόνος αὐτοῦ πρὸς τὴν ψιλὴν πορνείαν· ὑποπεμφθήσεται δὲ καὶ τοῦτον ἑρμήσει καὶ ἀπωθῇ.

ε'. Ὁ πρὸ τοῦ συμπληρωθῆναι τὸν τῆς ἐπιτιμίου χρόνον ἐξοδεύων μεταλήψεται· ἐπιβιοὺς δὲ, τὸν πεζασμὸν ἀναμενεῖ χρόνον, ἐν τῷ βαθμῷ ἡμούμενος. ἐν ᾧ ἦν πρὸ τῆς μεταλήψεως.

A

I. *TRIA in animâ nostrâ considerantur, Ratio, Concupiscentia & Ira. Recta rationis officia sunt, tam quid sit expectandum quam fugiendum scire: ejusque vitium, Impietas, Judicii defectus, & fallax de rebus opinio. Rectæ actiones concupiscentiæ, ejus quod reverà pulchrum & honestum est, desiderium; id est, virtutis, &* B *naturæ à quâ virtus derivatur; ejus autem vitium, declinatio ad aliud. Rectæ actiones Iræ sunt, mali odium, & bellum cum animæ perturbationibus, eaque non pertimescere quæ multis terribilia videntur, etiam & mortem contemptui habere; ejus denique lapsus sunt, invidia, odium, ira, convitia, & contentiosæ affectiones. Ex his peccata rationis graviora sunt: & si quis fidem in Christum negaverit, ad Iudaïsmum, vel idololatriam, vel Manichaïsmum deflectens, aut aliquod aliud infidelitatis genus amplexus fuerit, postea autem seipsum condemnaverit, totum vitæ tempus, pœnitentiæ tempus habet; Cum populo preces non aget, sed* C *seorsim precabitur: Sacramentorum particeps non erit, præterquam horâ sui è vita excessus. Sin autem præter spem convaluerit, rursus Sacramentorum expers manebit. Transgressio autem per tormenta & cruciatus vi expressa mensurâ fornicatorum dimensa est.*

II. *Qui ad præstigiatores & vates abierunt, si ad fidei contemptum, ut qui Deum esse non crederent qui à Christianis adoratur, illud fecerint; apostatarum judicio obnoxii erunt. Sin autem in fide in Christum permanentes propter aliquam pusillanimitatem illud fecerunt, æquales e-* D *runt iis, qui tormentis resistere non potuerunt.*

III. *Concupiscentiæ peccata sunt adulterium & fornicatio; Quæ aliis diversa, aliis eadem videntur: eadem quidem, quia utrumque attingit alienum; diversa autem, quod hoc cum alterius injuria conjunctum sit, illud non item. Et propterea duplex fornicationi præstitutum tempus, iis qui adulterio contaminantur, definitur, sicuti etiam cum brutis commercio, & pædicationi. Duplex enim est in iis peccatum; quod illicitum habet voluptatem, & alterius injuriam. Quin & inter eos qui ita peccarunt, datur differentia; pœnas enim mitiores subibit, qui ex seipso ad peccata* E *sua proferenda impulsus est, quam is qui deprehensus & convictus fuerit. Qui igitur fornicatur, tribus annis precum particeps non erit, tribus annis audiet, tribus annis substernetur, & tunc particeps erit. Diligens vero studium & fervens emendationis desiderium tempus contrahet. Qui autem aliis impuritatibus contaminatur, tempus in gradibus duplicatum habebit, pro unoquoq; nempe triĕnio, sexennium.*

IV. *Facultatis irascibilis plurimæ sunt deflectiones, peccatum autem pessimum est homicidium; quod dividitur in voluntarium & involuntarium. Qui homicidium involuntarium perpetraverit, novem annis ab Ecclesiâ abigetur,* F *novem annis cum populo stans audiet, novem annis succumbet, & sic particeps erit. Quin & hic studii ratio habetur, ut quilibet gradus octo vel vii. vel vi. vel etiam v. annorum fiat. Qui vero eadem involuntariam admiserit, à sacerdotali gratia ejicietur; ejus autem tĕpus simplicis fornicationis tempori æquale erit; idque contrahet præ studio & fervore.*

V. *Qui, antequam pœnæ tempus adimpleverit, moribundus est, participabit; convalescens autem, tempus præstitutum manebit, in eodem gradu existens in quo erat ante participationem.*



Ψηφιοποιήθηκε από την Goo

VI. *Altera Idololatriæ ſpecies avaritia, ex tribus animæ partibus oriunda, (Nam & ratio ab ejus quod pulchrum eſt judicio aberrat, & deſiderium ſimul afficitur, & Ira occaſiones capeſſit) à Patribus prætermiſſa eſt. Publica igitur doctrinæ ratio, in quantum fieri poſſit, avaritiæ agritudinibus medeatur. Furti autem ſpecies ſunt latrocinium, & murorum effoſſio; latronem etiam conſequitur homicidium; ad ea enim inſtruitur, armis, & copiis, & locis; unde & homicidarum judicio obnoxius eſt. Qui autem clam aliena ſurripit, & peccatum declarat, bona ſua pauperibus elargietur.*

ς'. Τὸ ἕτερον τῆς εἰδωλολατρείας εἶδος ἡ πλεονεξία, ὁπὸ τριῶν τῆς ψυχῆς μερῶν γινομένη· (ὁ λογισμὸς μὲν γὰρ τῆς καλῆς κρίσεως ἁμαρτάνει, καὶ ἐπιθυμία προσπάσχει, καὶ ὁ θυμὸς συνεφάπεται·) ὅμως παρόφθη τοῖς πατράσιν. ὁ δημόσιος ἐν τῇ διδασκαλίᾳ λόγος, ὡς ἂν οἷός τε ἦν, τὴν πλεονεκτικὴν ἀῤῥωστίαν θεραπευέτω. τῆς δὲ κλοπῆς εἴδη, λῃστεία καὶ ὑποχωρυχία· παρέπεται τῇ λῃστείᾳ καὶ μαιφονία. παρεσκεύασται γὰρ πρὸς ταῦτα καὶ ὅπλοις καὶ πολυχειρίᾳ καὶ τόποις· ὅθεν καὶ τῷ κρίματι τῷ ἀνθρωφόνων ὑπάγεται. ὁ δὲ κλοπαίους, ὑφελόμενος καὶ ἐξαγορεύσας, ἀζημίως καὶ τὰ ἴδια.

VII. *Qui ſepulchra effodit, ut lapidem ad ædificium extruendum accipiat, condonandus eſt propter conſuetudinem; ſin autem ut aliquid ex rebus ſepultis auferat, ſimplicis fornicationis judicio obnoxius eſt; illic etiam ſtudii ratione habita.*

ζ. Ὁ τυμβωρυχήσας, εἰ μὲν ὥστε λίθον εἰς οἰκοδομὴν λαβεῖν, συγγνωστέος διὰ τὸ συνήθειαν· εἰ δὲ πρὸς τὸ λαβεῖν τι τῶν συνταφέντων, τῇ τῆς ψιλῆς πορνείας ὑπόκειται κρίματι, κἀνταῦθα τῆς σπουδῆς σκοπουμένης.

VIII. *Sacrilegium in veteri Teſtamento homicidio æquale reputabatur, & contra utrumque lapidationis ſupplicium decernebatur. Viſum eſt autem Eccleſiæ minori tempore quam adulterium, ſacrilegii crimen expurgandum. Oportet vero ante omnia ad affectionem & non ad tempus attendere.*

η'. Ἡ ἱεροσυλία, τῇ μὲν παλαιᾷ γραφῇ ζωτὸν ὁμοίαν τῷ φόνῳ, καὶ ἐπ' ἀμφοτέροις ὁ διὰ λίθων ὠθεῖται θάνατος. τῇ δὲ ἐκκλησίᾳ ἔδοξεν ἐλάττονι τοῦ μοιχείαν γίνεσθαι κρίνῳ δὲ τῆς ἱεροσυλίας καθάρσιον. δεῖ δὲ ὄν παντὶ τῇ διαθέσει προσέχειν, ἀλλὰ μὴ τῷ κρόνῳ.

---

## RESPONSA TIMOTHEI ALEXANDRINI
QUI UNUS ERAT EX CL. PATRIBUS
## CONSTANTINOPOLI CONTRA
Macedonium congregatis, & Theophilum ſucceſſorem habebat.

## ΤΙΜΟΘΕΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ
ἑνὸς τῶν ὲν Κωνσταντινουπόλει ρν'. πατέρων,
## ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΜΑΚΕΔΟΝΙΟΥ
ἀθροισθέντων· διάδοχον ἐσχήκοτος
Θεόφιλον.

I. *PUER vel vir Catechumenus exiſtens, ſi neſcius particeps factus fuerit, illuminetur; à Deo enim vocatus eſt.*

α'. ΠΑΙΣ ἢ ἀνὴρ κατηχούμενος, εἰ μεταλάβοι ἀγνοῶν, φωτιζέσθω· διὰ θεοῦ γὰρ κέκληται.

II. *Dæmone obſeſſus, antequam mundatus fuerit, non baptizatur; niſi moribundus ſit.*

β'. Ὁ δαιμονῶν εἰ μὴ καθαρθῇ, οὐ βαπτίζεται, εἰ μὴ ἐξοδεύῃ.

III. *Fidelis Dæmone obſeſſus, ſi myſterium non enunciat, vel alio modo blaſphemat, particeps ſit; ſed non ſingulis diebus: ſufficit enim ſi Dominica duntaxat participet.*

γ'. Ὁ δαιμονᾶν πιστὸς, εἰ μὴ ἐξαγορεύῃ τὸ μυστήριον, ἢ ἄλλως βλασφημεῖν, μεταλαμβάνέτω· μὴ μέντοι καθ' ἑκάστην, ἀρκεῖ γὰρ αὐτῷ καὶ κυριακὴν μόνον.

IV. *Catechumenus morbo laborans, & emotæ mentis factus, baptizetur; modo non ſit Dæmone obſeſſus.*

δ'. Ὁ κατηχούμενος ἀδυνήσας, καὶ ἠλιόμμους ἔκφρων, βαπτιζέσθω, εἰ μὴ δαιμονᾷ.

V. *Qui noctu cohabitant, non participes erunt.*

ε'. Οἱ συνηλυόμμοι συνοικοι, οὐ μεταλήψονται.

VI. *Catechumena, ſi in catameniorum fluxum inciderit, donec purgata fuerit, non baptizatur.*

ς'. Ἡ κατηχουμένη, ἐὰν ῥύσει ἠμένης ἕως καθαρθῇ οὐ βαπτίζεται.

VII. *Mulier quæ eſt in abſceſſu, non particeps erit, donec purgata fuerit.*

ζ. Ἡ ἐν ἀφέδρῳ οὐ μεταλήψεται, ἕως καθαρθῇ.

VIII. *Puerpera in ſancto Paſchate, hoc eſt, in magna hebdomada, potus & cibi, quantum ferre poterit, particeps eſſe debet.*

η'. Ἡ ἐν τῷ ἁγίῳ πάσχα, τουτέστιν ἐν μεγάλῃ ἑβδομάδι λυνήσασα, ὀφειλὴ μεταλαβεῖν καθ' ὃ δύναται βαστάσαι καὶ ξηρᾶς καὶ πότου.

IX. *Dum fit oblatio, Hæretici intereſſe non debent, niſi pœnitentiam agere, & hæreſin ſuam relinquere, polliciti fuerint.*

θ'. Προσφορᾶς γινομένης, οὐκ ὀφείλουσι παρεῖναι αἱρετικοὶ, εἰ μήτι ἂν ἐπαγγείλωνται μετανοεῖν καὶ φεύγειν τὴν αἵρεσιν.

VI. *Qui morbo valde attenuatus eſt, etiam in Paſchate vini & olei particeps erit.*

ι'. Ὁ ἄκρως διὰ ἀσθενείας κατατακείς, καὶ ἐν τῷ πάσχα μεταλαμβάνῃ καὶ οἴνου καὶ ἐλαίου.

ια'. Κλη-

Ψηφιοποιήθηκε απο την Google

ια'. Κληρικὸς κληθεὶς εἰς τὸ ζεῦξαι γάμον, μαθὼν ὅτι ἀθέμιτόν ἐστιν, ἀλλοτρίαις ἁμαρτίαις μὴ κοινωνείτω.

XI. *Clericus vocatus ut matrimonio conjungat, & intelligens illud illicitum esse, alienis peccatis ne communicet.*

ιβ'. Ὁ ὀνειρατρεὶς, εἰ μὲν ἐξ ἐπιθυμίας, οὐ μεταλήψεται, εἰ δὲ πειρασμῷ, δαιμονικῷ μεταλήψεται· ἵνα μὴ δῶμεν χώραν τῷ σατανᾷ τῶν ἁγιασμάτων εἴργειν ἡμᾶς.

XII. *Qui somniavit, si ex concupiscentiâ, non particeps erit, sin autem per tentationem Satanicam, participabit, ne facultatem demus Satanæ nos à Sacramentis arcendi.*

ιγ'. Τοῖς συνοικοῦσιν ὁ Ἀπόστολος λέγει μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μήτι ἂν ἐκ συμφώνου ἐξ ἀνάγκης τοῦ σαββάτου καὶ κυριακῆς ἀφέξονται, ἵνα ὃ ἐν ἔτεσι τῷ πνευματικὴν θυσίαν ἀναφέρεσθαι τῷ θεῷ.

XIII. *Iis qui matrimonio conjuncti sunt dicit Apost. Ne fraudetis vos invicem nisi forte ex consensu. Necessariò autem sabbato & die Dominico abstinebunt, quòd in iis spirituale sacrificium Deo offeratur.*

ιδ'. Ὑπὲρ τοῦ ἀνελόντος ἑαυτὸν οὐκ ἔστι προσφορὰ, εἰ μὴ τὰς ἀληθείας ἔκφρων ἦν.

XIV. *Pro homicida non fiet oblatio, nisi revera non sanæ mentis fuerit.*

ιε'. Ὁ δαιμονῶσαν ἔχων ἄλλην οὐ λήψεται.

XV. *Qui uxorem habet dæmone obsessam, aliam non ducet.*

## ΘΕΟΦΙΛΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ Κανόνες ιβ'.

## THEOPHILI ALEXANDRINI CANONES XII.

α'. Ἡ κυριακὴ ἡμέρα τιμᾶται καὶ πανηγυρίζεται διὰ τὴν ἐκ νεκρῶν τοῦ σωτῆρος ἀνάστασιν, καὶ πρώτη κέκληται ὡς ἀρχὴ ζωῆς, καὶ ὀγδόη ὡς ὑπερεκβαίνουσα τὴν Ἰουδαίων σαββατισμόν. ἐπεὶ δὲ ζύτη συνέβη ἡμῖν τῶν Θεοφανίων νῆστις, οἰκονομήσωμεν ὑπερημέρως, καὶ μεζολαβόντες ὀλίγων φοινίκων εἰς τιμὴν τῆς ἀναστάσεως ἀπειμένωμεν τὴν ἑσπερινὴν συναξιν, καὶ περὶ ὥραν ἐνάτην συναχθῶμεν.

I. *DIES Dominicus honoratur & celebratur propter resurrectionem Servatoris nostri à mortuis. Primus etiam vocatur, ut qui sit vitæ principium; & octavus, ut qui Judæorum Sabbatismum exuperet. Quia autem in eo accidit Theophaniorum jejunium, scientèr dispensabimus, & paucos dactylos sumentes in honorem resurrectionis, vespertinam congregationem expectemus; & circa horam nonam congregemur.*

β'. Οἱ κοινωνήσαντες τοῖς Ἀρειανοῖς καὶ μέχρι νῦν τὰς ἐκκλησίας κατέχοντες, ἐξωσθήτωσαν ἄλλων ἀντικαταστάντων, ὀρθοδόξων δηλονότι· ὀρθόδοξοι δὲ ὑπάρχουσιν οἱ καταστάντες παρὰ Ἀπόλλωνος ἐπισκόπου, κοινωνήσαντες τοῖς ἔχουσι τὰς ἐκκλησίας Ἀρειανοῖς, ἐπιτιμάσθωσαν εἰ αὐθ' ἑαυτῶν ζοῦτο πεποιήκασιν· εἰ δὲ γνώμῃ τοῦ ἐπισκόπου, ἀυλιζέσθωσαν, ὡς μὴ ἐπεγνωκότες ὃ ὤλεσαν· κἂν μὲν ἀποποιῶνται τὸν λαὸν, ἄλλοι χειροτονείσθωσαν· ἐὰν δὲ μείνωσι, κρατείτω ἡ ἐν Θεβαΐδι σύνοδος.

II. *Qui Arrianis communicârunt, & Ecclesias hucusque detinent, expellantur, aliis eorum loco substitutis, orthodoxis scilicet. Episcopi autem orthodoxi qui ab Apolline Episcopo constituti sunt, & communicarunt cum Arrianis Ecclesias habentibus, si à seipsis hoc fecerint, puniantur, sin autem voluntate Episcopi, permaneant, ut qui quod justum est non noverint; & si ab omni populo rejiciantur, alii ordinentur, sin autem retineantur, Synodus in Thebaide valeat.*

γ'. Βῆσος, εἰ ἐβιάσατο τὴν ἀπηλλαγμένην ζώντος τοῦ ἀνδρὸς, μήτε πρεσβύτερον εἶναι συγχωρείσθω, μήτε ὡς λαϊκὸς κοινωνείτω.

III. *Biſtus, si mulierem separatam vivente marito stupraverit, ne sinatur esse Presbyter, nec ut Laicus communicet.*

Ἡ γε μὴν ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ ς'. συνόδους ἐν ᾧ φωτὶ τῷ κανόνι πρὸ μὲν τῶν ἱερῶν ἀποστόλων παραδοθεῖσάν ἡμῖν πίστιν παρελθεῖν μὴ καινοτομεῖν· πρὸς δὲ καὶ τὰ ἐν τῇ πρώτῃ δογματισθέντα μὴ παρεξιέναι συνόδῳ. οἱ δὲ ὁμοούσιον τῶν τριῶν τῆς θεαρχικῆς φύσεως ὑποστάσεων τοῖς πᾶσι κηρύξαντες, τοὺς περὶ τὸν θεομάχον Ἄρειον τῷ φρονήματι σφῶν μὴ συμβαίνοντας πλέως ἀποκηρύττοισιν· ἔτι δὲ καὶ τὰ ἐν τῇ δευτέρᾳ θεσπισθέντα συνόδῳ προσκυνητέα



## PROLOGUS DE ORTHODOXA *FIDE.*

CUM nobis igitur sacrorum argumenta canonum juxta literarum ordinem distribuere propositum fuerit, eademque præterea, quantum in nobis est, in compendium redigere, quo quodcunque argumentum quærentibus invenire facilius sit, necessarium duximus, & sic igitur apud nosmet constituimus, divinitùs inspiratos, qui rectam fidem confirmant, priori in loco collocare canones: Iis enim qui super illius fundamento securè stabiliti sunt, commodum videbitur non supervacaneum, ut reliqui quoque canones apponantur. Isti vero qui à rectâ fide alienati sunt, & rectorum dogmatum thesauros spoliati, qualem sacrorum canonum curam habeant? Quocirca quæ natura sint priora, post ea quæ numero ac ordine literarum istud sortita sunt collocentur, nequaquam necesse erat. Quemadmodum nimirum iis etiam, qui vitâ fruuntur nutrimentum desiderare lex naturalis dedit: Et istud quidem non desiderantes nonnullos novimus è divinis viris qui diu perdurarunt: vitâ vero functis superfluum, ut opinor, & supervacaneum est nutrimentum quatenus ad aliquam exinde percipiendam utilitatem, appetitivâ & participativâ cessante facultate. Præcipuè cùm fide quidem servatos nonnullos esse fama alicubi referat, & rerum Historiæ tradant: fide verò operibus non præmissâ, tantum qui in hisce exercentur, percipiunt fructum, quantum oculis capti è lumine hoc solari.

Sanctæ igitur & œcumenicæ secundæ Synodi primus statim canon eam solam authenticam esse fidem constituit, quam trecenti duodeviginti divini Patres Nicææ congregati ediderunt, tanquam ex sanis dogmatibus compositam: Universas autem, quæ aliàs atque ipsa sentiunt, hæreses valere jubens, anathemati submittit.

Quintus autem ejusdem Synodi canon eos qui Sardicæ convenerunt, laudibus effert, propterea quòd Patrum Nicænorum de fide volumen confirmassent.

Sancta autem & Oecumenica tertia Synodus in sexto & septimo canone, istos qui eò audaciæ perveniunt, ut aliud præter sacrum illud, quod Nicææ compositum est, symbolum conscribere; & istos præterea, qui impia Nestorii dogmata admittunt, atque ita eos, qui ad Ecclesiam accedunt, initiare moliuntur, Clero quidem expellit, si Clerici sint, Laicos autem anathemati subjicit.

Sancta verò & Oecumenica sexta Synodus in primo canone traditam nobis à sanctis Apostolis fidem non immutare, & præterea quæ in primâ Synodo decreta sunt, non transilire jubet. Hi autem Patres cùm trium divinæ naturæ Personarum consubstantialitatem omnibus prædicassent, impios Arrianos sententiæ ipsorum assensum non præbentes, perfectè abdicabant. Insuper autem & quæ in secundâ constituta sunt Synodo ve-



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

neranda esse præcipiebant. Hæc enim Synodus cùm Spiritus sancti inimicum Macedonium expulisset, & socios ejus anathemate condemnasset, Spiritum sanctum Patri & Filio honore æqualem, utpote verum Deum esse tradidit. Quinetiam cùm dementem Apolinarium condemnasset, Dominum mentis compotem & animatam assumpsisse carnem docuit: & præterea quæcunque tertia decrevisset Synodus, confirmare studuit. Unum enim illa Christum Dei filiam post Incarnationem prædicavit; & puellam perpetuò Virginem quæ sine semine, & supra naturam illum peperit, verè & propriè Deiparam fuisse declaravit. Et delirantem Nestorium qui unum Christum in duos divisit filios suis ipsius dogmatis, perpetuo anathemati subjecit, quemadmodum & sacra Patrum quartæ Synodi dogmata rata fore constituit: hi autem cum impiam Eutychis & Dioscori confusionem Ecclesiæ liminibus expulissent, unum Christum ex duabus compositum naturis etiam post unionem spectatum verè tradidit. Istos enim ex diametro contrariam Nestorianæ impietatem amplexos, & in imaginatione magnum œconomiæ perfici mysterium arbitratos, eum quidem impiæ divisionis, hos autem magis impiæ confusionem inferentis unionis assertores, odio merito prosecuti, procul Deo abjiciunt. Adhæc autem & quæcunque quinta divino inspirata Spiritu Synodus docuit, amplecti hæc Synodus præcipit: & à pernicios eorum qui ante eam condemnati fuerant, Originis nimirum & istius assectarum, deliramentis separari. Cæterùm & sacrarum Synodorum, quæ ipsam præcesserant, decreta hæc cùm confirmâsset & stabiliviſſet, sexta videlicet hæc Synodus in ipso prædicto canone, duas voluntates, & duas naturales in uno Domino nostro operationes cùm statuisset, Pyrrhi & Sergii gregales, unam in Domino temerè prædicantes voluntatem exterminabat. Omnium autem pietate insignium fidem firmam in omne ævum manere, piè decreverunt; eosque qui quippiam vel addunt vel detrahunt à rectâ sanâque fide nobis traditâ, anathemate dignos pronunciarunt.

Hisce concinens Synodus Carthagine celebrata, in primo ipsius & secundo canone, divinorum in prima Synodo congregatorum Patrum decreta, & de venerandæ sanctæque Trinitatis cònsubstantialitate, & de fide nostra in eam habenda summo prosequi honore mandat, quorum & sacrum fidei symbolum verbatim exponit.

Leges autem civiles totidem verbis sic definiunt. Christianus est qui credit, unam esse Deitatem in æquali Patris & Filii & Spiritus sancti potestate: Qui vero præter dicta sentit, hæreticus est.

εἰ) φρονάτλα. αὐτὴ γὰρ ⊛ πνευματομάχον διωξαμένη Μακεδόνιον, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ τῷ ἀναθέματι καταδικάσασα, ⊛ πνεῦμα ⊛ ἅγιον ὁμότιμον πατρὶ καὶ υἱῷ ὡς Θεὸν ἀληθινὸν παρέδωκεν. ἀλλὰ δὲ καὶ ⊛ ἄνουν Απολιναρίειον κατακρίναται, ἔννουν καὶ ἔμψυχον ἀνειληφέναι σάρκα ⊛ κύριον ἐδογμάτισεν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὅσα γε ἡ τρίτη συνόδος ἐψηφίζατο, κρατύνειν ἐσπούδακεν. ἕνα γὰρ ὁμολογεῖ Χριστὸν ⊛ υἱὸν τοῦ Θεοῦ μετὰ τὴν σάρκωσιν ἐδογμάτισε· καὶ τὴν αὐτὸν ἀσπόρως καὶ ἀπαθῶς φύσιν πεπυσμένη ἀειπάρθενον κύριον, ἀληθῶς καὶ κυρίως ἀπεφήνατο θεοτόκον. καὶ ⊛ λοιπὸν Νεστόριον, ⊛ ἕνα Χριστὸν εἰς δύο διαιροῦντα υἱούς, αὐτοῖς αὐτοῦ δόγμασι τῷ αἰωνίῳ ἀφίησιν ἀναθέματι, ὡς δὲ καὶ τοῖς ὀν τῇ δ'. πατέρων τὰ ἱερὰ δόγματα ἐμποδοῦ· οἳ τὴν ὀξύτερον σύγχυσιν Εὐτυχοῦς τε καὶ Διοσκόρου, τῆς ὁδῶν τ' ἐκκλησίας ἐξορακίσαντες, ⊛ ἕνα Χριστὸν ἐκ δυοῖν φύσεων συνηθέντα, καὶ ἐν δυσὶ φύσεσι καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν θεωρούμενον, ἀπεφήνατο. τούτους γὰρ τὴν ἐκ διαμέτρου τοῦ Νεστορείου ἀσεβεστάτην δυσσέβειαν, καὶ δοκήσει δὲ μέγα τ' οἰκονομίας πλεονάζειν μυστήριον οἰομένους, ⊛ μὴν τ' δυσσεβοῦς διαιρέσεως, τὴν δὲ τ' δυσσεβεστέρας συγχυτικῆς ἑνώσεως, ἐνδίκως μισήσαντες Θεοῦ πόρρω βάλλουσιν. ἀλλὰ δὲ καὶ ὅσα τ' πέμπτη θείῳ ἐμπνευσθεῖσα πνεύματι ἐδογμάτισεν, ὑποσκήπτει ἀσπάζεσθαι· καὶ τῶν περὶ αὐτῆς καταψηφισθέντων ἀποδιίστασθαι τῆς ὀλεθρίων, φημὶ Ωριγένους καὶ τῶν περὶ αὐτὸν, ληρημάτων. ἀλλὰ καὶ ἡ τὰ τῶν περὶ αὐτῆς ἱερῶν συνόδων ζώτη βεβαιωσαμένη καὶ σπεύξασα, ἡ ἕκτη φημὶ σύνοδος, ἥδε ἐν αὐτῷ τῷ ῥηθέντι κρίνει, δύο θελήσεις, ὡς καὶ δύο φυσικὰς ἐνεργείας ὑπὲρ τοῦ ἑνὸς τοῦ κυρίου ἡμῶν δογματίσαντες, τὸν περὶ Πύρρου καὶ Σέργιον, μίαν θέλησιν ὑπὲρ τοῦ κυρίου ἀληθῶς κηρύξαντας, ἀκηρύκτους πεδήσασι· πάντων δὲ τῶν ἐπ' εὐσεβείᾳ γνωρίμων κρατεῖν τ' πίστιν βεβαίαν μέχρι συντελείας αἰῶνος εὐσεβῶς πεθεσπίκασι· καὶ τοὺς παρεισπεσόντας τι ἢ ἀφαιροῦντας τ' ἡμῖν παραδεδομένης ὀρθῆς καὶ ὑγιοῦς πίστεως, τῷ ἀναθέματι ἀξίους ψηφίζονται.

Τούτοις συνάδουσα καὶ ἡ ἐν Καρθαγένῃ σύνοδος, ἥν τι τῷ πρώτῳ καὶ δευτέρῳ τούτοις κανόνι, ὑπὲρ τῶν ἐν τῇ πρώτῃ συνόδῳ θείων πατέρων δογματισθέντα, περί τε τοῦ ὁμοουσίου τ' παναγιωτάτης καὶ ἁγίας τριάδος, καὶ τ' εἰς αὐτὸν ἡμῶν πίστεως διαφερόντως ὑποσκήπτει παραδοθεῖσαν, ὧν καὶ τὸ ἱερὸν τ' πίστεως σύμβολον παρὸν λέξιν ἐκτίθεται.

Οἱ δὲ πολιτικοὶ οὕτω κῦ ῥήμασι διατίθενται νόμοι. Χριστιανός ἐστιν ὁ πιστεύων μίαν θεότητα ἐν ἴσῃ ἐξουσίᾳ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· ὁ δὲ παρὰ τὰ εἰρημένα δοξάζων αἱρετικός ἐστι.

MATTHÆI

## ΑΡΧΗ ΤΟΥ Α ΣΤΟΙΧΕΙΟΥ.

### ΚΕΦ. α'.

*Περὶ τῶν ἀρνησαμένων τὴν ἀμώμητον ταυτὴν τῶν Χριστιανῶν πίστιν, καὶ ὅπως τοὺς μεταμελομένους τούτων προσίεσθαι δεῖ.*

Ἐπικαιρότατον δ' ἂν εἴη μὴ νῦν διεξέναι, ὅπως νὺς ἅπαξ φωτισθέντας, Παῦλός ἂν δή που ὁ μέγας ἔφησε, γευσαμένους τε τῆς δωρεᾶς τοῦ ἐπουρανίου, καὶ μετόχους γενηθέντας πνεύματος ἁγίου, καὶ καλὸν γευσαμένους Θεοῦ ῥῆμα δυνάμεις τε μέλλοντος αἰῶνος, καὶ παραπεσόντας (ὢ τῆς ζημίας) καὶ ἀρνησαμένους τὸν εἰς ἡμᾶς κύριον πίστιν, οἱ θεῖοι πατέρες σπλάγχνοις ἀφάτων οἰκτιρμῶν αὖθις ὠδίνουσι (Παῦλος, καὶ τοῦτο ἀναπληρούτω μοι) μέχρις ἂν ὁ Χριστὸς μορφωθῇ ἐν αὐτοῖς· οἷς μύριοι πολὺς μεταμέλειας τῆς δεινῆς ἀβουλίας εἰσῆλθε. πλείους γὰρ οἱ πατέρες κατέλυσαν τοῖς ὑπερβάσαι τὰς διαφορὰς, ταῦτ' ἄρα καὶ διαφόρους προσεννόησαι τὰς ἐκ τῶν ὑπερμιῶν θεραπείας.

Ὁ τοίνυν μέγας τῆς Νύσσης Γρηγόριος, τῷ τῆς σοφίας προέχοντι καὶ πνευματικῆς ὑπερβολῆς, συμπάντων τῶν ἡμῖν ἁμαρτημάτων τὴν ἡγεμόνα ἀκριβούμενος, οὐδὲν ἐν τῷ α'. κεφαλαίῳ πρεῖα φησὶ τὰ κατ' αὐτὴν ψυχὴν ἡμῶν διαιρούμενα· ὅ λογικὸν, ὅ θυμικὸν, καὶ ὅ ἐπιθυμητικόν. ἐν τούτοις καὶ τὰ κατορθώματα τῆς ἀρετῆς μετιόντων, καὶ τὰ πτώματα τῆς εἰς κακίαν ἀπορρεόντων. καὶ τὸ μὲν λογικὸν ἀρετὴν εἶναι τὴν εὐσεβῆ περὶ ὅ θεῖον ὑπόληψιν, καὶ τὴν τοῦ καλοῦ τε καὶ κακοῦ διακριτικὴν ἐπιστήμην, καὶ τί μὲν ὀρεκτὸν ἐν τοῖς οὖσι, τί δὲ βδελυκτὸν ὑπολαμβάνειν καὶ ἀπόβλητον· κακίαν δὲ τούτου τὴν ἐκ τοὐναντίου περὶ ὅ θεῖον ἀσέβειαν, οἷον εἴ τις τὴν εἰς Χριστὸν ἀρνησάμενος πίστιν πρὸς Ἰουδαϊσμὸν ἢ εἰδωλολατρείαν ἢ Μανιχαϊσμὸν ἐξετράπη, ἢ πρὸς γόητας καὶ μάγους ἀπὼν ἑαλω, καὶ τὰς διὰ δαιμόνων καθάρσιά τινα καὶ ἀποτροπασμοὺς ἐνεργεῖν ὑπισχνουμένους· καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ὅ περὶ τὴν κρίσιν τῶν πραγμάτων ἐσφάλθαι, ὡς πνέναι ὅ φῶς σκότος, καὶ ὅ σκότος φῶς, καὶ τὴν γραφήν. τῆς δ' αὖ ὑπερθυμητικοῦ ἀρετὴν ἀπηχῶς εἶναι τὴν τῆς ἀρετῆς ἕφεσιν· ὅ, ἐρωτικῇ τινι πάσῃ δυνάμει καὶ ψυχῆς ὁλοχερεῖ διαθέσει πρὸς αὐτὸν κολλᾶσθαι, καὶ μηδενὸς τὴν εἰς αὐτὸν ἀγάπην προτίεσθαι, ἀφ' ἧς πηγάζεται τοῖς ἀνθρώποις ἡ ἀρετὴ καὶ πᾶν δώρημα τέλειον· ἢ που φησὶν ὁ θεῖος Ἰάκωβος. τούτου δὲ γε σκαιότητα τὴν φιληδονίαν, τὴν φιλοχρηματίαν, τὴν τῆς κενῆς δόξης ἕφεσιν καὶ τῆς ὑπερχρωσμένου τοῖς πώμασιν ἄνθους, ἥ γε δὴ καὶ εἰς πορνείαν ὁρῶσα καρδία μελετωμένη πλούτῳ, ἢ καὶ μοιχείαν. ταύτας οὖν τὴν μὲν ὑπερβουλὴν ὠρίσατο καὶ ἀδικίαν τῆς ἀλλοτρίου, τὴν δὲ γε πορνείαν, ὑπερθυμίας μόνης ἐκπλήρωσιν τῆς πέλας γάμου μὴ διαρρύτου. τῆς δὲ ἀτόπου μοιχείας καὶ τὴν παιδεραστίαν ἡρπόδαι, καὶ τὴν ζωοφθορίαν· φύσεως γὰρ καὶ ταῦτα κρίνει μοιχείαν, ὡς ἂν εἰς ἀλλότριον δή που καὶ παρὰ τὴν φύσιν γινομένης τῆς ἀδικίας. τῆς γε μὴν θυμοῦδους διαθέσεως ἐπαινομένην καὶ κατὰ φύσιν ἐνέργειαν, τὴν πρὸς ὅ κακὸν ἀπέχθειαν, ὅ τοῖς πάθεσι πολεμεῖν, πρὸς ἀνδρίαν τε ἐρωμῶσθαι, καὶ μὴ τοὺς τοῦ θανάτου ἀπειλοὺς δεδιέναι, πεῖράν τε ἀλγεινῶν μὴ καταπλήττειν βασάνων, καὶ πρὸς τῆς ἡδίστων ἢ σωμάτων διαζεύξιν μὴ μαλακίζεσθαι τῆς πίστεως καὶ ἀρετῆς ἀντεχόμενον. ἐκπροπὴν δὲ ταύτης καὶ ἀπόπτωμα, ὅ φθονεῖν τε καὶ μνησικακεῖν τοῖς ἐμφιλονείκοις ἐρεθισμοῖς, αἳ δὴ καὶ εἰς πληγὰς ἐπ' ὄπι τελευτῶσι καὶ φόνους.

Περὶ μὲν οὖν τῆς δύο τῆς ψυχῆς δυνάμεων, θυμοῦ τε φημὶ καὶ ἐπιθυμίας, καὶ τῶν ἐν τούτοις σωιζομένων ἁμαρτημάτων τῷ προφήκοντι τόπῳ καὶ ὡς ἡ τάξις ἀπαιτεῖ τῶν



## INITIUM LITERÆ A.

### CAPUT PRIMUM.

*De iis qui immaculatam hanc Christianorum fidem negarunt; & quomodo qui ex iis pœnitentiam agunt, admittendi sunt.*

PEropportunum erit deinceps enarrare, quomodo qui semel illuminati fuerint, (uti alicubi dicit Magnus Paulus) & gustaverint donum cæleste, & participes facti fuerint Spiritus sancti, & bonum Dei verbum gustaverint, & virtutes futuri sæculi, & lapsi sint (oh ingens damnum!) & fidem in dominum negaverint, Sancti Patres visceribus ineffabilis misericordiæ iterum parturiunt, (Paulus, & hoc mihi compleatur, inquit) donec Christus formetur in iis; quos nimirum ob gravissimum suum errorem magna pœnitentia incessit. Etenim Patres in iis plurimas differentias observârunt, & propterea per pœnas diversa remedia porrexerunt.

Magnus itaque Gregorius Nyssenus *in Epistolâ ad Letoium* sapientiâ & cognitione spirituali excellentem, omnium peccatorum nostrorum originem investigaturus, in primo statim Canone, tria in animâ nostrâ consideranda dicit; Rationem, Iram, & Concupiscentiam; inque iis tùm rectè facta eorum qui virtutem prosequuntur, tùm delicta eorum qui ad vitium prolabuntur, consistere. Et Rationis quidem virtutem esse, piam de Deo opinionem, inter bonum & malum discernendi scientiam; & quid in rebus expetendum sit, quidque aversandum & rejiciendum, cognoscere: ejus autem vitium esse oppositam circa res divinas impietatem; prout, si quis fidem in Christum negans, ad Judaismum, vel Idololatriam, vel Manichæismum conversus fuerit, vel ad præstigiatores & magos, eosque qui se per dæmonas piacula quædam & averruncationes operaturos pollicentur, abiisse deprehensus sit; &, ut uno verbo dicam, fallacitèr de rebus judicare, ut lucem tenebras ponere, & tenebras lucem; uti ait Scriptura. Rursus Concupiscentiæ virtutem planè esse, boni appetitionem, omni facultate amatoriâ, & totâ animæ affectione Deo adhærere, & amorem ejus, à quo virtus & omne perfectum donum hominibus derivatur, (uti alicubi dicit sanctus Jacobus) pro nulla re pro derelicto habere: ejus autem declinationem esse, libidinem, avaritiam, inanis gloriæ, & floris, qui corporis superficiei est illitus, desiderum; quod in anima exercitum in fornicatione aut adulterio terminatur: quorum quidem, adulterium definit, insidias & injuriam alteri allatam; Fornicationem vero, libidinis duntaxat expletionem, quæ vicini conjugium non attingit. Quinimo & pædicatum, & cum brutis animalibus commercium, adulterio irrationali appendi dicit; ea enim, utpote in id quod alienum est, & præter naturam factam injustitiam, naturæ adulterium existimat. Facultatis denique irascibilis laudabilem & secundum naturam actionem esse, mali odium, perturbationibus animæ bellum indicere, ad fortitudinem corroborari, & mortis minas non expavescere, gravissima tormenta sine metu experiri, propter disjunctionem à rebus jucundis consuetisque non languescere, fidei & virtuti adhærescentem. Hujus autem declinationem & lapsum esse, invidere, rixarum & scommatum recordari, quæ in plagis aliquando & cædibus terminantur.

De duabus animæ potentiis, ira nempe & concupiscentia, & peccatis quæ in iis consistunt, suo loco, & ut ordo literarum postulat, inferius dicetur; peccata



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

autem quæ à Rationis motu præternaturali procedunt, in præsenti considerabimus: ea enim graviora à Patribus judicata sunt, & multò laboriosiori conversione digna; quorum non minimum est, rectæ fidei abnegatio; de quâ verba facere mihi in animo est. Ea igitur non solum ex modorum differentiâ, verum & ex temporum diversitate, judicatur. Vel enim minis solis perterriti erant, aut adulatione irretiti, qui lapsi sunt, vel qui tormenta experti cruciatuum acerbitatem ferre nequibant. Porro alii quidem voluntariè impietatem amplexi sunt, se bona sua aliter amissuros existimantes; alii vero post fidei abdicationem, persequutores (oh hominum impietatem!) evaserunt. Ex iis rursus alii errorem pro veritate commutarunt, cum religio adhuc in primordiis esset, & nondum bene stabilita; cumque persequutio valdè ferveret, & Tyranni furore perciti veritatis præcones gravissimis tormentis subjicerent: alii autem cum religio omnes sub sole terras illustraret, & reges, non minus quam diademata, quibus cincti sunt, adornaret.

A στοιχείων ῥηθήσεται· ἄτλα δὲ ἡ τῆ λογιστικῆ παρὰ φύσιν δημουργῆ κίνησις, ἃ νῦν ἤδη σκοπήσομεν· ταῦτα γὰρ καὶ χαλεπώτερα τοῖς πατράσιν ἐκείνη, καὶ μείζονος καὶ ὀπιπτευτέρας δεόμενα τῆς ὀπτροφῆς, καὶ τούτων οὐκ ὀλίγα τῆς ὀρθῆς πίστεως ἄρνησιν, ἐφ' ἧς καὶ εἰπεῖν προελήλυθα. αὐτὴ τοίνυν μὴ ὀπὶ γε τῆ τῶν τρόπων διαφορᾶ, ἀλλὰ καὶ τῆ διαλάττοντι κρίνεται τῶν καιρῶν. ἤτοι γὰρ μόνῳ καταπλαγέντες ἀπειλῶ, ἢ κολακείᾳ ὑποπλακέντες εἰσὶν οἱ καταπεσόντες, ἢ καὶ βασάνων πειραθέντες, καὶ φοβηθέντες δριμύτητα μὴ ἀντισχόντες τῶν αἰκισμῶν. καὶ οἱ μὲν ἑτέλουτὶ τὰ τῆς ἀσεβείας ὑποπάσσοντο φαρμάκων ἀπελλάξαι νομίζοντες, οἱ δὲ καὶ μετὰ τοῦ τῆς πίστεως ἀδέτοιον διῶκται (φεῦ τῶν ἀσεβῶν) γεγόνασι. καὶ τούτων αὖθις οἱ μὲ ὦ πλάνον τῆς ἀληθείας ἠλλάξαντο, ὃν φορτικοῖς οὖσι τῆς εὐσεβείας, καὶ μηδέπω καλῶς ἱδρυμένης, ἠνίκα καὶ ὁ διωγμὸς σφοδρὸν ἔπνει, καὶ μεμιγμένῃ τῶν τυράννων ἀνηκέστοις καθυποβαλλόντων βασάνοις τοὺς φρεσβεύοντας τὼ ἀληθειαν· οἱ δὲ ὅπ ζῶ τῆς εὐσεβείας τὼ ὑφ' ἡλίῳ φθείρε, καὶ βασιλέως οὐκ ἧττον ἐκόμει ἢ οὗ φθείκαιντας ἀγαθήματος.

B

## *De Clericis qui propter metum fidem negârunt.*

## Περὶ τῶν διὰ φόβον ἀρνησαμένων κληρικῶν τὼ πίστιν.

C

De Clericis metu periculi lapsis lxii. sanct. Apostol. canon, Si quis, inquit, Clericus propter metum humanum, vel Judæi vel Græci, vel Hæretici, negaverit, siquidem nomen Christi, omnino ejiciatur, si vero Clerici deponatur; pœnitentiam autem agens, Laici locum capiat.

Περὶ μὲ οὖν τῶν φόβῳ κινδύνου καταπεσόντων κληρικῶν ὁ ξβ'. τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανών, ἐί τις φησὶ κληρικὸς διὰ φόβον ἀνθρώπινον ἢ Ἰουδαίου ἢ Ἕλληνος. ἢ αἱρετικοῦ, εἰ μὲ ὅ τῶ Χριστοῦ ἀρνήσεται ὄνομα, πάντως ἀποβαλλέσθω, εἰ δὲ ὅ τῶ κληρικοῦ, καθαιρείσθω· μετανοήσας δὲ, χώραν λαϊκοῦ λαμβανέτω.

Primus autem & secundus Syn. Ancyranæ canon, Presbyteros & Diaconos qui metu tormentorum sacrificârunt, deinde contra reluctati sunt, seu pœnitentiam egerunt, & coram Tyrannis Christum confessi sunt, honoris quidem & cathedræ participes esse jubet, munus vero sacerdotale aliquod obire non permittit.

Ο μέντοι α'. καὶ β'. τῶν ἐν Ἀγκύρᾳ συνόδου κανών, τοὺς φόβῳ βασάνων θύσαντας πρεσβυτέρους καὶ διακόνους, εἶτα ἀναπαλαίσαντας ἤτοι μετανοήσαντας, καὶ ἐπὶ τυράννων ἐνώπιον τοῦ Χριστὸν ὁμολογήσαντας, τῶν μὲν τιμῆς μετέχειν καὶ τῶν καθέδρας κελεύει, ἱερατικὸν δέ τι ἐνεργεῖν οὐκ ἐφίησιν.

D

Porro sanctus Petrus Alexandrinus in decimo canone, qui, inquit, clerum suum deseruerunt, & se periculis ultro obtulerunt, Coronæ Martyrii desiderio accensi, tormentis vero superati sacrificârunt; si contingat eos rursus pœnitentiam agere, & coram tyrannis se Christianos esse confiteri; æquum est ut Laicorum communione eâque solâ digni habeantur. Planum autem est eos sensus expertes esse, si ministerium à quo sponte exciderunt, iterum ambiant; neque enim qui clerum semel deseruit, per confessionem Christi, pro casu suo gratiam demereri potest.

Ο δὲ ἅγιος Πέτρος Ἀλεξανδρείας ἐν τῆ ί'. κανόνι, οἱ τὸ ἴδιον καταλιπόντες φησὶ κλῆρον καὶ τοῖς κινδυνοις σφὰς αὐτοὺς ὑποδεδωκότες στεφάνων ἐφέσει μαρτυρικῆ· ἡττηθέντες δὲ τῶν βασάνων καὶ πεσόντες, εἰ καὶ εἰς αὖθις ἀναπαλαῖσαι τύχοις ὑπῆρξε, καὶ Χριστιανοὺς ἑαυτοὺς τῶν τυράννων ἐνώπιον ὁμολογῆσαι, δίκαιοι ἂν εἶεν ἐπὶ τῆ λαϊκῆ ἀξιοῦσθαι κοινωνίας, καὶ μόνης. ἀναμάρτητος δ' ἔχειν αὐτοὺς ἀποφαίνεται, εἰ τῆς λειτουργίας αὖθις μεταποιοῖντο ἧς ἐκπεπλώκασιν ἑκόντι· τῆ γὰρ τοῦ κλήρου ἅπαξ ἀποφοιτήσαντι ἐστὶ ἡ ὑπὲρ Χριστὸν ὁμολογία τοῦτον αὖθις χαρίζεσθαι οἱ διὰ τὼ ἐκπλῶσιν διώκαται.

E

Decimus autem Synodi primæ Canon, quamvis, inquit, qui lapsi sunt & fidem negârunt, ordinati fuerint, sive insciis sive conscuis iis qui eos ordinârunt, postea cogniti deponuntur, ab eâ ordinatione nequicquam adjuti.

Ο δὲ τ α'. συνόδου ί. κανών, εἰ καὶ προχειρίσαντό φησιν οἱ παραπεπλωκότες καὶ ἀρνησάμενοι, ἀγνοούντων ἢ ἀδότων τῶν χειροτονησάντων, γνωσθέντες ὕστερον καθαιροῦνται, μηδὲν ὀκ τῆ χειροτονίας ὠφεληθέντες.

## *De Laicis qui fidem negârunt.*

## Περὶ τῶν ἀρνησαμένων λαϊκῶν.

Laicos qui metu solo supplicii, vel publicationis, vel exilii, impietati cesserunt, vi. Syn. Ancyranæ canon in sexennium à sacrorum mysteriorum perceptione arcet.

F

Λαϊκοὺς δέ γε τοὺς ἀπειλῆ καὶ μόνῃ κολάσεως ἢ δημεύσεως ἢ ἐξορείας τῆ ἀσεβείᾳ ὑπεξάντας, ὁ ς'. τῶν ἐν Ἀγκύρᾳ συνόδου κανὼν ὅπὶ ἑξαετίαν τῶν ἱερῶν μυστηρίων ἀπείργει.

Idem statuit tertius canon sancti Petri Alexandrini martyris.

Ταύτης ὀκ ἀποδεῖ τῶν ψήφου καὶ ὁ τρίτος τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Πέτρου Ἀλεξανδρείας.

Primus autem ejusdem canon, eos qui post tormentorum gravissimorum perpessionem sacrificarunt, ad tres annos pœnitentiæ condemnat.

Ο δὲ γε α'. αὐτοῦ, τοὺς μὴ πεῖραν ἀνηκέστων πεπονθότας βασάνων ὅπὶ τριετίαν καταδικάζει.

Ο δὲ

Ο δὲ β'. τοὺς μὴ πλὴν ἐν φυλακῇ μόνῃ παλαιπωρίαν, καὶ μέχρι πτερυγίου.

Secundus vero, eos qui in carcere duntaxat afflicti sacrificarunt, usque ad quatuor.

Οὕτω καὶ ὁ τ' ἐν Ἀγκύρᾳ δ'. κεφ. τοιούτων καθάπτεται, περὶ δὲ καὶ ὁ ε'. πλὴν τοὺς μὴ ὃ δεῖν ἐν ἐδωδῇ δειπνήσαντας φαιδροτέρᾳ μᾶλλον ἐσθῆτι ἐμπλήττει ἢ τοὺς ἐν τῷ δείπνῳ δεδακρυμένους καὶ πενθικὴν ἔδημα περικειμένους.

Utique & quartus quintusque Syn. Ancyr. canon, eosdem simili pœnæ subjicit. Eos autem qui postquam sacrificaverint, in veste sumptuosiori pransi sunt, magis punit quam eos qui inter prandendum lachrymas fundunt, & lugubri veste induuntur.

Ο δὲ αὖ ή'. ζητεῖ τοὺς δὶς καὶ τρὶς δύσαντας μὴ βίαι εἰς ζ'. ἔτος τ' κοινωνίας ἐξορκίζει.

Porrò viii. ejusdem Syn. canon, eos qui bis vel ter per vim sacrificarunt, usque ad septimum annum communione interdicit.

Ο δὲ Νύσσης μέγας Γρηγόριος ἐν τῷ α'. κανόνι, οἱ βασάνοις χαλεποῖς αἰκισθέντες φησὶ καὶ δύσαντες ἐν ῥητῷ χρόνῳ ἐνιαυτῷ θ'. ἐπιτιμήσουσιν.

Magnus autem Gregorius Nyssenus in primo canone, qui gravibus, inquit, tormentis excruciati sacrificarunt, præstituto tempore novem annorum puniuntur.

Ο δὲ ζ'. τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ, τοὺς ἐν εἰδωλείῳ ἐθνικοῖς συνεστιαθέντας, εἰ καὶ ἴδια βρώματα ἐπικομιζόμενοι βεβρώκασι, πλὴν δέ γε ὅ δόξαι τοῖς ἀπίστοις συνεορτάζειν, μὴ ἑτέραν εἰς κοινωνίαν κελεύει δέχεσθαι. ὅθεν φασί τινες, καὶ τοὺς πρέσβεις ἢ αἰχμαλώτους ἐθνικοῖς συνεστιαθέντας χρὴ μετρίως ἐπιτιμᾶν, τοὺς δὲ καταφρονήσει καὶ ἀδιαφορίᾳ τοῦτο ποιοῦντας σφοδρότερον.

Septimus vero Ancyranæ canon, eos qui in Idoli templo cum paganis convivati sunt, licet proprios cibos afferant, comedantque, ex eo tamen quod cum infidelibus festum celebrare visi sunt, non nisi post biennium ad communionem admittere jubet. Unde dicunt nonnulli, quod legati vel captivi qui cum paganis convivantur, mediocritèr; qui vero per contemptum & indiscriminatim ita faciunt, graviùs puniendi sunt.

Ο δὲ μέγας Βασίλειος ἐν πα'. κανόνι, τοὺς μὴ πρὸ πάντων βασάνων ἀνεγκλήτους τῷ πόνων μὴ ὑπενεγκόντας, καὶ εἰδωλοθύτων γευσαμένους, καὶ ὅρκους ὁμοσάντας ἑλληνικούς, μὴ πρότερον ἐξ τῇ ἱερᾷ προσιέναι ἀξιοῖ κοινωνίᾳ. τοὺς μέντοι μεγάλης ἄνευ ἀνάγκης τὴν πίστιν προδεδωκότας, καὶ τραπέζης δαιμονίων ἡμένους ὡς ἔτος η'. παρατείνει.

Porrò magnus Basilius in canone lxxxi. eos qui tormenta experti & cruciatus non ferentes idolis mactata gustaverunt, & juramenta Paganorum jurarunt, post sex annos ad sanctam communionem accedere permittit. Pœnas autem eorum qui sine magna necessitate fidem prodiderunt, & mensæ Dæmonum accubuerunt, ad viii. annum extendit.

## Περὶ τῶν ἀρνησαμένων ἑκουσίως.

## *De iis qui voluntariè fidem negârunt.*

Ἡ πρώτη μὲν τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων, ἔν τε τῷ ια'. καὶ ιβ'. κανόνι, τοῖς μὲν ἐκ παντὸς ἀνάγκης τὰ τῶν Χριστιανῶν ἐξωσαμένοις δηλ. τῆς τυραννίδος τοῦ δυσσεβοῦς Λικινίου, καὶ γνήσιον αὖθις μετάμελον ἐπιδειξαμένοις, εἰς δωδέκατον ἔτος πάντα μένδειν τῶν ἁγιασμάτων ἀπέρριψεν. εἰ καὶ ἀνάξιοι πάντες ἦσαν φιλανθρωπίας φησὶ, οὕτω δόξαν τοῖς ἁγίοις πατράσι ψηφίσασθαι· τοῦ καιροῦ καταλαμβανομένους οἶμαι καὶ τῶν πραγμάτων, τῷ τότε γὰρ σφοδρὸν κατὰ Χριστιανῶν ὁ διωγμὸς ἦπτετο.

Prima Syn. œcumenica in Can. xi. & xii. iis qui sine aliqua necessitate sub impii Licinii tyrannide fidem Christianam abjurarunt, & genuinam postea pœnitentiam ostenderunt, duodecim annis Sacramentorum participatione interdicit. Etsi enim, inquit, omnes humanitate indigni fuerant, ita sanctis Patribus decernere visum est; ad id nimirum tempus rerumque statum collimantibus: tunc enim persequutio inter Christianos valdè fervebat.

Ἀλλὰ γὰρ οὐχ οὕτω κρίσιν ὁ μέγας ἔσχε Βασίλειος, οὐδὲ ὁ ἀδελφὸς τούτου φρονῶν ἀδελφὸς Γρηγόριος Νύσσης. ὁ μὲν γὰρ ἐν ογ'. κανόνι τοὺς μὴ Χριστὸν ἠρνημένους διὰ βίου τῆς ἱερᾶς κοινωνίας ἐκβάλλει, προσκλαίοντας εἰσέτι καὶ ἐξομολογουμένους, ἀπαίροντας δὲ τοῦ βίου τὰ ἁγιασμάτων ἀξιοῦσθαι κελεύει, τῇ τοῦ θεοῦ παῤῥησίᾳ καὶ πεποιθήσει φιλανθρωπίᾳ.

Verum neque magnus Basilius, nec frater ejus Gregorius Nyssenus, sententiis pariter conjuncti, in eadem opinione versantur. Ille enim in lxxiii. eos qui Christum negarunt, toto vitæ tempore à sancta communione ejicit, ut lugeant & confiteantur, in suo autem è vita exitu, Sacramentis dignos haberi jubet, Dei misericordiæ confisos & innitentes.

Ο δὲ Νύσσης μέγας Γρηγόριος ἐν τῷ α'. κανόνι, ὁ ἑκούσιός φησι πίστιν εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἀρνησάμενος, καὶ Ἰουδαϊσμῷ ἢ εἰδωλατρείᾳ, ἢ Μανιχαϊσμῷ ἢ ἄλλῳ τινὶ τῶν τῆς ἀσεβείας εἰδῶν ὄντων πλειόνων προσδήσας, εἶτα καταγνοὺς ἑαυτοῦ, μετάνοιαν εἰσφέρεται τῷ χρόνῳ τῆς ζωῆς αὐτοῦ συμπεραινομένῳ· οὐδέποτε γὰρ τῆς μυστικῆς εὐχῆς πληρουμένης σὺν ἅμα τοῖς πιστοῖς τὸν θεὸν προσκυνεῖν τούτῳ ἐφεῖται, ἀλλὰ καὶ κατ' μόνας προσεύξεται, καὶ τῆς κοινωνίας τῶν ἁγιασμάτων καθόλου ἀλλότριος ἔσται· τοῦ δὲ θανάτου ἐφεστηκότος τῆς μερίδος τῶν θείων μεταλήψεται δίχα. εἰ γε μὲν συμβαίη παρ' ἐλπίδας τοῦτον ὑγιαίνειν, τῶν αὐτῶν αὖθις ἐπιτιμίων ὑπόδικος ἔσται διὰ βίου, τῶν ἁγιασμάτων μέχρις αὐτῆς ἐρημώσεως τῆς ὁδοῦ.

Magnus autem Gregorius Nyssenus in primo canone, qui voluntariè, inquit, fidem in Dominum nostrum Jesum Christum negaverit, & Judaismo vel Idololatriæ vel Manichæismo, vel alicui alii impietatis generi, quarum magnus est numerus, sese adjunxerit, deinde seipsum condemnaverit, toto vitæ suæ tempore pœnitentiam agit; nunquam enim ei concedetur, quando mystica peragitur oratio, Deum unà cum fidelibus adorare; sed & seorsim precabitur, & à Sacramentorum communione omnino erit alienus: morte autem instante sacrorum munerum particeps erit. At si contigerit eum præter spem convalescere, iisdem pœnis per integram vitam rursus erit obnoxius, Sacramentorum ad ejus exitum usque expers.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

A

*De iis qui postquam fidem negaverint, alios etiam persequuntur.*

Quod si aliqui, inquit ix. Ancyranæ canon, cruciatuum gravitate adeo perculsi fuerint, ut non solum à fide decisçant, sed & in eos quibus fides curæ est, insurgant, eosque ad dæmonibus sacrificandum incitent, & Christianos, qui ignoti erant vel absconditi, in medium trahant, perfectus decem annorum numerus, iis pœnitentiam agentibus perfectam remissionem emetietur. Non enim canon hic de fidem prorsus negantibus, & religionis hostibus differit, qui Ecclesiæ perse- B quutores sese apertè exhibuerunt: hi enim licet pœnitentiam agant, gravioribus pœnis quam iis quas duo prædicti canones decernunt, si possibile est, subjicientur: non itaque hos intelligit, sed eos qui adhuc orthodoxè sentiunt, metu autem tormentorum, se impiorum dogmatis assentiri simulant.

Magnus autem Athanasius in Epistolâ ad Ruffinianum, ex Sacerdotibus, inquit, qui cum Arrianis communicarunt, ii quidem qui vi subducti sunt, canonice corriguntur, è loco autem ordinis quem sortiti sunt, non ejiciuntur; præcipue si rationem, uti dixerunt, cum iis C minimè consentientem habuerint, & se prudenti consilio cum iis communicasse simulaverint, metuentes ne ipsis unà cum religione expulsis, Ecclesiæ per impiorum introductionem corrumperentur. Qui autem non solum communicarunt, sed & pro viribus suis impietatis propugnatores & patroni fuerunt, si pœnitentiam agant, non pœnis prædictis subjiciuntur, sed Sacerdatio exuti in Laicorum loco constituuntur. Laicis vero seductis aut vim passis venia indulta est, postquam canonicè correcti fuerint, & hæreticorum opiniones apertè anathematizaverint, & fidem orthodoxam Nicææ confirmatam, se in honore habituros pol- D liciti fuerint. Hanc, inquit, sententiam non ipse solummodo, sed & sancti Patres in Syn. topicis congregati professi sunt.

*De iis qui, dum Catechumeni essent, fidem negarunt.*

Porrò sancti Patres neutiquam in animo habebant, ut ii qui dum fidei initiis imbuuntur, impingunt, impunè evaderent. Can. enim xiv. i. Syn. eos tribus annis audientium pœnam subire, deinde ad ordinem priorem revertere, & unà cum Catechumenis precari ju- E bet.

Canon autem xii. Syn. Ancyranæ, eos qui ante baptismum sacrificarunt, postquam baptizati, adeoque à peccati sorde mundati fuerint, ad sacerdotium promoveri mandat.

*De iis qui negare coacti, sese non submiserunt.*

Tertius Syn. Ancyr. canon, qui à persequutoribus fugiunt, juxta mandatum quod persequentes nos effugere F jubet, prorsus autem evadere nequeunt, sed capti sunt, & per vim coacti vel thus in manus accipere, vel ore cibos profanos degustare; non autem silentium agunt, sed clamant se esse Christianos, firmâ nimirum ratione præditi; eos, ut qui minimè peccarunt, communione non esse arcendos judicat, immo vero & ad sacerdotium absque omni dubitatione promovendos, si modo anteacta eorum vita ab omni reprehensione aliena fuerit: neque enim confessionis coronæ exciderunt.

Idem de iisdem statuit sanctus Petrus Martyr in xxiv. canone.

Περὶ τ̃ μ̃ τὼ ἀρνησιν καὶ ἑτέρους διωξάντων.

Εἰ δέ τινες, ὁ Θ'. τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ φησὶ κανὼν τοσοῦτον καταπλαγῆσθαι βάρυ τ̃ κολάσεων, ὡς μὴ ὅτι τῆς πίστεως ἀποστῆναι, ἀλλὰ καὶ μεταξαναστῆναι οἷς ἐμέλησεν τ̃ τ̃ πίστεως, ὥστε καὶ δύειν προτρέπειν δαίμοσιν, ἢ ἀγνουμένους ἔστιν οὓς καταμιμύειν οἷα Χριστιανούς, ἢ καὶ κρυπτομένους εἰς μέσον ἕλκειν, ὁ τῆς δεκαετίας τέλειος ἀριθμὸς δ τέλειον τῆς ἀφέσεως τούτοις μεταμελομένοις δῶρημερήσῃ. οὐ γὰρ δήπου ὡδεί τ̃ ὀξάρνων πάντη γεγλυμμένων, καὶ ἀπεναντίας ἰσαμένων τῇ ἀσεβείᾳ ὁ κανὼν ἔσω διέξεισιν, οἵτ᾽ ἄρα καὶ διῶκται τῆς ἐκκλησίας πεφήνασιν ἀτυχῶς. ἐκεῖνοι γὰρ εἴ γε καὶ ἀληθῶς μεῖλανοῖεν, καὶ βαρυτέρων εἰ οἵοντε πειραθήσονται δῶρημμίων, ἢ οἱ νῦν ῥηθέντες ἄμφω δικαιοῦσι κῆμόνες· οὐ δὴ τούτοις φησὶν, ἀλλὰ τοὺς ἔτι μᾶλ τ̃ῆς ὀρθοδόξων φρονοῦσας, δέει γε μὴ τ̃ῆς βασημίων τὰ τ̃ῆς ἀσεβῶν ὑπέρχεσθαι σκηπτομένους.

Ο δὲ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῇ πρὸς Ῥουφινιανὸν ἐπιστολῇ τ̃ῆς κεκοινωνηκότων τοῖς τὰ Ἀρείου φρονοῦσιν ἱερωμένων φησί· οἱ μὲν βίᾳ καθυπαχθέντες κανονικῶς μὲν ἀθῳοῦνται, τ̃ῷ τόπου δὲ τῆς μετέλαχον τάξεως ἐκβάλλονται· καὶ μάλιστα εἰ ⊛ λογισμὸν ἔπιστα εἶχον ἐκείνοις συμβαίνοντα ὡς φασιν, δι᾽ οἰκονομίαν δὲ κεκοινωνηκέναι προσποιήσωνται, δέει τ̃ῷ μὴ φθαρῆναι ταῖς ἐκκλησίαις τῇ τ̃ῆς δυσσεβῶν ἀντιστρατηγῇ, αὐτῶν ὑποφορίαν μ̃ τ̃ εὐσεβείας γεγυμνωμένων· οἱ δὲ προθ̃ κεκοινωνηκέναι καὶ τ̃ ἀσεβείας ἀγωνιζόμενοι, καὶ συναγορεύοντες εἰς δυνάμεν, οὐ τῆς αὐτοῖς ὀφειλομένοις μεταμελόμενοι καθυποβάλλονται, ἀλλὰ γυμνάμενοι τ̃ ἱερωσύνης ἐν τῇ τ̃ λαϊκ̃ῆς πάντοντας χώρᾳ. τοῖς δὲ ἀναπεθεῖσιν ἢ βίᾳ παθοῦσι λαϊκῆς συγγνώμη δίδοται, κανονικῶς πρότερον ὀφειλομένοις καὶ φανερῶς ἀναθεματίζουσι τὰ τ̃ῆς αἱρετικ̃ῆς· καὶ τὸ ἐν Νικαίᾳ ὀρθόδοξον πίστιν προσδόκιον ὑπισχνουμένοις. Οὕτω οὐ κἀγὼ φησι μόνος τὸ ψ̃φον, ἀλλ᾽ οἱ καὶ εἰς συνόδους τοπικὰς ἀθροισθέντες θεῖοι πατέρες ἐξένεγκαν.

Περὶ τ̃ ἀρνησαμένων κατηχουμένων ὄντων.

Οὐδὲ τοὺς προπεπωκότας τ̃ κατηχουμένων ἀνδιδοῦσι προιδεῖν οἱ θεῖοι πατέρες ἐνόμισθ. ὁ γὰρ ιδ'. τ̃ α'. συνόδου κανὼν εἰς γ'. ἔτος ἐν τῇ τ̃ ἀκροωμένων ὑπομένειν κελεύει γίνεσθαι τοὺς τοιούτους, εἶθ᾽ οὕτω πρὸς τὸ προτέραν τάξιν ἐπανιέναι καὶ τοῖς κατηχουμένοις συνεύχεσθαι.

Ο δὲ τ̃ ἐν Ἀγκύρᾳ ιβ'. κανὼν, τοὺς περὶ τὸ βαπτίσματος πταίοντας, μ̃ ὃ βάπτισμα δι᾽ μάλα τὸ ῥύπου ἀποπλυναμένους καὶ εἰς ἱερωσύνην ὑποσκήπτειν προάγεσθαι.

Περὶ τ̃ ἀναγκασθέντων ἀρνήσασθαι καὶ μὴ ὑποκυψάντων.

Ο γε μὲν γ'. τ̃ ἐν Ἀγκύρᾳ κανὼν, τὸν ὀκνοῦντα τοῖς διώκταις ἡμομένους καὶ τὸ φεύγειν ὅπερ διώκτας ὑμᾶς κελεύουσθ᾽ ἐντολὴν, ἀλλαθράναν τε τελέως μὴ δυνησθέντας, ἀλλὰ καὶ συλληφθέντας, ἢ λιβανωτὸν εἰς χεῖρας δέξασθαι, ἢ τῷ σώματι τ̃ ἀνιέρων σιτοδῶν γεύσασθαι, ὑ μὴν ἀνεχομένους ἔχειν σιγῇ, ἀλλὰ βοᾶντας ἐγὼ Χριστιανούς, οἷα ⊛ λογισμὸν κεκλημένους ἀπτῖτον, τούτους ὡς ἥκιστα ἁμαρτήσοντας τ̃ κοινωνίας δεῖν ἔκρινε μὴ ἐξαίρεσθαι. ὑ μόνον δὲ ἀλλὰ καὶ εἰς ἱερωσύνην μηδὲν ὑποδιαζόντας προβιβάζειν· εἴγε καὶ ὁ περὶ τ̃ βίος τούτοις εἶχε ὃ ἀνεπίληπτον· οὐ γὰρ τ̃ ὁμολογίας στεφάνου διήμαρτον.

Οὕτω δὲ τ̃ῆς τοιούτων καὶ ὁ Ἱερομάρτυς Πέτρος ψηφίζεται ἐν τῷ κδ'. κανόνι.

Νόμοι

A

Νόμοι πολιτικοί.

Οἱ ἀξιωθέντες τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, καὶ πάλιν Ἑλληνίζοντες, ἐσχάτῃ τιμωρίᾳ ὑποκείνται.

Οἱ ἀποστάντες τῆς ὀρθοδόξων πίστεως καὶ αἱρετικοὶ γνώμωσι, ἢ θύσωσιν, ἢ θύσαι τινὶ ἐπαγγειλάμενοι, ἢ δυνάνται δωρεῖσθαι, ἢ δωρεῖσθαι, οὔτε ἐκ διαθήκης, οὔτε ἐξ ἀδιάθετου λαμβάνειν τι δυνάνται.

*Leges Civiles.*

Qui ſacroſancto baptiſmo digni habiti fuerint, & rurſus ad gentilitatem redeunt, pœnis graviſſimis obnoxii ſunto.

Qui ab orthodoxâ fide recedunt, & hæretici facti, vel ſacrificant, vel alicui ſe ſacrificaturos pollicentur, teſtamento quicquam præſcribere aut donare nequeunt, nec ex teſtamento, aut ab inteſtato quicquam accipere poſſunt.

B

## ΚΕΦ. β'.

Περὶ Αἱρετικῶν, καὶ ὅπως χρὴ δέχεσθαι τοὺς ἐξ αἱρέσεων ἐπιστρέφοντας.

ΑΛΛΑ γὰρ ὅπως, καὶ τοὺς ἐξ αἱρέσεων ἐπιστρέφοντας, καὶ τῇ καθολικῇ προσιόντας ἐκκλησίᾳ, οἱ θεῖοι πατέρες προσδέχεσθαι παρήγγειλαν, ἤδη σκοπητέον. ὡς ὃν εἶδει δὲ διαιρέσεως τῶν ἀποδιϊσταμένων τοῦ ὀρθοῦ φρονήματος, τὰς γνωμικωτάτας προῶτον ῥητέον προσηγορίας, ἃς δὲ ὁ ἀπάτηλον καὶ πολυχεδὲς τῶν νόθων δογμάτων ἐπάσσοις αὐτῶν ἐπεκλήρωσε. τὰς μὲν γὰρ αἱρέσεις προσηγόρευκαν οἱ πρὸ ἡμῶν. κατὰ μόνην φησὶν ὁ μέγας Βασίλειος, τὰ δὲ σχίσματα, τὰς δὲ συναγωγάς. αἱρέσεις μὲν οὖν τοὺς πάντη ἀπερρηγμένους καὶ κατ' αὐτὴν ἀπηλλοτριωμένους τὴν πίστιν, οἷον Μανιχαίους, Οὐαλεντίνους, Μαρκιωνιστὰς, Πεπουζηνοὺς, καὶ τοὺς ἐκείνοις συνάπλησίους· σχίσματα δὲ τοὺς δι' αἰτίας τινὰς ἐκκλησιαστικὰς καὶ ζητήματα ἰάσιμα, πρὸς ἀλλήλους διενεχθέντας, καὶ μᾶλλον ὃ διαφέρεσθαι περὶ τὸν τρόπον τῆς μετανοίας πρὸς τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν· συναγωγὰς δὲ τὰς συνάξεις, οἷον ἔστι τῶν ὑποσύντων ἢ πρεσβυτέρων παίσματι ἀλόντος, ὑποχείρου τῆς λειτουργίας, καὶ τοῖς κρίμασιν ὑποκύψαι μὴ ἀναδόμενος, ἑαυτῷ τὴν προεδρίαν ἐξεδίκασε καὶ λειτουργίαν, καὶ τούτῳ συναπτόμενοι οἱ ἀπαθοῦσίαν νοσοῦντες ἐκ τοῦ λαοῦ τὴν καθολικὴν καταλείποντες ἐκκλησίαν. δέδικτο τοίνυν, φησὶν, τοῖς ἐξ ἀρχῆς ὃ μὴ τῶν αἱρετικῶν βάπτισμα πάντως ἀθετικέναι, ὡς ὃν ἀυτῷ τῷ εἰς θεὸν πίστιν πέφυκε τούτοις ἡ διαφορά· παραδέχεσθαι δὲ τῶν ἀποστατῶν· τοὺς μέντοι συναγομένους ἀξιολόγῳ μετανοίᾳ τὸ ὑπερφυὲς ὑποδειξαμένους, ἐνοῦσθαι πάλιν τῇ ἐκκλησίᾳ· ἔστι δ' ὅτε καὶ τοὺς ἐν βαθμῷ συναπελθόντας τοῖς ἀνυποζύγοις, εἶτα μεταμελομένους εἰς τὴν προτέραν τάξιν ἐπανιέναι. τοὺς γε μὴν καθαροὺς τὸ ἀποστατικὸν καὶ αὐθαδὲς ὄντας καὶ Ἐγκρατίτας, καὶ Ὑδροπαραστάτας, ἔδοξέ φησι τοῖς περὶ Κυπριανὸν, καὶ Φιρμιλιανὸν τὸν ἡμέτερον πάντας ἀναβαπτίζεσθαι· εἰς γὰρ τὴν Καρχηδόνα, ἧς ἐπίσκοπος ὁ μέγας Κυπριανὸς ἦν, συνόδου πατέρων ἀρχαιοτέρα πασῶν ἤθροιτο, οἷς ἤρεσεν ἐκ κοινῆς ψήφου πάντας αἱρετικοὺς τε καὶ σχισματικοὺς προσιόντας τῇ ἐκκλησίᾳ βαπτίζεσθαι. καὶ συνελογίζοντο γὰρ οὕτωσι, εἰ μὴ περὶ δόγματα οἱ σχισματικοὶ σφάλλοιντο, ἀλλ' ἐπείτοιγε κεφαλὴ τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας ὁ Χριστός ἐστι κατὰ θεῖον ἀπόστολον, ἐξ οὗ τὰ μέλη πάντα ζωοῦται, καὶ τὴν πνευματικὴν αὔξησιν δέχεται· οὗτοι δὲ τῆς ἁρμονίας τῶν μελῶν τοῦ σώματος ἀπερράγησαν, ὁπόταν χωσθέντες ὦσιν ἔξω τῆς ἁγίου πνεύματος· ὃ τοίνυν οὐκ ἔχουσι, πῶς ἂν τοῖς ἄλλοις μεταδοῖεν; ἀλλ' ὅμως φησὶ ὁ μέγας οὗτος πατὴρ, ἐπεὶ πολλοῖς τῶν κατὰ Ἀσίαν ἔδοξε δι' οἰκονομίαν τὸ τῶν καθαρῶν βάπτισμα δέχεσθαι, ἔστω δεκτόν.

C

D

E

F

Περὶ Ἐγκρατιτῶν.

Τὸ τῶν Ἐγκρατιτῶν μέντοι οὐκ ἐξίλεω. Μαρκιωνιστῶν γάρ ἐστιν ἄντικρυς ἡ κατ' αὐτοὺς αἵρεσις, βλάστημα· κατ' ἐκείνους γὰρ καὶ οὗτοι τὸν γάμον βδελύσσονται, τὸ Σατανᾶ ᾠδὴ

## CAPUT II.

*De Hæreticis, & quomodo, qui ex hæreſibus converſuntur, admittendi ſunt.*

JAm vero quamnam rationem in admittendis iis, qui ex hæreſibus converſuntur, & ad Eccleſiam Catholicam accedunt, ſancti Patres ſervari jubent, in præſenti inquirendum eſt. Quin & hic quaſi factâ diviſione eorum, qui à rectâ opinione diſcedunt, generaliſſimæ appellationes, quas ſinguli ex iis à multifariis, fallacibus ſpuriisque dogmatis ſortiti ſunt, inprimis dicendæ veniunt. Alia enim hæreſes, inquit magnus Baſilius in primo canone, Patres nuncupârunt, alia vero ſchiſmata, alia rurſus paraſynagogas. Hæreſes quidem, eos qui omnino abrupti ſunt, & quoad ipſam fidem abalienati, ut Manichæi, Valentini, Marcioniſtæ, Pepuzeni, & iis conſimiles: Schiſmata autem, eos qui propter cauſas aliquas eccleſiaſticas & quæſtiones medicabiles inter ſe diſſident; præcipuè ab iis qui ſunt ex Eccleſiâ Catholicâ de modo pœnitentiæ diſſentire: Paraſynagogas autem illegitimos conventus, ut ſi quis Epiſcopus vel Presbyter in delicto deprehenſus, & à miniſterio obeundo prohibitus, ſeſe canonibus ſubmittere recuſet, & præſulatum ſacrumque miniſterium ſibi vendicet, unâque qui è populo inſcitiâ laborant, relictâ Eccleſiâ Catholicâ cum illo diſcedant. Patribus ergo antiquis viſum eſt, inquit, Hæreticorum baptiſmum omnino rejicere, utpote qui de ipſa in Deum fide diſſentiant; ſchiſmaticorum vero baptiſmum admittere; & ut ii, qui conventicula celebrant, per genuinam pœnitentiam converſionem ſuam indicantes, rurſus Eccleſiæ uniantur: & quandoque ut qui in gradu collocati cum rebellibus abierunt, poſtea autem pœnitentia ducti ſunt, ad priorem ordinem revertantur. Catharos autem, qui ſunt ex abſciſſis, & Encratitas, & Hydroparaſtatas, viſum eſt, inquit, Cypriano & Firmiliano noſtro omnes de integro baptizandos eſſe: Carthagine enim, cujus Epiſcopus erat magnus Cyprianus, Synodus Patrum omnium antiquiſſima congregabatur, iiſque omnes hæreticos & ſchiſmaticos, qui ad Eccleſiam accedunt, iterum baptizandos eſſe ex communi conſenſu placuit. Ita enim ratiocinati ſunt, licet ſchiſmatici circa dogmata non errent, quia tamen Chriſtus caput eſt corporis Eccleſiæ ſecundum divinum Apoſtolum, per quod membra omnia animantur, & incrementum ſpirituale recipiunt: hi autem membra ſunt à corporis compage abrupta, Spiritus ſancti gratiam non amplius in iis permanentem habent; quod igitur ipſi non habent, quomodo aliis impertiri poſſunt? ſed tamen, quandoquidem, inquit hic magnus Pater, viſum eſt nonnullis Aſiaticis prudenti conſilio Catharorum baptiſmum ſuſcipiendum eſſe, ſuſcipiatur.

*De Encratitis.*

Encratitarum autem [Baptiſmum admittere] neutiquâ liceat. Eorum autem hæreſis eadem plane eſt cum hæreſi Marcioniſtarum, ex eadem utique germinaſcens. Etenim

&

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

& hi nuptias abominantur, easque Satanicas appellant; vinum rejiciunt, animatorum esum prohibent, & Dei creaturam pollutam esse delirantes asserunt. Neque dicant quod in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti baptizantur, qui cum Marcione Deum malorum causam esse affirmant. Ne autem ob nimium rigorem segniores eos ad accedendum ad Ecclesiam Catholicam reddamus, consuetudine, inquit, utendum est, & sequi oportet Patres, qui res nostras administrârunt. Quare, uti iis visum est, sacro oleo inuncti Sacramentorum participes sint.

A

## *De Hydroparastatis.*

B

Sunt autem Hydroparastatæ qui in sacri calicis administratione, aquam duntaxat offerunt; vinum cum ea miscere in animum non inducentes. Quin & legitimas nuptias à fornicatione nihil differre existimant. Eadem etiam xlvii. ejusdem Canon decernit. Quære de Hydroparastatis & Armeniis in viii. cap. lit. K.

Porrò vii. can. Syn. ii. œcumen. clare decernit, quomodo eos, qui ex hæresi revertuntur, admittere oporteat. Etenim hæreticos omnes in duo genera distinguens, alios oleo inungi, alios autem rebaptizari definivit. Arrianos itaque & Macedonianos, & Sabbatianos, & Novatianos qui sese, hi catharos, illi finistros nominant, & Quartadecumanos sive Quartanos, & Apollinaristas, quoniam ex æquo nobiscum sacro baptismate perficiuntur, denuò baptizare neutiquam necesse existimat, verum eos, postquam scripto omnem suam hæresim anathematizaverint, sacro oleo inungere jubet, frontem & oculos & nares & os & aures; & signantes dicere, Signaculum doni Spiritus sancti.

C

## *De Eunomianis.*

Eunomianos vero, qui unâ demersione baptizantur, & Montanistas, qui & Phryges dicuntur, & Sabellianos qui Patrem idem esse cum Filio docent, iisque consimiles, ut qui nihilo melius quam pagani non baptizati, veritate judice, affecti sint, ad Ecclesiam Catholicam accedentes statim baptizari jubet. Vel enim non omnino baptizati erant; vel si baptizati fuerant, secundum Ecclesiæ orthodoxæ constitutiones non signabantur; & ob eam rationem à S. Patribus pro non illuminatis habiti sunt.

D

## *De Arrianis.*

Sunt autem Arriani qui cum Arrio sentiunt, Ecclesiæ Alexandrinæ Presbytero, qui Dei Filium & Spiritum sanctum diversam à Patre essentiam habere, & creaturas esse profanè docuit.

E

## *De Macedonianis.*

Macedoniani vero, qui de Filio quidem rectè senserunt, Spiritum autem sanctum creaturam esse & à divinitate alienum blasphemè asserebant: unde & Semiarriani dicti sunt. Quin & eandem appellationem alia etiam ex impiis hæresibus sortita est. Eorum nempe qui Filium & Spiritum sanctum, non creaturas cum Arrio, nec ejusdem cum Patre substantiæ, sed peregrino quodam more similis cum Patre substantiæ sentiebant. Metuebant enim, uti dicebant, ne affectionem aliquam Patri per generationem ab iis attribui quis putaret.

F

## *De Novato.*

Novatus autem veteris Romæ Presbyter, hæresin eorum, qui Cathari dicuntur, exorsus est; schismaticus

αὐτὸν ἀποφαινόμενοι, ⁂ οἶνον ἀποτρέφονται, τῷ τὴν ἐμψύχων ἀπαγορεύοντι ἐδωδὴν, καὶ τῷ κτίσιν τοῦ Θεοῦ μεμιασμένην εἶναι λέγουσι· μὴ γὰρ λεγέτωσαν ὅτι εἰς πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα βαπτίζονται· οἵ γε καλῶς πιστεύουσι ⁂ θεὸν λέγουσιν, ἐφαμίλλως τῷ Μαρκίωνι. Ἀλλ' ἵνα μὴ τὴν ἀκριβείαν ἐχόμενοι ὀκνηροτέρους αὐτοὺς ποιήσωμεν εἰς τὸ προσιέναι τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, χρηστέον φησὶ τῷ ἤθει, καὶ τοῖς τὰ καθ' ἡμᾶς οἰκονομήσασι πατράσιν ἀκολουθητέον, καὶ ὡς ἐκείνοις δοκεῖ, χριόμενοι τῷ ἁγίῳ μύρῳ οὕτω τῶν ἁγιασμάτων μεταλαμβανέτωσαν.

## Περὶ Ὑδροπαραστατῶν.

Ὑδροπαραστάται δέ εἰσιν οἱ μόνον ὕδωρ ὂν τῇ ἱερουργίᾳ τοῦ ἁγίου προσφέροντες ποτηρίου, οἶνον δὲ πύτῳ μιγνύναι μὴ ἀνεχόμενοι· καὶ ⁂ ἔννομον γάμον μηδὲν διενεγκεῖν πορνείας οἰόμενοι. τὰ αὐτὰ καὶ ὁ μζ. κανὼν τοῦ αὐτοῦ διορίζεται. ζήτει περὶ Ὑδροπαραστατῶν καὶ Ἀρμενίων ἐν τῷ ι'. κεφ. τοῦ Κ. στοιχείου.

Ἀλλὰ γὰρ καὶ ὁ ζ'. κανὼν τῆς οἰκουμενικῆς καὶ β'. συνόδου, ὅπως χρὴ δέχεσθαι τοὺς ἐξ αἱρέσεως ἐπιστρέφοντας ἀκριβῶς νομοθετεῖ. εἰς δύο γὰρ μοίρας ἅπαντας διελὼν, τοὺς μὲν μύρῳ χρίεσθαι, τοὺς δὲ ἀναβαπτίζεσθαι διορίσατο. Ἀρειανοὺς μὲν οὖν, καὶ Μακεδονιανοὺς, καὶ Σαββατιανοὺς, καὶ Ναβατιανοὺς, τοὺς λεγομένους ἑαυτοὺς Καθαροὺς, καὶ Ἀποστατικοὺς, καὶ Τεσσαρεσκαιδεκατίτας ἤτοι Τετραδίτας, καὶ Ἀπολιναριαστὰς, ἐπειτὰ ὀξίους ἡμῖν τοῦ θείου πληρώσαι βαπτίσματος, οὐκ οἴεται δεῖν τούτοις ἀναβαπτίζειν, ἀλλὰ μὴν ⁂ τὴν σφετέρας αἱρέσεως ἔγγραφον ἀναθεματισμὸν, τοῦ ἁγίου χρίειν μύρῳ κελεύει τὸ μέτωπον αὐτῶν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ τὰς ῥῖνας, ὅ ἐστι στόμα τι, καὶ τὰ ὦτα, καὶ σφραγίζοντας λέγειν, σφραγὶς δωρεᾶς πνεύματος ἁγίου.

## Περὶ Εὐνομιανῶν.

Εὐνομιανοὺς γε μὴν τοὺς εἰς κατάδυσιν βαπτιζομένους μίαν, καὶ Μοντανιστὰς τοὺς καλουμένους φρύγας, καὶ Σαβελλιανοὺς τοὺς διδάσκοντας τὴν ὑποστατείαν, καὶ τοὺς ὁμοίους τούτοις, ὡς οὐδὲν ἄμεινον τῆς ἀβαπτίστου Ἑλλήνων ἀληθείας δικαζούσης ἔχειν κειμένους, τῇ καθολικῇ προσιόντας ἐκκλησίᾳ. οὐδὲ κελεύει βαπτίζεσθαι. ἢ γὰρ ὅλως οὐκ ἐβαπτίσθησαν, ἢ καὶ βαπτισθέντες οὐ κατὰ τοὺς θεσμοὺς τῆς ὀρθοδόξων ἐκκλησίας ἐνεσημάνθησαν. ταύτῃ τοι καὶ ὡς ἀφώτιστοι τοῖς θείοις παιδεύσι λογίζονται.

## Περὶ Ἀρειανῶν.

Ἀρειανοὶ μὲν οὖν εἰσιν οἱ τὰ Ἀρείου φρονοῦντες, ὃς Πρεσβύτερος ὢν τῆς κατ' Ἀλεξάνδρειαν ἐκκλησίας, ⁂ υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἑτερούσια τῷ πατρὶ καὶ κτίσματα ὁ βέβηλος ἐδογμάτιζεν.

## Περὶ Μακεδονιανῶν.

Μακεδονιανοὶ δὲ οἱ περὶ μὲν τοῦ υἱοῦ ὑγιῶς φρονοῦντες, τὸ δὲ ἅγιον πνεῦμα κτιστὸν βλασφημοῦντες καὶ ἀλλότριον τῆς θεότητος· παρὸ καὶ ἡμάρτοσι κακῶς. ζητοῦσι δὲ τῆς κλήσεως καὶ ἑτέρα τῆς ἑξαγίστων αἱρέσεων ἔτυχεν· οἱ δὴ ⁂ υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον οὔτε κτίσματα ὡς ὁ Ἄρειος, οὔτε μὴν ὁμοούσια τῷ πατρὶ δεξάζειν ἠνείχοντο, ξένῳ δέ τινι τρόπῳ ὁμοιούσια τῷ πατρί. ἐδεδίεσαν γὰρ ὡς ἔφασκον μὴ πάθος περὶ ⁂ πατέρα διὰ τῆς γεννήσεως νομισθῇ.

## Περὶ Ναβάτου.

Ναβάτος δὲ πρεσβύτερος ὢν τῆς παλαιᾶς Ῥώμης τῆς λεγομένων Καθαρῶν αἱρέσεως ἦρξε, χρηματικὸς ὢν κυρίως οὐκ

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

σὴ αἱρετικός· οὐ γὰρ περὶ τὴ πρῶ ὀρθῶν δογμάτων τοῖς πιστοῖς διεφέρετο, ἀλλὰ τοῖς ἐν τῷ διωγμῷ ἀποκύψασι καὶ θύσασιν ἀπηγόρευε τῶ μετάνοιαν· τοῖς τε διγάμοις σὴ ἐκοινώνει. ἀνὴρ ὧν εἰ καὶ μὴ περὶ πίστιν ἔσφαλτο, ἀλλ' ὅμως διὰ τὴν ἀσυμπαθῆ αὐτῆ καὶ μισάδελφον, συνόδου γενομένης ἐν Ρώμῃ ἐπὶ Κορνηλίου τῦ Πάπα, Δεκίου βασιλεύοντος, ἀπεβλήθη καὶ ἀνεθεματίσθη, ὡς ὁ τῦ Παμφίλου Ευσέβιος ἱστορεῖ.

A proprie non hæreticus: non enim circa dogma aliquod à fidelibus dissentiebat, sed iis qui in persequutione lapsi sunt, & sacrificarunt, pœnitentiam negabat; & digamis non communicabat. Quare licet circa fidem non erraverit, tamen propter immisericordiam & fratrum odium, Synodo Romæ habitâ sub Cornelio Papa, Decio imperante, ejectus erat & anathemate percussus; ut Eusebius Pamphili in historiâ sua narrat.

## Περὶ Σαββατιανῶν.

## *De Sabbatianis.*

Σαββατιανοὶ δὲ ὧν ἠγήτο Σαββάτός τις πρεσβύτερος, τ' αἱρέσεως μὲν κἀκεῖνος ὢν τ' Ναβάτου, τῇ δ' πρὸ πολλὰ χείρω φιλοτιμίᾳ κ' Ιουδαϊκῶς σαββατίζειν ἠρεῖτο, νηστείαν ἐν τέτῳ μείζω, καὶ τ' ἄλλα πρὸς ἀκριβείαν ἐκείνοις κατὰ τὰ κ' οἱ Λατῖνοι πανταχοῦ.

Sunt autem Sabbatiani, quibus præfuit Sabbatius quidam Presbyter, eandem hæresin cum Novato professus, nisi quod pejorum studio teneretur, & more Judaico Sabbatum coleret, in eo jejunium peragens; & alia eorum æmulus faceret: sicut & nunc temporis Latini.

## Περὶ Αειστερῶν.

## *De Sinistris.*

Οἱ αὐτοὶ καλοῦνται καὶ ἀειστεροὶ, ὅτι τὴν ἀειστερὰν ἀντὶ βδελυττόμενοι χεῖρα, δι' αὐτῆς φορεῖσθαι ποιοῦνται μὴ τολμῶντες.

Iidem etiam Sinistri vocantur, quod manum sinistram abominentur, non omnino ausi per eam quicquam prehendere.

## Περὶ Τεσσαρεσκαιδεκατιτῶν.

## *De Quartodecumanis.*

Τεσσαρεσκαιδεκατῖται δ', οἱ τὸ πάσχα πλανῶντες σὴ ἐν ἡμέρᾳ κυριακῇ κ' τὰς ἱερὰς τ' ἐκκλησίας θεσμούς, ἀλλ' ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ τεσσαρεσκαιδεκατάιαν ἂν τύχῃ τὴν σελήνην γενέσθαι, ὃ τ' τῶν Ιουδαίων θρησκείας ἔστιν ἰδιάτατον.

Sunt porrò Quartodecumani qui Pascha celebrant, non die Dominicâ, secundum sacras Ecclesiæ Constitutiones, sed ea die qua Luna Quartadecima contigerit; quod est Judaicæ superstitionis maximè proprium.

## Περὶ Τεταρτιτῶν.

## *De Quartanis.*

Οἱ δ' αὐτοὶ κ' Τεταρτῖται, ὅτι δ' πάσχα ἑορτάζοντες οὐ καταλύειν ἀλλὰ νηστεύειν αἱροῦνται, ὡς ἐν ταῖς τετράσιν ἡμεῖς, Ιουδαίους κἂν τούτῳ μιμούμενοι τὸ μὴ δ' πάσχα ἄζυμα κ' πικρίδας ἐσθίοντας.

Iidem etiam Quartani nominantur, quod cum Paschatis festum celebrant, nusquam in diversorium se conferant, sed jejunare malint, quemadmodum nos qualibet feria quarta; in hoc etiam Judæorum æmuli, qui post Pascha panes non fermentatos & herbas amaras comedebant.

## Περὶ Απολιναριαστῶν.

## *De Apollinaristis.*

Απολιναριασταὶ δὲ ὧν ἦρχεν ὁ πολὺς τ' κακίαν Απολινάριος, τῷ τ' ἐν Συρίᾳ Λαοδικείας θρόνῳ ἀνοχῇ θεοῦ εἰσφυρεὶς, ὃς περὶ τὴν οἰκονομίαν φανερῶς ἐβλασφήμει, λέγων τὸν υἱὸν τ' θεοῦ σῶμα μὲν ἔμψυχον, νοῦ δ' πάμπαν ἄμοιρον, ἐκ τ' ἁγίας ἀνειληφέναι Παρθένου, ἄτε τ' θεότητος ἀποχρώσης ἀντὶ τῦ νοῦ, ἄλογον ὥσπερ τὴν ψυχὴν τ' κυρίου φρονῶν, ἀλλὰ κ' μίαν φύσιν ὅτι τ' κυρίου ἐδίδασκεν. οὗτοι πάντες ἐῤῥῶσθαι πολλὰ ταῖς οἰκείαις αἱρέσεσι φαύλοις μύρῳ μόνῳ χριόμενοι τοῖς τ' ἐκκλησίας ἀναριθμοῦνται πρόσφατοι.

Sunt autem Apollinaristæ, quibus præfuit scelleratissimus Apollinarius, in thronum Laodiceæ, quæ est in Syria, Deo permittente, perniciosè introductus, qui circa œconomiam apertè blasphemus erat, dicens Filium Dei corpus quidem vivum, sed mentis omnino expers, à sancta Virgine accepisse, Divinitate sc. mentis locum supplente; & sicut animam Dei irrationalem sentiebat, ita & unicam esse in eo naturam tradidit. Hi omnes postquam hæresibus suis omnino valedixerint, oleo duntaxat inuncti Ecclesiæ filiis annumerantur.

Ἄδρει δήμοι ὅσοι τε κ' οἷοί τε εἰσὶν οἱ θεῖοι πατέρες ἀξιοῦσιν ἀναβαπτίζεσθαι.

Vide sis autem, quinam & quales sint, quos sancti Patres rebaptizari volunt.

## Περὶ Ευνομιανῶν.

## *De Eunomianis.*

Ευνομιανοὶ ὧν ἦγεῖτο Ευνόμιος· Γαλάτης δ' ὢν Κυζίκου γέγονεν ἐπίσκοπος, χείρονα μακρῷ τ' Αρείου φρονῶν· τρεπτὸν γὰρ κ' δοῦλον κ' κτίσμα πάντα ἀνόμοιον τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν ἐδογμάτιζε. τοὺς γεμοῦν τῇ ἀπάτῃ τούτου φρενοπλανεμένους εἰς μίαν κατάδυσιν ἐβάπτιζεν ὁ ἐξάγιστος, κ' κεφαλῆς αὐτοὺς καταδύων ἄνω τῶν ποδῶν αὐτῆς περαμμένων· ἀλλὰ κ' τὰς μελλούσας κολάσεις μὴ ἀληθεῖς εἶναι ἀπεφλύαρει δι' ἐκφόβησιν μόνῳ ἀπειληθείσας.

Eunomiani sunt quibus præfuit Eunomius; qui ex Galatia oriundus Cyzici erat Episcopus, pejora multo quam Arrius sentiens. Etenim Filium mutabilem, & servum, & in omnibus Patri dissimilem esse docuit. Eos etiam qui errori ejus assentiebantur, nequam iste unica immersione baptizabat, prono capite & pedibus sursum versis eos immergens. Quin & futura supplicia non vera esse, sed eorum minas ad terrorem duntaxat intentatas, nugatoriè asseruit.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

## *De Montaniſtis.*

Montaniſtæ autem ſunt, qui à Montano quodam nomen ſortiti ſunt. Iidem Phryges nominabantur, vel quod Hæreſiarcha, vel quod ipſa hæreſis, ex Phrygia eſſet oriunda. Hic vero Montanus ſe Paracletum appellabat, & mulierculas duas ſecum ducens, Priſcillam & Maximillam, eaſdem Prophetiſſas vocabat.

## Περὶ Μοντανιστῶν.

Μοντανισταὶ οἱ ἀπὸ Μοντανοῦ τινος ὄντες τὴν κλῆσιν· οἱ δὲ καὶ Φρύγες ὠνομάζοντο, ἢ τῆς αἱρεσιάρχου τούτων Φρυγὸς ὄντος, ἢ τῷ ἀρχῷ ἐκ Φρυγίας ἡ τοιαύτης φυείσης αἱρέσεως. ὁ τοίνυν Μοντανὸς οὗτος παράκλητον ἑαυτὸν προσηγόρευε, καὶ δύο γυναῖκας ἐπαγόμενος. Πρίσκιλλαν καὶ Μαξιμίλλαν προφήτιδας αὐτὰς ἐκάλει.

## *De Pepuzenis.*

Iidem etiam, quod Pepuzam Phrygiæ oppidum divinis honoribus celebrantes Hieroſolymam nuncuparent, Pepuzenorum quoque nomen aſſequuti ſunt. Ab illis divortia conjugum permiſſa, & à certis quibuſdam ciborum generibus abſtinentia imperata, Paſchatis dies in alienum tempus rejecta, & in unam perſonam ſacro-ſancta Trinitas contracta & confuſa. Illi etiam ſanguinem pueri aculeolis compuncti cum farina miſcentes, ac panem inde conficientes, tum offerebant, tum ex eo participabant.

## Περὶ Πεπουζηνῶν.

Καὶ Πεπουζηνοὶ δὲ οἱ τοιοῦτοι προσηγορεύοντο· Πέπουσθαι γὰρ τὴν Φρυγίας κώμην ἐκθειάζοντες, Ἱερουσαλὴμ αὐτὴν ὠνόμαζον. οὗτοι καὶ τοὺς γάμους λύειν ἐπέτρεπον, καὶ βρωμάτων ἦσιν ὧν ἀπέχεσθαι ἐδίδασκον· τὸ πάσχα διέστρεφον· εἰς ἐν πρόσωπον τὴν ἁγίαν τριάδα συνήγειρόν τε καὶ συνέχεον· καὶ αἷμα παιδὸς κεντουμένου ἀλεύρῳ συμφύροντες καὶ ἀρτοποιοῦντες προσέφερον, καὶ αὐτῶν μετελάμβανον.

## *De Sabellianis.*

Gentilitas igitur ſive conſanguinitas dividitur in adſcendentes & deſcendentes, & eos, qui ſunt ex tranſverſo. Adſcendentes ſunt, qui nos genuerunt, verbi gratia, C pater & mater, avus & avia, & qui ſunt his ſuperiores. Deſcendentes, qui ex nobis ſunt procreati, verbi gratia, filius, filia, nepos, neptis, pronepos, proneptis, & qui hos ordine ſequuntur. Ex tranſverſo ſunt, qui neque nos genuerunt, neque procreati ſunt ex nobis, ſed ad eandem originem ac progeniem nobiſcum referuntur, verbi gratia, frater, ſoror, patruus, amita, fratris filius & filia, conſobrinus, conſobrina, & qui hos ordine ſequuntur, nimirum ex obliquo cognati.

Διαιρεῖται τοίνυν ὁ ὁμογενὴς καὶ ἐξ αἵματος, εἴς τε ἀνιόντας καὶ καταβάντας, καὶ τοῖς ἐκ πλαγίου. καὶ ἀνιόντες μέν εἰσιν, οἱ ἡμᾶς γεγεννηκότες, οἷον, πατὴρ, καὶ μήτηρ· πάππος, καὶ μάμμη, καὶ οἱ τούτων ἀνωτέρω· καταβάντες δὲ, οἱ ἐξ ἡμῶν γεγεννημένοι, υἱός, θυγάτηρ, ἔγγονος, ἐγγόνη, δισέγγονος, δισεγγόνη, καὶ οἱ τούτων ἑφεξῆς. ἐκ πλαγίου δὲ, οἱ μήτε ἡμᾶς γεγεννηκότες, μήτε ἐξ ἡμῶν γεγεννημένοι, ἀπὸ δὲ τοῦ αὐτοῦ καὶ μίαν ἀρχὴν καὶ γονὴν ἡμῖν ἀναγόμενοι, οἷς, ἀδελφός, ἀδελφὴ, θεῖος, θεία, ἀνεψιὸς, ἀνεψιὰ, ἐξάδελφος, ἐξαδέλφη, καὶ οἱ τούτων ἑπόμενοι, οἱ ἀπὸ λοξοτῆς δηλαδὴ συγγενεῖς.

*De adſcendentibus & deſcendentibus.*

Περὶ ἀνιόντων καὶ καταβάντων.

D

Enimvero adſcendentes à deſcendentibus, licet ex legitimis non nati ſint nuptiis, in infinitum arcentur. Non enim fieri poteſt, ut avus cum nepte ſua matrimonii lege copuletur. Infinitum verò dicimus ejus ratione, quod fieri poteſt, non infinitum natura. Quippe genera non ſunt immortalia.

Ἀλλ' οἱ μὲν ἀνιόντες φερὸς τοὺς καταβάντας κἂν μὴ ἐξ ἐννόμων ὦσι γάμων, ἐπ' ἄπειρον κωλύονται· ἡ γὰρ οἷόν τε ἢ πάππον τῇ αὐτῇ ἐγγόνῃ γαμικῶς συναφθῆναι ἄπειρον δὲ φαμεν κτῆ τὸ δυνατὸν, ἡ τὸ φύσῃ ἄπειρον. ἡ γὰρ ἀθάνατα τὰ γένη.

*De gradu ſeptimo conſanguinitatis.*

Περὶ τοῦ ἐξ αἵματος ἑβδόμου βαθμοῦ.

Iis qui ſunt ex tranſverſo gradus octavus matrimonium permittit, cum ſeptimus ab eo prorſus arceat. Quippe non poteſt aliquis ſobrini filiam uxorem du- E cere. Cæterum antea gradus conſanguinitatis ſeptimus, ſi de eo conſuleretur, prohibebatur ille quidem; ſed ſi quo modo res eſſet acta, non prohibebatur, pœna tamen irrogabatur; idque propterea quod ſilentio lex id præterierit, quæ duntaxat ad ſextum uſque gradum prohibet.

Τοῖς δὲ ἐκ πλαγίου, ὁ ὅσιος ἐφίησι τὸν γάμον βαθμοῦ τοῦ ζ'. τοῦτον ταράττει ῥητῶς· ἡ γὰρ δύναταί τις τῷ τοῦ δισεξαδέλφου θυγατέρα γυναῖκα λαβεῖν· ἀλλὰ πρότερον μὲν τὸ τοῦ ζ'. βαθμοῦ ἐξ αἵματος ἐκωλύετο μὲν ἀκωλύετο, ὁπωσδήποτε δὲ πρᾶξαν, οὐκ ἐκωλύετο μέν, ἐπεπλάτο δ', ἀλλὰ διὰ σιωπηθῆναι τῷ νόμῳ, μέχρι τοῦ ς'. καλύοντι μόνον.

*Lex.*

Νόμος.

Legis hæc verba ſunt. Fratris mei, vel ſororis meæ filiam uxorem ducere, fas non eſt; Nec horum neptem, quæ gradu quarto eſt. Nec item patrui filiam, quæ conſobrina eſt: neque filius meus eorum neptem ducit, qui ſobrini dicuntur. F

Φησὶ γάρ· τῷ τοῦ ἀδελφοῦ μου, ἢ τῆς ἀδελφῆς μου θυγατέρα λαμβάνειν εἰς γάμον, οὐ θέμις, οὐδὲ τοῦ τούτων ἐγγόνου, τετάρτου ὄντος βαθμοῦ· οὐδὲ τοῦ θυγατέρα τοῦ θείου, ἤγουν ἐξαδέλφου, οὐδὲ ὁ υἱός μου τοῦ ἐγγόνου αὐτῶν, οἵ τινες λέγονται δισεξάδελφοι.

Sed quia nonnulli propter gravitatem pœnarum clam hujuſmodi nuptias contrahebant, relata res eſt ad Syn. quo tempore divinus ille Lucas Patriarchalem thronum regebat, ac deinceps definivit & ſtatuit ſancta Synodus, nequaquam ejuſmodi nuptias debere procedere vel conſiſtere, ſed ſi de iis conſulatur, prohibendas eſſe, ſin procedant, dirimendas; & ſegregandos qui contraxerint; ac ſacerdotem, qui precibus ſacris initiarit, niſi forte per ignorantiam ſurreptus fuerit, deponendum. Atque hanc rem actam in Syn. confirmavit

Ἐπεὶ δέ τινες τῇ βάρει τῶν ἐπιτιμίων κρύφα τὰς τοιούτους ἐπετέλουν γάμους, ἀνηνέχθη τὰ περὶ τούτου Συνόδῳ, ἣνίκα τοῦ θείου τοῦ πατριαρχικὸν ἰθύνοντος θρόνον, καὶ ἐξ ἐκείνου ὥρισεν καὶ ἔστησεν ἡ ἁγία σύνοδος, μηδόλως τοιοῦτον προβαίνειν ἢ ἵστασθαι γάμον, ἀλλ' ἐκωτιόμενον μὲν κωλύεσθαι, προβαίνοντα δὲ, διασπᾶσθαι, καὶ τοὺς συνάξαντας ἀφορίζεσθαι, καὶ ἱερολογήσαντα ἱερᾶσθαι, εἰ μὴ ἀγνοίᾳ ἐκλάπη, καθαιρεῖσθαι. ἐπεκύρωσε δὲ τῷ Συνοδικῷ ταύτῃ πρᾶξιν καὶ

καὶ θέσπισμα τῦ ἐν βασιλεῦσιν ἀοιδίμυ Μανυὴλ τῦ πορφυρογεννήτυ. ζαύτη τοι καὶ οὐκ ἐφεῖταί τινι ἀπὸ τῦ δισεξαδέλφυ αὐτῦ γυναῖκα λαβεῖν, ἀνεψιὰν τέτυ τυγχάνυσαν. ᾧ γὰρ φύσει δίκαιον, καὶ σώφρονες, καὶ σεμνὸν, ὥσπερ τινα χαλινὸν, ὁ νόμος τοῖς γάμοις ἐπέθηκεν.

A eriam conſtitutio clari inter Imperatores Manuëlis illius in Porphyra nati. Hanc ob cauſam non permittitur, ut quis conſobrini ſui filiam ducat uxorem, quæ ipſi loco ſobrinæ eſt. Quippe naturale jus, & honeſtatem, & pudorem, quaſi frænum quoddam, nuptiis lex impoſuit.

## Περὶ τῦ ἡ. βαθμοῦ ἐξ αἵματος.

## *De gradu conſanguinitatis octavo.*

Εἰς γε μὲν τὸ ἡ. βαθμὸν προβαίνων ὁ ἐξ αἵματος γάμος συγκεχώρηται. τὸ γὰρ τρισεξαδέλφῳ, ἢ τὸ ἐγγόνῳ τῦ δισεξαδέλφυ λαμβάνειν, οὐδ' ἰωτιναοῦν ἔχει κώλυσιν. πλατῦναι γὰρ οἱ πολιτικοὶ νόμοι τὸ τῶν ἐγγόνων βούλημα γνησιότητα, καὶ μὴ περὶ μόνων περικλείειν τὸ συγγένειαν, τὰς μεταξὺ τῶν ἐκ πλαγίυ διακώλυσιν γάμυς, ὡς ἂν τοῖς ἔξωθεν τῆς ἑαυτῶν συγγενείας ἐξ ἀνάγκης συναπτόμενοι, τῷ περὶ αὐτὰς φιλεῖν γνησιότητα καὶ ὄννοιαν.

B Nuptiæ, quæ inter conſanguineos contrahuntur, ſi ad octavum uſque gradum procedant, permiſſæ ſunt. Quippe nati ex ſobrino filiam vel neptem ſobrini ducere nullo modo quis prohibetur. Leges vero civiles legitimæ prolis procreationem ſubjectis dilatare volentes, eamque ſolâ cognatione non circumſcribere, nuptias inter eos qui ſunt ex tranſverſo prohibuerunt, ut iis qui extra eorum cognationem ſint, neceſſariò conjuncti, inter ſe invicem germanam benevolentiam colerent.

## Περὶ τῶν ἐκ πορνείας γεννωμένων.

## *De vulgo quæſitis.*

Τὸ μὲν ἐκ πορνείας σὺν ἔχειν ἅπαν ὄνομα ἕν, ἀλλ' ὑποδιαιρεῖται καὶ τῦτο. εἰ μέν γε ἐκ γυναικὸς συνοικύσης τινὶ φανερῶς καὶ δήλου γένοιτο παῖς, φυσικὸς ἔτι ὀνομάζεται, καὶ ἔχει δεύτεραν τάξιν, ὡς πρὸς τὸ φύσει νόμιμον, καὶ προτιμᾶται εἰς κληρονομίαν καὶ τῶν ἀνιόντων, οὐχ ὅπως τῶν ἐκ πλαγίυ. εἰ μὲν φανερὸς μέν ἐστιν, οὐ μέντοι ἐκ συνοικύσης τῷ ἀνδρὶ γυναικὸς, ὀνομάζεται νόθος. εἰ δὲ πάμπαν ἀφανὴς, λέγεται σκότιος, ὡς φησὶν Ὅμηρος

C Σκότιον δ' ἐγείνατο μήτηρ.

Though nullus nobis eſt ſermo. Nec enim vel ratione contractuum matrimonialium, vel ſucceſſionis, ullum in talibus eſt dubium.

περὶ μὲν οὖν τῦ λόγος ἡμῖν οὐδείς. οὔτε γὰρ εἰς γαμικὰ συναλλάγματα, οὔτε μὴν εἰς κληρονομίαν ἐν τοῖς ζωύσιν ἐστὶν ἀμφισβήτησις.

## Νόμος.

## *Lex.*

D Etiam lex ait: Vulgo quæſitam ſororem nemo ducit uxorem. Item, Qui ſcortatus eſt aliqua cum muliere, ſiquidem ſcortatio manifeſta eſt; ut novercam ejus ducere prohibetur, ita ſobrinam ejuſdem ducere poteſt.

Φησὶ γὰρ καὶ ὁ νόμος, τῷ ἐκ πορνείας ἀδελφῷ, οὐδεὶς λαμβάνω. καὶ ὁ πορνεύσας μετά τινος γυναικὸς, εἴπερ ἐστὶ φανερὰ ἡ πορνεία, τὴν μητρυιὰν αὐτῦ κωλύει λαβεῖν, λαμβάνει δὲ τὴν δισεξαδέλφην αὐτῦ.

## Περὶ τῶν ἐξ ἀγχιστείας.

## *De Adfinitate.*

Καὶ αὕτη μὲν ἡ τῆς ἐξ αἵματος. περὶ δὲ ἐξ ἀγχιστείας, ποικιλωτέρα ἡ εὕρεσις. ἐν τέτοις γὰρ βαθμῶν ποσότητα ζητεῖν οὐδ' ὅλως τοῖς παλαιοῖς ἔδοξεν, ἀλλὰ ζὰ συγκεχυμένα καὶ ἃ ἡλύες κλῆσιν καὶ ἀῤῥεπῆ ῥητῶς κωλύσεις, τὰ λοιπὰ ἀνέγκλητα εἴασεν. οἱ δὲ νεώτεροι, καὶ βαθμὺς αὐτοῖς ἐπενόησεν, καὶ τὸ ὑπὲρ ⸗ ἕκτον βαθμὸν προβαίνειν ἐδοκίμασαν. καίτοι ῥητῶς εἰρήκαμεν, καὶ ἕκτον συγκεχωρημένον, καὶ ἕβδομον κεκωλυμένον· τὸ μὲν, ὡς ἀσύγχυτον, τὸν δὲ ὡς συγκεχυμένον. ὥστε οὐ χρὴ βαθμὺς ἀφαιρεῖσθαι εἰς ζῆτα· ἀλλ' ὃ μὲν ὁ νόμος ῥητῶς ἐκώλυσε, φεύγειν, ὃ δὲ μὴ ἐκώλυσε, προσδέχεσθαι. ἐκώλυσε δὲ ὁ μὲν παλαιότερος νόμος τὰ προσεχέστερα καὶ ἐγγύτερα.

E Hactenus dictum de conſanguinitate. Adfinitatis autem rationes magis ſunt ad inveniendum variæ. Nam in his graduum quantitatem omnino non quærandam eſſe, viſum eſt priſcis; ſed nuptias, quæ confuſionem introducerent in appellationem generis, quæve inhoneſtæ eſſent, diſertè vetantes; reliquas minimè repræhenſas reliquerunt. Recentiores vero etiam gradus in his excogitarunt, & quæ gradum ſextum excederent, locum habere voluerunt. Atqui diſertè invenimus gradum ſextum permiſſum, & ſeptimum prohibitum: illum, velut expertem confuſionis, hunc tanquam confuſioni obnoxium. Quo fit, ut in his gradus minimè introducendi ſint, ſed quod diſertè lex vetuit, fugiendum, quod non vetuit admittendum. Vetuit autem priſca lex propinquiora.

## Νόμος.

## *Lex.*

F Φησὶ γὰρ, πενθερά ἐστιν ἡ μήτηρ καὶ ἡ μάμμη, καὶ ἡ προμάμμη τῆς γαμετῆς μυ, καὶ σὺν ἐκείνων λαμβάνω. καὶ νύμφη λέγεται, ἡ τῦ υἱῦ, καὶ τῦ ἐγγόνυ, καὶ ἡ τῦ προεγγόνυ γαμετή· καὶ προγόνη λέγεται, ἡ ἐξ ἄλλυ ζυγάτηρ, καὶ ἐγγόνη καὶ προεγγόνη τῆς γαμετῆς μυ, καὶ σὺν μίαν αὐτῶν λαμβάνω. σὺν τῷ μητρυιάν μυ, εἰ καὶ πολλὰς ἔχεν ὁ πατήρ μυ· ἐπειδὴ μητέρων ἔχυσι τάξιν, οὔτε μητρυιὰ ἡ ηὐόμενον ἄνδρα τῆς προγονῆς μυ. σὺν τῷ ζυγατέρα ἡ ἀποζεύξασά μοι γυναικὸς, ἡ μὴ τῷ ἀποζεύξιν πρεῖσθαι

Sunt enim ejus hæc verba: Socrus eſt uxoris meæ mater, & avia, & proavia, quarum nullam duco. Nurus etiam dicitur uxor filii, & nepotis & pronepotis. Privigna quoque dicitur, ex alio nata marito uxoris meæ filia, & neptis, & proneptis, quarum nullam duco. Nec item novercam meam, licet plures pater meus habuerit, quoniam matrum loco ſunt. Nec noverca nubit ei, qui privignæ meæ maritus fuit. Nec filiam mulieris duco, quæ à me divertit,

ex

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ex alio marito poſt divortium procreatam. Tomus autem Siſinnii prohibet, ne duo fratres amitam & ejuſdem fratris filiam ducant uxores, ac vice verſa. Præterea vetuit, ne duo fratres ducant duas conſobrinas, in quorum primo quintus, in ſecundo ſextus gradus ſpectatur. Igitur ad quintum uſque gradum prohibitæ ſunt ob affinitatem nuptiæ, ſiquidem in his etiam numerandi ſunt gradus. Quæ verò ſexti gradus ſunt, ſi nulla interveniat confuſio circa generis appellationes, non prohibentur. Sin emergat aliqua confuſio, vetantur.

A ἐξ ἑτέρου ἀνδρός. ὁ δὲ τῶ Σισιννίου τόμ⊖. δύο ἀδελφὰς ἐκώλυσε λαμβάνειν θείαν καὶ ἀνεψιάν, καὶ ἀνάπαλιν. ἔτι δὲ δύο ἀδελφὰς λαμβάνειν δύο πρωτοξαδέλφας. ὁνδετεραῖται δὲ τῷ μὲν πρώτῳ, ὁ πέμπτ⊖. βαθμὸς, τῷ δὲ δευτέρῳ, ὁ ἕκτ⊖. μέχρι μὲν οὖν τοῦ πέμπτου βαθμοῦ, πάντα δὲ ἐξ αἰτίας κεκώλυται· εἰ δὲ μὴ κἂν τούτοις βαθμὸς ἀριθμεῖν. τὰ δὲ τοῦ ϛ'. βαθμοῦ, εἰ μὲν σὺγχυσιν ἔχοι τὰ τῶν γένους ὀνόματα, κωλύεται· εἰ δέ τις ὁρᾶ σύγχυσις, ἄρτεται.

*Gradus ſextus non prohibitus.*

B

Βαθμὸς ϛ'. ἀκώλυτ⊖.

Eas etiam nuptias, quæ contrahuntur ex uno & quinque gradibus, omnes alii prohibent. At verò Theſſalonicenſis antiſtes ille Chumnus, ſua ſententia pronunciavit minimè vetitas. Exempli gratia, ſi pater & filius, qui primo ſunt gradu, copulati fuerint amitæ parvæ, ac fratris ejus filiæ, quæ gradu quinto ſe contingunt.

Καὶ δὴ καὶ μὲν ἐξ ἑνὸς καὶ ε'. βαθμοῦ γαμικὸν γάμον, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες κωλύουσιν· ὁ δὲ γε Θεσσαλονίκης Μιχαὴλ ὁ χοῦμν⊖. ὃν ἰδίῳ ψηφίσματι, ἀκώλυτον ἀποφαίνει ὄν, εἰ πατὴρ καὶ υἱὸς πρώτου ὄντες βαθμοῦ, συναφθεῖεν μικρᾷ θείᾳ καὶ ἀνεψιᾷ, πέμπτου ὄντας βαθμοῦ.

*Gradus ſextus prohibitus.*

ϛ'. κεκωλυμέν⊖.

C

Sin gradus ex adfinitate ſextus, de quo quæritur, ex duobus & quatuor conſtat; ſiquidem fit confuſio, nuptiæ poſteriores prohibentur. Nam fieri nequit, ut duo germani fratres duabus conſobrinis copulentur, aut vice verſa. Fiunt enim loco fratrum congeneri vel coadfines; & hoc modo nomina cognationis confunduntur. Ait autem ſanctus & magnus ille Baſilius. In quibus generis appellationes confunduntur, in his illicitæ ſunt nuptiæ.

Εἰ δὲ ὁ ζητούμεν⊖. ἕκτ⊖. ἐξ αἰτίας βαθμὸς ἐκ δύο σύγκειται καὶ τεσσάρων, εἰ μὲν γίνεται σύγχυσις, ὁ δεύτερ⊖. κεκώλυται. οὐ γὰρ δυνατὸν δύο αὐτοδέλφους, δυσὶ συναφθῆναι πρωτοξαδέλφαις, ἢ τὸ ἀνάπαλιν. γίνονται γὰρ ἀντὶ αὐταδέλφων σύγαμβροι, καὶ συγχέονται ἐντεῦθεν τὰ τῆς συγγενείας ὀνόματα. φησὶ δὲ ὁ ἱερὸς καὶ μέγας Βασίλει⊖. ἐν οἷς τὰ τῆ γένους ὀνόματα συγχέονται, ἐν τούτοις ὁ γάμος ἀθέμιτ⊖.

*Sextus non prohibitus.*

ϛ'. ἀκώλυτ⊖.

D

Sin confuſio nulla fit, etiam ſextus non prohibetur. Quippe non vetatur, quo minus avus & nepos copulentur cum amita magna, & ejuſdem ex fratre nepte. Nam hoc quoque ſexti gradus eſt, at confuſionis expers. Rurſus enim peractis nuptiis avi & nepotis loca ſervant. Quippe magnam amitam & patruum magnum, hoc eſt, avi ſororem & fratrem, plerique aviam & avum nominare ſolent. Idcirco nec legibus hic caſus eſt prohibitus, & à tomo Siſinnii permittitur ſeu minime vetitus; cum illud alterum ſit prohibitum, velut obnoxium confuſioni.

Εἰ δὲ οὐ γίνεται σύγχυσις, καὶ ὁ ϛ'. ἀκώλυτός ἐστι. πάππου γὰρ καὶ ἔγγονον ἀκώλυτον συναφθῆναι μεγάλῃ θείᾳ καὶ ἀνεψιᾷ· ἔκτου γὰρ καὶ τοῦτο βαθμοῦ, ἀλλ' ἔστιν ἀσύγχυτον. πάλιν γὰρ μετὰ τοὺς γάμους πάππου καὶ ἐγγόνου ἀποσώζουσι τόπους. πάππον γὰρ μεγάλην θείαν, καὶ τὸν μέγαν θεῖον, ἤτοι τὴν πάππου καὶ ἀδελφὴν, καὶ τὸν ἀδελφὸν, ὃν μάμμην καὶ πάππον οἱ πολλοὶ ὀνομάζουσι. διὰ τοῦτο ἔτι ἀπὸ τῆς νόμου τοῦ πρὸν κεκώλυται ζήτημα, καὶ τῷ τόμῳ χρῆται τοῦ Σισιννίου, ὡς ἀκώλυτον. ἐκεῖνο δὲ ὡς σύγχυσιν ἔχον κεκώλυται.

*Sextus non prohibitus.*

ϛ'. ἀκώλυτ⊖.

E

Sin ex tribus & tribus conſtat, ſiquidem confuſionis expers eſt, non vetatur. Verbi gratia, cum patruus & fratris ejus filius, amitam ducunt, & ejuſdem fratris filiam, nulla fit confuſio. Rurſus enim patrui & fratris filii locum ſervant. Propterea hoc planè non prohiberi, non modo legis indicatæ ſilentium, ſed etiam principum ſanctiones, & acta ſynodalia cunctis ſignificarunt.

Εἰ δὲ ἐκ τριῶν ἐστι καὶ τριῶν, εἰ μὲν σὺγχυσιν ἔχει ἀκώλυτόν ἐστιν, ὥστ' ὅταν μὲν θεῖ⊖. καὶ ἀνεψιὸς θείαν λάβῃ καὶ ἀνεψιὰν, ἀσύγχυτος γίνεται σύγχυσις. πάλιν γὰρ θεῖος καὶ ἀνεψιοὶ σώζουσι τόπον. διὰ τοῦτο καὶ ἀκώλυτον ἔστι παντάπασιν, ἔτι τῶ ῥηθέντ⊖. νόμῳ σιωπᾷ, ἀ μὴν ἀλλὰ καὶ θεσπίσματα βασιλικὰ, καὶ πράξεις συνοδικαὶ πᾶσιν ἐγνώρισαν.

*Sextus prohibitus.*

ϛ'. κεκωλυμέν⊖.

F

At vero cum patruus jam antea fratris habet filiam, fratriſque filius cum amita coire vult in matrimonium; poſteriores hæ nuptiæ confuſionis cauſa prohibentur. Quippe velut ipſo jure patruus fit fratris filius, & fratris filius fit patruus: adeoque manifeſta generis appellationum hæc confuſio eſt.

Ὅταν δὲ ὁ μὲν θεῖ⊖. πρωτοξαδέλφην ἔχῃ τὴν ἀνεψιὰν, ὁ δὲ ἀνεψιὸς βούλῃ συνοικῆσαι τῇ θείᾳ, ὃ ὀθνειονόμιον διὰ τὴν σύγχυσιν κεκώλυται. γίνονται γὰρ ὡς ἀπὸ τοῦ γάμων, ὁ μὲν θεῖ⊖. ἀνεψιὸς, ὁ δὲ ἀνεψιὸς θεῖ⊖. καὶ ἔστι τοῦτο σαφὲς τῶν ὀνομάτων τοῦ γένους σύγχυσις.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

A

ζ. κεκωλυμβύθ.

Αλλὰ κὴ ὁ μέχρις ἑβδόμου βαθμοῦ θεωρούμενος ἐξ αἱμορείας γάμος, εἰ μὲν ἐξ ἑνὸς εἴη κὴ ἓξ, κεκώλυται. οὐ γὰρ οἷόν τε πατέρα κὴ υἱὸν δισεξαδέλφαις συναφθῆναι δυσὶ γίνονται γὰρ ἀντὶ παιδὸς κὴ υἱοῦ σύγγαμβροι.

*Septimus prohibitus.*

Quin etiam matrimonium inter adfines, ad ſeptimum uſque gradum ſeſe porrigens, ſi conſtet ex uno & ſex, prohibetur. Nam fieri nequit ut pater & filius duabus ſobrinis copulentur. Patris enim & filii loco, fiunt congeneri vel coadfines.

ζ. ἀκώλυτ.

Εἰ δὲ οὐκ δύο κὴ ε'. ἐδαμῶς· εἴτε γὰρ πάππος κὴ ἔγγονος, εἴτε δύο αὐτάδελφοι συναφθεῖεν, μικρᾷ θείᾳ κὴ ἀνεψιᾷ, ὁ δεύτερος γάμος ἀνέγκλητός ἐστι.

*Septimus non prohibitus.*

Nequaquam hoc uſu venit, ſi ex duobus & quinque conſtet. Nam ſive avus & nepos, ſive duo germani fratres copulati fuerint cum amita parva, & fratris ejus filia, ſecundæ nuptiæ vitio carent.

ζ. ἀκώλυτ.

Εἰ δὲ οὐκ ἡρίων κὴ τεττάρων, πάλιν εἰ μέν ἐστιν ἀσύγχυτον, συγκεχώρηται. θεῖος γὰρ κὴ ἀνεψιὸς δύο θειοεξαδέλφας ἀκωλύτως λαμβάνουσιν.

*Septimus non prohibitus.*

Sin ex tribus & quatuor, rurſus, ſiquidem confuſio nulla intervenit, permittitur. Patruus, enim & fratris ejus filius, duas conſobrinas citra prohibitionem ducunt.

ζ. κεκωλυμβύθ.

Εἰ δὲ σύγχυσιν ἔχων ὁ ἐᾷ, ὑ δῆτα. πάππος γὰρ κὴ δισέγγονος δύο θειοεξαδέλφας λαβεῖν εἴργονται, ἵνα μὴ κὴ ὕστερ σύγγαμβροι λογισθῶσιν. ἀλλ' ὁ μὲν θεολαβὼν μένῃ ἀκίνητος· κωλύεται δὲ ὁ ὑπογενόμενος, ἢ θεοβαὶς ἅπασι πᾶσαι. ζὴ δὲ ὑπὲρ τ ἑβδόμην ἐξ αἱμορείας, ἀπολυθεσμούμεναί εἰσι κὴ ἀκώλυται, ὥσαφ ἐκ τῆς ἐξ αἵματος. ζὴ ὑπὲρ ⓕ ὄγδοον. ὑ καλῶς δὲ πέφανται, ὅτι ζὴ διεστώμενα ἐξ αἱμορείας ἴσκυν βαθμοῦ, ὅτε μὲν ἐξ ἴσης εἰσίν, ὡς ἑξ ἑκατέρου μέρους τρεῖς ἓξ βαθμοὺς, ἀκώλυταί εἰσι· κεκωλυμένα δὲ, ὅτε εἰσὶν ἄνισα. οὐκ γὰρ τῶν εἰρημένων ἀνωτέρω δέδεκται, μὴ ὃ ἴσον κὴ τὸ ἄνισον, ἀλλὰ ὃ συγκεχυμένον κὴ ἀσύγχυτον, ἢ ἀφιέναι, ἢ ἀπείργειν ὃ συναλλαγμα.

*Septimus prohibitus.*

Non item ſi confuſio quædam emergat. Avus enim & pronepos, à matrimonio duarum conſobrinarum arcentur: ne congeneri vel coadfines habeantur. Nimirum prius contractum matrimonium manet immotum: poſterius prohibetur, vel ſi jam proceſſerit, dirimitur. Quæ verò matrimonia gradum adfinitatis ſeptimum excedunt, in ea curiosè non inquirendum eſt, nec faciundæ prohibitiones, ſicuti fieri videmus & in iis, qui ratione conſanguinitatis octavum excedunt. Cæterum non rectè traditum à nonnullis eſt, matrimonia ſexti ex adfinitate gradus; quum pares utrinque gradus habent, non prohiberi, quum inpares, prohiberi. Oſtenſum eſt enim ex indicatis ſuperius, non æqualitatem & inæqualitatem; ſed confuſionem & confuſionis abſentiam vel permittere, vel impedire contractum.

Οὐ δύναται ⓜ αὐτὸν δύο δευτέρας ἐξαδέλφας λαβεῖν.

*Eundem non debere duas ſobrinas ducere.*

Κεκώλυκεν ἡ ἐκκλησία κὴ ⓜ αὐτὸν ἓ ἕνα δύο δευτέρας ἐξαδέλφας λαμβάνειν. ὑ γὰρ ἕβδομος ἐξ αἱμορείας, ὡς οἴονταί τινες, συνάπτει βαθμὸς, ἀλλὰ ς'. ἀφ' ὃ ἑνὸς βαθμοῦ λογίζεσθαι ⓜ ἄνδρα μετ' τ γυναικός. τοῦτο γὰρ ζητηθὲν ὅτε τῷ ἡμετέρῳ τ πατριάρχου Νικολάου, ἐκωλύθη ὑπὸ τ ἐκκλησίας. ὡρίσθη δὲ κὴ θέσπισμα τοῦ ἐν βασιλεῦσιν ἀοιδίμου Μανουὴλ, μὴ γένεσθαί ποτε τὸν λεγόμενον. ἀφ' οὗ δὲ ζὴ ἐξ αἱμορείας εἴτουν διμορείας, εἰς ⓜ ζ'. λύεται βαθμόν; ὃ ἐν ἡ φύσει ἐστὶν ἡ θέσει· κὴ φύσει μὲν, ὡς εἷς ἄνθρωπος· θέσει δ', ὡς ὁ ἀνὴρ μετ τῆς νομίμου γυναικὸς, ἐς χρῖσις ἰώσατο κὴ σωματεία σαρκικὴ, ὡς εἴρηται, κὴ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. ὅταν μὲν οὖν ἐξ αἵματος ἡ ἡ οἰκείωσις κὴ ἡλικίας ἑνός, ὃ οἰκεῖόν τε κὴ ὃ ἓν, φύσει ἐστίν. ὅταν δὲ ἐξ αἰμορείας κὴ δύο ἡλικιῶν, θέσει ὃ ἓν, κὴ ἡ οἰκειότης αὐτοῖς, ὑ κετ τ ἐξ αἵματος οἰκειότητα. ζὴ κὴ τῷ ὑπερβεβηκότι βαθμῷ, κὴ πρὸ τοῦ ὀγδόου, διὸ ἡ τοιαύτη οἰκειότης τε κὴ ἕνωσις λύεται. ζὴ γὰρ μᾶλλον τ ἕνωσιν ἔχοντα, πλείονος κὴ τῆς ἀποστάσεως πρὸς τὸ λυθῆναι δέονται, ὥσαφ ζὴ ἡνωμένα ἐλάττονος.

Prohibuit etiam Eccleſia, ne unus & idem duas ſobrinas ducat uxores. Non enim hic ſeptimus ex affinitate, ceu plerique putant, gradus colligitur, ſed ſextus: propterea quod maritus & uxor uno gradu contineri ducantur. Hoc enim cum in conſultationem veniſſet tempore Nicolai Patriarchæ, prohibitum ab Eccleſia fuit: ſimulque promulgata fuit ſanctio clari principis Manuelis, quæ ſtatuit, ne tale quid unquam fiat. Sed qua de cauſa fit, ut inter adfines vel duo diverſa genera contractæ nuptiæ, gradu ſeptimo libéræ ſint: Quod unum eſt, vel eſt natura, vel adrogatione. Natura unum eſt, v. g. unus homo. Unum adrogatione, ut vir & uxor legitima, quos univit affectio & conjunctio carnalis, ſicuti perſcriptum legimus: Et erunt hi duo in carnem unam. Itaque cum neceſſitudo exiſtit ex ſanguine, & ex eodem genere; naturalis eſt neceſſitudo, & unitas: quum ex adfinitate, ac duobus generibus; adrogatione fit unitas inter eos, & neceſſitudo à conſanguinitatis neceſſitudine diverſa. Propterea mox inferiore gradu, & ante octavum, hujuſmodi neceſſitudo & conjunctio ſolvitur. Quorum enim ſtrictior eſt conjunctio, ea majoris etiam indigent intervalli ad hoc, ut expiret: ſicuti minoris, quæ minus unita ſunt.

Περὶ τῶν ἐκ τριγενείας.

*De Matrimoniis ex tribus diverſis generibus.*

Τὰ δ' ἐκ τριγενείας γαμικὰ ζητήματα, εἰσὶ μὲν κὴ

Matrimonia ex tribus diverſis generibus pertinent &



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ipſa quoque ad rationes adfinitatis : ſed tertii generis interventu facilius libera fiunt, quam ex duobus connexa; quippe ſicut hæc gradibus duobus inferiora ſunt contractis ex conſanguinitate (quæ gradu octavo libera fiunt, quum per affinitatem ex duobus contracta generibus nonnunquam gradu ſexto libere permittantur:) ita rurſus ex tribus conſtituta generibus, etiam duobus gradibus inferiora, quam quæ duobus ex generibus conſtant, principium permiſſionis in quarto ſtatim gradu conſequuntur : licet in his multo magis graduum vitanda computatio, ſed quærendum, an diſertis verbis lege prohibita ſint. Maxime vero prohibitionis expertia ſequitur quartus gradus.

ζυγα ἐξ αἰγχειας, ἀλλα τῃ τῦ τριτυ γημυς δυναλοχῃ ῥᾴον ἢ τα ἐκ δυο συμπεωλεγμενα γημων λυονται. ὥσπερ γαρ ταῦτα δυσι βαθμοις ἐπεβεβηκε πρῶ ἐξ αἱματος, (τα μεν γαρ εις ϐ ὄγδοον, ζα δε ἐξ αγχειας ἐκ δυοιν γημοιν ἐσθ' ὁτε καὶ εις τ ἕκτον λυονται,) ὕτω παλιν τα ἐκ τριγημειας δυσιν ἐπεβιβασθεντα βαθμοῖς πρῶ ἐκ δυο γημων, τῳ ἀρχειῳ τ λυσεως κῦ τ δ'. ουδεις λαμβανῃ βαθμον, εἰ καὶ πολλῷ μᾶλλον εις ζυγα βαθμους λαμβανειν ὐ δεῖ, ἀλλα ζητειν, εἰ καὶ ὐκ ἀκωλυθη ϖρὰ τῦ νόμυ ῥητῶς. τοῖς γε μᾶλιστα ἀκωλυτοις ὁ δ'. ἐπακολυθῃ βαθμός.

*Quartus gradus non prohibitus.*

Hujuſmodi quiddam eſt, quod ſub Patriarcha Stupa vocatum in dubium fuit, & per ſententiam declaratum. Quidam enim Conſtantinus uxorem duxit Annam, Theodori cujuſdam ſororem germanam. Ea mortua, matrimonio ſecundo duxit Serenam, conjugis Theodori ſororem, quo fiebat, ut Conſtantinus & adfinis eſſet Theodori, & coadfinis. Sunt autem in hoc gradus quatuor. Theodorus enim & Anna gradu ſecundo ſe contingunt. Item uxor Theodori & Serena, gradu ſecundo. Qui gradus ſimul ſunt quatuor. Quippe lex duo duntaxat ex trium generum matrimoniis prohibuit, quæ unius duntaxat gradus ſint, non plurium.

Ο δ'. βαθμὸς ἀκώλυτος.

Οἷον ὅ ὅτι τῦ ϖατριάρχυ Στυπῃ ἀπορηθέν τι ὁμῦ καὶ λυθέν. Κωνσταντῖνος γάρ τις ἔλαϐεν εἰς γυναῖκα Θεοδώρου τινὸς ἀνεψιαδέλφου Ἀννας· θανούσης ἐκείνης, ἔλαϐεν εἰς δεύτερον συνοικέσιον τῳ ϖ Θεοδώρου γυναικαδέλφου Εἰρλίνην, ὡς γημέσθαι τὸν Κωνσταντῖνον καὶ γαμϐρὸν ϖ Θεοδώρου, καὶ συγγαμϐρον. εἰσὶ δὲ ἐν τούτῳ βαθμοὶ τέσσαρες. ὁ Θεόδωρος γὰρ καὶ ἡ Ἄννα, βαθμῷ δευτέρῳ. ἡ γυνὴ ϖ Θεοδώρου καὶ ἡ Εἰρλίνη βαθμῷ δευτέρῳ. ὁμῦ τέσσαρες. ὁ μὲν γὰρ νόμος δύο μόνα ἐκ τριγημείας ἐκώλυσεν, ἃ καὶ ἑνὸς μόνυ βαθμῦ τυγχάνυσι καὶ ὑ πλείονος.

Hujuſmodi quiddam eſt, quod ſub Patriarcha Stupa vocatum in dubium fuit, & per ſententiam declaratum. Quidam enim Conſtantinus uxorem duxit Annam, Theodori cujuſdam ſororem germanam. Ea mortua, matrimonio ſecundo duxit Serenam, conjugis Theodori ſororem, quo fiebat, ut Conſtantinus & adfinis eſſet Theodori, & coadfinis. Sunt autem in hoc gradus quatuor. Theodorus enim & Anna gradu ſecundo ſe contingunt. Item uxor Theodori & Serena, gradu ſecundo. Qui gradus ſimul ſunt quatuor. Quippe lex duo duntaxat ex trium generum matrimoniis prohibuit, quæ unius duntaxat gradus ſint, non plurium.

## *Lex.*

Videlicet quod ducere non poſſum eam, quæ quondam privigni mei fuit uxor, nec ei noverca nubere, qui provignæ ipſius maritus fuit. Nam in his quoque trium fit generum conjunctio. Sed quia privignus & privigna filii vel filiæ loco ſunt erga vitricum vel novercam; atque horum vel uxor, vel maritus, vicem nurûs aut generi obtinent, illicita ſunt hujuſmodi matrimonia. Nam ſumma illa duo genera, vir & uxor, gradum nullum habent, nec inter ſe, nec erga genus intermedium. Quippe viri cum muliere conjunctionem ad gradum non referimus; ſed unum quid eſſe ducimus hanc, quando ſecundum ſeipſam conſideratur. (Fratris enim mei conjux, propter unionem cum eo ſummam, ſecundo à me gradu eſt, quocum ſubtilibus ſanè rationibus divini mandati reſpectu conjungitur) quum autem ad aliam ipſi cognatam perſonam gradus inquiritur, non ita res habet. Nam fratriæ ſoror, erga ipſam quidem gradus ſecundi eſt; erga me quarti. Ejuſdem amita gradu erga ipſam eſt tertii, erga me quinti. Conſimiliter & in aliis. Quippe fieri nequit, ut quemadmodum maritus, ſic etiam frater ejus pro una carne habeatur cum fratria, & per cogitationem præter mentem legis alia ratio conjungatur. Qui enim ex tranſverſo ſunt, primum gradum non habent, ſed à ſecundo incipiunt. Lex igitur, uti diximus, matrimonia trium generum duntaxat ea prohibuit, quæ primi gradus ſunt. Recepta vero conſuetudo pro non vetitis habet, quæcunque præter hæc ſunt, & primum gradum excedunt.

Νόμος.

Οἷον, ὅτι ὐ δύναμαι λαϐεῖν τῳ ποτὲ γυναῖκα τῦ ϖρογόνυ μυ, ὐδ' ἡ μητρυιὰ λαϐεῖν ϖ ποτὲ ἄνδρα τῆς ϖρογόνης αὐτῆς. καὶν τούτοις γὰρ τριγημειά ἐστιν. ἀλλ' ἐπεὶ ὁ ϖρόγονος καὶ ἡ ϖρογόνη ὑῶ ἢ θυγατρὸς λόγον ἐπέχυσι ϖρὸς τ πατρωὸν, ἢ τῳ μητρυὰν, καὶ ἡ γυνὴ ἢ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς νύμφη ἢ γαμϐρὸς, ἀθέμιτα ζα τοιαῦτα τυγχάνυσι συνοικέσια. τὰ γὰρ ἄκρα δύο γένη ὁ ἀνὴρ καὶ ἡ γυνὴ, βαθμὸν οὐκ ἔχυσιν ὅπ ϖρὸς ἄλληλα, ὅπ ϖρὸς τὸ μέσον γένος. τῳ γὰρ ἀνδρὸς μετ' γυναικὸς συναφειαν εἰς βαθμὸν οὐκ εἰσάγομεν, ἀλλ' ἓν μέν τι ζαῦτα λογιζόμεθα, ὅτι καθ' ἑαυτὰ ὁρᾶται. (καὶ γὰρ ἡ τῦ ἀδελφῦ μυ γυνὴ, διὰ τῳ ϖρὸς αὐτὸν ἄκραν ἕνωσιν, δευτέρυ μοι ἔστι βαθμῦ, ἰσχναῖς διανοίαις διὰ τῳ ἐντολῷ συνημμένη,) ὅτε δ ϖρὸς ἕτερον συγγενικὸν αὐτῆς ϖρόσωπον ὁ βαθμὸς ζητεῖται, ὐχ' ὕτως. ἡ γὰρ ἀδελφὴ τῆς νύμφης, ϖρὸς μὲν αὐτῷ, δευτέρου ἐστὶ βαθμῦ· ϖρὸς ἐμὲ δὲ πέμπτυ. καὶ ἡ αὐτῆς θεία, ϖρὸς ἐκείνῳ μὲν τρίτυ, ϖρὸς ἐμὲ δὲ, πέμπτυ. καὶ ὅπ τῶν ἄλλων ὁμοίως· τῶν οὐκ ἐνδεχομένων γάρ ἐστιν, ὥσπερ ϖ ἄνδρα, ὕτω δὴ καὶ τ ζαύτυ ἀδελφὸν, σάρκα λογίσασθαι μίαν μετ' τῆς νύμφης, καὶ δι' ὁπτασίας ὁπτασίαν συνάψαι ϖρὸς τῳ τῦ νόμυ δύναμιν. οἱ γὰρ ὐκ πλαγίυ, ϖρῶτον βαθμὸν οὐκ ἔχυσιν, ἀλλ' ὐκ τῦ δευτέρυ ἄρχονται. ὁ μὲν οὖν νόμος, τὰ ἐκ τριγημείας ϖρώτυ βαθμῦ μόνα κεκώλυκεν, ὥσπερ εἴρηται. ἡ δὲ κρατῦσα συνήθεια, καὶ τὰ ϖρὸς ζαῦτα καὶ ὑπὲρ ϖ ϖρῶτον βαθμὸν ὐκ τριγαμείας ὄντα, ἀκώλυτα ἔχει.

Verbi gratia, quidam uxorem habuit. Deinceps illa defuncta, conjugem patrui mulieris ſecundo matrimonio duxit uxorem. Alius privignam fratris uxoris ſuæ duxit. In his enim tres quidem gradus emergunt; ſed nihilominus liberè permittuntur ratione conſuetudinis. Si tamen accurate rem conſideremus, gradus in his, ceu diximus, iv. requiritur.

*Tertius non prohibitus.*

Ο γ'. ἀκώλυτος.

Οἷον, ἔχε τὶς γυναῖκα. χρόνῳ δὲ ὕστερον ἐκείνης θανούσης, τῳ γυναῖκα τῦ θείυ αὐτῆς εἰς δεύτερον ἔλαϐε συνοικέσιον. ἄλλος τὴν ϖρογόνην τῦ γυναικαδέλφυ αὐτῦ ἔλαϐεν. ἐν τούτοις γὰρ ϐαθμοὶ μὲν ἀναφαίνονται τρεῖς· λύονται δ ὅμως κῦ τ συνήθειαν. ἡ μέντοι ἀκρίϐεια ὥσπερ εἴπομεν ϖ πέμπτον ἐν ζούτοις ϐαθμὸν ἁπαγῆ.

δεῖ

δεῖ γὰρ τὸν οἰκειότητος τῆς αἴγχιστείας πλαγιαδίων μικρὸν, καὶ τοιαῦτα ἔσαι θεμιτὸς ὁ γάμος. οἷον, ὅτι τοῦ γυναικαδέλφου μου ἡ γυνὴ φερουσῶς φύσεως ἐγγύθεν φερὸς μέσον γένος, ὥσαφ κἀγὼ φερὸς αὐτόν. ὁ ὢν ἡμέτερος ἀδελφὸς δύναται ταύτην ἀμέμπτως λαβεῖν θανόντος τῆς γυναικαδέλφου μου, ἡ ἐγὼ τὴν ἐκείνης ἀδελφὴν, αὐτὸν γὰρ οὐ θέμις λαβεῖν. πάλιν ἔλαβον εἰς τὴν ἀδελφὴν μου γαμβρὸν οὗ τὴν ἐπ' ἀδελφῷ ποτε νύμφην αὐτὸς ἔλαβον εἰς γυναῖκα, καὶ ἔστιν ἀκώλυτον. ἐπεὶ καὶ πέμπτου βαθμοῦ διείσκεται, καὶ μακρῷ μικρὸν καὶ τὸ οἰκειότητος. ὁ μέσος γάρ. ὁ γὰρ φερὸς αὐτὸ φερουσῶς συναπτόμενον πρόσωπον, ἡ ἀδελφή μου ἔστιν· ἐγὼ δὲ οὐ πλαγίου, καὶ μικρὸν ἀποπίπτω τοῦ μέσου.

A Quippe neceſſitudinem affinitatis in tranſverſum non nihil oportet extendi, atque ita licitum erit matrimonium. V. g. conjux fratris uxoris meæ propinqua neceſſitudine jungitur intermedio generi, ſicut & egó ipſi. Hanc frater meus, defuncto conjugis meæ fratre, ducere citra reprehenſionem poteſt, vel ipſius ego ſororem; ſed non fas eſt ut ipſa mihi nubat. Rurſus affinem nactus ſum, ſororis meæ virum; cujus fratriam, fratri ſcilicet ipſius quondam nuptam, uxorem ipſe duco citra prohibitionem. Quoniam & quarti gradus eſſe deprehenditur, & longius aliquanto removetur à neceſſitudine generis intermedii. Quæ enim perſona pro-
B pe cum ipſo conjungitur, ſoror mea eſt: ipſe vero ſum ex tranſverſo, & paulo remotior ab intermedia perſona.

Πάλιν ὅτε τῇ συγατρὶ ἐγημέτο μοι γαμβρός· τούτου ἡ ποτὲ νύμφην ἐπ' ἀδελφῷ λαβεῖν με εἰς γυναῖκα οὐ θέμις, ὡς φερουσῶς συναπτομένην φερὸς μέσον γένος· ἡ ὃ αὐτῆς ἀδελφῇ οὐκ ἀθέμιτον.

Rurſus nactus ſum generum, maritum filiæ: cujus fratriam, nuptam ſcilicet quondam ejus fratri, mihi quidem omne nefas eſt uxorem ducere, veluti prope conjunctam intermedio generi, ſororem tamen ejus licitè duco.

Αλλὰ καὶ γαμβρὸς καὶ γυναικάδελφος χηρεύσαντες ἡ θυγατέρα καὶ ἀνεψιὰν ἀδαμῶς λαμβάνουσιν. ᾧ δὲ τελεύτησεν ἡ γυνὴ, λαμβάνειν τούτῳ ἐφεῖται τῷ τοῦ συγαμβροῦ αὐτῷ ἀδελφῷ.

Quin etiam gener & uxoris frater, ſi vidui facti ſint, amitam & fratris ejus filiam nequaquam ducunt. Cujus autem defuncta eſt uxor, ei permittitur, ut uxorem ducat congeneri vel coadfinis ſui ſororem.
C

Αλλὰ δὲ καὶ τῷ θυγατέρα τῆς διαδελφῆς τῆς προτέρας αὐτῷ γυναικὸς, ἔτι δὲ καὶ τῷ μικρὰν θείαν τῆς προτέρας αὐτῷ γυναικὸς, ἤτοι τῷ προπαδελφῷ τῆς πενθερᾶς αὐτοῦ.

Atque etiam filiam ſobrinæ prioris uxorem, nec non prioris uxoris amitam parvam, hoc eſt, conſobrinam ſocrus ſuæ.

Κεκώλυται δὲ λαβεῖν τὴν θυγατέρα τῆς πρώτης ἐξαδέλφης τῆς προτέρας αὐτῷ γυναικός.

Verum filiam conſobrinæ prioris conjugis ducere prohibetur.

Δύο δὲ ἀδελφῶν γυναικάδελφον καὶ γυναικαδέλφῳ συναπτέσθαι θεμιτόν.

Fratrem & ſororem duarum mulierum, quæ duobus fratribus nuptæ ſunt, inter ſe copulari fas eſt.

Τὸ δὲ ψήφισμα τοῦ πατριάρχου Λέοντος τοῦ Στυπῶν, D ἔφησι λαβεῖν γαμβρὸν καὶ γυναικάδελφον δύο ἀδελφὰς, οὕτω πέμπτου γινομένου βαθμοῦ.

Sententia vero Patriarchæ Leonis Stypæ concedit, ut gener & uxoris frater ſorores duas ducant, quum gradus quintus conſtituatur.

Τὸ δὲ αὐτὸ ψήφισμα, ἔτι δὲ καὶ ὃ τοῦ πατριάρχου Αρσενίου, δύο ἀδελφὰς νύμφην λαβεῖν καὶ ἀνδραδέλφῳ, ἀκώλυτον εἶ κρίνουσιν.

Idem decretum, ac præterea decretum Arſenii Patriarchæ, ſtatuunt minimè prohibitum eſſe, quo minus duo fratres ducant nurum ac ſororem mariti ejus.

Ο θεῖος καὶ γαμβρὸς ἐπ' ἀνεψιᾷ πρώτῃ δύο λαβεῖν ἀδελφὰς οὐ κωλύονται, εἰ καὶ ς'. τὸν βαθμόν.

Patruus & maritus filiæ fratris ejus, ſorores duas ducere non prohibentur, licet gradus ſextus conſtituatur.

Αλλὰ καὶ γαμβρὸς καὶ γυναικάδελφος, δύο πρώτας ἐξαδέλφας λαβεῖν οὐ κωλύονται, εἰ καὶ ζ'. γένοιτο βαθμός. E

Quinetiam gener & frater uxoris, duas conſobrinas ducere non prohibentur; licet gradus ſeptimus emergat.

Τὸ δὲ ψήφισμα τοῦ πατριάρχου Μιχαὴλ, τῷ θυγατέρα τοῦ Ιωάννου τυχὸν, καὶ τὴν ἀνεψιὰν τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, δυσὶν ἀδελφαῖς ὁπηνίκα συζεύχθωσι.

Michaelis autem Patriarchæ ſententia permittit, ut Joannis filia, & ejuſdem uxoris ex fratre neptis, fratribus duobus copulentur.

Αθέμιτα μὲν τινα τῶν εἰρημένων ἔνια τινὲς ἐψηφίσαντο. ὅ, τε λαβεῖν τὸν συγαμβρὸν τὴν ἀδελφὴν ὕστερον τοῦ συγαμβροῦ αὐτοῦ.

Nonnulli tamen quædam ex indicatis hiſce matrimoniis illicita pronunciarunt: videlicet ut congener deinceps ſororem ejus ducat, qui congener ipſius fuerit.

Επὶ δὲ καὶ τὸν γυναικάδελφον τὴν ἐπ' ἀδελφῷ νύμφην τοῦ ἰδίου αὐτοῦ γαμβροῦ. ὥσπερ δὴ καὶ ἐκεῖνο, ὅσαφ τὸν Χύμνον Θεσσαλονίκης ἰδίῳ ἔφημεν λῦσαι ψηφίσματι, ὅ πατέρα καὶ υἱὸν λαβεῖν μικρὰν θείαν καὶ ἀνεψιάν. F

Ac præterea frater uxoris, ut eam ducat, quæ generi ſuo fratrem in matrimonio habeat: ſicut illud etiam, quod Epiſcopum Theſſalonicæ Chumnum ſententia ſua ſolviſſe diximus; videlicet ut pater & filius ducant amitam minorem, & fratris ejus filiam.

## Νόμος.

## *Lex.*

Φησὶ γὰρ ὁ νόμος, ἐν τοῖς γάμοις οὐ μόνον ὃ ἐπιτέτραπται, ἀλλὰ καὶ ὃ εὐπρεπὲς ζητοῦμεν.

Quippe legis verba ſunt. In nuptiis non ſolum quid permiſſum ſit, conſideramus: ſed & quid ſit honeſtum.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

## *De Adoptione.*

Et hæc quidem eſt ratio matrimoniorum ex tribus diverſis familiis. Cæterum adoptionis etiam, quæ ſucceſſionis cauſa fit, perinde rationem habendam ac conſanguinitatis, per ſacros Canones, & religioſas leges edocti ſumus: idque tum reſpectu graduum matrimonialium, tum adeundæ parentum hæreditatis.

## *Lex.*

Legis enim hæc verba ſunt. Non poſſum vel amitam vel materteram, uxorem ducere, licet per adoptionem mihi conjunctæ ſint; quippe matrum vicem obtinent: quum ab avo ſc. adoptatæ ſint, & patri meo ſororum loco fuerint, mihi amitarum & materterarum. Nec pater, qui filium adoptavit, filii adoptivi filiam, vel neptem ducere poteſt: nec filius adoptivus, adoptivi patris uxorem, vel matrem, vel ſororem matris, vel neptem ex filio.

Quod ſi tutor, vel qui curator fuerit, adoptare voluerit maritum ejus, cujus tutelam vel curam gerit, irrita quidem eſt adoptio, non tamen nuptiæ ſolvuntur. Solvuntur autem cum quis generum ſuum adoptaverit.

Cæterum Novella xxiv. Principis Leonis, cognomine ſapientis, quum prohibet, ne qui adoptantur, cum liberis ejus, qui adoptavit, matrimonio copulentur; hæc ſubjicit. Sed olim quidem non ſecundum rationem, nunc vero quum decenti & juſta lege fiat adoptio, ſacroque ritu illi parentum, hi filiorum in locum conſtituantur, non amplius ulla reliqua ratio eſt, qua filii adoptivi cum naturalibus liberis ejus, qui adoptat, matrimonio copulentur: nec ut fratrum nomen, cum nomine conjugii ſic commutetur, ut fratrum loco generi vocentur.

## *Etiam Eunuchos adoptare.*

Quum autem lex dicat adoptionem imitari naturam; ideoque prohibeat, ne quem eunuchi adoptent; ut eorum in poteſtate ſit: ejuſdem Principis Novella xxvi. ſtatuit, ut hoc quoque citra prohibitionem ullam fiat.

## *Virgines etiam adoptare.*

Ejuſdem xxvii. Conſtitutio Virginibus quoque poteſtatem adoptandi concedit, & ut adoptati, tam filii familias, quam emancipati virginibus ſuccedendi jus habeant; nec ad hoc indigeant Principis reſcripto, vel actu judicum.

## *De ſuſceptione ex ſacro Baptiſmate.*

Adoptio quæ fit per ſuſceptionem ex ſacro baptiſmate, non ad hæreditatem adeundam ſe porrigit; ſed duntaxat in gradibus matrimoniorum, ut dictum eſt, ſpectatur. Quippe Canon liii. Syn. ſextæ ait; Quoniam ſpiritualis neceſſitudo major eſt conjunctione corporum, ſtatuimus ut qui ex ſacro & ſalutari baptiſmate pueros ſuſcipiunt, & poſtea cum matribus eorum viduis in matrimonium coeunt, primum à tali contubernio abſtineant, deinde ſcortatorum quoque pœnis ſubjiciantur. Quippe qui ab hoc malo prompte non ſemet abſtinet, & confitetur, tanquam inceſtis nuptiis pollutus damnatur.

## *Lex.*

Legis autem hæc verba ſunt. Qui è ſacro baptiſmate aliquam ſuſcepit, eam poſtea matrimonio ſibi jungere non poteſt, utpote quæ ipſius filia facta ſit. Nec item ducere poteſt matrem ejus, aut filiam: immo ne ipſius quidem filius id facere poteſt. Quippe nulla res alia

A

B

C

D

E

F

Περὶ υἱοθεσίας.

Καὶ οὕτω μὲν ἡ ἐκ τριγαμείας. πλὴν γε μὴν διαδοχῆς ἕνεκα γινομένην υἱοθεσίαν φυλάττειν, καθὰ δὴ καὶ τὴν ἐξ αἵματος, πρὸς τῶν ἱερῶν κανόνων καὶ τῶν φιλανθρώπων διδιδάγμεθα νόμων· καθ' ὅ τε τὰς γαμικὰς δηλαδὴ βαθμὰς, καὶ τὴν τῶν γονέων κληρονομίαν.

Νόμος.

Φησὶ γὰρ ὁ νόμος, ὡς δύναμαι τὰ πρὸς λέξιν ἡ μητρὸς θείαν λαβεῖν εἰς γυναῖκα, εἰ καὶ εἰσὶ θετὴ, ὅτι μητέρων τάξιν ἔχουσιν· ὅπως τυχὸν, τῷ πάππῳ μὲν υἱοθετήσῃ, ἀδελφῆς τε τόπον ἐπέσχε πρὸς τὸν πατέρα, πρὸς ἐμὲ δὲ θείας. οὔτε ὁ θετὸς πατὴρ τῇ τοῦ θετοῦ υἱοῦ συζυγίᾳ ἢ τῇ ἐξ ἐγγόνου, οὔτε ὁ θετὸς υἱὸς τῇ τοῦ θετοῦ πατρὸς γαμετὴν, ἢ τῇ μητέρα, ἢ τῇ ἀδελφῇ αὐτῆς, ἢ τῇ ἀπὸ υἱοῦ ἐξ ἐγγόνου.

Εἰ δὲ ὁ ἐπίτροπος, ἢ ὁ ἡγούμενος κυρέτωρ υἱοθετῆσαι βουληθῇ τὸν ἄνδρα τῆς ἐπιτροπευομένης ἢ κυρεατορευομένης, ἢ τὸν πατέρα αὐτῆς, ἢ θέσις ἄκυρός ἐστιν, ἡ μὲν ὁ γάμος λύεται. λύεται δὲ, ἡνίκα τις τὴν ἴδιον γαμετὴν εἰσποιήσαιτο.

Ἡ δὲ κδ'. νεαρὰ τοῦ βασιλέως Λέοντος τοῦ σοφοῦ κωλύουσα τὰς εἰσποιουμένας πρὸς γαμικὴν ὁμιλίαν συνάπτεσθαι τοῖς τοῦ εἰσποιησαμένου παισίν, ἐπάγει· Ἀλλὰ πάλαι μὲν μὴ κεῖτο λόγον, νῦν δὲ κεῖται τὰ πρέποντα δεσμὸν καὶ δίκαιον τῆς υἱοθεσίας γινομένης, καὶ ἁγίᾳ τελετῇ ἱερᾷ, τὰ μὲ εἰς γονέων τάξιν καθισταμένων. τοῖς δὲ εἰς τὰ τέκνων, ὑπὲρ ἀφειλείπεται λόγος εἰς γάμον συνάπτεσθαι τοῖς κατὰ φύσιν δὲ εἰσποιηθεῖσα παρὰ τὰς εἰσποιητὰς παῖδας, μηδὲ ὄνομα πρὸς δὲ τῆς συζυγίας μεταρρυθμίζεσθαι, ὥστε γαμβρὸς ἀντὶ ἀδελφοῦ καλεῖσθαι.

Οτι υἱοθετοῦσι καὶ εὐνοῦχοι.

Τοῦ δὲ νόμου λέγοντος, ὅτι ἡ θέσις μιμεῖται τὰ φύσιν, καὶ διὰ τοῦτο κωλύοντος τοὺς εὐνούχους εἰσποιεῖν τινά, καὶ ἔχειν αὐτὸν ὑπεξούσιον, ἡ κδ'. νεαρὰ τοῦ αὐτοῦ Βασιλέως ἐθέσπισε καὶ τοῦτο γίνεσθαι ἀκωλύτως.

Οτι υἱοθετοῦσι καὶ παρθένοι.

Ὁ δὲ κζ'. καὶ τὰ παρθένοις εἰσποιεῖν δίδωσι, καὶ τὰς εἰσποιηθέντας ὑπεξουσίους ἢ αὐτεξουσίους, δίκαια κληρονομίας ἔχειν ἐπ' αὐταῖς· καὶ μὴ δεῖσθαι βασιλικοῦ ὑπαγόρευσεως, ἢ πράξεως δικαστῶν.

Περὶ τῆς ἀπὸ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ἀναδοχῆς.

Ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος καὶ ἀναδοχὴ γινομένη υἱοθεσία, οὐκ εἰς κληρονομίαν εἰσέρχεται, ἀλλ' εἰς τοὺς γαμικοὺς μόνους, ὡς εἴρηται, ζητεῖται βαθμούς. φησὶ γὰρ ὁ νγ'. κανὼν τῆς ἕκτης συνόδου, ἐπειδὴ μείζων ἐστὶν ἡ καὶ πνευματικὴ οἰκειότης τῶν σωμάτων συναφείας, τοὺς ἐκ ἁγίου καὶ σωτηριώδους βαπτίσματος παῖδας ἀναδεχομένους· καὶ μετὰ τοῦτο τὰς ἐκείνων μητράσι γνησίαις γαμικῶς συναπτομένους, ὁρίζομεν ἀφιστᾶσθαι μὲν τοιούτου συνοικεσίου· ἔπειτα καὶ τοῖς τῶν πορνευόντων ὀπτιμίοις ὑποβάλλεσθαι. ὁ γὰρ μὴ ἑτοίμως τοῦ κακοῦ ἀφιστάμενος, καὶ ἐξομολογούμενος, ὡς αἱμομίκτης κείνεται.

Νόμος.

Ὁ δὲ νόμος φησὶν, ὁ μέντοι ἀπὸ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος τινὰ δεξάμενος, οὐ δύναται αὐτὴν ὕστερον πρὸς γάμον ἀγαγέσθαι, ὡς ἤδη γνησίαν αὐτοῦ θυγατέρα. οὐδὲ τὴν τούτου μητέρα ἢ θυγατέρα· ἀλλ' οὐδὲ ὁ υἱὸς αὐτοῦ. ἐπεὶ οὐδὲν ἄλλο δύναται οὕτως εἰσαγαγεῖν πατρικὴν διάθεσιν

Δικαίωσιν καὶ δικαίαν γάμων κάλυζιν, ὡς ὁ πατρικὸς δε- A
σμὸς, δι' οὗ θεοῦ μεσιτεύοντος αἱ ψυχαὶ αὐτῶν συνάπτονται.

sic paternam affectionem inducere poteſt, & juſtam nuptiarum prohibitionem, ut hujuſmodi nexus, per quem Deo mediante animæ eorum copulantur.

Ἰσχυρίζονται τοίνυν τινὲς, ὡς ἐπεὶ μᾶλλον τοῦ κρείττονος, καὶ ἀπὸ τοῦ νόμου, μείζων ἡ πνευματικὴ τῆς κατὰ σάρκα συγγενείας ὁρίζεται, χρῆναι τοὺς ταύτῃ συνδεδεμένους φυλάττειν τοὺς κεκωλυμένους βαθμοὺς ἄχρι τοῦ ἑβδόμου, ὅσους δηλαδὴ καὶ εἰς τὴν καθ' αἷμα συγγένειαν. τοῖς δὲ πλείοσι τῶν οὐκ ἔδοξεν, ἀλλὰ μόνα τὰ τῷ ῥηθέντι νόμῳ περιεχόμενα κωλύεσθαι πρόσωπα.

Affirmant igitur aliqui, quod cum tam ex Canone, quam lege, major eſſe illa ſpiritualis, quam carnalis cognatio ſtatuatur; obſervare debeant hac colligati prohibitos gradus, uſque ad ſeptimum: tot ſcilicet numero, quot etiam in conſanguinitate ſoleant obſervari. Verum pluribus hoc minimè viſum eſt, ſed ad eas duntaxat perſonas prohibitionem pertinere, quæ dicta lege continentur.

Οἱ μέν τι βαθμοὶ τῆς ἐξ υἱοθεσίας ἀμφοτέρας, συναλλαγμένως ἀριθμοῦνται πρὸς τοὺς βαθμοὺς τῶν ἐξ αἵματος. ὅτε μὲν γὰρ ὁ πατὴρ πρὸς πάντας τοὺς ἀδελφοὺς, πρώτου πάντως ὑπάρχει βαθμοῦ· ἐνταῦθα δὲ ὁ πνευματικὸς ἔτι πατὴρ πρὸς μὲν τὸν παῖδα ὃν εἰσεποιήσατο πρώτου ἔχει βαθμοῦ· πρὸς ἣν δὲ τὴν Σαρκικὴν τοῦ παιδὸς πατέρα δευτέρου. ἀδελφοὺς γὰρ αὐτοῦ λογίζεται. πρὸς δὲ τοὺς ἀναδέλφους τοῦ πνευματικοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, τρίτου. οὐ γὰρ κἀκείνου ἔχει υἱούς· ὁ υἱὸς δὲ πρὸς τοὺς Σαρκικοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, δευτέρου, καὶ πρὸς τὸν σαρκικὸν αὐτοῦ πατέρα, πρώτου· ὥσπερ δὲ πρὸς τὸν πνευματικόν. B C

Cæterum gradus utriuſque adoptionis diverſo cum illis modo numerantur, qui ſunt in conſanguinitate. Nam ubi pater erga fratres univerſos, omnino gradu primo eſt: hic vero pater iſte ſpiritualis erga filium, quem adoptavit, gradu eſt primo: ſed erga carnalem ejus filii patrem, ſecundo, quippe frater ejus eſſe ducitur. Erga fratres autem germanos filii ſui ſpiritualis gradu tertio cenſetur. Non enim illos quoque filios habuit. Filius autem erga fratres ſuos carnales gradu ſecundo eſt: & erga patrem ſuum carnalem, primo; ſicut etiam erga patrem ſpiritualem.

Διὰ τοῦτο ἔξεστι τῷ βουλομένῳ λαβεῖν εἰς γυναῖκα τὴν τοῦ συντέκνου αὐτοῦ ἀδελφήν.

Idcirco licet ei, qui vult, uxorem ducere compatris ſui ſororem.

Ὁ δὲ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ἀναδεχόμενος, τῆς γυναικὸς αὐτοῦ ἀφίσταται.

Qui vero filium ſuum ex ſacro baptiſmate ſuſcipit, ab uxore ſua ſeparatur.

## Περὶ τῶν κεκωλυμένων γάμων καὶ χωρὶς συγγενείας.

## *De Nuptiis quæ prohibentur etiam citra cognationem.*

Ἔστι δ' ὅτε καὶ χωρὶς συγγενείας ὁποιασοῦν τῶν εἰρημένων πάντων συγγενειῶν, κωλύεται τὸ σωάλλαγμα. οἷον ὁ κατηγορηθεὶς μοιχὸς, εἰ καὶ μὴ σαφῶς ἀπελέγχθη, ἀλλ' ὅμως οὐ δύναται ταύτῃ εἰς γυναῖκα λαβεῖν. οὐδὲ ὁ ἀπελεύθερος, τὴν γυναῖκα τοῦ πατρώνου αὐτοῦ μὴ καὶ τεθνάναι. δίδωσι γὰρ ὑποψίαν ὅτι καὶ ζῶντος ἐκείνου ταύτῃ μοιχεύων ἁλώ. D

Nonnunquam etiam citra neceſſitudinem ullam indicatarum omnium cognationum, matrimonium prohibetur. V. g. qui accuſatus eſt adulterii, licet manifeſto non ſit convictus, nequit eam mulierem uxorem ducere. Nec libertus uxorem patroni ſui ducit, poſt ejus mortem. Præbet enim ſuſpicionem, quod etiam illo vivo commiſerit in eam adulterium.

## Περὶ ἐπιτρόπου καὶ ἀφηλίκων.

## *De Tutore & Minoribus.*

Οὐδὲ ὁ ἐπίτροπος τὴν ὀρφανὴν ἢ ὁ υἱὸς αὐτοῦ πρὸ τῆς λυθείσης τὴν ἐπιτροπήν. λύεται δὲ ἡ ἐπιτροπὴ τῷ τριακοστὸν χρόνον. πέντε γὰρ καὶ εἴκοσι χρόνοι εἰσὶ τῆς ἐνηλικιώσεως, καὶ τέσσαρες τῆς ἀποκαταστάσεως, καὶ τῇ ἀρχῇ τοῦ τριακοστοῦ χρόνου αὐτίκα ἡ ἐνοχὴ τῆς ἐπιτροπῆς λύεται· καὶ ἔχει ἄδειαν ἐξ ἐκείνου συζυγίας τῇ ἐπιτροπευομένῃ, πρὸ τούτου δὲ οὐδαμῶς. E

Nec tutor pupillam prius ducit uxorem, vel filius ejus, quam tutela ſive curatio perimatur. Perimitur autem trigeſimo anno. Quippe xxv. anni ſunt ætatis adultæ, quatuor in integrum reſtitutionis, & principio trigeſimi ſtatim obligatio curatoris perimitur, ut poteſtatem ex eo tempore habeat cum ea ſe copulandi, cujus eſt curator; antea vero nequaquam.

Ἡ δὲ μήτηρ τῆς ἐπιτροπευθείσης δύναται καὶ πρὸ τούτου τῷ ἐπιτρόπῳ τῆς θυγατρὸς αὐτῆς γαμηθῆναι.

Mater autem ejus, cujus negotia geruntur, poteſt ante hoc etiam tempus curatori filiæ ſuæ nubere.

Ἐπεὶ δὲ ἁπλῶς καὶ οἱ οἰκειακοὶ ὑποχείριοι, εἰ καὶ μὴ εἰσὶ δοῦλοι ἢ ἐλεύθεροί ποτε, τάξιν ἀπελευθέρου ἔχουσιν, οὐδὲ οὗτοι μὴ θανάτου τῶν ἰδίων δεσποτῶν, καὶ τὰς ἐκείνων λαμβάνειν δύνανται γαμετὰς· ἵνα μὴ δοθῇ πρόφασις μοιχείας ὑπόνοιαν.

Quia vero ſimpliciter domeſtici, qui ſunt in poteſtate, licet ſervi non ſint, nec aliquando fuerint, loco libertorum ſunt: ne hi quidem poſt mortem dominorum ſuorum uxores eorum ducere poſſunt, ne ſuſpicionem adulterii præbeant, quod præceſſerit.

Οὐδὲ ὁ σκηνικὸς, ἤτοι ὁ δημόσιον παιγνιώτης, ἢ ὁ τούτου υἱὸς συγκλητικοῦ θυγατέρα δύναται λαβεῖν. F

Nec Scenicus, hoc eſt, qui artem ludicram publicè facit, aut filius ejus, Senatoris filiam ducere poteſt.

## Νόμος.

## *Lex.*

Φησὶ γὰρ ὁ νόμος, ὅτι ἐν τοῖς γάμοις, οὐ μόνον τὸ ἐπιτετραμμένον, ἀλλὰ καὶ τὸ εὐπρεπὲς δεῖ ζητεῖν.

Legis enim verba ſunt. In nuptiis non ſolum quid permiſſum ſit, ſed & quid honeſtum conſiderandum eſt.

Ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς ἐξ αἵματος, καὶ τῆς ἐκ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, καὶ τῆς ἐξ υἱοθεσίας βαθμοὺς δέον ζητεῖν, καὶ τὰ ὑπὲρ τὸ ζ'. τούτοις ἀκωλύτα. ὅτι δὲ τῆς ἐξ αἰτήσεως καὶ τῆς ἐκ πεπλησίας τὰ ῥητῶς κωλυθέντα ἢ σύγχυσιν ἔχοντα φυλάττεσθαι χρή. ὅτι δὲ τῆς ἔξω συγγενείας τὸ εὐπρεπές.

Nam in conſanguinitate, & ſuſceptione ex ſacro baptiſmate, & adoptione, gradus conſiderandi ſunt, & matrimonia gradum in his excedentia ſeptimum prohibitione carent. In affinitate, triumque generum copulatione, quæ diſertè prohibita ſunt, vel confuſionem continent, caveri debent. In iis, quæ extra cognationem poſita ſunt, decori & honeſti habenda ratio.

A

## *Leges.*

Cæterum quæ nefarias contraxit nuptias, ſolvere matrimonium poteſt, & alii deinceps nubere.

Qui autem ex prohibitis nuptiis procreantur liberi, nec ſpuriorum appellationem conſequuntur, nec ullis in bonis patri ſuo ſuccedunt.

Qui cum muliere libera, quæ corpore quæſtum non fecerit, conſuetudinem habet; non concubinam, ſed uxorem habere videtur.

B Poteſt curator matrimonio copulare filiam ſuam ei cujus curator eſt: at filium ſuum cum ea copulare, cujus negotia gerit, abſque juſſu Principis nequit. Nam infamia notatur.

Nec pater tutoris, nec frater ejus, qui adhuc eſt in poteſtate, pupillam ducere poteſt.

Uxores eorum qui elugentur, intra tempus luctus nubere vetantur; niſi juſſu Principis. At eorum conjuges, qui lugeri non ſolent, hoc eſt, qui majeſtatis damnati ſunt, non prohibentur.

C

Quæ luctus tempore uterum gerit, adhuc prohibetur ad alias tranſire nuptias. Quæ verò intra tempus luctus partum edidit, non prohibetur. Nam duas ob cauſas legitimum luctus tempus eſt conſtitutum, ne videlicet ſeminis fiat confuſio, ac propter honorem, qui marito debetur: quarum hæc ſolvitur per partum, altera non adhuc, propter reverentiam & honorem qui marito debetur. Igitur eorum uxores, qui non digni ſunt, ut lugeantur, propterea quod in publica forte crimina lapſi ſint, poſt partum etiam intra tempus luctus nubere non prohibentur.

D Quæ ante finitum luctus tempus ad ſecundas nuptias convolat mulier, infamia notatur, & nullum ex priori matrimonio lucrum capit, nec ultra tertiam partem patrimonii ſui dare ſecundo marito poteſt, quum videlicet liberos nullos habet.

Si poſt obitum mariti mulier undecimo menſe partum ediderit, factum hoc mera ſcortatio eſt, & ipſa pœnis eiſdem obnoxia eſt, quibus ea, quæ circa tempus luctus nuptias ſecundas contrahit: quod nimirum tam dotalibus, quam omnibus aliis mariti bonis excidat.

E

## CAPUT IX.

### *De his, qui abominantur legitimas nuptias, vinum, carnem, & alia.*

F CANON li. ſanctorum Apoſt. Epiſcopus, inquit, aut Presbyter, aut alius quiſpiam ex Clero, qui non exercitationis & continentiæ cauſa, ſed abominationis abſtinet à matrimonio, & carnibus, & vino, Deum oblitus hominem feciſſe maſculum & fœminam, atque omnia facta eſſe valde bona, quique maledicendo criminatur opificium Dei, vel corrigatur, vel abdicetur, & ab Eccleſia longiſſimè removeatur, velut qui rectis ejus decretis adverſetur. Quod ſi Laicus in eadem ſententia ſit, ab Eccleſia ſegregetur. Quippe nulla res divinitus facta, mala eſt; ſed abuſus rerum nocet. Quod ſi hæc mali cauſa forent, non eſſent à Deo condita. Quare qui Dei criminatur opera, maledicentiam ſuam ad ipſum creatorem extendit.

Νόμοι.

Ἡ τῶν ἀθεσμίστων γαμηθεῖσα, δύναται λῦσαι τὸν γάμον, καὶ γαμεῖσθαι ἄλλῳ ὕστερον.

Οἱ δὲ ἀπὸ κεκωλυμένων γάμων τικτόμενοι παῖδες, οὐδὲ τῆς τῶν νόθων ἀξιοῦνται προσηγορίας, οὐδὲ πατρικόν τι ἴδιον πατέρα.

Ὁ τοὺς ἐλευθέρας μὴ ποιησαμένους πόρνην ἐκ τοῦ σώματος ἔχων συνήθειαν, ὡς παλλακὴν ἀλλὰ γαμετὴν ἔχειν δοκεῖ.

Δύναται ὁ κουράτωρ συνάψαι τὴν ἰδίαν θυγατέρα τῷ κουρατορευομένῳ ὑπ' αὐτοῦ· τὸν δὲ υἱὸν αὐτοῦ τῇ κουρατορευομένῃ ὡς δύναται χωρὶς βασιλικῆς κελεύσεως· ἐπὶ ἀπειλῆται.

Οὔτε ὁ πατὴρ τοῦ ἐπιτρόπου, οὔτε ὁ συντρεφόμενος αὐτοῦ ἀδελφὸς, δύναται γαμεῖν τὴν ὀρφανικήν.

Αἱ τῶν πενθουμένων γαμεταὶ, κωλύονται ἐν τῷ πενθίμῳ χρόνῳ γαμεῖσθαι, εἰ μὴ κατὰ κέλευσιν βασιλέως. αἱ δὲ τῶν μὴ πενθουμένων, ἤγουν τῶν ὅτι κατηξιώσε καταδικασθέντων, οὐ κωλύονται.

Ἡ ἐν τῷ πενθεῖν τὸν ἄνδρα γνησίως, ἔτι κωλύεται γάμῳ προσελθεῖν. ἡ δὲ ἐν τῷ πενθίμῳ χρόνῳ τεκοῦσα, οὐ κωλύεται. κατὰ δύο γὰρ αἰτίας ὁ πένθιμος ἐτυπώθη καιρὸς, διὰ μὲν σύγχυσιν γίνεσθαι τῆς γονῆς, καὶ διὰ τὴν ὀφειλομένην τοῖς ἀνδράσι τιμήν· ὧν ἡ μὲν μία λύεται διὰ τὸ τέκνον· ἡ δὲ ἑτέρα, οὐκ ἔτι, διὰ τὴν ὀφειλομένην αἰδῶ καὶ τιμὴν τῷ ἀνδρί. αἱ οὖν γυναῖκες τῶν μὴ ἀξίων πενθεῖσθαι, διὰ τὸ εἰς δημόσια τυχὸν ἐκπεσεῖν ἐγκλήματα, μετὰ τέκνων οὐ κωλύονται καὶ ἐν τῷ πενθίμῳ γαμεῖσθαι.

Ἡ πρὸ τοῦ πενθίμου χρόνου δευτερογαμοῦσα γυνὴ ἀτιμοῦται, μηδὲν ἐκ τοιούτου γάμου κερδαίνουσα, καὶ μηδὲν πλέον τοῦ τρίτου μέρους τῆς ἰδίας οὐσίας δοῦναι δυναμένη τῷ δευτέρῳ ἀνδρὶ, ὅτι παῖδας ὅλως οὐκ ἔχει.

Ἐὰν μετὰ τὸν ἄνδρὸς πλοῦτον, τεσσαρεσκαιδεκάτου μηνὸς τέκῃ ἡ γυνὴ, πορνεία ἐστὶ τὸ γεγονὸς, καὶ τοῖς αὐτοῖς ἐπιτιμίοις ἐνέχεται, οἷς ἡ τὸν πένθιμον χρόνον δευτερογαμοῦσα· ἐκπίπτουσα δηλονότι τῆς τε προικώας καὶ πάσης ἀνδρώας ὑποστάσεως.

## ΚΕΦ. θ'.

Περὶ τῶν βδελυττομένων τοὺς ἐνόμους γάμους, καὶ οἵων, τὰ κρέα, καὶ ἕτερα.

Ὁ τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανὼν, ἐπίσκοπόν φησιν, ἢ πρεσβύτερον, ἢ ἄλλον τὸν κλήρου, ὃς μὴ δι' ἄσκησιν καὶ ἐγκράτειαν, ἀλλ' ὡς βδελυκτῶν ἀπεχόμενος, γάμου τε καὶ κρεῶν καὶ οἴνου, ἐπιλελησμένος ὅτι ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον, καὶ ὅτι πάντα καλὰ λίαν, καὶ βλασφημῶν βλασφαίλλει τοῦ Θεοῦ τὴν δημιουργίαν, ἢ διορθούσθω, ἢ καθαιρείσθω, καὶ τῆς ἐκκλησίας ὡς πρόφασίν τινα ψευδῆ ἀποβαλλέσθω, ὡς ἀπενδύτας τοῖς ὀρθοῖς ταύτης ἐναντιούμενος δόγμασιν· εἰ δὲ καὶ λαϊκὸς εἴη τὰ αὐτὰ φρονῶν, τῆς ἐκκλησίας ἀφοριζέσθω. οὐδὲν γὰρ τῶν παρὰ θεοῦ γινομένων κακὸν, ἀλλ' ἢ τούτων βλασφημία βλαβερόν. εἰ δὲ κακίας ἐστὶ καὶ αἰτία ἐστὶν, οὐκ ἂν βλασφημοῖτο τοῦ θεοῦ. ὥστε ὁ τὰ τοῦ θεοῦ βλασφαίλλων ποιήματα, εἰς ἑαυτὸν ποιήσεται τὴν βλασφημίαν ἐκπίπτουσαν.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Ο μὲν τῆς ἐν Γαγγρᾷ συνόδου, τῷ ἀναθέματι προσ- A
τίθησι, ὃς ἀκάθαρτον εἶναι νόμιμον γάμον ἡγεῖται, καὶ τὴν ἀνδρὶ συνεζευγμένην κοσμίαν γυναῖκα καὶ σώφρονα βδελυττόμενος, διὰ τὴν πρὸς τὸ σύνηθες ὁμιλίαν, ἅτε μὴ δυναμένην ἐντεῦθεν τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας ἐπιτυχεῖν. φησὶ γὰρ ὁ ἀπόστολος, τίμιος ὁ γάμος, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος. καὶ αὖθις, ἐν ὑστέροις καιροῖς ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως, ἐν ὑποκρίσει ψευδολόγων καὶ κεκαυτηριασμένων τὴν ἰδίαν συνείδησιν, κωλυόντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων, ἃ ὁ θεὸς ἔκτισεν εἰς μετάληψιν.

Ταύτην καὶ ὁ πατρίαρχος τὴν διὰ δίκην ἐπανατείνεται τῷ διὰ- B
κρινομένῳ καὶ μὴ μεταλαβεῖν ἀνεχομένῳ θεῖα τραπέζης πρεσβυτέρᾳ γεγαμηκότος, τὴν ἱερὰν τελοῦντος λειτουργίαν, οἷα τίμιον γάμον βδελυττομένῳ.

Τούτῳ καὶ ὁ ιβ'. ὑπάγεται κελεύων τῷ ἀναθέματι τὴν ἴδιον ἀνδρὸς ἀναχωρήσασάν γυναῖκα, οἷα βδελυκτὸν τὸν γάμον νομίζουσαν. ὁ γάρ τοι ἀπόστολος, μὴ ἀποστερεῖτε, φησίν, ἀλλήλους, εἰ μήτι ἐκ συμφώνου ἄν τινος. καὶ αὖθις, ἡ γυνὴ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ' ὁ ἀνήρ. εἰ δέτις δι' ἔφεσιν τοῦ μονήρους βίου τῆς ἀναχωρήσεως ἔλαιτο, ἀνεπίκλητος.

Ταύτῃ καὶ ὁ ιδ'. τῇ δίκῃ δίδωσι τὸν τῆς παρθενίας μεπόντα, καὶ τοῦ βίου ἀναχωρήσαντα, ἅτε τὸν γάμον βδελυττόμενον, καὶ μὴ δι' αὐτὸ ὃ τῆς παρθενίας κρεῖττον καὶ σεβάσμιον.

Ο δὲ ιγ'. τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ὃν δεῖ, φησιν, ὃν ταῖς τῶν ἑορτῶν ἡμέραις, σαββάτου τυχὸν, καὶ κυριακῆς, ἢ οἱασδηποτοῦν ἑτέρας, οἴνου καὶ κρεῶν, ὡς βδελυγμένων, ἀπέχεσθαι. ὁ δὲ οὕτω καὶ φρονῶν καὶ ποιῶν, ὡς τὴν ἰδίαν κεκαυτηριασμένος συνείδησιν, καὶ σκάνδαλα τοῖς πολλοῖς γινόμενον. αἴτιος, εἰ μὲν τοῦ κλήρου εἴη, καθαιρείσθω, εἰ δὲ τοῦ λαοῦ, ἀφοριζέσθω. εἰ μή που τὶς ὢν ἀφορισμέναις ἡμέραις ἐμφιλόδοξος ἀσκεῖ, ὡς ἴσως τοῖς ἄλλοις, κἂν τῷ σαββάτῳ καὶ τῇ κυριακῇ τηρήσῃ τὴν ἐγκράτειαν. D

Ο δὲ τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ ιδ'. τοῖς τῶν κρεῶν ἀπεχομένοις διὰ ἄσκησιν, γλιχθῆναι μόνον ὅτι τῶν συναξέων παρεγγυᾶται. καὶ οὕτως εἰ βούλοιντο τοῖς τούτων ἑδωδὴν μὴ φορτίσεσθαι, ἀλλά γε τῶν σωζομένων τούτοις λαχάνων, μὴ ἀπαναίνεσθαι τὴν μετάληψιν. ὡς ἂν ἐντεῦθεν πᾶσιν περιφανῶς σκάνδαλα ἀφαιρῶνται τῶν οἰομένων τούτῳ διὰ βδελυγίαν τῶν τοιούτων ἀπέχεσθαι. καὶ οὐχ ἥκιστα τούτοις ἐπιτάττει φορητὸν κατ' ἐκείνας τὰς ἡμέρας, λοιπὸν τῶν αἱρετικῶν ἔνιοι νηστεύειν ἀπὸ τούτων εἰώθασιν, ὡσὰν μὴ συμβαίνειν δόξαιεν τοῖς ἐκείνων φρονήμασι. καὶ μάλιστα εἰ τύχοιεν ὄντες χωριάζοντες πόλει, τῷ πλείστῳ γε μέρει τοιαῦτα νοσούσῃ. εἰ δὲ μὴ ὑπείκοιεν τῷ κανόνι, κληρικοὶ μὲν ὄντες, τῆς ἱερωσύνης ἀπογυμνοῖ, λαϊκοὶ δὲ, ἀφορίζει. E

Οἱ τὲ ϛ'. συνόδου θεῖοι πατέρες ἐν τῷ ιβ'. κεφαλαίῳ ἤτοι κανόνι ἀπείρηκαν τοῖς ἀρχιερεῦσι μετὰ τὴν χειροτονίαν, συνοικεῖν ὅλως ταῖς πρὸ τὲ χειροτονίας δεσμοῖς γάμου συναφθείσαις αὐτοῖς γυναιξί· καί φασιν, ὅπως ἂν αὔξησιν τῷ τοῖς ἱεροῖς ἀποστόλοις ἐν τῷ πέμπτῳ νενομοθετημένων κανόνι, τοῦτο διασπίζομεν, ἀλλὰ τὸ δὴ θ' κρεῖττον ὑπάρξαν τὲ ἐκκλησίας προσγματευόμενοι. οἱ μὲν γὰρ θεῖοι ἀπόστολοι ἄρτι τὲ ἐκκλησίας τῇ τῶν Ἰουδαίων παχύτητι, καὶ τῇ Ἑλληνικῇ δεισιδαιμονίᾳ, πολλὰ χαίρειν εἰπούσης, ἔστιν οἷς τῶν πατρώων ἐθῶν, ἐνεδίδοσαν χρῆσθαι. οἵ τε γὰρ τῶν Ἰουδαίων, καὶ οἱ τῶν Ἑλλήνων ἀρχιερεῖς τῶν συνόδων οὐκ ἐχωρίζοντο. ὃ δὴ πάμεσον δὴ χρεῖαί φασι, τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ βίον πρὸς ἀκριβῆ σωφροσύνῃ ἀποδυομένους, οὐχ ὅπως τὲ τῶν ἀλλοτρίων, ἀλλὰ καὶ τὲ τῶν ἰδίων γυναικῶν ὁμιλίας ἀποδύσασθαι. τοῦτο γὰρ σκανδάλου προφάσιν οὐδὲ λιπαροῖς τοῖς ὑπὸ χεῖρα καταλείπει, καὶ ἀποφέρεται ὃ ἀποστολικόν. ἀπρόσκοποι γίνεσθε καὶ Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησι καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ, καὶ τοῖς ἐξῆς. εἶτα τοῖς μὴ τοῦ κανόνος προσθήσουσιν ὑπερτίμιον ἐπάγουσι τὲ καθαίρεσιν.

### Οὐ δεῖ καὶ ἀποκηρῦσαι τὲ χωρισθεῖσαν τοῦ ἐπισκόπου γυναῖκα.

Ἐν δὲ τῷ μή'. κανόνι οἱ αὐτοὶ πατέρες τοῖς κοινοῖς συμφωνίαν διαζυχθεῖσθαι τοῦ μέλλοντος· ὅτι τῶν τὲ ἐπισκοπῆς καθεδεῖσθαι οἰκίαν, συνοικεῖν ὅλως αὐτῷ οὐ μεθιᾶσιν, ἀλλ' εἰς μοναστήριον κελεύουσιν εἰσιέναι, μὴ ὀνήτονον τῆς τὲ ἐπισκόπου καταγωγῆς κεῖμενον. οὐ γὰρ οἷον τε συνεχῶς εἰς ἀλλήλους ὁρᾶσθαι, μὴ ἀναπίπτειν σφισὶ τὴν ἔρωτα τῇ μνήμῃ τὲ προτέρας διαγωγῆς. καὶεῖ δὲ τῆς τὲ ἐπισκόπου προνοίας ἀπολαύειν αὐτοῖς ἀξιοῦσιν, εἰ ἐνδεῶς ἔχουσι εἴη. εἰ γὰρ αὐτῷ δὴ τῷ ἐπισκόπῳ, φαυλίσειν τῶν ἀναλωμάτων, εἰς ἑαυτὸν δαπάνᾶν ὀκνῆν τῆς τῆς ἐπισκοπῆς σὺν ἐφῆται, πολλῷ γ' ἂν ταύτῃ τῶν τῆς ἐκκλησίας δοθήσεται, οἴκοθεν ἐμποιεῖν τοῖς πρὸς ζῆν ἀφορμάς. εἰ δὲ καὶ ὁ βίος αὐτῆς σεμνὸς εἴη, καὶ εἰς τὴν διακονίας βαθμὸν προβιβάζεται. εἰς μοναστήριον δὲ εἰσιέναι κελεύουσιν, ὡς ἀναγκαῖον ὂν ἀπεκείσθαι ταύτῃ. ἐξὸν μὲν γὰρ αὐτῇ πρὸ τῆς χειροτονίας τῷ ἀνδρὸς μὴ διαζυγῆναι· καθεύδοντες καὶ τὲ χειροτονίαν κωλυθῆναι, καὶ τὲ ἀποκαρσιν. ὅτε δὲ γε τὰ τὲ χειροτονίας συνήνεσε, δέον καὶ τῇ ἀποκάρσει τὲ διαζύξιν βεβαιώσασθαι. ἐζήτηται δὲ τὰ πρὸ τούτου, καὶ ὅτι τῆς βασιλείας Ἰσαακίου τῷ Ἀγγέλου τῶν τοῦ πεντάρχων συνεδριαζόντων, τὲ οἰκουμενικοῦ, τὲ Ἀντιοχείας, καὶ τὲ Ἱεροσολύμων, καὶ μητροπολιτῶν ὡσεὶ τεσσεράκοντα,



tionem derelicta est, meâ quidem sententiâ, inquit, ita manere debet. Dominus enim dicens, si quis uxorem suam relinquat, eam mœchari facit, hanc ab alterius viri consortio arcet; non enim fas est maritum crimini obnoxium esse, ut qui adulterii causa sit, eam vero irreprehensam, quæ adultera à Domino vocatur, propter alterius viri commercium. Quænam autem his medicina adhibetur, ex legibus civilibus clarius discès.

Quinetiam Synodi Carthaginensis canon centesimus sextus præcipit, ut qui à conjunctione matrimoniali diverterint, vel inter se reconcilientur, vel ita cælibes maneant, juxta pronuntiatam hanc à Domino sententiam: quos Deus conjunxit, homo non separet: & illam Apostoli: Alligatus es uxori? ne quæras divortium. Quære etiam cap. ix. lit. B. de iis qui nuptias legitimas abominantur.

## CAPUT XVII.

### *Quod Episcopi ab uxoribus suis separari debent.*

C DIVINI vi. Syn. Patres in cap. sive can. xii. Pontifices post ordinationem arcent ab earum mulierum contubernio, quæ ante ordinationem matrimonii lege cum eis erant copulatæ, dicentes: Non ut abrogemus ea, quæ S. Apost. can. v. statuerunt, hoc sancimus: sed ut incrementum Ecclesiæ ad statum meliorem procuremus. Etenim illi divini Apostoli, quum recens Ecclesia Judæorum crassitiei, & superstitioni paganorum, longum vale dixisset; nonnullis ut consuetudinibus patrum uteretur, permiserunt. Quippe tam Judæorum, quam paganorum Pontifices, à tori consortibus non separabantur. Verum ut hodie comparatæ res sunt, necessarium statuunt, ut vitam suam Pontifices ad castitatem D accuratam dirigentes, non alienarum modo, sed suarum etiam uxorum consuetudine abstineant. Hoc enim occasionem scandali nullam omnino subditis relinquit, & ipsimet Episcopi laudem illam Apostolicam auferunt: absque offendiculo sitis & Judæis, & Paganis, & Ecclesiæ Dei, &c. Deinde iis, qui hoc canone comprehensa non observant, pœnæ loco abdicationem statuunt.

### *Quod tonderi etiam debeat mulier ab Episcopo separata.*

At in Canone xlviii. iidem Patres separatam communi consensu ab eo, qui ad Episcopatus gubernacula E sessurus est, ut cum ipso in contubernio sit, omnino non permittunt; sed monasterium ingredi jubent, quod ejus in loci vicinia, quo loco degit Episcopus, non situm sit. Quippe fieri non potest, quum sese frequenter intueantur, quin amor in eis per consortii pristini memoriam accendatur. Eo tamen in loco volunt, ut Episcopi providentiæ fructum percipiat, si prematur inopia. Quippe si ultra res necessarias nihil ipsimet Episcopo suam in personam de bonis Episcopatus expendere permittitur; multo minus aliquid huic de bonis Ecclesiæ dabitur, si ex semetipsa victui necessaria habuerit. Quod si vita ejus honesta & gravis sit, etiam ad F Diaconatus gradum evehitur. Cæterum ut monasterium ingrediatur, idcirco præcipiunt: quod excusatione nulla impetrare possit, quin tondeatur. Nam potestatem habebat ante viri ordinationem recusandi divortium; quo facto, tum impediri ordinatio, tum etiam tonsura poterat. Verum postquam ipsamet in ordinationem consensit, necesse est per tonsuram divortium confirmetur. Hac de re tractatum fuit tempore imperii Isaaci Angeli, tribus Patriarchis in Concilio præsentibus, nimirum Universali, & Antiocheno, & Hierosolymitano, præter Metropolitanos fere xl.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

qui decreto ſanciverunt, citra recuſationem tonderi debere mulierem Epiſcopi ordinati, ſynodalibus id literis complectentes & confirmantes. Hinc probatur, nec Sacerdotum uxoribus fas eſſe, ſecundas ut contrahant nuptias.

Hujus autem Syn. can. xxx. expreſsè, inquit, pronunciatur à ſanctis Patribus, de Sacerdotibus & Diaconis barbararum Eccleſiarum, qui pietatis prætextu cum uxoribus ſuis conſenſum inierunt à mutuâ conſuetudine abſtinere. Statuimus, inquiunt, eos non amplius cum illis cohabitare debere; ut ex eo nobis perfectam ſui promiſſi demonſtrationem præbeant. Hoc autem illis conceſſimus propter externum & barbarum eorum morem; & propter eorum in fide imbecillitatem, & non ſatis ſolidam conſtantiam; utque in ſuſcepto continentiæ conſilio corroborentur, longè ab uxoribus ſuis viventes. Cum iis enim cohabitare, ad venereum congreſſionem forſitan incitamento erit.

A οἱ καὶ ἐψηφίσθη, ἀναγκαίτατον ὀφείλειν ἀπέχεσθαι τὴν χειροτονηθεῖσαν ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου γυναῖκα, συνοδικαῖς γράμμασι ταῦτα συμπεριλαμβάνοντες καὶ κυροῦντες. ἐντεῦθεν δείκνυται, μηδὲ τὰς τῶν ἱερέων γυναῖκας ἀτρέμα εἰ δύνοιντο γαμεῖν.

B Ὁ δὲ γε τοῦτος λ'. ἰδικῶς ἐκφωνηται τοῖς ἁγίοις πατράσι, περὶ τῶν ἐν ταῖς βαρβαρικαῖς ἐκκλησίαις ἱερέων καὶ διακόνων, τῶν προφάσει εὐλαβείας μὴ τῶν οἰκείων δύνασθαι γαμετῶν συμφωνοῦντων τὴν πρὸς ἀλλήλους ὁμιλίας ἀπέχεσθαι. τούτους γὰρ μηκέτι ταύτας συνοικεῖν διακελευόμεθα φάσιν, ὡς ἂν ἡμῖν ἐντεῦθεν ἐντελῆ τὴν ὑποχέσεως πρόφασιν δείξωσι περὶ τοῦτο ἀνεδεδόκαμεν, διὰ τὸ ἀπεξενωμένον αὐτῶν καὶ βάρβαρον ἦθος, καὶ διὰ τὸ περὶ πίστιν ἀπαγὲς, καὶ μὴ πάνυ ἑδραῖον· καὶ ἵνα πρὸς σωφροσύνην μᾶλλον ὑπερρωννύοιντο, πόρρω τῶν πρώην διέχοντες γαμετῶν. τὸ γὰρ αὐτοῖς συνοικεῖν εἰς προξυσμὸν πέφυκε φέρειν τὴν πρὸς αὐτὰς ὁμιλίας.

C

## CAPUT XVIII.

*Quod Sacerdotes ab uxoribus ſuis abſtinere debent, cum ſacra tractaturi ſunt.*

D

Canon Synodi Carthaginenſis tertius, debere dicit eos, qui munus Sacerdotale ſortiti ſint, & ſemper, & in omnibus continentiam, caſtitatem, omnemque aliam virtutem colere; ut puri ad purum accedentes, votorum ſuorum compotes fiant, ipſi mediatores inter Deum & homines ſic conſtituti, ut dum internuntiorum erga Deum munere funguntur, mortalibus eum (quantum ejus fieri poteſt) propitium reddant, & mundo pacem expoſcant. In primis vero invitante ipſos ratione temporis ad ſacrorum tractationem & perceptionem myſteriorum, quum reapſe caſtitatem præſtare debeant, etiam ab uxorum ſuarum conſuetudine ſemet abſtineant.

Hujus autem Syn. can. iv. & xxviii. nec non lxxiii. obſcurè dicti, & ſacratos, qui divina myſteria contrectant, ab uxoribus ſuis abſtinere jubentes, prætextum Latinis dederunt exigendi ab iis qui ordinandi erant, ut à propriis uxoribus recedant. Quod ſi canones iſti ita ſentiant, ipſi potiùs digni ſunt à ſacris canonibus, tum Apoſtolicis tum Synodicis removeri, quòd iis omnino contraria doceant.

E Illud enim clarè admodum evertens canon decimus tertius ſextæ Synodi in capite undecimo præſentis literæ expoſitus, iis qui ita ſentiunt & faciunt ſegregationem intentat. In tempore quidem quo ſacra myſteria contrectantur, ut qui in clerum aſcripti ſunt, ab uxorum ſuarum commercio abſtineant, conveniens & ſanctum eſſe judicat, D. Paulo morem gerens dicenti, Ne fraudetis vos invicem, niſi ex conſenſu fiat, ut orationi & jejunio vacetis, in ſtatis ſcilicet temporibus jejunium intelligens, quando quis Sacramenta participaturus eſt, & intenſam cum ferventibus lachrymis precationem, non autem eam cui indefinenter incumbere juſſi ſumus, orate enim, inquit, ſine intermiſſione. Quin & Judæis F olim mandatum erat, ſacras voces in monte audituris tribus diebus ad uxores ſuas non accedere.

Tertius autem canon ſancti Martyris Dionyſii Epiſcopi Alexandrini, Sacerdotes ſibimetipſis idoneos dat judices, quum ad reverenda ſunt acceſſuri myſteria, ſuis ut ab uxoribus abſtineant, ex communi tamen conſenſu, ſecundum verbum hoc illius magni Pauli: maritus proprium corpus non habet in poteſtate, & quæ ſequuntur.

## ΚΕΦ. μ'.

Οτι τὴν ἰδίων γυναικῶν δεῖ τοὺς ἱερωμένους ἐγκρατεύεσθαι, ὅτε τὰ ἅγια μεταχειρίζεσθαι μέλλουσιν.

Ὁ τρίτος τῶν ἐν Καρθαγένῃ συνόδου πέμπων, τοὺς ἱερᾶσθαι λαχόντας φησὶν, ἀεὶ μὲν καὶ ἐν πᾶσιν ἐγκράτειαν καὶ σωφροσύνην, καὶ πᾶσάν ἄλλην ἀρετὴν μετέναι δεῖ, ὅπως καθαροὶ τῷ καθαρῷ προσιόντες, τῶν αἰτημάτων ἐπιτυγχάνοιεν, μεσίτας τοῦ θεοῦ χρηματίζοντες καὶ ἀνθρώπων· ὥστε ἀμφιπροσωπούμενοι πρὸς τὸν θεὸν, τούτοις ἐκεῖνον ὡς ἐφικτὸν ἱλεοῦσθαι, καὶ εἰρηνεύειν τῷ κόσμῳ αἰτεῖσθαι. οὐκ ἤκιστα δὲ τὸν καιρὸν καλοῦντος αὐτοὺς, πρὸς τὴν τῶν θείων μεταχείρησίν τε καὶ μετάληψιν μυστηρίων, ἔργῳ παρ' ἑαυτῶν σωφροσύνης δεικνύναι ὀφείλοντας, καὶ τὴν τῶν ἰδίων γυναικῶν ὁμιλίαν ἀπέχεσθαι χρή.

Ὁ γε μὴν δ'. τούτου, καὶ ὁ κη'. πρεσβύτερος καὶ ὁ ογ'. ἀσαφῶς εἰρημένοι, καὶ τοὺς τὰ θεῖα μυστήρια ψηλαφῶντας ἱερωμένους ὀκ τῶν ἰδίων ἐγκρατεύεσθαι συμβίων κελεύοντες, πρόφασιν τοῖς Λατίνοις ἔσχαν τοὺς ἱερωθήσεσθαι μέλλοντας ἐκστρατίαν τῶν ἰδίων χωρίζεσθαι γυναικῶν. εἰ τοίνυν οὕτω δόξης ἔχουσιν οἱ τοιοῦτοι κήρυκες, ἄξιοι ἂν εἶεν μᾶλλον δίκαιοι τῶν ἱερῶν κανόνων χωρίζεσθαι, τῆς τε ἀποστολικῆς καὶ συνοδικῆς, ὡς τἀναντία τούτοις ἄντικρυς δογματίζοντες.

Τοῦτο γὰρ ὀκ πολλοῦ τοῦ κρείττονος ἀναγέπτων, ὁ ὀν τῷ δευτέρῳ κεφ. ῥηθεὶς τῶν ἁγίων τοιχείου ιγ'. τοῦ ς'. συνόδου κανών, ἀφορισμὸν ἐπέθετο τοῖς οὕτω καὶ φρονοῦσι καὶ πράττουσιν. ὃν μέντοι τῷ καιρῷ τῆς τῶν θείων μεταχειρήσεως μυστηρίων, τοὺς τῷ κλήρῳ καταλεγμένους τῆς ὁμιλίας τῶν ἰδίων ἀπέχεσθαι γυναικῶν, καὶ ὅσιόν καθῆκον εἶναι κρίνει καὶ ὅσιον, τῷ θείῳ Παύλῳ πειθόμενον, μὴ ἀποστερεῖτε λέγοντι ἀλλήλους, εἰ μή τι ἂν ὀκ συμφώνου γένηται, ἵνα σχολάσητε τῇ προσευχῇ καὶ τῇ νηστείᾳ, τὴν ὠρισμένοις δηλαδὴ καιροῖς νηστείαν δηλῶν, ὅτι τις μέλλοι τῶν ἁγιασμάτων μεθέξειν, καὶ τῷ ἐπιτεταμένῳ μετὰ θερμῶν δακρύων προσευχῇ, ἣ μὴ ἢ προσανέχειν ἀδιαλείπτως ἐπιτάττομεθα, ἀδιαλείπτως γάρ φησι προσεύχεσθε. καὶ τοῖς Ἰουδαίοις γὰρ πάλαι ἐπετέτακτο τῶν ὄρει μέλλουσι θείων ἐπαΐειν φωνῶν, δυσὶ τρισὶν ἡμέραις γυναικὶ μὴ προσιέναι.

Ὁ δὲ γ'. τῶν ἱερομάρτυρος Διονυσίου Ἀλεξανδρείας, ἀρχιερῶτας ἑαυτὸν φησὶν αὐτοῖς τοὺς ἱερωμένους διαιτητὰς, ἵνα τοῖς φεισθεῖσι προσιέναι μέλλοιεν μυστηρίοις ἀπέχεσθαι μὲν τῶν ἰδίων γυναικῶν, ἀλλ' ὀκ κρινῆς συμφωνίας καὶ τῷ τοῦ μεγάλου Παύλου φωνῷ, ὅτι ὁ ἀνὴρ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ο δὲ

Ο δὲ ε'. καὶ ὁ ιγ'. τῆ Τιμοθέου Αλεξανδρείας, τοὺς Χριστικῶς τῆ νυκτὸς συναφθέντας ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας, μθ' ἡμέραν ἀπείργει τῆ ἱερᾶς τελουμένης συνάξεως τῆ θείων κοινωνῆσαι μυστηρίων· μάρτυρίου ἀσφαλὲς πρὸ προβέβηθεῖσθαι τῆ ἀποστόλου ῥῆσιν καὶ ἐξ ἧς προφερόμεθα· μάλιστα γάρ τοι τῆ σαββάτου καὶ κυριακῆς φυλάττεσθαι φησὶ τῆ πρὸς ἄλληλους κοινωνίας, οἷα τελοικαύτα τῆ ἱερᾶς θυσίας τῆ κυρίῳ ἀναφερομένης.

A

Canon autem v. & xiii. Timothei Alexandrini, viros & mulieres qui nocte carnaliter conjuncti sunt, interdiu, dum sacra synaxis celebratur, à sacris mysteriis arcet, firmi testimonii loco prædictum Apostoli sermonem allegans; præcipuè autem Sabbato, inquit, & die Dominico, à mutuo commercio abstinendum est, utpote quod tum sacra oblatio Domino offeratur.

## ΚΕΦ. ιθ'.

Περὶ τῆ γυναῖκας συνεισάκτους ἐχόντων Επισκόπων ἢ κληρικῶν.

## CAPUT XIX.

*De habentibus in contubernio mulieres extraneas Episcopis, aut Clericis.*

B

Ο γ'. τῆ πρώτης συνόδου κρίνων, ἐπίσκοπον ἢ τινα τῆ τῆ κλήρου, συνείσακτον ἔχειν γυναῖκα οὐκ οἴεται δεῖν, εἰ μὴ ἄρα μητέρα ἢ ἀδελφὴν ἢ θείαν, ἢ εἴ μόνα πρόσωπα παντὶ ἀμφιβόλου ὑποψίαν. συνεισάκτους δὲ φησι τὰς ἑλομένας συνοικεῖν ἱερεῦσιν ἀζύγοις, τὰς πρὸς τὰς ἀναγκαίας χρείας αὐτοῖς διακονουμένας.

CANON primi Concilii tertius, Episcopum, vel aliquem ex clero, non debere putat in contubernio mulierem extraneam habere: nisi forte matrem, vel sororem, vel amitam, vel eas duntaxat personas, quæ ab omni suspicione liberæ sunt: vocat autem extraneas vel introductitias, quæ cohabitare cum expertibus conjugii Sacerdotibus eligunt, dum in illis operam suam eis exhibent quæ necessarios ad usus spectant.

Τούτου καὶ ὁ ε'. τῆ ς'. συνόδου μεμνημένος κρίνων τοὺς τοιούτους γυναῖκα κεκτῆσθαι ἢ διακονίδα, πάντη ἀπείρηκε, προφάσιν σκανδάλου τούτους μὴ διδόναι προνοούμενος· τῆ δὲ παραβαίνοντι ἐπιφιλονείκησαι τὴν καθαίρεσιν. προσεπάγει δὲ καὶ τοὺς συνούχους πᾶσιν ἓξ ἀνάγκης τοῦτο παραφυλάττεσθαι, τὸν ἐντεῦθεν μέμψιν ὑφορωμένους, εἰ μὴ βούλοιντο, κληρικοὺς μὴ ὄντας, καθαιρεῖσθαι, λαϊκοὺς δὲ, ἀφορίζεσθαι.

C

Hujus rei can. v. Syn. vi. meminit, ubi ejusmodi homines mulierem vel ancillam possidere omninò prohibet; providens nimirum ne scandali occasionem darent: eique qui transgreditur, depositionem intentat. Addit etiam maximè necessarium esse ut hoc ipsum eunuchi servent, reprehensionem exinde reformidantes, si secus voluerint; si enim Clerici fuerint, deponentur, sin Laici segregabuntur.

Ο δὲ ιη'. τῆ ζ'. συνόδου κρίνων, ἀπρεπῶς ἓξ καὶ ἀπόστολον τοὺς τῆ κλήρου ἀξιοῖ, μὴ ὅτι τοῖς πιστοῖς, ἀλλά γε καὶ οἷς οὐδὲν τῆ τῆ εὐσεβείας ἐμέλησε· διό τοι τοῦτο, καὶ ὃς ἰωτακισμῶ διακονίαν ὑπηρέτουσα γυναικὶ δούλη ἢ ἐλευθέρα, ἐν ὑπαυλείῳ ἢ μοναστηρίῳ, ὑπομεῖναι παρεγυάτας, ὑπομένοντα δὲ, καθαιρεῖσθαι. εἰς ἴδιον δὲ ἀπόντα πρόσωπον, ἢ ὑπαυλον ἢ ἡνούμενον, ἔνθα γυναῖκες τὰ τῆ ὑπηρεσίας μετίασιν, οὐχ ὑπὸ τούτων καὶ αὐτὰς, ἀλλ' ὑπ' ἀνδρῶν ὑπηρετεῖσθαι βούλεται, ἐκείνας ἢ ἐν ἑτέρῳ διάγειν τόπῳ, ἕως ἂν ὁ ὑπαυλος ἢ ὁ ἡνούμενος ἐκεῖθεν ὑποχωρήσῃ. εἰ γὰρ εἰς ἀλλότριον πρόσωπον ἢ ξενοδοχεῖον οὕτω καταλύσουσιν, δυσχερὲς οἶμαι τὰ τῆ κανόνος τηρηθῆναι.

D

Canon autem xviii. Syn. vii. omnes qui ex Clero sunt, juxta Apostolum, sine offensione esse jubet, non solum fidelibus, sed & iis quibus religio curæ non est; quare qui ministerium quodcunque mulieri servæ vel liberæ in Episcopio vel monasterio commiserit, puniri jubet, & perseverantem deponi. Utique & Episcopo vel Præfecto in privato suburbano divertenti, ubi mulieres ministeria obeunt, non eas sed viros ministrare vult; & mulieres in alio loco versari donec Episcopus vel Præfectus exinde recesserit. Si enim in alieno suburbano vel publico hospitio divertant, difficile est, ut opinor, ea quæ in Canone continentur observari.

Ο δὲ τῆ ἐν Ἀγκύρᾳ ιθ'. παρθένους γυναῖκας κωλύει συνέρχεσθαί πισιν ὡς ἀδελφοῖς. ὅθι τούτοις ἡ μεγάλη τῆς ἀληθείας σάλπιγξ, ὁ μέγας Βασίλειος, ὑπομολὼ πρός τινα Γρηγόριον πρεσβύτερον πέμψας ὑπομνηστικώτερον τούτου καθάπτεται, τῆ τοιούτῳ προσομείλοντι. πάθεν. ὑπ πρῶτοι γάρ φησιν, οὔτε μόνοι νενομοθετήκαμεν, γυναῖκας ἀνδράσι μὴ συνοικεῖν. ἀλλ' ἀναγνῶσι καὶ ὑξενεχθέντα κανόνα παρὰ τῆ ἁγίων πατέρων ἡμῶν, ἐν τῆ συνόδῳ Νικαίας, ὃς φανερῶς ἀπηγόρευσε, συνεισάκτους μὴ εἶναι. ἀγαμία δὲ ἐν τούτῳ ἔχει τὸ σεμνὸν ἐν τῆ κεχωρίσθαι τῆς μετὰ τῆ γυναικὸς διαγωγῆς. ὡς ἐὰν ἐπαγγελλόμενός τις αὐτὴν τῷ ὀνόματι, ἔργῳ τὰ τῆ γυναικὸς συνοικούντων ποιῇ, δῆλός ἐστι τὸ μὴ τῆ παθείας σεμνὸν ἐν τῆ προσηγορίᾳ διώκων, τὸ δὲ καθ' ἡδονὴν ἀπρεπῶς μὴ ἀφιστάμενος. οὔτε γὰρ τὸ ἑβδομήκοντα ἔτη γεγονότα πείθομαι ἐμπαθῶς γυναικὶ συνοικεῖν, οὔτε ὡς ὑπολαμβάνῃ τινὶ ἀπόπτῳ προφάσει, ὡείσαμεν ἃ καὶ ὡείσαμεν.

E

F

Canon vero xix. Ancyranæ Synodi, mulieres virgines ad quosdam accedere, tanquam fratres, vetat. Secundum hos, magna isthæc tuba veritatis, magnus ille Basilius, ad Gregorium Presbyterum epistola missa, majori cum increpationis vehementia tangit eum, qui huic se vitio dedit. Neque primi nos, inquit, neque soli statuimus, non debere mulieres in virorum esse contubernio: sed promulgatum à sanctis Patribus nostris in Concilio Nicæno canonem legito, qui manifesto prohibuit, ne sint mulieres introductitiæ vel extraneæ. Cælibatus autem dignitas ac veneratio in hoc consistit, ut quis à consortio muliebri separetur. Quippe si quis eum verbo tenus promittens, reapse faciat ea, quæ solent qui mulierum in consortio degunt: manifestum de se præbet indicium, quod virginitatis decus nomine tenus sectetur, verum fæditate voluptatis non abstineat. Non enim equidem septuaginta natum annos lascive mulieri cohabitare crediderim, nec velut alicujus absurdi facinoris admissi causa statuimus id, quod statuimus.

Αλλ' ἐπεὶ ἐδιδάχθημεν ὑπὸ τῆ ἀποστόλου, μὴ πρόσκομμα τῷ ἀδελφῷ, ἢ σκάνδαλον· οἴδαμεν ὅτι ὑπό τινων ὑγιῶς νενόμισται ἄλλοις ἀφορμὴ πρὸς ἁμαρτίαν ὑπάρξει, τούτου ἕνεκα προσεπάξαμεν ἐπιμένοι τῆ διαταγῆ

Sed propterea, quod edocti simus ab Apostolo, non esse fratri offendiculum ponendum, quod ei scandalo sit, & non ignoramus id, quod ab aliquibus recte fiat, aliis occasionem peccandi præbiturum: idcirco præcepimus,

pimus, converſationem ſanctorum Patrum ſectantes, à muliercula debere te ſeparari. Quamobrem ex ædibus tuis eam ejicito, & in monaſterium abdito. Sit ipſa cum virginibus, & tu virorum utere miniſterio: ne nomen Dei propter nos blaſphemetur. Quamdiu vero hæc facies, nihil tibi proderunt illæ myriades, quarum in Epiſtolis mentionem facis; ſed ut homo ſecors morieris, & ſecordiæ tuæ rationem Deo reddes. Quod ſi te minime corrigens, retinere tamen Sacerdotium attentaveris: eris omni populo anathema, quique te recipient, in omni Eccleſia velut abſtenti publicabuntur.

τῷ ἁγίων πατέρων, χωρισθῆναί σε τῆς γυναίου. ἔκβαλε τοίνυν αὐτὴν ἀπὸ τῆς οἰκίας σου, καὶ κατάσκησον αὐτὴν ἐν μοναστηρίῳ. ἔστω σὺν παρθένοις, καὶ σὺ ὑπηρετοῦ τοῖς ἀνδράσιν, ἵνα μὴ τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ δι' ἡμᾶς βλασφημῆται. ἕως δ' ἂν ταῦτα ποιῇς, αἱ μυριάδες ἃσπερ οὐ γράφεις διὰ τῆς ἐπιστολῆς, οὐδέν σε ὠφελήσουσι, ἀλλὰ πλουτήσεις ὀργὴν, καὶ δώσεις τῷ κυρίῳ λόγον τῆς σαυτοῦ ἀργίας. ἐὰν δὲ τολμήσῃς, μὴ διορθωσάμενος σαυτὸν, ἀντέχεσθαι τῆς ἱερωσύνης, ἀνάθεμα ἔσῃ πᾶσι τῷ λαῷ, καὶ οἱ δεχόμενοί σε ἀκήρυκτοι πάσῃ ἐκκλησίαν γενήσονται.

Ex hac autem Epiſtolâ colligere licet non oportere ſtatim ſegregari Presbyterum qui cum alienâ muliere cohabitat; ſed ſi poſt promiſſum ab hac ſecedere recuſaverit.

Ἐκ δὲ τῆς ἐπιστολῆς ταύτης πάρεστι γνῶναι, μὴ δεῖν οὐδὲ ἀφορίζεσθαι τὸν ἀλλοτρίᾳ γυναικὶ συνοικοῦντα πρεσβύτερον, ἀλλ' εἰ μὴ παραινήσαντα ταύτης ἀποστῆναι μὴ βουληθέντα.

## *Leges.*

Epiſcopum nullam omnino mulierem habere, aut cum eâ cohabitare permittimus; quod ſi id demonſtratum fuerit, ex Epiſcopatu ejiciatur.

## Νόμοι.

Ἐπίσκοπον μηδεμίαν παντελῶς γυναῖκα ἔχειν ἢ μετ' αὐτῆς συνοικεῖν συγχωροῦμεν· εἰ δ' ἀποδειχθείη τοῦτο, τῆς ἐπισκοπῆς ἐκβαλλέσθω.

Nullus Clericus uxorem non habens, introductitiam in domo ſuâ habeat, præter matrem, filiam, ſororem, & alias quæ ſuſpectæ non ſunt. Quod ſi hæc non obſervaverit, & bis monitus ab Epiſcopo vel Clericis, eam non ejecerit, aut accuſatus cum eâ inhoneſtè verſari convictus fuerit, deponatur.

Μηθεὶς κληρικὸς γυναῖκα μὴ ἔχων, ἐπείσακτον ἐχέτω ἐν τῇ οἴκῳ αὐτοῦ, πλὴν μητρὸς, καὶ θυγατρὸς, καὶ ἀδελφῆς, καὶ τῶν ἄλλων ἀνυπόπτων. εἰ δὲ μὴ ταῦτα διαφυλάξειε, καὶ δὶς νουθετηθεὶς ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου ἢ τῶν κληρικῶν, μὴ ἐκβάλοι αὐτὴν· ἢ κατηγορηθεὶς ἀποδειχθείη συναπερχομένως ἀσέμνως αὐτῇ, καθαιρείσθω.

Epiſcopus ullam mulierem in contubernio ne habeat; nec mulier, quæ Diaconatus munere fungitur, in viri contubernio ſit.

Ἐπίσκοπος μὴ συνοικείτω οἱᾳδήποτε γυναικί· μηδὲ γυνὴ διακόνου συνοικείτω ἀνδρί.

## CAPUT XX.

### *De iis qui in balneis unà cum fœminis ſe lavant.*

## ΚΕΦ. κ'.

### Περὶ τῶν γυναιξὶ συλλουομένων.

Canon lxxxvii. vi. Synodi, viros in balneis unà cum fœminis ſe lavare, ſut quod & apud gentes condemnatum ſit, omnino prohibet: & Clericis quidem ita facientibus pœnam depoſitionis, Monachis autem vel Laicis ſegregationis decernit.

Ὁ ἑβδομηκοστὸς ἕβδομος κανὼν τῆς ς'. συνόδου, ὃς ἐν βαλανείοις τοὺς ἄνδρας μὴ γυναικῶν λούεσθαι, ὡς καὶ παρὰ τοῖς ἔθνεσιν ὑπὸ κατάγνωσιν γινόμενον, πάντη ἀπείρηκε. καὶ κληρικοῖς μὲν τοῦτο ποιοῦσι, καθαίρεσιν ὁρίζει ὃ ἔστιμον, ἀφορισμὸν δὲ μοναζόντων ἢ λαϊκῶν.

Hic autem canon eſt xxx. Syn. Laodic. ſine pœnis. Si enim qui in tranſitu in mulierem inciderit, magnâ curâ opus habet, ne ratio ejuſdem deſiderio inficiatur, qui eas nudas in balneo viderit, carnalis appetitus inſidias difficulter evitare poterit. Inimicus enim membris noſtris tanquam jaculis adverſos nos ipſos utitur. Deinde annon turpiſſima res eſſet, viros & fœminas ſeſe nudos mutuo conſpicere, & amorem ſibi incendere, & carnis flammas exuſcitare? corpori enim ſufficit ſua malitia, & naturalis motus, & quid opus eſt igni plus materiæ, aut facultati brutali copioſius alimentum ex oculorum pabulo ſuppeditare, ut magis difficulter cohibenda, & ratione potentior evadat? Præterea plurimis occaſionem ſcandali præberemus, qui juſſi ſumus fratri offendiculum non ponere, & ſine offenſione eſſe Judæis & Græcis, & Eccleſiæ Dei. Quin & conjugibus hoc facere non eſt permiſſum. Quamvis enim unum corpus ſint, & ſibi invicem membra, propriis tamen membris abuti non oportet.

Οὗτος δὲ τριακοστός ἐστι τῶν ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου, χωρὶς τῆς ἐπιτιμίων. εἰ γὰρ ὁ ἐντυχὼν τῷ ἀρρένων γυναικὶ, πολλῆς δεῖται σπουδῆς, μὴ φθορὰν παραδεχθῆναι τὸν λογισμὸν τῇ περὶ ταύτην ἐπιθυμίᾳ, πόθεν γ' ἂν ὁ γυμνουμένας ταύτας ὁρῶν ἐν βαλανείῳ, δυνηθείη φυλάξασθαι τὴν ἡδονὴν τὴν ἐπιβουλήν. τίς γὰρ ἀλλήλων μέλεσιν ὡς βλεσιν ὁ ἐλεύθερος καθ' ἡμᾶς ζῆται. ἔτ' οὐκ αἰσχρῶν ἐστιν αἴσχιστον, ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας ἐπ' ἀλλήλων ὁρᾶσθαι, καὶ ἀναφλέγειν σφίσι τὸ ἔρωτα, καὶ τὴν σαρκὸς ἀνάπτειν τὴν πύρωσιν; ἀρκεῖν γὰρ τῷ σώματι ἡ κακία αὐτῶ, καὶ ἡ φυσικὴ τούτου κίνησις, τί δὲ δεῖ τῇ φλογὶ πλείονος ὕλης, ἢ τῆς ἀπείρου δαψιλεστέρας τροφῆς ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν ἐπιάσεως, ἵνα μᾶλλον δυσκαθέκτον ἡμῖν γένηται, καὶ τοῦ λογισμοῦ βεβαιότερον; ἄλλως τε καὶ σκανδάλου τοῖς πολλοῖς ἀφορμὴν ἂν παράσχοιμεν, οἵτινες ἐπεζητήμεθα, μὴ πρόσκομμα τῷ ἀδελφῷ, καὶ ἀπρόσκοποι γίνεσθαι καὶ Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησι, καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ. ἀλλ' οὐδὲ τοῖς ὁμοζύγοις ἐφεστὸν τοῦτο ποιεῖν. εἰ γὰρ ἓν πεφύκασι σῶμα, καὶ ἀλλήλων μέλη τυγχάνουσιν, ἀλλ' οὖν χρῆσθαι κακῶς ἢ χρὴ τοῖς οἰκείοις μέλεσιν.

ΚΕΦ.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

A

## ΚΕΦ. κά'.

Οὐ γυναῖκα δεῖ προεδρίδας γίνεσθαι.

Ο ια'. ὃν Λαοδικείᾳ κανὼν, σὺν φήμῃ δεῖν, κατά γε τὸ παλαιὸν ἔθος, προεδρίδας γίνεσθαι, καὶ τῆς ἄλλων ὃν ἐκκλησίᾳ προκαθίζεσθαι γυναικῆς, ὡς διδασκάλου τάξιν πρὸς αὐτὰς ἐπεχούσας. σιωπᾶν γὰρ ὁ λόγος καὶ διδάσκεσθαι, οὐχὶ διδάσκειν, ἡνίκα σιωπᾶσαι ἐπέταξε γυναιξίν. ἐξαίρων τὸ λόγου, τὰς ὃν ταῖς τῆς γυναικῆς μοναστηρίοις τῆς λοιπῶν προϊσταμένας· ἡ γὰρ, ἑνὸς σώματος τρόπον, ὃν διαφόρων μελῶν ἁρμονὴ διὰ τὴν σύμπνοιαν, καὶ πρὸς θεὸν τῆς λοιπῶν ὑποταγὴν, κεφαλὴν ταύτας δίδωσι χώραν. B

## ΚΕΦ. κβ'.

Οὐ γυναῖκας δεῖ εἰσέρχεσθαι εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον.

Ο μδ'. ὃν Λαοδικείᾳ συνόδου κανὼν, εἰσπεπτῶν ἦν γυναικὶ τὸ ἅγιον θυσιαστήριον, τῆς ἀτόπων ἡγεῖται· εἰ καὶ περὶ τῶν λαϊκῶν ἀνειμένον καὶ ταύτης, εἰ γοῦν λαϊκοῖς ἀνδράσι τοῦτο ἀπείρηται, πολλοῦ γε δεῖ γυναιξίν. ἐκβέβληνται δ' ὡς φασί τινες διὰ τὴν τῆς ἐμμήνων ἀποφαίρετον ῥύσιν. ζήτει καὶ τὸ ια'. κεφάλαιον τοῦ πρώτου στοιχείου, καὶ τὸ ς'. κεφ. τοῦ Β. στοιχείου. C

## ΚΕΦ. κγ'.

Οτι γυναῖκας δεῖ ἐν ἐκκλησίᾳ σιγᾶν.

Ο ό'. ὃν ς'. συνόδου κανὼν, σιγὴν ἀσκεῖν τὰς γυναῖκας ἐπιτάττει, καὶ διὰ τοῦ μεγάλου Παύλου φωνεῖ, ὅτι ἐν τῇ τῆς λειτουργίας μόνον καιρῷ, ἀλλά γε καὶ ἐπὶ πάσης τῆς πιστῶν συνελεύσεως. εἰ δέ τι μαθεῖν ἐθέλουσι, ἐν οἴκῳ τοὺς ἰδίους ἄνδρας ἐπερωτάτωσαν. τοῦτο δὲ καὶ τοῖς Ἰουδαίων ἀρμόδιον ἔδοξε, φησὶ γάρ τις D

Γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει.

## ΚΕΦ. κδ'.

Οτι οὐ δεῖ γυναῖκας ἀνδράσι συνομιλεῖν, οὐδὲ ἀνδρικῷ στολῇ ἐνδύεσθαι.

Ο ιγ'. ὃν Γαγγρᾶ συνόδου κανὼν, οὐδὲ τῆς γυναικῆς ἀνεπιτιμήτους εἶασεν, ὅσαι διὰ νομιζομένην ἄσκησιν, ἀντὶ τῆς αἰδοῦς γυναικὶ στολῆς, ἀνδρῶον ἔνδυμα ἐνεδύσαντο, ἀλλὰ καὶ ταύτας τῷ ἀναθέματι ὑπέβαλε. ἕκαστος γάρ φησι, ἐν ᾧ ἐκλήθη, ἐν τούτῳ μενέτω. ἴσμεν δὴ τὰς διὰ ἄσκησιν ἀληθῆ, καὶ ἃ καθ' ὑπόκρισιν τοῦτο ὑποδυόμενα δόγμα, ὅσαι ἀσκητικοὺς ἀγῶνας διήνυσαν, καὶ τοῦ ἄκρου τῆς ἀρετῆς ἐπελάβοντο. ζήτει καὶ ἐν τῷ γ'. κεφ. τοῦ Ε. στοιχείου κανὼν. ξβ'. τῆς ς'. συνόδου. E

## ΚΕΦ. κέ'.

Οτι γυναῖκα τῷ λικῷ, ὄχι ἀναλήψει τὰς νενομισμένας νηστείας τηρεῖν. F

Ο ή'. κανὼν τοῦ Τιμοθέου Ἀλεξανδρείας, τῷ πενθοῦντι γυναῖκα καὶ τῷ ποσαρκησάντι τοῦ πάσχα μὴ φυλάττειν τῷ νενομισμένῳ νηστείαν κελεύει, ἀλλὰ καὶ οἴνου μεταλαμβάνειν, καὶ μετρίοις βρώμασιν ὁπόσοις δύναμις ἑαυτὸν ἀνακλᾶσθαι· ἡ γὰρ νηστεία διὰ καθίλυσιν τοῦ σώματος ὑπενοήθη· τοῦτο δὲ ἀσθενοῦς ἦν, οὐ δεῖται παιδαγωγίας, ἀλλὰ βοηθείας, εἰς τὸ ῥωσθῆναί τε, καὶ τὸν προτέραν σωματικὴν δύναμιν.

## CAPUT XXI.

*Quod mulieres seniores seu Præsidentes fieri non oporteat.*

CANON xi. Syn. Laodic. non oportere censet mulieres seniores fieri, & aliis mulieribus in Ecclesiâ præsidere, quasi Doctoris locum obtinentes. Verbum enim sacrum, omnibus ex æquo mulieres silentium agere, & discere, non autem docere jussit. Excipio hic eas quæ in mulierum monasteriis reliquis præsunt; diversorum enim membrorum, velut unius corporis, compages, propter conspirationem mutuam, & reliquarum sub Deo subjectionem, ipsis capitis locum dat.

## CAPUT XXII.

*Quod mulieres ad sacrum altare introire non oporteat.*

CANON xliv. Syn. Laodic. absurdum ducit ut mulier ad sacrum altare introeat; quamvis id olim iis permissum erat. Si enim viris Laicis hoc vetitum sit, multò magis mulieribus. Ejiciuntur autem, ut nonnulli dicunt, propter involuntarium menstruorum fluxum. Quære etiam xi. cap. præsentis literæ, & vi. cap. lit. B.

## CAPUT XXIII.

*Quod mulieres in Ecclesiâ silere oporteat.*

CANON lxx. Syn. vi. mulieres silentium agere jubet, juxta magni Pauli vocem, non solum in ministerii tempore, sed in omni fidelium conventu. Quod si quicquam discere voluerint, maritos suos domi interrogent. Hoc etiam iis qui sunt extra Ecclesiam conveniens visum est. Dicit enim Poeta nescio quis,

*Mulieres ornat silentium.*

## CAPUT XXIV.

*Quod mulieres cum viris commercium habere, & vestes viriles induere non oporteat.*

CANON xiii. Syn. Gangr. mulieres non impunitas præteriit, quæ propter eam, quæ existimatur, exercitationem, pro consueto muliebri indumento, vestem virilem induerunt, sed eas anathemate ferit. Unusquisque enim, inquit, in eo ordine quo vocatus est, permaneat. Scimus autem mulieres propter veram & non simulatam exercitationem vestem hujusmodi induentes, quot cursus asceticos peregerunt, virtutis fastigium assequutæ. Quære etiam in iii. cap. literæ E. can. lxii. Syn. vi.

## CAPUT XXV.

*Quod puerpera ad stata jejunia observanda non tenetur.*

CANON viii. Timothei Alexandrini puerperam in Paschæ Quadragesima, statum jejunium non observare jubet; sed vini participem esse, & modicis cibis, quantum ferre poterit, sese reficere. Jejunium enim ad humiliationem corporis excogitatum est; quod cum infirmum est, non disciplinâ indiget, sed auxilio, ut convalescat & priores vires recuperet.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

## CAPUT XXVI.

*De eo qui uxorem dæmone obſeſſam habet.*

TIMOTHEUS Alexandrin. in can. xiv. qui inquit, uxore ſuâ dæmone obſeſſâ ita ut ferreos compedes geſtet, cum continenter vivere nequeat, ab eâ ſolvi & aliam ducere voluerit, iſte, puto, adulterii notam non effugiet. Verum circa ea, quorum certam ſcientiam non habeo, tacere ſatius duxi.

### *Lex.*

Ex Novellâ autem Imperatoris Leonis Philoſophi marito conceſſum eſt, cum muliere, quæ perpetuâ inſaniâ laborat, matrimonium ſolvere, & alteri conjungi: eadem vero Novella maritum per triennium expectare jubet, & intra illud cum muliere furioſâ conjugium non ſolvere; mulierem autem à marito ſuo furioſo non ſeparari, antequam quinquennium exactum ſit. Idem etiam Novella Imperatoris Nicephori Botaniati ſtatuit: quamvis inſania, inquit lex, matrimonium impedit, non tamen rectè contractum diſſolvit.

## CAPUT XXVII.

*De mulieribus menſtruatis, ſive, quæ fluxum patiuntur.*

Quære cap. xvi. literæ A.

## CAPUT XXVIII.

*De mulieribus pharmaca ad abortionem ciendam ſumentibus.*

CANON xci. Syn. vi. homicidii pœnas luere jubet mulieres quæ vel accipiunt vel aliis præbent pharmaca ad abortionem ciendam. Aliquæ enim clam cum viris coeuntes, & concipientes, metu ne fornicatio detegatur, à parentibus fortè vel Dominis, medicamenti deleterii potu fœtus corrumpere ſtudent, vel ventres ſuos pondere premunt, ut mortui ex matrice excidant. Et non ſolum illos, ſed & ſeipſos aliquando interimunt.

Canon autem xxi. Syn. Ancyranæ, quamvis inquit, antiqua definitio, eas quæ medicamenta fœtum necantia, uſque ad obitum à communione abigit, nos tamen humanitate uſi decennii tempus ad pœnitentiam iis ſufficere decernimus.

Quin & ii. magni Baſilii can. eandem decennii menſuram ejuſmodi mulieribus decernit, & medicinam non ex tempore ſed modo pœnitentiæ fidam judicat. Quoniam autem Lex Moſaica, cum fœtus nondum efformatus abortivus erat, mulctam pecuniariam impoſuit, cum vero formatus excideret, vitâ mulctavit, mori jubens eum qui mulierem verberaſſet; factâ hujus legis mentione, nos, inquit ſanctus, nullum diſcrimen ſtatuimus, ſive formata ſint ſive informia quæ ejiciuntur; non enim mulctam pecuniariam imponimus, ſed homicidii eam quæ id patravit condemnamus, tùm ob fœtum corruptum, tùm ob mulierem è quâ is ejectus eſt; ſiquidem cum fœtu ipſam quoque interire aliquando

## ΚΕΦ. κς'.

Περὶ τῆ γυναῖκα ἔχοντος δαιμονῶσαν.

Ο μὲν Τιμόθεος Αλεξανδρείας, ἐν τῷ ιδ'. κανόνι, ὅς τις φησὶ, δαιμονώσης τὴ γυναικὸς ὡς μὴ δεσμὰ περικεῖσθαι ζώπλῳ σιδηρῷ πεποιημένα, σωφρόνως μὴ δυναμένος ἔχειν, ταύτης μὲν διαζυγίων, ἐπέραν δ' ἀγάγεσθαι βουληθείη, οὐκ ὡς οἴμαι γραφὴν μοιχείας ὑ διαπέφευξε. πλὴν ἐν οἷς οὐκ οἶδα βεβαίως εἰπεῖν, ἄμεινον ἡγοῦμαι σιωπᾶν.

### Νόμος.

Ἐκ δὲ τῆ νεαρᾶς τῶ βασιλέως Λέοντος τῆ σοφοῦ, δέδοται τῷ ἀνδρὶ, διὰ νόσον μανίαν νοσούσης τὴ γυναικὸς, λύειν τὸν γάμον, καὶ ἑτέρᾳ συναπτεσθαι· πλὴν τὴ μὲν ἄνδρα ὅπη τριετίαν διαφαρτερεῖν αὐτὴ κελεύει, ἐν ὄντος ταύτης μὴ διαλύειν πλὴ μὲτ' τῆ μανείσης γυναικὸς αὐτῶ συζυγίαν· πλὴ δὲ γυναῖκα μὴ διαζεύγνυσθαι τῆ μανέντος ἀνδρὸς αὐτῆς, εἰ μὴ προέλθοι πενταετία. τοῦτο δὲ ἡ τῶ βασιλέως Νικηφόρου τῆ Βοτανιάτου νομοθετεῖ νεαρᾷ. εἰ δὲ ὁ νόμος φησὶ, μανία ἐμποδίζει τὸν γάμον, ὑ μὴν διαλύει τὸν καλῶς συναφθέντα.

## ΚΕΦ. κζ'.

Περὶ τῆ γυναικὸς τῆ ἐν ἀφέδρῳ, ἤτοι τῆ οὐσῶν ἐν ῥύσει.

Ζήτει ὅ ις'. κεφάλαιον τῶ Α. στοιχείου.

## ΚΕΦ. κη'.

Περὶ τῆ γυναικὸς τῆς ὃ ἀμβλώσας φάρμακα διδομένων.

Ο κα'. τῆ ς'. συνόδου κανὼν, φόνου δίκας ὑπέχειν κελεύει, ὅσαι τῷ γυναικεῖ ἢ δέχονται ἢ ἄλλαις ὀρέγουσι τὸ ἀμβλῶσαι φάρμακα. λάθρα γοῦν τινὲς ἀνδράσι μιγνύμεναι, ἐν συλλαμβάνουσαι, δέει τῆ μὴ ἀλῶναι πορνείας, γονοῦσιν ἴσως ἢ δεσπόταις, τῇ τῆ δηλητηρίου πόσει τὰ ἔμβρυα φθείρειν ὑπιδυόμεναι, ἢ καὶ βάρει τὰς κοιλίας πιέζουσιν, ὥστε νεκρὰ τὰ μητρὸς ἐκπεσεῖν. ἐν ἑ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑαυτὰς ἐνίοτε φονοκτονοῦσιν.

Ο δὲ κα'. τῆ ἐν Ἀγκύρᾳ, εἰ καὶ ὁ παλαιὸς, φησὶν, ὅρος μέχρις ἐξόδου τῆς κοινωνίας ἐξέωσε τὰς δεομένας τὰ φθόρια, ἀλλ' ἡμεῖς φιλανθρωπότερόν τι ποιοῦντες, δεκαετῆ χρόνον ὠρίσαμεν ἀρκεῖν αὐταῖς εἰς μετάνοιαν.

Αλλὰ καὶ ὁ β'. τῆ μεγάλου Βασιλείου, ὃ μέτρον τῆτα τῆς δεκαετίας, ταῖς τοιαύταις ὁρίζεται· καὶ πλὴ θεραπείαν ὑ τῷ χρόνῳ μᾶλλον ἢ τῷ ὕδατι πιστεύει τῆς μετανοίας. ἐπεὶ δ' ὁ Μωσαϊκὸς νόμος, ὅτι μὲν οὐκ ἐξεικονισμένον τὸ ἔμβρυον ἔκβλωτο, εἰς χρήματα ἐζημίου, ἐξεικονισμένου δ' ἐκκόπτοντος, εἰς ψυχὴν κατεδίκαζε, δοκεῖ κελεύειν καὶ πλὴ γυναῖκα παιδεύεται· τοῦτο μανθάνει ὁ ἅγιος, διαφορὰν φησὶν ἡμεῖς οὐκ ἔχομεν, εἴτε μεμορφωμένα, εἴτ' ἄμορφα ἀμόρφωτά εἰσι τὰ ἀποβαλλόμενα· ὑ γὰρ εἰς χρήματα ζημιοῦμεν, ἀλλὰ φόνου κρίνομεν πλὴ τοῦτο ποιήσασαν, διά τε πλὴ τῆ ἐμβρύου φθορὰν, καὶ αὐτῆς δὲ τῆς ἀποβολῆς· ἐπεὶ συμβαίνει γάρ ἔνδ' ὅτε τῷ ἐμβρύῳ καὶ ταύτῃ συμφθείρεσθαι.

ρεσθαι. Ὃ γοῦν σπέρμα τῇ μήτρᾳ καταβαλλόμενον πρῶτον μὲν ἐξαιματοῦται, ἔπειτα εἰς ἀμόρφωτον πήγνυται σάρκα, εἶθ' οὕτως ἐξανηρίζεται καὶ διατυποῦται εἰς μέλη καὶ μόρια.

Αλλ' ἐν μὲν τῷ τέλει τοῦ ὀλδόου κεφάλαιος, καὶ αἱ διδοῦσαι, φησὶ, καὶ αἱ δεχόμεναι τὰ ἐμβρυοκτόνα φλεγμονὴν ἐν τοῖς ἑκουσίοις φονεύσιν καταλογίζονται. ἐνταῦθα δὲ ὅ τοῦ ἀκουσίου φόνου ὀφθὲν ἄξιον τοῦτο δεκαετίαν ὑποπίπτει ταύτην· οἶμαι ἴσως ὅτι μήπω γεγονέναι ὃ κωφορούμενον ἐν φύσει, καὶ ὅ μὴ ἐκ διαθέσεως ἀπηνοῦς μελετηθῆναι τὸν φόνον, ἀλλὰ δι' αἰσχύνην ἢ φόβον ἀγνῶν, γονέων τυχὸν, ἢ δεσπότου, ἢ ἄλλου τινὸς κίνδυνον ἀπειλοῦντος.

A contingat. Semen igitur in matricem injectum primùm in sanguinem vertitur, deinde in carnem informem concrescit, tùm in membra & partes hominis effigiatur & formatur.

In fine autem viii. can. & quæ dant, & quæ accipiunt medicamenta fœtum perimentia voluntariis homicidis adnumerantur. Hic vero pœnitentiæ decennium, pœnam nimirum cædis involuntariæ, ejusmodi mulieribus imponit. Puto, quod fœtus in utero in rerum naturâ non sit, & quod non inhumanitèr affecta mortem molita sit, sed propter pudorem vel metum non illiberalem, parentum forte, vel domini, vel alicujus alterius periculum minitantis.

Νόμοι.

Η βοτάνη ἐκτρώσεως φονικαίως ἐξορίζεται.

Η δὲ νεαρὰ τοῦ βασιλέως Λέοντος τοῦ σοφοῦ, ἄδειαν δίδωσι τῷ ἀνδρὶ διαλῦσαι τὸν μετ' ἐκ γυναικὸς αὐτοῦ γάμον, ἐξεμπίπτες ἀμβλωσκούσης τὸν ἐκείνου σπορέα.

*Leges.*

Quæ datâ operâ abortierit, in temporale exilium datur.

Novella autem Imperatoris Leonis sapientis viro facultatem dat matrimonium cum muliere divellendi, quæ datâ opera semen suum abortivum facit.

Ο πόμα δεδωκὼς ἀμβλωθρίδιον, ἀπελὴς μὲν ὢν, μεταλλίζεται, τίμιος δὲ ὢν ἐξορίζεται μετὰ μερικῆς δημεύσεως. ἐσχάτη δὲ τιμωρία ἐπάγεται, ἐάν τις ἀπέθανεν ἐκ τούτου, καὶ εἰ χωρὶς δόλου ὃ ἀμβλωθρίδιον δέδωκεν.

Qui abortionis poculum dederit, si vilis sit, in metallum damnatur, si honestus, amissâ parte bonorum relegatur. Siquis vero inde enectus fuerit, summum supplicium infligitur, idque licet citra dolum abortionis medicamentum datum sit.

## ΚΕΦ. κθ'.

Περὶ γυναικὸς τὸ ἀμελῶς ἐχούσης περὶ τὸ κύημα, ἢ ἐκτιθεμένης.

Ο λγ'. τοῦ μεγάλου Βασιλείου κανών, ἔτι δὲ καὶ ὁ νβ'. τῷ κῷ τῷ ὁδὸν κινήσασθαι, εἰ γε πρὸν σῶσαι καταφθείρασε τὸ κύημα, φόνου δίκας ὑπέχειν οἴεται δεῖν, κἂν εἷς ἕτερος ἀνελόμενος, καὶ φιλανθρώπως χρησάμενος τῷ ζῆν αὐτὸ κεχάρισται, αὐτὴν σκληρὰν καὶ ἀπηνῆ λογισμῷ χρησαμένην, ἐκ πορνείας ἴσως ἢ μοιχείας τοῦτο σπουδηφίαι, καὶ τῷ ἁμαρτίαν ταύτην πειρᾶσθαι συγκρύψαι. εἰ δὲ διὰ τὴν ἀπορίαν τῶν τρεφομένων, ἢ τὴν ἔνδειαν τῶν ἀναλισκόντων, ἢ αἰσχύνην ἀγομένη, ἢ τῷ φεύγειν πολεμίους κρυπτομένη, καὶ τὰ βρέφους κλαυθμηρίζομένου κινδυνεύουσα μιανθῆναι, ἑαυτῇ ἅμα καὶ ὃ πρὸν οὐκ ἤρκεσε σῶσαι πράσασθαι, συγγνωστὴ μᾶλλον ἢ μήτηρ τῆς ἐπηρείας.

Ex δὲ τούτου καὶ περὶ τῶν ἐκτιθεμένων τὰ οἰκεῖα βρέφη πρὸς ταῖς εἰσόδοις τῶν ἱερῶν λόγος πολλάκις ὅτι τῶν ἱερέων συνόδου γέγονε· καὶ ἤρεσεν ὡς φονευτρίας ταύτας κολάζεσθαι, κἂν ἕτερος ἀνέληται, καὶ ὑπομελησάμενος ζωογονήσῃ.

*De muliere quæ fœtum negligit, aut exponit.*

Canon xxxiii. mag. Basilii necnon lii. eam quæ in viâ parit, si fœtum, cum eundem servare posset, neglexerit, homicidii pœnas luere oportere censet, quamvis alius eum sustulerit, & humaniter affectus vivum conservaverit, dum mater brutaliter [& inhumaniter affecta est, ex fornicatione forsan concipiens, & peccatum suum hoc pacto celare studens. Quod si, propter inimicorum periculum, vel necessariorum defectum, vel quod captiva ducta sit, vel, ut hostes fugiat, latuerit, & periculum sit ne infantis ejulatu prodatur, sese simul & infantem servare non potuerit, mater damni veniam consequetur.

Hinc etiam de iis qui infantes suos in templorum aditibus exponunt, in sacrâ Synodo sæpius disceptatum fuit; & placuit, eas ut homicidas puniri, etsi alius infantes suscipiat, & cum curâ educat.

Νόμος.

Φονεύει δὲ τὸ κτεινόμενον, ὁ μόνον ὁ πνίγων, ἀλλὰ καὶ ὁ ῥίπτων, καὶ ὁ μὴ τρέφων, καὶ ὁ ἐν δημοσίοις τόποις ἐκτιθέμενος ὅτι ἐλεημοσύνῃ, ἣν αὐτὸς οὐκ ἔχει.

*Lex.*

Occidit fœtum, non solum qui suffocat, sed etiam qui abjicit, & non nutrit; & qui in locis publicis exponit ad misericordiam quam ipse non habet.

## ΚΕΦ. λ'.

Περὶ τῶν γυναῖκας παρθένους βιαζομένων.

Ο τῶν ἁγίων ἀποστόλων ξζ'. κανὼν, τὸν βιασάμενον παρθένον ἀμνήστευτον, ἀφορίζεσθαι ἀξιοῖ. (γὰρ τοι μεμνηστευμένῃ τις ἀνδρὶ μὴ οὐχὶ καὶ ὡς μοιχὸν τιμωρεῖσθαι δεῖν;) ἔχειν δὲ ταύτην καὶ μὴ ἐκβάλλειν, εἰ καὶ τῷ πενεστάτων ὢσα τυγχάνει, καὶ τῷ ἐκείνου μὴ σεσοφίσται γένει.

## CAPUT XXIX.

*De muliere quæ fœtum negligit, aut exponit.*

Canon xxxiii. mag. Basilii necnon lii. eam quæ in viâ parit, si fœtum, cum eundem servare posset, neglexerit, homicidii pœnas luere oportere censet, quamvis alius eum sustulerit, & humaniter affectus vivum conservaverit, dum mater brutaliter [& inhumaniter affecta est, ex fornicatione forsan concipiens, & peccatum suum hoc pacto celare studens. Quod si, propter inimicorum periculum, vel necessariorum defectum, vel quod captiva ducta sit, vel, ut hostes fugiat, latuerit, & periculum sit ne infantis ejulatu prodatur, sese simul & infantem servare non potuerit, mater damni veniam consequetur.

*Lex.*

Occidit fœtum, non solum qui suffocat, sed etiam qui abjicit, & non nutrit; & qui in locis publicis exponit ad misericordiam quam ipse non habet.

## CAPUT XXX.

*De iis qui Virgines stuprant.*

Canon lxvii. S. Apost. Eum qui virginem non desponsam stuprat, segregari jubet (desponsam enim qui stuprat, quis dicet eum non ut adulterum puniendum esse?) eamque habere, & non abjicere, quamvis pauperrima sit & illius genere indigna.

*Lex*

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

A

*Lex.*

Dicit enim Lex, eum qui cum continente muliere rem habet, cogi oportet eam in matrimonii ſocietatem accipere.

Canon igitur, ut videtur, propter vim quidem ſegregari eum qui peccavit, propter Virginis autem ſalutem cogi ipſum ei legitimè conjungi, decernit.

Verum in actione de vi, legem ita ſtatuere non B oſtenſum eſt.

*Leges.*

Dicit enim, qui puellæ vim affert, eamque conſtuprat, nares ei abſcindantur, & tertiam partem ſuarum facultatum puellæ det.

Qui cum Virgine puellâ coiit, ipſâ quidem volente, parentibus autem ignorantibus, poſtquam res cognita fuerit, ſi eam quidem in uxorem accipere voluerit, & parentes conſentiant, fiat contractus. Quod ſi C alterius perſonæ parentes id non probent, ſi dives ſit ſtuprator, violatæ puellæ det unam auri libram, ſin autem egentior, ſuarum facultatum dimidium; verum ſi in extremâ paupertate ſit, verberatus & tonſus exterminetur.

Quinquennii tempus fornicationis crimini præfinitum, locum non habet in ſtupro per vim facto; indefinitè enim movetur, quando vel publicè vel per vim peccatur.

Νόμος.

Φησὶ γὰρ ὁ νόμος, ⊛ μὴ σώφρονϑ παλακεύόμενον γυναικὸς, ἀναγκάζεσθαι δεῖ καὶ εἰς γάμου κοινωνίαν λαμβάνειν αὐτόν.

Ὡς ἔοικε τοίνυν καὶ ὁ κανὼν ὑπὲρ μὲν τῆ βίας, ἀφορίζεσθαι ⊛ πλημμελήσαντα ὁπωσοῦν, ἁπλῶς δὲ γε τῆ παρθένου τὴν σωτηρίαν, ἀναγκάζεσθαι καὶ νομίμως αὐτῆ συναφθῆναι.

Οὐ μὴν ἐν τῆ περὶ βίας ἀγωγῆ, οὕτω διατίζων ὁ νόμϑ δείκνυται.

Νόμοι.

Φησὶ γὰρ ὁ βιασάμενος κόρην, καὶ φθείρας αὐτὴν, ῥινοκοπείσθω, διδοὺς αὐτῆ καὶ ϑ τρίτον τῆ ὑπαρχόντων αὐτϑ.

Ο παρθένῳ κόρῃ μιγνύμενϑ, ἐκείνης μὲν συγκατάθεσει, ἀγνοούντων δὲ τῶν γονέων, τῆ συμβάσεως διαγινωσκομένης, εἰ μὲν θέλοι λαβεῖν αὐτὴν εἰς γυναῖκα, καὶ συναινοῦσι καὶ οἱ γονῆς, γινέσθω ϑ συναλλαγμα. εἰ δ᾽ ἢ ἑνὸς ἑκατέρου οἱ γονῆς τοῦτο μὴ καταδέχονται, εἰ μὲν δύπορός ἐστιν ὁ φθορεὺς, τῆ φθαρείσῃ κόρῃ διδότω λίτραν μίαν χρυσίου· εἰ δ᾽ ἐνδεὴς, ϑ ἥμισυ τῆ ὑπαρχόντων αὐτϑ· εἰ δ᾽ πάμπαν ἄποροις, τυπτόμενος καὶ κουρευόμενος ἐξοριζέσθω.

Ο ὡρισμένος εἰς κατηγορίαν τῆ μιγνύειας χρόνος τῆς πενταετίας, οὐκ ἔχει χώραν ὅπου τῆς καϑ᾽ βίαν γενομένης φθορᾶς, ἀορίστως γὰρ κινᾶται, ὅπου καὶ δημοσίᾳ ἢ βίᾳ πλημμελᾶται.

D

## CAPUT XXXI.

*De Maleficiis.*

Quære caput i. literæ M.

## ΚΕΦ. λα΄.

Περὶ γοητείας.

Ζήτει ϑ α΄. κεφ. τῆ Μ. στοιχείου.

E

ΑΡΧΗ

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

A

# ΑΡΧΗ ΤΟΥ Δ ΣΤΟΙΧΕΙΟΥ.

## ΚΕΦ. α'.

*Περὶ δαιμονιώντων ἢ δαίμοσιν ὑποκρινομένων.*

Ο οβ'. τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανών, τὸν δαιμονῶντα μὴ τε κληρικὸν ὑπάρχειν γίνεσθαι, μήτ' εὐχῆς τοῖς πιστοῖς κοινωνεῖν· ἀπαλλάξαντα δὲ τελέως τὸν δαίμονος, καὶ εἰς κλῆρον προβαίνειν, εἴ γε καὶ τὰ τοῦ βίου συμβαίνει τῷ ἀξιώματι· ἐπεί τοι γε τὸν ἐκ διαλειμμάτων νοσοῦντα συγκαταλεγῆναι τῷ κλήρῳ οὐχ ὅσιον, ἵνα μὴ τῷ καιρῷ τῆς μανίας αὐτοῦ, καὶ τὰ τῆς ἱερωσύνης ὑβρίζηται, καὶ τὸ θεῖον ἀπαξιωθῇ βλασφημῆται. πῶς γὰρ οἷόν τε τὸ καθαρὸν τῆς ἱερωσύνης φῶς ψυχῇ πονηρίαν ἐξάγιστον αἰσθομένῃ τῆς πονηρᾶς δυνάμεως σύστασιν, διὰ τὸ πρὸς τὰ φαῦλα ῥοπὴν καὶ σαφῆ δῆπου δοκεῖν μέγιστον οὐδ' ἂν εἰς νοῦν ἔχων πιστεύσειεν. ἡ γὰρ εἰλικρινὴς τῶν ἀκαθάρτων παθῶν ψυχὴ, καὶ τῇ ἀσεβοσύνῃ τῶν ἀλαστόρων χαίρουσα πραγμάτων, φοβερὰ τῇ πονηρᾷ τῶν δαιμόνων εἶναι πιστεύεται φάλαγξι. ἄλλως τε, καὶ λογισμοῦ καὶ φρονήσεως ἔρημον. ὃν ὁ δαιμονῶν, καὶ φαῦλα τινὰ καὶ ἄσεμνα διαπραττόμενος, καὶ δαιμονιώδεις φωνὰς προϊέμενος, καὶ λαὸν συνταράττειν, καὶ τὸ ὂν τῷ νεῷ ψαλμῳδίαν ἀχρεοῦν ἐμελλεν.

Ο γ'. τοῦ Τιμοθέου Ἀλεξανδρείας, ὃς μὴ διηνεκῶς, ἀλλ' ἐκ διαλείμματος, τὸν μανίαν νοσοῦντα, μεταλαμβάνειν ἐφίησι τῶν ἁγιασμάτων, εἴπερ ἐν ᾧ σωφρονεῖν δοκεῖ καιρῷ, μὴ διασύρῃ τὰ θεῖα, καὶ βλασφημῇ τὸ μυστήριον, μὴ ᾗ κατὰ τῆς πίστεως φθέγγηται· οἷα καὶ ὁ Ἰούδας ἔδρασεν, ἐκκαλυψας ἃ ἐδιδάχθη τοῖς Ἰουδαίοις, οἷς τοῖς νομικοῖς διαπτοῶν, καὶ τῷ διδασκάλῳ ὡς ἀνθρώπῳ ψιλῷ προσιεὶς, καὶ οὐ θεῷ.

Ο ιδ'. εἴ τις φησὶ, μὴ ὑγιᾶ καὶ λογισμὸν ὡς ἀληθῶς κεκτημένος, ἑαυτὸν διεχειρίσατο, καὶ τὴν ὑπὲρ αὐτοῦ προσφορᾶς, καὶ τῆς εἰωθυίας εὐχῆς ἀξιούσθω· πρέπειν γὰρ καὶ τῆς νενομισμένης ἕξεως τὸν γε τοιοῦτον οὐ χρή.

Ο ξ'. τῆς ς'. συνόδου, τοὺς δαιμονᾶν ὑποκρινομένους, καὶ ζώντων φαυλότητι, διὰ τὸ πρὸς κέρδος ὁρᾶν, τὰ ἐκείνων σχηματιζομένους, ὑπομάθοιεν πονεῖσθαι δικαίοι, καὶ πόνοις ὑποβάλλεσθαι, οἷοις ἂν ἀληθῶς δαιμονῶντες ὑποβληθεῖεν πρὸς ἀπαλλαγὴν τῆς τοῦ δαίμονος ἐνεργείας. ὃν γὰρ ὑπὸ θεῷ ζῆν ἐλόμενον, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων ἠμελημένα πραγμάτων, πῶς ἁπλαῖ καὶ τοῖς θείοις παρέσι βάσιμον ἔδει; μὴ μὴ τοι πῶς ὑπόκινδυνον καὶ πολλοῖς αἰτίαν αἱρεῖσθαι σκανδάλου. πολλῆς γὰρ νήψεως τοῖς τοιούτοις χρεία κατέστηκεν, ὡς τις φησὶ τῶν ἁγίων, μήπως ἐμπαίζειν ὑπομένωσιν ἑαυτοῖς καταλήξωσιν, εἴ γε καὶ ὀρθῷ λογισμῷ πῶς ὁδὸν ταύτην εἵλοντο.

Ζήτει καὶ ὃν τῷ α'. κεφαλαίῳ τοῦ Β. στοιχείου, κανόνα μέ. τὸν ὃν Καρθαγ. συνόδου. τοῦ Τιμοθέου Ἀλεξανδρείας β'. καὶ δ'. καὶ ὃν τῷ ιβ'. κεφαλαίῳ τοῦ Α. στοιχείου. καὶ ὃν τῷ ιβ'. κεφαλαίῳ τοῦ Ε. στοιχείου, κανόνα πγ'. τὸν Καρθαγ. συνόδου, καὶ ὃ κς'. κεφάλαιον τοῦ Γ. στοιχείου.

# INITIUM LITERÆ Δ.

## CAPUT I.

*De iis qui à Dæmone corripiuntur, & qui se à Dæmone correptos esse simulant.*

CANON sanctorum Apostolorum lxxix. Eum qui dæmonem habet, neque Clericum fieri, neque cum Fidelibus unà precari jubet; (à Dæmone autem omnino liberatum etiam ad Clerum provehi, si modo vita ejus dignitati conveniat:) quippe nefas est, ut qui per dilucida intervalla insanit, clero adnumeretur, ne furoris tempore sacerdotium contumeliâ afficiatur, & numen planè blasphemetur. Quomodo enim pura sacerdotii lux homini credetur, in quo malæ potestatis tenebræ impuræ habitant, propter ejus ad malum inclinationem? Neque enim quisquam, qui sapit, putri vasi unguentum committet. Etenim anima, quæ ab impuris perturbationibus liberatur, & in honestate bonorum operum exultat, improbo Dæmonum phalangi metuenda esse creditur. Quin & Dæmoniacus, siquidem ratione & intellectu privatur, mala aliqua & inhonesta perpetrans, & voces Dæmoniacas emittens, populum conturbabit, & divinum in templo officium impediet.

Tertius autem Theophili Alexandrini canon, eum qui non perpetuò sed per intervalla insaniâ laborat, Sacramentorum participem esse sinit, si eo tempore, quo sanæ mentis esse videtur, in sacra non invehitur, nec mysterium blasphemat, nec contra fidem loquitur; quemadmodum fecit Judas, qui, quæ à Domino doctus est, Judæis revelavit, iis, quæ facta erant, fidem non dans, & magistro suo ut homini vulgari & non tanquam Deo, mentem adhibens.

Ejusdem vero canon xiv. Si quis, inquit, reverà non sanæ mentis, sibi mortem suâ manu consciverit, oblatione pro se & solitâ oratione dignus habeatur; talem enim facultate legitimâ privari non oportet.

Porro lx. canon Syn. vi. Eos qui se à Dæmone correptos esse simulant, & morum improbitate, lucro sc. inhiantes, eorum figuram & habitum simulatè præ se ferunt, omnimodo puniendos esse decernit, & ejusmodi laboribus & asperitatibus exercendos, quibus subjiciuntur ii, qui verè à Dæmone correpti sunt, ut à Dæmonis operatione liberentur. Eum enim, qui cum Deo vivere voluerit res mundanas contemptui habens, viam errori non obnoxiam, & in quâ Divini Patres institerunt, eligere oportuit, non autem eam, quæ scandali occasio evadat. Etenim multâ iis curâ opus est, uti inquit sanctus quidam, ne dum simulari aggrediuntur, in sui illusionem desinant, quamvis rectâ cum ratione hanc viam elegerint.

Quæras etiam in cap. i. lit. B. can. xlv. Synodi Carthaginensis; & Timothei Alexandrini can. ii. & iv. & in xii. cap. lit. A. & in xii. cap. lit. E. can. lxxxiii. Syn. Carthaginensis; & xxv. cap. lit. Γ.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

A

## CAPUT II.

### *De Creditoribus, & Mutuo, & Pignoribus.*

### *Leges.*

UXOR circa dotem prioribus mariti Creditoribus præferatur; non autem iis præfertur circa donationem ante nuptias.

Uxor circa dotem debito fiſcali præfertur, niſi antiquius fuerit. B

Vetat conſtitutio maritum rerum dotalium alienationem, vel hypothecam facere; immo quamvis uxor iis quæ facta ſunt conſentiat; ne naturæ fœmineæ debilitas rerum ſuarum deperditionem cauſet. Quod ſi uxor maritum res ſuas oppignorantem videns, ſtatim ſilentium agat, tanquam eum qui cum marito contractum facit, fallere voluerit, tunc non adjuvatur. Edictum enim uxoribus deceptis opitulatur, non autem fraudulentis.

C

Si propter mariti obligationem uxor ſe alieni contractûs vinculo injecerit, eumque per propriam ſubſtantiam obligatione liberare voluerit, & rei curam geſſerit, ſi pollicita non ſolverit, depoſitum vindicare nequit, perfectæ ſcilicet ætatis exiſtens.

Si qua uxor in cautione mutui marito ſuo conſenſum det facultates ſuas ſubſcribere, vel ſeipſam obliget, nihil ejuſmodi valet, obtinetve; ſive ſemel, ſive ſæpius idem in eâ re fiat; ſive privatum, ſive publicum fuerit debitum; ſed eodem modo ſe habet, acſi D nullatenus ſcriptum fuerit: niſi apertè probetur, quod pecuniæ in privatos uxoris uſus commodatæ fuerint.

Creditor qui prolationes ſuas inficiatus eſt, ſummam quæ iis continetur, poſtquam convictus fuerit, debitori duplam rationibus initis refundat.

Fructus ex pignore percepti in ſortem imputantur, & ſi ſufficiant ad totum debitum, ſolvitur actio, & pignus redditur. Quod ſi fructus debitum ſuperent, ſuperflui redduntur. E

Fructus fundi cómputantur in ſortem, non ſolum quos creditor percepit, verum etiam quos percipere potuit. Quod ſi agrum deteriorem effecerit, etiam hoc nomine convenitur.

Si Creditor non culpâ ſuâ pignus perdiderit, non tenetur. Sed ei incumbit neceſſitas probandi id ſe perdidiſſe; quippe caſus fortuiti non periculo ſunt creditoris, ſed poteſt is re fortuito amiſſâ ſummam ſibi debitam repoſcere. Quod ſi contrahentibus placuerit, ut pignorum jactura debitorem liberaret, illud valet. F

## ΚΕΦ. β'.

### Περὶ δημευτῶν, καὶ δημοσίου, καὶ ἐνεχύρων.

### Νόμοι.

Η γυνὴ προτιμᾶται περὶ τῆς προικὸς τῶν προτέρων δανειστῶν τοῦ ἀνδρός. ὑποτιμᾶται δὲ τούτων περὶ τοῦ χάμου δωρεάν.

Η γυνὴ προτιμᾶται περὶ τῆς προικὸς τοῦ δημοσίου χρέους, ἐὰν μή που προηγμένεστερον ὑπῆρξεν.

Απαγορεύει ἡ διάταξις τῷ ἀνδρὶ ἐκποίησιν ποιεῖσθαι καὶ ὑποθήκην τῶν προικιμαίων πραγμάτων· εἰ καὶ τῆς γυναικὸς συναινέσει, ἵνα μὴ τῆς γυναικείας φύσεως τὸ ἀσθενὲς, ἀπώλειαν τοῖς αὐτῆς πράγμασιν ἐμποιήσῃ. εἰ δὲ ἡ γυνὴ ὁρῶσα τὸν ἄνδρα τὰ ἴδια ὑποτιθέμενον, ἐσιώπησεν ὑπόπτως, ὡς ἀπατῆσαι βουλομένη καὶ συναλλάσσοντα τῷ ἀνδρὶ, τότε οὐ βοηθεῖται· τοῖς γὰρ ἀπατωμέναις γυναιξὶ βοηθεῖ τὸ δίκαιον, οὐ ταῖς πανούργοις.

Ἐὰν δολῷ τοῦ ἀνδρὸς ἐνοχλῶ παρενέβαλεν ἑαυτὴν ἡ γυνὴ τῷ δεσμῷ τοῦ ἀλλοτρίου συναλλάγματος, καὶ λάβῃ τὴν ἰδίαν ὑποστάσεως τοῦτον ἀπαλλαξαι βούλεται τὴν ἐνοχὴν, καὶ ἐμελέτησεν, εἰ μὴ ὑποχρεωθῇ ἡ καταβαλεῖν, διεκδικεῖν τὸ καταβληθὲν οὐ δύναται, δηλονότι τῆς ἐντολῆς οὔσης.

Εἴ τις γυνὴ ἐν δημοσιακῷ γραμματίῳ συναινέσῃ τῷ ἰδίῳ ἀνδρὶ ὑποχρέωσιν καὶ τοῦ οἰκείου ἀξιοῦσθαι, ἢ καὶ ἑαυτὴν ἐνοχοποιήσει, ἐσθὶν τοιοῦτον ἰσχύει ἢ κρατεῖ, κἂν τε πολλάκις τοιοῦτον ὑπὲρ τοῦ αὐτοῦ πράγματος γένηται, εἴτε ἰδικὸν εἴτε δημόσιον εἴη τὸ χρέος, ἀλλ' οὕτως ἔχει ὡς ἂν οὐ μηδὲ γεγραμμένον ᾖ, εἰ μὴ φανερῶς ἀποδειχθείη, ὅτι τὰ χρήματα εἰς ἰδίαν αὐτῆς τὴν γυναικὸς χρείαν ἐδανείσθη.

Ο δανειστὴς τὰς οἰκείας ἀρνησάμενος ἀποδείξεις, διπλάσιον τὸ ἀφαιρεθὲν αὐτῆς ποσὸν ἐλεγχόμενος καταλογιζέσθω τῷ χρεώστῃ.

Οἱ ἐκ τοῦ ἐνεχύρου ληφθέντες καρποὶ ψηφίζονται εἰς τὸ χρέος· καὶ ἐὰν ἱκανοὶ γένωνται πρὸς τὸ ὅλον χρέος, λύεται ἡ ἀγωγὴ, καὶ ἀποδίδοται τὸ ἐνέχυρον. εἰ δὲ καὶ πλείονές εἰσι τοῦ χρέους οἱ καρποὶ, ἀποδίδονται οἱ περιττεύοντες.

Οἱ καρποὶ τοῦ ἀγροῦ ψηφίζονται εἰς τὸ χρέος, οὐ μόνον ὡς ἔλαβεν ὁ δανειστὴς, ἀλλὰ καὶ οὓς ἠδύνατο λαβεῖν. εἰ δὲ καὶ ἔλαφε καὶ ἀγρὸν, ἐνάγεται καὶ περὶ τούτου.

Ἐὰν ὁ δανειστὴς μὴ διὰ ἰδίαν αἰτίαν ἀπολέσῃ τὸ ἐνέχυρον, οὐκ ἐγκαλεῖται. χρὴ δὲ αὐτὸν ἀποδεῖξαι, ὅτι ἀπόλεσε· τὰ γὰρ τυχηρὰ οὐ κινδυνεύεται τῷ δανειστῇ, ἀλλὰ δύναται καὶ τύχῃ ἀπολέσαι τὸ πρᾶγμα, ἀπαιτεῖν τὸ αὐτῷ χρεωστούμενον. εἰ δὲ μεταξὺ τῆς συναλλαττόντων ἦρεσεν, ἵνα ἡ ἀπώλεια τῆς ἐνεχύρου ἐλευθερώσῃ τὸν χρεώστην, τοῦτο ἰσχύει.

ΚΕΦ.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

A

## ΚΕΦ. γ'.

### Περὶ Διαθήκης.

Οὐ οὐ δεῖ χώρας ἐπίσκοπον ἐν κώμῃ ἢ πόλει μικρᾷ.

## CAPUT XXX.

*Quòd non oportet in pago vel parva aliqua civitate Episcopum constitui.*

Ὁ ς'. τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου κανὼν, οὐκ οἴεται δεῖν ἐπίσκοπον ἐν κώμῃ προχειρίζεσθαι, ἢ ἐλαχίστῃ πόλει, ᾗ δὴ καὶ ἀρκῇ εἷς πρεσβύτερος, ἵνα μὴ τὸ τοῦ ἐπισκόπου ἀξίωμα εὐτελές τι χρῆμα, καὶ διαφερόντως λογίζηται τοῖς πολλοῖς· ἀλλὰ χειροτονεῖσθαι ἔνθα καὶ μόνον παλαιὸν ἦθος ἦν. εἰ δέ τις τῆς πόλεως λαοῖς μὴ πληθούσης πρότερον, πολλοὺς ἔπειτα τοὺς οἰκήτορας σχοίη, καὶ ἀξίαν ἐπισκόπου κρίνειν, λαμβανέτω ἐπίσκοπον, μὴ γνώμης ὅμως συνοδικῆς, καὶ τὸ λέγοντα ἀποστολικὸν κανόνα, μηδέν τι πλέον ἢ χεῖρόν γίνεσθαι σὺν τοῦ ἐπισκόπου ἄνευ γνώμης συνοδικῆς, ὃν καὶ κεφ. τοῦ ἑνδεκάτου στοιχείου. τὸ γὰρ μὴ ψηφίζεσθαι τοὺς ἐπισκόπους παρὰ τοῦ πλήθους τῆς πόλεως, καὶ σὺν τῶν τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπων χειροτονεῖσθαι, εἴρηται μὲν καὶ ἐν ἑτέροις διαφόροις κανόσιν· ἀλλὰ τὸ πάμπαν ἔχρηστο γίνεται. οἱ γὰρ τοῦτο χειροτονοῦντες καὶ τὰς ἐκείνων ψήφους παρὰ τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπων ποιοῦνται.

E

F

Sextus Sardicensis Synodi Canon, in pago aliquo Episcopum constitui oportere non existimat, vel in parva civitate, cui vel unus Presbyter sufficiet; ne Episcopi dignitas vilipendatur, vel multis neglectui habeatur: sed in eis locis solum esse constituendos, ubi ex antiqua consuetudine fuerant. Si qua autem civitas, incolarum numero antea non celebris, multos postea consequatur, & Episcopo digna judicetur, Episcopum accipiat, at cum Synodali sententia, juxta Canonem Apostolicum, qui dicit, Nihil magnum vel momenti alicujus ab Episcopo absque Synodali sententia fieri, quem etiam quære in capite undecimo hujus literæ. Episcopos etiam à civitatum populo eligi, & à Provinciæ Episcopis ordinari, in diversis aliis Canonibus dictum est: sed hodie non observatur. Nam qui eos ordinant, per regionis etiam Episcopos illos eligunt.

Ταῦτα καὶ ὁ νζ'. τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου ὁρίζεται, ἐν αἷς κώμαις καὶ ταῖς χώραις ἐπισκόπους μὴ καθίστασθαι, ἀλλὰ περιοδευτὰς, οὓς ἡμεῖς ἐξάρχους φαμὲν, ὡς περιόντας, καὶ τοὺς πιστοὺς καταρτίζοντας, καθέδραν δὲ οἰκείαν μὴ κεκτημένους. εἰ δέ τινές, φησι, φεύγε τοῦτοι

Eadem & lvii. Laodicenæ Synodi decernit, quòd in vicis & pagis Episcopi non constituantur; sed Periodeutæ seu Circitores, quos nos Exarchos vocamus, qui fidelibus in officio continendis componendisque huc & illuc vagantur, propriam sedem nullam habentes. Quod si qui, inquit, ante

hunc

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

hunc Canonem in ejuſmodi locis Epiſcopi conſtituti fuerant, nihil abſque ejus civitatis Epiſcopi ſententia exequantur, à quo ejuſmodi gradu honorati fuerant; neque etiam vel Presbyteri.

τῷ κῆμόν. ὁνταῦθα κατέκεσθαι ὄπισθοποι, μηδὲν ἄνευ γνώμης τῷ τῆς πόλεως ὁνεργείτωσαν ὄπισθοπον, ἀπ' ὧν καὶ τοιούτῳ βαθμῷ ἠξίωνται, μήτε μὴν οἱ πρεσβύτεροι.

His etiam conſentanea lviii. porro & xcviii. Synodi Carthaginenſis decernunt; in vilibus nempe & parvis parœciis Epiſcopos non fieri: ſin autem fieri contigerit, non tamen abſque Epiſcoporum, qui illas tenent, ſententia; & illum, qui in ea ordinandus eſt, illâ ſolâ contentum eſſe, nec ultra illam progredi, & alias velle ſibi vendicare, illis ſcilicet invitis. Sed Epiſcoporum terminos immutabiliter habere, adhuc obſervatur, juxta Canonum rigorem. Epiſcopatus autem de novo in parœciis aliis Epiſcopis ſubjectis fieri non ſolent, niſi Imperator illud literis conceſſerit: ſed nec magnæ Synodo ſine Imperiali decreto Epiſcopatum renovare permittitur.

Τέτοις ἀκόλουθα καὶ ὁ νή. περὶ ἧς καὶ ὁ ἑπ'. τῆς ὲν Καρθαγένη συνόδου διατάζεται, ὲν ταῖς φαύλαις καὶ μικραῖς παροικίαις ὄπισθοπους μὴ γίνεσθαι· εἰ δὲ καὶ γένοιτό συμβαίη, ἀλλὰ μὴ ἄνευ γνώμης τῶν ἐχόντων αὐτὰς ὄπισθοπον· καὶ τὸ γενόμενον ὲν αὐτῇ καὶ μόνῃ ἀρκεῖσθαι, καὶ μὴ ἀφαιτέρω ζητεῖν προβαίνειν, καὶ ἑτέραν ἐπιλέγειν ὑπηκοϊκῶς, ὡς ἀνηκόντων δῆθεν αὐτῷ. ἀλλὰ τὰ μὲν ἀμεταθέτως ἔχειν τὰ τῶν ὄπισκόπων ὅρια, εἰσέτι φυλατρεῖται, κατὰ τὸ τῶν κανόνων ἀκρίβειαν· ὄπισθοποι δὲ οὐκ ἔτι ὲν παροικίαις ἑτέραις ὄπισθοποις ὑποκειμέναις οὐκ εἴωθε γίνεσθαι, ἵνα μὴ βασιλέως γράμμασι τοῦτο ἐφῇ· ἀλλ' αὐτὸ τῇ μεγάλῃ συνόδῳ κυρίζειν ὄπισθοπον ἐφεῖται, χωρὶς ἐπισκοπικῆς ἐπιτάγματος.

## CAPUT XXXI.

### *De Chorepiſcopis.*

QUONIAM itaque in vili & parvo vico Epiſcopum conſtitui divini Patres non dignum eſſe cenſebant, Chorepiſcopos in illis ordinari debere judicarunt. Non inopportunum autem fore exiſtimo, pauca quædam huc pertinentia hoc in loco de eis diſſerere; etſi gradui iſti omnino ſilentium impoſuit temporis lapſus.

## ΚΕΦ. λα'.

### Περὶ Χωρεπισκόπων.

ΕΠΕΙΔΗ τοίνυν οὐκ ἠξίουν οἱ θεῖοι πατέρες ὄπισκοπον ὲν δύπλῃ καὶ σμικρᾷ κώμῃ καθίστασθαι, δεῖν ἔκριναν χωρεπισκόπους ὲν ταύταις χειροτονεῖσθαι. οὐκ ἄκαιρον δὲ οἶμαι βραχέα καὶ περὶ τούτων εἰπεῖν ὅ προῆκεν ὲνταῦθα διεξελθεῖν, καὶ εἰ καὶ τῷ βαθμῷ τούτῳ σιγὴν ὁ χρόνος ἀρτίως ἐπέταξε.

Decimus quartus igitur Synodi Neocæſarianæ Canon, Chorepiſcopi, inquit, ſeptuaginta Apoſtolorum imitatione ſunt, ut etiam Epiſcopi duodecim Apoſtolorum: quibus cùm ſufflâſſet Dominus, Accipite, inquit, Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, eis remittuntur, & cætera; qui quidem & aliis Spiritus ſancti gratiam impertiendi facultatem ſuppeditabant. Hæc autem ſeptuaginta non erant conceſſa, ut vel ex hoc manifeſtum eſt, quòd Actorum liber commemorat, Philippum unum ex ſeptem Diaconis in Samariam deſcendiſſe, & quamplurimos ibi baptizaſſe; non autem illis Spiritum ſanctum communicaſſe: quapropter miſerunt Apoſtoli Petrum & Joannem, qui baptizatis manus imponentes, Spiritum donarent, qui in nullum eorum adhuc deſcenderat. Cum ergo in ſeptuaginta locum Chorepiſcopi ſucceſſerint, neque Presbyteros, neque Diaconos ordinarunt, quippe qui Spiritûs ſancti gratiam largiri non poſſent. Hunc autem ſolum, inquit, honorem conſequuti ſunt, ſcilicet divinas oblationes offerre, ob eam curam quam in pauperibus juvandis impendebant, illis quæ in templum congregata ſunt diſtribuendo.

Ο δεύτ. τῆς ὲν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου κανών, οἱ χωρεπίσκοποι, φησι, τύπον τῶν ἑβδομήκοντα φέρουσιν ἀποστόλων, ὥσπερ οὖν οἱ ὄπισκοποι τῶν δώδεκα· οἷς ἐμφυσήσας ὁ Κύριος ἔφησε, λάβετε πνεῦμα ἅγιον, ἀνώτινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς, καὶ τὰ ἑξῆς· οἱ δὴ καὶ ἄλλοις μεταδιδόναι τινὰ τῆς ἁγίου πνεύματος ἐπιτρέπεσθαι χάριν. τοῦτο δὴ καὶ τοῖς ἑβδομήκοντα οὐκ ἦν δεδομένα, καὶ δῆλον ὁκ τοῦδε, τὸ βίβλον ἱστορῆσαι τῶν πράξεων, ὡς Φίλιππον τῶν ἑπτὰ τυγχάνοντα διακόνων, εἰς Σαμάρειάν τε καταβῆναι, καὶ πολλοὺς τῶν ὁκεῖ βαπτίσαι, πνεύματος δὲ ἁγίου τότοις μὴ κοινωνῆσαι· τοῦτο ἀπεσταλῆσθαι οἱ ἀπόστολοι Πέτρον καὶ Ἰωάννην, οἵτινες τὰς χεῖρας ἐπιθέντες τοῖς βαπτιζομένοις, τὸ πνεῦμα ἐχώρησαν, μήπω αὐτοῖς ἐπιπεπτωκός. ὡς τύπον οὖν οἱ χωρεπίσκοποι πληροῦντες τῶν ἑβδομήκοντα, οὐ μὴν πρεσβυτέρους ἢ διακόνους ἐχειροτόνουν, οἷα μηδὲ τὸ χάριν τοῦ πνεύματος παρέχειν δυνάμενοι. τοῦτο δὲ μόνον, φησὶ, τετίμηνται, τὸ τὰ θεῖα δῶρα προσφέρειν, διὰ ὃ συνοδικῶς τοῖς πένησι διανέμειν τὰ εἰς τὸ κυριακὸν συναγόμενα.

### *De Sacerdotibus ſpiritualibus.*

Si igitur Chorepiſcopi, neque peccatorum remiſſionem, neque Spiritum ſanctum largiri potuerunt, qui majora, quam Presbyteri, obtinuerunt privilegia, nequaquam hi rationes accipere potuerint, & peccata vel ſolvere ac ligare, niſi ab Epiſcopo hanc poteſtatem accipiant.

### Περὶ ἱερέων πνευματικῶν.

Εἰ οὖν χωρεπίσκοποι, οὔτε ἁμαρτιῶν ἄφεσιν, οὔτε πνεῦμα ἅγιον ἐδύνατο χορηγεῖν, οἱ πλείω τῶν πρεσβυτέρων τὰ προνόμια κεκτημένοι, σχολῇ γ' ἂν ἔτοι λογισμὸν δέξασθαι δυνηθεῖεν, καὶ ἁμαρτήματα λύειν τε καὶ δεσμεῖν, ἂν μὴ ἀφ' ἐπισκόπου τὴν ἐξουσίαν λάβωσι τοιαύτην.

Decimus vero Antiochenæ Synodi, ab urbis quidem Epiſcopo in regione illi ſubjectâ, Chorepiſcopos ordinari jubet; ab illis autem neque Presbyterum, neque Diaconum, ſed ſolos Lectores & Subdiaconos & Exorciſtas: qui vero hæc tranſgrediuntur, illos Sacerdotio ſegregat.

Ο δὲ ί'. τῆς ὲν Ἀντιοχείᾳ, ὑπὸ μὲν τοῦ τῆς πόλεως ἐπισκόπου, ὲν τῇ ὑποκειμένῃ τότῳ χώρᾳ, τοὺς χωρεπισκόπους χειροτονεῖσθαι κελεύει, ὑπὸ δὲ τότων μήτε πρεσβύτερον μήτε διάκονον, εἰ μὴ μόνον ἀναγνώστας, καὶ ὑποδιακόνους, καὶ ἐξορκιστάς· τοὺς δὲ ταῦτα παραβαίνοντας ἀφαιρεῖ τῆς ἱερωσύνης.

τὰ

Τὰ αὐτὰ καὶ ὁ ιγ'. τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ διέξεισι, πρεσβυτέρους ἢ Διακόνους τὸν χωρεπίσκοπον μὴ χειροτονεῖν· εἰ δὲ διὰ γραμμάτων τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου ἐπιτραπείη, πρεσβύτερον καὶ ἐν ἑτέρᾳ χειροτονήσει κώμῃ.

Eadem & decimus tertius Ancyranæ Synodi recitat, Chorepiscopo non licere Presbyteros vel Diaconos ordinare: sin autem per Episcopi literas illi permissum fuerit, Presbyterum vel in alieno vico ordinabit.

Ὁ δὲ μέγας Βασίλειος τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἐπισκόποις χωρεπισκόποις, γνώμης αὐτοῦ χωρὶς μὴ χειροτονεῖν ὑπηρέτας, ἤτοι ὑποδιακόνους, ὅτι πολλοῖς καὶ τῶν ἀναξίων ἀνεξετάστως ἐπετέθεσθαι τὰς χεῖρας ἢ γινώσκετε, φησίν, ὅτι λαϊκὸς ἔσται ὁ ἄνευ γνώμης ἡμετέρας εἰς ὑπηρεσίαν καταλεγείς. τῶν δὲ ἄλλων τῆς τοῦ ἁγίου ἐπιστολῆς, τίς ἂν ἐξίως ἀγάσαιτο;

Magnus item Basilius Chorepiscopis sibi subjectis mittit, ut nec ministros nec Subdiaconos sine illius sententia ordinarent; quia quamplurimis etiam indignis sine examinatione manus imposuerunt: vel cognoscite, inquit, quòd, qui sine sententia nostra in ministerium electus est, Laicus erit. Alia vero, quæ in istius sancti Epistola habentur, quis satis admirare potest?

## ΚΕΦ. λϚ'.

### Περὶ ἐπιορκίας.

Ὁ κε'. τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανὼν, τὸν ἐπὶ ἐπιορκίᾳ ἁλόντα, ἢ πορνείας, ἢ κλοπῆς, ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον, ἢ διάκονον καθαιρεῖσθαι, καὶ μὴ ἀφορίζεσθαι ἀξιοῖ· ἐπειδὴ δὶς ἐφ' ἡμῖν δίκη δικάζειν ὅτι ὁ αὐτός.

## CAPUT XXXII.

### *De Perjurio.*

Sanctorum Apostolorum xxv. Canon, Episcopum perjurii, vel fornicationis, vel furti convictum, vel Presbyterum vel Diaconum, deponi, non autem segregari vult: nostrum enim non est bis in idipsum vindicare.

Ὁ δὲ ι'. τοῦ μεγάλου Βασιλείου κανών, οἱ ὀμνύοντες, φησι, τὴν χειροτονίαν μὴ καταδέχεσθαι, μὴ ἀναγκάζεσθαι ἐπιορκεῖν. εἰ γὰρ καὶ δόξαι τισὶ τῶν κανόνων ὁ συγχωρῶν ὀφείλειν λύειν αὖθις ἑαυτὸν τοῦ δεσμοῦ, ὃν σφίσιν αὐτοῖς ἀνοήτως ἐπέβαλον· ἀλλὰ πείρᾳ ἐγνώκαμεν, ὅτι τοὺς ἐπιορκήσαντας δίκαιον εἶναι καὶ διαρρήδην εἰπεῖν. σκοπεῖν γὰρ μὲν δεῖ καὶ τὸ εἶδος τοῦ ὅρκου, καὶ τὰ ῥήματα, καὶ τὴν διάθεσιν, ἀφ' ἧς ὀμόσησι, καὶ εἰς τί λεπτὸν ἐν τοῖς ῥήμασι προσθήκας, μὴ ἆρα ἐκ μικροψυχίας τυχόν, ἢ ἐκ μεταθέτου γνώμης, ὀμόσαι προσήκησεν· μηδεμιᾶς δὲ προφάσεως φανερᾶς, ἐατέον αὐτούς. εἰ δὲ ἔξεις, Λογγῖνός τινι ἀγρὸς ἦν, καλούμενον Μίνδαλα, τῇ ἐπισκοπῇ Μισθείας ὑποκείμενον. Σεβῆρος δέ τις Μασαδῶν ἐπίσκοπος Κυριακόν τινα εἰς ἣν ὃν ἀγρῷ ναὸν πρεσβύτερον κεχειροτόνηκεν, ὡμόσατο προσμένειν τε τῷ ναῷ καὶ τῇ ἐπισκοπῇ αὐτοῦ ὑποκείσας. ἀλλ' ὁ τῆς χώρας ἐκείνης ἐπίσκοπος ἱερουργεῖν ἐκώλυε τὸν Κυριακόν, οἷα ὑφ' ἑτέρου χειροτονηθέντα ἐν ἐκκλησίᾳ διαφερούσῃ αὐτῷ. τοίγαρτοι καὶ καταλιπὼν αὐτοῦ ὁ Κυριακὸς ᾤχετο· ὁ δὲ Λογγῖνος λυπούμενος, ἐπειδὴ καὶ ναὸν ἐρημώσειν, καὶ εἰς ἔδαφος καθαιρήσειν. ἐρωτηθεὶς οὖν ὁ ἅγιος, ἀξιοῖ τὸν ἀγρὸν, ὃν ᾧ ἐπεκηρύχθη ὁ Κυριακὸς, τῇ ἐπισκοπῇ Μασαδῶν ὑποτεθῆναι, εἰ καὶ ἑτέρας ἦν ἐπαρχίας, καὶ τὸν Κυριακὸν ἐκεῖσε αὖθις ἐπαναστρέφειν. οὕτω γάρ, φησι, καὶ ἡμεῖς οὐ δόξομεν παρὰ κανόνας ποιεῖν τῷ Κυριακῷ συμφερόμενοι, καὶ ἐκεῖνος τὸν ὅρκον οὐ παραβήσεται· οὐδὲ πέφευγεν τῷ ὅρκῳ, ὡς οὐδὲ βεβαίῳ τῷ ἀγρῷ ἀναχωρήσῃ, καὶ ὁ Λογγῖνος τὴν ἐκκλησίαν οὐκ ἐρημώσει, καὶ τὴν ἑαυτοῦ οὐ βλάψει ψυχήν. ὁρᾷς πῶς ἐκ τῆς τῶν ῥημάτων ἐξετάσεως τὸν νοῦν ἐθηράσατο ὁ ἅγιος, ὥστε μὴ δοκεῖν ἐπιορκεῖν τὸν ὠμόσαντα. τῷ δὲ Σεβήρῳ ἐγκαλουμένῳ, τῆς ἐπιορκίας καταγνωσθείσης, καὶ λήθῃ παραβαλλομένῃ, τῷ θεῷ μὲν φησιν ὁ ἅγιος τὴν ἐκδίκησιν ἀνατίθεμεν, τῷ τὰ κρυπτὰ γνώστῃ καὶ ἐξεταστῇ, ἡμεῖς δὲ ἀδιακρίτως τοῦτον δεχόμεθα, συγγνώμῃ διδόντες ἀνθρωπίνῳ παθήματι τῇ λήθῃ· οὐ γὰρ ἐσμὲν τῶν καρδιῶν κριταί, ἀλλ' ἐξ ὧν ἀκούομεν, κρίνομεν. εἰ καὶ τὴν ἐκκλησίαν πολυτρόπως ἐλυμήνατο, χειροτονήσας μὲν τῆς ἐπαρχίας ἀκανονίστως, ὅρκῳ δὲ καταδεσμήσας τὰ τῆς ἀναγκαίας· ἐπιορκεῖν γὰρ διδάξας δι' ὧν μετέπιπτε ὁ πρεσβύτερος, ψευδόμενος δὲ νῦν δι' ὧν τὴν λήθην χαμαιζεται·

Canonem decimum septimum hæc discutiunt: Si quis juraverit se non admittere ordinationem, ne cogatur perjurare, etsi videatur alicui esse Canonem, qui eum rursum à vinculo se solvere concedit, quem sibi ipsi inconsultò injecerunt: experientia tamen comperimus, quòd, qui perjurarunt, minimè accepti sunt, nec Deo amici judicantur. Oportet quidem juramenti speciem, & verba, animique affectum, quo jurarunt, prospicere, ac minutas quasque in verbis additiones; ne fortè ex pusillanimitate, & non ex mutabili proposito, jurare coacti sint: cum nulla verò appareat excusatio, eos esse admittendos. Quæ vero deinceps, Longinus quidam agrum habuit, cui Mindana nomen erat, Misthiæ Episcopatui subjectum. Severus quidam Masadarum Episcopus Cyriacum quendam templi, quod in agro positum erat, Presbyterum constituit, qui juravit se in templo permansurum, & illius Episcopatui fore subjectum. Verùm illius regionis Episcopus Cyriacum ministrare prohibuit, quippe qui, in Ecclesia, quæ sui juris erat, ab alio ordinatus est. Quapropter, eâ derelictâ, Cyriacus discedebat: tùm Longinus mœrens, desertum se templum redditurum minabatur, & ad solum eversurum. Interrogatus igitur sanctus, æquum esse censebat, agrum, cui substitutus erat Cyriacus, Masadarum Episcopatui subjici, etiamsi alterius esset regionis, ac rursum illuc redire Cyriacum. Ita namque, ait, & nos non videbimur adversus Canones agere, morigeros nos erga Cyriacum præbentes, neque ille jusjurandum violabit; quoniam nec juramento additum est, quòd non ad breve tempus secedet agro; & Longinus Ecclesiam non desertam relinquet, neque suammet animam damnabit. Videas quomodo ex verborum disquisitione sententiam sanctus indagavit, ut qui jurejurando se obstrinxerat pejerare non videatur. Severo autem accusato, quòd ultro ordinabat in suam diœcesin, & oblivionem prætexente, Deo inquit sanctus ultionem relinquimus, qui occulta cognoscit & scrutatur; nos verò indiscriminatim illum recipimus, quæ humanus est lapsus, oblivioni ignoscentes; quandoquidem non simus cordium cognitores, sed, prout audimus, judicamus. Licet Ecclesiam multifariàm damno affecit, qui ultra suam diœcesin contra Canones ordinavit, & juramento præter Evangelia adstrinxit: pejerare verò docuit eo quod translatus est Presbyter; nunc autem mentitus est quoniã oblivionem præ se fert.

Ἐν δὲ τῷ ιζ'. κανόνι ταῦτα διείληπται, ἄπιστος τις λαχὼν

In Can. decimo septimo hæc disceptantur; Infidelis quidam

quidam Antiochiæ Imperium sortitus, nonnullos ibi Presbyteros nimis percellens tanta vi & necessitate constringebat, ut se à Sacerdotio cessaturos jurârint. Horum unus, Bianor nomine, in Iconium migravit, de quo Magnus Basilius, à sancto Amphilochio interrogatus, dixit, commune decretum & Canonem de Presbyteris, qui Antiochiæ jurarunt, edidimus, ut ii à publicis conventibus abstineant, privatim tamen Presbyterorum munera obeant; ne illis, qui eos sacra ejurasse sciunt, scandali causam præbeant. Eo magis autem Bianor ministerium obire licentiam obtinet, quòd non Antiochiæ, sed Iconii sacra celebraturus sit. Suscipiendus est ergo, à tuâ pietate admonitus, ut ob juramenti facilitatem, quod sub infideli viro juravit, eum pœniteat, cum parvi illius periculi molestiam ferre non potuerit. Verum in lxiv. indeterminatè Laicos, qui pejerarunt, per decennium à sacris percipiendis arcet. Veruntamen in lxxxii. distinctione usus, eos, qui ex necessitate & vi pejerarunt, post sexennii spatium suscipi statuit: qui autem sine necessitate fidem suam prodiderunt (nam perjurium est Dei negatio) post undecim annos sacrâ communione digni censentur, postquam sufficientem adhibuerunt pœnitentiam. His verò pœnis subjiciuntur, qui suâ sponte per confessionem de peccato triumpharunt, & medelam petiverunt; non autem ii qui ex aliorum accusationibus perjurii rei inveniuntur. Illi enim simul & pœnâ pecuniariâ & magis ab Ecclesia puniuntur: quia, ut sæpiùs dictum est, criminatio duplicat peccati delictum; quemadmodum & pœnitentia trutinam elevat. Multiplex est perjurii peccatum, & propterea difficile est curatu. Nam aliter pœnas dat, qui per injuriam juravit & pejeravit; aliter qui per vim; & qui pœnitentiam agit, aliter quàm isti; alias qui ob alicujus defensionem & vindictam; at eum, qui dolo malo hoc fecerit, ubi pones? Qui autem rei alicujus ludicræ & contemnendæ gratia juramentum aspernatus fuerit, ubi collocabitur? præterea qui corporale jusjurandum transgressus est, quique scriptis mandatum, de his quid statuendum est? Hujusmodi igitur diligenter examinanda sunt, & pro viribus corrigenda.

In vigesimo nono verò, Principes, qui jurant se è subjectis suis quosdam plecturos, dupliciter sanari jubet; uno modo quidem, ut ipsi doceantur, non facilè jurare; altero autem, ne malum & inhumanum judicium ad effectum producant; sed pœnitentiam propter jurisjurandi facilitatem ostendant: non autem pietatis prætextu, circa jusjurandum nempe, improbitatem suam confirment. Neque enim Herodi bene jurasse profuit, qui, ut perjurii scilicet laqueum evitaret, alio homicidii captus est, maximi faciendum Prophetam gladio occidendum tradens. Omnis enim jusjurandum prorsus prohibitum est & condemnatum: multò quidem magis consentaneum est illud, quod propter quosdam malefaciendos suscipitur; quare eum, qui juravit, pœnitere, non autem suam impietatem confirmare studere, oportet. Et si quis se cujusdam oculos effossurum juraverit, vel interfecturum, vel mandatum aliquod violaturum; inquirendum est, quid sit melius, jusjurandum nihili facere, aut malum perficere & præceptum violare. Juravi siquidem, inquit David, & justitiæ tuæ judicia custodire statui, non autem peccatum. Quemadmodum enim præceptum immutabilibus judiciis firmandum est; ita peccatum omnino infirmare & delere oportet. Sed, qui legitimum jusjurandum sine ulla necessitate violaverit, magis punietur, quàm qui vim passus est: sin autem non erat legitimum juramentum,

ἄρχειν Ἀντιοχέων, ἀπειλαῖς καταπλήξας τὴν ἐνταῦθα ἱερέων ἑνίους, εἰς τοῦτο βίας ἤγαγε τὴν ἀνάγκης, ὥστε ὀμόσαι τῆς ἱερωσύνης πεπαῦσθαι. Τούτων εἷς τις, Βιάνωρ ὄνομα, εἰς Ἰκόνιον μετῳκίσθη, περὶ οὗ ὁ μέγας Βασίλειος, τὸν θεῖον ἱερομάρτυρα Ἀμφιλόχιον, φάναι, ὅτι κοινὸν ἐξεδόμεθα ὅρον καὶ κανόνα περὶ τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ ὀμωμοκότων πρεσβυτέρων, ἵνα τὰ μὲν κοινὰ συλλόγων ἀπέχωσι, ἰδίᾳ δὲ τὰ τῶν πρεσβυτέρων ἐνεργῶσιν, ὅπως μὴ τοῖς εἰδόσιν αὐτὸν τὰ τῆς ἱερουργίας ἐξομοσαμένοις αἴτιοι σκανδάλου γένοιντο. τοῦτο δὲ τῷ Βιάνορι μᾶλλον ἄδειαν παρέχει πρὸς τὴν ὑπηρεσίαν, ὅτι οὐκ ἐν Ἀντιοχείᾳ, ἀλλ' ἐν Ἰκονίῳ τὰ τῆς ἱερουργίας μέλλει πράττειν. δεκτὸς οὖν ἐστιν ἀπαρτέμβων παρὰ τῆς σὺν εὐλαβείᾳ σε μεταμελείας ἐπὶ τῇ σκληρίᾳ τοῦ ὅρκου, ὃν ἐπὶ τῷ ἀπίστου ἀνδρὸς ἐξωμόσατο, βασάνῳ τὴν ὄχλησιν τοῦ μικροῦ ἐκείνου κινδύνου μὴ δυνηθείς. ἀλλ' ἐν μὲν τῷ ξδ'. τοὺς ὑποχρεοῖ τὴν λαϊκὴν ἀποστροφῆς ἐπὶ δεκαετίαν τῶν ἁγιασμάτων ἀπείργειν. ἐν δὲ γε τῷ πϐ'. ἀμφιρέσῃ χρησάμενος, τοὺς μὲν ἐξ ἀνάγκης καὶ βίας ὑποροκισθέντας, μετὰ ἑξαετῆ χρόνον δέχεσθαι διωρίσατο· τοὺς δὲ χωρὶς ἀνάγκης τὴν ἑαυτῶν πίστιν προδόντας, ὑποροκία γὰρ ἐστὶ θεοῦ ἄρνησις, μετὰ ἑνδέκατον ἔτος τῆς θείας ἀξιοῖ κοινωνίας, μετάνοιαν ἀξιόλογον ὑποδειξαμένους. τούτοις δὲ τοῖς ἐπιτιμίοις ὑπέκειντο οἱ ἑκουσίῳ ὅρκῳ ἁμάρτημα τῇ ἐξομολογήσει θεραπεύσαντες, καὶ τὴν ἀπειθείαν ἐπιζητήσαντες· ἃ μὲν οἱ τοῖς ἑτέρων ἐλέγχοις φορτισθέντες ἐποίουν. ἐκεῖνοι γὰρ ἅμα τῇ εἰς χρήματα ποινῇ, καὶ πλειόνως ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας ἐπιμῶνται· ὁ γὰρ ἔλεγχος, ὡς πολλάκις εἴρηται, διπλασιάζει τὸ ἁμάρτημα. ὄφλημα, ὥσπερ οὖν ἡ μεγάνοια κουφίζει τῆς ποινείας τὸ πλάσμα. πολυειδὲς δέ ἐστι τὸ τῆς ἐπορκίας ἁμάρτημα, ἀφ' ὧν καὶ διαφορεῖται. ἄλλως γὰρ ἐπιμᾶται ὁ κατ' ὀλιγωρίαν ὀμόσας καὶ ἐπορκήσας· ἄλλο τύπον ὁ κατὰ βίαν· ὁ μεταμέλων χρησάμενος, ἄλλως ἢ οὗτοι· ἑτέρως ὁ πρὸς ἀμυνόμενος· ὃς δὲ κατὰ δόλον τοῦτο πεποιηκέναι, πολὺ δήπουθεν; ὁ δὲ καλά τι παιγνιῶδες καὶ ἀπόβλητον τὸν ὅρκον ἡθετηκώς, πολὺ πλέξεται; ὁ δὲ ζωματικὸν ὅρκον παραβεβηκώς, ὁ δὲ ἔγγραφον, περὶ τούτων τί χρὴ φρονεῖν; ἐξεταστέον πάντως ἀκριβῶς τὰ τοιαῦτα, καὶ εἰς δύναμιν θεραπευτέον.

Ἐν δὲ τῷ κϑ'. τοὺς ὀμνύοντας τοῖς ἀρχόντων, ἑνίοις τοῖς ὑπὸ χεῖρα ποιμνίοις ὑποβαλεῖν, διττῶς ἰᾶσθαι κελεύει· τῇ μὲν, μὴ προχείρως ὀμνύναι διδάσκεσθαι· τῇ δὲ, μὴ εἰς ἔργον τὴν πονηρὰν καὶ ἀπεμβρίπτον κλίσιν ἐνεγκεῖν, ἀλλὰ τὴν μὲν ὑπὸ τῇ προπετείᾳ τοῦ ὅρκου μεγάνοιαν ἐπιδείκνυσθαι· μὴ μέντοι προφάσεις εὐλαβείας, τῆς περὶ τὸν ὅρκον δηλαδὴ, τὴν πονηρίαν ἑαυτοῖς βεβαιοῦν. ἐπεὶ γὰρ τῷ Ἡρῴδῃ συνέβαινεν ἐπιορκῆσαι, ὃς, τὴν πάλαι δηθεν τῆς ἐπορκίας φυλαττόμενος, τῇ τοῦ φόνου ἐάλω, ἔργον μαχαίρας τὸν παντὸς ἄξιον προφήτου θέμενος. καθάπαξ μὲν γὰρ, ἅπας ὅρκος ἀπείρηται καὶ καθαίρεται· πολλῷ γε δήπου πλέον εἰκὸς, ὁ δήπου κακοῦ τινὸς προαχθείς, ὥστε μεταμανθάνειν χρὴ τὸ ὀμνύοντα, καὶ σπουδάζειν βεβαιοῦν τὸ ἀνόσιον. καὶ γὰρ εἴ τις ὀφθαλμούς τινος ἐξορύξειν ὀμόσῃ, ἢ φονεύσειν, ἢ τῶν ἐντολῶν ἑκάστην ἀθετήσειν, ἐξεταστέον, τί ἄρα βέλτιον, προδοῦναι θεὸν τὸν ὅρκον, ἢ εἰς ἔργον τὸ κακὸν ἀγαγεῖν, καὶ τὴν ἐντολὴν παραβῆναι. ὤμοσα γάρ, φησὶν ὁ Δαυὶδ, καὶ ἔστησα τοῦ φυλάξαι τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου, καὶ τὴν ἁμαρτίαν. ὥσπερ γὰρ ἡ ἐντολὴ ἀμεταθέτοις κρίμασι προσκεῖται βεβαιοῦσθαι, οὕτω τὴν ἁμαρτίαν παντοίως ἀνωφελῆ καθίστησι καὶ ἀφανίζεσθαι. ἀλλὰ καὶ χωρὶς ἀνάγκης ἔννομον ἀθετήσας ὅρκον, πλέον ἀδυνήσεται, ἢ ὁ βίαν παθών· εἰ δὲ μὴ ἔννομος εἴη ὁ ὅρκος, ἀλλ'

λλ' ἐφ' ᾧ πιὰ δράσειν κακῶς, ἢ σφήλειν τινὸς ἀγαθοῦ, ἢ A
πάλιν, εἴ τι ὀμόσῃ σοφισμα μὴ ὂν ἄξιον εἰς ὅρκον ἄγειν,
ὅτι ἡ ἀθέτησις κολάσεως μὲν οὐκ ὑποκειται· μετρίαν δὲ σφὸς
τῷ ἐπισκόπῳ τιὼ ἐπιμήλειν δέχε).

Αντίθεσις.

Αλλ' ἐπειδὴ δύνωνται μὲν οἱ ἐπίορκοι, οἱ δ' ἐνορκοῦντες
ἀφίενται, καὶ ὃ ὀμοῦναι ἄρα δέδοται, ἔστι τις ἂν, καὶ πῶ τὸ Εὐ-
αγγελικὸν ἐπίσημον ἐντολὴν, τὸ μὴ ὀμνῦναι ὅλως ἀφανιζο-
μένην; Αλλ' οἶμαι ὃ Εὐαγγέλιον, ὥσπερ τῆς ἁμαρτη-
μάτων τιὼ σφῶν, ὡς εἰπεῖν, βλάστην ἐσπούδακεν ἐκριζοῦν, B
οὕτω δὴ καὶ ὅρκον, ὡς τῆς ἐπιορκίας ὄντα δύζαν,
ἀπειρηκεν. ἄλλως τε, ἐκεῖνο μὲν τῶν εἰς τὸ τέλειον ἐφ-
κότων ἂν εἴη, ὥσπερ τὸ πωλῆσαι τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δοῦναι
πτωχοῖς· εἰ γὰρ πάντες πωλεῖν ἀναγκάσει ἔχοι, τίνες ἂν εἶεν
οἱ ὠνήσομοι; σφὸς δὲ τὸ, τιὼ χρείαν παρσμήνης, τῆς
ἑπέρας μὴ φείδεσθαι· καὶ τὸν χιτῶνα τῷ ἱματίῳ σφαπο-
δύεσθαι, καὶ ὅσα τῆς Εὐαγγελικῆς νομοθεσίας ἕπεται, ἅπερ
οὐκ ἀνάγκην ἔχει τοῖς ὑπατεταγμένοις, αἵρεσιν δὲ. καὶ φυ-
λάττεσι μὲν πιὼ καὶ ἐπιθυμοῦσιν, μὴ φυλάττουσι δὲ οὐδ'
ὁντιναοῦν κίνδυνον. ὁ δὲ ἔννομος ὅρκος, δεύτερον ἐκείνου,
καὶ οὐκ ἀποβλητον. ἔνθεν τοι καὶ τῷ βασιλέων οἱ τιὼ τῆς
εὐσεβείας πορφύραν ἠμφιεσμένοι, τοῦτο μὲν ὄζιν οὐ σφο- C
βαίνειν ἐπέτρεψαν· τὸ δὲ ἄψογον καὶ ἀπαίδευτον πάντα-
σι κακωλύκασι. τῶν δ' ἀπαιδεύτων δέ τινος ὁμομοκότος
τῇ τρίτῃ τῆς ἑβδομάδος καθάπαξ τῆς κρέως ἀπέχεσθαι,
πρᾶγμα ἐντεῦθεν ἐγνωκότος τὸ τίμιον σφόδρομον, καὶ τῇ
σωσόμῳ σφοσαναθέμενον, εἰ ἀνάγκην ἔχει καὶ τιὼ ἑορτὴν
τῆς τοῦ Χριστοῦ γενέσεως τρίτῃ τωτὶ καὶ τὰ τελευμένην
ἡμέραν τὸν ὅρκον τῆς νηστείας τηρῆσαι· ὁ ἁγιώτατος πα-
τριάρχης ἐκεῖνος Λουκᾶς, μὴ τῆς ὑπ' αὐτὸν σωσόδου
ἀπεκείναν, ὅτε εἰ καὶ εἰς πάντα καιρὸν ἡ νηστεία ἀγα-
θόν, ἀλλ' οὐ χρὴ τὸν τοιοῦτον ὅρκον σφοκεκρίνεσθαι τῆς δεσ- D
ποτικῆς ἑορτῆς. εἰ γὰρ οἱ ἀπόστολοι κολάζουσι τὸν σαββάτῳ
ἢ κυριακῇ νηστεύοντα ἢ γόνυ κλίνοντα, τίς ἀνάσχοιτο ἂν
τὸν σφοπεμφθέντα καὶ ἰδίᾳ γεγονότα καὶ αὐθαίρετον τῆς νη-
στείας ὅρκον τῆς δεσποτικῆς ἑορτῆς καὶ πνευματικῆς σύφρο-
σύνης; ζήτει καὶ ἐν τῷ ϛ'. κεφαλαίῳ ☩ Β. στοιχείου κανόνα
☩ ἁγίου τέτου κη'. καὶ ἐν τῷ α'. κεφαλαίῳ ☩ Α. στοιχείου
κθ'όνα πα'.

Οὗ δὴ καὶ μεμνημένος ὁ πϛ'. τῆς ϛ'. σωσόδου κανών, ἐπει-
δή, φησι, τοὺς ἐμνύοντας ὅρκους ἑλληνικοὺς, οἷς μὰ τὸν ἥλιον,
καὶ τοὺς τοιούτους, ὁ ☩ μεγάλου Βασιλείου πα'. κανὼν ὑπο-
μίοις καθυποβάλλει, καὶ ἡμεῖς τούτοις ἀφορισμὸν ὁρίζομεν. E

Νόμοι.

Επὶ ὅλοις τῶν καὶ κληρικοῖς μέχρι καὶ ὑποταγωστῶν, ὃ ὀμύ-
ναι ὅλως κεκώλυται· πρὸ δὲ τῆς ἐγγράφου ὁμολογίας τὸ ☩
ὅρκου τοῦτοις πληροῦται.

Εν ταῖς ψήφοις δὲ τῶν ἀρχιερέων καὶ μόνον, ὁ ἐπίσκοπος
καθαιρεῖται ἀρνούμενος τιὼ ἰδίαν ὑπογραφήν· ἐν ἐπέραις
δὲ ὑποθέσεσιν οὐ καθαιρεῖται, ἀλλὰ ζημιοῦται καὶ τοῖς νόμοις.

Λέγει ἔτι δὲ καὶ ὁ οϛ'. νεαρὰ ☩ βασιλέως Λέοντος τοῦ
Σοφοῦ, πᾶν ἐγγεγραφον, ᾧ ἐπογέγραπται ὁ τῆς τιμίου καὶ ζωο-
ποιοῦ σταυροῦ τύπος, δηλαδὴ χειρὶ ☩ σωθεμένου αὐτοῦ, ἔχειν F
ὀφείλει τὸ ἰσχυρὸν καὶ ἀμεταπέλωτον, εἰ καὶ κατασφαλισμένον
οὐκ ἔστι δηλαδὴ τροσίμου.

Οὐδεὶς καὶ θεοῦ ὠμόσας κινδυνεύει, ἱκανὸν γὰρ ὁ ὅρκος
τιμωρὸν ἔχει τὸ θεῖον· ὁ δὲ καὶ βασιλέως ὠμόσας κα-
τά τινα θερμότητα, συγχωρεῖται· πλιὼ, ὁ ἐν δηλώσει
ἐπιορκοῦσι καὶ ☩ βασιλέως, τὸ τροσῆμον δίδωσι, καὶ ἀκπί-
πτει τῆς ἰδίας ἀγωγῆς, καὶ ἀτιμοῦται.

Εν τοῖς ἀμφιβόλοις εἴωθεν ὁ δικαστὴς ἐπιφέρειν ὅρκον,
καὶ ὕστω ψηφίζεσθαι.

Sed ad aliquem malefaciendum, vel aliquo bono privandum, suscipitur; vel si rursum juravit aliquis, se aliquid facturum, quod non debet in jusjurandum deduci, tum violatio illum pœnæ non subjicit; sed Episcopi arbitratu modicè punietur.

*Objectio.*

Sed quoniam puniuntur, qui pejerant, qui autem bene jurant, remittuntur; dicat ergo aliquis, quòd jurare permittitur; ubi ergo statuemus Evangelicum præceptum, quod omnino jurare prohibet? Credo autem, quod Evangelium, quemadmodum primum peccatorum germen, ut ita dicam, eradicare studuerit; ita etiam jusjurandum, tanquam perjurii ostium, prohibuit. Aliter illud quidem fit eorum, qui perfectionem attigerunt, sicut omnia quæ habent vendere, & pauperibus dare: si enim omnes vendere necesse habuerint, quinam emerent? Porro & illud, qui maxillam unam percutiunt, alteri non parcere: & pallium cum tunica insuper exuere, & quæcunque alia sunt Evangelicæ constitutionis, quæ non sunt necessaria, bene tamen utilia & eligenda iis, quibus mandantur; ac honorem quidem remunerationemque, nullum autem periculum secum afferunt. Legitimum verò juramentum illi secundum est & non rejiciendum. Hinc Imperatores illi, qui pietatis purpura induti sunt, hucusque progredi permiserunt: at quod illegitimum est, & ineptum omnino prohibuere. Cùm verò nobilis quidam tertio hebdomadis die omnino se à carne abstinere juravit, exinde venerabilem Præcursorem honorare existimans, & Syn. interrogavit, an necesse erat in festo Natalitii Christi, tertio die jejunii jusjurandum observare: sanctissimus ille Patriarcha Lucas, unà cum Synodo sub eo congregatâ, respondit, quòd licet bonum sit omni tempore jejunare; non tamen oportere tale jusjurandum Dominico festo præferri. Si enim Apostoli illum, qui in Sabbato vel die Dominico jejunat vel genu flectit, puniunt; quis ferat eum, qui privatim factum voluntarium jejunii jusjurandum Dominico festo & spirituali lætitiæ præfert? Quære etiam in nono capite literæ B. hujus sancti Canonem vicesimum octavum, & in primo capite literæ A. Canonem octogesimum primum.

Cujus etiam meminit nonagesimus quartus sextæ Synodi Canon, Quandoquidem, inquit, eos, qui Gentilium Sacramenta jurant, ut per Solem, & talia, lxxxi. magni Basilii Canon pœnis subjicit, & nos eis quoque segregationem decernimus.

*Leges.*

Omnibus ab Episcopis & Clericis usque ad Lectores jurare omnino est prohibitum: per pactum verò literis mandatum quæ sunt juramenti illis adimplentur.

In Antistitum electionibus & solùm, Episcopus, qui suam negat subscriptionem, deponitur; in aliis autem causis non deponitur, sed juxta leges mulctatur.

Dicit insuper & lxxii. Imperatoris Leonis sapientis Novella, Omne pactum scriptum quod pretiosæ & vivificæ crucis figurâ, per manus ejus qui pactum iniit, signatur, debet firmum & immutabile esse, licet constituta pœna non sit firmatum.

Nemo per Deum juráns periclitatur; nam satis Deum ultorem habet jusjurandum: qui verò calore quodam per Imperatorem juraverit, veniam consequitur; sed qui in persolutione per Imperatorem pejerat, pœnas dat, & propria actione excidit, & infamia notatur.

In dubiis rebus solet judex jusjurandum allegare, & ita judicare.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Bene allegent, per salutem tuam jurasse. Omne enim legitimum ex inductione jusjurandum servatur, & quod quis juravit secundum propriam religionem: quod autem fit per insinceram religionem jusjurandum, non servatur.

Καλῶς ὀμοφέσωσι κ τῆς σωτηρίας σε ὀμόσαι. πᾶς γὰρ θεμιτὸς ἐξ ἐπαγωγῆς ὅρκος φυλάττε, κ ὃν τις ὀμόσῃ κ τὴν ἰδίαν θρησκείαν· ὁ δὲ κ ἀδοκίμου θρησκείας γενόμενος ὅρκος ὐ φυλάττεται.

Qui ex judiciali electione, vel adversarii postulatione jusjurandum in Ecclesia subit, sacro-sanctis tactis Evangeliis, si posthac pejerare convictus fuerit, linguâ privetur. Idem & de Martyribus. Jusjurandum est oratio propter suam veritatem fidem faciens.

Ο ἐκ δικαστικῆς ψήφου, ἢ ἐξ αἰτήσεως τ ἀντιδίκου, ὅρκον ὑπέχων ἐν ἐκκλησίᾳ, κὰν ἀγράντων ὑφαπόμενος εὐαγγελίων, ἐπιορκεῖν δὲ μὴ ζηλωτὴς ἐλεγχθεὶς, γλωσσοκοπείσθω. τὸ αὐτὸ κ ἐπὶ μαρτύρων. ὅρκος ἐστὶ λόγος πιστόμενος δι' ἑαυτῆς τ ἀλήθειαν.

## CAPUT XXXIII.

### *De Tutoribus & Curatoribus.*

TERTIUS quartæ Synodi Canon, Clericos vel Monachos propter turpe lucrum alienas possessiones conducere prohibuit; quod est, res seculares tractare, divina mysteria neglectui habentes: nisi ad inexcusabilem impuberum tutelam à legibus vocetur aliquis; Impuberibus enim Tutores dantur; minoribus autem Curatores. Impuberes quidem sunt masculi, qui sunt quatuordecim annis minores: impuberes vero fœminæ, quæ duodecim annis minores sunt. Minores verò sunt, qui pubertatem præterierunt, minores tamen sunt xxv. annis, sive sint mares sive fœminæ. Episcopus civitatis etiam istis permittere potest, ut Ecclesiasticarum rerum curam gerant, vel orphanorum & viduarum, quibus non providetur, & quæ Ecclesiastico auxilio maxime indigent, propter Dei timorem, ut in Actibus memoratur, Apostolos septem Diaconos elegisse, ne in ministerio quotidiano viduæ despicerentur: lucri autem aut gloriæ cupiditate illis hujusmodi administrationibus seipsos injicere non permittitur. Qui verò auxilio indigent sunt tales, qui in Ecclesias profugerunt, ut Dynastarum injuriam vitarent, vel qui aliquid forsan offenderint, vel qui injustè in servitutem rediguntur, & suppetias postulant, propter quos etiam defensores fiunt. Si quis verò transgreditur, convenientibus suppliciis eum subjici vult. Omnes igitur Clerici & Monachi Episcopi sui permissione, non modo Ecclesiastica, verùm etiam secularia negotia administrare possunt: ut & tutelam & curatelam suscipere. Absque externa autem permissione Episcopis & Monachis nec tutelam nec curatelam gerere permittitur, licet à legibus vocentur: sed Clerici, quando à legibus vocantur, utraque subire non prohibentur. Omnes verò communiter Ecclesiastica negotia administrare non impediuntur, vel sine Episcopali permissione.

## ΚΕΦ. λγ'.

### Περὶ ἐπιτρόπων κ κυρατόρων.

Ο γ'. τῆς δ'. συνόδου κλήρων, κληρικὰς ἢ μοναζούσας ἀπείρηκεν ἀλλότρια κτήματα μισθοῦσθαι διὰ αἰσχροκέρδειαν, ὅπερ ἐστὶ, πράγματα ἐργολαβεῖν κοσμικὰ, τῆς θείας λειτουργίας καταμελοῦντας· εἰ μήτι ἐκ τῶν νόμων καλοῖτό τις εἰς ἀφηλίκων ἀναγκαίαν ἐπιτροπήν· τοῖς μὲν γὰρ ἀνηβοις ἐπίτροποι δίδονται, τοῖς δὲ ἀφήλιξι κυρατόρες. κ ἄνηβοι μέν εἰσιν ἄρρενες, οἱ μὴ ιδ'. ἔτος ἐτῶν· ἄνηβοι δὲ θήλειαι, αἱ ἔτος τ ιε'. ἐπὶ μ. ἀφήλικες δὲ, οἱ τὸν ἥβην ὑπερβαλόντες, ἔτος δὲ τῶν κε'. ἑαυτῶν, κἂν ἄρρενες ὦσι, κἂν θήλειαι. δύναται κ ὁ τῆς πόλεως ἐπίσκοπος ἐπιτρέπειν τοῖς τοιούτοις ἐκκλησιαστικῶν φροντίζειν πραγμάτων, ἢ ὀρφανῶν κ χηρῶν ἀπορουμένων, κ τῶν μάλιστα ἐκκλησιαστικῆς δεομένων βοηθείας, διὰ τὸν φόβον τοῦ κυρίου, ὡς ἐν τ πράξεσιν ἱστόρηται, προχειρησαμένων τῶν ἀποστόλων τοὺς ἑπτὰ διακόνους, ἵνα μὴ ἐν τῇ καθημερινῇ διακονίᾳ αἱ χῆραι παραθεωρῶνται· οὐ μὴν ἑαυτοὺς ταῖς τοιαύταις ἐπιρρίπτειν διοικήσεσι τούτοις ἐφῆται κέρδους χάριν ἢ δόξης. οἱ δὲ βοηθείας δεόμενοι, ὅτοι ἂν εἶεν, οἱ τῇ ἐκκλησίᾳ προσφυγόντες, ἐπηρείας δυναστῶν ἐκτρεπόμενοι, ἢ οἱ ποῦ τι παίσαντες, ἢ οἱ εἰς δουλείαν ἀδίκως ἐληλάμενοι, κ ζητοῦντες ἐπικουρίαν, δι' οὓς κ οἱ ἔκδικοι γίνονται. ὃ δὲ παραβαίνοντα τοῖς προσήκουσιν ἐπιμίοις καθυποβάλλεσθαι βούλε. πάντες τοίνυν κληρικοὶ τε κ μοναχοὶ κατ' ἐπιτροπὴν τοῦ σφῶν ἐπισκόπου, οὐ μόνον ἐκκλησιαστικὰ, ἀλλὰ κ πολιτικὰ ἐνεργῆσαι δύνανται πράγματα· οὐ μὴν ἀλλὰ κ ἐπιτροπὴν ἀναλαβεῖν κ κυρατορείαν. ἐπιτροπὴς δὲ τ ἔξωθεν δίχα ἐπισκόπου κ μοναχοῖς ὅτι ἐπιτροπὴν, ὅτι κυρατορείαν ἔξεστι δέξασθαι, κ εἰ ἐκ τῶν νόμων καλοῖτο. οἱ δὲ κληρικοὶ, ὅτι καλοῦνται παρὰ τῶν νόμων, κ τὸ ἀμφότερα ἀναλαβεῖν οὐ κωλύονται. πάντες δὲ κοινῇ ἐκκλησιαστικὰ πράγματα ἐνεργεῖν οὐκ ἐμποδίζονται, κ δίχα προτροπῆς ἐπισκόπου.

Presbyteros & Diaconos & Subdiaconos solo cognationis jure ad tutelam vel ad curatelam vocatos, administrationem suscipere concedimus.

Τοὺς πρεσβυτέρους, κ διακόνους, κ ὑποδιακόνους, τῷ δικαίῳ μόνῳ τῆς συγγενείας, εἰς ἐπιτροπὴν, ἢ εἰς κυρατορείαν ἀνακαλυμμένους, τ λειτουργίαν ὑποδέχεσθαι συγχωροῦμεν.

Tutores habeant liberti secundum leges civiles, qui propter ætatem seipsos vendicare nequeunt. Alienus ex pacto servus, frustra fit curator.

Ἐπιτροπεύουσι κ οἱ ἀπελεύθεροι τοὺς πολιτικοὺς νόμους, οἱ διὰ τ ἡλικίαν ἐκδικεῖν αὐτοὺς μὴ δυνάμενοι. ἀλλόφυλοι οἰκέται ὄντες διακονίᾳ, ἀρχῆσαι ὑπηρετοῦσι δίδονται.

Neque tutelam neque curatelam gerat, qui septuaginta annis est major, neque qui viginti quinque est minor: nam quomodo curam gerat, qui alterius cura indiget?

Οὐκ ἐπιτροπεύει, οὐδὲ κυρατορεύει ὁ μείζων τ ἑβδομήκοντα ἐτῶν, οὐδὲ ὁ ἐλάττων τ εἰκοσιπέντε ἐτῶν· πῶς γὰρ ὁ δεόμενος ἄλλου κηδεμονίας;

Decoctores & amentes, licet pubertatem egressi sint, à propriis cognatis in tutelam suscipiuntur.

Ασωτοι κ μαινόμενοι, κἂν μείζονες ὦσι τῇ ἡλικίᾳ, κυρατορεύονται ὑπὸ τ ἰδίων συγγενῶν.

Οὐ-

Οὐδεὶς ἐγχειρίζῃ πλέον τ̃ τριῶν ἐπιτρόπων.

A Nemo pluſquam tres tutores conſtituit.

Τῷ υἱῷ τ̃ αἰχμαλώτου ἐπίτροπος οὐ δίδοται, ἀλλὰ τῇ οὐσίᾳ κυρεύτωρ· ὑποστρέφοντος γὰρ τ̃ πατρὸς, γίνεται αὐτῷ ὑπεξέσιος, ὡς εἰ μηδέποτε ἠχμαλωτίσθη.

Captivi filio tutor non datur; ſed ſubſtantiæ curator: nam reverſo patre, illius juris erit, ac ſi nunquam in captivitatem fuerat redactus.

Τῷ ἔχοντι ἐπίτροπον νοσοῦντα ἢ γήροντα δίδοται κυρεύτωρ παρὰ τ̃ ἄρχοντος.

Illi, cujus tutor vel morbo laborat, vel ſenio confectus eſt, à Magiſtratu datur curator.

Ἐὰν κλέψωσιν οἱ ἐπίτροποι τὰ τῶν ἀφηλίκων, ἕκαστος αὐτῶν εἰς τ̃ διπλοῦν ὑπέχει.

Si impuberum facultates tutores ſurripiant, unuſquiſque eorum in duplum tenetur.

B

Προτιμῶνται τ̃ θηλειῶν οἱ ἄῤῥενες, τελείας ἡλικίας ὑπάρχοντες· γυνὴ γὰρ οὐ κυεβερνᾷ, οὐδὲ τὰ τ̃ ἐπιτροπῆς ὑπάρχοντα λειτουργήματα, εἰ μή τις μήτηρ ἢ μάμμη εἴη.

Præferuntur fœminis maſculi, cum ſint perfectæ ætatis. Mulier enim curatelam non gerat, neque tutelæ adminiſtrationem ſubeat, niſi vel mater vel avia ſit.

Ὁ πλησιέστερος συγγενὴς ἐπιτροπευέτω· εἰ δὲ πολλοὶ ὦσιν ἐν τῷ ἐπέχουσι βαθμὸν, πάντες ἐπιτροπεύουσιν.

Proximus cognatus tutorem agat: ſin verò ſint plures ejuſdem gradus, tum omnes curatelam gerant.

Ζήτει γὰρ ἐν τῷ ιε'. κεφ. τ̃ Μ. στοιχείου.

Quæras etiam in xv. cap. literæ M.

C

## ΚΕΦ. λδ'.

### Περὶ Εὐνούχων.

## CAPUT XXXIV.

### *De Eunuchis.*

Ὁ μὲν κανὼν τ̃ ἁγίων ἀποστόλων κανὼν εἰκοστὸς πρῶτος, εὐνοῦχός, φησὶν, εἰ μὲν ἐξ ἐπηρείας ἀνθρώπων τις ἐγένετο, ἢ ἐν διωγμῷ τὰ τ̃ ἀνδρῶν ἀφῃρέθη· ἢ οὕτως ἦν, εἰ καὶ ὁ βίος αὐτοῦ σεμνὸς εἴη καὶ ἄμεμπτος, εἰς ἱερωσύνην προβιβαζέσθω.

Sanctorum Apoſtolorum viceſimus primus Canon, Eunuchus, inquit, ſi ex injuria quidem hominum factus ſit, vel in perſecutione virilibus privatus ſit, vel ſic natus fuerit; ſi etiam ejus vita ſit ſancta & irreprehenſibilis, in Sacerdotium promoveatur.

Ὁ δὲ κβ'. ὁ ἑαυτὸν ἀκρωτηριάσας, κληρικὸς μὴ γινέσθω· αὐτόχειρ γὰρ ἑαυτῷ γέγονε τ̃ προβόλου τοῦ πράγματος, ἑαυτῷ θάνατον ὡσανεὶ προμνώμενος, καὶ τ̃ τοῦ θεοῦ δημιουργίᾳ πολεμῷ ἄντικρυς. D

Viceſimus ſecundus verò, Qui ſeipſum mutilavit, ne ſit Clericus: ipſe enim ſuiipſius eſt homicida propter facti audaciam, mortem ſibi quaſi ambiens, & Dei opificii hoſtis palam factus.

Ὁ δὲ κγ'. εἴ τις κληρικὸς ὢν ἑαυτὸν ἀκρωτηριάσειεν, ὡς προδήλωτα θανάτων, καθαιρείσθω.

Et xxiii. Si quis, cum ſit Clericus, ſeipſum mutilaverit, tanquam ſibi manifeſtò mortem optans, deponatur.

Ὁ δὲ κδ'. λαϊκὸς ἑαυτὸν ἀκρωτηριάσας εἰς ἔτη ἀφορίζέσθω τρία, ὡς ὑπόβουλος τ̃ ἑαυτοῦ ζωῆς. ἄλλως τε καὶ εἰς ἀνδρῶν φύσιν τ̃ θεοῦ τέτυχε δημιουργήσαντος, εἰς ἑπέραν ἀλλοίωτον αὐτὸς ἑαυτὸν μεταπλάττουσιν, ὥστε μήτε ἄνδρες εἶναι, τῷ σπερματικῷ καὶ τ̃ ὁμοίᾳ γονιμικὴν δύναμιν ἀποβεβληκότες, μήτε γυναῖκες, οὐ γὰρ τίκτειν ἔχουσι φύσιν. E

Xxiv. item, Laicus, qui ſeipſum mutilavit, tribus annis ſegregetur, quia eſt ſuiipſius vitæ inſidiator. Præterea, cum in virorum naturam Deus ipſos formavit, in aliam ab ea prorſus diverſam ſeſe transformarunt: ita ut, neque viri ſint, quia ſeminalem pariter ac generatricem facultatem abjecerunt; neque fœminæ, quia non habent parturiendi naturam.

Τὰ αὐτὰ καὶ ὁ α'. τ̃ πρώτης συνόδου κανὼν ὁρίζεται, ὃς ὃν νόσῳ ὑπὸ ἰατρῶν χειρουργηθέντα, ἢ ὑπὸ βαρβάρων τῶν κυρίων μέρεσιν ἀφαιρεθέντα, τ̃ κλήρου μὴ ἀλλοτριοῦσθαι· ὅς τις γε μᾶλλον ὑγιαίνων ἐπιτηδὲς ἐξέτεμεν ἑαυτὸν, τοῦτον, μὴ ὅτι κληροῦσθαι, ἀλλὰ καὶ τ̃ κλήρῳ ἐξεταζόμενον, ἐξωθεῖσθαι· προσιέναι δὲ εἰς κλῆρον τοὺς ὑπὸ βαρβάρων ἢ δεσποτῶν εὐνουχισθέντας, εἰ συμβαίνοντα τῇ ἱερωσύνῃ, καὶ βίον μετιόντες εἶεν.

Eadem etiam conſtituit i. Syn. i. Can. Nimirum, ut qui à Medicis in morbo exciſus, vel à barbaris genitalibus membris privatur, è Clero non excidat: quicunque autem, cum eſſet ſanus, ex induſtriâ ſeipſum execuit, non modò in Sacerdotium non cooptetur, ſed etiam in Clero recenſitus, ejiciatur: illi autem in Clerum admittuntur, qui à Barbaris vel Dominis ſunt caſtrati, ſi ea, quæ ad Sacerdotium & vitam ſpectant, proſequuti ſint.

Ὁ δὲ τῆς λεγομένης πρώτης καὶ δευτέρας συνόδου κανὼν ἡ'. καὶ τοὺς ἑπέρους ἐκτέμνοντας, ὡς τῆς τοῦ θεοῦ δημιουργίας ὑβρισταὶ, εἴτε αὐτοχειρίᾳ, εἴτε ἐξ ὑποτάγματος, κληρικὸν μὲν ὄντα, καθαιρεῖσθαι κελεύει, λαϊκὸν δὲ ἀφορίζεσθαι· εἰ μήτε νόσημά τινι προσαιρὸν πρὸς τ̃ ἐκτομὴν τ̃ πεπονθότος ἀνάγκασεν. οὔτε γὰρ ἱερέας αἰτιατέον, τοὺς νοσοῦσιν ἐξ ὑποτάγματος ἐφισταμένους καὶ συνεχίζοντας, οὔτε μὴν λαϊκὰς αὐτοχειρίᾳ χρωμένους. τοῦτο γὰρ ἰατρείαν τῷ νοσήματος, ἀλλ' οὐκ ὑποβουλὴν τοῦ πλάσματος, ἢ τῆς πλάσεως ὕβριν λογιζόμεθα.

Synodi verò i. & ii. dictæ viii. Canon, Eum, qui alios execat (tanquam Dei opificio injuriam faciens) ſive propriis manibus, ſive juſſu; ſi ſit quidem Clericus, deponi jubet; ſin verò Laicus, ſegregari; niſi morbus alicui incidens, eum ad execandum ægrotantem coëgerit. Neque enim condemnandi ſunt Sacerdotes, qui morbo laborantes caſtrari jubent: neque Laici, qui propriis manibus ad caſtrationem utuntur. Hoc enim morbi eſſe medelam, non autem creaturæ inſidias fieri, vel opificium injuria affici exiſtimamus.

Ζήτει γὰρ ἐν βιβ'. κεφ. τ̃ Γ. στοιχείου, κανὼν ε'. τ̃ ς'. συνόδου.

Vide etiam in xix. cap. literæ Γ. Synodi. vi. Can. v.

A

*Leges.*

Jubemus ut nullus Romanus caſtretur, ne quidem extra Romanum ſolum, & ut nullus Romanum caſtratum emat: ſed & eum, qui caſtravit, & eum qui emit, & tabellionem, & publicanum, qui vectigalis aliquid pro eo accepit, puniendos eſſe. Barbara autem mancipia, quæ extra Romanum ſolum caſtrantur, liceat omnibus mercatoribus & emere & vendere.

Si quis ſervus à nobis ſit caſtratus, ſtatim illi libertatem dari, licèt ob morbum caſtratus fuit.

B

Qui ob voluptatem vel mercaturam aliquos caſtrat, ſi ſit quidem Nobilis, publicatur: plebeius vero, gladio & beſtiis objicitur.

Imperatoris verò Leonis Sapientis Novella, Eunuchum, qui legitimè mulieri matrimonio conjungitur, ſcortationis pœnæ ſubjici jubet; & Sacerdotem, qui prophanè illum copulavit, Sacerdotali dignitate privari: permittit autem eunuchis, quoſcunque volunt adoptare & in filiorum ſortem eligere.

C

Νόμοι.

Κελεύομεν μηδένα Ρωμαίων εὐνουχίζεσθαι, μηδὲ ἔξω τῆς Ρωμαίων γῆς, μηδὲ ἀγοράζειν μηδένα τὸν εὐνουχισθέντα Ρωμαῖον· ἀλλὰ καὶ τὸν εὐνουχίσαντα, καὶ τὸν ἀγοράσαντα, καὶ τὸν συμβολαιογράφον, καὶ τὸν πλούσιον τὸν κομισάμενον πάλιν τι ὑπὲρ τούτου, τιμωρεῖσθαι. τοὺς δὲ ἔξω τῆς Ρωμαϊκῆς ἐπαρχίας εὐνουχιζομένους ἀνθρώπους βάρβαρα ἐξεῖναι πασιν ἐμπόροις ἀγοράζειν καὶ πωλεῖσθαι.

Ἐὰν δέ τις παρ' ἡμῖν εὐνουχισθῇ δοῦλος, αὐτίκα τούτῳ τὴν ἐλευθερίαν δίδομεν, κἂν ἐξ ἀνάγκης εὐνουχισθῇ.

Ὁ δὲ ἡδονῇ τὴν ἐμπορίαν εὐνουχίζων τινάς, δίκην μὲν ὤφλε θανάτου· τελευτὴς δὲ, ξίφει καὶ θηρίοις ὑποβαλλέσθω.

Ἡ δὲ νεαρὰ τοῦ Βασιλέως Λέοντος τοῦ Σοφοῦ, τὸν γυναικὶ κατὰ νόμον γάμῳ συναφθέντα εὐνοῦχον τῇ τῆς πορνείας ὑποκείσθαι κολάσει κελεύει, καὶ τὸν μιήρεις συναρμόσαντα ἱερέα, τῆς ἱερατικῆς ἀξίας ἀπογυμνοῦσθαι· ἔφησι δὲ τοῖς εὐνούχοις, ὃς βούλονται εἰσποιεῖν καὶ εἰς μοῖραν παῖδειν ὑἱόν.

D

## CAPUT XXXV.

*De precum ordine.*

Septuagesimus quintus ſextæ Synodi Canon, ut qui in Eccleſiâ precantur & pſallunt, non inordinati accedant, neque intentas urgeant vociferationes; ſed cum contrito corde, & moribus convenientibus, & mentis attentione, preces & pſalmodias peragant: unde & internis moribus & externâ ſpecie, Dei miſericordia in peccatores trahitur. Pios enim, inquit Levitici liber, facite filios Iſraël; neque infractis & irreverendis utantur cantilenis, & ſupervacaneâ canticorum varietate, & cantibus laſcivis; quæ thymelicis ſceniciſque magis quàm Eccleſiæ Dei conveniunt. A quamplurimis verò Patriarchis cum graviſſimis etiam pœnis hæc ſæpiùs fuerunt prohibita. Permiſſum eſt autem ſimplicem & invariatam pſalmodiæ modulationem uſurpare, & in vigiliis & pro defunctis peragendis ceremoniis, ut obtinuit antiqua & venerabilis conſuetudo: ſed nihil amplius fieret.

E

*De Sacroſancto Hymno.*

Octogeſimus primus, Illos, qui in ſanctiſſimo hymno Petri Fullonis vocem inſerere audent, quæ huic, ſanctus immortalis, hoc, qui crucifixus es pro nobis miſerere noſtri, addidit, exitiali anathematis judicio ſubjicit. Vel enim quartam perſonam inducit iſta vox, & Dei filium, Servatoris ſcilicet conſiſtentē facultatem, ſeorſum ponit, & Chriſtum crucifixum tanquam alium à forti, vel affectionibus ſubjectam Trinitatem glorificat, & Patrem & Spiritum ſanctum unà cum Filio crucifigit. Scimus F vero quomodo Eccleſiaſtica hiſtoria loquitur, cum, Proclo Archiepiſcopo, populus, quâdam divinitûs intentatâ oppreſſus plagâ, Conſtantinopoli ſupplicaret, in æthera raptum fuiſſe puerum, & hymnum hunc fuiſſe edoctum, & rurſus demiſſum præſentibus illud, quod inſtitutum erat, renunciaſſe, quod populo ſine additamento canente, divinitùs intentatam ceſſaſſe plagam. Sed & ſancta & œcumenica quarta Synodus ita ſacroſanctum hymnum canendum eſſe decernit: licèt obſcurum Armeniorum genus & ſubdolū abominabilem

Κεφ. λέ.

Περὶ Εὐχῶν τάξεως.

Ὁ οε'. τῆς ς'. συνόδου κρίνων, τοὺς εὐχομένους ἐν ἐκκλησίᾳ καὶ ψάλλοντας, μὴ ἀτάκτως φέρεσθαι, καὶ ὑπερβαλλούσας ὑπονοίᾳ φωνὰς, ἀλλ' ἐν συντετριμμένῃ καρδίᾳ, καὶ ἤθει κατεσταλμένῳ, καὶ νοὸς εὐσυνέτῃ πάσας δεήσεις ποιεῖσθαι καὶ ψαλμῳδίας, ἐφ' ᾧ τῇ τε ἕξει τοῦ ἤθους, καὶ τῇ ὄντως εὐθείᾳ, τὸν θεὸν ἵλεων ὅπερ τοῖς ἡμαρτημένοις ἐλκύσαι. διλαβὲς γάρ, φησὶν ἡ τοῦ Λευϊτικοῦ βίβλος, πείθεσθε τοῖς υἱοῖς Ισραὴλ, μηδὲ τοῖς κεκλασμένοις καὶ ἀσήμοις μέλεσι χρῆσθαι, καὶ τῇ περιττῇ τῇ τῶν ᾀσμάτων ποικιλίᾳ, καὶ ᾠδῶν παρεισφρήσασιν, ἃ θυμελικοῖς ἐοίκασι καὶ τοῖς ὅπου τῆς σκηνῆς ἡ ἐκκλησία φέρουσα θεοῦ. πολλάκις δὲ ταῦτα καὶ φωνὴ πολλῶν κεκώλυται παρεισφρῆσαι, μὴ σφοδρὸν τῆς ὑπομονῆς. παρήγγελται δὲ ἁπλοῦν καὶ ἀπαράλλακτον τῆς ψαλμῳδίας ἀσπάζεσθαι, ἔν γε ταῖς πανυχίσι καὶ ταῖς πλεταῖς τῶν ἀποιχομένων, ὡς τὸ ἀρχαῖον ἔθος καὶ ὠφελιὲς ἦγεν· ἀλλ' οὐδὲν γέγονε πλέον.

Περὶ τοῦ τρισαγίου ὕμνου.

Ὁ δὲ πα'. τὸν ᾯδὴν τρισαγίῳ ὕμνῳ πλὴν τοῦ Πέτρου τοῦ Κναφέως φωνὴν παρενείρειν μὴ αἰδούμενος, πλὴν τοῦ, ἅγιος ἀθάνατος, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς ἐλέησον ἡμᾶς, προστεθεῖσθαι, τῇ ὁλεθρίᾳ τοῦ ἀναθέματος ἐφίησι καταδίκῃ. ἢ γὰρ τετάρτην ἡ τοιαύτη προσωπον εἰσαγαγὼν φωνὴ, δυὰ μέρος πιθεῖσα τὸν τοῦ θεοῦ υἱὸν τὸν σταυρωθέντα ἕνα τῶν δυνάμεων, καὶ δυὰ μέρος τὸν ἐσταυρωμένον χειρὸν, ὡς ἄλλον ὄντα παρὰ τὸν ἰσχυρὸν, ἢ παθητὸν τὴν τριάδα δοξάζει, συσταυροῦσα τῷ υἱῷ τὸν πατέρα καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα. ἴσμεν γὰρ ὡς ἡ ἐκκλησιαστικὴ δίεισιν ἱστορία, ὅπως λιτανεύοντος τοῦ λαοῦ ἐν Κωνσταντινουπόλει ὅπου τινὶ θεηλάτῳ πιεζομένῃ πληγῇ, Πρόκλου ἀρχιεπισκόπου, αἰθέριον ἁρπαγῆναι παῖδιον, καὶ τὸν ὕμνον τοιοῦτον μυηθῆναι, καὶ καταπεμφθῆναι, τοῖς ᾄδουσι τὸν μυηθέντα ἀπαγγείλαντα· ὡσαύτως δὲ τοῦ λαοῦ τῆς προσθήκης χωρεῖς, ἡ θεήλατος παύει πληγή. ἀλλὰ καὶ ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ τετάρτη συνόδος οὕτως ὥρισται τὸν τρισάγιον ὕμνον ἐπίστασθαι· εἰ καὶ σκοτεινὸν ἦν τὸ Ἀρμενίων καὶ ὕφαλον τῆς βδελυρᾶς ταύτης

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ταύτης εἰσέπι καὶ νῦν ὑ μεθίενται πλάνης. ζήτει καὶ ἐν τῷ A
ια'. κεφαλαίῳ τοῦ B. στοιχείου κανόνα ιε'. τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου.

illum errorem nondum depoſuerunt. Vide etiam in undecimo capite literæ B. Canonem xv. Laodicenæ Synodi.

Ὁ δὲ ις'. Ταύτης, ἐν τοῖς σάββασι μετὰ τῶν ἑπέρων γραφῶν καὶ εὐαγγέλιον κελεύει ἀναγινώσκεσθαι. πρὸ γὰρ τῆς νομισθείσης νῦν τάξεως ἐν ταῖς συναξεσι καὶ ψαλμῳδίαις, οὐχὶ μόνον ἐψάλλοντο ἐν σαββάτῳ; καὶ οὕτω νῦν ἀναίμακτον προσέφερον οἱ ἱερεῖς θυσίαν. εὐαγγέλιον δὲ ἢ ἄλλη τις γραφὴ ἐπ' ἐκκλησίας οὐκ ἀνεγινώσκετο· οἷα νῦν ἑορτὴν ἄγειν κελεύουσι τοὺς λέγοντας κανόνας, μήτε νηστεύειν, μήτε γονυκλιτεῖν ἐν σαββάτῳ. B

Ejuſdem verò Synodi xvi. In Sabbatis unà cum aliis Scripturis etiam Evangelia legi jubet. Nam antequam ordo, qui hodie in precibus & pſalmodiis obſervatur, inſtitutus fuit, ſolummodo preces in Sabbato fuerunt, & ſic ſacrificium incruentum offerebant Sacerdotes. Evangelium verò, vel alia Scriptura, in Eccleſia non legebatur; quippe tunc feſtum celebrare ſolebant juxta Canones, qui dicunt, neque jejunare, neque genuflectere in Sabbato oportet.

Ὁ δὲ ιζ'. κηδεμονικώτερόν τι ποιῶν, καὶ εἰς καθίσματα μερισθῆναι τοὺς Δαυιδικοὺς Ψαλμοὺς ἐπέταξε, καὶ ἀναγνώσεις μεταξὺ γενέσθαι, ἵνα μὴ ἀκηδιῶν ὁ λαὸς τῇ συνεχεῖ τῆς ψαλμῳδίας τῆς ἐκκλησίας ἀποπηδῶσιν.

Decimus ſeptimus autem accuratius quiddam faciens, etiam in ſeſſiones partiri Davidicos Pſalmos juſſit, & interjecto ſpatio lectionem fieri, ne populus pſalmodiæ continuatione mœrore affectus ab Eccleſia diſcederet.

Ὁ δὲ ιη'. τὰς ὡρολογιακὰς εὐχὰς λέγειν ἐν ταῖς ἑσπεραις τε καὶ ἑσπέρας, καὶ μὴ τὸν βουλόμενον ἰδίας εὐχὰς συντιθέναι, καὶ ταύτας λέγειν ἐν τῇ συνάξει.

Decimus verò octavus, ut in nonis & veſperis recitentur traditæ preces, & ne quis pro arbitrio preces contexat, & illas in publicis conventibus recitet.

Τούτοις ὑπογράφει καὶ ὁ τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου ρς'. τὰς ὑπὸ τῶν σωφρονεστέρων συντεθειμένας καὶ ὑπὸ τῆς συνόδου κεκυρωμένας εὐχὰς λέγεσθαι μόνας, ἐν τῇ λιτανείᾳ φημὶ τῆς λειτουργίας ἁπάσης, ἐν τοῖς προοιμίοις, ἄχρι δηλαδὴ τῶν θείων εὐαγγελίων, ἐν τῇ τῶν κατηχουμένων εὐχαριστίᾳ, δι' ὧν τῷ θεῷ τούτους οἱ ἱερεῖς εὐχαρίστουσι, καὶ ἐν τῇ ὑπο-θέσει τῶν χειρῶν, ὅπερ τε τῶν χειροτονουμένων καὶ τῶν ἐν μετανοίᾳ ὄντων. τὰς δὲ ὑπ' ἰδίων εἰσαγομένας νέας εὐχὰς μὴ προσίεσθαι· ἄτοπον γὰρ οἱ πατέρες οὐκ ἐδοκίμασαν, τὸ ἀμφίβολον δήπουθεν ἔχει· καὶ δεῖ ὑποπτεύειν, μὴ ἄρα τὴ ὀρθῇ μὴ συμβαίνοντα παρεισφρήσει πίστει. C

His etiam conſentit Carthaginenſis Syn. centeſimus ſextus, ut in ſupplicationibus univerſæ adminiſtrationis, ſolæ legantur preces, quæ à ſapientioribus ordinantur, & à Synodo confirmantur, in præfationibus, nimirum uſque ad ſacra Evangelia, in catechumenorum commendationibus, per quas eos Deo commendant Sacerdotes; & in manuum impoſitionibus, tam in eos qui ordinati ſunt, quam qui pœnitentiam agunt: novæ autem preces, quæ ab aliquibus introducuntur, non admittantur. Quæcunque enim Patrum judicio non ſunt approbata, dubium certè habent: itaque metuendum eſt, ne, quæ ad rectam fidem minus ſpectant, intromittant.

Ὁ θ τῆς ἐν Λαοδικείᾳ ιθ'. κανών, τὰς ὑπὲρ τῶν κατηχουμένων φησὶν εὐχὰς πρώτον, καὶ τῶν ἐν μετανοίᾳ, εἶτα τῶν πιστῶν γίνεσθαι δεῖ· εἶτα μόνοις ἐξεῖναι διακρίνει τοῖς ἱεροπρεπέσιν εἰς τὸ ἅγιον εἰσιέναι θυσιαστήριον καὶ κοινωνεῖν. Ζήτει καὶ ἐν τῷ θ'. κεφαλαίῳ τοῦ B. στοιχείου κανόνας ε'. καὶ κ'. τῆς ἐν Γάγγρᾳ συνόδου. D

Decimus nonus verò Synodi Laodicenæ Canon, Catechumenorum, inquit, preces, primùm, & eorum, qui pœnitentiam agunt, deinde fidelium, fieri oportet: poſtea ſolis ſacratis licere decernit ad altare accedere & communicare. Quære & in ix. cap. literæ B. Canones v. & xx. Synodi in Gangrâ.

Ὁ κε'. τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου τοῦ ἀναθέματος. ἀξιοῖ τὸν οἰόμενον μὴ ἀληθῶς, ἀλλὰ ταπεινώσεως χάριν εὐχαριστοῦντα ἡμᾶς τὸν ἅγιον ἀπόστολον Ἰωάννην λέγειν, ἐὰν εἴπωμεν, ἁμαρτίαν οὐκ ἔχομεν, ἑαυτοὺς ἀπατῶμεν, καὶ ἀλήθεια ἐν ἡμῖν οὐκ ἔστιν. ἐκ γὰρ τῶν ἑξῆς ῥημάτων τοῦ ἀποστόλου ἡ ἔννοια, ἐπάγοντος, ἐὰν δὲ ὁμολογήσωμεν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, πιστός ἐστι καὶ δίκαιος, ὅστις ἀφήσει ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ καθαρίσει ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀδικίας. E

Centeſimus decimus quintus Carthaginenſis Synodi, Illum anathemate dignum cenſet, qui exiſtimat, non verè, ſed humilitatis gratiâ, nos adhortantem ſanctum Apoſtolum Joannem dixiſſe, Si dixerimus, quòd peccatum non habemus, noſmetipſos ſeducimus, nec veritas in nobis eſt. Nam ex proximè ſequentibus Epiſtolæ verbis manifeſtè oſtenditur Apoſtoli ſententia, qui ſubjungit, ſin autem peccata noſtra confeſſi fuerimus, fidelis eſt & juſtus, qui illa nobis remittet, & purgabit nos ab omni injuſtitia.

Ὁ ρις'. καὶ ριζ'. τὸ ὑπειληφθέντα τοὺς ἁγίους λέγειν μέν, Θ, ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ἑαυτοὺς δὲ τῶν ὀφλημάτων ἐξαίρειν, ὑ δὲ γὰρ αὐτοῖς ἐν ταύτῃ τῇ αἰτήσει παντὶ ἀναγκαῖον, ἀλλὰ τοῖς ἐν τῷ λαῷ ἁμαρτάνουσι, τῷ ἀναθέματι παραπέμπουσιν. ὅπερ γὰρ οὐκ ἐν εὐχῆς προσχήματι, ὑ δ' ὑποκρίσεως ταπεινότητι Θ. τοῖς ἁγίοις ὑπῆρξέ ποτε, ἀλλ' ἀληθοῦς καρδίας συντριβή, δηλοῖ ὁ μέγας Ἰάκωβος, ᾧδέ ποτε λέγων, ἐν πολλοῖς ἁμαρτάνομεν πάντες, καὶ ὁ Δαυὶδ, μὴ εἰσέλθῃς εἰς κρίσιν μετὰ τοῦ δούλου σου, ὅτι ὑ δικαιωθήσεται ἐνώπιόν σου πᾶς ζῶν· καὶ ἐν τῇ εὐχῇ ὁ Σολομών, οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος ὃς οὐχ ἥμαρτεν· καὶ ὁ Ἰώβ, ὥστε εἰδέναι πάντα ἄνθρωπον τὴν ἀσθένειαν αὐτοῦ· καὶ ὁ Δανιὴλ, ἡμάρτομεν, ἠνομήσαμεν, καὶ τὰ ἑξῆς. πῶς γὰρ τῆς εἰρωνείας ἀνάσχοιτο τὸ παρήσιον τοῖς σφῶν λόγοις φρονοῦντων· οἵτινες χείλεσι μὲν ἄφεσιν αἰτοῦσιν ἁμαρτιῶν, ὡς ἀθῷοι δὲ τέτων τῇ καρδίᾳ ἔχουσιν, καὶ μὴ F

Cxvi. verò & cxvii. Illum quidem, qui exiſtimat Sanctos dicere, Demitte nobis debita noſtra, at ſeipſos debitis eximere, nec illis enim omnino neceſſariam eſſe talem petitionem, ſed aliis qui ſunt in populo peccatoribus, anathemate proſequuntur. Quod enim nec precationis prætextus, nec humilitatis hypocriſis unquam ſanctis inerat, ſed vera cordis contritio, oſtendit magnus Jacobus, qui hoc modo aliquando dicit, In multis offendimus omnes; & David, Ne introeas in judicium cum ſervo tuo, quia non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens; & in oratione Salomon, Non eſt homo, qui non peccaverit; & Job, Ut omnis homo ſciat imbecillitatem ſuam; & Daniel, Peccavimus, iniquè egimus, & cætera. Quis enim eorum ſimulationem ferat, qui verbis ſuis contraria cogitant; qui labris quidem remiſſionem peccatorum petunt, corde autem ſe eſſe inſontes exiſtimant, & non hominibus,

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

hominibus, ſed Deo ipſi mentiuntur? Quære etiam in xxxvii. cap. literæ K. Can. xc. vi. Syn.

A

ἀνθρώποις, ἀλλ' αὐτῷ ψευδόμενοι τῷ Θεῷ. ζήτει καὶ ἐν λζ'. κεφ. τῷ Κ. στοιχείῳ κανόνα ξ'. τῆς ς'. συνόδου.

*Lex.*

Jubemus omnes Epiſcopos & Presbyteros, ut non tacitè, ſed voce à fideliſſimo populo exaudiendâ, ſacram oblationem, & ſuper ſanctum baptiſma precationem celebrent; ut exinde auditorum animæ in majorem compunctionem & Domini Dei glorificationem excitentur.

Νόμος.

Κελεύομεν πάντας ἐπισκόπους τε καὶ πρεσβυτέρους, μὴ κατὰ τὸ σεσιαπνθμὸν, ἀλλὰ μετὰ φωνῆς τῷ πιστοτάτῳ λαῷ ἐξακουομένης, τὴν θείαν προσφορὰν, καὶ τὸν ἐπὶ τῷ ἁγίῳ βαπτίσματι προσευχὴν ποιεῖσθαι, πρὸς ὃ, καὶ μᾶλλον τῶν ἀκουόντων τὰς ψυχὰς εἰς πλείονα κατάνυξιν καὶ τὴν πρὸς τὸν δεσπότην θεὸν δόξαν διανίστασθαι δοξολογίαν.

B

## CAPUT XXXVI.

*De Exorciſtis.*

VIGESIMUS ſextus Laodic. Syn. Canon, exorcizare eos, inquit, non oportet, vel erudire, qui ab Epiſcopo non ſunt ad id ordinati.

Decimus verò Antiochenæ, etiam Chorepiſcopis Exorciſtas ordinare permittit; quem etiam vide in xxxi. capite literæ E.

C

## ΚΕΦ. λς'.

Περὶ ἐξορκιστῶν.

Ὁ κς'. τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου κελεύων, ἐξορκίζειν οὐ δεῖ, φησι, πᾶσιν κατηχεῖν, τοὺς ὑπὸ ἐπισκόπων εἰς τοῦτο μὴ χειροτονηθέντας.

Ὁ δὲ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ δεκάτος, καὶ χωρεπισκόποις ἔφησεν ἐξορκιστὰς χειροτονεῖν· ὃν καὶ ζήτει ἐν τῷ λα'. κεφαλαίῳ τοῦ Ε. στοιχείου.

## INITIUM LITERÆ Z.

## CAPUT I.

*De fervente aquâ ſacris myſteriis injiciendâ.*

Vide in viii. capite literæ K. Canonem trigeſimum ſextum ſextæ Synodi.

D

## ΑΡΧΗ ΤΟΥ Ζ. ΣΤΟΙΧΕΙΟΥ.

## ΚΕΦ. α'.

Περὶ τοῦ ζέοντος ὕδατος καὶ τῶν θείων μυστηρίων ἐμβαλλομένου.

Ζήτει ἐν τῷ η'. κεφαλαίῳ τοῦ Κ. στοιχείου κανόνα λβ'. τῆς ς'. συνόδου.

## CAPUT II.

*De picturis per voluptatem animam corrumpentibus.*

SEXTÆ Synodi centeſimus Canon, Picturas inverecundo habitu, quarum aſpectu ad obſcœnas libidines excitantur animæ, in parietibus efformari omnino prohibuit: quoniam ſenſus, tam quæ ab iis videntur, quam quæ audiuntur, incautis facilè in animum transfundunt & immittunt. Quapropter recta aſpiciant oculi tui, & omni circumſpectu cor tuum cuſtodito, inquit Sapientia.

E

## ΚΕΦ. ϛ'.

Περὶ ζωγραφίας δι' ἡδονῆς τὰς ψυχὰς λυμαινομένης.

Ὁ ρ'. τῆς ς'. συνόδου κανὼν, ζωγραφίας ἀσέμνους αἱ τῶν ὁρώντων τὰς ψυχὰς πρὸς αἰσχρὰς ἐρεθίζουσιν ἡδονὰς, ἐν τοίχοις χαράττειν ἀπηγόρευσε πάντως. καὶ διότι ῥᾳδίως αἱ αἰσθήσεις τοῖς μὲν προσέχουσι, τὰ δὲ αὐτῶν ὁρώμενα, ὡς γε δὴ καὶ τὰ ἀκουόμενα, ὅτι τῇ ψυχῇ εἰσκέκρουσι καὶ εἰσωδυσαι. ταύτῃ καὶ οἱ ὀφθαλμοί σου ὀρθὰ βλεπέτωσαν, ἡ Σοφία φησὶν, καὶ πάσῃ φυλακῇ τήρει σὴν καρδίαν.

## CAPUT III.

*De iis, qui cum beſtiis rem habuerunt, vel cum jumentis coiverunt, vel rationis expertia animalia inierunt.*

Vide v. caput literæ A.

F

## ΚΕΦ. γ'.

Περὶ ζωοφθόρων, ἤτοι κτηνοβατῶν, καὶ ἀλογόσαρκων.

Ζήτει δὲ ε'. κεφάλαιον τοῦ Α. στοιχείου.

ΑΡΧΗ

A

ΑΡΧΗ ΤΟΥ Η. ΣΤΟΙΧΕΙΟΥ.

ΚΕΦ. α'.

Περὶ ἡγουμένων.

Ζήτει τὸ ς'. κεφ. τοῦ Α. στοιχείου.

B

ΚΕΦ. β'.

Περὶ τῆς ἡλικίας τῶν χειροθετουμένων κληρικῶν.

Ζητῆ ἐν τῷ ε'. κεφαλαίῳ τοῦ Δ. στοιχείου κανόνας τε ἁγίας ἕκτης συνόδου ιδ'. ιε'. καὶ τῆς δ'. ιε'. καὶ τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου ις'. οἱ καὶ διατάττονται τὸν μὲν πρεσβύτερον τριάκοντα ἐτῶν χειροτονεῖσθαι· πέντε δὲ καὶ εἴκοσι τὸν διάκονον· τεσσαράκοντα δὲ μέ. καὶ τεσσαράκοντα κ'. οἱ δὲ ῥηθέντες τῆς ς'. συνόδου καὶ καθαιρεῖσθαι κελεύουσι τοὺς ἐν τούτῳ τῆς ἡλικίας χειροτονεῖσθαι μὴ ἀναμένοντας.

Τὰ αὐτὰ περὶ τῆς τῶν πρεσβυτέρων ἡλικίας, καὶ ὁ ιά. τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ φησὶν· ὃν καὶ ὁ ῥηθεὶς τῆς ς'. συνόδου ιδ'. ὅτι λέξεως λαβὼν διείλεν.

Νόμος.

Ἡ δὲ ρκγ'. Ἰουστινιάνου. νεαρὰ, πρεσβύτερον, φησὶν, ἐλάττονα τῶν τριάκοντα ὄντα τὸν ἀριθμὸν οὐκ ἔστι προβιβάσαι. οὐ δὲ διάκονον τῶν κέ. καὶ ὑποδιάκονον τῶν κ'. οὔτε ἀναγνώστην τῶν ιή. διάκονον δὲ γυναῖκα μὴ χειροτονεῖσθαι, ἢ τινα ἐλάττων ἐστὶ τῶν τεσσαράκοντα ἐτῶν· ἢ εἰς δεύτερον ἦλθε γάμον.

ΚΕΦ. γ'.

Περὶ τοῦ τῆς ἡμέρας διαστήματος.

Νόμος.

Ἡ ἡμέρα ἀπὸ ἑβδόμης ὥρας τῆς νυκτὸς ὀρίζεται, μέχρι τῆς ς'. ὥρας τῆς ἑπομένης νυκτός· καὶ ὃ γινόμενον ἐν οἱασδήποτε ὥρᾳ τῶν εἰκοσιτεσσάρων ὡρῶν, ἐν ἡμέρᾳ δοκεῖ γίνεσθαι.

C

D

E

F

# INITIUM LITERÆ H.

## CAPUT I.

*De Præfectis.*

Consule sextum caput literæ A.

## CAPUT II.

*De eorum ætate, qui Clerici sunt ordinandi.*

Vide in quinto capite literæ Δ. Canones sextæ Synodi xiv. & xv. & quartæ xv. & Carthaginensis Synodi xvi. qui quidem decernunt, ut Presbyter triginta annos natus ordinetur; Diaconus verò viginti quinque; Diaconissa quadraginta; & Subdiaconus viginti. Dicti autem vi. Synodi Canones eos deponi jubent, qui ad istam ætatem ordinari non expectant.

Eadem de Presbyterorum ætate etiam Neocæsarienſis Synodi undecimus dicit; quem etiam dictus vi. Synodi xiv. verbatim accipiens, recitat.

*Lex.*

Cxxiii. Justiniani Novella, Presbyterum, inquit, triginta annis minorem fieri non permittimus; neque Diaconum xxv. nec Subdiaconum xx. nec Lectorem xviii. Diaconissam etiam mulierem, quæ quadraginta annis est minor, non ordinari, nec si in secundum venerit matrimonium.

## CAPUT III.

*De diei spatio.*

*Lex.*

Dies à septimâ noctis horâ usque ad subsequentis noctis sextam horam extenditur: & quicquid in aliquâ ex viginti quatuor horis factum fuerit, in die fieri existimatur.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

A

# INITIUM LITERÆ Θ.

## CAPUT I.

*De Theatris & diversis scenicis ludis.*

QUINQUAGESIMUS quartus Laodicenæ Synodi Canon, Sacratos vel Clericos in B nuptiis vel in aliis festis convivio exceptos, ad ridicula, quæ in iis fieri solent ad risum excitandum, spectacula omnino oculos non convertere, nec iis mentem adhibere jubet; sed antequam ingrediantur histriones, discedere. Huic etiam congrua XXIV. sextæ Synodi decernens, Sacratos & Monachos in equorum curriculis subsistere, & scenicos ludos sustinere prohibet: nam verbatim dictum Canonem Patrum in Laodiceâ exponit. Qui autem his rebus se applicare deprehenduntur, vel cessare jubet, vel, si permaneant, deponi.

Consule etiam VII. caput literæ Γ.

Quinquagesimus primus ejusdem VI. Synodi, Mimos dictos, & eorum Theatra, & venationum spectacula, & quæ fiunt in scenis saltationes, penitùs cessare statuit. Nam fideles vitam dissolutè instituere non vult Evangelicæ disciplinæ præscriptum, neque, quæ animi contentionem dissolvunt, studiosè prosequi; sed quæ sanctos decet. Mimos verò vocat eos, qui quorundam voces & mores imitantur, ut ad inconditum risum adstantes excitent. Venationum verò spectaculum, non cum canibus venari dicit, vel alio modo; nam spectaculum illud non est; sed actio: verum in magnis urbibus feræ bestiæ, putà Leones & Ursi, alebantur, quæ quidem statis temporibus in Theatra educerentur, & nunc quidem cum Tauris colluctari permittebantur, nunc vero cum hominibus, vel captivis vel rei capitalis damnatis; ut illos ad spectantium oblectationem dilaniarent. Hic verò Canon multam eorum sævitiam prohibet, qui ad proprias voluptates aliorum abutuntur clade, & consimilis sibi naturæ hominum sanguine delectantur. Scena porro est assimulata imitatio; unde & Scenici dicuntur histriones, qui aliquando servorum, aliquando dominorum, vel exercituum ductorum & Principum personas induunt. Scenicas igitur saltationes virorum & mulierum inverecundè lascivientium & turpiter agentium, & ad libidinem spectatores provocantium, & in maxillam ictus & strepitus, prohibens Canon, iis, qui sese ad aliquid horum applicant, Clericis quidem, depositionem; Laicis verò segregationem intendit.

Vide etiam ejusdem Synodi Canones LXII. LXV. in tertio capite literæ E.

Carthagin. verò Syn. Can. XV. Sacerdotum filiis spectacula peragere prohibuit; à quibusdam enim civibus, quibus circa Theatra insania, alebantur equi, ad cursuum certamina exercitati, & ad pugnam bestiæ. Hæc autem non solùm quò minùs à Sacerdotum filiis peragantur, verumetiam ut illic ad videndum non accedant, prohibentur: illos enim in doctrinâ & lege Domini institui oportet; sicut etiam magnus Paulus ad Titum scribens, de Sacerdotibus dicit, Si quis filios habet fideles, non in luxuriæ accusatione, aut non subditos:

## ΑΡΧΗ ΤΟΥ Θ. ΣΤΟΙΧΕΙΟΥ.

## ΚΕΦ. α'.

Περὶ τῶν Θεάτρων καὶ μιμικῶν διαφόρων παιγνίων.

Ον δ'. τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου κανών, ἱερατικοὺς ἢ κληρικοὺς εἰς γάμους ἢ εἰς ἑορτὰς ἑτέρας ἐστιωμένους, κελεύει ὅλως μὴ ἐπιστρέφεσθαι καὶ τῷ νοῒ προσέχειν ταῖς εἰωθυίαις ἐν τούτοις γίνεσθαι καταγελάσεσι πρὸς γέλωτα διεγείουσι· ἀλλὰ πρὶν τοὺς ἐκ τῆς μιμικῆς εἰσιέναι, τούτους ἀναχωρεῖν. συμφωνεῖ τούτῳ καὶ εἰκοστὸς πέμπτος τῆς ς'. συνόδου ἁγιοπατέρων, κωλύει τοὺς ἱεροψάλτας καὶ μοναχοὺς εἰς ἱπποδρομίας ἀπιέναι, καὶ μιμικῶν παιγνίων ἀνέχεσθαι· ἐκτίθησι δὲ καὶ τὸ ῥηθέντα κανὼν ῥῆμα κατὰ τὸν ἐν Λαοδικείᾳ πατέρων. τοὺς δὲ τούτοις προσέχειν αἱρουμένους, ἢ παύεσθαι παρακελεύεται, ἢ ἀποβολῆς καθαιρεῖσθαι.

C Ζήτει καὶ ὃ ζ. κεφάλαιον τοῦ Γ. στοιχείου.

Ο δὲ να'. τῆς αὐτῆς ς'. συνόδου, τοὺς λεγομένους μίμους, καὶ τὰ τούτων θέατρα, καὶ τὰ περὶ κυνηγίων θεάματα, καὶ ὅτι σκηνῆς ὀρχήσεις, πλέον ἀρνησάμενος νομοθετεῖ. τοὺς γὰρ πιστοὺς ἡ τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας ἀκρίβεια μὴ ἀνειμένως βιοῦν βούλεται, μηδὲ τὰ χαυνοῦντα καὶ τῆς ψυχῆς τόνον ἀποτιθέναι, ἀλλ' ἃ πρέπει ἁγίοις. μίμους δέ φησι, τοὺς ἑνίων ἀποτρόπους φωνὰς καὶ ἤθη, πρὸς τὸ γελᾶν ἀκρατῶς τοὺς παρόντας προκαλουμένους. κυνηγίων δὲ D θεωρίαν, οὐ τὸ θηρᾶν λέγει διὰ κυνῶν, ἢ ἑτέρως πως, τοῦτο γὰρ ἔργον, ἡ θεωρία δέ ἐστιν· ἀλλ' ἐν αἷς μεγίσταις τῆς πόλεως θηρία ἐτρέφοντο, λέοντές τε καὶ ἄρκτοι, ἃ δὴ καὶ κατά τινας ὡρισμένους καιροὺς ὅτε τοῖς θεάτροις, ὅτε νυνὶ μὲν ταύροις προπαλαίειν ἐφίεσθαι, νυνὶ δὲ ἀνθρώποις ὁρυαλωτοῖς ἢ καλακείτοις, ὥστε τούτους διασπαράττειν πρὸς ἡδονὴν τῆς θεωμένων. ὅπερ καὶ πολλοῦ ὠμότητος κατηγορῆ τῆς οἰκείων χαρμονὴν τοὺς ἑτέρων συμφορὰς ποιουμένων, καὶ ὁμοφύλων ἀνθρώπων αἵμασιν ἡδομένων· σκηνὴ δέ ἐστιν ἡ μιμητικὴ ὑποκρισις, ὅθεν καὶ σκηνικοὶ λέγονται οἱ ὑποκρινόμενοι, καὶ ἀπεικάζοντες ἑαυτοὺς, ποτὲ E μὲν δούλοις, ποτὲ δὲ δεσπόταις ἢ στρατηγοῖς καὶ ἄρχουσι. τὰς οὖν ὅτι σκηνῆς ὀρχήσεις ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν ἀναιδῶς λυττιζομένων καὶ ἀσημονουμένων, καὶ εἰς ἀκολασίαν τὸν ὁρῶντας ἐκκαλουμένων, καὶ τὰ ὅτι κόρρης ῥαπίσματα καὶ ψοφήματα ἀπαγορεύων ὁ κανών, ζημίᾳ τοῖς περὶ τούτων ἑαυτὸν ἐκδεδωκόσι· κληρικοῖς μὲν ὅσπερ καθαίρεσιν ἐπάγει, λαϊκοῖς δὲ ἀφορισμόν.

Ζήτει καὶ ϑ' τῆς συνόδου ταύτης ξϑ'. κανόνα, καὶ ξε'. ὃν τῷ γ'. κεφαλαίῳ τοῦ Ε. στοιχείου.

F Ο δὲ ιέ'. τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου κανών, τοῖς παισὶ τῶν ἱερέων ἀπείρηκε θεάματα ἐκτελεῖν, ἐνίοις γὰρ τῶν πολιτῶν οἷς ἤμελλεν ἡ περὶ τὰ θέατρα μερὶς, ἵπποι ἐτρέφοντο εἰς ἅμιλλαν ἱππικὴν δρόμων, καὶ θηρία εἰς θηριομαχίαν. ζημία οὖν τοὺς παῖδας τῶν ἱερέων μὴ ὅτι ἐκτελεῖν, ἀλλὰ καὶ μὴ δὲ ἀφικνουμένοις ἐκεῖσε θεωρεῖν. δεῖ γὰρ αὐτοὺς ἐν παιδείᾳ τρέφεσθαι καὶ νουθεσίᾳ Κυρίου· καθὰ δὴ καὶ Παῦλος ὁ μέγας πρὸς Τίτον γράφων, περὶ πρεσβυτέρων φησὶν, εἴτις τέκνα ἔχει πιστὰ, μὴ ἐν κατηγορίᾳ ἀσωτείας, ἢ ἀνυποτάκτῳ·

καὶ

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

καὶ περὶ Τιμόθεον, ὃν ὀρεγόμενον ἐπισκοπῆς τέκνα δεῖ ἔχειν ἐν ὑποταγῇ μετὰ πάσης σεμνότητος. τοὺς δὲ θεάτροις σχολάζοντας, ἀσωτείας ὑπολαμβάνει ὁ ἀποφεύγειν· ἀλλὰ καὶ πᾶσι χριστιανοῖς κεκήρυκται πλέως τούτων ἀπέχεσθαι, καὶ τοὺς βλασφημεῖν αἱρουμένους ἐκτρέπειν, ἀσέμνοις χρωμένους ῥήμασί τε καὶ σχήμασι.

A Et ad Timotheum, Eum, qui Episcopatum desiderat, filios habere subditos oportet, cum omni castitate. Qui verò spectaculis vacant, intemperantiæ crimen non effugerunt: nam omnibus Christianis ne ad ea accedant, omnino interdictum est; & ut eos, qui blasphemiis dediti sunt, avertant, quia inverecundis verbis & rebus utuntur.

Ὁ δὲ ξγ'. καὶ τὰ ἐν ταῖς μνήμαις τῶν ἁγίων μαρτύρων κωλύει συμπόσια γίνεσθαι, καὶ τὰς ἐν τούτοις μυσαρὰς ὀρχήσεις. συμβαίνει γὰρ, καὶ τὰς διὰ τοῦτο εἰς τὰς ἐκκλησίας μὴ ἀφικνεῖσθαι, διὰ τὸ λάγνως κατ' αὐτῶν ὁρμᾶν τοὺς τὰ αἰδρὰ μὴ αἰσχυνομένους ὑπομένειν.

B Sexagesimus vero tertius in sanctorum Martyrum memorias convivia fieri prohibet, & execrandas in iis saltationes. Evenit enim, ut verecundæ mulieres ob id in Ecclesias non accedant, eò quod illas lascivè ii aggrediantur, quos inverecunde agere non pudet.

Ὁ δὲ ξδ'. θεωρία καὶ ἱπποδρομίας, ἐν κυριακαῖς ἢ ἑτέραις ἑορταζομέναις ἡμέραις, ἢ τῇ ἑβδομάδι τοῦ πάσχα, κωλύει γίνεσθαι, ἵνα μὴ τύχωσι σχολάζοντες οἱ χριστιανοὶ, τοῖς ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ὀλιγωρῶσι συνάξεων. κελεύει δὲ μὴ ἀναγκάζεσθαί τινα τῶν πιστῶν ἀνιέναι εἰς θέαρα.

Lxiv. verò, spectacula & equiria in Dominicis vel reliquis festis diebus, vel in Paschatis hebdomade, fieri prohibet; ne his occupati homines Christiani, quæ sunt in Ecclesiis congregationes parvi faciant. Jubet verò, ut ne quis fidelium spectaculis adesse cogatur.

Ὁ δὲ ξς'. τῆς ς'. συνόδου ἡμῶν, πρὸ ὅλου ἑβδομάδα τοῦ πάσχα ἐν ταῖς ἐκκλησίαις σχολάζειν ἀπαιτεῖ τοὺς πιστοὺς, ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις εὐφραινομένους. τὰ δὲ θέαρα καὶ τὰς ἱπποδρομίας τότε κωλῦσαι κεκώλυκεν· ὃν καὶ ζήτει ἐν τῷ ζ. κεφαλαίῳ τοῦ Π. στοιχείου. ζήτει καὶ ἐν τῷ θ'. κεφαλαίῳ τοῦ Δ. στοιχείου κανόνα τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου ρκθ'.

C Sexagesimus sextus sextæ Synodi, totâ Paschatis septimanâ in sanctis Ecclesiis fideles vacare exigit, Psalmis & hymnis gaudentes: spectacula vero & equorum cursus tunc temporis prohibuit; quem etiam consule in vii. cap. literæ Π. consule item in nono capite literæ Δ. Synodi Carthaginensis Canonem centesimum vigesimum nonum.

## Νόμος.

## *Lex.*

Ὁ δὲ νόμος. ἀτίμους ἡγεῖται πάντας τοὺς εἰς πόρον εἰς ἀγῶνα καταίροντας, καὶ τοὺς ἐπὶ φιλοτιμίαν ἐπὶ σκηνῆς ὀρχουμένους. ὁ δὲ μαθὼν ἑαυτὸν εἰς παγκράτιον πύκτην, καὶ μὴ ἐπιδειξάμενος, οὐκ ἀτιμοῦται. ὁ δὲ μαθὼν ἑαυτὸν εἰς ὃ θηριομαχῆται, κἂν μὴ θηριομαχήσῃ, ἄτιμος γίνεται, εἰ αἰσχροῦ κέρδους χάριν τὸν ἑαυτοῦ ζωὸν ἐρρίπτησεν.

D Lex omnes eos, qui in certamen ob quæstum descendunt, & qui in scenam ob pretium prodeunt, infames esse decernit. Qui vero operam suam inartem ludicram mercede locat, si non specimen præbet, nulla ignominia afficitur. Qui verò se cum bestiis pugnari pacta mercede condixit, licèt non pugnet, nullo gaudet honore; quippe qui turpis lucri gratiâ propriam vitam projicit.

## ΚΕΦ. Β'.

## Περὶ Θεολογίας καὶ ὀρθοδόξου πίστεως.

Ζήτει ὃ περὶ πίστεως κεφάλαιον εἰς τὸ ἀρχικὸν τοῦ βιβλίου.

E

## CAPUT II.

## *De Theologia & orthodoxa Fide.*

Vide cap. de Fide sub initio libri.

## ΚΕΦ. γ'.

## Περὶ τῶν ἁγίων Θεοφανίων.

Ζήτει ἐν τῷ λζ'. κεφαλαίῳ τοῦ Κ. στοιχείου κανόνα τοῦ Θεοφίλου Ἀλεξανδρείας.

## CAPUT III.

## *De sanctis Theophaniis.*

Vide in trigesimo septimo cap. lit. K. Canonem Theophili Alexandrini.

## ΚΕΦ. δ'.

F

## Περὶ τῶν ὑπαιθρείων ἑστώτων κλιτικῶν παρὰ γνώμην τῶν οἰκείων ἐπισκόπων.

Ζήτει ὃ ιϐ'. κεφάλαιον τοῦ Σ. στοιχείου.

## CAPUT IIII.

## *De Clericis, qui præter suorum Episcoporum sententiam altaria statuunt.*

Vide xii. caput literæ Σ.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

A

## CAPUT V.

*Quòd ad ſacrum altare ſacratis ſolis aſcendere permittitur: Ingrediuntur verò Imperatores, quando ad ſacram menſam dona oblaturi ſunt; Laicis autem vel mulieribus ingredi prohibetur.*

Vide ſextum caput literæ B. & literæ Γ. viceſimum ſecundum caput: & in triceſimo quinto capite literæ E. Can. xix. Laodicenæ Synodi.

B

## ΚΕΦ. έ.

Οὐ εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον ἱερωμένους μόνους ἐπιβαίνειν ἀσφαλές· εἰσέρχονται δὲ βασιλεῖς, ὅτε τὰ δῶρα τῇ θείᾳ τραπέζῃ προσφέρειν μέλλουσι, λαϊκοῖς δ' ἢ γυναιξὶν εἰσιέναι ἀπείρηται.

Ζήτει τὸ φ'. κεφ. τῦ Β. στοιχείυ, καὶ τῦ Γ. στοιχείυ τὸ κβ'. κεφ. ἓν τῷ λέ. κεφαλαίῳ τῦ Ε. στοιχείυ κανόνα ιθ'. τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου.

# INITIUM LITERÆ I.

## CAPUT I.

*De Sacris vaſis & ſacrilegio.*

C

SEPTUAGESIMUS ſecundus ſanctorum Apoſtolorum, ut & lxxiii. Eum, qui ab Eccleſia ceram vel oleum aufert, porro & qui vas ſanctificatum ex auro vel argento factum, vel linteum in proprium uſum convertit, & commune facit; ſi non ſacrilegii, tanquam ſceleris autem præmium reportantem, ſegregationi ſubjiciunt. Nam Achar, quæ Deo nec oblata erant, nec ſanctificata, ſed ſolùm promiſſa, ſubtrahens, extremas dedit pœnas ab univerſo populo obrutus.

Decimus vero primæ & ſecundæ dictæ Synodi, dilucidiorem horum Canonum interpretatus mentem, Eos, inquit, qui vaſa vel veſtes extra altare ad proprium uſum convertunt, quæ ad templi ornatum ſanctificata fuerunt, lucernas forſan vel aulæa, & ad uſum profanum ſibiipſis vel aliis accommodaverint, Apoſtolicus Canon ſegregat, & nos unà ſegregamus: Eos autem, qui ſanctum calicem, vel diſcum, vel forcipem, vel venerandum indumentum, vel aërem dictum (id eſt, ſudarium) vel, ut ſummatim dicam, unum aliquod ex ſacris vaſis & intra altaria ſacra ſanctificatis, vel veſtimenta in proprium lucrum diripiunt, vel in uſum profanum convertunt (Hoc enim eſt prophanare; illud verò ſurripere ſacra) abſolutæ depoſitioni ſubjicimus, ut qui irreligioſum opus fecerunt.

D

E

Et magnus Gregorius Nyſſenus in octavo ſuo Canone, Sacrilegium, ait, in antiqua Scriptura, cædis quidem condemnatione non viſum eſt tolerabilius. Similiter enim, & qui cædis convictus erat, & qui res Deo dedicatas abſtulerat, lapidationis ſupplicium ſubibat. Eccleſiaſtica autem conſuetudo lenitate, neſcio quomodo, utens, tolerabilius illius morbi piaculum exiſtimavit. Nam breviori tempore ſacrilegos quàm adulteros punivit: adulteros igitur xviii. annos à communione expellit. Conſule in xvi. capite literæ E. Can. ii. ſancti Cyrilli, & quæ ibi poſitæ ſunt legum caput iv.

F

### *Leges.*

Sacrilegii crimen ſimile eſt crimini læſæ majeſtatis.

Contra illum ſacrilegii actio movetur, qui ex rebus ſacris aliquid abſtulerit, & in proprium uſum converterit, vel qui horum aliquid dolo malo facere aggreſſus eſt.

## ΑΡΧΗ ΤΟΥ Ι. ΣΤΟΙΧΕΙΟΥ.

## ΚΕΦ. α'.

Περὶ ἱερῶν σκευῶν, καὶ ἱεροσυλίας.

Ὁ οβ'. τῶν ἁγίων Ἀποστόλων κανών, Ἀλλὰ καὶ ὁ ογ'. Ὁ ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἀφελόμενον κηρὸν, ἢ ἔλαιον, ἢ δὲ σκεῦος ἁγιαδὲν, χρυσοῦ ἢ ἀργύρου πεποιημένον, ἢ ὀθόνιον εἰς οἰκείαν χρῆσιν σφετερίζόμενον, καὶ κοινοῦντα, εἴ γε μὴ ἱεροσυλίας, ὡς δ' ἔοικεν ἁρπαγὴν δίκας ὑπέχοντα, ἀφορισμῷ ὑποβάλλουσιν. Ὁ Αχαρ γὰρ καὶ ἄταφος ὑδέπω τοῦτο προσιώχεται, ἔτι μὲν ἡγίασται, ἀλλὰ μόνον ἐπήγγελται ὑφελόμενος, τῷ ἑαυτῶν ἔδωκε δίκῃ, καταλευσθεὶς παγκλήρει.

Ὁ δὲ ί. τῆς λεγομένης πρώτης καὶ δευτέρας συνόδου, ἐκδηλότερον τῶν κειμένων τυπωτὴ τὸν νοῦν ἐρμηνεύων, τοὺς σφετερίζομένους τὰ ἐκτὸς, φησι, τοῦ θυσιαστηρίου σκεύη ἢ ἄμφια, ἃ δὲ πρὸς κόσμον τοῦ ναοῦ κατηρτίσθη, λυχνίαν τυχὸν, ἢ ἔσπλα, καὶ εἰς χρῆσιν ἀνιέρων ἑαυτοῖς ἢ ἑτέροις παρέχοντας, ὁ ἀποστολικὸς ἀφορίζει κανών, καὶ ἡμεῖς συναφορίζομεν· τοὺς μήτι δ' ἅγιον ποτήριον, ἢ δίσκον, ἢ τὸν λαβίδα, ἢ τὴν σπασμίαν ἐνδυτὴν, ἢ τὸν λεγόμενον ἀέρα, ἢ ἁπλῶς ἔν τι ὄντως τῶν ἁγίων θυσιαστηρίων ἱερῶν καὶ ἁγίων σκευῶν, ἢ ἀμφιεσμάτων εἰς ἴδιον κέρδος ὑφαρπάζοντας, ἢ εἰς χρῆσιν χρωμένους ἀνιέρων (τὸ μὲν γὰρ ἔστι βεβηλοῦσι, τὸ δὲ συλῆσι τὰ ἅγια) παντελῶς καθαιρέσει καθυποβάλλομεν, ὡς δυσθεῖς ἔργον ἀπεργασαμένους.

Ὁ δὲ Νύσσης μέγας Γρηγόριος ἐν τῷ ή'. κανόνι, ἢ ἱεροσυλία, φησὶ, καθ' μὲν τὴ ἀρχαίᾳ γραφῇ σὺν ἐνομίσθη τῆς φονικῆς καταγνώσεως ἀνεκτοτέρα. ὁμοίως γὰρ, ὁ, τὸν φόνῳ ἁλοὺς, καὶ ὁ τὰ ἀναθήματα τῷ θεῷ ὑφελόμενος, τὸν ἴσον τῶν λίθων τιμωρίαν ὑπέσχον. ἡ δὲ τῆς ἐκκλησίας συνήθεια συγκαταβάσει, σὺν οἶδ' ὅπως, χρησαμένη, ἀνεκτότερον τὸ τοιούτου νόσημα καθαίρειν ἐλογίσατο. ἐλαττόνως γὰρ χρόνῳ τοὺς ἱεροσύλους ἢ τοὺς μοιχοὺς ἐκολάσατο· τοὺς μὲν μοιχοὺς εἰς ιή'. ἔτη τῆς κοινωνίας ἀπείργει. ζήτει καὶ ἐν τῷ ις'. κεφ. τῦ Ε. στοιχείυ κανόνα ς'. τῦ ἁγίυ Κυρίλλυ, καὶ τῶν ἐκεῖσε κειμένων νόμων τὸ δ'. κεφάλαιον.

### Νόμοι.

Τὸ περὶ ἱεροσυλίας ἔγκλημα ὁμοίαν ἔχει κατάστασιν.

Ὁ δὲ περὶ τῆς ἱεροσυλίας κινῶν νόμος, τὸν ὑφελομένου ἐκ τῶν ἱερῶν χρημάτων, ἢ χρησαμένου τούτοις εἰς ἰδίας χρείας, ἢ παρασκευάσαντος τοῦτο ποιῆσαι τινα τούτων.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Ο κλέπτων τὸ μήπω θεῷ καθιερωθὲν, ὡς κλέπτης ἐνέχεται· τὸ γὰρ ὑφελέσθαι ἀπὸ τῶν ἱερῶν χρήματα ἰδιωτικὰ, οὐκ ἔστιν ἱεροσυλία, ἀλλὰ κλοπή. ὁ δὲ, τὰ ἀναπεθειμένα τῷ θεῷ κλέπτων, κἂν ἐξ ἰδιωτικοῦ τόπου κλέψῃ, ὡς ἱεροσύλος ὑπέχει· ἐπεὶ γὰρ εἰσί τινα ἱερὰ μὴ ἀνατεθειμένα τῷ θεῷ, ὡς τὰ ἰδικῶς ἡμῖν διαφέροντα εἰκονίσματα, μήπω ναοῖς ἢ μοναστηρίοις ἀνατεθέντα, διὰ τοῦτό φησιν ὁ νόμος, τόπον ποιεῖν τῇ κλοπῇ ἢ τῷ ἱεροσυλίαν. ὁ γὰρ τὴν ἐν τῷ οἰκίσκῳ ἡμῶν ὑπάρχουσαν ἁγίαν εἰκόνα κλέπτων, οὐκ ἔστιν ἱερόσυλος, ἀλλὰ κλέπτης· εἰ δὲ μὴ εἴπωμεν ἂν καὶ νομίσματα κλέπτοντα εἰκόνα ἔχοντα τοῦ Χριστοῦ ἢ τῆς θεοτόκου, ὡς ἱερόσυλον ἐναγέσθω, ὅπερ ἄτοπον καὶ ψευδές.

Qui aliquid Deo nondum dedicatum furatur, tanquam fur actione tenetur: nam res privatas à templo furripere, sacrilegium non est, sed furtum. Qui autem Deo consecrata furatur, licèt ex privato loco furatus est, sacrilegii tenetur. Quoniam enim sunt quædam sacra Deo non consecrata, ut sunt imagines, quæ ad nos privatim pertinent, nondum templis vel Monasteriis dedicatæ, ideo dicit Lex, furtum vel sacrilegium locum facere: nam qui sanctam imaginem, quæ in nostra cellula est, suffuratur, non est sacrilegus, sed fur; nisi diceremus, eum, qui suffuratur numismata, Christi vel Dei-paræ Virginis imaginem habentia, ut sacrilegum teneri; quod absurdum est & falsum.

Ο ἱερόσυλος ἐν νυκτὶ τὸ θυσιαστήριον ἐπεμβαίνων, καὶ ἀναπεθειμένα τῷ θεῷ ἱερὰ μολύνων ἢ ἀφαιρούμενος, ξίφει πιμπρείσθω· ἐν ἡμέρᾳ δὲ μέτριόν τι ἀφαιρούμενος ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας διὰ πτωχείαν, τυπτόμενος ἐξορίζέσθω.

Sacrilegus nocte altare ascendens, & Deo dicata sacra contaminans vel suffuratus, gladio puniatur: interdiu autem mediocre quid ab Ecclesia propter paupertatem auferens, verberatus exilio mittatur.

## ΚΕΦ. β'.

Οτι οὐ δεῖ ἔνδον τοῦ ἁγίου ἱερατείου βαλλάντια λέγεσθαι ἀγάπας ποιεῖν, ἢ καπηλεῖα εἶναι, ἢ πρᾶσιν ἐμπορίας ἐπιτηδεύειν, ἢ κτῆνος χωρὶς ἀνάγκης εἰσάγειν, ἢ γυναῖκα μὴ γυναικὸς καταμένειν.

Ζήτει τὸ ιε'. κεφάλαιον τοῦ Ε. στοιχείου.

## CAPUT II.

*Quòd non oportet intra templi ambitus Agapas dictas celebrare, vel cauponas esse, vel aliquid ad mercaturam exponere, vel jumentum absque necessitate introducere, vel aliquem cum muliere remanere.*

Vide xv. cap. literæ E.

## ΚΕΦ. γ'.

Περὶ τῆς θείας ἱερουργίας.

Ζήτει ἐν τῷ ε'. κεφ. τοῦ Τ. στοιχείου.

## CAPUT III.

*De sacro Ministerio.*

Vide in v. capite literæ T.

## ΚΕΦ. δ'.

Περὶ Ἰουδαίων, καὶ ὅτι μετ' αὐτῶν κοινωνίαν ὅλως ἔχειν οὐ δεῖ τοὺς πιστούς.

Ζήτει ἐν τῷ β. κεφ. τοῦ Α. στοιχείου κανόνα ξδ'. τῶν ἁγίων ἀποστόλων.

Ο δὲ ὁ. τὴν μετὰ Ἰουδαίων νηστεύοντα, ἢ συνεορτάζοντα, ἢ παρ' αὐτῶν τὰ τῆς ἑορτῆς δεχόμενον ξένια, ἢ ἄζυμα, ἢ τι τοιοῦτον, κληρικὸν μὲν ὄντα, καθαιρεῖ· λαϊκὸν δὲ, ἀφορίζει. κἂν γὰρ μὴ τὰ αὐτὰ, εἰ καὶ οὕτω δοκῇ, φρονεῖν ἰσχυρίζεται, ἀλλὰ πολλοῖς σκάνδαλον δίδωσιν ἀφορμὴν, καὶ ὑπόνοιαν καθ' ἑαυτοῦ, ὡς τὰ Ἰουδαϊκὰ πᾶσα πλέξις, ἀφ' ἧς τῆς χριστοκτονίας ὁ λαὸς φαίνεται βδελυττόμενος, νηστείας, λέγων, καὶ ἀρτίας, καὶ τὰς ἑορτὰς ὑμῶν μισεῖ ἡ ψυχή μου. οὐ γὰρ τοῖς Ἰουδαϊκῶς ζῶσιν ἐπιτιμᾷ ὁ κανών, ἀλλ' οἷς ἡ πρὸς πλείστους γίνεται τῷ ἀδιαφόρως βιοῦναι τῆς ἐκείνων ἀποδιΐστασθαι κοινωνίας.

Septuagesimus verò, Illum, qui cum Judæis jejunat, vel unà festum agit, vel ab ipsis festi Xenia accipit, vel Azyma, vel aliquid tale, si sit quidem Clericus, deponit; sin autem Laicus, segregat. Nam, etsi se non idem quod illi, licèt ita faciat, sentire contendit; multis tamen scandali occasionem præbet, & in seipsum suspicionem, quòd judaicos honorat ritus, quos vel ante Christum trucidatum abominâsse Deus invenitur, dicens, Jejunia, & ferias, & festa vestra odio habet anima mea. Non enim eos, qui Judaicè vivunt, punit Canon; sed qui indiscriminatim vivendo ab eorum communione maxima ex parte non abscedunt.

### Περὶ ἀζύμων καὶ λαβίων.

Ἐκ τούτου πάρεστι γνῶναι, μὴ καὶ μικρὸν παρανομοῦντας τοὺς δι' ἀζύμων τὸ μυστικὸν ἐπιτελοῦντας θυσίαν. εἰ γὰρ τοῖς ἁπλῶς ἐσθίουσιν ἄζυμα ἐξ Ἰουδαϊκῆς ἑορτῆς καθαίρεσιν ἐπάγει καὶ ἀφορισμόν· τὸ μεταλαμβάνειν τούτων ὡς χριστοκτόνου σώματος, δι' αὐτῶν τὸ πάσχα ἐπιτελεῖν,

### *De Azymis; contra Latinos.*

Ex hoc innotescere potest, eos non parum transgredi, qui per Azyma mysticum sacrificiũ celebrãt. Nam si eis, qui simpliciter ex festis Judaicis Azyma comedũt, depositionem & segregationem inducit: eorum, tanquam Dominici corporis, esse participes, & cum illis Pascha celebrare,



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

qualem habet excusationem speciosam? Non enim absolutè azyma comedere prohibuit; sed per azyma more Judaico festa celebrare. Quodnam autem est incruento sacrificio majus festum, quod Dominus, cum mysterium salutare, mortem scilicet voluntariam, subiturus erat, ante Paschatis festum tradidit? Quòd autem ne sanctis Patribus in mentem quidem venit, nos per azyma festum celebrare, ex eo manifestum est, quòd omne festum Judaicum abolere nitebantur, & eorum ritibus & legibus contraria instituere: quemadmodum etiam jejunium & ferias in Sabbatis solverunt; porro & quod in Ninivitarum jejunii memoriam celebrant, & alia, quæ hic particulariter enumerare non est præsentis instituti.

ποίαν ἔχῃ σκέπασιν εὔφρεπῆ; ὑ γὰρ ὅ ἁπλῶς ἐδέσιμον ἄζυμα κεκώλυκεν, ἀλλὰ ὅ δὶ ἀζύμων τῷ Ἰουδαΐσαι ἑορτάζειν. τίς δὲ μείζων τῆς ἀμνοθυσίας θυσία ἑορτὴ, ἣν ὁ κύριος ἡμῶν, ὅ μυστήριον ὅ σωτήριον μέλλων ὑπέρχεσθαι, ἤγουν ἑκούσιον θάνατον, περὶ τῆς τοῦ πάσχα ἑορτῆς παρέδωκεν; ὅπου γε μὴν ὑδ' εἰς νοῦν τοῖς θείοις ἐπῆλθε πατράσι, τὸ, δὶ ἀζύμων ἑορτάζειν ἡμᾶς, δῆλον ὅτι τὸ, πᾶσαν σπουδάσαι τότε Ἰουδαϊκὴν παρελθεῖν ἑορτὴν, καὶ τελέως τοῖς αὐτῶν ἔθεσιν ὑποτάξαι καὶ νόμοις· ὥσπερ δὴ καὶ ἐν τοῖς σάββασι νηστείαν καὶ ἀργίαν λελύκασι· περσέπει καὶ εἰς ἀνάμνησιν τῆς τῶν Νινευϊτῶν πλανοῦσι νηστείας, καὶ τ' ἄλλα, ἃ νῦν μέχρι διεξιέναι ὑ τοῦ παρόντος χρεών.

Lxxi. verò Christianum in Gentilium templa oleum deferentem, vel in Judæorum Synagogam, vel lucernam accendentem, segregationis supplicio tradit: exinde enim eorum festa honorare censebitur.

Ὁ δὲ οα'. καὶ τὸ κρεμίζοντα Χριστιανὸν ἔλαιον εἰς τὰ τῶν ἐθνῶν ἱερὰ, ἢ εἰς τοὺς τῶν Ἰουδαίων συναγωγοὺς, ἢ λύχνους ἅπτοντα, τῇ τοῦ ἀφορισμοῦ βάσει δίκῃ· τιμᾶν γὰρ ὁκ τούτοις τὰ ἐκείνων ἔργα λογισθήσεται.

Ab omnibus his discedere jubent etiam Laodicenæ Synodi Canones xxxvii. & xxxviii. & xxxix. qui de utroque Canone Apostolico mentionem injiciunt iisdem verbis & nominibus.

Τούτων ἀφίστασθαι πάντων προστάττουσι καὶ οἱ τῆς ἐν Λαοδικείᾳ λζ'. κανὼν καὶ ὁ λή'. καὶ λθ'. ἀμφοτέρων τῶν ἀποστολικῶν μεμνημένοι κανόνων αὐτοῖς ῥήμασι καὶ ὀνόμασιν.

C

Undecimus verò vi. Synodi, Qui cum Judæis comedere non recusat, vel eorum familiaritatem non aspernatur, vel in morbis eos ad medelam accersit, vel unà cum iis in balneo lavatur, si sit quidem Clericus, depositioni: sin autem Laicus, segregationi subjicit. Vide etiam caput iv. literæ B.

Ὁ ἕ ια'. τῆς ς'. συνόδου, ὃς τὰ τῶν Ἰουδαίων ἄζυμα ἐδέσιμα μὴ προσίεμενον, ἢ τῷ τούτων φιλίαν ὑκ ἀπωθούμενα, ἢ ὑν νόσοις πρὸς ἰατρείαν αὐτὸς προσκαλούμενον, ἢ ὑν βαλανείῳ τούτοις συλλουόμενον, κληρικὸν μὲν ὄντα, καθαιρέσθω· λαϊκὸν δὲ, ἀφορισμῷ ὑποπιπτέτω. ζήτει καὶ τὸ δ'. κεφάλαιον τοῦ Β'. στοιχείου.

Xxix. verò Laodicenæ Synodi, non decet, inquit, Christianos, qui legem Evangelicam sunt amplexi, & eis, qui adhuc umbraticam & imperfectam colunt, perfectiorem, Judæis] adhærere, & Sabbatum, ut illi, honorantes, ociosè in illo omne opus condemnare: sed in eo quidem operari; diem verò Dominicum præferentes, ociari, si possint, ut Christiani, opera missa facientes, ut Ecclesiis assideant. Qui enim ob pauperatem, vel aliam quandam necessitatem etiam die Dominico inexorabile opus subivit, ut improbus, veniam non consequitur. Eos autem, qui Judaicos non repudiunt mores, manifestè anathematis supplicio subjicit.

Ὁ δὲ κβ'. τῆς ὲν Λαοδικείᾳ συνόδου, ὑ δεῖ, φησι, τοὺς χριστιανοὺς, τοὺς ὃς διαθηκικὸν νόμον δεξαμένους, καὶ πλεῖστον τοῖς ἐπὶ τὸν σκιώδη καὶ ἀτελῆ διήκουσι, προσιέναι Ἰουδαίοις, καὶ τὸ σάββατον ὡς ἐκεῖνοι τιμᾶν τοὺς, ἀφαιρεῖσθαι ὲν τούτῳ πάντως ἔργα καθαψηφίζεσθαι· ἀλλὰ ὲν τούτῳ μὲν ἐργάζεσθαι, τὴν δὲ κυριακὴν τιμᾶν προτιμῶντας, εἴ γε δύναιντο σχολάζειν ὡς χριστιανοὶ, τῶν ἔργων ἀφεμένους, προσεδρεύειν ταῖς ἐκκλησίαις. ὃς γὰρ ὲκ πενίας ἢ ἑτέρου τινὸς ἀνάγκης καὶ τῷ κυριώνυμον ἔργον ἀποβλέπτον ὑπελθόντα, ὡς ἄγνωμον, μὴ συγνώμης τυγχάνειν. τοῖς δὲ τὰ Ἰουδαϊκὰ μὴ προσχυμένοις ἔτι φάσεως τιμᾶται τῷ ἀναθέματι.

D

## *Leges.*

## Νόμοι.

Judæi in Sabbato, & aliis eorum festis, neque ministerium corporaliter obeunt, neque aliquid faciunt, neque publicè aut privati criminis accusantur, nec Christianos accusant.

Si Judæus Christianum vel catechumenum mancipium possideat, & circumciderit, vel ausus fuerit Christianam alicujus persuasionem pervertere, capitali supplicio plectatur.

E

Οἱ Ἰουδαῖοι ὲν Σαββάτῳ, καὶ τ' ἄλλαις αὐτῶν ἑορταῖς, οὔτε σωματικῶς λειτουργοῦσιν, οὔτε τι ποιοῦσιν, οὔτε δημοσίαν ἢ ἰδιωτικὴν αἰτίαν ἐνάγουσι, ἢ χριστιανοῖς ἐνάγουσιν.

Ἐὰν Ἰουδαῖος χριστιανὸν ἢ κατηχούμενον ἀνδράποδον κτήσηται, καὶ ἀφετήρια, ἢ τελεσθῇ ὑπὸ Ἰουδαϊκοῦ χριστιανικὸν λογισμὸν, κεφαλικαῖς τιμωρείσθω.

# INITIUM LITERÆ K.

## CAPUT I.

*De depositis Episcopis & Clericis, & à quot Episcopis deponuntur.*

F

## ΑΡΧΗ ΤΟΥ Κ. ΣΤΟΙΧΕΙΟΥ.

## ΚΕΦ. α'.

Περὶ τῶν καθαιρεθέντων ἢ δὶ ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν, καὶ ὑπὸ πόσων ἐπισκόπων καθαιρεῖσθαι.

Vide in nono capite literæ Δ. de eis, qui jure deponuntur.

Ζήτει ὲν τῷ θ'. κεφαλαίῳ τοῦ Δ. στοιχείου, περὶ τῶν ὑνδίκως καθαιρεθέντων.

UT & xii. & xv. Carthaginensis Synodi Canones, quos invenies Episcopum à xii. Episcopis

ΑΛΛΑ δὴ καὶ τὸ ιϐ'. κανόνα, καὶ ὃς ιε'. τῆς ὲν Καρθαγένῃ συνόδου, ὃς διώρισε πρὸ ὀκτὼ μὴν ὀκτὼ ἀρχόντων

χρῆναι κελεύοντας καθαιρεῖσθαι τὸν ἐπίσκοπον· τὸν δὲ ἐξ A
τὸν πρεσβύτερον, καὶ τριῶν τὸν διάκονον. καὶ ἐν τῷ ιη'.
κεφαλαίῳ τῆς Α. συντάξεως κανόνα ια'. τῶν ἁγίων ἀποστόλων.
καὶ ἐν τῷ θ'. κεφαλαίῳ τῆς αὐτῆς συντάξεως κανόνα κζ'.
τοῦ μεγάλου Βασιλείου.

deponi oportere decernentes: Presbyterum verò, à sex; & Diaconum, à tribus. Et in decimo octavo cap. literæ A. Canonem undecimum sanctorum Apostolorum. Et in nono cap. ejusdem literæ Canonem vigesimum septimum magni Basilii.

Ὁ δὲ κα'. τῆς ς'. συνόδου οὕτω πῶς λέξιν φησὶν, οἱ
ἐπ' ἐγκλήμασι κρίσεως ἀποδίδωσι γενόμενοι κληρικοὶ,
καὶ διὰ ζῆλον πάντως ἢ καὶ διάνοιαν ἁπλουστέραν καθαι-
ρέσεως, καὶ εἰς τὸν λαϊκὸν τόπον ἀποτεθέντες, εἰ μὲν ἑκου-
σίως πρὸς ἐπιστροφὴν ἐλθόντες, ἀφιστᾶσι τὸ ἁμαρτάνειν, δι'
ὧν τῆς χάριτος ἐκπεπτώκασι, καὶ ταύτης πλέον ἀλλοτρίους B
ἑαυτοὺς καθιστῶσι, τῷ τοῦ κληρικοῦ καιρέσθωσαν σχήμα-
τος· εἰ δὲ μὴ τοῦτο ἀυθαιρέτως αἱρήσονται, καθάπερ οἱ λαϊ-
κοὶ, τὸν κόσμον ἐπιτρεφέτωσαν, ὡς τὸν ὂν κόσμῳ ἀναστροφὴν
τῆς ἐρημίτου προτετιμηκότες ζωῆς· φιλανθρωπότερον γὰρ ὁ
κρίνων τοῖς ἀληθῶς μεταμέλῳ χρησαμένοις διατίθεται.
οἱ μὲν γὰρ διά τινα φανερὰ ἐγκλήματα καθαιρέμενοι,
μοιχεία τυχὸν ἢ ἱεροσυλίᾳ προσπεσόντες, εἰς τὸν τῶν λαϊ-
κῶν ἐκβάλλονται χώραν, καὶ ἐνεργεῖν ὑπ' οὐδὲν αὐτοῖς ἔξε-
στι τῶν τοῖς κληρικοῖς ἀνηκόντων. οἱ μέν τοι δυσὶ γάμοις προσομιλήσαντες συγχωροῦνται διὰ τὸν γάμον, καὶ
τὰ ἔξω μενέναι τοῦ βήματος οὐκ ἀπείργονται, ὡς ἡ οθ'. C
νεαρὰ τοῦ βασιλέως Λέοντος διορίζει, ὧν καὶ ζήτει ἐν
τῷ δ'. κεφαλαίῳ τοῦ Γ. στοιχείου. ζήτει καὶ ἐν τῷ ις'. κε-
φαλαίῳ τοῦ Π. στοιχείου κανόνας θ'. καὶ ι'. τῆς ἐν Νεοκαι-
σαρείᾳ συνόδου, καὶ ἐν τῷ ζ'. κεφαλαίῳ τοῦ αὐτοῦ στοιχείου
κανόνα α'. τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου.

Vigesimus primus sextæ Syn. Can. hoc modo verbatim dicit; Clerici, qui Canonicorum criminum rei facti, & propterea perfectæ ac perpetuæ depositioni subjecti, & in Laicorum locum detrusi sunt; si quidem ad conversionem sua sponte respicientes peccatum deleant, propter quod à gratia exciderunt, & ab eo se penitus alienos efficiant, cleri habitu tondeantur: Sin autem non sua sponte hoc elegerint, comam sicut Laici nutriant; utpote qui secularem conversationem vitæ cœlesti præposuerint. Nam in eos, qui verâ utuntur pœnitentiâ, clementior est Canon. Qui etenim propter manifesta quædam crimina segregantur, in adulterium putà, vel sacrilegium incidentes, in Laicorum locum dejiciuntur, nec eis, quæ ad Sacerdotes pertinent, administrare liceat. Qui porrò secundò uxorem duxerint, illi propter matrimonium ignoscuntur, &, quominùs ea, quæ extra sacrum tribunal fiunt, exerceant, non prohibentur, ut lxxix. Imperatoris Leonis Novella statuit; quam etiam vide in iv. capite literæ Γ. Consule etiam in decimo sexto cap. literæ Π. Canones ix. & x. Synodi Neocæsariensis, & in septimo cap. ejusdem literæ Canonem primum Antiochenæ Synodi.

## ΚΕΦ. β'.

Περὶ τῶν κτιζομένων ἐκ βασιλέων ἐκκλησιῶν ἢ πόλεων.

Ζήτει δὲ καὶ. κεφάλαιον τῆς Ε. στοιχείου.

## CAPUT II.

*De Ecclesiis vel urbibus ab Imperatoribus de novo extructis.*

Vide xxi. cap. literæ E.

## ΚΕΦ. γ'.

Περὶ καινοτομιῶν.

Νόμοι.

ΚΑΙΝΟΝ ἔργον ποιεῖ τις, ἢ οἰκοδομῶν, ἢ καθαιρῶν
ὁποιῶν καὶ ἢ πρότερον ὄψιν ἐναλλάσσων.

Ὁ δὲ παλαιὸν οἶκον ἀνανεοῦν, δὲ ἀρχαῖον χῶμα μὴ
ὑπερεξίτω, μή τι ἀφαιρείσθω τὰ φῶτα ἢ τὴν ἄποψιν τῶν
γειτόνων, εἰ μὴ ἄρα δουλείαν ἔχει κατὰ συμφωνίαν, ἢ
ἐπ' ἐρώτησιν ὑπεχωρηθήσεται αὐτῷ, ἢ ἐπιτρέψουσιν, ὡς
βούλεται, δὲ παλαιὸν ἀμείβειν χῶμα. διοίκια δὲ δύο οἴκων
ἀπέναντι ἀλλήλων εἰσὶ, χρὴ μεταξὺ αὐτῶν δώδεκα πό-
δας εἶναι, ἀρχομένους ἀπὸ τῶν θεμελίων μέχρι πρώτου ἢ
ὕψους· τοῦτο γὰρ φυλαττομένου τοῦ διαστήματος, ἔξεστιν ἑκάστῳ
εἰς ἄπειρον ὕψος ἃ ἔθελεν οἶκον ἐγείρειν οἶκον, καὶ θυρίδας ἐν
αὐτῷ ἀνοιγνύναι καὶ καταστρώννυσθαι. ὁ δὲ νέον οἶκον οἰκοδο-
μοῦντι, μὴ ἀφαιρείσθω τὴν ἄποψιν ἢ γείτονος, ἐὰν ὀξὺ δύθειαν
ὁρᾷ ἢ θάλασσαν ἐπὶ ἐν τοῖς ἰδίοις οἴκοις ἢ καθιζόμενον
ἐν αὐτοῖς· καὶ μὴ ἀναγκαζέσθω ἀνακρέπειν ἑαυτὸν εἰς πλά-
γιον, ἐφ' ᾧ ἰδεῖν θάλασσαν· ἐὰν ᾖ ρ'. ποδῶν ἐν μέσῳ τῶν δύο
οἴκων ὑπάρχει διάστημα, ἐξέστω ἀκωλύτως κλίζειν ᾧ βου-
λομένῳ, καὶ ἢ ὅπη θάλασσαν ἄποψιν ἀφαιρεῖσθαι ἢ γείτονος.
εἰ δὲ συμφωνόν ἐστιν ὑπερέπον τινὶ τὴν οἰκοδόμησιν, κρα-
τείτω δὲ σύμφωνον, εἰ καὶ βλάπτει τὸν γείτονα πρὸς τὴν
θαλάσσης ἄποψιν· οὐ δὲ γὰρ φορτικὴ τὰς ὑπαρχούσας
τινὶ δουλείας διὰ τῶν γραπτῶν νόμων ἀφαιρεῖσθαι.

## CAPUT III.

*De Innovationibus.*

*Leges.*

NOVUM opus facit aliquis, aut ædificando, aut quippiam diruendo, ita ut pristinam faciem mutet.

Qui antiquam domum renovat, pristinam formam ne excedat, neque luminibus aut prospectui vicinorum officiat, nisi servitutem habeat per pactum vel per interrogationem sibi concessam, aut permittentem, ut vult, pristinam formam immutare. Quando verò duæ domus sibi invicem oppositæ sunt, inter eas duodecim pedes esse oportet, à fundamentis incipiendo usque ad summam altitudinem: nam hoc observato spatio, unicuique licet ad immensam altitudinem domum suam extruere, & in ea prospectivas facere fenestras. Qui autem novam ædificat domum, ne vicini prospectui officiat, dum in suâ domo stat vel in ea sedet, directè mare prospiciat, & non cogatur seipsum ad latus convertere, ut mare videat: sin autem inter utramque domum centum pedum observetur intervallum, cuilibet fine impedimento ædificare liceat, & vicini in mare prospectui officere. Si verò ædificandi pactum conventum alicui fuerit, valeat pactum, quamvis vicini in mare prospectui offendat: non enim convenit, ut servitutes, quas habeat aliquis, per leges generales eximantur.

Quando

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Quando in angiporto vel platea domum ſuam ædificat aliquis, licet etiam latior duodecim pedibus ſit angiporti vel plateæ menſura, ne adimat quod redundat, & propriæ domui addat: nam in publici damnum duodecim pedes non decrevit conſtitutio, ſed ne anguſtior duodecim pedibus intra domos eſſet aër. Quando verò his plures inveniuntur, nemo ex iis auferat; ſed civitati propria ſerventur. Si quidem medio ſint pedes decem & non pauciores, tunc proſpectivas feneſtras ne faciat ædificator, niſi priùs eas habuit: feneſtras autem lumen immittentes faciat, ſex pedibus à pavimento aperiendas. A

Ὅτε δὲ, μέσου ὄντος στενοπῶ ἢ πλατείας, οἰκοδομῇ τις ἑαυτῷ οἶκον, εἰ καὶ πλέον ἔχει τῶν δώδεκα ποδῶν ὁ τοῦ στενοπῶ ἢ τῆς πλατείας μέτρον, μὴ ἀφαιρείσθω ὃ ὠφελοῦν καὶ τὴν ἰδίαν οἰκίαν ὠφελείσθω· ἡ γὰρ δὴ ἐλάττωσις τοῦ δημοσίου, τοὺς δώδεκα πόδας ὥρισεν ἡ διάταξις, ἀλλ' ὥστε μὴ στενώτερον τῶν δώδεκα ποδῶν εἶναι τὸ μεταξὺ τῶν οἰκιῶν αἴθρα. ὅπου δ' ἂν πλέον τούτων εὑρίσκεται, μηδεὶς ἐξ αὐτῶν ἀφαιρείσθω, ἀλλὰ τῇ πόλει ὠφελείσθω τὰ οἰκεῖα. εἰ μέντοι πόδες δέκα εἰσὶν ὁ μέσος καὶ μὴ ἐλάττονες, τότε παραπετάσματα μὲν μὴ ποιείτω ὁ κτίζων, εἰ μὴ πρότερον εἶχεν οὕτως, φωταγωγοὺς δὲ ποιείτω, ἀπὸ ἓξ ποδῶν τοῦ πάτου ἀνοιγομένους. B

Communibus domibus ſervitutem imponere dominorum vicinorum unus abſque alterius ſententia non poteſt; neque communem demoliri parietem aut reficere præter vicini ſententiam, quandoquidem non eſt ſolus Dominus.

Δουλείαν ὑποθεῖναι τοῖς ὁμοίκοις οἰκήμασιν ὁ εἷς τῶν κοινῶν οὐχὶ γνώμῃ τοῦ ἑτέρου οὐ δύναται· οὐδὲ τὸν ὁμοίκιον καθαιρεῖν τοῖχον, ἢ ἀνανεοῦν οὐχὶ γνώμῃ τοῦ κοινωνοῦ, ἐπειδὴ οὐκ ἔστι μόνος δεσπότης.

In arboribus autem vel hortulis proſpectûs ſervitus non obſervatur.

Κατὰ δένδρων μέντοι ἢ κήπων δουλεία ἀπείρεως οὐ φυλάττεται.

Si vicini arbor in media area conſita, magnas extendens radices, noſtræ domûs fundamentis offenderit, Magiſtratus providentiâ vicinus exſcindere cogatur. C

Ἐὰν δένδρον τοῦ γείτονος ὂν τῷ μεσαυλίῳ ἐρείσμον, μεγάλας ἐκτεῖνον ῥίζας, τοὺς θεμελίους τῆς ἐμῆς οἰκείας βλάπτῃ προνοίᾳ τοῦ ἄρχοντος, ἀναγκαζέσθω ὁ γείτων ἐκτέμνειν.

Non rectè prohibet aliquis vicinum ſuum ſub tignorum ejus ſtillicidio portam verſus viam publicam aperire, cùm actum non lædit.

Οὐ καλῶς κωλύει τις τὸν γείτονα αὐτοῦ ἀνοίγοντα πυλεῶνα κατὰ τῆς δημοσίας ὑποκάτω τοῦ σταλαγμοῦ τῶν κεράμων αὐτοῦ, ὃν ᾧ μὴ βλάπτῃ τὴν πάροδον.

Si fons ex quo aquam hauſit quidam, pro tempore exſiccetur, & rurſus ad ſuas venas redierit, renovatur in eo, ut priùs, aquæductus hauſtus.

Ἐὰν ἡ πηγὴ, ἀφ' ἧς εἶλκε τις ὕδωρ, ξηρανθεῖσα ἐπί τισι χρόνοις αὖθις φερὸς τὰς ἑαυτῆς ἐπανέλθῃ φλέβας, ἀνανεοῦται αὐτῇ πάλιν ὁ τοῦ ὕδατος ἀντλισμὸς καθὰ καὶ φέρτερον.

Neque furnum neque focum in communi pariete quis facere poteſt. D

Οὔτε φοῦρνον οὔτε ἑστίαν ἐν τῷ ὁμοίκῳ τοίχῳ δύναταί τις ποιεῖν.

Furnum ædificantem, qui in ſuperioribus domi partibus habitant, à fumo offenſi, prohibere poſſunt: niſi jus habeat, illic fumum intromittere. Et è contrario, Qui in ſuperioribus tectis habitant, aquam vel ſtercus præcipitare prohibentur, & illis, qui in inferioribus degunt, nocere. In propriis enim domibus tantum cuilibet facere licet, in quantum alius non offenditur.

Τὸν κτίζοντα φοῦρνον, δύνανται οἱ ἐν τοῖς ὑψηλοτέροις οἴκοις, ὑπὸ τὸν καπνὸν βλαπτόμενοι, κωλύειν αὐτὸν, εἰ μὴ ἄρα δίκαιον εἶχεν, ἐκεῖσε τὸν καπνὸν εἰσπέμπειν. καὶ τὸ ἀνάπαλιν, οἱ ἐν τοῖς ὑψηλοτέραις στέγαις οἰκοῦντες, κωλύουσι ὕδωρ ῥίπτειν ἢ κόπρον, καὶ καταβλάπτειν τοὺς ἐν τοῖς χθαμαλωτέροις οἰκοῦντας. ὅπου τοίνυν γὰρ ἔξεστί τινι ποιεῖν τι ἐν τοῖς ἑαυτοῦ, ἐφ' ὅσον ἕτερον μὴ καταβλάπτῃ.

Si paries tuus ſemipedem in ædes meas ſeſe inclinaverit, poſſum tecum agere, ut eum erigas. E

Ἐὰν ὁ τοῖχός σου καὶ τῷ οἴκῳ μου ἐγκλίνῃ ἡμίσου ποδὸς, ἀναγκάζω σε ἀνορθοῦν αὐτόν.

Nemo poteſt ſtercus prope alterius ædes projicere, niſi talem habeat ſervitutem.

Οὐδεὶς δύναται κόπρον πλησίον τοῦ ἀλλοτρίου τοίχου ῥίπτειν, εἰ μὴ τοιαύτην ἔχει δουλείαν.

Quicunque abſque Imperatoris mandato civitatis vicum ſuis ædibus obſtruet, citra controverſiam antiqua jura civitati reddat.

Ὅστις χωρὶς κελεύσεως βασιλικῆς ῥύμην πόλεως τοῖς ἰδίοις ἀναφράξει οἴκοις, ἀναμφισβητήτως τὰ ἀρχαῖα δίκαια τῇ πόλει ἀποδότω.

Secundum legem viæ latitudo in porrectum quidem octo pedes habet, in anfractum verò ſexdecim.

Κατὰ νόμον ἡ πλατεῖα ὁδὸς εἰς μὲν ὀρθὸν ὀκτὼ ποδῶν ἔστιν, εἰς δὲ κάμψιν ἑκκαίδεκα. F

## CAPUT IIII.

### *De Calendis & divinationibus.*

Vide xiii. caput literæ B. & iii. caput literæ E.

## ΚΕΦ. Δ'.

### Περὶ καλανδῶν καὶ κληδωνισμῶν.

Ζήτει ὃ ιγ'. κεφάλαιον τοῦ Β. στοιχείου. καὶ ὃ γ'. κεφ. τοῦ Ε. στοιχείου.

ΚΕΦ.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

A

## ΚΕΦ. ε'.

### Περὶ κανόνων ἐκκλησιαστικῶν, καὶ πόσους δεῖ κανόνας κρατεῖν.

Ο α'. τῆ δ'. συνόδου κρίνει, τοὺς ὑπὸ τῶν ἁγίων πατέρων, φησὶ, καθ' ἑκάστην συνοδον, οἰκουμενικὴν τε δηλονότι καὶ τοπικὴν, ἄχρι καὶ νῦν ἐκτεθέντας κανόνας, εἰς τὸ δογμάτων εὐταξίαν ἀκρίβειαν, καὶ τὴν τῆ ἐκκλησίας κατάστασιν, κρατεῖν δικαιοῦμεν.

B

Ο δὲ δεύτερος τῆ ς'. συνόδου κρίνει, καὶ ὅτι μέχρι τοῦ εὐτυχήσαι τοὺς ἱεροὺς καὶ θείους κανόνας κοινῆ τε καὶ ἰδίᾳ θείους πατέρας ἀναθεματίσαι, καὶ βεβαίους μένειν ἀποφαίζει, ὡς αὐτοὶ τὰ τῆ ὑποτυπώσει τοῦ ἁγίου ἐμπνεύσαντος πνεύματος, καὶ οἱ καθ' ἡμᾶς ἅγιοι πατέρες ἐδέξαντο καὶ ἐκύρωσαν, καὶ ἡμῖν παραδεδώκασι θεός τε ψυχῶν θεραπείαν, καὶ ἰατρείαν παθῶν, τοὺς πάντα καὶ ὁσιωθέντα τῶν ἁγίων ἀποστόλων φημὶ, πλὴν τῶν ἁγ. Κλήμεντος. ἁγιαταξέων, αὗται γὰρ πολὺ δ' νόθον παρὰ τῶν κακοδόξων δίκην ζιζανίων εἰσσπεῖραν, δ' κύριος ἔχειν κελεύει, καὶ οὓς οἱ ἐν Νικαίᾳ τριακόσιοι δέκα καὶ ὀκτὼ θεοφόροι πατέρες ἐκύρωσαν, ἀλλὰ δὴ καὶ οὓς ἡ ἐν τῆ βασιλίδι τῶν πόλεων δευτέρα καὶ οἰκουμενικὴ συνοδος τ' ρν'. πατέρων ἐνθέσπισε, καὶ ἡ τετάρτη τῶν ἐν Ἐφέσῳ ἁγιωσύνων πατέρων, καὶ ἡ πεμπτη τῶν ἐν Χαλκηδόνι, ἑξακοσίων τριάκοντα πατέρων, καὶ οὓς ἡ ἁγία ἐν Ἀγκύρᾳ συνοδος διετύξατο, περὶ δὲ καὶ ἡ ἐν Νεοκαισαρεία, καὶ ἡ ἐν Γαγγραις, καὶ ἡ ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆ Συρίας, καὶ ἡ ἐν Λαοδικείᾳ Φρυγίας, καὶ ἡ ἐν Σαρδικῆ, καὶ ἡ ἐν Καρθαγένῃ. δεκτέοι δὲ μὴν καὶ οἱ περὶ Νεκταρίου, καὶ Γενναδίου τῶν Κωνσταντινουπόλεως γραφέντες περσέδρων, παρά τε Διονυσίου, καὶ Πέτρου τῶν ἱερομαρτύρων, Ἀθανασίου τε μεγάλου, καὶ Κυρίλλου, καὶ Τιμοθέου, καὶ Θεοφίλου, οἵ τ' Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως γεγόνασι πρόεδροι. ἃ μὴν ἀλλὰ καὶ Γρηγορίου Νεοκαισαρείας τε Θαυματουργοῦ, Βασιλείου Καισαρείας τῆ μεγάλου, Γρηγορίου Νύσσης, Γρηγορίου τε θεολόγου, καὶ Ἀμφιλοχίου Ἰκονίου· ὁ μὴν τε περὶ τε ἀρχιεπισκόπου τ' Ἀφρων χώρας ἱερομάρτυρος Κυπριανοῦ, καὶ τ' κατ' αὐτὸν συνόδου ἐκδοθεὶς κανὼν ἐν τοῖς αὐτῶν τόποις καὶ μόνον ἐκράτησε. τῶν τοίνυν συμπάντων κανόνων τούτων ὅτε τινὰ παραχαράττειν, ἢ ἀναιρεῖν, ἢ ἀθετεῖν τολμᾶν, ἢ καινοτομεῖν, ἢ ἑτέρους ψευδῶς περὶ τινων συντιθέντας παραδέχεσθαι, τῶν ὑποκειμένων τὸ ἀληθεὶς καπηλεύειν, ὁ τοιοῦτος ἔστω, φησὶν, ἀνάθεμα, καὶ τ' Χριστιανικοῦ καταλόγου ἀλλότριος.

C

D

E

Ο α'. τῆ ζ'. συνόδου κρίνει, τοὺς θείους, φησὶ, κανόνας, ἔργον νομίζοντες ἀπταίστως παραμένειν, ἀσπασίως ὑπερτιζόμεθα, οὓς τε πρῶτον οἱ θεῖοι ἀπόστολοι σαφῶς διεγράψαντο, καὶ οὓς αὖθις αἱ ἓξ ἅγιαι καὶ οἰκουμενικαὶ συνόδοι, πρὸς δὲ, καὶ αἱ τοπικαὶ συνετάξαντο· ἔτι γε μὴν καὶ οὓς ἰδίᾳ ἔνιοι τῶν ἐπ' εὐσεβείᾳ διενεγκόντων καὶ ἀρετῆ, σοφοὶ πατέρες ἐκπεφωνήκασι, καὶ ὁλόκληρον καὶ ἀσάλευτον τ' σφῶν βεβαιοῦν πρᾶγμα θεσπίζομεν, ὡς ἂν γε δήπου τ' αἰωνίου μακαριότητος πρόξενον. ἐξ ἑνὸς γοῦν ἅπαντες καὶ τ' αὐτῶ πνεύματος ἀναδέντες θεοῦ νοῦ, τὰς τῶν κανόνων διαθέσεις ὑποτυπώσαντο· ἃς δὴ καὶ ὡς μαρτύριά τε καταρθώματα, αἰδοῖ τῆ πάσῃ τιμᾶν χρή. διαμαρτύρονται γέ τοι σαφῶς καὶ ὑποδεικνύουσι, πῶς δεῖ βιοῦσθαι ἡμᾶς τῶν ἀρετῶν καταρθοῦν· καὶ τοῖς παραβεβηκόσι, τῶν μετανοεῖν ἐθέλουσι προζωγραφοῦσιν ἀπαραίτητον κόλασιν. ταύτην καὶ τὰ τ' θεόπτου Μωσέως ὀμνυμένους λέγομεν, ἐν αὐτοῖς οὐκ ἔστι προσθεῖναι, καὶ ἀπ' αὐτῶν οὐκ ἔστιν ἀφελεῖν· καὶ τὰ τ' ἀποστόλου, εἰ ἄγγελος εὐαγγελίζηται ὑμῖν παρ'

F



## CAPUT V.

### *De Canonibus Ecclesiasticis, & quot Canones valere oportet.*

PRIMUS iv. Synodi Canon, Qui à sanctis Patribus, inquit, in unaquâque Synodo, œcumenicâ nempe & provinciali, hucusque expositi sunt canones, ad fidei dogmata stabilienda, & Ecclesiasticam disciplinam, observari æquum censemus.

Secundus vi. Synodi Canon etiam particulariter enumerat sanctos Patres, qui & privatim & publicè sanctos & divinos Canones composuerunt, & firmiter manere decernit, quos illi Spiritus Sancti inspiratione ediderunt, & sancti Patres, qui nos præcessêre, susceperunt & confirmârunt, & nobis ad animarum medelam & perturbationum curationem tradiderunt, sanctorum Apostolorum, dico, octoginta quinque Canones (præter constitutiones per Clementem; nam illis adulterina quamplurima ab Hæreticis zizaniorum more introducta sunt) authoritatem habere jubet, & quos trecenti decem & octo divinitùs inspirati Patres Nicææ emiserunt; ut & quos in Imperiali civitate secunda & œcumenica Synodus centum & quinquaginta Patrum exposuit; & tertia in Epheso ducentorum Patrum; & quarta in Chalcedone sexcentorum & triginta Patrum; & quos sancta in Ancyrâ Synodus ordinavit; porro & quos illa in Neocæsareâ, & in Gangris, & in Antiochia Syriæ, & in Laodiceâ Phrygiæ, & in Sardica, & in Carthagine. Accipiendi etiam sunt canones à Nectario & Gennadio, qui ante Dionysium Constantinopoli præsidebant, scripti, & Petri sancti martyris, magni Athanasii, & Cyrilli, & Timothei, & Theophili; qui Alexandriæ magnæ civitatis fuerant Præsides: ut & etiam Gregorii Neocæsareæ, qui Thaumaturgus dictus est, magni Basilii Cæsareæ, Gregorii Nysseni, Gregorii Theologi, & Amphilochii Iconii: qui vero à Cypriano, Aphrorum regionis Archiepiscopo & Martyre, & à Synodo, quæ sub eo fuit, emissus est Canon, in eis locis & solùm obtinuit. Quicunque igitur horum omnium Canonum aliquem vel adulterare, vel subvertere, vel abolere audet, vel innovare, vel alios à quibusdam falsè compositos admittere, qui veritatem cauponari conati sunt, talis, inquit, sit anathema, & à Christiano catalogo alienus.

Primus vii. Synodi Canon, Divinos, inquit, canones, opus prorsus controversiâ dignum judicantes, lubenter amplectimur, tam quos primùm divini Apostoli manifesto formârunt, quam quos rursum sex sanctæ & œcumenicæ Synodi, porro etiam & provinciales ediderunt; adhuc etiam & quos privatim quidam pietate & virtute excellentium, sapientes Patres ediderunt: eorúmque constitutionem integram & illabefactam observari decernimus, tanquam quidem æternæ felicitatis authorem. Ex uno igitur eodemque Spiritu omnes mente illuminati, Canonum constitutiones composuerunt & ediderunt: quas quidem, ut testimonia & ad rectè se gerendum instituta, omni verecundiâ honorare oportet. Manifestò quidem testantur; atque ab oculos ponunt, quo pacto vita nobis instituenda est, & in eâ virtus efformanda: & transgressoribus inevitabile designunt supplicium in illos vindicaturum. Verba itaque Mosis, qui Deum vidit, mutuantes dicimus, eis non licet addere, nec abeis licet detrahere: Et Apostoli, Si Angelus vobis evangelizaverit, præter id quod accepistis,



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

sit anathema. Et nos etiam anathema denunciamus in eos, qui à sanctis Canonibus illi subjiciuntur, depositos etiam deponimus, & segregatos segreganus: etenim eis, quos pœnæ subjecerunt, eandem pœnam decernimus.

ὁ ἀφορίζεται, ἀνάθεμα ἔστω. ἀνάθεμα τοίνυν καὶ ἡμεῖς ἀποφαινόμεθα τοὺς ἀφ' ἁγίων πάλαι θείων ἡμόνων τούτῳ ἀφορισμοῖς ὑποβεβλημένους, καθαιροῦμέν τε τοὺς καθαιρεθέντας, καὶ τοὺς ἀφορισθέντας συναφορίζομεν· ἄλλα γὰρ τοῖς ὑπεύθυνοις, τὰ αὐτὰ ὑπεύθυνα ὁρίζομεν.

## *Sectio Unitionis.*

Unitionis verò sectio, omnibus, inquit, contemptui habentibus sanctorum nostrorum Patrum sacros & divinos Canones, qui & sanctam Ecclesiam suffulciunt, & completam Christianismi summam adornantes ad divinam pietatem viam ducunt, Anathema.

## Τόμος ἑνώσεως.

Ὁ δὲ τῆς ἑνώσεως τόμος, τοῖς εἰς καταφρόνησιν, φησὶ, τιθεμένοις τοὺς ἱεροὺς καὶ θείους κανόνας τῶν μακαρίων πατέρων ἡμῶν, οἱ καὶ τὴν ἁγίαν καθεύδουσιν ἐκκλησίαν, καὶ ὅλον τὸ Χριστιανικὸν πλήρωμα κοσμοῦντες, πρὸς θείαν ὁδηγοῦσιν εὐλάβειαν, ἀνάθεμα.

## *Lex.*

Cxxxi. Justiniani Novella, Sancimus, inquit, ut sancti Ecclesiastici Canones, qui à septem sanctis Conciliis promulgati aut confirmati sunt, vicem legum obtineant; nempe à Nicæno trecentorum duodeviginti (Patrum) Concilio, in quo Arius, cui à furore cognomen inditum est, anathemate est percussus; à Constantinopolitano sanctorum Patrum centum quinquaginta, à quibus Spiritus Sancti oppugnator Macedonius infamiâ notatus est; ab Ephesino primo, in quo Nestorius condemnatus est; à Chalcedonensi, in quo Eutyches cum Dioscoro anathemate percussus est; adhæc qui à Constantinopolitano secundo, à quo Origenes unà cum operibus suis, & alii quidam impii, ignominiâ affecti sunt; præterea qui à Constantinopolitano tertio, quod de multis hæresibus triumphans, vetustiorum sanctorum Conciliorum placita sancta confirmavit; & super omnes, qui à Nicæno secundo, in quo illi, qui adversus sacras imagines insaniebant, pariter cum primitivis hæreticis Catholicâ Dei Ecclesiâ abdicati sunt: prædictorum enim sanctorum Conciliorum decreta, perinde ac sacras scripturas suscipimus, & Canones ut leges custodimus. Quotquot verò sanctorum Conciliorum post Justinianum meminit Novella, cum legum repetitam prælectionem emisit Imperator, illa addidit, necesse est verò Canones majoris esse authoritatis, quam leges; hæ enim ab Imperatoribus solùm conditæ fuerunt, & à successoribus eorum bene se habere judicabantur: Canones autem à sanctis Patribus, sententiâ & consilio & consensu tunc temporis Imperatorum, fuerunt conscripti & confirmati. Attamen venerandæ leges magnum momentum divinis Canonibus admininistrant: partim quidem illis convenientes; partim verò, quæcunque in illis desunt, supplentes, ubi opus habet.

## Νόμος.

Ἡ δὲ ῥηλά. Ἰουστινιάνειος νεαρὰ, διατάζομεν, φησὶ, νόμων τάξιν ἐπέχειν τοὺς ἁγίους καὶ οἰκουμενικοὺς κανόνας, τοὺς ὑπὸ τῶν ἁγίων ἑπτὰ συνόδων ἐκτεθέντας ἢ βεβαιωθέντας, τουτέστι τοὺς ἐν Νικαίᾳ τῶν τιη'. καθ' ὧν Ἄρειος ὁ τῆς μανίας ἐπώνυμος ἀνεθεματίσθη· καὶ τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει τῶν ἁγίων ρν'. πατέρων, ὑφ' ὧν ὁ πνευματομάχος Μακεδόνιος ἐξηλιτοβιώθη· καὶ τῶν ἐν Ἐφέσῳ α'. ἐν ᾗ ὁ Νεστόριος κατεκρίθη· καὶ τῶν ἐν Χαλκηδόνι, καθ' ὧν ὁ Εὐτυχὴς μετὰ Διοσκόρου ἀνεθεματίσθη· πρὸς δὲ τούτοις, τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει β' δεύτερον, δι' ἧς Ὠριγένης μετὰ τῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων, καὶ ἕτεροί τινες δυσσεβεῖς, προεδεικνατίσθησαν· καὶ ἔτι τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει γ' τρίτον, ἧς ἀφορίσεως αἱρέσεις πολυμεδύσασαι, τὰ τῶν προτεθεισῶν ἁγίων συνόδων θεῖα δόγματα ἐπεκύρωσε, καὶ ὅτι πᾶσι τοῖς ἐν Νικαίᾳ β' δεύτερον, ἐξ ἧς οἱ κατὰ τῶν ἁγίων εἰκόνων λυττήσαντες, ἐξίσου τοῖς προλαβοῦσιν αἱρετικοῖς τῆς καθολικῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας ἀπεκηρύχθησαν· πρὸ γὰρ προειρημένων ἁγίων συνόδων τὰ δόγματα, καθάπερ τὰς θείας γραφὰς, δεχόμεθα, καὶ τοὺς κανόνας ὡς νόμους φυλάττομεν. ὅσων δὲ ἁγίων συνόδων μετὰ τὴν Ἰουστινιάνου ἡ νεαρὰ μέμνηται, ὁ πλὴν τῶν νόμων ἀναγκαίαν ποιήσας βασιλεὺς προσέθετο, πλείων τοίνυν τῶν νόμων τοὺς κανόνας ἰσχύειν ἀνάγκη. οἱ μὲν γὰρ σὺν τῶν εἰσαπεσταλκέναι καλεῖν ὀνομάσθησαν· οἱ δὲ γε κανόνες σὺν τοῖς ἁγίων πατράσιν, γνώμῃ καὶ συνοδῇ καὶ ψήφῳ τοῦ πανευφήμου βασιλέως, συνεγράφησαν καὶ ἐπεκυρώθησαν. ὅμως γε μὴν μεγάλην ῥοπὴν τοῖς θείοις κανόσιν οἱ φιλόθεοι ἐκπορίζουσι νόμοι· τὰ μὲν ἐκείνοις συμφέροντες, τὰ δὲ καὶ ἀναπληροῦντες, ἅπερ ἐκείνοις ἔδει ὅπου ἔδρασαν.

## CAPUT VI.

## *De Canonico.*

Vide leges in xxviii. capite literæ X. positas.

## ΚΕΦ. ς'.

## Περὶ κανονικοῦ.

Ζήτει τοὺς κειμένους νόμους ἐν τῷ κη'. κεφαλαίῳ τοῦ Χ. στοιχείου.

## CAPUT VII.

## *Quòd Clericum in cauponam ingredi non decet.*

Ηλίας ὁ θεοσεβέστατος φρεσβύτερος καὶ τοποτηρητὴς Ιεροσολύμων καὶ Κοσμᾶς ὁ φρίσβις Αλεξανδρείας εἶπον, ἀνάθεμα τὺς ἄλλο τι φρὸ τούτων φρονοῦντας, ἀνάθεμα τὺς μὴ τὸν κοινὸν σύμβολον ὁμολογοῦντας τῆς πίστεως.

Ex τῶν κανόνων τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ταύτης συνόδου, C
ἀπὸ τοῦ νομοκανόνος ληφθέντων, ὧν ἡ ἐπιγραφὴ
ἐν τῷ νομοκανόνι ἔχει ὅτως,

Κανόνες ἐκτεθέντες φρὸ τ ἁγίας συνόδου τ ἐν τῇ φρωτυμῳ καὶ ἐπωνύμῳ ναῷ τῆς τ θεοῦ λόγου σοφίας συστάσης, καὶ τ ζ. καὶ οἰκουμενικὴν σύνοδον ὑποβεβαιωσάσης, πάσῃ δὲ σχισματικῇ καὶ αἱρετικὴν πλάνῃ ἀπελαυσάσης.

*E Canonibus sanctæ & œcumenicæ istius Synodi, qui ex Nomocanone sumpti fuerunt, quorum inscriptio in Nomocanone sic se habet,*

Canones à sanctâ Synodo in celebri templo idem cum Deo verbo Sapientiæ cognomen sortito congregatâ, quæ septimam œcumenicam Synodum confirmavit, omnem autem Schismaticum & hæreticum errorem proscripsit.

## ΚΑΝΟΝΕΣ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΤΑΥΤΗΣ ΣΥΝΟΔΟΥ.

### Κανὼν α'.

ΩΡΙΣΕΝ ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος αὕτη, ὥστε εἴ τινες τ ἐξ Ιταλίας κληρικοὶ ἢ λαϊκοὶ ἢ ἐπισκόπων τὴν Ασίαν ἢ τὴν Εὐρώπην ἢ τὴν Λιβύην διατρίβοντες, ὑπὸ δεσμὸν ἢ καθαίρεσιν ἢ ἀναθεματισμὸν φρὸ τ ἁγιωτάτου πάπα Ιωάννου ἐγένοντο, ἵνα ὦσιν οἱ τοιοῦτοι καὶ φρὸ τοῦ ἁγιωτάτου Φωτίου παρχιάρχου Κωνσταντινουπόλεως ἐν τῇ αὐτῇ τῆς ἐπιμίας ὅρῳ τυγχάνοντες, ἢ καθῃρημένοι ἢ ἀναθεματισμένοι ἢ ἀφορισμένοι· ὡς μέντοι Φώτιος ὁ ἁγιώτατος ἡμῶν πατριάρχης, κληρικοὺς ἢ λαϊκοὺς ἢ τοῦ ἀρχιερατικοῦ καὶ ἱερατικοῦ τάγματος, ἐν οἱασδήποτε φροικίᾳ, ὑπὸ ἀφορισμὸν ἢ καθαίρεσιν ἢ ἀναθεματισμὸν ποιήσῃ, ἵνα ἔχῃ αὐτοὺς καὶ ὁ ἁγιώτατος πάπας Ιωάννης, καὶ ἡ κατ' αὐτὸν ἁγία τοῦ θεοῦ Ρωμαίων ἐκκλησία ἐν τῇ αὐτῇ τ ἐπιμίας κείμενα, μηδὲν τῶν φρεσβύντων φρεσβείων τῷ ἁγιωτάτῳ θρόνῳ τ Ρωμαίων ἐκκλησίας, μηδὲ τῇ ταύτης φρεδρίᾳ, ὅ σύνολον κεκινοτομημένων, μηδὲ νῦν μηδὲ εἰς τὸν μετέπειτα. F

### Κανὼν β'.

Εἰ καὶ μέχρι τ νῦν ἔνιοι τ ἀρχιερέων, εἰς ὃ τῶν μοναχῶν κατιόντες σχῆμα, ὅτι τῇ τῆς ἀρχιερωσύνης ἐβιάζοντο ἁγιότητι ὕψει, καὶ τοῦτον φρετίοντες φρόρρητο· ἀλλ' οὖν ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ αὕτη σύνοδος, καὶ τοῦτο ῥυθμίζουσα τὸ φρόσταγμα, καὶ φρὸς τὰς ἐκκλησιαστικὰς θεσμοὺς τ ἄτακτον ταύτῃ ἐπιφαγοῦσαν τάξιν, ὥρισεν, ἵνα εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ εἴ τις ἄλλος τοῦ ἀρχιερατικοῦ ἀξιώματος φρὸς τὸν μοναδικὸν θελήσειε καταλιθεῖν βίον, καὶ τὸν τ μετανοίας τόπον ἀναπληρῶσαι, καὶ μηκέτι τοῦτον τ ἀρχιερατικῆς ἀντιποιεῖσθαι ἀξίας·

## CANONES ISTIUS SANCTÆ SYNODI.

### *Canon I.*

STATUIT hæc sancta & œcumenica Synodus, ut si qui ex Italiæ Clericis vel Laicis vel Episcopis, in Asiâ vel Europâ vel Libyâ versantes, sub vinculo vel depositione vel anathematizatione apud sanctissimum Papam Joannem fuerint, ut ii quoque apud Photium sanctissimum Patriarcham Constantinopolitanum in eadem sint pœnæ definitione; id est, vel depositi vel anathematizati vel segregati; & quos etiam Photius sanctissimus noster Patriarcha, Clericos vel Laicos vel Episcopalis aut Sacerdotalis ordinis, in quacunque Parœciâ, segregationi vel depositioni vel anathematizationi subjecerit, sanctissimus quoque Papa Joannes & sub illo sancta Dei Romanorum Ecclesia eos in eodem pœnæ judicio habeat; privilegiis, quæ sanctissimæ Romanorum Ecclesiæ Sedi & ejus Antistiti conveniunt, nihil penitus innovatis, neque nunc neque in posterum.

### *Canon II.*

Licèt hucusque Antistites nonnulli ad Monachorum habitum descendentes, in summi Sacerdotii altitudine permanere vi nitebantur, cum hoc facerent neglecti sunt; sancta igitur & œcumenica hæc Synodus, & istam negligentiam corrigens, & ad Ecclesiasticas regulas inordinatam istam Actionem redigens, statuit, ut siquis Episcopus, vel aliquis alius ex Pontificali dignitate ad Monasticam vitam descendere in animo habuerit, & pœnitentiæ locum implere, ut non ampliùs ille Pontificalem dignitatem usurpet.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

(Monachorum enim professiones subjectionis rationem habent, non autem disciplinæ vel primatûs; non alios pascere, sed ipsos pasci profitentur) non amplius quisquam in Pontificalem vel Pastorum catalogum recensitus, ad eorum, qui pascuntur & pœnitentiam agunt, locum seipsum demittat. Si quis igitur post enunciationem & declarationem hujus sententiæ editæ tale quoddam facere ausus fuerit, ipse Pontificali gradu sese privans, nequaquam amplius ad priorem dignitatem, quam factis improbavit, revertetur.

Αἱ γὰρ τῶν μοναχῶν συνδρομαὶ ὑποταγῆς λόγον ἔχουσι μόνον, ἀλλ' οὐχὶ διδασκαλίας, ἢ προεδρείας· οὐδὲν ποιμαίνειν ἄλλους, ἀλλὰ ποιμαίνεσθαι ἐπαγγέλλονται· μηκέτι πρὸς τῷ ὁσιαρχικῷ καταλόγῳ καὶ ποιμένων ὀξεταζομένων, εἰς τὸν τῶν ποιμαινομένων καὶ μεδιμοσιώτων χώραν ἑαυτὸν καταβιβάζειν. εἰ δέ τις τῶν τολμήσειε προαχθεὶς μὴ τῇ ἀποφάνσει καὶ διαγνώσει καὶ τῷ νῦν ἐκπεφωνημένῃ ψήφῳ, αὐτὸς ἑαυτὸν τῷ ἀρχιερατικῷ ἀποστήσας βαθμῷ, οὐκέτι πρὸς ὃ πρόσθεν, ὅσῳ δι' ὧν ἔπραξεν, ἀξίωμα ἐπιμαστρέψῃ.

## *Canon III.*

Κανὼν γ'.

Siquis Laicus authoritate usus, divinis quidem & regiis jussis contemptis, & reverendis Ecclesiæ ritibus & legibus irrisis, Episcopum aliquem verberare ausus fuerit, vel in carcerem conjicere, vel absque causâ, vel causâ aliquâ confictâ, is sit anathema.

Εἴτις τῶν λαϊκῶν αὐθεντήσας, καὶ καταφρονήσας μὲν τῶν θείων καὶ βασιλικῶν προσταγμάτων, καταγελάσας δὲ καὶ τῶν φερομένων τῆς ἐκκλησίας θεσμῶν καὶ νόμων, τολμήσῃ ὁπωσοῦν τινα τύψαι ἢ φυλακίσαι, χωρὶς αἰτίας ἢ ἐκ συμπλοκάμβου αἰτίαν, ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω.

## *Ex Epistola Photii ad Marinum Castellensem Episcopum.*

Ἀπὸ τῆς ἐπιστολῆς Φωτίου πρὸς Μαρῖνον Καστέλλης ἐπίσκοπον.

Hæc verò excerpta sunt ex Becci oratione, cujus initium est, Felix quidem proculdubiò fuisset, si simplex & plana Evangelii prædicatio in Christi Ecclesiâ in perpetuum emicuisset.

Ταῦτα δὲ προεξεβλήθησαν ἀπὸ λόγου τοῦ Βέκκου, οὗ ἡ ἀρχὴ, Ἦν ἂν μακάριον ἀληθῶς, εἰ μὴ τοῦ εὐαγγελικοῦ ἁπλοῦ τι καὶ ἀνεξίκακον τῇ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίᾳ διέλαμπεν εἰς ἀεί.

Hæ Epistolæ ad Antistites Romanos per sanctissimum Patriarcham Photium scriptæ fuerunt post Synodum, inter duas Ecclesias ratâ unione.

Αὗται αἱ ἐπιστολαὶ ἐξεφωνήθησαν πρὸς τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Φωτίου πρὸς Ρωμαίους ἀρχιερεῖς μετὰ τὴν συνοδον, πεπληρωμένης τῆς ἑνώσεως τῆς ϛ'. ἐκκλησιῶν.

Læsis nobis, quando judicum subsellia occupabam, forsan tentabaris, injuriam verò inferentibus resistere, à Deo nobis poteſtate datâ, periculum facere noluisti: sin verò coràm sistere, tunc autem juvante Deo loqui, fiduciam habuisses, & vetus suffragium & præsentem ignaviam, non ex quibus pœnas dabas, sed unde amicitiam percepisti, multùm condemnâsses. Et ne inanes sermones tibi videantur, quæ dicta sunt, pretiosorum lignorum particulas auro inclusas, retributionis primitias, sanctitati tuæ misimus. Tu autem vale, & ne ignores veræ amicitiæ leges, quæ non [tantum] ex rebus prosperis, sed & adversis non minus, ut Dominica mihi testantur oracula, optima illa & Deo dignissima, nascitur. Gratiam verò petimus (& vide in quantam confidentiam statim profilui) at quam mihi inverecundum esset accipere, & tibi optimum præbere; ut si quis virtutem tuam, sive sponte sive invitus, contristare unquam permotus fuerit (& hujusmodi plena sint humana) mediocritatis nostræ erga te affectum in exemplum adversus delinquentem producas, & pœnas ab illo exigere iis æquales, quas ipse à nostra mediocritate exegisti.

Ἀδικουμένων ἡμῶν, ὅτε κριτῶν καθέδραν ἐπεῖχον, ἴσως ἐπεφάνης, ἀμύνασθαι δὲ τοὺς ἀδικοῦντας, λαβόντων ἡμῶν θεόθεν ἐξουσίαν, εἰς πρᾶξιν ἐλθεῖν οὐκ ἠθελήθης· εἰ δὲ ἐθαῤῥήσας εἰς ὄψιν καταστῆναι, τότε ἂν σοὶ θεῷ δὲ φράσαι, καὶ τὴν πάλαι ψῆφον καὶ τῶν νῦν ὄκνον, οὐκ ἐξ ὧν ἐδίδους δίκας, ἀλλ' ἐξ ὧν ἀπέλαβες φιλίαν, πολλοῦ ἂν τὸ καταγνῶναι καταψηφίζου. καὶ ἵνα μὴ κενότης σοι λόγων δόξῃ τὰ εἰρημένα, ἀνθρόας ἀμύνης, τιμίων ξύλων μερίδας χρυσῷ καταπεθειμένας, τῇ σῇ πεπόμφαμεν ἱερότητι. σὺ δέ μοι ἔρρωσο, καὶ μὴ ἀγνοήσῃς θεσμοὺς ἀληθοῦς φιλίας, ἥτις οὐκ ἐξ ὧν ἄν τις εὖ πάσχοι, ἀλλὰ καὶ ἐξ ὧν κακῶς ἔσθ' ὅλως τοῦτο, ὡς γέ μοι τὰ κυριακὰ βούλεται λόγια, ἄριστά τε καὶ θεοπρεπέστατα, φύεται. αἰτοῦμεν δὲ χάριν· καὶ ὅρα σὺ δὴ εἰς ὅσον παῤῥησίας ἀνέθραμμεν· ἀλλ' οὖν καὶ ἐμοί τι λαβεῖν ἀνεπαίσχυντον, σοί τι πρόσχημα ἄμεινον, ὡς εἴ τίς ποτε λυπήσαι τὴν σὴν ἀρετὴν, εἴτε ἑκὼν εἴτε ἄκων προσπέσοι· ἐμοὶ καὶ τῶν ζώντων τὰ ἀνθρώπινα· τὸν τῆς ἡμετέρας μετριότητος. πρέπει σε καθέζειν πρὸς τὸ ἐξημαρτηκότα ποιεῖσθαι πρόσθεσιν, καὶ δίκας τὸν ἴσον ἀπαιτεῖν πρὸς αὐτὸν, ὃν αὐτὸς πρὸ τῆς ἡμῶν εἰσπροσήξεως μετριότητος.

## *Ex Epistola Photii ad Gauderichum Veletriæ Episcopum: & hoc ex Becci Oratione exscriptum fuit.*

Ἀπὸ τῆς ἐπιστολῆς τοῦ Φωτίου πρὸς Γαυδέριχον Βελιτρείας ἐπίσκοπον· καὶ τοῦτο ἀπὸ λόγου τοῦ Βέκκου ἀπεγράφη.

Qui sine ulla prævia pugna seu contentione seinvicem amicitia conjungunt, mutuam benevolentiam utplurimùm certa mensura distribuentes, & immaturam solutionem timentes, amorem plerumque ad invicem negligentiùs servant: quibus verò contigit, ex præexercitato odio aut diffidio in charitatem redire, eo, qui injuriâ affectus est, ad pulchram hanc

Οἱ χωρίς τινος ἡσυχαμένης μάχης ἢ τοῦ ἑτοίμου εἰς φιλίαν ἀλλήλοις συναπτόντες, τὴν παῤ' ἀλλήλων ὡς ὅτι μάλιστα διαμενεμένην ἔννοιαν, καὶ τὴν προκαταβολὴν ἀναμένοντες, ῥᾳδιουργότερον τὸ φίλτρον πρὸς ἀλλήλους ὡς τὰ πολλὰ διασώζουσιν· οἷς δὲ συνέπαθεν ὁπροκαταλαμβάνοις ἀπεχθείας ἢ διαστάσεως εἰς ἀγάπην διαλύσασθαι, τῷ ἠδικημένῳ μάλιστα τῆς καλῆς ταύτης καταρξάμενος διαθέσεως, ὅτῳ τὸ φιλεῖσθαι

φιλίαν αἰχνίλω, ὃ δὴ θεοσδικον, ποιήσηται, αὐτὸ τῶν θεσμῶν τὴν σπουδαιοτέραν εἰς τὰς τῆς ἀληθοῦς φιλίας νόμους διέγειρον σπουδάζουσι χωὼ διὰ ταῦτα οἱ, ἐξ ὧν τοῖς παλαιοῖς σκανδάλων ἡ αἰτία μάλιστα διελύθην, ἵνα μήτον μηδεμίαν τοιαύτη θεσφατῆ χώραν ἐμποδίζειν, ἀλλὰ δὴ τὰ φιλτάτοις τῇ φιλοτιμίᾳ τῆς ὀργῆς δὴ δύσμνειας εἰς λήθην βαθεῖαν ἀπελαύνειν. ἡμεῖς μὲν οὖν, ὡς ἂν δὴ αὐτὸς ἐναλένιζων τῇ ἀληθείᾳ βοῶσι, θεοῖς ἡ φίλοις πάλαι δίχα θέσιν ὀν αἰχνῷ πνεύματι καθαρὸν φιλίαν ἀναδιμεθα· σὸν δ' ἂν εἴη συλκυστῆν δὴ αὔξειν ταύτην, δὴ μὴ ὥσπερ ῥέοντι τῆς ὀργῆς σβέσαι μὲ ἀναρριπτοῦσι φλόγα πλικαυτίνω δηΐν φιλῆσαι, ἀναθαλλίνω δὲ θερμοτέραν, ἵνα ὁ τῆς ἀγάπης νόμος. ἐξ αὐτῆς ῥίζης ἀπέτημε κακίαν, δὴ πάσης μνήμης ἡμῶν ἐκτεθείκει δὴ λήθης. διὸ δὴ ταύταις τῇ συλλαβαῖς, οἷα δὴ χείλεσι δίχα δόλου εἰλικρινοῦς, θεσπασόμεθά σε τὴν ἱερότητα, δὴ τῷ φιλοῦντι δώρῳ, σύμβολον ἐπέχοντι δεξιώσεως, τὴν ζηλωτὸν ἐξοχειώμεθα μακαριότητα.

A disposition maximè provocante, ii, quod infamiam præveniat, ut par est, facientes, illud ipsum ad veræ amicitiæ leges diligentiorem incitationem esse inveniunt. Propter hæc igitur connituntur ii, qui scandalis olim occasionem maximè dederunt, non solum ut nullum in posterum huic prætextui locum præbeant, sed etiam profundæ oblivioni darent, quæ ante amoris & redintegrationis desiderium acciderunt. Nos igitur, quemadmodum & tu intentis oculis veritatem aspiciens diceres, cum non amica olim fuerit dispositio, ad puram in Spiritu B sancto amicitiam adhortamur. Tuum quidem sit illam invitare & augere, & non affectûs inconstantiâ, tantam quidem divini amoris accensam flammam extinguere, malitia verò germinet efficere, quam amicitiæ lex ab ipsis radicibus evulsit, & ab omni nostra memoria & cogitatione exterminavit. Ideoque & his literis, tanquam sinceri affectûs labiis sanctitatem tuam deosculamur, &, misso dono, Symbolum amicitiæ præ se ferente beatitudinem tuam conciliamus.

Ἀπὸ τῆς ἐπιστολῆς Φωτίου πατριάρχου πρὸς Ζαχαρίαν Ἀναγνίων ἐπίσκοπον· C τοῦτον ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ λόγου τοῦ Βέκκου μετεγράφη.

*Ex Epistolâ Photii Patriarchæ ad Zachariam Anagninorum Episcopum; & hoc ex eâdem Becci Oratione transcriptum fuit.*

Τῶν παλαιῶν τινα φασὶ, Θεοδέκτης οἶμαι τῷ ἀνδρὶ τοὔνομα, αἰτησάμενον ὧν ὁ χρεία καθεστήκει, μὴ μόνον εὑρεῖν φίλον πρὸς ὃ μέτρον τῆς αἰτήσεως ἀφανασάντα, ἀλλὰ δὴ φιλοτιμώτερον ἀφανδέντα σὺν ἐλαττόσι προσθήκαις τὴν αἴτησιν ἐκπληρῶσαι· τοῦτο μέν ἴσως ἔργον ἦν τῆς Ἰσιδώρου φιλοτιμίας, οὕτω γὰρ ὠνομάζετο, σὺν δυσχερείᾳ δὲ τῆς τοῦ φίλου διανοίας. ὁ γὰρ τὴν αἴτησιν ὑποτείνων, ὡς ὕβριν λαβὼν τὴν προσθήκην, ἀπέπεμψε δὴ τὰ αἰτηθέντα, ἡ κρείνας ἀληθοῦς δὴ γνησίας ἀγάπης, ἔτι D δεόμενον τινὸς πρὸς φίλου ὑπ' αἰσχύνης τὴν χρείας ὀλίζητεῖν δὲ ἐλάττω, μᾶλλον δυνατῷ πρέχειν καθεστηκότα, οὔτε μὴν δὴ πρέχοντα αἰσχύνην ὑπολαμβάνειν τῇ φίλῳ προσθήκῃ δώρων τὴν ὕβριν δίχα θοῦσαν νομίζειν· ποῦ γὰρ ἔστιν ὁ κανὼν τῆς φιλίας νόμου, ὅπου ὁ μὲν βαρύνειν, ὁ δὲ μὴ χαίρειν, δὴ ζητεῖν μὴ ψήφῳ λόγων, ἀλλ' ἔργων ἐνδείξει καταγινώσκῃ τῷ φίλῳ; ἵν' οὖν, ὦ φίλων ἄριστε, μὴ αὐτὸ τοῦτον δὴ ἡμῖν ἀπαλλήσῃ, ὀκεῖνα μόνον ἅτερ ἤτησας τῆς παλαιᾶς δὴ νέας φιλίας πεπομφαμεν σύμβολα· εἰ δὲ τι δὴ ἑτέρων τινῶν δεήσῃ, ἀλλ' ἴσως δόξω κἀγὼ τάτῳ νυνὶ δὴ ῥήματι τῆς ἀληθοῦς φιλίας ἐκφέρεσθαι, πλεῖόν ὁ- E μοίως ἡμᾶς ὥσπερ νῦν εὑρήσεις· τὸ δ' ἐπὶ ὑμῶν σπουδήν, εἰ δὲ μὴ τῆς σπουδῆς ἄξιον ἠκολούθησε τὸ πέλος, ὡς εἰς τὸ μεῖζον ἀπίδῃ, ὕτως αὐτὸ ἀποδεχόμεθα· ἴσμεν γὰρ, ἴσμεν ὡς ὅπαν, ὅπ τὰ τέλη δὴ τῆς καιρῶν ὑποβάλλεται κρίσιν, δὴ τῇ τῶν πραγμάτων φορᾷ φιλῆ πῶς συμπεριάγεσθαι· τῆς δὲ ἀγαθῶν δὲ δὴ τὸ σπουδὴν ὁ δὴ ἀληθοῦς ἀγάπης ἔτεμος οἶδε δοκιμάζειν, δὴ δὴ χαίρειν, ἡ πρὸς ἄλλο τι τῆς ἔξωθεν συμπιπτόντων, ἀλλὰ πρὸς αὐτὸ ἀναφέρῃ τὸ ὁρμὴν τῆς γνώμης. ὅπ δὲ τὰ ἔργα πολὺ δὴ ἡμετέρας ὀπιμελείας ἡ μόνον καθέστηκεν, ἀλλὰ δὴ ὀκ τοῦ ἐνδρτίου συνέπεσεν, οἶμαι τὸ σὸν συνίεσιν δὴ χωρεῖς ἡμῶν ἀκριβέστερον γινώσκειν· δὴ ὑκ ἂν ἀπεμνημόνευσα, εἰ μὴ κἀγὼ μὴ θαῤῥεῖν πάντα τοῖς φίλοις ὑπ' ἀληθείᾳ δικαζούσῃ ψῆφον ὑφορέμενον. Τὰ δ' ἄλλα, ἐῤῥῶσθαί σε τὸ ἱερὸν δίχομεθα κεφαλὸ, δὴ πάντων ἐχθρῶν φανερῶν δὴ ἀοράτων, κρείττονα θεραπεῦσθαι, προσβολῆς τῆς ὑπερδεξίου διανοίας ἡμῶν θεοτόκου, δὴ πάντων τῶν ἁγίων. Ἀμήν.

Ex veteribus quendam dicunt, viro nomen Theodecten puto, quibus opus habuit rogantem, non solùm amicum inveniſſe, qui ad petitionis ejus modum exsurrexit, sed etiam magnificentiùs constituit non exiguis additionibus ejus petitionem explere. Hoc quidem opus fortasse fuit Isidori magnificentiæ (ita enim nominabatur) non verò amici sententiæ scopus. Qui enim petitionem exhibuit, accessionem pro opprobrio habens, petita etiam remisit; non veræ genuinæque charitatis indicium existimans, aut qui ut aliquid ab amico rogat, præ verecundia minus, quàm sibi opus sit, requirat, maximè si possit necessaria præbere; aut quidem, ut qui beneficium præstat amicum dedecore afficiens, donorum additione contumeliam diminuere existimet. Ubi enim est pura amicitiæ lex, quando hic quidem donis opprimendo, ille verò minus fidendo, idque non verbis, sed ipso opere amicum condemnaret? Ut igitur, ô amicorum optime, hoc ipsum nobis non contingat, illa solùm, quæ petiisti, veteris & novæ amicitiæ symbola misimus; si forsan & aliis quibusdam opus sit, (at ego quidem existimo ab isto veræ amicitiæ vocabulo impræsentiarum efferri) certe eodem modo nos ac nunc invenies: studium verò erga vos, licèt finem amore dignum non fuerit assecutum, nos illud, ac si majus fuisset, approbamus. Scimus enim, scimus omnino, quod eventus temporum judicium supponunt, & rerum motione quodammodo circumduci solent. Bonorum autem studium probare novit veri lex amoris, & gratiam, non ad ea quæ ab extra contingunt, sed ad ipsum refert mentis impetum. Quod verò sæpè opera nostræ diligentiæ non solùm à tergo, sed etiam ex adverso contigerint, credo prudentiam tuam vel absque nobis accuratè cognoscere; & non commemorâssem, nisi & ego omnia amicis concredere sub veritate calculum discernente non reformidarem. Cætera, Te sacrum caput valere jubemus, & omnium inimicorum visibilium & invisibilium offensionibus & damnis superiorem conservari, intercedente glorioſissimâ dominâ nostrâ Deiparâ, & omnibus sanctis. Amen.

F

*Ex Affibus*

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

A

*Ex Actibus ſanctæ Synodi, quæ unionis cauſa fuit, tempore ſanctiſſimi Patriarchæ Photii.*

Siquis verò aliam expoſitionem, præter hoc ſacrum ſymbolum, quod deſuper à beatis & ſanctis Patribus noſtris ad noſtra uſque tempora deſcendit, componere auſus fuerit, & fidei definitionem nominare, & à divinorum illorum virorum confeſſionis dignitate detrahere, & illam propriis ſuis inventionibus tribuere, & tanquam commune documentum fidelibus illud proponere, vel B iis etiam qui ex hæreſi quadam reverſi ſunt, & ſpuriis verbis, vel additione, vel ſubductione ſancti illius & venerabilis [ dogmatis ] antiquitatem adulterare audax præſumpſerit, juxta præſentem & antiquam fidem à ſanctis & œcumenicis Synodis editam, ſi quis equidem ex ſacratis ſit, depoſitioni omnino ſubjicimus; ſi verò ſit Laicus, anathemate damnamus.

Et poſt lectionem ſacer iſte confeſſus, qui præſens erat, exclamavit, omnes ita ſentimus, ita credimus, in iſta confeſſione & baptizati fuimus & ſacerdotali gradu dignati. Qui aliter ſentiunt, illos tanquam Dei ini- C micos & veritatis exiſtimamus.

Siquis præter hoc ſanctum Symbolum aliud præſcribere auſus fuerit, vel addere, vel diminuere, & definitionem nominare audax præſumpſerit, condemnatus & omni Chriſtiana ſocietate abjectus ſit. Auferre autem vel addere imperfectam erga ſanctam & conſubſtantialem Trinitatem ad hunc uſque diem deſuper deſcendentem noſtram confeſſionem eſſe oſtendit; & apoſtolicam traditionem & Patrum doctrinam condemnat.

D

*A Synodico [ conſeſſu. ]*

Ignatii, Photii, Stephani, Antonii, & Nicolai ſanctiſſimorum & orthodoxorum Patriarcharum æterna ſit memoria.

Omnia, quæcunque contra ſanctos Patriarchas, Germanum, Taraſium, Nicephorum, & Methodium, Ignatium, Photium, Stephanum, Antonium, & Nicolaum, ſcripta vel dicta ſunt, anathema.

E

FINIS.

Από τῶν πρακτικῶν τῆς ἁγίας συνόδου τῆς γενομένης ἐπὶ τοῦ θείου πατριάρχου Φωτίου.

Εἰ δέ τις ἑτέραν ἔκθεσιν παρὰ τὸν δι' ἡμῶν σύμβολον, ὃ ἄνωθεν ἐκ τῶν μακαρίων καὶ ἱερῶν πατέρων ἡμῶν μέχρις ἡμῶν διαφοιτῆσαν, τολμήσειεν διαγράψασθαι, καὶ ὅρον πίστεως ὀνομάσαι, συλλῆσαί τι τοῦ ἀξίωμα τῆς τῶν θεοσεβῶν ἀνδρῶν ὁμολογίας, καὶ ταῖς αὐταῖς διαιρεσιλογίαις τοῦτο περιάψαι, καινόν τι μάθημα τοῦτο προσθεῖναι πιστοῖς, ἢ καὶ τοῖς ἐξ αἱρέσεως ἐπιστρέφουσι, καὶ ῥήμασι νόθοις, ἢ προσθήκαις, ἢ ἀφαιρέσεσι, τὸ ἀρχαιότιμον τοῦ ἱεροῦ τούτου καὶ σεβασμίου καταικοδομῆσαι ἀποθρασυνθείη, καὶ τὸ πρὸ ἡμῶν ἐξενεχθὲν παρὰ τῶν ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν συνόδων, εἰ μὲν τοῦ ἱερομήνων εἴη τις, τελεσθήσεται καθυποβάλλομεν, εἰ δὲ τοῦ λαϊκοῦ, τῷ ἀναθέματι παραπέμπομεν.

Καὶ μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν ὁ τῶν ἱερέων σύλλογος ἐξεβόησε, πάντες οὕτω φρονοῦμεν, οὕτω πιστεύομεν, ἐν ταύτῃ τῇ ὁμολογίᾳ ἐβαπτίσθημέν τε καὶ τοῦ ἱερατικοῦ βαθμοῦ ἠξιώμεθα. τοὺς ἑτέρως δὲ τῶν φρονούντας ὡς ἐχθροὺς θεοῦ καὶ τῆς ἀληθείας ἡγούμεθα.

Εἴπις δὲ τολμήσει τοῦτο τὸ ἱερὸν σύμβολον τολμήσει ἕτερον ἀναγράψασθαι, ἢ προσθεῖναι, ἢ ὑφελεῖν, καὶ ὅρον ὀνομάσαι ἀποδρασυνθείη, καθαιρεῖσθω, καὶ πάσης Χριστιανικῆς πολιτείας ἀποβλήσθω. ὃ γὰρ ἀφαιρεῖν ἢ προσθεῖναι ἀτολμᾷ τὴν εἰς τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον τριάδα μέχρι σήμερον καλιῶσαν ἀνέκαθεν ἡμῶν ὁμολογίαν δείκνυσι, καὶ τῆς τε ἀποστολικῆς παραδόσεως, καὶ τῶν πατέρων διδασκαλίας καταγινώσκει.

Από τῦ Συνοδικῦ.

Ιγνατίου, Φωτίου, Στεφάνου, Αντωνίου, καὶ Νικολάου τῶν ἁγιωτάτων καὶ ὀρθοδόξων πατριαρχῶν αἰωνία ἡ μνήμη.

Απαντα τὰ κατὰ τῶν ἁγίων πατριαρχῶν, Γερμανοῦ, Ταρασίου, Νικηφόρου καὶ Μεθοδίου, Ιγνατίου, Φωτίου, Στεφάνου, Αντωνίου καὶ Νικολάου, γραφέντα ἢ λαληθέντα, ἀνάθεμα.

ΤΕΛΟΣ.

F

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ΠΡΑΞΕΙΣ ΤΗΣ ΓΕΝΟΜΕΝΗΣ

ἐν

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΙ ΟΓΔΟΗΣ ΣΥΝΟΔΟΥ,

ΕΠΙ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ, ΛΕΟΝΤΟΣ ΚΑΙ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ,

κυρούσης καὶ βεβαιούσης τοῖς ἐν τῇ ἁγίᾳ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ τοσαυτάκις

ἐν Νικαίᾳ τῇ δευτέρᾳ.

# ACTA
# OCTAVÆ SYNODI,
## Quæ
# CONSTANTINOPOLI CELEBRATA FUIT,
## SUB IMPERIUM BASILII, LEONIS ET ALEXANDRI,

ad ea, quæ in ſanctâ & œcumenicâ Synodo Nicææ ſecundò habitâ acta fuerunt, confirmanda & ſtabilienda.

ΒΑΣΙΛΕΥΣΑΝΤΕΣ οἱ θεοσεβέστατοι βασιλεῖς, Βασίλειος, Λέων καὶ Ἀλέξανδρος, καὶ ὁρῶντες τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν τῆς παλαιᾶς Ῥώμης λυμαινομένην ταῖς αἱρετικαῖς, καὶ τὴν ἑβδόμην οἰκουμενικὴν συνόδον μὴ καταδεχομένην συναριθμεῖσθαι ταῖς ἑπτὰ ἁγίαις καὶ οἰκουμενικαῖς συνόδοις, παρακαλεσάμενοι διὰ γραμμάτων τὸν πανάγιον πάπαν κύριον Ἰωάννην, καὶ Ἀλεξάνδρειας κύριον Μιχαὴλ, καὶ τοὺς ἁγιωτάτους πατριάρχας, τὸν Ἀντιοχείας κύριον Θεοδόσιον, καὶ τὸν Ἱεροσολύμων κύριον Θεοδόσιον καὶ αὐτὸν, καὶ τοὺς πανταχοῦ ἀρχιερεῖς καὶ ἐλλογίμους ἄνδρας, εἰς διασάφησιν καὶ βεβαίωσιν τῶν εὐσεβείας τῆς ὀρθῶν δογμάτων τῆς τοῦ Θεοῦ ἁγίας ἐκκλησίας, καὶ πέμψαντες οἱ ἁγιώτατοι πατριάρχαι καὶ ὁ πάπας τοὺς ἀπὸ τοποτηρητὰς ἐν Κωνσταντινουπόλει.

CUM Imperium tenebant religioſiſſimi Imperatores, Baſilius, Leo & Alexander, & cùm advertiſſent ſanctam Dei Eccleſiam veteris Romæ ab hæreticis corruptam fuiſſe, ſeptimamque œcumenicam Synodum inter alias ſanctas ſex & œcumenicas Synodos connumerari minimè admiſiſſent, per literas convocârunt ſanctiſſimum Papam Dominum Joannem, Dominum Michaëlem Alexandrinum, & ſanctiſſimos Patriarchas, Dominum Theodoſium Antiochiæ, & alterum Dominum Theodoſium Hieroſolymitanum, & omnes ubique Antiſtites & celebres viros, ad pia & recta dogmata ſanctæ Dei Eccleſiæ ſtabilienda & confirmanda; atque adeò ſanctiſſimi Patriarchæ & Papa ſuos Legatos Conſtantinopolin miſerunt.

Πρᾶξις α'. ἐν μηνὶ Δεκεβρίῳ ἡμέρᾳ κδ'. ἐν τῇ παραμονῇ τῆς Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν γεννήσεως.

*Actio i. menſe Decembri die xxiv. in Vigiliâ Nativitatis Chriſti Dei noſtri.*

Περικαθεζόντος Φωτίου τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως ἐν τῷ μεγάλῳ καὶ σύνοδος Σεκρέτῳ, καὶ συγκαθεζόντων αὐτῷ τῶν ἁγιωτάτων τοποτηρητῶν τῆς παλαιᾶς Ῥώμης καὶ τῶν ἀνατολικῶν θρόνων, ἔτι δὲ καὶ πάντων τῶν θεοφιλεστάτων μητροπολιτῶν καὶ ἐπισκόπων, Πέτρος ὁ θεοφιλέστατος διάκονος καὶ πρωτοκουρεύτης εἶπεν, ὁ μητροπολίτης Μαρτυρουπόλεως ἄρτι παραγενόμενος ἀπὸ τοῦ Θεουπόλεως ἤγουν Ἀντιοχείας πατριάρχου, ὃν τε τύπον ἐπέχων αὐτοῦ, συμπαρεύεται δὲ καὶ τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Ἱεροσολύμων γράμματα, σοῦ τῆς πυλῶν ἵστασθαι, καὶ εἰ κελεύσῃ ἡ ἁγιότης ὑμῶν εἰσελθεῖν αὐτόν;

Præſidente Photio ſanctiſſimo Patriarchâ Conſtantinopolitano in magno & ſancto Secretario, & conſidentibus illi ſanctiſſimis Legatis veteris Romæ & orientalium Sedium, inſuper & omnibus Deo amabilibus Metropolitis & Epiſcopis, Petrus Deo amabilis Diaconus & Protonotarius dixit, Metropolita Martyropolis nuper à Theophilis ſive Antiochiæ Patriarchâ adveniens, ejuſque locum tenens, qui etiam ſanctiſſimi Patriarchæ Hieroſolymitani literas adfert, præ foribus ſtat; num jubet veſtra ſanctitas ut is ingrediatur?

Ἡ ἁγία συνόδος εἶπεν, Εἰσίτω.

Sancta Synodus dixit, Ingrediatur.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Postquam igitur ingressus erat, & ex more Photio sanctissimo Patriarchæ venerationem & honorem exhibuerat, compositâ iterum sanctâ Synodo, tandem Petrus religiosissimus Presbyter & Cardinalis dixit, Quoniam Dei gratiâ omnia scandala de medio sublata sunt, & veritas ex inquisitione illustrior evasit, & lumine Dei Ecclesia illuminata sit, jam pacem & concordiam consecuta, atque instat nunc Eucharistiæ celebrandæ tempus, & sacra mysteria peragi debent; si vestræ sanctitati visum fuerit, Totus qui huc confluxit sanctissimus conventus unà cùm nostrâ mediocritate, sancti & divini ministerii cum Photio sanctissimo Patriarchâ mysteria peragamus.

A

B

Εἰσελθὼν οὖν, καὶ πρὸ ὀξέος ἔθους προσκυνήσιν καὶ ὅσίας ποιησάμενος πρὸς Φώτιον, τὸν ἁγιώτατον πατριάρχην, καὶ συγκροτηθείσης τῆς ἁγίας συνόδου, ὕστερον πάντων Πέτρος ὁ θεοσεβέστατος πρεσβύτερος καὶ καρδινάλιος εἶπεν, ἐπειδὴ χάριτι θεοῦ πάντα τὰ σκάνδαλα ἐκ μέσου γέγονε, καὶ ἡ ἀλήθεια ἐξεταθεῖσα λαμπροτέρα γέγονε, καὶ τῷ φωτὶ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία πεφώτισται, πρὸς εἰρήνην τε καὶ ὁμόνοιαν ἀπολαβοῦσα, ἐπέστη δὲ ἡμῖν καὶ ὁ καιρὸς τῆς συναξέως, καὶ τὰ τῆς ἱερᾶς μυσταγωγίας ὀφείλῃ πληροῦσθαι, εἰ δοκεῖ τῇ ὑμῶν ἁγιωσύνῃ, ἅπαν τὸ συνειλεγμένον ἱερώτατον ἄθροισμα σὺν τῇ ἡμετέρᾳ μετριότητι τὰ τῆς ἱερᾶς καὶ θείας λειτουργίας μετὰ Φωτίου τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου ἀποπλέσωμεν μυστήρια.

Sancta Synodus dixit, Istud bonum & Deo gratum fiat secundùm verbum vestrum. Conservet Deus sanctum Dominum nostrum, & multos annos ei largiatur in Ecclesiæ suæ salutem.

Η ἁγία σύνοδος εἶπε, Τοῦτο ἀγαθὸν καὶ θεῷ ἀποδεκτὸν γενέσθω κατὰ τὸ ῥῆμα ὑμῶν. ὁ θεὸς φυλάξαι τὸν δεσπότην ὑμῶν ἅγιον, καὶ μακροημερεύοι τοὺς χρόνους αὐτοῦ εἰς σωτηρίαν τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ.

*Actio ii. mense Januario xxvi. feriâ tertiâ, Indictionis xiii.*

Πρᾶξις δευτέρα, μηνὶ Ἰανουαρίῳ κς'. ἡμέρᾳ τρίτῃ ἰνδικτιῶνος ιγ'.

Præsidente Photio sanctissimo & œcumenico Patriarchâ in dextra parte Catechumenorum magnæ Ecclesiæ, & confidentibus illi Paulo & Eugenio Deo amabilibus Episcopis & Legatis veteris Romæ, insuper & Petro religiosissimo Presbytero & Cardinali; porro & Basilio Deo amabili Martyropolis Episcopo & Ecclesiæ Antiochenæ Legato, & Eliâ religiosissimo Presbytero & Legato Hierosolymitano, & Cosmâ religiosissimo Presbytero & Apocrisiario Alexandriæ, & Deo amabilibus Metropolitis; Photius sanctissimus Patriarcha dixit, Sanctam & œcumenicam Syn. quæ in Nicæâ Bithyniæ secundò celebrata fuit, & sub Adriano sanctissimo Papâ Romano, & Tarasio beatæ memoriæ Patriarchâ Constantinopolitano, nostra Ecclesia vii. quidem vocat & prædicat, & iisdem cum reliquis sanctis & œcumenicis sex Synodis privilegiis eam donat: Ecclesia verò Romana, sicut etiam & orientales Sedes, ejus quidem dogmata similiter approbant & observant; de eâ autem inter reliquas sanctas & œcumenicas sex Synodos connumerandâ, & septimâ illâ prædicandâ, inter quosdam forsan controversia est, (talis enim fama circumfertur) at revera ita esse, hucusque cognovimus. Nunc verò ô sanctorum Fratrum dilecte confessus, cùm adiuvante sanctissimo Papâ Joanne spirituali Fratre & Patre nostro, omnia honesta ad indubitatum finem perducta sint, honoratissimis suis Legatis Sedem ejus implentibus, assidentibus etiam aliis Sacerdotalibus Sedibus, si vobis omnibus videtur, non solùm confirmentur & rata habeantur, apud omnes ejus dogmata & decreta, verùm etiam ut inter alias sanctas & œcumenicas sex Synodos connumeretur, & septima post illas vocetur, & æqualia cum illis sortiatur privilegia.

C

D

E

Περικαθεζόντος Φωτίου τοῦ ἁγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου ἐν τῷ δεξιῷ μέρει τῶν κατηχουμένων τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ συγκαθεζόντων αὐτῷ Παύλου καὶ Εὐγενίου τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων καὶ τοποτηρητῶν τῶν πρεσβυτέρας Ρώμης, ἔτι δὲ Πέτρου τοῦ θεοσεβεστάτου πρεσβυτέρου καὶ καρδιναλίου, τοῦ μὲν ἀλλὰ καὶ Βασιλείου τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Μαρτυροπόλεως καὶ τοποτηρητοῦ τῆς Ἀντιοχείας ἐκκλησίας, καὶ Ἠλιοῦ τοῦ θεοσεβεστάτου πρεσβυτέρου καὶ τοποτηρητοῦ Ἱεροσολύμων, καὶ Κοσμᾶ τοῦ θεοσεβεστάτου πρεσβυτέρου καὶ ἀποκρισιαρίου Ἀλεξανδρείας, καὶ τῶν θεοφιλεστάτων μητροπολιτῶν, Φώτιος ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης εἶπε, τὴν ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν σύνοδον, ἥτις ἐν τῇ Νικαίων Βιθυνίας δεύτερον συνέδρευσε, ἐπὶ τοῦ Ἀδριανοῦ τοῦ μακαριωτάτου πάπα Ρώμης, καὶ Ταρασίου τοῦ ἐν ἁγίοις πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, ἡ μὲν καθ' ἡμᾶς ἐκκλησία ἑβδόμην ὀνομάζει τε καὶ ἀνακηρύττει, καὶ σὺν τοῖς λοιποῖς ἁγίαις τε καὶ οἰκουμενικαῖς ἓξ συνόδοις ἴσοις ἀυτὴν προσείοις γεραίρει. ἡ δὲ γε τῶν Ρωμαίων ἐκκλησία, ὡσαύτως δὴ καὶ οἱ τῆς ἑῴας τόποι, τὰ μὲν δόγματα αὐτῆς ὡσαύτως πληροῦσι καὶ φυλάττουσι, τὴν δὲ σὺν τοῖς λοιποῖς ἁγίαις καὶ οἰκουμενικαῖς ἓξ συνόδοις ἑβδόμην αὐτὴν ἀνακηρύττειν, ἴσως τισὶν ἀμφιβολία ἔστι· φήμη μὲν γὰρ τοιαύτη διαγγέλλεται· ὃ δὲ ἀληθὲς οὕτω καὶ μέχρι νῦν ὁπωσοῦν ἐμάθομεν. νῦν δὲ ὦ ἱερῶν χορὸς ἀδελφῶν ἀγαπόλεκτος, ἐπειδὴ πάντα τὰ καλῶς συνεφαπτόμενα τοῦ ἁγιωτάτου πάπα Ἰωάννου τοῦ πνευματικοῦ ἀδελφοῦ καὶ παρὸς ἡμῶν εἰς ἀναμφίβολον πέρας καλῶς, τοῦ αὐτοῦ τιμιωτάτου τοποτηρητοῦ τε ἐκείνου πληρέντων χρέους, καὶ τῶν ἄλλων ἱερατικῶν συνεδρευόντων θρόνων, εἰ δοκεῖ καὶ ὑμῖν ἅπασι, κεφαλαιωδῶς καὶ κυρωδήτω, μὴ μόνον αὐτῆς ὡς καὶ πᾶσι τὰ δόγματα καὶ θεσπίσματα, ἀλλὰ καὶ ὅ, συναριθμεῖσθαι αὐτὴν τοῖς ἁγίαις καὶ οἰκουμενικαῖς ἓξ συνόδοις, ἑβδόμην μετ' ἐκείνας καὶ λεγομένην, καὶ τὰ ἴσα ταύταις ἀποφέρουσθαι πρεσβεῖα.

F

Petrus religiosissimus Presbyter & Cardinalis dixit, Volumus, ut vestra sanctitas in memoriam revocet sanctam Synodum sub sanctissimo Adriano Papâ & Tarasio beatæ memoriæ Patriarchâ Constantinopolitano habitam, de sanctis & venerandis imaginibus, quòd sic ut ex antiquis temporibus sanctis, ubique Ecclesiis consentientibus, sancta Romana Ecclesia ejus dogmata & decreta amplexa est & accepit; ita & nunc illam septimam vocare, & unà cum reliquis sex sanctis & œcumenicis Synodis annumerare æquum censet. Et qui non ita existimat & nominat sanctam & œcumenicam Nicææ secundò septimam Synodum, esto anathema.

Πέτρος ὁ θεοσεβέστατος πρεσβύτερος καὶ καρδινάλιος εἶπε, βουλόμεθα τὴν ὑμετέραν ἁγιωσύνην ὑπομνῆσαι περὶ τῆς ἁγίας συνόδου τῆς γενομένης ὑπὸ τοῦ ἁγιωτάτου πάπα Ἀδριανοῦ, καὶ Ταρασίου τοῦ ἐν ἁγίοις πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, περὶ τῶν ἁγίων καὶ σεπτῶν εἰκόνων, ὅτι ὥσπερ ἐξ ἀρχαίων τῶν χρόνων ὁμοφώνων τῶν ἁπανταχοῦ ἁγίας ἐκκλησίας, καὶ ἡ ἁγία τῶν Ρωμαίων ἐκκλησία ταύτα δόγματα αὐτῆς καὶ τὰ διατάγματα ἐπαίζετο καὶ ἀπεδέχετο, οὕτω καὶ τὴν ἑβδόμην αὐτὴν καλεῖν, καὶ τῶν λοιπῶν ἓξ ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν συνόδων καταριθμεῖν ἐδικαίωσε. καὶ ὁ μὴ οὕτως ἔχων καὶ ὀνομάζων τὴν ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν ἐν Νικαίᾳ τὸ δεύτερον ἑβδόμην σύνοδον, ἔστω ἀνάθεμα.

Η ἁγία

Η ἁγία σύνοδος εἶπε, πρέπον ἐστὶ, μετὰ πάσης τῆς γενομένης ἀποδοχῆς καὶ ἑνώσεως τῆς παρὰ Ρωμαίων ἐκκλησίας, διὰ μεσιτείας τοῦ ἁγιωτάτου ἡμῶν πατριάρχου Φωτίου, καὶ ὅτι τῇ ὑποκειμένῃ ταύτῃ συμφωνῆσαι ἡμῖν, ὡς ἂν μηδὲν ὂν τοῦτο εἴη ὂν ἡμῖν διαφωνία, καὶ ὁ μὴ οὕτω φρονῶν καὶ ὀνομάζων τὴν ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν ὂν Νικαίᾳ τοὐτέστιν ἑβδόμην σύνοδον, ὡς καὶ ὁ θεοσεβέστατος πρεσβύτερος Πέτρος καὶ καρδινάλιος ὡρίσατο, ἔστω ἀνάθεμα. A

Sancta Synodus dixit, Decorum est, post omnem, quæ facta fuit, receptionem & unionem Romanæ Ecclesiæ per sanctissimi nostri Patriarchæ Photii mediationem, de hac quæstione nobis consentire, ut nulla inter nos de ea sit dissentio; & qui non ita sentit, & vocat sanctam & œcumenicam Nicææ secundò septimam Synodum, quemadmodum & religiosissimus Presbyter Petrus & Cardinalis antea dixit, sit anathema.

Εὐγένιος ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος καὶ τοποτηρητὴς τῆς πρεσβυτέρας Ρώμης εἶπεν, ὁ μὴ ἔχων τὴν οἰκουμενικὴν σύνοδον ὂν Νικαίᾳ τοὐτέστιν ἕβδόμην ὅτι τοῦ ἁγιωτάτου πάπα Ἀδριάνου καὶ Ταρασίου τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν Σύνοδον, καὶ μὴ τιμᾷ αὐτὴν ὡς καὶ τὰς λοιπὰς οἰκουμενικὰς ἓξ συνόδους, ἔστω ἀνάθεμα. B

Eugenius Deo amabilis Episcopus & Legatus veteris Romæ dixit, Qui non existimat œcumenicam Nicææ secundò sub sanctissimo Papâ Adriano & Tarasio sanctissimo Patriarchâ Constantinopolitano sanctam & œcumenicam Synodum esse, & illam non honorat ut reliquas œcumenicas sex Synodos, sit anathema.

Βασίλειος ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος Μαρτυροπόλεως καὶ τοποτηρητὴς τῆς Ἀντιοχείας εἶπεν, ἡμεῖς καὶ πρότερον δεξάμενοι τὴν ὑμετέραν ἁγιωσύνην ἀποδεχόμεθα τὴν ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν ὂν Νικαίᾳ τοὐτέστιν Σύνοδον, ἑβδόμην ἀυτὴν ἀποκαλοῦντες, καὶ τοὺς περὶ αὐτῆς ἓξ οἰκουμενικὰς ἁγίας Συνόδους συναριθμοῦντές τε καὶ Συνδιακηρύττοντες, καὶ τοὺς μὴ οὕτω φρονοῦντας τῷ ἀναθέματι ὑποπέμποντες. C

Basilius Deo amabilis Episcopus Martyropolis & Legatus Antiochenus dixit, Nos & antea recepimus, & nunc vestræ sanctitati consentientes recipimus sanctam & œcumenicam Nicææ secundò Synodum, septimam illam vocantes, & sex œcumenicis ante illam sanctis Synodis connumerantes & unà denunciantes; & eos, qui non ita sentiunt, anathemati submittimus.

Ηλίας ὁ θεοσεβέστατος πρεσβύτερος καὶ τοποτηρητὴς Ἱεροσολύμων εἶπεν, ὅστις τὴν ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν συνόδον τὴν ὂν Νικαίᾳ τοὐτέστιν ἑβδόμην οὐκ ἀποδέχεται, οὔτος οὐδὲ τὰς ἄλλας ἓξ συνόδους ἀποδέχεται. ὥσπερ γὰρ ὂν ἐκείναις οἱ ἀρχιερατικοὶ θρόνοι συνδεδραμηκότες θεῖοι, οἱ μὲν δι' ἑαυτῶν, οἱ δὲ διὰ τοποτηρητῶν, ὃ πιστὸν καὶ βέβαιον τῶν δογμάτων ἐδείκνυτο· οὕτω καὶ αὐτὴ καὶ ὂν τῷ ἁγιωτάτῳ πάπᾳ Ρώμης τοποτηρηταῖς εἶχεν, ὁμοίως δὲ καὶ ὂν τῶν τε καθ' ἡμᾶς διαλοίπων θρόνων, καὶ τὰ δόγματα αὐτῶν συγγενῆ καὶ οἰκεῖα καὶ ὁμόδοξα τῶν οἰκουμενικῶν ἓξ συνόδων ὑπῆρχεν· ὁ οὖν οὕτω ταύτην μὴ δεχόμενος καὶ ὀνομάζων οἰκουμενικὴν καὶ ζ'. σύνοδον, καὶ τὰς ἄλλας καὶ μὴ τολμᾷν λέγειν ἀπογράφεται· διὸ εἴπερ ταύτην οὐ δέχεται ὡς ἐκείνας τὰς ἁγίας καὶ οἰκουμενικὰς ἓξ συνόδους, ἀνάθεμα ἔστω· D

Elias religiosissimus Presbyter & Legatus Hierosolymitanus dixit, Quicunque sanctam & œcumenicam Synodum Nicææ secundò celebratam non recipit, ille nec alias sex Synodos recipit. Ut enim in illis omnes Pontificales Sedes adjuvantes, quædam per se, & quædam per Legatos, fidelia & firma dogmata, exhibuerunt: ita & ipsa à sanctissimo Papâ Romano Legatos habuit, ut & ex nostris Orientalibus Sedibus, & ejus dogmata fuerunt cognata & similia ac ejusdem sententiæ cum œcumenicis sex Synodis. Qui igitur eam non recipit & nominat œcumenicam & septimam Synodum neque velle se alias ita vocare profitetur. Idcirco siquis eam non recipiat tanquam illas sanctas & œcumenicas sex Synodos, sit anathema.

Οἱ ἁγιώτατοι τοποτηρηταὶ τῆς πρεσβυτέρας Ρώμης εἶπον, παρακαλοῦμεν τὴν ὑμετέραν ἁγιωσύνην ἀνελθεῖν πρὸς τὸν Μητροφάνην, καὶ εἰπεῖν αὐτῷ, προσκαλεῖταί σε διὰ τῆς ἁγιωτάτων τοποτηρητῶν ἡ προκαθεζομένη ἁπάσης ἁγίας σύνοδος, ἀναμαθεῖν βουλομένη τὸν νοῦν καὶ τὴν γνώμην, ἣν ἔχεις περὶ τῆς ἑνώσεως τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας ἔχεις. καὶ δὴ προσκληθέντες Βασίλειος ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος Κρήτης, καὶ Νικήτας ὁ θεοφιλέστατος μητροπολίτης Σμύρνης, καὶ Γρηγόριος ὁ θεοφιλέστατος ἀρχιεπίσκοπος Πέργης ἀπεστάλησαν· οἱ καὶ προσελθόντες πρὸς Μητροφάνην τὸν εὐλαβέστατον εἶπον αὐτῷ, οἱ ἁγιώτατοι ἐπίσκοποι καὶ τοποτηρηταὶ τῆς πρεσβυτέρας Ρώμης, ἅμα τῇ προκαθεζομένῃ συνόδῳ, ταῦτά σοι δηλοποιοῦσι· καθαρὸν ποίησον ἡμῖν τὸ ὑγιὲς σου, καὶ πρὸς τὴν ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν ταύτην σύνοδον ἀπολόγησαι, διὰ τίνα αἰτίαν χωρίσθης τῆς ἐκκλησίας διίστασαι. Μητροφάνης ὁ εὐλαβέστατος εἶπεν, ἀδενὴς καὶ τὴν ὑποκειμένην διάκρασιν πολλὰ λέγειν, τὸν δὲ λόγον συντόμως τὴν αἰτίαν, καθ' ἣν διίσταμαι ἐξ ὑμῶν· προθύμως ἂν ἦλθον καὶ ἀπελογισάμην, ὡσὰν δίκαιον ἦν· ἀλλὰ μαρτυρεῖ μοι ἡ συνειδὸς, ὅτι ἀδενὴς σφόδρα, καὶ ἡ δύναμις, ὅτι ἀδιαλείπτως, ὅτι ζῆν καταγνώστον ὑμῶν, τούτου ἕνεκεν, εἰ δυνατὸν ἔστι, παρακαλῶ, ἵνα ἐάσητέ με ἕως ἂν ῥώσηται ῥώσις ὂν ἐμοὶ τῆς φύσεως· εἶθ' οὕτως ἀπολογοῦμαι. οἱ μὲν οὖν ἀπεσταλμένοι τὰς τοιαύτας αὐτοῦ φωνὰς πρὸς τὴν σύνοδον ἀπεκόμισαν· οἱ δὲ τοποτηρηταὶ τῆς Ρώμης ἀπεκρίναντο, ἡμεῖς, κατὰ τὴν ὁλοκλὴρον ὧν ἐλάβομεν E

Sanctissimi Legati veteris Romæ dixerunt, vestram sanctitatem rogamus Metrophanem adire, & illi dicere, Mentem & sententiam, quam de sanctæ Dei Ecclesiæ unione habes, edisscere cupiens, tota sancta Synodus primum locum tenens per sanctissimos Legatos te adsciscit. Et protinus adsciti. Basilius Deo amabilis Episcopus Cretæ, & Nicetas Deo amabilis Metropolita Smyrnæ, & Gregorius Deo amabilis Archiepiscopus Pergæ missi fuerunt: Qui ad religiosissimum Metrophanem accedentes dixerunt ei, sanctissimi Episcopi & Legati veteris Romæ, unà cum præsidente Synodo, hæc tibi per nos manifesta faciunt; sententiam tuam nobis declara, & huic sanctæ & œcumenicæ Synodo, defensionem institue, quare ab Ecclesia te separes. Metrophanes religiosissimus dixit, Infirmâ sum valetudine, quapropter multa proferre non possum; hoc autem summatim dico fuisse causam ob quam à vobis separatus sum; libenter accedens rationem reddidissem, ut æquum fuit: at mihi testificatur conscientia, quòd valde imbecillis sum, ut non possum aut ambulare aut stare coram vobis; quapropter, si possibile est, rogo, ut me quietum relinquatis, usque dum natura in me corroboretur, ita quidem me excuso. Qui igitur missi fuerunt ejusmodi ejus responsiones ad Synodum retulerunt. Legati verò Romæ responderunt, Nos, juxta mandatum quod F

à ſanctiſſimo Papâ Joanne accepimus, non ſemel, ſed iterum atque ſæpius illum ab errore diſcedere adhortati ſumus, & ad Dei Eccleſiam redire; Poſtquam autem & nunc etiam mittentibus nobis excuſationes ille in peccatis prætendit, & vanas nugas & defectiones dicere poteſt, nempe, Ecce ego Eccleſiæ unitus ſum; ſed longas quidem nugas proferre morbus non omnino impedit, ſalutiferam verò profeſſionem dicere nolens morbum prætendit: Ecce juxta regulas Eccleſiaſticas nobis traditas illum ab omni Eccleſiaſticâ communione ſegregamus, donec ad proprium gregem revertatur. Vos enim ſcire volumus, quòd Apoſtolicus Papa Joannes nobis hæc, quæ protulimus & prædicavimus, injunxerit, nempe & quoſcunque ſanctiſſimus & œcumenicus Papa Joannes tanquam canonicè ſegregatos exiſtimat in quocunque ordine vel loco, illos etiam ſegregatos exiſtimet Photius Conſtantinopolitanus [ & quos Photius condemnatos habeat ] vel inſontes, illos habeat ſanctiſſimus & œcumenicus Papa Joannes tanquam condemnatos vel inſontes. Cæterùm ſi veſtræ ſanctitati videatur, etiam in Canonis locum recipiatur prædicta hæc hypotheſis.

Sancta Synodus reſpondit, recipiatur.

Et Canone edito, acceptum Petrus Deo amabilis Diaconus & Protonotarius legit.

## Canon I.

*Statuit ſancta & œcumenica Synodus, ut quicunque ex Italiæ Clericis vel Laicis vel Epiſcopis, in Aſia vel Europa vel Libya verſantes, ſub vinculo vel depoſitione vel anathematizatione apud ſanctiſſimum Papam Joannem fuerunt, ii quoque apud Photium ſanctiſſimum Patriarcham Conſtantinopolitanum ſint in eadem pœnæ definitione, id eſt, vel depoſiti vel anathematizati vel ſegregati: & quos Photius ſanctiſſimus Patriarcha Clericos vel Laicos, vel Epiſcopalis vel Sacerdotalis ordinis, in quacunque Paræcia, ſegregationi vel depoſitioni vel anathematizationi ſubjecerit, ſanctiſſimus quoque Papa Joannes, & ſancta Dei Romanorum Eccleſia, eoſdem in eodem pœnæ judicio habeat, privilegiis, quæ ſanctiſſimæ Romanorum Eccleſiæ Sedi ejuſque Antiſtiti conveniunt, nihil penitus innovatis, nec nunc, nec in poſterum.*

Sanctiſſimi Legati veteris Romæ dixerunt, an placet?

Sancta Synodus dixit, Placet.

Elias religioſiſſimus Presbyter & Legatus Hieroſolymitanus dixit, Deus ita fecit, ut & Orientales Sedes & ſanctiſſimus Papa Joannes cum ſanctiſſimo Patriarchâ noſtro Photio una anima eſſent & una conſpiratio, & eorum voluntas communis & non diviſa.

Sancta Synodus dixit, Quoniam bonum finem conſecuta ſunt quæ à nobis facta fuerunt, ut tacentibus nobis vel lapides clamabunt; etiam qui non incedit juxta ea quæ à ſanctâ hâc & œcumenicâ Synodo acta ſunt, ſeparatus erit à ſanctâ & conſubſtantiali Trinitate. Veſtram verò charitatem rogamus de iis, qui ſeſe ab Eccleſiâ ſeparant, ſi poſtquam finita eſt Synodus reſipiſcentes convertantur, quid de his vobis videtur?

Sanctiſſimi Legati veteris Romæ dixerunt, Et jam diximus, quod hanc poteſtatem ſanctiſſimus Papa

ἐξ ἡ ἁγιωτάτου πάπα Ἰωάννου, ὑχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ δὶς καὶ πολλάκις παρηνέσαμεν αὐτὸν ἀποστῆναι πλάνης, καὶ ἐπανελθεῖν τῇ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ· ἐπεὶ δὲ καὶ νῦν ἀποστελλόντων ἡμῶν ἐπερωτήσεις ἐκεῖνος ἐν ἁμαρτίαις ἐπερωτᾶται, καὶ ματαίαις μὲν φλυαρίαις καὶ ἀποσκίαις δύναται εἰπεῖν, ὅτι, ἰδοὺ ἐγὼ ἑνοῦμαι τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀλλὰ τὰς μακρὰς μὲν φλυαρίας λήγειν νόζος αὐτὸν οὐδὲν ἐμποδίζει, πρὸς δὲ σωτήριον ὁμολογίαν μὴ βιάζεσθαι εἰπεῖν αἰτιᾶται πρὸς νόσον· ἰδοὺ κατὰ τοὺς παραδεδομένους ἡμῖν ἐκκλησιαστικοὺς ὅρους χωρίζομεν αὐτὸν ἀπὸ πάσης ἐκκλησιαστικῆς κοινωνίας, ἕως ἂν ὑποστρέψῃ εἰς ἴδιον ποίμνιον. Θέλομεν γὰρ ὑμᾶς εἰδέναι, ὡς ὁ ἀποστολικὸς πάπας Ἰωάννης παρήγγειλεν ἡμῖν ταῦτα ἃ παρελάβομέν τε καὶ ἀνεκηρύξαμεν, δηλονότι ὅς ἂν ἔχῃ ὁ ἁγιώτατος καὶ οἰκουμενικὸς πάπας Ἰωάννης κανονικῶς καθηρημένους ἐν οἱῳδήποτε τάγματι ἢ τόπῳ, ἵνα ἔχῃ αὐτοὺς καὶ Φώτιος ὁ Κωνσταντινουπόλεως καθηρημένους, [ καὶ ὡς ὁ Φώτιος ἔχῃ καταδεδικασμένους ] ἢ ἀθῳωμένους, ἔχῃ αὐτοὺς καὶ ὁ ἁγιώτατος καὶ οἰκουμενικὸς πάπας Ἰωάννης καταδεδικασμένους ἢ ἀθῳωμένους· πλὴν εἰ δοκεῖ τῇ ἁγιωσύνῃ ὑμῶν, καὶ εἰς νόμου τάξιν ἡ προκειμένη αὕτη ὑπόθεσις ἀναληφθήτω.

Ἡ ἁγία Σύνοδος εἶπεν, ἀναληφθήτω.

Καὶ τοῦ νόμου ἐκδοθέντος, λαβὼν Πέτρος ὁ θεοφιλέστατος διάκονος καὶ πρωτονοτάριος ἀνέγνω.

## ΚΑΝΩΝ α'.

ΩΡΙΣΕΝ ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος, ἵνα οἱ πάντες τῆς δύσεως κληρικοὶ ἢ λαϊκοὶ ἢ ὁπωσοῦν, ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἢ τῇ Εὐρώπῃ ἢ Λιβύῃ διατρίβοντες, ὑπὸ δεσμὸν ἢ καθαίρεσιν ἢ ἀναθεματισμὸν παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου πάπα Ἰωάννου ἐτύγχανον, ὧσιν οἱ αὐτοὶ καὶ παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου Φωτίου παλαιάρχου Κωνσταντινουπόλεως ἐν τῇ αὐτῇ τῆς ὑποπιμίας ὅρῳ, τυγχάνειν, ἢ καθῃρημένοι ἢ ἀναθεματισμένοι ἢ ἀφορισμένοι· ὡς μάντοι Φώτιος ὁ ἁγιώτατος παλαιάρχης, κληρικοὺς, ἢ λαϊκοὺς, ἢ τοῦ ἀρχιερατικοῦ καὶ ἱερατικοῦ ταγματος, ἐν οἱασδήποτε παροικίᾳ, ὑπὸ ἀφορισμῷ ἢ καθαιρέσῃ ἢ ἀναθεματισμῷ ποιήσαι, ἵνα ἔχῃ αὐτοὺς καὶ ὁ ἁγιώτατος πάπας Ἰωάννης, καὶ ἡ κατ' αὐτὸν ἁγία τοῦ Θεοῦ Ρωμαίων ἐκκλησία ἐν τῇ αὐτῇ τῆς ὑποπιμίας κρίματι, μηδὲν τῶν προσόντων πρεσβείων τῷ ἁγιωτάτῳ θρόνῳ τῆς Ρωμαίων ἐκκλησίας, μηδὲ τῇ ταύτης προέδρῳ, ὅ σύνολον κεκινοτομημένων, μήτε νῦν, μήτε εἰς ὕστερον.

Οἱ ἁγιώτατοι τοποτηρηταὶ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης εἶπον, ἀρέσκῃ;

Ἡ ἁγία σύνοδος εἶπεν, ἀρέσκῃ.

Ἠλίας ὁ θεοσεβέστατος πρεσβύτερος καὶ τοποτηρητὴς Ἱεροσολύμων εἶπεν, ὁ Θεὸς οὕτως ἐποίησεν, ἵνα καὶ οἱ τῆς ἀναπαλῆς θρόνοι καὶ ὁ ἁγιώτατος πάπας Ἰωάννης μετὰ τοῦ ἁγιωτάτου ἡμῶν παλαιάρχου Φωτίου μία ψυχὴ ὦσι καὶ μία σύμπνοια, καὶ ὅ θέλημα αὐτῶν κοινὸν καὶ ἀδιάσπαστον.

Ἡ ἁγία σύνοδος εἶπεν, ὅτι μὲν ἀγαθὸν τέλος τὰ ὑφ' ἡμῶν πραχθέντα ἐδείχθη, κἂν ἡμεῖς σιωπήσωμεν, λίθοι κεκράξονται· καὶ ὁ μὴ στοιχῶν πρὸς τοῖς τῆς ἁγίας ταύτης καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου πραχθεῖσι κεχωρισμένος ἔσται τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου τριάδος. ἐρωτῶμεν δὲ τὴν ὑμετέραν ἀγάπην περὶ τῶν ἑαυτοὺς ἀποδιϊστάντων τῆς ἐκκλησίας, ἐὰν μετὰ τὸ πληρωθῆναι τὴν σύνοδον ἐπιστρέψωσι μεταγνόντες, τί ὑμῖν δοκεῖ περὶ τούτων;

Οἱ ἁγιώτατοι τοποτηρηταὶ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης εἶπον, καὶ ἤδη εἴπομεν, ὅτι ταύτην τὴν ἐξουσίαν ὁ ἁγιώτατος πάπας Ἰωάννης

Ιωάννης Φωτίῳ τῷ ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ ἐφωτάτω, ὥστε A
ἔχειν αὐτὸν ἐξουσίαν, καὶ ἐπιστρέφοντας δέχεσθαι, καὶ μὴ μετανοοῦντας ἀφορισμῷ καταχρίνειν. πλὴν ἀπελθέτωσαν οἱ ὁρισθέντες πρὸς Μητροφάνην καὶ ὐλαβέστατον, ἀπαγγέλλοντες τὰς ἡμῶν ἀπαντήσεις, καὶ τὸν πρὸς αὐτὸν ἡτοιμασμένον δεσμόν.

Joannes Photio ſanctiſſimo Patriarchæ concеſſit, ut is habeat poteſtatem, & convertentes ſe recipere, & eos qui non agunt pœnitentiam ſegregatione damnare. Cæterùm qui ad id delegati ſunt, ad religioſiſſimum Metrophanem abeant, noſtras reſponſiones, & quod ei paratum ſit vinculum, referentes.

Ἡ ἁγία σύνοδος εἶπεν.

Sancta Synodus dixit.

Οἱ ἁγιώτατοι τοποτηρηταὶ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης εἶπον, ὁρισθέτωσαν οἱ μέλλοντες ἀπέρχεσθαι.

Sanctiſſimi Legati veteris Romæ dixerunt, Deputentur ii qui ituri ſunt.

Ἀπῆλθον οὖν Ἰωάννης ὁ θεοφιλέστατος μητροπολίτης B
Ἡρακλείας, Δημήλ Ἀγκύρας, καὶ Γεώργιος Νικομηδείας, καὶ ἀνήγγειλαν Μητροφάνῃ τὰ ἀνωτέρω περὶ ὧν εἰρημένα. καὶ ὑποστρέψαντες ἔδωκαν ἀπόκρισιν τοιαύτην, ὡς ὅπερ δικαίῳ νόμος οὐ κεῖται κατὰ τὸν ἀπόστολον, οὕτως οὐδὲ νοσοῦντι καὶ λίαν ἀσθενοῦντι. ἃ τοίνυν προβάλλεται ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη, ὡς μετ' ἐξουσίας τοῦ πάπα, τῇ ἡμῶν ταπεινώσει νῦν οὐχ ἁρμόττοντα· νοσοῦμεν γάρ, ὡς προεῖπομεν, καὶ οὐκ οἶοι τε ἐσμὲν ἐλθεῖν· ἐὰν δὲ βουλήσησθε πλείαν ἀπόκρισιν λαβεῖν περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἑνώσεως, ὀφείλετε μόνοι οἱ τρεῖς πρὸς τὴν ἡμετέραν ταπείνωσιν, ἵνα λαλήσω ὑμῖν, καὶ τὸ οὕτω καὶ τὸ ἀρεστὸν ἐνώπιον Θεοῦ γένηται.

Profecti ſunt igitur Joannes Dei amabilis Heracleæ Metropolitanus, Daniel Ancyræ, & Georgius Nicomedeæ, & Metrophani quæ ſuperiùs de eo dicta fuerunt annunciarunt. Et cum reverſi ſunt hujuſmodi reſponſionem dederunt, Quemadmodum juſto, ſecundùm Apoſtolum, nulla datur Lex, ita nec morbo laboranti, & valde infirmo. Quæ igitur profert veſtra ſanctitas, quaſi ex Papæ authoritate, noſtræ humilitati nunc non conveniunt: nam, ut antea diximus, ægrotamus, nec adeſſe poſſumus. Si verò perfectam reſponſionem de Eccleſiaſticâ unione recipere velitis, accedite ſolummodo tres ad noſtram humilitatem, ut vobis loquar, & tum quod optimum eſt in conſpectu Dei fiat. C

Ταύτης οὖν τῆς φωνῆς ἀποκομισθείσης καὶ ἀναγνωσθείσης, οἱ ἁγιώτατοι τοποτηρηταὶ εἶπον, ἡ ἀσθένεια οὐδὲν αὐτὸν ἐκώλυεν, ἵνα ἀντὶ πολλῶν λόγων ἓν ἐναμφθῇ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ δηλώσῃ ἡμῖν, ὅτι κοινωνικῆς εἰμὶ τῆς ἐκκλησίας· δι' ὃ οὐδὲν αὐτὸν ὠφελήσῃ ὃ ἀναλαβεῖν, οὐδὲ δύναται αὐτὸν ἐξελέσθαι τῆς ἐπενεχθείσης αὐτῷ βλάβης.

Hac igitur reſponſione allatâ & lectâ, ſanctiſſimi Legati dixerunt, Infirmitas ei impedimento non fuit, ut pro multis verbis unum coram Deo eluceſceret & nobis declararet, Quod Eccleſiaſticæ communionis ſim particeps: ideoque iterum recipi nihil illi proderit; nec à ſupplicio ipſi illato illum eximere poteſt.

Φώτιος ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης εἶπε, πῶς ὑμῖν δοκεῖ περὶ τῶν ἀπὸ ἀρχιερατικοῦ τάγματος ἑαυτοὺς εἰς τὸν τῶν μοναχῶν καταγόντων χῶραν; ἆρα εἰς ὑποταγὴν ἑαυτοὺς παραδιδόντες, δύνανται ἔτι οἱ αὐτοὶ τῆς αὐτῆς ποιμενάρχιας ἔχεσθαι; D

Photius ſanctiſſimus Patriarcha dixit, Quid vobis videtur de iis, qui à Pontificali ordine in Monachorum locum ſeſe detrudunt? num ſeipſos in ſubjectionem tradentes illi poſſunt adhuc eandem paſtoralem authoritatem obtinere?

Οἱ ἁγιώτατοι τοποτηρηταὶ εἶπον, τοῦτο παρ' ἡμῖν οὐκ ἔστιν, οὐδὲ σώζεται. ὅταν γάρ τις ἀπὸ ἀρχιερατικοῦ τάγματος εἰς τὸν τῶν μοναχῶν, τουτέστι, τῶν μετανοούντων, καταριθμῆται χῶραν, οὐ δύναται ἔτι ὃ τῆς ἀρχιερωσύνης ἑαυτῷ διεκδικεῖν ἀξιώματι.

Sanctiſſimi Legati dixerunt, Iſta conſuetudo apud nos non eſt, nec obſervatur. Quando enim aliquis ex Pontificali ordine in Monachorum, id eſt, eorum qui pœnitentiam agunt, loco connumeratur, Pontificalem dignitatem ſibi ampliùs vendicare nullo modo poteſt.

Βασίλειος καὶ Ἠλίας οἱ ἁγιώτατοι τοποτηρηταὶ τῆς τῆς ἀνατολῆς θρόνου εἶπον, οὐδὲ παρ' ἡμῖν ἐφάνη τοῦτο ποτὲ γινόμενον. τοὐναντίον μὲν οὖν μονάζοντες προῆσαν εἰς ἀρχιερεάς· ἀπὸ δὲ ἀρχιερέως εἰς μοναχοῦ σχῆμα καταρχόμενοι, ἀρχιερεῖς μένειν οὐ δύνανται. E

Baſilius & Elias ſanctiſſimi Orientalis Sedis Legati dixerunt, Nec hoc factum fuiſſe unquam viſum eſt apud nos. E contrario quidem Monachi in Pontificalem dignitatem aſcendunt: qui verò ex Pontificali in Monachicum habitum deſcenderunt, Pontifices manere non poſſunt.

Ἡ ἁγία Σύνοδος εἶπεν, Ὁρισθήτω καὶ περὶ τούτου κανών. πολλάκις γὰρ ἐν ἡμῖν ἀμφιβολίαι γίνονται περὶ τῆς τοιαύτης θέσεως ταύτης, τῶν μὲν λεγόντων, μὴ κωλύεσθαι τοὺς ἀρχιερεῖς, μοναχοὺς γενομένους, τὰ τῶν ἀρχιερέων πλεῖν, τῶν δὲ οὐ συνδοκούντων περὶ τούτου.

Sancta Syn. dixit, De hoc etiam ſtatuatur Canon. Nam de hâc quæſtione ſæpius inter nos controverſiæ oriuntur; aliis quidem aſſerentibus, non prohiberi Pontifices, qui Monachi facti ſunt, ea quæ ad Pontifices pertinent peragere; aliis autem de hâc re non conſentientibus.

Οἱ ἁγιώτατοι τοποτηρηταὶ εἶπον, ἐκτεθήτω κανών. F

Sanctiſſimi Legati dixerunt, Edatur Canon.

Ἡ ἁγία σύνοδος εἶπεν, ἔτι δὲ ἀξιοῦμεν ἐκτεθῆναι κανόνα καὶ περὶ τῶν εἰς τοῦτο τόλμης καὶ μανίας καὶ ἀπονοίας ἐλθόντων λαϊκῶν, ὥστε ἀρχιερεῖς ἢ ἱερεῖς θεοῦ τύπτειν ἢ φυλακίζειν. εἰ γὰρ καὶ σπανιάκις τοῦτο γέγονεν, ἀλλ' οὖν ἴσμεν αὐτὸ καὶ πρὸ πολλῶν χρόνων τούτων γεγονός. μὴ γὰρ ὄντος ὡρισμένης καὶ φανερᾶς τῆς τιμωρίας τῶν τοῦτο τολμώντων, μᾶλλον ὁ πονηρὸς καθισχύῃ εἰς τοῦτο τὸ ἄθεον ἐπιτήδευμα ἔργον.

Sancta Synodus dixit, Inſuper æquum eſſe judicamus, ut edatur Canon etiam de Laicis, qui ad iſtam audaciam & amentiam & inſipientiam deventi ſunt, ut Dei Pontifices & Sacerdotes verberent, & in carcerem conjiciant. Licèt enim hoc ratò admodum fuerit, ſcimus tamen illud non multis retrò ſeculis factum fuiſſe. Cùm enim nullum ſit definitum & manifeſtum ſupplicium iis, qui hoc audent, ad impium hoc opus allicere ille Malus magis prævalet.

Basilius & Elias sanctissimi Legati Orientis dixerunt, Dignum est etiam ut de hoc Canon emittatur.

Βασίλειος καὶ Ἠλίας οἱ ἁγιώταται τοποτηρηταὶ τῆς ἀνατολῆς εἶπον, ἄξιόν ἐστι πεμφθῆναι καὶ περὶ ἀυτῆ κανόνα.

Editis verò statim Canonibus, Photius sanctissimus Patriarcha dixit; Si jubet vestra sanctitas, legantur Canones.

Ἐκδοθέντων δὲ αὐτίκα τῶν κανόνων, Φώτιος ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης εἶπεν, εἰ κελεύει ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη, ἀναγνωσθήτωσαν οἱ κανόνες.

Et acceptos Petrus Deo amabilis Diaconus & Protonotarius legit.

Καὶ λαβὼν Πέτρος ὁ θεοφιλέστατος διάκονος καὶ σεκρετικὸς ἀνέγνω.

## Canon II.

## ΚΑΝΩΝ β'.

*Licèt hucusque Antistites nonnulli, ad Monachorum habitum descendentes, in summi Sacerdotii altitudine permanere vi nitebantur, cùm hoc facerent neglecti sunt: sancta igitur & œcumenica hæc Synodus, & istam negligentiam corrigens, & ad Ecclesiasticum ordinem inordinatam istam actionem redigens, statuit; Siquis Episcopus vel aliquis alius ex Sacerdotali dignitate ad Monasticam vitam descendere voluerit, illum etiam Pontificali dignitate abdicari. Monachorum enim professiones subjectionis rationem habent, & disciplinæ, non autem institutionis vel primatus; neque alios pascere, sed ipsos pasci profitentur. Ideoque, prout ante dictum est, decernimus, ne quis in Pontificalem & Pastoralem catalogum recensitus, ad eorum qui pascuntur locum seipsum demittat. Si quis autem hoc audeat, Pontificali gradu sese privans, nequaquam amplius ad priorem dignitatem, quam factis improbabat, revertetur.*

Εἰ καὶ μέχρι τῶν νῦν ἔνιοι τῶν ἀρχιερέων, εἰς ὃ τῶν μοναχῶν καπόντες σχῆμα, ὅτι τῇ τῆς ἀρχιερωσύνης ἐβιάζοντο ἀξιώματι ὑψηλῷ, καὶ τῦτ' ἐφρόντιζον· ἀλλὰ τῦτο ἡ ἁγία καὶ οἰκυμενικὴ αὕτη σύνοδος, καὶ τῦτο ῥυθμίζουσα τὸ πρόσταγμα, καὶ πρὸς τὸν τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως θεσμὸν τὸ ἄτακτον τοῦτο ἐπιφέρουσα πρᾶξιν, ὥρισεν, εἴτις ἐπίσκοπος, ἢ εἴτις ἄλλος τῦ ἀρχιερατικῦ ἀξιώματος πρὸς τὸ μοναδικὸν θελήσει καταλιπεῖν βίον, καὶ τὸ τῆς ἀρχιερατικῆς ἀντιποιεῖται ἀξίας. αἱ γὰρ τῶν μοναχῶν συνθῆκαι ὑποταγῆς ἐπέχυσι τύπον καὶ μαθητείας, ἀλλ' οὐχὶ διδασκαλίας ἢ προεδρείας, οὐ δὲ ποιμαίνειν ἄλλυς, ἀλλὰ ποιμαίνεσθαι ἐπαγγέλλονται· διὸ καθὰ πρόσθεν διεστείλαμεν, μηκέτι τινὰ τῶν ἐν ἀρχιερατικῷ καταλόγῳ καὶ ποιμνίων ὑφεστώτων, εἰς τὸν τῶν ποιμνιομένων χῶρον ἑαυτὸν καταβιβάζειν. εἰ δέ τις τῶν τολμήσει, ἑαυτὸν τῦ ἀρχιερατικῦ ἀποστήσας βαθμῦ, οὐκέτι πρὸς τὸ πρότερον, ὅσῳ καὶ τῶν ἔργων ἀνάξιον, ἀξίωμα ἐπανατρέψει.

## Canon III.

## ΚΑΝΩΝ γ'.

*Siquis Laicorum authoritate usus, divinis quidem & Regiis jussis contemptis, & reverendis item Ecclesiæ ritibus & legibus irritis, Episcopum aliquem verberare ausus fuerit, vel in carcerem conjicere, vel absque causa, vel causa aliqua conficta, iste sit anathema.*

Sancta Synodus dixit, anathema.

Εἴτις τῶν λαϊκῶν ἀυθεντήσας, καὶ καταφρονήσας μὲν τῶν θείων καὶ βασιλικῶν προσταγμάτων, καταγελάσας δὲ καὶ τῶν φερομένων τῆς ἐκκλησίας θεσμῶν τε καὶ νόμων, τολμήσειέν τινα τῶν ἐπισκόπων τύψαι ἢ φυλακίσαι, ἢ χωρὶς αἰτίας, ἢ ἐκ συμπλασμένης αἰτίας, ὁ τοιῦτος ἀνάθεμα ἔστω.

Ἡ ἁγία σύνοδος εἶπεν, ἀνάθεμα.

Synodus sub Decio. t.1. 265. A
Synodus in Trullo πενθέκτη cur dicta. t.1. 154. A
Synodus Adrumeti. t.1. 561. E
Synodus in Hippone Rhegio. t.1. 561. C
Synodus adversus Donatistas. t.1. 644. F
Synodus adversus hæresin Pelagii & Celestii. t.1. 645. C
Synodus contra Photium tam Romæ sub Adriano, quàm Constantinop. celebrata rejicitur. t.2. p. 283. D
Nulla Synodus Nicænæ præferenda. t.2. c. 44. F




Ψηφιοποιήθηκε από την Google

# T.


TABULA indicans Plenilunium juxta Paſcha legale. t.2. b. 211. &c.
Talio quid. t.1. 290. D
Per Talos victoriam provocare Canonibus prohibitum eſt. t. 1. 183. E
Taraſii Patriarchæ Conſtantinopolitani Epiſtola. t.1. 19. C. t.2. c. 184. A
Tarſus ab Armeniis detinetur. t.1. 446. B
Intra Templi ambitus convivia fieri, &c. non oportet. t.2. b. 196. B
De Templorum ædificatione & conſecratione. t.2. b. 196. A
Templorum conſecratio à Presbyteris non fiat. t.1. 519. E
Templum non conſecrandum ſine ſanctis reliquiis. t. 1. 296. F
Intra ſolum Templum edere ac bibere prohiberi eos qui ad ipſum confugerint. t.1. 247. A
Strata in Templis vetita. t.1. 243. F
Templum Ἐκκλησιαστήριον dicitur. t.1. 419. F
Τυφὴν, quid. t.1. 509. C
De Teſtamento. t.2. b. 91. A
De Teſtibus ad Tribunal. t.1. 255. C. t.2. b. 154. A
Teſtimonia dicuntur divinarum Scripturarum præcepta. t.1. 284. F
Teſtimonium unius non eſt admittendum. t.1. 667. F. 668. A
Quos oportet ad teſtimonium admittere. t.1. 666. C
Teſtes domeſtici non admittuntur. *Ibid.* D
Tetraditæ qui, & quare ſic dicti. t. 1. 96. B. C
Propter Tetraditas feriâ quartâ & ſextâ Tyrophagi, & Diacineſimi non jejunatur. t.1. 45. B
Tetragamia & deinceps nec Canonibus, nec legibus admiſſa eſt. t.2. c. 130. D
Theatra prohibita. t.1. 183. E
De Theatris. t.2. b. 142. A
De Theodorâ. t.1. 221. B. C
De Theodorâ Comnenâ Andronici conjuge. t.1. 378. C. Ejus nuptiæ cum Crate Hungariæ prohibitæ. *Ibid.*
De Theodorito Cypri Epiſcopo, ejuſque ſcriptis. t.1. 99. D. t.2. b. 15. C
De Theodoro legitimum matrimonium cum Annâ contrahere flagitante. t.1. 221. C
Theodorus Balſamon. t.2. b. 36. D
Theodorus in Euſtathii locum ordinatus. t.1. 106. F
Sub Imp. Theodoſio Synodus. t.1. 85. A
Sub Imp. Theodoſio minore Synodus. t.1. 99. A
Theodoſius Patriarcha. t.2. c. 119. A. t.2. p. 180. D
Theodotus Patriarcha. t.1. 242. B. t.2. b. 27. E
Theodulus Monachus. t.1. 34. C
De Theologiâ. t.1. 143. D
Theophanes Cæſareæ Metrophanes. t.1. 128. A
De ſanctis Theophaniis. t.2. b. 143. E. 168. F
Theophili Archiepiſcopi Alexandrini editum. t.2. c. 170. D. Ejuſdem Commonitorium. *Ibid.* C
Theophylactus Patriarcha Conſtantinopolitanus. t.1. 230. E
Θεραπεῖαι nomine quid intelligitur. t.1. 457. D
Thlibiæ Eunuchorum genus qui dicantur. t.1. 15. B
De Thrabacenis. t.1. 675. C
Thronus Antiochenus à Latinis detentus. t.1. 446. A
Θυμίαμα & Θυμιατήριον. t.1. 446. F *Ibid.*
Θυσία & Θυσιαστήριον.
Timotheus Alexandrinus Epiſcopus. t.1. 455. E. Ejus reſponſa Canonica. t.2. c. 165. A
De Tomo unionis. t.2. 64. A
De modo quo accipi debent qui tondentur. t.2. b. 187. C
Nemo tondeatur niſi in præſentiâ præpoſiti. t.1. 333. F.
De tonſurâ Clericorum. t.1. 194. E
Tonſura quibus cauſis prohibeatur. t.1. 209. E
Tonſura dicta, Monachalis habitus. t.1. 340. A
Tonſura vi facta, tanquam non facta reputatur. t.1. 378. A
Tonſura eſt magni & Angelici habitus amictus. t.1. 362. A
Tonſura ſecundus baptiſmus exiſtimatur. t.1. 411. F
Τοποτηρηταὶ, qui ſunt. t.1. 509. C
Tractatus, quid Latinis. t.1. 510. B
De Traditionibus Canonicis & Evangelicis. t.1. 295. E
De Traditionibus non ſcriptis. t.2. c. 149. C
Tragicæ perſonæ, quæ ſunt. t.1. 231. B
Tranſitio, quid. t.1. 75. F
Tranſlatio, quid. *Ibid.* E
Τρίπλοα. t.2. c. 139. C
De Trigamis. t.2. b. 63. D. t.2. c. 54. A. &c.
Trigamiæ lex non eſt. t.2. c. 108. A
Trigamia non conjugium, ſed Polygamia nominatur. t.2. c. 54. C.
In Trinitate nulla eſt differentia. t.1. 515. F
De ſanctâ Trinitate Hymnus. t.1. 251. C
Qui non credit ſanctam Trinitatem, in unâ Deitate potentiam, nec Chriſtianus dicitur. t.2. b. 17. B
Tripolis Epiſcopatus. t.1. 147. F
Tripolis in Africâ ubi penuria Epiſcoporum. t.1. 529. C. D
Trophæum quid & unde. t.2. c. 139. E
Τυμπανιστρίαι. t.2. c. 118. D
Τυραννίδες. t.1. 136. C
Tutelæ munera ſubire prohibetur fœminis, niſi ſit mater, vel avia. t.1. 240. B
Tutelas ſuſcipere Epiſcopos & Clericos non oportet. t.1. 114. A
Tutor, vel Curator, vel Procurator orphani rem emere nequeunt. t.2. b. 19. A
De Tutore & minoribus. t.2. b. 53. D
De Tutoribus & Curatoribus. t.2. b. 136. B
Tutores impuberum maſculorum & fœminarum quando dantur. t.1. 114. C
Tyanæ Metropolis. t.2. b. 125. D
Typi ad veritatis conſummationem nos deducunt. t.2. 200. E
Typis veritas præferenda. t.1. 253. A
Tyrophagi jejunium. t.1. 45. B
De Tyrannidem molientibus. t.1. 415. F
De iis qui Tyrannis delati & proditi fuerunt. t.2. c. 13. C
Tzimiſches Imperator. t.1. 385. D. Imperatorem Nicephorum Phocam interfecit. *Ibid.*
De Tzitâ Eunucho. t.2. 88. B


# V.


VACANS Antiſtes, qui dicatur. t.1. 446. A
Vacans Eccleſia quæ dicatur. t.1. 446. A
Vacantis & ejus quod pro derelicto habetur, magna eſt differentia. t.2. c. 30. C
Valans Imperator Arrianis conſentiens. t.2. c. 45. D. E
De Valentinianis hæreticis. t.1. 272. A. t.2. c. 50. C. E. t.2. b. 12. A
Vates, qui dicantur. t.1. 228. A. t.2. c. 156. D
De Vatibus. t.2. b. 173. A
De iis qui Vatibus ſeipſos tradunt. t.1. 227. D. 399. F. t.2. c. 124. C.
Qui vaticinantur, quomodo puniendi. t.2. c. 134. B
Voculæ, Vel, interpretatio. t.1. 244. E
Veli nomine quicquid eſt textile ſignificatur. t.1. 47. D
Velleiani Senatusconſulti auxilium. t.1. 240. C
Venantius Epiſcopus. t.1. 644. F
De Venationum ſpectaculis. t.1. 218. B
Venationum ſpectationes quæ ſunt. *Ibid.* D
De Venditione & Emptione. t.2. b. 18. C
De Veneficiis. t.2. b. 173. A
De Veneficis. t.2. c. 58. C
Veneficium quid. t.2. c. 218. A
Qui Veneficium fatetur, is homicidæ tempore confitebitur. t.2. c. 118. A
Venerius Eccleſiæ Mediolanenſis Sacerdos. t.1. 593. E
Ventriloqui qui dicantur. t.1. 235. A
Verberare non debent qui ſunt ex ſacro tribunali. t.1. 17. B
Veritas typis præferenda. t.1. 253. A
Veſtibulum quid. t.2. c. 5. B
Veſtes ſplendidæ Sacerdotibus vetitæ. t.1. 318. B
De Veſtibus ad ſacros pertinentibus. t.1. 187. B. t.2. b. 112. B
Veſtimenta Holobera dicta. t.1. 421. F
De vi & potentiâ. t.2. b. 56. D
Viaticum quid. t.2. c. 160. F
Vidua in Diaconatum ſuſcepta ſi nupſerit, deſpicienda. t.2. c. 81. D
De Viduis & Diaconiſſis. t.2. b. 70. A. 75. C
Vidua eligitur non minor xl. annis. t.2. c. 81. F
Vidua ſui juris nubat. t.2. c. 99. D
Qui viduam accepit, non poteſt eſſe Presbyter. t.1. 13. A
Viduas quæ lx. ſunt annorum in Diaconiſſarum ordinem poſſe referri. t.1. 204. D




Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Viduas feniores in Eccleſiis conſtituti prohibitum. t. 1. 458. A.
Viduitas virginitate minor. t. 2. c. 74. C
De Vini abhorrentiâ. t. 1. 34. A
De Vini tantum oblatione in ſacrâ menſâ, aquâ non admixtâ, apud Armenios. t. 1. 191. E
Vino doliis infuſo, ridentium agreſtium Satanica operatio. t. 1. 231. E
Vir muliebri veſte non utatur. t. 1. 230. C. 231. A
Vir in mulierum Monaſterio non dormiat. t. 1. 213. D.
Viris non eſt acrius fomentum muliere ad flammam excitandam. t. 1. 213. E
Viros cum mulieribus lavare non oportet. t. 2. b. 172. E
Virum orthodoxum cum muliere hæreticâ conjungi non oportet. t. 1. 241. D
De Virgine non deſponsâ, cuivis allata eſt. t. 1. 43. D
Divinum partum ex virgine abſque puerperio fuiſſe. t. 1. 249. B
Virginem xl. annos natam Diaconiſſam ordinari. t. 1. 204. E
Virgines lapſæ quomodo puniendæ. t. 2. 116. A. B
De Virgines ſtuprantibus. t. 2. b. 87. F
Virgini, quæ ſe Deo dedicavit, non licere matrimonio conjungi. t. 1. 132. C
De Virginibus præter parentum voluntatem nubentibus. t. 1. b. 66. D
De Virginitatem profitentibus & profeſſionem ſuam irritam reddentibus. t. 1. 396. B
De Virginibus lapſis. t. 2. c. 74. B
Si quis Virginitatem cuſtodiat, à matrimonio tanquam abominando recedens, anathema ſit. t. 1. 420. D
Si quis eorum, qui Virginitatem ſervant, propter Dominum, in conjugatos inſultet, ſit anathema. t. 1. 420. F
Virgo, quæ nominatur. t. 2. c. 74. E
Sancta Virgo uxor Joſeph appellata. t. 1. 276. E. t. 2. b. 75. F
Viſus, ſenſuum primus. t. 1. 279. B
In extremo vitæ ſpiritu neceſſarium viaticum. t. 1. 74. A
De ſolâ Unctione ſanctificandis Pauliciânis. t. 1. 83. B
De ſancto Unguento. t. 2. b. 195. E
Qui ex hæreticis converſis tantum ungantur. t. 1. 97. A
Unguento ſolum delibuti Muſulmaniſtæ. t. 1. 83. B
De Unionis tomo. t. 2. c. 54. D. t. 2. b. 64. A
Vocari, quid. t. 1. 48. D
Vociferatio, quid. t. 1. 245. F
Volumen occidentalium. t. 1. 92. A
Τυπικὸν, quid. t. 1. 73. A
Uſuras trahere qui dicantur. t. 1. 228. A
Uſuras accipere Clericis interdictum. t. 1. 518. C. t. 2. 245. B.
De Clericis uſuras exigentibus. t. 1. 29. F. 78. A
Uſuræ Seſquialteræ. t. 1. 79. B
Uſuræ centeſimæ. t. 1. 78. E. 79. D
De Uſuras accipientibus. t. 2. c. 71. B
Uvæ ut offeruntur. t. 1. 3. B
De Uvâ ad altare allatâ, & incruento oblationis ſacrificio mixtâ. t. 1. 188. A
Uvarum oblatio in altari ſacræ ædis Blachernarum. t. 1. 2. D
Uxor à marito dimiſſa manere debet. t. 2. c. 105. F
Uxor Clerici, ſi eo patiente adulterata fuerit, maritus deponitur. t. 1. 12. D. E
Uxor Epiſcopi, &c. non eſt religionis prætextu ejicienda. t. 1. 3. D
Uxor alicujus adulterata, quomodo punienda. t. 1. 397. D
Uxor alicujus ſi adulterata fuerit, is ad miniſterium non admittitur. t. 1. 408. D
De Uxore Epiſcopi communi utriuſque conſenſu ſeparatâ. t. 1. 215. C
Ab uxore divertere poteſt vir, ſi ea ſemen abortione ſciens ejecerit. t. 1. 266. D
De eo qui uxorem dæmone obſeſſam habet. t. 2. b. 86. A
De eo qui uxorem reliquit. t. 1. 258. E
De eo qui poſtquam aliena ei ablata fuerit, uxorem duxerit. 2. c. 95. D
Uxores habere Epiſcopis etiam licuit ante Synodum Trullanam. t. 1. 3. D
Uuores ducere Lectoribus ſolis & Cantoribus licet. t. 1. 16. E
Uxores Sacerdotibus an ſecundo nubant? t. 1. 216. A. B. D
De Uxores ſecundo ducentibus. t. 1. 453. B
In nuptiis uxores ſecundo ducentium non convivetur Presbyter. t. 1. 407. D
De uxores ſuas ejicientibus. t. 1. 189. E. t. 2. b. 97. B
De iis qui duas ſorores in uxores ducunt. t. 1. 13. A t. 2. c. 81. A
De uxoris adulterio quæ alteri cohabitat, antequam de viri morte certior fiat. t. 1. 267. C. t. 2. c. 91. B
De uxorum conſuetudine poſt ſuſceptam ordinationem. t. 1. 169. D

# X.

Xantippus, primæ Numidiæ Epiſcopus. t. 1. 638. A
Xenodochia non eſſe de novo conſtituenda, ſed eorum quæ conſtituta ſunt, cura gerenda. t. 1. 333. B
De Xenodochii conditore. t. 1. 332. E
Gregorii Xeri ſcriptura. t. 1. 221. B

# Z.

Zenus Epiſcopus. t. 1. 104. C
Zoïs Epiſcopus. t. 2. c. 41. E
Zonaræ commendatio. t. 2. c. 37. F
Zozimus Epiſcopus. t. 1. 512. F

GUILIELMI

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

# GUILIELMI BEVEREGII
# ANNOTATIONES
IN
# SS. APOSTOLORUM,
# CONCILIORUM,
## PATRUMQUE CANONES:
*NEC NON*
## IN SCHOLIA IIS ANNEXA.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

# ANNOTATIONES

## GUILIELMI BEVEREGII

## IN SYNODUM

## PRIMAM SANCTI PATRIS NOSTRI

## CONCILIORUM

## SS. APOSTOLORUM

# GUILIELMI BEVEREGII

BIBLIOTHEQUE NATIONALE LYON

# ANNOTATIONES IN CANONES APOSTOLICOS.

## PRÆFATIO

## De Numero ac Authoritate Canonum Apostolicorum.

I. NOtas ac observationes in hosce, qui sub Apostolorum nomine multis retro seculis in Ecclesiâ Christianâ militarunt, non minus quam in Synodorum Patrumque Canones à Græcis receptos, eorumque interpretes, edituri; prius de omnibus quam de singulis disserere, & quo tandem jure Veteres hi Canones gloriosum illum titulum, Κανόνες τῶν Ἀποστόλων, meruisse censeantur, explicare necessarium duximus. Hoc ut effectum demus, duas præcipue quæstiones discutiamus oportet, quarum prima est de canonum horum numero, de authoritate & antiquitate altera: quas ambas paucis expedire moliemur.

II. Quod ad numerum attinet, primò tenendum est, quod etiamsi complures antiquiorum Patrum de Canonibus hisce sæpius meminerint, nihil tamen certi de antiquitùs recepto eorum numero è quopiam elicere possumus, usque ad quingentesimum plus minus à Christo nato annum. Inter decretales, fateor, Romanorum Pontificum Epistolas una circumfertur Zepherini (qui ad sedem Romanam provectus est anno Chr. 198.) ad Episcopos omnes Sicilienses, in quâ dictum est, *Septuaginta enim Apostoli sententias præfixerunt*; quomodo etiam Hincm. Rhemensis legit in l. de var. c. Eccl. c. 18. At Ivo Carnotensis in decret. part. 4. c. 107. & autor Panormiæ sive Pannomiæ l. 2. c. 105. & Gratianus distinct. 16. c. 2. pro *septuaginta* legunt *sexaginta*. Gregorius Presbyter autem in Polycarpi sui l. 3. tit. 20. *quinquaginta* citat, ut observant Romani quoque juris Canonici correctores sub Gregorio XIII. ad distinct. 16. c. 2. Et Severinus Binius, qui hanc inter alias epistolas decretales Concil. tom. 1. part. 1. edidit, ad *septuaginta* in margine notat, *alias sexaginta*, *alias quinquaginta*: ut ex tanta lectionum varietate, nihil certi concludi possit. Et præterea, nec multum refert, quot Canones sive sententiæ in dicta Epistola recensentur ut ab Apostolis præfixæ, cum hæc una sit ex iis epistolis, de quibus ipse Bellarminus ait, *Aliquos errores in has epistolas irrepsisse non negaverim, nec indubitatas esse affirmare audeam*. Bellarm. de Rom. Pontif. l. 2. c. 14. Et Baronius, ex multis eas suspectas reddi epistolas affirmat, ad an. 865. & aciem argumentorum quæ ex hisce epistolis petuntur, aliorum objectionibus retusam videri posse, ad an. 102. unde doctissimus ille Petrus de Marca liberum esse venerandos Pontificum titulos epistolis istis detrahere affirmat, & suppositicias esse probat, de concord. sacerd. & imp. l. 3. c. 5. & idcirco ab earum citatione cautus abstinet. Cæterum quod non prætereundum est, idem ille Petrus de Marca l. 3. cap. 2. ad numerum Canonum horum adstruendum, alium laudat librum συναγωγὴν ἐν κεφαλαίοις appellatum, sub nomine Theodoreti Cyrensis, qui ante tempus à nobis præstitutum claruit. Sed eruditissimo viro imposuit codex MS. in Bibliothecâ Regiâ, quem solum, ni fallor, viderat, titulum præ se ferens Θεοδωρήτου ἐπισκόπου Κύρρου. Verum Christophorus Justellus alios codices MS. citat, unum qui Ἰωάννου πρεσβυτέρου Ἀντιοχείας, alterum qui Ἰωάννου ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως nomen præfert, Joh. videlicet Scholastici, qui primò Presbyter Antiochenus, & deinde Episcopus Constantinopolitanus fuit: & codicem præterea nostrum Oxonien sem, cujus titulus est Συναγωγὴ κεφαλαίων ἐκκλησιαστικῶν &c. & postea Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τῆς μελησιτῆ εἰς τ' νομοκανόνα περίληψις. E quibus satis, ut opinor, patet Theodoretum non fuisse collectionis istius auctorem, sed Joh. Scholasticum sive Antiochenum, qui post annum prædictum floruit, uti mox ostendemus. Hoc autem lectorem obiter admonendum duxi, ut si forsitan inter doctissimum illud Petri de Marca opus legendum, in collectionem hanc ab eo laudatam inciderit, eandem esse sciat, quam Christophorus Justellus sub Johannis Antiocheni nomine edidit.

III. At quingentesimo circiter æræ Christianæ anno, ipse primus æræ istius conditor Dionysius Exiguus codicem Canonum Ecclesiæ Orientalis è Græcâ in Latinam Linguam quam accuratissimè transferebat, cui etiam Latinam suam Canonum quinquaginta sub Apostolorum nomine versionem præfigebat. Tempus quo antiqua hæc Canonum interpretatio in lucem prodiit, ex duabus ipsius Dionysii epistolis erui potuerit; quarum una est ad Petronium Episcopum, quam Dionysius Petavius è MSS. edidit ad calcem operis de doctrinâ temporum. In uno exemplari quo usus est Petavius, hæc scripta sunt, *In præsenti namque tertia indictio est, consulatu Probi junioris tertius decimus circulus decemnovalis decimus lunaris est*: è quibus constat annum quo & paschalem suum cyclum instituit, & hanc epistolam conscripsit, fuisse annum æræ vulgaris DXXV. utpote Philoxeno & Probo Coss. indict. III. aureo numero XIII. In hâc autem Epistola Dionysius Exiguus citat Canonem, LXXIX. totius codicis, *qui primus est Antiocheni Concilii* ut ipsius verbis utar & quidem juxta suam ipsius interpretationem: unde liquet versionem hanc elaboratam esse, ac proinde quinquaginta Apostolorum Canones editos ante an. DXXV. Sed accuratius adhuc tempus colligere licebit ex Epistola ipsius ad Julianum Presbyterum tituli sanctæ Anastasiæ, Pontificum Romanorum decretis ab eo collectis præfixâ, & ex MSS. Christophori Justelli editâ. In hâc enim Epistola Dionysius se in decretorum collectione eodem modo processisse scribit, *quo duabus de Græco sermone Patrum transferens Canones ordinarat*. Ergo Canonum versio prius facta est, quam hæc Epistola scripta, quæ tamen data est ad Julianum Presbyterum tituli S. Anastasiæ, qui interfuit Synodis Rom. primæ & quartæ sub Symmacho habitis, quarum illa Kal. Mart. anno 499. post consulatum Paulini; hæc sub VIII. Id. Novemb. anno 502. Avieno juniore Consulatum gerente celebrata est: nulla vero postea illius occurrit mentio. Unde plusquam verisimile cuipiam videatur, hanc Apostolicorum L. aliorumque Canonum versionem quinto exeunte seculo, vel saltem ineunte sexto, hoc est, anno circiter quingentesimo divulgatam esse.

IV. Non citius autem edita est hæc Dionysiana Canonum interpretatio, quam ab Ecclesiâ Romanâ recepta, quod Cassiodorus ejusdem ætatis scriptor abunde testatur, de Dionysio hæc scribens, *Qui petitus à Stephano Episcopo Salonitano, ex Græcis exemplaribus Canones Ecclesiasticos, moribus suis ut erat planus atque disertus, magna eloquentiæ luce composuit: quos hodie usu celeberrimo Ecclesia Romana complectitur*. Cassiod. divin. lect. c. 23. Et ab eo usque tempore per totum propemodum Occidentem hi quinquaginta canones, iique soli, Apostolorum titulo, dignati sunt, & inter reliquos conciliorum canones à Dionysio versos observati. Hinc est quod Johannes secundus sede Romanâ potitus anno 532. in causâ Contumeliosi Regensis Episcopi inter alios citat Can. Apost. xxv. & xxix. idque ex interpretatione Dionysianâ, in epistolâ ad Cæsarium Arelatensem datâ, Concil. Gall. tom. 1. Et Zacharias Papa dignitatem istam assecutus anno 741. plures Canones ex eadem versione laudat, in epistolâ ad Pipinum Regem, & Episcopos Francorum, in Binii Concil. tom. 3. part. 1. pag. 367. & 368. edit. Colon. an. 1618. Et Leo iv. Papa an. 847. *Quibus autem, inquit, in omnibus Ecclesiasticis utimur judiciis, sunt canones Apostolorum, Nicænorum &c.* Gratian. distinct. 20. cap. 1. viz. juxta Dionysianam versionem, quâ Apostolici 50. soli numerantur. Anastasius Bibliothecarius in præfatione ad 7. Synodum ad Johannem viii. Papam Romanum an. 872. scribit Stephanum prædecessorem ejus L. solos Apostolorum canones recipiendos synodicè promulgâsse, verba ejus sunt, *Et certe de Apostolorum Canonibus liquido novimus, quoniam his*



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

*quidam facile non præbuêre consensum. Sed & prædecessor vester beatissimus papa Stephanus non ex his plusquam quinquaginta synodicè promulgavit.* Et Humbertus Sylvæ candidæ episcopus in disputatione de jejunio sabbati contra Nicetam Pectoratum an. 1054. hæc habet, *Et hoc asserere conaris ex apocryphis libris & canonibus pari sententiâ sanctorum patrum repudiatis; nam Clementis librum, id est, Petri Apostoli itinerarium, & canones Apostolorum numeraverunt inter Apochrypha, exceptis capitulis quinquaginta, qua decreverunt orthodoxæ fidei adjungenda.* Gratian dist. 16. c. 3. Unde liquet quinquaginta Apostolorum canones approbatos, reliquos tunc temporis repudiatos esse. Hinc Urbanus secundus iisdem fere temporibus, in epistolâ præposito S. Juventii destinatâ, *sciendum vero*, inquit, *quod canones Apostolorum quorum authoritate orientalis, & ex parte Romana utitur Ecclesia &c.* apud Grat. dist. 32. cap. 6. nimirum illa plures, hæc L. solos admittit. Et Gratianus anno 1145. *Apostolorum vero canones qui per Clementem Pontificem Romanum, sicut quidam asserunt, dicuntur esse translati, sunt quinquaginta,* distinct. 16. præf. Quinetiam in veteri canonum codice quem Wigornienſi Ecclesiæ Dunstanus Archiepiscopus Cantuariensis contulit, L. soli Apostolorum canones describuntur, ut observat Jacob. Armachanus in proleg. ad Polyc. & Ignat. epist. Nec omittendum est Cresconium, sive Crisconium, Episcopum Africanum tam in breviario canonico quam in collectione canonum L. solos sub Apostolorum nomine laudare, idque ex interpretatione Dionysianâ; & Isidorum quoque sive Hispalensem, sive Mercatorem, Setubensem Episcopum, juxta Chronicon Juliani Toletani (incertum enim est quisnam istius collectionis auctor fuit, quæ sub Isidori nomine circumfertur) de L. solis Apostolicis meminisse, quos etiam ut à Dionysio translatos citat, etiamsi in reliquis conciliorum canonibus antiquam versionem retineat. E quibus omnibus inter se collatis probè constat, L. solos sub Apostolorum nomine per multa secula in Ecclesiâ Romanâ receptos esse, eosque ex Dionysianâ versione. Hinc est quod Codex canonum Ecclesiæ Romanæ anno 1525. à Joh. Wendelstino editus L. solos Apostolorum canones exhibeat; & quod in primo conciliorum tomo impres. Coloniæ anno 1530. L. soli Apostolorum canones recensentur, etiamsi in editione Petri Crabbe, & aliis posterioribus plures numerentur.

V. Dionysius igitur Exiguus L. solos Apostolorum canones è Græco transtulit; utrum autem plures in codice quo usus est, extiterint necne, incertum est. Petrus de Marca cæteros ab eo consultò omissos opinatur, *præsertim cum can.* LXVI. *ingratus Romanis auribus esset.* de Concord. l. 3. c. 2. Sed vero nobis dissimile videtur, ut partem tantam codicis transferret, reliquamq; omitteret, ne Romanis displiceret, cum ipse in præfatione etiam L. à se versis *plurimos consensum non præbuisse facilem* affirmet, & propterea Romanis æque ac aliis liberum esset eos vel admittere vel repudiare. Utrum autem in exemplari quod transtulit Dionysius, plures quam quinquaginta fuerunt canones necne, non tanti est momenti, ut litem moveret, præcipue cum, etiamsi codex quem ipse vertit, plures non habuerit, ejus tamen æqualis exemplar nactus est quod LXXXV. canones Apostolicos continuit: Johannes viz. scholasticus, primo Antiochiæ presbyter, (unde & Antiochenus dicitur) postea vero ad thronum Constantinopolitanum à Justiniano (sub quo & Dionysius claruit) imperatore promotus. Hic enim in præfatione ad canonum collectionem quam, ut antea notatum est, Marca sub Theodoreti nomine laudat, disertis verbis ait, Οἱ μὲν ἅγιοι τῶν κυρίων μαθηταὶ καὶ ἀπόστολοι ὀγδοήκοντα πέντε διὰ Κλήμεντος κανόνας ἐξέθεντο. unde constat canones Apostolorum LXXXV. in Oriente iisdem etiam temporibus obtinuisse, quibus Dionysius L. solos latinè vertebat. Hanc suam canonum collectionem Joh. Antiochenus (sub isto enim nomine editus est) in L. titulos distribuit, quibus canones hosce Apost. LXXXV. inter alios conciliorum commiscet; adeo ut hi LXXXV. Apostolici unà cum synodalibus ab eo commemoratis codicem canonum Ecclesiæ orientalis tunc etiam dierum constituerent. Et hinc est quod in Concilio Trullano anno 681. celebrato can. 2. canones LXXXV. τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων ἀποστόλων synodali authoritate confirmentur. Et ab hoc demum tempore Ecclesia Orientalis religiosissime, si quos alios, hos LXXXV. Apostolorum canones observarunt. Et quicunque ex iis jus canonicum tractarunt, nec plures nec pauciores recensent. Photius Patriarcha C P. in nomocanone, Alexius Aristenus, Joh. Zonaras, Theodorus Balsamon, Simeon magister & Logotheta, Arsenius Monachus, Constantinus Harmenopulus in epitome canonum, & Matthæus Blastares in syntagmate, & quotquot præterea Græci juri canonico operam dederunt, in prædicto LXXXV. canonum Apostolicorum numero unanimes consentiunt. At in Arabicâ canonum collectione numerus ad LXXXI. reducitur, ut ex ipso etiam titulo patet, quem ex Ms. bibliothecæ Bodleianæ transcriptum huc transferre non pigebit هذه القوانين التي وضعتها الرسل القديسين والتلاميذ الاطهار التي تدعي التطلسات التي اجتمعت عليها الحبر اردون ورتبوها بتلاميذ الروح القدس بعلية صهيون التي اخبر بها اكليمنطس تلميذ بطروس الرسول وعدتها احد وثمانون قانونا *Hi sunt Canones quos sancti Apostoli, pariique discipuli composuerunt, quique Tituli cognominantur, ad quos constituendos congregati sunt Apostoli, eosque Spiritus Sancti ope in summo Sionis ordinarunt, quos Clemens Petri Apostoli discipulus enunciavit. Et numerus eorum est octoginta unus.* Eodem quoque modo in plerisque Latinis horum canonum editionibus non LXXXV. sed LXXXIV. numerantur, duodecimo nimirum & decimo tertio in unum conjunctis.

VI. Ut de numero sic & de authoritate horum canonum in varias abitur partes. Nam Johannes Damascenus non *referre videatur* solum, ut Alphonsus de Castro adv. hær. l. 2. c. 20. modeste nimis loquitur, sed revera in canonicorum sacræ scripturæ librorum numerum eos refert: recensitum enim à se canonicorum librorum catalogum, nullâ factâ distinctione, sic claudit, Παῦλε Ἀποστόλε ἐπιστολαὶ δεκατέσσαρες· Ἀποκάλυψις Ἰωάννε εὐαγγελιστῦ· κανόνες τῶν ἁγίων ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος, Damasc. de fide orthod. l. 4. c. 18. quod tamen inconsultè nimis ab eo factum rectè monet Baronius ad an. 102. Sixtus Senensis S. Athanasium quoque eos inter hagiographa recensuisse scribit, *Canonum Apostolicorum*, inquit, *auctoritas est recepta & indubitata, Athanasius enim inter hagiographa eos numerat.* Sixt. Sen. bibl. sanctæ l. 2. in Clemente. Sixtum fide implicitâ sequuntur Bellarminus l. de scriptorib. Eccles. in Clemente, & Possevinus in apparatu sacro. At in synopsi, quam citant, Athanasii, nulla occurrit canonum Apostolicorum mentio, nisi forsitan sub generali Κλημέντινα nomine, quæ tamen Athanasius non inter hagiographa, sed apocrypha recenset: & Eusebius nihil è Clementinis à veteribus approbatum asserit præter Epistolam primam ad Corinthios, Euseb. hist. Eccl. l. 3. κεφ. λζ'. Porro concilium Trullanum hosce canones non quidem inter canonicos scripturæ libros, sed tamen inter reliquos ab Ecclesiâ recipiendos canones confirmat, idque sub ipsorum Apostolorum nomine concil. Trull. can. 2. Et hinc est quod Græcorum plurimi synodi istius autoritate inducti, non L. solos priores, sed & universos LXXXV. ab ipsis Apostolis vel compositos vel saltem Clementi dictatos asserant. Unde Balsamon in istum canonem eos qui L. solos recipiunt, perstringens, ait. τῷ πάντῃ κανόνι μέμφεσθαι δικαίως, ἐπιτιμᾶσθαι δὲ διὰ πᾶσαν τὰς λέγοντας μὴ ἐκτίθεσθαι περὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανόνας πέ. Eadem propemodum habes in Matthæi Blastaris præf. ad syntagma. Nec defuerunt è Latinis qui hosce canones ipsis Apostolis acceptos retulerunt: *Apostolorum canones certo sunt Apostolorum*, inquit Lindanus in Chron. præf. panopl. *istos canones ab Apostolis constitutos, à beatoque Clemente conscriptos esse, multis & certis argumentis adducar ut credam*, inquit Lambertus Gruterus in præf. oper. Clement. Salmeron *illos in concilio Hierosolymitano Act.* 15. *ab Apostolis conditos esse, ac proinde immerito pro apocryphis à quibusdam censeri* affirmat, tom. 2. tract. 44. Franciscus Turrianus peculiarem edidit tractatum, quo probare nititur, omnes hosce canones ab Apostolis compositos esse, idque in concilio Hierosolymitano. Cui subscribit & Lorinus in Act. Apost. cap. 15. necnon Onuphrius in catalogo Platinæ præfixo. Hanc denique & Josephi Ægyptii Arabici canonum collectoris sententiam fuisse, titulus ante citatus indicat.

VII. Alii è contra hosce canones dubios & supposititios esse, & Apostolis falsò adscriptos prodiderunt, iique è Græcis pariter ac è Latinis. Photius enim in præfatione ad nomocanonem à Christophoro Justello ex M S. bibliothecæ Oxonienſis editâ, olim observavit, ὅ μὲν ἀλλὰ καὶ τοὺς λεγομένους τῶν ἁγίων ἀποστόλων, εἰ καί τινες αὐτοὺς ἀμφιβόλους διά τινας αἰτίας ἡγήσαντο. Et post eum Matthæus Blastares, ἐκ ἀγνοῶ ἤ ὅτι τινὲς τῶν ἀρχαίων ἀμφιβόλους τοὺς κανόνας τούτους ἡγήσαντο. Et ipse quidem Photius unus ex iis fuisse videtur: utpote qui Canones etiam à se collectos recensens, non dicit οἱ τῶν ἁγίων ἀποστό-

ἀποστόλων κανόνες, sed οἱ λεγόμενοι τῶν ἁγίων ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος κανόνες πδ'. Sic etiam Dionysius Exiguus in præfatione ad codicem canonum Ecclesiasticorum, *In principio itaque canones*, inquit, *qui dicuntur Apostolorum, de Græco transtulimus, quibus quia plurimi consensum non præbuere facilem, hoc ipsum vestram noluimus ignorare sanctitatem.* Et Isidorus in suâ præfatione, *Propter eorum auctoritatem cæteris conciliis præposuimus canones qui dicuntur Apostolorum, licet à quibusdam Apocryphi dicantur, quoniam plures eos recipiunt*, ita quidem citatur à Gratiano dist. 16. c. 4. at capite primo ejusdem distinctionis hæc etiam ex Isidoro laudantur, *Canones qui dicuntur Apostolorum, seu quia eosdem nec sedes Apostolica recepit, nec sancti patres illis assensum præbuerunt, pro eo quod ab hæreticis sub nomine Apostolorum compositi dignoscuntur, quamvis in iis utilia inveniantur, tamen ab auctoritate canonicâ atque Apostolicâ eorum gesta constat esse remota atque inter Apocrypha deputata.* In utroque fortasse loco respectum habuit ad Gelasium papam, & 70. episcopos in synodo sub eo celebratâ congregatos, an. 494. qui authenticos ab apocryphis libros discernentes, dicunt, *Liber canonum Apostolorum Apocryphus* apud Grat. distinct. 15. c. 3. At Hincmarus Rhemensis, *B. Gelasium in catalogo qui libri in Ecclesiâ recipiantur, de his Apostolorum canonibus penitus tacuisse, nec inter Apocrypha eos misisse*, scribit in opus c. cap. 24. adeo ut in codice quo Hincmarus anno circiter 860. usus est, verba ante citata omissa videantur. Ipse autem Hincmarus eodem in loco præmiserat, *Cæterum iidem canones, qui vocantur Apostolorum, non ab ipsis Apostolis conscripti esse creduntur.* In eadem sententiâ Fulgentius quoque Ferrandus, & Martinus Bracharensis fuisse videntur, ex eo quod nec ille in breviatione, nec hic in collectione canonum, hosce laudare dignentur.

VIII. Ut nos inter duas has extremas latitantem opiniones ipsam investigemus veritatem, & summam, quoad ejus fieri potest, canonum horum antiquitatem iisque debitam exinde pendentem autoritatem inveniamus, antiquiora S. Patrum qui annum prædictum quingentesimum præcesserunt, volumina consulamus, & quæ ex iis in adversaria nostra de canonibus hisce congessimus testimonia, depromamus necesse est. Telam autem à Chalcedonensi sive quartâ generali Synodo exorsi, usque ad ipsa tempora quibus hi canones nobis constituti videntur, hoc est, ad prima propemodum Ecclesiæ recens natæ incunabula eam gradatim ascendendo protrahere moliemur. Patres igitur in prædictâ synodo Chalcedone celebratâ anno Dom. 451. congregati can. 22. decernunt, *non licere Clericis post mortem Episcopi res quæ ad ipsum pertinent diripere*, κελεύει καὶ τοῖς πάλαι κανόσι ἀπορίζεται. At vero nullos alios hâc synodo vetustiores canones invenire est hoc prohibentes, præter Apostolicos, quorum quadragesimo cautum est ne mortuo Episcopo rerum Ecclesiasticarum occasione quæ propria fuerant Episcopi intercidirent, sive diriperentur: videlis notas in dictum 40. can. Apost. Synodus porro Ephesina sive Oecumenica tertia anno 431. habita, decretum edidit quo asseruit, episcopum Antiochenum in Cypro ordinare, quæ extra suos esset limites, esse τετάγμα παρὰ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς θεσμοὺς καὶ τοὺς κανόνας τῶν ἁγίων ἀποστόλων κεκωλυμένον, viz. præter can. Apost 34. & 35. Extat hoc decretum in Actis Concil. Ephes. part. 2. Act. 7. in nonnullis fateor editionibus pro ἀποστόλων legitur πατέρων quod tamen tantidem est. Quinetiam in isto quoque libello quem Rheginus tunc temporis synodo offerebat, hoc *contra Apostolicos canones* esse traditur ibid. Ad hæc Arcadio tertium, & Honorio secundum Coss. hoc est anno 394. celebratum est concilium provinciale Constantinopoli de Agapio & Bagadio, utroque Episcopatum Bestræ sibi vendicante, in quo Nectarius Constantinopolitanus & reliqui patres decernebant, Episcopum accusatum non nisi synodi & provinciæ Episcoporum sententiâ deponendum esse, καθὼς καὶ οἱ Ἀποστολικοὶ κανόνες διωρίσαντο. viz. can. Apost. 74. Hæc extant ad calcem primi tomi hujusce operis. Hisce temporibus celebrata est synodus Carthaginensis, cujus can. 53. Aurelius Episcopus dixit, ὁ ἀρχαῖος τύπος φυλαχθήτω ut tres *Episcopi Episcopum ordinent*, viz. can. Apost. 1. & Balsamon quidem τύπον per κανόνα interpretatur, & dictum Apost. can. ita antiquitus intellectum esse, ut tres ad minimum Episcopi ordinent Episcopum, in notis ad Aristeni istius canonis interpretationem ostendimus. Hinc ad secundam universalem transeamus synodum Constantinopoli habitam anno 381. Patres in hâc synodo convocati ad Damasum, Ambrosium, aliosque Romæ tunc temporis congregatos epistolam mittebant, quâ inter alia dicunt, παλαιὸς τις ὢν ἔστι θεσμὸς κεκράτηκε, καὶ ὑπὸ ἁγίων ἐν Νικαίᾳ πατέρων ὅρος, nimirum ut Antistites unà cum finitimis (modo ipsis visum fuerit) episcopis ministros ad Ecclesiarum commodum in suis ipsorum provinciis ordinent; at nulla synodo Nicænâ antiquior lex extitit quæ hoc constituit, præter can. Apost. 14. & 15. Extat hæc Epistola ad finem Actorum Concilii C P. & apud Theodoretum hist. Eccl. l. 5. cap. 9. Hisce diebus Evagrius sedem Antiochenam occupabat, à Paulino decessore solo, & jam decedente ordinatus quod παρὰ τὸ ἐκκλησιαστικὸν θεσμόν, imo παρὰ πολλοὺς κανόνας factum observat Theodoretus hist. Eccles. l. 5. c. 23. viz. Contra can. Apost. 1. & 76. quorum iste non nisi à duobus vel tribus Episcopum ordinari mandat, hic Episcopum quem vult sui loco ordinare prohibet. Hisce etiam temporibus Basilius ille Magnus clarebat, qui in primâ Epistolâ ad Amphilochium can. 3. ait, διὸν ἀρχαῖος ἔθος κανών, ut qui gradu exciderunt huic soli punitionis modo subjiciantur, viz. can. Apost. 25. Idem quoque canone 12. dicit, τοὺς δημόσιος πατρικῶς ὁ κανὼν τῆς ὑπηρεσίας ἀπέκλεισε, ubi Balsamon observat per κανόνα indigitari can. Apost. 17. Idem observatur & à Matthæo Monacho in matrimonialibus cap. περὶ διγάμων. & rectè quidem, siquidem nullus alius de eâ re canon extabat. Præterea anno Dom. 341. habita est synodus Antiochiæ: Plerique autem canonum ab hâc synodo editorum eadem quæ Apostolici & nonnunquam iisdem verbis decernunt, ut nihil certius esse potest, quam vel Antiochenos ex Apostolicis vel Apostolicos ex Antiochenis transcriptos esse, ut cuivis conferenti patebit. At vero Antiochenos ex Apostolicis, non è contra, traductos esse probe constat ex can. Antioch. 9. quo statutum est, reliquos Episcopos nihil magni momenti facere, sine primo sive Metropolitano κατὰ τὸ ἀρχαῖον κρατήσαντα τῆς πατέρων ἡμῶν κανόνα, viz. juxta Apost. can. 34. eadem omnino decernentem, unde patres Antiochenos canones Apost. vidisse, omnesq; suos qui cum Apostolicis conveniunt, ex iisdem transtulisse, eosque suâ demum autoritate confirmasse luculenter patet. Hisce diebus celebratissimus ille Athanasius ad ubique orthodoxos epistolam conscripsit, in quâ conqueritur Georgium natione Cappadocem, per vim, judicumque extraneorum opem, thronum Alexandrinum invasisse; & protinus subjungit, τῶν τῆς ἐκκλησιαστικὰς θεσμὰς παραλύσῃ viz. can. Apost. 29. & 30. ut vero Imperiali quoque autoritate veteres hi canones corroborentur, iisdem diebus Eusebius Cæsareæ Episcopus ad thronum Antiochenum cleri populique suffragiis electus est, ille autem antiquis hisce canonibus religiose insistens, suam relinquere, & ad aliam sedem migrare renuit, quam ob rem Constantinus Magnus Imperator literas ad eum dabat, quibus eum commendat, quod πίστει ἐστολὰς τῷ θεῷ καὶ τὸ ἀποστολικὸν κανόνα καὶ τὸ ἐκκλησίας συλάττῃ ἔγγραφον, Euseb. de vitâ Constant. l. 3. cap. 61. & aliam epistolam ad synodum Antiochiæ tunc temporis habitam mittebat, quâ Episcopos in eâ congregatos certiores facit, literas Eusebii de eâ re ad se missas τῷ ἐκκλησιαστικῷ θεσμῷ consentire; & in prædictis itidem literis ad Eusebium datis, hæc ab eo gesta, τῷ ἀποστολικῷ παραδόσει σύμφωνα esse subjicit: Hunc autem Apostolicum canonem, hanc Ecclesiasticam legem, hanc denique Apostolicam traditionem nihil aliud esse quam can. Apost. 14. extra dubium est. Quinetiam Alexander Episcopus Alexandrinus ad Alexandrinum Episcopum C P. scribens, Episcopos aliquos, qui eos, quos ipse excommunicaverat, in communionem recepissent, criminatur, τὸ μήτε ἀποστολικὸν κανόνα τετηρηκέναι viz. can. Apost. 12. 13. & 16. Theodoret. hist. Eccles. l. 1. cap. 3. Hæc Epistola scripta est ante synodum primam Oecumenicam Nicææ habitam, cui postea idem Alexander interfuit: quapropter nec totam synodum hi canones latuisse censeantur, nec quidem latebant, ut ex ipsis canonibus ab eâ constitutis palam est: enimvero in secundo canone sancti patres affirmant, ut, qui à vitâ Gentili ad fidem nuper accesserunt, baptizentur, & ad episcopatum protinus promoveantur, esse παρὰ τὸν κανόνα τῆς ἐκκλησιαστικὸν, viz. contra can. Apost. 80. & canone quinto de excommunicatis decernunt, ut valeat sententia κατὰ τὸν κανόνα τὸν διαρρήδην, *juxta canonem qui pronunciat eos qui ab aliis excommunicantur, ab aliis non recipiendos esse*; hic autem est can. Apost. 12. Et quidem, ut semel dicam, sacratissimum hoc Concilium in plerisque statutis suis ad canones Apostolicos respexisse, & non tam novos procudisse, quam antiquos hosce confirmâsse videntur, vel etiam & explicâsse: quod egregiè probetur ex can. 10. quo decernitur ut quicunque lapsi sunt, & postea vel per ignorantiam vel scientibus iis qui promoverunt, promoti sunt, hoc non præjudicat τῷ κανόνι τῷ ἐκκλησιαστικῷ, nam cogniti deponentur. Nimirum canon Apostol. 62. præcipit, ut Clericus qui lapsus est deponatur, sed de iis qui post lapsum ordinati sunt, nihil expresse statuit: Patres itaque Nicæni canonem istum ita intelligendum consentiunt, ut ii etiam qui prius lapsi sunt, & deinde ordinati deponan

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ponantur, ut pœnam ab Ecclesiastico isto canone constitutam non effugiant, etiamsi lapsus ordinationem præcesserit. Si altius adhuc ascendamus ipse quoque Cyprianus, (Si modo tractatus de ablutione pedum ei rectè adscribatur) anno circiter 250. *nam baptismum*, inquit, *repeti Ecclesiastica prohibent regula*, Cyprian. de ablut. ped. viz. can. Apost. 47. Ipse denique Tertullianus ad canones hosce respectum habuisse videtur, ubi ait, *Aguntur* præcepta (sic enim Pamelius legendum censet non *præterea* quod aliis visum) *per Græcias illas certis in locis concilia, ex universis Ecclesiis, per quæ & altiora quæque in commune tractantur*. Tertul. de jejun. adv. psych. cap. 13. Ut talia enim Concilia haberentur nusquam tunc temporis *præceptum* legimus præterquam canone Apost. 37. Ubi etiam dicit, *Ad hæreticos vetamur accedere* Tertul. de præscript. adv. hæret. cap. 12. canonem Apost. 45. quo cum hæreticis comprecari, vel 65. quo hæreticorum synagogam ingredi vetitum est, indigitasse videtur.

IX. Priusquam ulteriùs progrediamur non abs re erit ex prædictis veterum testimoniis hæc duo observare, 1. Hosce canones sub variis nominibus antiquitus cognitos fuisse, ut qui à synodo Chalcedonensi appellantur οἱ πάλαι κανόνες, à Constantinopolitâ synodo οἱ παλαιοὶ ὄντμοι, à syn. Antiochenâ, & S. Basilio ἀρχαῖοι κανόνες, à syn. Nicænâ, Ephesinâ, Antiochenâ, & ab Athanasio ἐκκλησιαστικοὶ κανόνες, à Constantino & Theodoreto ἐκκλησιαστικοὶ ὄντμοι, à Cypriano, *Ecclesiastica regula*, à synodo C P. à Constantino & Alexandro ἀποστολικοὶ κανόνες, nunquam tamen κανόνες τῶν ἀποστόλων præterquam in decreto Ephesino, ubi etiam pro ἀποστόλων nonnunquam πατέρων & fortasse rectiùs legitur. A Constantino vocantur & ἀποστολικοὶ παράδοσις, & à concilio Nicæno simpliciter κανόνες. (2.) non. 1. solos sed plures antiquis hisce patribus innotuisse, utpote quod synodus C P. provincialis canonem 74. Nicæna 62. & 80. & Theodoretus can. 76. laudet: adeo ut xxxv. posteriores ejusdem antiquitatis ac 1. priores non immerito censeantur.

X. Hisce sic præmissis, nostram de canonum horum antiquitate ac origine sententiam paucis aperiamus. Quanquam enim eos vel ab ipsis Apostolis conscriptos esse, vel Clementi tanquam amanuensi dictatos affirmare non ausim, ne cum Damasceno eos inter canonicos sacrarum scripturarum libros recensendos judicarem; nullus tamen dubito quin à virisA postolicis, hoc est, secundo labente & ineunte tertio à Christi nativitate seculo constituti passim deinceps innotuerint. Hoc enim non ex eo tantùm liquet, quod quarto demum currente seculo pro antiquis habiti fuerunt, sed exinde præcipuè quod secundâ tertiâq; fluente à verbo incarnato centuriâ, omnes, vel plerosque saltem (à quibus & de cæteris facile est conjecturam facere) in Ecclesiâ Christianâ obtinuisse, ex Clemente Alexandrino, Origene, Tertulliano, aliisque ejusdem ætatis scriptoribus & Ecclesiasticis historiis abundè constet: ex. gr. can. 7. de die celebrandi paschatis, can. 17. de digamis non ordinandis, can. 31. de Clericis seorsim collectas recipientibus, can. 47. de baptismo non repetendo & de hæreticorum baptismate non admittendo, can. 50. de trinâ in baptismo immersione, can. 61. de fidelibus lapsis non ordinandis can. 6. & 81. de clericis seculares curas suscipientibus; sic etiam canones de consiliis habendis, de quadragesimâ, feriâ quartâ & parasceve jejunando, &c. ut in canonibus explicandis fusiùs ostensuri sumus. Hæc enim & hujusmodi quæ sacris in scripturis expresse non præcipuntur, in Ecclesiam primitivam & tantum non Apostolicam furtim & fortuito irrepsisse non censenda sunt, sed è prævìis potius decretis sive canonibus, iisque non à privato quopiam homine, sed à multis qui in unum congregati in utramq; partem deliberârunt, constitutis, vulgares in usus primo recepta fuisse.

XI. Et quidem nonnullos ex hisce canonibus à conciliis tunc dierum celebratis editos fuisse, nemo inficias eat. Septimus enim canon de paschalis celebritatis tempore à Conciliis Romano, Palæstino, Pontico, Gallico, Osroeno, aliisq; constitutus est, anno circiter 198. Euseb. hist. Eccles. l. 5. cap. 22. Sic Cyprianus asserit antecessores suos de clericis seculares curas suscipientibus decretum edidisse, juxta can. 6. & 81. Cyprian. in Epist. ad Presbyt. & diac. & plebem Furnis consistentes. Sed summâ observatione dignum est quod illi ipsi canones de quibus tot motæ sunt controversiæ, viz. 46. de hæreticorum baptismo non approbando, & 47. de baptizandis iis qui ab hæreticis impuro baptismo polluti sunt, longe ante Cypriani tempora in synodo sub Agrippino habitâ statuti sunt, ut ex ipso Cypriano patet, dicente, *Apud nos autem non nova aut repentina res est, ut baptizandos censeamus eos qui ab hæreticis ad Ecclesiam veniunt, quando multi jam anni sunt, & longa ætas, ex quo sub Agrippino bonæ memoriæ viro convenientes in unum Episcopi plurimi hoc statuerint*, Cyprian. epist. ad Jubaian. Hujus Concilii meminit & in Epistolâ ad Quintum. Quo quidem anno celebratum est hoc Concilium nondum constat. Baronius conjicit in annum 217. At siquidem *multis annis & longâ ætate* ante Cyprianum habitum fuerit, anterius nobis fuisse videtur, præsertim cum & ipsum Tertullianum eadem sensisse, ex libro de præscript. adv. hæret. constet. Cum pro comperto autem habeamus tres hosce canones qui inter Apostolicos numerantur, à primitivis, ut ita loquar, Conciliis constitutos esse, idem & de reliquis statuendum censeo: nimirum quod à synodis quæ variis & temporibus & locis convenerant, editi sunt hi canones, & tertio demum currente seculo in unum corpus collecti. Hoc & Hincmarus Rhemensis olim sensisse videtur, *Canones* inquit, *qui vocantur Apostolorum, antequam Episcopi concilia libere inciperent celebrare, à devotis quibusque collecti*. Hincm. Rhem. opusc. c. 24. Prius itaque quam concilia libere celebrata sunt, hi canones & editi fuerunt, & collecti. Quemadmodum autem nihil certi de primis Canonum Ecclesiæ universæ collectoribus, nec de priscæ istius latinæ editionis à Justello editæ auctore constat; sic etiam nec certi aliquid vel de tempore vel loco quo collecti sunt hi Canones Apostolici, determinare possumus.

XII. Petrus de Marca, ex eo quod Firmilianus & Cyprianus cum Stephano Romano de hæreticorum Baptismo disputantes de hisce Canonibus non meminerunt, de utroque tam tempore quam loco conjecturam facit; collectos videlicet & Apostolorum titulo cohonestatos fuisse anno 258. idque in concilio quodam Iconiensi. Verum è prædictis patet Cyprianum, etiamsi non sub Apostolorum nomine, antiquum tamen laudasse Canonem, ad suam de Baptismo adstruendam sententiam: & ipse quoque Firmilianus istud decretum non constitutum sed confirmatum fuisse in dicto concilio Iconii celebrato affirmat; Firmilian. Epist. ad Cyprian. Quis autem sibi persuadeat, Cyprianum, Firmilianum, aliosque Ecclesiæ primitivæ præsules Apostolorum nomen hisce Canonibus imponere voluisse, quorum aliquos saltem à decessoribus suis constitutos agnoscunt? Cæterum & aliud quoque occurrit quod hanc conjecturam veri quam dissimilimam esse arguit. Firmilianus nimirum in dicta Epistolâ ad Cyprianum Romanos *circa celebrandos dies paschæ* errare affirmat. At Romani celebritatem istam, ut cuique notum est, juxta Can. Apost. 7. perpetuo peregerunt. Quocirca Firmilianus haud dubie hosce Canones tanquam Apostolicos Romanis obtrudere non voluit, utpote quibus Romanorum de paschâ sententiam confirmari, suam autem condemnari novit. Quinetiam nec huic sententiæ suffragatur, sed refragatur potius Can. 37. quo mentio fit mensis Hyperberetæi. Cum enim Hyperberetæus unus sit ex Asianorum mensibus, quos pascha secus ac Canone 7. statutum est, celebrasse neminem latet, idem contra istam conjecturam recurrit argumentum, nec Iconii videlicet, nec alibi in Asiâ propriè sic dictâ collectos esse. Quin potius ex duobus hisce canonibus viz. 7. & 37. nostra sententia, quod diversis in locis constituti sunt hi canones, egregie confirmatur. Enimvero canonem 37. à conciliis Asianis decretum esse dictum mensis Hyperberetæi nomen apertissime demonstrat, at canonem 7. ab iisdem statutum non fuisse, perpetua eorum à Policarpo, imo quidem ab ipso, ut asseruerunt, Johanne recepta paschatis celebratio, luculentur arguit.

XIII. Ut autem à variis conciliis editi sunt hi canones, sic & à diversis quoque viris nobis collecti videntur, quorum hi plures, illi pauciores collegerunt: unde prædicta in numero discrepantia orta est: non secus ac in conciliorum postea canonibus accidisse patet. Antiquus enim canonum conciliorum codex Chalcedonensibus terminatus fuit, quibus postea Trullani, Carthaginenses, aliique quamplurimi sunt adjecti: & ipse codex canonum à Dionysio exiguo latine versus longe plures continet quam à primo interprete translati sunt, Apostolicos viz. & Africanos, ut non mirum cuipiam videatur, primitivarum synodorum canones ab his 50. ab aliis 85. collectos esse. Canones autem sic à se collectos, alii Ecclesiasticos, Apostolicos alii nominarunt: non quod ab ipsis Apostolis conscriptos crederent quos ipsi à conciliis decretos colligerant, sed quod doctrinæ & traditionibus Apostolicis consonos, & à viris saltem Apostolicis constitutos esse persuasum habuerint. Sic enim & Tertullianus eos qui proximo post apostolos claruerunt seculo, *Apostolicos* appellat, de præscript. adv. hær. cap. 32. Hinc evenit ut in citatis veterum de hisce canonibus testimoniis, nunc *Ecclesiastici*, nunc *Apostolici* nuncupentur: & quod alii postea Apostolicorum nomine decepti ab ipsis Apostolis definitos arbitrarentur.

XIV. Ut ut est, ex prædictis facile adducor ut credam universam propemodum Ecclesiæ primitivæ disciplinam per hosce

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

hoſce canones adminiſtratam fuiſſe. Quapropter quemadmodum canones Nicæni, Ancyrani, Neocæſarienſes, &c. *codex canonum Eccleſiæ univerſæ*; & canones Carthaginenſes, *Codex canonum Eccleſiæ Africanæ* vocitantur: ſic & hi, qui Apoſtolorum dicuntur canones, ut ab Eccleſiâ primitiva conſtituti & collecti, *Codex canonum Eccleſiæ primitivæ* meritiſſimo jure nuncupantur.

XV. Ad hanc noſtram de Canonibus Apoſtolicis vulgo dictis ſententiam quam proximè accedit doctiſſimus ille Epiſcopus Aurelianenſis Albaſpinæus, præſertim ubi vetuſtam hanc canonum collectionem nihil aliud eſſe contendit, quam *Breviarium & Epitomen privatorum conciliorum & rerum ab Epiſcopis privatis ſancitarum, qui Eccleſias Græcas ante concilium Nicænum adminiſtrarunt.* Albaſp. obſerv. l. 1. c. 13. Sed Johannes Dallæus in tertio libro de Pſeudepigraphis Apoſtolicis, poſtquam deliram Turriani, hos canones ab ipſis Apoſtolis conſtitutos fuiſſe aſſerentis, opinionem viginti capitulis non minus eruditè quam fusè everterat, viceſimo primo tandem capite dictam etiam Albaſpinæi ſententiam refellere conatur. Quoniam autem nonnulla ex iis quæ contra Albaſpinæum profert argumentis, noſtræ etiam ſententiæ repugnare videntur, ea paucis, ut loci ratio poſtulat, diſcutiemus.

XVI. Primo itaq; Dallæus hos canones non ante ſynodum Nicænam ſancitos eſſe, ex ipsâ eorum materiâ probare nititur, nimirum quòd can. 85. tres Maccabaici, & octo Conſtitutionum Apoſtolicarum libri inter canonicos recenſeantur. Sic enim argumentatur, *Quis enim quæſo vetuſtiorum, non dico Latinorum, ſed & Græcorum Patrum tertium librum Maccabaicum in ſacrum veteris teſtamenti, vel Clementinarum conſtitutionum octo volumina, in novi canonem ante hujus ſylloges patrem retulerat?* Reſpondeo, primo quod ad libros Maccabaicos ſpectat, in antiquiſſimâ Græcâ canonum collectione à Joh. Antiocheno elaboratâ tit. 50. ubi hic canon extat, nulla omnino librorum Maccabaicorum mentio occurrit, ut etiam in annotationibus ad dictum canonem 85. obſervamus: ac proinde iſti in recentioribus horum canonum editionibus aliâ quam primorum conditorum manu inſerti videntur. Quid autem ſi concedamus tres Maccabaicos libros dicto canoni ab initio inſertos fuiſſe? Hoccine probando eſſet, hos canones nec ante concilium Nicænum conſtitutos eſſe? nihil minus. Verumenimvero in antiquo illo Romano verſionis ἑβδ. ο'. MS. ante mille ducentos annos exarato, tres Maccabaici, ut cuique notum eſt, inter reliquos veteris teſtamenti libros recenſentur. Nec in eo ſolo, ſed & in alio illo dictum Vaticanum codicem annis æquante ſaltem ſi non ſuperante MS. per Cyrillum Lucarem Alexandriâ Conſtantinopolim tranſlatum ad Carolum I. p. m. miſſo, & in Regiâ Bibliothecâ adhuc aſſervato, tertius Maccabaicorum reliquis veteris teſtamenti libris ſubnectitur, & quidem ſub hoc titulo, iiſdem quibus totus liber literis, hoc eſt, uncialibus ſic ſcripto ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ ΛΟΓΟΣ Γ'. quibus etiam ſuffragantur, non tantum editiones Veneta & Complutenſis, ſed & verſio antiqua Syriaca, quâ ſic inſcribitur, טוב ספרא דתלתא דמקבי׳א *Item liber tertius Maccabæorum.* Cum autem multa ſint quæ evincunt dictos codices proximo ſaltem alterove poſt confeſſum Nicænum, ſi non eodem, ſeculo exaratos eſſe, veri prorſus diſſimillimum eſt, ut dicti tres Maccabaici inter canonicos V. T. libros in iiſdem recenſerentur, niſi ante illam ſynodum in eorum cenſum alicubi relati fuiſſent. Quinetiam ipſe Origenes, qui non tantum ante Concilium Nicænum; ſed & iiſdem, quibus nos canones hoſce collectos fuiſſe contendimus, diebus claruit, tres Maccabæorum reliquis ſacræ ſcripturæ libris non obſcure ſubjungere videtur. Is enim in expoſitione primi pſalmi apud Euſeb. hiſt. Eccleſ. lib. 6. c. 25. poſtquam viginti duos V. T. libros juxta Hebræos recenſuiſſet, protinus hæc addit, ἔξω δὲ τούτων ἐστὶ τὰ Μακκαβαϊκὰ ἅπερ ἐπιγέγραπται Σαρβὴθ σαρβανὲλ, quæ Valeſius ſic vertit: *extra horum cenſum ſunt libri Maccabæorum qui inſcribuntur Sarbeth ſarbanel* (hoc eſt, שרביט סרבני אל *Sceptrum rebellium Dei* vel etiam שרביט שר בני אל *Sceptrum principis filiorum Dei.*) Hic enim cum juxta Valeſianam etiam verſionem vox βιβλία intelligatur, τὰ μακκαβαϊκὰ, ut pluralis, non dualis numeri, tres minimum Maccabæorum libros deſignare neceſſe eſt. Verùm & quomodocunque iſta Origenis verba intelligantur, aperte ſaltem ex iis, ut etiam ex Tertulliani, Clementis Alexandrini, aliorumque ejuſdem ætatis eos paſſim laudantium, ſcriptis conficitur, aliquot Maccabæorum libros viginti duobus Hebraicis tunc temporis ſubjunctos eſſe, & nonnullis quidem in locis duos, in aliis tres: nam canon ſcripturæ nondum exactè determinatus erat, ſed hi plures, illi pauciores libros canonicos numerabant; adeo ut inter omnes vetuſtiores rerum Eccleſiaſticarum ſcriptores, vix duos in eodem canonicorum librorum numero conſentientes reperias. Quocirca hoc argumentum contra Dallæum potius retorqueri poſſit. Hinc enim conſtat hos canones prius conditos fuiſſe, quam exactus canonicorum librorum numerus conſtitutus eſt; imo priuſquam Maccabaicorum errores detecti fuerant; hoc eſt ante ſynodum Nicænam. Omnes enim Græci Patres qui poſt iſtam ſynodum claruerunt, Athanaſius, Amphilochius, Gregorius Nazianzenus, Epiphanius, concilii Laodiceni Antiſtites &c. canonicos S. ſcripturæ libros cenſentes, Maccabaicos prorſus omittunt, ut quos, revera Apocryphos eſſe, iſtis temporibus clariſſimè conſtabat. Adeo ut extra dubium ſit, hunc canonem quo tres libri Maccabaici inter canonicos referuntur, ante dictos patres, ac idcirco ante Nicænam quoque ſynodum conſtitutum fuiſſe, ſiquidem deinceps tanquam Apocryphi à Græcis patribus rejecti ſunt.

XVII. Deinde quod ad octo Clementinarum conſtitutionum volumina ſpectat, Dallæus ex iis contra antiquitatem horum canonum perinde diſputat, ac ſi quæ hodie ſub Apoſtolicarum conſtitutionum nomine circumferuntur, eædem cum illis eſſent, quibus iſtud nomen hoc Apoſtolico canone ſcriptum eſt. Verum luce clarius eſt, & ipſe etiam Dallæus agnoſcit probatque (de Pſeudepigr. Apoſt. l. 1. c. 2.) hodiernas conſtitutiones à Turriano editas longe alias eſſe, ac diverſas ab iis quæ Epiphanii temporibus extabant; nam plurima loca ab Epiphanio ex Apoſtolorum conſtitutionibus laudata, in vulgatis nullibi inveniuntur: & ſæpe etiam Epiphanianæ contraria ac Turrianicæ conſtitutiones præcipiunt, ut, ante Dallæum, clariſſimi viri Dionyſius Petavius & Jacobus Armachanus obſervarunt. Ultimus autem Apoſtolicorum canon haud dubie non de hodiernis ſed antiquiſſimis illis conſtitutionibus intelligendus eſt, quæ ab Epiphanio citantur, hær. 45. 70. 75. 80. & paſſim alibi. Has autem ipſo etiam Epiphanio longe vetuſtiores eſſe, exinde patet, quod etiamſi ab hæreticis ad ſuas adſtruendas opiniones ſæpe productæ fuerint, Epiphanius tamen eas nullibi novitatis, aut impoſturæ arguit, ſed è contra librum iſtum ἐκ δόκιμων *non improbandum* eſſe agnoſcit, mox etiam in ejus laudes hæc ſubjiciens, πᾶσα γὰρ ἐν αὐτῇ κανονικὴ τάξις ἐμφέρεται, καὶ ἐδέν ἀδιακρίτως γεγραμμένον τῆς πίστεως, ἐδὲ τῆς ὁμολογίας, ἐδὲ τῆς ἐκκλησιαστικῆς διοικήσεως, καὶ κανόνος καὶ πίστεως. Epiph. hær. 70. Et propterea teſtimonia ab Audianis ex dicto conſtitutionum libro citata, non rejicit protinus, ut invalida, ſed verba aliter interpretatur. *ibid.* Quod firmo nobis eſt argumento Conſtitutiones illas ab Epiphanio laudatas, ſummæ tunc temporis in Eccleſiâ autoritatis fuiſſe; uſque adeo ut non mirum cuiquam videatur, quod canone ante dicto canonicis ſcripturis adjectæ ſint. Quod & plenius adhuc ex eodem Epiphanii loco confirmatur, ut quo hæc etiam occurrunt, Εἰς τοῦτο δὲ οἱ αὐτοὶ Audianoὶ ἐξηφείωνται τῷ ἑβδ Αποστόλων διάταξιν, ὥσαν μὴ πᾶς πολλοῖς ἐν ἀμφιλέκτῳ, ἀλλ' ἐκ δόκιμων, *Audiani vero ad inſtitutum ſuum quandam ex Apoſtolorum conſtitutione autoritatem accommodant: qui liber tametſi dubia apud multos fidei ſit, non eſt tamen improbandus.* Apud multos itaque dubiæ erat fidei, non apud omnes: & idcirco nec Epiphanii temporibus deerant, qui has Conſtitutiones verè Apoſtolicas, uti vocabantur, eſſe credebant. Hoc autem à majoribus ſuis traditum proculdubio acceperant, quos idem ſenſiſſe nemo inficias eat. At Epiphanius eodem ſcripſit ſeculo quo celebrata eſt Nicææ ſynodus: unde neceſſario conſequitur, aliquos etiam ante iſtam ſynodum has Conſtitutiones ipſis Apoſtolis, quorum nomen præ ſe ferebant, acceptas retuliſſe: à quibus propterea non mirum eſt ſi inter reliqua Apoſtolorum ſcripta recenſitæ ſunt: quo quidem jure, non opus eſt hic diſputemus; ſatis enim cauſæ noſtræ conſulitur, ſi Conſtitutiones dicto canone inter canonicos libros numeratæ, ante ſynodum Nicænam Apoſtolicæ autoritatis ullibi habitæ fuerunt. Hinc enim clariſſimè colligitur, nihil ponderis argumento ex Conſtitutionibus petito ineſſe, ſiquidem ante dictum concilium hæ Conſtitutiones non extiterunt tantummodo, ſed ipſis etiam Apoſtolis à nonnullis adſcriptæ ſunt, à quibus in Novi Teſtamenti canonem referri poterant, & quidem longe facilius quam poſtea, cum earum autoritas paulatim decreſcere cœpit.

XVIII. Hic autem mirari ſubit, quâ tandem ratione Dallæus Clementinarum tantùm Conſtitutionum hic meminit, non item duarum Clementis Epiſtolarum ad Corinthios, quippe quæ in N. T. canonem hic referuntur, æque ac



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Constitutiones Apostolicæ. Sed caute sibi causæque à se susceptæ hic egit doctissimus vir, quem latere non potuit sententiam suam ex dictis Epistolis everti potius quam confirmari. Eusebius enim testatur primam Clementis Epistolam ad Corinthios, non suis tantum temporibus, sed & diu antea in plerisque Ecclesiis publicè lectam fuisse, τοιοῦτον ἦ καὶ ἐν πλείστοις ἐκκλησίαις ὅθεν τῇ κοινῇ διδασκαλίᾳ πάλαι τε καὶ καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς ἔγνωσθαι, Euseb. hist. Eccles. l. 3. c. 16. Is autem ipsis concilii Nicæni temporibus claruit. Quocirca ante dictum concilium hæc Epistola non secus ac canonici libri in plerisque Ecclesiis publicè lecta est, à quibus propterea inter canonicos libros facile numerari potuit. Ut autem quinto demum eoque adulto post Christum incarnatum seculo, quo Dallæus hos canones conflctos asserit, cum omnes Ecclesiæ publicâ hujus Epistolæ lectione diu superfederant, & canon scripturæ sine illâ ubique constitutus est, ut istis, inquam, diebus hæc Epistola in canonicorum librorum censum relatus esset, omnem nobis fidem superare videtur. Adhæc altera Clementis ad Corinthios Epistola ipsis etiam Eusebii & D. Hieronymi temporibus, non perinde recepta est, ac prior, sed reprobata, Euseb. hist. Eccles. lib. 3. c. 38. Hieron. in catalog. Et idcirco ineptissimus sit impostor necesse est, & immane hominis monstrum, qui postea librum ab omnibus reprobatum in canonicorum numerum obtrudere ausus esset. Sanè qui mentis compos est, & nullo partium studio distractus, vix citius hanc Epistolam in sacrum scripturæ canonem hic relatam legat, quam exinde protinus concludet, hos canones istis diebus collectos esse, quibus hæc Epistola nondum spuria & supposititia esse deprehenderetur, sed genuinus & legitimus haberetur viri illius Apostolici Clementis Romani partus: hoc est, longe antequam Patres Nicææ convocati sunt: nimirum secundo tertiove currente seculo, quo canonici N. T. libri nondum ubique determinati erant, sed à nonnullis Ecclesiis plures, ab aliis pauciores sub isto nomine recepti sunt: quo factum est, ut in dicto canone, nonnulli libri pro canonicis habeantur, qui ab aliis rejecti sunt, viz. Tres Maccabaici, Constitutiones Apostolicæ, & duæ Clementis Epistolæ; & è contra, alii hic rejiciuntur, qui ab aliis pro canonicis habiti fuerunt, viz. Epistola S. Judæ, & Apocalypsis D. Johannis: quod tamen antiquitati horum canonum nequaquam adversatur, sed eam potius egregiè confirmat. Cæterum nec tacendum est, dictas Clementis Epistolas in vetustissimo illo codice Regio supra commemorato, ex quo Græcè primum editæ sunt, ambas una cum novi fœderis libris eadem perantiqua manu exaratas & compactas esse. Hinc enim clarè saltem eluceścit, olim non defuisse, qui has Epistolas canonicis N. T. libris subjunxerunt, juxta quod supradicto canone constitutum est.

XIX. Hactenus expendimus quæ Dallæus ex ipsâ horum canonum materiâ contra veram ipsorum antiquitatem à nobis assertam opposuit. Superest ut ea etiam discutiamus quæ ex eorum formâ objecit; juxta quam Albaspinæus hunc codicem dicit *Breviarium esse ac Epitomen Ecclesiasticorum ante Nicænam synodum apud Græcos decretorum*: Nos eundem *Codicem canonum Ecclesiæ primitivæ jure merito nuncupari posse affirmamus.* Contra hanc sententiam Dallæus sic disputat. *Si res ita se haberet, omnino hanc syllogen codici canonum Ecclesiæ universalis ejus autores inservissent, imo primo codicis loco posuissent, velut à viris Apostolicis exortum, & ipsa antiquissimi temporis vetustate venerabile monumentum.* Verum hanc objectionem æque facile est refellere ac recitare. Primo enim Codex canonum Ecclesiæ universæ à canonibus Nicænis incipit, nec quoslibet antea constitutos canones complectitur, præter Ancyranos & Neocæsarienses, quos etiam à concilio Nicæno confirmatos fuisse Acta Concilii Florentini sessione septimâ testantur. Cum autori itaque dicti codicis propositum fuerit eos solos canones colligere, qui vel à Nicænâ synodo confirmati sunt, vel post eam constituti, limites sibi præscriptos transiliisset, si vetustiores hosce Canones multis antea annis sancitos interseruisset. Et præterea, hic Codex canonum Ecclesiæ primitivæ diu in Ecclesiâ seorsim jam obtinuerat, ac proinde non opus erat, ut canones in eo comprehensi de novo colligerentur, multo minus ut antiquus iste Codex novo conjungeretur, qui non eo nomine compositus fuit ut antiquam, sed tantum ut præsentem Ecclesiæ disciplinam exhiberet, eam nimirum quæ à conciliis nuper celebratis constituta est. Quod etiam in Codice canonum Ecclesiæ Africanæ observare licet, ut quo nec unum è decretis, quæ sub Cypriano aliisque vetustioribus Africæ conciliis divulgata fuerant, continetur, (etiamsi juxta Dallæi argumentum, ea omnia primo in loco ob venerabilem antiquitatem poni debuissent) sed ea tantum quibus Ecclesiastica disciplina iis quibus collectus est iste Codex diebus administrabatur. E quibus patet quam frustra interrogat Dallæus quare Apostolici æque ac Antiocheni canones, codici canonum Ecclesiæ universæ non inserti sunt. Antiocheni enim ad præsentem Ecclesiæ statum pertinebant; non item Apostolici, qui Ecclesiæ continuis fere persecutionum procellis jactatæ, & Ecclesiasticis quæ iis temporibus emergebant negotiis accommodati sunt.

XX. His itaque missis ad alia doctissimi viri argumenta properemus: *Tum si quis*, inquit, *extitisset hujusmodi Codex cur nunquam eum diserte ac nominatim memorant Ancyrani, Nicæni, Neocæsarienses, Antiocheni, aliique patres?* Respondeo: Primus codex canonum Ecclesiæ universæ collectus fuit, ut cuique notum est, ante Concilium Ephesinum: à quo tamen nusquam memoratur: & dic, sodes, hincce sequitur dictum codicem tunc temporis non extitisse, quod ab eo concilio non laudatur? Deinde palam est ex iis quæ supra diximus concilium provinciale C. P. anno D. 394. habitum τοὺς ἀποστολικοὺς κανόνας diserte ac nominatim memorare. Quinetiam Constantinus magnus, & Alexander Alexandrinus, & Rheginus Episcopus Cypri in concilio Ephesino, eos nominatim memorant, ut & alii etiam sub aliis nominibus, ut ante observatum est, quos inter Patres Nicæni ac Antiocheni recensentur: nam hos ipse etiam Dallæus alibi confitetur, antiquas quasdam regulas sive canones commemorâsse à vetustioribus Synodis vel Episcopis constitutos, quique *vel in unâ provinciâ vel in pluribus vel in omnibus observabantur*, ut ipse ait, de pseudepig. l. 3. c. 8. p. 517. Sed contendit, fateor, ibidem has regulas à Patribus Nicænis & Antiochenis commemoratas, non nostros esse canones Apostolicos, sed alios, nescio quos, nec ipse quidem statuit, sed tantum ait, *Facile enim, ut quivis videt, fieri potest*, ut his *idem quod illis aliis quas ex Nicæno, Ancyranoque & Neocæsariensi conciliis attulimus, acciderit, nimirum ut ea perierint, vel synodorum vel patrum Acta atque Codices ex quibus à veteribus citabantur.* Quidni autem nos dicamus, fieri potest ut non perierint? Vel potius quidni vix fieri potest ut perierint? Sanè vix veri cuivis simile videatur, ut antiqui adeo ac venerandi Ecclesiæ canones à tantis patribus toties citati perirent, præcipuè si verum est quod ipse fatetur, eos viz. vel in unâ provinciâ vel in pluribus vel in omnibus observatos fuisse. Cum autem Dallæus nihil aliud habuerit quo hos canones à Patribus Nicænis & Antiochenis commemoratos non fuisse probaret, nisi quod *fieri potest* ut alii essent canones, sed perierint, & siquidem quæ ab illis citantur, in hisce Apostolicis canonibus & in nullis aliis, diserte continentur, nos pro concesso & comperto assumamus, hos eosdem esse canones qui à dictis patribus commemorantur. Nec video quidem quâ tandem ratione quispiam in re tam antiquâ pariter ac obscurâ majorem certitudinem, aut dilucidiora requirat argumenta.

XXI. Sed audiamus Dallæum interrogativum hoc argumentum ulterius sic prosequentem. *Cur*, inquit, *non interdum aliquem ex istius codicis canonibus indicato ac nominato numero, sub quo in eo positus extat, citarunt ac laudarunt, verbi gratiâ, hoc modo, Decernit canon Apostolorum primus, vel tricesimus, vel quinquagesimus &c. sicuti à patribus Chalcedonensibus in codice Ecclesiæ universalis usurpatum est, quo scilicet ejus codicis canonem quartum, octogesimum tertium, quartumque, & nonagesimum quintum, sextumque, his disertis numeris laudâsse ac descripsisse nuper demonstravimus?* Interrogativo huic argumento, nos id genus responsum reddemus. Dic enim, Si codex canonum Ecclesiæ universæ ante concilium Ephesinum collectus fuit (quod omnes fatentur) cur nec ab isto concilio nec ab alio quovis ante Chalcedonense aliqui ex eo canones indicato ac nominato numero citantur? Quid etiam si Patres Chalcedonenses dictum codicem nusquam ita laudâssent, hocce argumento esset, eum tunc temporis non extitisse? Quid etiam si Acta Concilii Chalcedonensis periissent, istum quoque codicem unà periisse necesse est? Sane nec concilium Chalcedonense supradictum codicem canonum Ecclesiæ universæ in canonibus suis, sed tantum in Actis citat. Nihil autem è conciliis Ancyrano, Neocæsariensi, Antiocheno &c. hodie ferè extat præter canones, in quibus canones *Ecclesiæ primitivæ* æque diserte citantur, ac *Ecclesiæ Universæ* in Chalcedonensibus. Quod si Acta dictorum conciliorum non minus

quam

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

quam Chalcedonenſis etiamnum extarent, in iis forſitan antiquiſſimum hunc codicem indicato ac nominato canonum numero laudatum inveniremus, non ſecus ac canones Eccleſiæ univerſæ in Actis Chalcedonenſibus.

XXII. Ultimum ſuum Argumentum, ſed ejuſdem generis, Dallæus his verbis exprimit, *Denique hunc Apoſtolicum codicem (ſi is verè tum fuiſſet habitus pro breviario) quis Gelaſium ſapientiſſimum, ut ferunt, Antiſtitem, quis Epiſcopos Romani concilii ſeptuaginta, inter Apocrypha procul ab Eccleſiaſticis libris rejecturos fuiſſe crediderit.* Reſpondeo primo incertum eſt, utrum hæc verba *Liber canonum Apoſtolorum Apocryphus*, in Gelaſii decreto, ut ab ipſo & 70. Epiſcopis edito, lecta fuerunt necne. Namque Hincmarus Rhemenſis Gelaſium in dicto decreto *de his Apoſtolorum canonibus penitus tacuiſſe, nec inter Apocrypha eos miſiſſe* ſcribit, opuſc. c. 24. quod & antea obſervatum eſt. Sed deinde ſi concedamus hunc librum inter Apocryphos à Gelaſio rejectum eſſe, nihil exinde conficietur, præterquam eundem à Romanâ Eccleſiâ tunc temporis non receptum fuiſſe, & Apoſtolorum nomen ei falſo impoſitum. Ut recte enim obſervat vir cl. Petrus de Marca, *Variæ ſunt claſſes Apocryphorum in notitiâ Gelaſii, ut obſervarunt viri eruditi, cum non tantùm figmenta hæreticorum veniant in hunc cenſum, ſed etiam opuſcula tractatorum in quibus ſunt nevi quidam. Apocryphus ergo dicetur juxta mentem Gelaſii, liber horum canonum quod in judiciis non obtineat autoritatem, & Apoſtolorum nomen falſo præferat.* Marc. de concord. l. 3. cap. 2. *ſect.* 7. Et ipſe quidem nullus dubito, nec cuivis, ut opinor, dubium eſſe poteſt, quin ſi Apoſtolorum nomen hiſce canonibus nunquam inſcriptum fuiſſet, ſed *Eccleſiaſtici* tantum *Canones*, ut olim ſic perpetuò appellati eſſent, nec Gelaſius eos inter Apocryphos recenſuiſſet, nec Dallæus venerandam eorum antiquitatem tot verbis unquam oppugnaſſet. Quam invalidis autem hâc in re, argumentis dicam an interrogatiunculis uſus eſt, abunde ni fallor è præmiſſis patet: uſque adeo ut ſatis mirari nequeam, quo tandem fato talia tanto viro exciderunt.

XXIII. Alia, fateor, nonnulla Dallæus eodem in capite de hiſce canonibus congeſſit, quæ tamen non ad noſtram ſed Albaſpinæi ſententiam ſpectant: quibus itaque jure prætermiſſis, unum adhuc ſupereſſe videtur, ut ipſius videlicet Dallæi de tempore quo collecti ſunt hi canones, ſententiam paucis expendamus: Hanc ipſe profert eodem capite, pag. 685. his verbis conceptam. *Denique ſi de tempore quaratur quo pſeudapoſtolica illa & Apocrypha canonum collectio facta ac edita primùm fuerit, apparet ex iis quæ hactenus diſputata ſunt, eam neque ante quintum ſeculum adultum innotuiſſe, & quinto exeunte jam extitiſſe publicarique cœptam eſſe.* Priorem hujus ſententiæ ſuæ partem, quâ hanc collectionem non ante quintum ſeculum adultum innotuiſſe ſtatuit, non probare tantum ſed & demonſtrare poſſe ſibi videtur. Dicit enim *Prius demonſtrat univerſale omnium qui ante A. D. 451. vixerunt de eâ ſilentium, quod abundè ſupra demonſtratum eſt. Neque enim credibile eſt nullam ejus mentionem, ſi extitiſſet, facturos fuiſſe Euſebium, Hieronymum, & alios illorum temporum eruditiſſimos ſcriptores, qui etiam ea quæ Apocrypha judicabant, præcipuè quæ Apoſtolis afficta erant, diligenter perſequi, & refellere ſolent.* Huic demonſtrationi, ut vocat, multa occurrunt quæ opponi poſſunt. Summatim dicimus; primò falſum eſſe quod hic pro conceſſo aſſumit, omnes nimirum qui ante an. D. 451. vixerunt, de hâc collectione ſiluiſſe, multo magis eum hoc abunde demonſtrâſſe, ut ex iis, quæ ſuperiùs diſputavimus, apparet. Deinde ſi illud verum eſſet, minime probaret, nedum demonſtraret hos canones ante annum 451. non extitiſſe. Neque enim Euſebius nec Hieronymus nec alii, quos ſcimus, ejuſdem ætatis cum utrovis ſcriptores, canones Ancyranos aut Neocæſarienſes commemorarunt, quos tamen ante dictum annum conſtitutos eſſe ac divulgatos, inter omnes convenit. Ultimò, etiamſi Euſebius, Hieronymus, aliique eruditiſſimi ſcriptores ea quæ Apocrypha judicabant, præcipuè quæ Apoſtolis afficta erant, diligenter perſequi ac refellere conſueti ſunt, non tamen neceſſe eſt, ut de his etiam canonibus meminerint; nam nullus Turrianus, nullus Bovius adhuc exortus erat, qui eos ipſis Apoſtolis affingebat. Et quid illis opus erat opinionem oppugnare quæ nullos adhuc propugnatores habebat? vel probare hos canones Apoſtolis falſo adſcriptos eſſe, cum nemo illud aſſereret? Vel de iis omnino meminiſſe, cum jam in deſuetudinem abiiſſent, & alii eorum loco generalium ſynodorum autoritate ſubſtituti fuiſſent?

XXIV. Poſteriorem ſententiæ ſuæ partem, videlicet quod quinto demum exeunte ſeculo extabat & publicari cœpit, Dallæus ſic probat, *Poſterius vero ex Gelaſii decreto A. D. 494. facto patet, in quo ſcilicet ea collectio damnata eſt: Ergo paucis ante illud tempus annis, ab homine hæretico græci generis conſarcinatam fuiſſe probabile eſt.* En hominis aſtutiam? qui ut hos canones unà cum genuinis etiam Ignatii Epiſtolis, piperi & ſcombris devoveret, eos vix citiùs collectos eſſe quam damnatos aſſerit. Si idem autem Gelaſii decretum quod hic citat, debitâ, cum hæc ſcriberet, diligentia conſuluiſſet, etiam Arnobii, Africani, Lactantii, & ipſius quoque Tertulliani opuſcula in eo damnata inveniſſet; Ergone autem ea etiam paucis tantum ante illud tempus annis conſarcinata fuiſſe probabile eſt? Sane ſi ingenuè, & omni, ut par eſt, amoto præjudicio hos canones tractâſſet, eos potius ex hoc ipſo Gelaſii decreto multis ante illud tempus annis collectos fuiſſe aſſeruiſſet, utpote qui iſtis etiam diebus adeo vetuſti erant, ut *canones Apoſtolorum* appellati eſſent. Neque enim credibile eſt, ut quingentis propemodum poſt Apoſtolos annis ipſum eorum nomen libro alicui inſcriberetur, qui non multis ſaltem ante illud tempus annis conſcriptus fuerat.

XXV. Nec tantum infirma ſunt quibus ſuam hanc tueri ſententiam Dallæus nititur argumenta, verum & firmiſſimis refellitur. Enimvero hos canones non ante quintum ſeculum idque adultum confictos fuiſſe ſentit. At primò eos à Patribus qui ante illud tempus, ſive ante A. D. 450. claruerunt, ſæpius commemoratos eſſe ſuperiùs oſtendimus. Deinde quingenteſimo plus minus anno Dionyſius Exiguus eos è Græco in Latinum ſermonem vertit, & quidem ſub Apoſtolorum nomine; unde non conjicitur tantum ſed palam efficitur, Dionyſium Exiguum à Dallæi opinione quam plurimum abhoruiſſe, canoneſque à ſe Latino idiomate donatos non nuper conſarcinatos cum Dallæo cenſuiſſe, ſed multis retro ſeculis conſtitutos. Si eos enim paucis tantum ante ſuam ætatem annis confictos fuiſſe judicâſſet, nec generalium à ſe collectis ſynodorum canonibus præponere, nedum Apoſtolorum nomen iis inſcribere auſus eſſet. Ex eo autem quod & hos aliis quibuſcunque canonibus præfigit, eoſque Apoſtolicos etiam vocat, quid apertius eſſe poteſt, quam ipſum Dionyſium alioſque ejuſdem ætatis in eâ fuiſſe ſententiâ, quod hi canones non ab recenti memoriâ vel quinquaginta tantum ante illud tempus annis, ſed aliquot potius ſeculis antea collecti fuerant: uſque adeo ut nondum pro certo habebant, utrum ipſis Apoſtolis merito non adſcriberentur. Sed regerat forſitan nonnemo, ipſum etiam Dionyſium Exiguum in præfatione ſuâ ad Stephanum dixiſſe, *plurimos hiſce canonibus conſenſum non præbuiſſe facilem.* Fateor equidem, ſed ex eo quod *plurimos* dixit ſatis apparet nonnullos etiam iſtis temporibus facilem iis conſenſum præbuiſſe: quibus itaque perſuaſum erat eos ab ipſis etiam Apoſtolis, ut quorum nomen præ ſe ferebant, decretos eſſe. Quam facile autem fuiſſet hanc ipſorum animis opinionem eradicare, ſi juxta Dallæi hariolationem, etiam hominum tunc viventium memoriâ à neſcio quo impoſtore conſarcinati fuiſſent? Sed digna ſunt quæ etiam obſerventur proxima in eâdem præfatione ejuſdem Dionyſii verba, *Quamvis* inquit, *poſtea quædam Conſtituta Pontificum ex ipſis canonibus aſſumpta eſſe videantur.* Quin quod ad eos Pontifices hic reſpexit Dionyſius, quorum ipſe decreta collegerat, nemo ambigat: Hi erant Siricius, Innocentius, Zoſimus, Bonifacius, Celeſtinus, Leo, Gelaſius, Anaſtaſius: qui omnes præter duos ultimos ante tempus à Dallæo hiſce canonibus colligendis præſtitutum ad ſedem Romanam provecti ſunt. Cum & hos igitur quædam è conſtitutis ſuis ex hiſce canonibus aſſumpſiſſe Dionyſio viſum eſt, neceſſario conficitur Dionyſium ſaltem eos credidiſſe non tantum dictis Pontificibus vetuſtiores fuiſſe, ſed & adeo authenticos ab iis habitos, ut ſua etiam decreta ex iiſdem aſſumerent.

XXVI. Adhæc anno 527. Auguſtiſſimus ille Juſtinianus imperare cœpit; hic autem novellâ 6. hos canones laudare videtur, *Quod quidem*, inquit, *certe futurum credimus ſi ſacri illi canones diligenter obſerventur, quos nunquam ſatis laudati, adoratione que digni, & qui ipſum filium Dei conſpexerunt, illique miniſtrarunt Apoſtoli nobis reliquerunt, ac ſancti patres cuſtodierunt, & interpretati ſunt.* Hic enim ipſos 85. canones Apoſtolicos quos hodie habemus, intelligendos eſſe ipſe etiam Dallæus fatetur, de pſeudep. l. 3. c. 2. p. 424. Si autem hi canones præcedente tantum ſeculo eoque adulto ab hæretico aliquo conficti fuiſſent, miror nullum tunc temporis Dallæum extitiſſe, qui Imperatori aurem velleret,



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

eumque certiorem faceret, canones a^c ipso laudatos, non inter antiqua nedum Apostolica decreta, sed inter nuperrime consarcinata recentiorum hæreticorum figmenta recensendos esse. Nemo quidem hoc Imperatori suggessit; sed omnes contrarium, hos scilicet canones adeo antiquos fuisse ut ipsis etiam Apostolis attribuantur, vel saltem tantæ antiquitatis pariter ac autoritatis, ut eos ipsi etiam *sancti patres custodierint, ac interpretati fuerint.* Ubi obiter observare licet quantum hæc à Dallæi sententiâ distent. Justinianus enim hos canones *à sanctis patribus* custoditos fuisse tradit; Dallæus autem eos consarcinatos asserit ab hæreticis proximè antecedentis seculi, & quidem adulti, qui proinde nec *Sancti*, nec Justiniani diebus *Patres*, multo minus *sancti patres* dici meruerint. Ex eo autem quod Justinianus hos canones à sanctis patribus custoditos fuisse scribit, necessario consequitur communem fuisse istius seculi sententiam, eos nonnullis retro seculis custoditos fuisse, atque idcirco pluribus constitutos. Hæc autem sententia adeo firma fixaque Imperatoris præcordiis hæsit, ut hos etiam canones in nomocanonem à se confirmatum, & Epiphanio Patriarchæ CP. commendatum retulerit, ut clarissimè constat, non tantum ex Arabico istius codicis interprete in Bodleianâ nostrâ bibliothecâ asservato, sed etiam ex ipsâ ejusdem Imperatoris epistolâ (ex variis ipsius novellis efformatâ) ad dictum Epiphanium quæ in primo nomocanonis à Joh. Antiocheno elaborati titulo extat, & ad quam supradictus Interpres respexisse videtur. In istâ enim Epistolâ Imperator nomocanonem constituens, omnes à quatuor primis œcumenicis conciliis vel constitutos vel confirmatos canones obtinere jubet. Priusquam autem synodales canones confirmat, de Apostolicis eadem quæ antea ex Nov. 6. citavimus dixerat, viz. τῶν ϑ ἁγίων πατέρων εἴπερ ἡ τῶν ἱερῶν κανόνων ἐξήκρισις φυλάττοιτο, ἂν εἴτε δικαίως ὑμνήμενοι καὶ προσκυνηταὶ καὶ αὐτοπαῖαι τῆ ϑεία λόγῳ ἐξεδέξαντο ἀποστολοι, καὶ ἅγιοι πατέρες ἐφύλαξάντε καὶ ὑφηγήσαντο. Ubi etiam observetur velim Imperatorem canones Apostolicos commemorare quidem non item confirmare, propterea forsitan quod istis temporibus pro certo habebatur, eos ab ipsis Apostolis constitutos fuisse, proinde Imperiali confirmatione non indigere. Eos autem tunc dierum in nomocanonem relatos esse, exinde etiam liquet quod Johannes Presbyter Antiochenus, ab eodem Justiniano ad thronum CP. promotus, qui totum nomocanonem in quinquaginta titulos congessit, hos Apostolicos, & quidem 85. reliquis synodalibus interserit, quod proculdubio nunquam feciſſet, nisi pars nomocanonis prius constituti essent. Quis autem Justinianum illustrissimum Imperatorem, quis doctissimos illos viros quos ille ad Ecclesiasticas pariter ac civiles colligendas leges undique convocaverat, quis denique Johannem Constantinopolitanum reliquosque omnes eruditissimos Græcarum Ecclesiarum Antistites, adeo vecordes, deliros, insulsos, omnium rerum Ecclesiasticarum imperitos, ac negligentes fuisse, (nisi unicus forsitan Dallæus) opinetur, ut canones hosce, & quidem sub Apostolorum titulo in Ecclesiasticum suum nomocanonem referri & ab omnibus observari, non permitterent tantum sed etiam præciperent, nisi certissimum illis constitissset, eos non nudiustertius, aut præcedente tantum seculo, ut hariolatur Dallæus, consarcinatos fuisse, sed tantâ antiquitate venerabiles, ut si non ab ipsis Apostolis, quorum iis nomen inscriptum est, à viris saltem Apostolicis secundo tertiove post Christum incarnatum seculo constituti summo jure censerentur.

XXVII. Re igitur in utramque partem perpensâ firma manet constansque illa sententia, quæ hos canones nec ipsis cum Turriano Apostolis adscribit, nec cum Dallæo quinto demum eoque adulto post Christum natum seculo ab impostore nescio quo consarcinatos hariolatur, sed medium duas inter istas extremas tenens opiniones, eos secundo exeunte tertiove nondum adulto seculo à primitivis synodis constitutos, & mox etiam in corpus istud, quod jam sub manibus habemus, collectos (etiamsi nonnullis in locis postea interpolatos) fuisse statuit. Quisnam autem eos primus collegit, nihil statuere, nihil definire audeo. Si quis tamen conjecturis locus concedatur, suspicor quidem Clementem Alexandrinum tam canonibus hisce quam Constitutionibus, Apostolicis vulgo dictis, colligendis operam dedisse. Quibus autem conjecturis ad hoc suspicandum ductus fui, in annotationibus ad ultimum horum canonum indicatur.

ANNO-

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

# ANNOTATIONES

## In Canonem Primum.

Ἐπίσκοπος. Quandoquidem in hoc codice Canonum Ecclesiæ primitivæ, non minus quam universæ, frequens occurrat Episcoporum mentio, non abs re erit, originem eorum ac officium in primitivâ Ecclesiâ paucis explicare. Vox *Episcopus* ab ipsis etiam Ethnicis sæpiùs usurpatur, & primo quidem de Diis: ut, Θεοὶ χρηστῶν ἐπίσκοποι καὶ πονηρῶν ἔργων, Plut. in Camil. pag. 131. lit. E. Tom. 1. edit. Francof. 1599. ὑπὸ μάρτυρι τῷ Διὶ καὶ σωτῆρι ἐπισκόπῳ τῆς πόλεως. Herodian. l. 7. pag. 529. edit. Politian. Basil. 1594. Et ipse Homerus Iliad. X. vers. 255.

Μάρτυροι ἔστωσι καὶ ἐπίσκοποι ἁρμονιάων.

De Viris etiam, qui rebus administrandis præficiuntur, ut, Πάντα δίκης καὶ πάντων ἐπίσκοπος ἦν ὑπὸ Φερικλέους. Plutarc. in Peric. p. 159. lit. E. Apud Athenienses, Magistratus, qui per urbes mittebantur ad jus dicendum, ἐπίσκοποι καὶ φύλακες ἐπαλλῆντο, Schol. Aristoph. in Avib. pag. 409. edit. Froben. Et summum quoque Pontificem apud Romanos τῆς ἱερῶν πραγμάτων ἐπίσκοπον vocat Plutarchus in Numa. p. 66. lit. B. Et ipse Cicero pro Præfecto utitur, *Ego negotio præsum non turbulento. Vult enim me Pompeius esse, quem tota Campania & maritima ora habeat ἐπίσκοπον, ad quem delectus & summa negotii referatur*, Cic. ad Attic. l. 7. epist. 11. Clemens Romanus in Epistolâ ad Corinthios pag 55. edit. Patric. Junii, Episcoporum & Diaconorum nomen, non novum esse institutum, sed multis retrò seculis de iis scriptum fuisse, observat; sic enim inquit, Alicubi scriptura dicit, κατασήσω τοὺς ἐπισκόπους αὐτῆς ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ τοὺς διακόνους αὐτῆς ἐν πίστει. Locus ad quem respexit est Isa. 60. v. 17. ubi tamen hodie tam in Romano quam in Alexandrino exemplari, verba aliter reddunturs, sed retento utrobique Episcopi vocabulo, καὶ δώσω τοὺς ἄρχοντάς σου ἐν εἰρήνῃ, καὶ τοὺς ἐπισκόπους σου ἐν δικαιοσύνῃ. Et sic quidem legit Origenes comment. in Johan. pag. 210. lib. x'. part. 2. oper. edit. Par. Et Hieronymus quoque, utpote qui LXX. versionem latinè sic reddit, *Et dabo principes tuos in pace, & Episcopos tuos in justitia*, Hieron. in Isa. c. 60. Verba Hebraica sunt ושמתי פקדתך שלום ונוגשיך צדקה In Clementis ergo versione vox ἐπισκόπους respondet Hebraicæ פקדה, in alterâ τῷ נוגשים, at פקדה per ἐπισκοπὴν vertitur etiam Job. 10. 12. & Psal. 109. 8. Et ita citatur Act. 1. 20. & ἐπισκοπὴ verbo פקיד respondet Jud. 9. 28. Neh. 11. 9. 14. & τῇ פקדה Num. 4. 16. & פקיד הלוים ἐπισκοπὴ λευιτῶν, Neh. 11. 12. פקיד autem *Præfectus* est, idem ergo & ἐπισκοπὴ, qui etiam non rebus solis, sed & personis præfectus est, ut è loco ultimo nobis laudato patet. In antiquis istius notionibus nomen hoc Christo tandem aliquando θεανθρώπῳ omnium meritissimè attribuitur: utpote quem ipse Spiritus Sanctus ἐπίσκοπον ψυχῶν appellat, 1. Pet. 2. 25. In Ecclesiâ igitur ab ipso denominatâ Christus ipse primus, &, quamdiu inter vivos numeratus est, solus fuit Episcopus. Apostoli autem, quos elegerat, Christo adhuc superstite, nondum Episcopi erant, nec Episcopalibus fungebantur officiis: nondum enim quempiam ordinabant, nec Ecclesiasticam exercebant autoritatem & jurisdictionem: hæc Præfecto, sive Episcopo suo nostroque Christo peragenda relinquebant, dum ipsi interim baptizando & evangelium prædicando operam darent, quæ sunt propria Presbyterorum munia. Christus autem mortuus & suscitatus, & ad cœlum jam ascensurus, ut loci sui conservatores post se relinqueret, Apostolos suos in Episcopos promovebat. Primæ hujus Episcopalis consecrationis forma traditur Joh. 20. 21. 22. ubi Apostolis in unum congregatis, dicit iis Jesus, εἰρήνη ὑμῖν, καθὼς ἀπέσταλκέ με ὁ πατὴρ, κἀγὼ πέμπω ὑμᾶς· καὶ τοῦτο εἰπὼν ἐνεφύσησε, καὶ λέγει αὐτοῖς, λάβετε πνεῦμα ἅγιον. &c. Antehac, fateor, Dominus Apostolos suos ordinârat; sed ad Evangelium tantummodo prædicandum, illudque miraculis confirmandum, Marc. 3. 13, 14. Mat. 10. 1. Nunc autem primò post resurrectionem dicit iis, *ut Pater me misit, sic & ego mitto vos*; nunc primùm in eos sufflat, dicens, λάβετε πνεῦμα ἅγιον. Unde clarissimè elucescit, per hanc secundam ultimamque ordinationem, ut plurimis celebratam cæremoniis, Apostolos ad majorem, quàm antea, gradum provectos esse: imò quidem ad eundem, quantum ad ordinandi & Ecclesiasticam disciplinam exercendi facultatem, ad quem ipse Christus à Patre consecratus est. Primæ igitur ordinationis virtute Evangelium prædicabant: hâc autem ultimâ Episcopi jam creati, Christique absentis vices in terris supplentes, & ipsi alios procrearunt; vel, si unius ex iis, qui ab ipsis ordinati sunt, Clementis viz. Romani, verbis utar, κατὰ χώρας καὶ πόλεις κηρύσσοντες καθίστανον τὰς ἀπαρχὰς αὐτῶν, δοκιμάσαντες τῷ πνεύματι εἰς ἐπισκόπους καὶ διακόνους τῶν μελλόντων πιστεύειν. Clemen. Epist. 1. ad Cor. pag. 54. edit. Junii. Episcopi autem ab Apostolis ordinati eandem ab iis Episcopalem accipiebant autoritatem, quam ipsi à Christo: siquidem Spiritus in eos à Christo sufflatus per manuum eorum impositionem in alios quoque diffusus est. Et sic perpetuâ successione Episcopi ritè ordinati, quantum ad Episcopalem attinet dignitatem, ipsius Christi in terris locum tenent, & Presbyteri Apostolorum, ut, Christo adhuc superstite, constituti sunt. Hæc nostra de Episcoporum origine ac institutione, ut verissima, sic & antiquissima est sententia. Ipse enim Ignatius, qui cum Apostolis diu versatus est, eamque haud dubiè ab iis didicit, eandem jamdudum protulit; idque non in suppositiis & falso ei adscriptis, sed indubitatis & summæ fidei Epistolis, πρεσβυτέρους τοὺς ἐπισκόπους εἰς τόπον θεοῦ, καὶ τοὺς πρεσβυτέρους εἰς τόπον συνεδρίου τῶν ἀποστόλων, Ignat. Epist. ad Magnes. p. 33. edit. Voss. ὡς καὶ ὁ ἐπίσκοπος τοῦ παντὸς τῶν ὅλων τύπος ὑπάρχει, οἱ δὲ πρεσβύτεροι ὡς συνέδριον θεοῦ καὶ σύνδεσμος ἀποστόλων χρῆναι. Idem epist. ad Trall. p. 66. edit. Usser. (confer. etiam edit. Voss. p. 48.) Antiquissimus igitur hic pater, & verè Apostolicus, Presbyteros quidem Apostolorum, Episcopos autem Christi, ac proinde Dei quoque locum tenere asseruit: unde & ibidem non immeritò præcipit, Αἰδεῖσθε δὴ καὶ τὸν ἐπίσκοπον ὑμῶν ὡς χριστὸν, κατὰ ὃ ὑμῶν οἱ μακάριοι ἀπόστολοι, Ignat. ibid. pag. 70.

Χειροτονίαν. Apud Athenienses (à quibus in Ecclesiam Christianam traductum est hoc vocabulum) duobus præcipuè modis constituti sunt Magistratus; primo, per κλῆρον, *sortem*; unde qui sic creati sunt κληρωτοὶ ἀρχαὶ nuncupantur, quales erant ἄρχων, θεσμοθέτης, βασιλεὺς, & πολέμαρχος, ut docet Plutarch. in Pericle, p. 157. lit. A. alii χειροτονίᾳ, *manuum extensione* sive *porrectione*; unde dicti sunt χειροτονητοὶ, inter quos Demosthenes ταξιάρχους, στρατηγοὺς, φυλάρχους, καὶ ἱππάρχους recenset, orat. 1. in Philip. pag. 50. lit. F. edit. Francof. Hoc modo illi demum constituti sunt, quibus plures porriguntur manus, vel si cum Platone loquar, οἷς ἂν πλείους χεῖρες γίγνωνται. Plut. de legib. lib. 6. pag. 756. lit. B. vol. 2. edit. Steph. De hoc eligendi sive suffragii ferundi modo loquitur & ipse Cicero, *Sic sunt*, inquit, *expressa ista præclara, quæ recitantur plebiscita, non sententiis neque autoritatibus declarata, nec jurejurando constricta, sed porrigendâ manu profundendoque clamore multitudinis concitata.* Cicer. orat. pro L. Flacco. Num. 6. & mox, *Porrexerunt manus, plebiscita natum est*, ibid. num. 7. Hinc χειροτονεῖν *magistratum creare* sæpe denotat: ut, κἂν ὑπατεῦσαι χειροτονήσητε στρατηγὸν, Demosth. orat. 1. in Philip. p. 50. lit. A. εἰς πόλεμον ἀρχὰς χειροτονεῖτε τοὺς ταξιάρχους καὶ τοὺς φυλάρχους, ibid. p. 51. lit. A. χειροτονηθέντων τῆς Νίκαιας πρεσβείαν, Æschines orat. de fals. legat. p. 398. l. B. edit. Francofurt. Et hoc tandem sensu ab ipsis Apostolis usurpatur, χειροτονήσαντες δὲ αὐτοῖς πρεσβυτέρους, Act. 14. 23. quo factum est, ut χειροτονία, non *electionem* propriè, sed *ordinationem* apud Ecclesiasticos scriptores perpetuò significet; ut rectè notat Fr. Ducæus in not. ad 1. Tom. oper. Chrysost. p. 1. lit. B. cui adstipulatur & Marca de concord. l. 6. cap. 2. par. 7. Unde per *ordinationem* hîc & alibi semper à Dionysio Exiguo transfertur. Et hâc quidem notione vocem χειροτονεῖσθαι Balsamon hoc loco rectè interpretatur. Zonaras autem & Aristenus χειροτονεῖσθαι per ψηφίζεσθαι exponunt. Verum inter χειροτονίαν & ψῆφον semper distinguendum est, ut & inter χειροτονίαν & χειροθεσίαν, quæ à nonnullis malè confunduntur.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

χειροτονία enim χειροθεσίαν sub se comprehendit, & totam præterea λειτουργίαν, sive πλειοψηφίαν in Episcopi, Presbyteri, & Diaconi ordinatione celebrari solitam. Et sic quidem in hoc canone intelligitur, χειροτονία ἡ ἐπὶ ἀρχιερέως πλειόψηφι ἐπ' ἐκκλησίας, ut observat Balsamon; qui & hujusmodi χειροτονίαν, non autem ψῆφον, hîc intelligendam esse duobus præcipuè argumentis probat; primò, quòd quarto canone Nicænæ synodi τὸν ψῆφον ὅπασιν, ab omnibus fieri provinciæ Episcopis, vel tribus saltem, reliquis per scripta assentientibus, præcipitur: adeo ut hi duo canones sibi invicem contradicerent, si χειροτονία in hoc canone idem quod ψῆφος significaret. Alterum argumentum in proximi canonis interpretatione profert, ubi Presbyteros, etiam & Diaconos, χειροτονεῖσθαι dicuntur, quos tamen antea ψηφίζεσθαι nunquam legimus. Huic Balsamonis hujus canonis interpretationi Scholiastes in Harmenopuli epitomen suffragatur, qui in can. Apost. & 1. Nic. 4. hæc observat, ὁ μὲν ἀποστόλων κανὼν περὶ χειροτονίας λέγει. ὁ δὲ τῆς α'. συνόδου, περὶ ψήφου· ταύτῳ γὰρ τὸ πλείονας καὶ χειροτονίαν καλεῖ. Harmenop. epit. can. sect. 1. tit. 1.

Τοῦ ἐπισκόπου δύο ἢ τριῶν. Ut Episcopus à duobus vel tribus Episcopis ordinetur, duobus præcipuè S. scripturæ locis innititur, quorum unus est 1. Tim. 4. 14. μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος, ὃ ἐδόθη σοι διὰ προφητείας, μετὰ ἐπιθέσεως τῆς χειρῶν τοῦ πρεσβυτερίου, hoc est, τῆς ἐπισκόπων, ut rectè observat Chrysostomus, ὁ περὶ πρεσβυτέρων φησὶν ἐνταῦθα, ἀλλὰ περὶ ἐπισκόπων· ὁ γὰρ δὴ πρεσβύτερος τὸν ἐπίσκοπον ἐχειροτόνει. Chrys. in loc. & ex eo Theophylactus & Oecumenius. Theodoretus etiam πρεσβυτέριον ἐνταῦθα τοὺς τὸν ἀποστολικὸν χαρίσματος ἠξιωμένους, Theodoret. in loc. Πρεσβυτέριον ergo hoc in loco, non *Presbyteros* propriè sic dictos, sed Apostolos, qui & Episcopi erant, ut ante ostensum est, significat. Hoc sensu & Æthiopes locum interpretantur, nam μετὰ ἐπιθέσεως τῆς χειρῶν τοῦ πρεσβυτερίου vertunt per ⑆ ወሰአ: ሠረገተ: ኍደዮሁ: ∩ጸጸስተ. *& cum impositione manuum Episcoporum*; nam vox ጸጳሳተ: quæ τοὺς ἐπισκόπους etiam Act. 20. 28. significati est, à singulari ጸጳስ: *Papas* sive *Papa*, ἐπίσκοπος 1. Tim. 3. 1, 2. item *Archiepiscopus, Metropolita*: & ሊቀ: ጸጳስ: *Patriarcha* est, ut observant viri doctissimi, Jobus Ludolphus in Lexico suo Æthiopico, & Edmundus Castellus in Heptaglotto. Ordinatus est ergo Timotheus ab Episcopis, & consequenter à duobus minimum è quibus & ipsum D. Paulum unum, & quidem præcipuum, fuisse constat ex 2 Tim. 1. 6. Alter S. scripturæ locus, è quo petitus videtur hic canon, est Act. XIII. 1, 2, 3. Hic enim quinque doctores & prophetas Antiochiæ congregatos esse traditur, viz. Barnabam, Symeonem Nigrum, Lucium Cyrenæum, Manahen, & Saulum. His quinque sacra celebrantibus & jejunantibus dicebat Sp. Sanctus, Ἀφορίσατε δή μοι τὸν τε Βαρνάβαν καὶ τὸν Σαῦλον, εἰς τὸ ἔργον εἰς ὃ προσκέκλημαι αὐτούς, & protinus subjungitur, τότε νηστεύσαντες καὶ προσευξάμενοι καὶ ἐπιθέντες τὰς χεῖρας αὐτοῖς ἀπέλυσαν. E quinque igitur hic congregatis duo, Barnabas & Saulus, Spiritûs S. jussu ordinati sunt: reliqui sunt ergo tres soli qui ordinarent. Chrysostomus autem in locum ait, ἔφερε πάλιν ὑπό τινων χειροτονεῖσθαι, ὑπὸ Λυκείου τοῦ Κυρηναίου καὶ Μαναήν, ac si Symeon ordinationi non interesset: sed intererat haud dubiè; quòd etiam exinde constat, quod non in duali sed plurali numero dicitur, νηστεύσαντες, προσευξάμενοι, ἐπιθέντες, &c. adeo ut tres tunc temporis, non plures, nec pauciores, ordines conferebant. Postnæc autem Paulus à Petro, Jacoboque, & Johanne *Gentium Apostolus ordinatus est*, ut scribit Hieronym. in Catalogo N. 15. Et ab iisdem itidem tribus Apostolis Jacobum Justum in Episcopatum Hierosolymitanum ordinatum fuisse, ex sexto ὑποτυπώσεων Clementi Alexandrino adscriptarum libro refert Eusebius hist. Eccl. l. 2. c. 1. Porro utrum manuum impositio Act. XIII. celebrata, consecrativa fuit an deprecativa, ut opinatur Suarez, tom. 3. q. 72. disp. 34. sect. 1. non multum interest. Hinc enim satis utcunque patet, ipsos etiam Apostolos huic canoni condendo viam stravisse, si non præcepto, saltem exemplo; eò quod & ipsi, cum quempiam ad majus aliquod munus obeundum ordinarent, tres illi manus imponebant. Quorum igitur exemplo moti, non mirum est, quòd Patres primitivi, nec plures quàm tres Episcopos ad Episcopum ordinandum hoc canone requirunt: quem omnes Ecclesiæ ubicunque constitutæ strictè observarunt. Nec Syri ordinationem pro validâ admittunt, nisi à duobus vel tribus celebratam. Gregorius Barhebræus

ܕܚܕ ܠܐ ܡܬܩܪܒ ܐܦܣܩܘܦܐ ܐܠܐ ܒܬܪܝܢ ܐܘ ܒܬܠܬ ܐܦܣܩܘܦܐ ܠ ܣܥܕ ܠܗ

*Quod sine duobus vel tribus Episcopis non ordinatur* (Episcopus) Greg. Barheb. de fundam. Eccles. l. 7. cap. 2. apud Ecchel. de Eccles. Alex. orig. cap. 10. Bennasalus Alexandrinus in collectione canonum c. 5. ولا يقسم اسقف

بلا اسقف المدن وليس هو وحده بل واسقفان

اخران معه ليقام من جهة ثلاثة اساقفة

*Et ne ordinetur Episcopus sine Metropolita; sed nec ille solus sit, at cum eo duo alii Episcopi, ut constituatur à tribus Episcopis*, ibid. Si quis autem, contra ac hîc decernitur, ab uno solo Episcopo ordinatus fuerit, pro non ordinato habitus est, (nisi urgente necessitate, uti mox ostendemus;) & idcirco Michael Oxita Patriarcha C. P. in synodo sub se anno circiter 1170. celebratâ, Clementem & Balbissæ Leontium, ut ab uno solo Episcopo ordinatos, μηδὲ ἐπισκοπῆς τιμῶσθαι ὅλως ἀξίᾳ, ὡς καὶ ἀχειροτονήτους ἄντικρυς, διὰ τὸ ἓ χειροτονίας αὐτῶν ἀκαιρότερον judicabat, hunc etiam canonem proferens, ὡς τῷ μὲν ἀποστολικῷ καὶ πρώτῳ κανόνι ῥητῶς ὄντως δύσασθαι χειροτονεῖσθαι ὑπὸ ἐπισκόπων ἢ δύο ἢ τριῶν διατάττοντι. Hæc narrat Joh. Cinnamus hist. l. 2. cujus Fragmentum edidit Leo Allatius. Theodoretus autem refert Evagrium etiam à solo Paulino ordinatum esse, quod tamen οὐχὶ τὸ ἐκκλησιαστικὸν διαμὸν factum monet Theodoret. hist. Eccles. l. 5. c. 23. Hunc tamen Evagrium Romani Pontifices Siricius & Innocentius primus, & universi propemodum occidentales pro vero Episcopo habuerunt. *ibid.* Socrates autem & Sozomenus tradunt, quòd post Paulinum vitâ functum populus Antiochenus Evagrium χειροτονῆσαι constituit, Socrat. hist. Eccles. l. 5. cap. 15. Sozom. l. 7. cap. 15. adeo ut non sit extra dubium eum à Paulino solo ordinatum fuisse. Hoc tantum certum est, quòd si à solo Paulino ordines acceperit, canonicè non ordinatus est. Quòd enim nec à duobus quispiam, nisi ex necessitate, rite ordinetur Episcopus, sed à tribus minimùm, in notis ad Aristeni canonis hujus interpretationem palam faciemus.

Balsam. περὶ ἀρχιερέως πλειόψηφος. Quænam sit hæc ordinatio ab Antistite celebrata, de quâ intelligendum esse hunc canonem, Balsamon rectè monet, ut à Græcis usurpata, ex Euchologio patet. Summa huc redit. Completo hymno trisagio Pontifex crepidinem conscendit, quæ est ante sacram mensam, & ab astantibus tribus Episcopis à dextro latere ordidandus ei offertur. Chartophylax ei à sinistro chartam tradit eligentium suffragia continentem: quâ lectâ, explicat Evangelium Pontifex, & manum admoventibus etiam aliis Episcopis, capiti & cervicibus ordinati imponit, mox tres cruces in ejus capite exprimens, & manum ei impositam tenens, precatur: precibus his ab eo, & aliis ab astantibus Episcopis absolutis, elevat Evangelii codicem, & sanctæ mensæ imponit, atque ita ordinato pallium imponit, dicens, ἄξιος, clero idem repetente. Et deinde Pontifex ordinans & reliqui Episcopi ordinatum exosculantur, qui postea communionem iis destribuit. In aliis exemplaribus professio fidei ab ordinando recitatur, quâ finitâ benedicit ei Pontifex, dicens, ὁ χάρις τῆς ἁγίας τριάδος διὰ τῆς ἐμῆς μετριότητος προβάλλεταί σε τὸν θεοφιλέστατον ἱερέα καὶ ὑποφήτιον, ὃ, ἐπίσκοπον τῆς θεοσώστου πόλεως, ὃ, Tum unus ex Episcopis τὸ ὑποφήτιον, & pontifex τὸν ἀρχιερατικὸν ῥάβδον ei tradit. Deinde unus ex Episcopis, nimirum Primus, accepto S. Evangelio, illud aperit, & super caput ordinandi coram sancta mensa genuflectentis confestim inversum ponit, reliquis hinc inde illud tenentibus, & mox dicit Pontifex, ὁ θεῖα χάρις, ἡ πίστις τὰ ἀδύνῃ θεραπεύουσα, καὶ τὰ ἐλλείποντα ἀναπληροῦσα, προχειρίζεταί σε τὸν θεοφιλέστατον ἱερέα καὶ ὑποφήτιον, ὃ, ἐπίσκοπον πόλεως, ὃ, καὶ πρόεδρον τῆς θεοσώστου πόλεως, ὃ, εὐξώμεθα ὑπὲρ αὐτοῦ, ἵνα ἔλθῃ ἐπ' αὐτὸν ἡ χάρις τοῦ παναγίου πνεύματος. Precibus deinde completis, Pontifex super caput ordinati tres cruces facit, eique benedicit in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, nunc, & semper, & in secula seculorum, vid. Euchol. sive Rituale Græcorum edit. Jac. Goar. Paris. 1647. tit. de ordinatione Episcopi p. 302. &c. Hæc illa est χειροτονία, quam à duobus vel tribus Episcopis celebrari canon hic juxta Balsamonem præcipit. Ritus evangelium super ordinati caput & cervicem tenendi ex Concilio Carthaginensi acceptus videtur, hæc statuente; *Episcopus cum ordinatur, duo Episcopi ponant ac teneant Evangeliorum codicem super caput & cervicem ejus, & uno super eum fundente benedictionem, reliqui omnes Episcopi, qui adsunt, manibus suis caput ejus tangant.* Concil. Carthag. 4. can. 2.

Χεῖρας πλήσας μωσῆν ἐπ' αὐτῷ. Deus Mosi in mandatis dedit Joshuam filium Nun accipere, eiq; manus imponere, Num. 27. 18. viz. ut ipsi in docendo populo & regendo succederet. Moses juxta mandatum accepit Joshuam, eumque coram Eleazare sacer-

facerdote & toro cœtu ſtatuit ויסמך את ידיו עליו *Et manus ſuas ei impoſuit*, v. 23. Hoc moti exemplo ab eo uſque, ut aiunt, tempore, Judæi Judicibus & poſtea Rabbinis ſuis promovendis ac ordinandis manus imponere ſoliti fuerunt. Hunc ordinandi ritum à Judæis uſque ad Benjaminis Tudelenſis tempora, hoc eſt, ad annum Chriſti 1170. obſervatum eſſe, teſtis eſt ipſe Benjamin, qui in itinerario ſuo hæc habet, ראש הגולה נותן להם רשות בכל הקהלות האלו לשום על כל קהל וקהל רב וחזן כי הם באים אליו לקחת הסמיכה ורשות *Caput exulum dat iis poteſtatem in omnibus iſtis congregationibus, Rabbinum ſive profeſſorem, & concionatorem ſive magiſtrum, ſynagoga in ſingulis congregationibus præficiendi; nam ad ipſum veniunt, ut manuum impoſitionem & poteſtatem ab eo accipiant.* Benjamin itiner. pag. 73. Quum quis autem apud eos ordinatur, duo alii præter ipſum ordinantem adſiſtere & manus ſimul imponere debent, juxta quod in Talmude dicitur סמיכת זקנים בשלשה *Impoſitio manuum ſive ordinatio Seniorum à tribus peragitur*, Sanhedr. cap. 1. Idem docet & Maimonides in ſtatutis de Sanhed. cap. 4. Per hanc denique manuum impoſitionem Spiritum Sanctum conferri colligunt ex Deut. XXXIV. 9. *Et Joſhua filius Nun repletus erat Spiritu.* כי סמך משה ידיו עליו *Quoniam Moſes ei manus ſuas impoſuerat.* Hinc eſt, quòd de iis omnibus, qui rite ordinantur, dicunt, שרתה שכינה עליהם *Habitat ſuper eos majeſtas divina, id eſt,* רוח הקדוש *Spiritus Sanctus, nam* שכינה & רוח הקדוש promiſcuè nonnunquam à Rabbinis uſurpantur. Ex his inter ſe collatis liquet, ordinandi ritus ab ipſis Apoſtolis uſitatos à Judæis acceptos, ſive è ſynagogâ in Eccleſiam traductos eſſe. Primò enim, ut Judæi, ſic & Apoſtoli, manus ordinatis imponebant; ſeptem Diaconis, Act. VI. 6. Saulo & Barnabæ, cap. XIII. 3. & alibi. Et loco hîc citato χεῖρας ταχέως μηδενὶ ἐπιτίθει, 1. Tim. v. 22. Paulus ordinationis formulam à Timotheo obſervandam perſpicuè ſatis indicat, nimirum per χειροθεσίαν, ſed non temere, peragendam. Deinde ut in Judaicis, ſic & in Apoſtolicis ordinationibus, tres manus ſuas imponere ſolebant, ut antea oſtenſum eſt. Juxta Judæorum denique ſententiam, Spiritus Sanctus per Apoſtolicam etiam χειροθεσίαν collatus eſt, Act. VIII. 17. & cap. XIX. 6. Et ipſe quidem Soſpitator noſter Jeſus Chriſtus, cum ad patrem jam aſcenſurus Apoſtolos ſuos in Epiſcopos conſecraret, ut ſui abſentis vices in terris ſupplerent, & Eccleſiaſticam exercerent diſciplinam, etiamſi manus eis non imponebat, in eos tamen ſufflabat, dicens, λάβετε πνεῦμα ἅγιον. Quem quidem Spiritum à Chriſto in ipſos ſufflatum, Apoſtoli in alios, eodem quo Chriſtus modo, ſufflare non auſi ſunt: ſed juxta ritum conferendi Spiritum in lege Moſaicâ inſtitutum, & hucuſque à Judæis obſervatum, per manuum viz. impoſitionem, eundem communicarunt aliis, quos ipſi ordinarunt; qui eodem quoque modo deinde eundem contulerunt, & ſic ſucceſſivè non ad noſtra tantum tempora, ſed uſque ad finem ſeculi. Quo fit, ut qui etiamnum ritè ordinantur, & manuum impoſitionem ab ipſis Apoſtolis ſucceſſivè continuatam accipiunt, Spiritus à Chriſto ſufflati æque ſunt participes, ac quibus ipſi Apoſtoli manus impoſuerunt, in quos ſufflatus eſt. Qui autem hanc χειροθεσίαν non habent? quomodo legitimam veramque χειροτονίαν habere cenſeantur, me prorſus latet.

Καθώς τινες εἶπον. Quin Ariſtenum & Zonaram inter alios hic indigitet Theodorus Balſamon, nullus dubito. Ut ille enim pro χειροτονῆσαι in textu, ὁρίλαι ψηφίζεσθαι in interpretatione ſuâ ſubſtituit, ſic & Zonaras per totam ſuam hujus canonis interpretationem χειροτονεῖσθαι in canone, idem eſſe ac ψηφίζεσθαι probare nititur, ac ſi Epiſcopum à duobus vel tribus non ordinari, ſed eligi hîc præcipiatur. Ad hanc ſuam confirmandam opinionem, argumentum petit è Can. 5. Syn. Laodic. cui reſpondet Balſamon. Ut ſatis mirari nequeo, quid *Chriſtophoro Juſtello* in mentem venit, ut in notis ad dictum canonem Syn. Laodic. Balſamonem, æque ac Zonaram præſentem hunc primum Apoſt. Canonem de populi ſuffragiis ac electione interpretari aſſereret, cum Balſamon apertè dicat, hunc Canonem περὶ χειροτονίας καὶ ἀρχιερέως πλειόνης, ἢ μὴν περὶ ψήφου intelligendum eſſe, & Zonaræ aliorumque, qui aliter interpretati ſunt, ſententiam ſibi diſplicere affirmet.

Zon. τῆς δὲ πλείονα πλῆθος ἐξῆν. Auctor Conſtitutionum Apoſtolicarum, Πρῶτος ἦν ἐγὼ φημι Πέτρος ὁ Βαλκτῖνος χειροτονεῖσθαι, ὡς ἐν τῇ προλαβούσῃ ἅμα πάντες διετάξαμεθα, ἐν πᾶσιν ἀμώμητον ἀεὶ σῴζοντα ὑπὸ πάντος τοῦ λαοῦ ἐυλογούμενον. Conſtit. Apoſt. l. 8. cap. 4. Cyprianus, *Propter quod diligenter de traditione divinâ & Apoſtolicâ obſervatione ſervandum eſt & tenendum, quod apud nos quoque & fere per provincias univerſas tenetur, ut ad ordinationes ritè celebrandas ad eam plebem, cui præpoſitus ordinatur, Epiſcopi ejuſdem provinciæ proximi quique conveniant, & Epiſcopus deligatur plebe præſente, quæ ſingulorum vitam pleniſſime novit, & uniuſcujuſque actum de ejus converſatione perſpexit.* Cyprian. epiſt. lib. 1. epiſt. 4. Edit. Manut. Romæ 1563. De Epiſcopo autem a plebe olim eligendo videſis plura in can. 4. Syn. Nic. 1.

Τῷ ὁμολογῷ πεποίθασι. Sic legit MS. Bodleianus, cui ſuffragantur Henrici 2. & Gallandi; ſed in impreſſis eſt ἐν ὁμολογίᾳ πεποίθασι, perperam; ὁμολογία enim iſto ſenſu nuſpiam uſurpatur.

Ariſt. Τριῶν ἐξάπαντος. Veteres canonem hunc, Epiſcopum à duobus vel tribus Epiſcopis ordinari, ſtatuentem, ita interpretati videntur, ut perpetuo, ſi fieri poteſt, à tribus, à duobus autem non niſi neceſſitate id cogente, ordinetur. Et hinc eſt, ni fallor, quòd Ariſtenus trium tantùm, non item duorum, hîc mentionem facit. Et quidem, ut ordinatio hæc à tribus celebretur, à Conciliis, Patribus omnibuſque Eccleſiis ubicunque conſtitutis, exigitur, nec admiſſa eſt ordinatio à paucioribus, niſi neceſſitate id exigente, celebrata. Concilium Arelatenſe primum, *De his, qui uſurpant ſibi, quod ſoli debeant Epiſcopum ordinare, placuit, ut nullus hoc ſibi præſumat, niſi aſſumptis ſecum aliis ſeptem Epiſcopis. Si tamen non potuerint ſeptem, ſine tribus fratribus non audeant ordinare*, Concil. Arel. 1. can. 21. Arelatenſe ſecundum, *Nullus Epiſcopus ſine Metropolitani permiſſu, nec Epiſcopus Metropolitanus ſine tribus Epiſcopis comprovincialibus, præſumat Epiſcopum ordinare*, Concil. Arel. 2. can. 5. Carthaginenſe ſecundum, *Si autem neceſſitas fuerit, tres Epiſcopi, in quocunque loco ſint, cum Primatis præcepto ordinare debent Epiſcopum*, Carthag. 2. can. 12. Idem ſtatuerunt Syn. Nic. can. 4. Carthag. can. 53. Araufic. 1. can. 21. Gratian. diſtinct. 64. Concil. Hippon. c. 39. Regienſ. c. 1. Anacletus, *Ut non minus quam à tribus Epiſcopis, reliquis omnibus aſſenſum præbentibus, nullatenus Epiſcopus ordinetur*, apud Gratian. diſtinct. 66. cap. 2. Hinc Theodoretus de canonibus ait, quòd, δίχα τριῶν ἐπισκόπων ἐπιτελεῖσθαι χειροτονίαν ἀπαγορεύει γράφων. Theodoret. hiſt. Eccleſ. l. 5. c. 23. Syneſius de Siderio Palæbiſcæ Epiſcopo, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐν Ἀθήναις, ἐκκλήσιμος μὲν ἦν, ὅσον γε δὴ γενέσθαι ἐκκλησίαν, εἰ μήτε ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κρίσις, μήτε δεῖ τριῶν ἐνδεῖν, ἢ εἰ τὸ ζώδιον τῆς χειροτονίας ἐκείθεν ἐδίδου. Syneſ. epiſt. 67. p. 210. edit. Petav. Egbertus Epiſcopus Eboracenſis, *ut Epiſcopus, ſi fieri poteſt, à totius provinciæ Epiſcopis ordinetur, & ſi hoc ſit difficile, non minus certè à tribus*, Egbert. in excerpt. c. 96. Daniel Syrus Jacobita in canonum breviario الاسقف تكون قسمته من جهة ثلاثة اساقفة شمعون قننوما وان قسمه اسقف واحد وليقطع *Epiſcopi ordinatio à tribus Epiſcopis peragatur* (Simeon Cananæus) *ſin unus Epiſcopus eum ordinaverit, deponatur*, apud Ecchel. de Eccleſ. Alex. orig. cap. 10. Hunc porro ternarium Epiſcoporum ad Epiſcopum conſtituendum confluentium numerum à Græcis obſervari Euchologium docet, tit. de ordin. Epiſc. p. 302. & eundem à noſtrâ quoque Eccleſiâ religiosè retineri, ex Ordinalis noſtri rubricâ ſatis patet, quâ ex Græcâ Jacobi Duporti verſione, ὁ ὑποψήφιος δεήσεται τὸ ὠμοφόριον ἀυτῷ ἐνδύσωσιν ὑπὸ δύο ἐπισκόπων ἕως τοῦ ἀρχιεπισκόπου ἢ ἐπαρχίας ἐκείνης, ἢ ἄλλου τινὶ ἐπισκόπῳ τετιμῶντος τοῦτ' ἐξουσιάζοντος. Hunc itaque ritum ab ipſis Apoſtolis uſitatum, & à viris Apoſtolicis præceptum, noſtra quoque Eccleſia religiosè admodum obſervat; qui, quoad fieri poteſt, ubique proculdubiò obſervandus eſt. At neceſſitate, duriſſimâ illâ dominâ, id poſtulante, canonis rigor nonnunquam relaxari poteſt, ut Epiſcopus à duobus ordinetur, juxta quod ſub Apoſtolorum nomine in Conſtitutionibus Eccleſiæ Alexandrinæ præcipitur, ان ينقسم الاسقف من ثلاثة اساقفة وان كان من ضرورة فمن اسقفان *Ut ordinetur Epiſcopus à tribus Epiſcopis; neceſſitate verò cogente, à duobus.* Conſtit. Alex. c. 5. apud Ecchel. Eadem & in conſtitutionibus Apoſtolicis, è quibus Alexandrinæ traductæ videntur, ἐπίσκοπον ὑ προσιόντων χειροτονεῖσθαι ὑπὸ τριῶν ἐπισκόπων, ἢ τὸ γοῦν ἔλαττον ὑπὸ δύο. Conſtit. Apoſt. l. 3. cap. 20. Sic ordinatus eſt Pelagius primus Epiſcopus Romanus, à duobus Epiſcopis & uno Presbytero, viz. *Dum non eſſent Epiſcopi, qui eum ordinarent, inventi ſunt duo Epiſcopi, Johannes de Peruſio, & Bonus de Ferentino, & Andreas Presbyter de Oſtia, & ordinaverunt eum Pontificem; tunc enim non erant in Clero qui poterant eum promovere*, ut ait Anaſtatius Bibliothecarius in ejus vitâ. Quinetiam Dioſcorus Patriarcha Alexandrinus, à Concilio Chalcedonenſi poſtea depoſitus, à duo-

bus ſolis ordinatus eſt, ut teſtantur Epiſcopi provinciæ Ponti in Epiſtolâ ad Leonem Imperatorem apud Bin. Concil. tom. 2. pag. 400. edit. an 1618. & nihilominus à patribus Chalcedone congregatis pro ritè ordinato habitus eſt, & *Reverendiſſimus Epiſcopus* ſæpe vocatus. Cæterum nec defuerunt, qui, eodem neceſſitatis telo cogente, ab uno etiam Epiſcopo ordinati ſunt. Ut taceamus enim in præſenti Clementem, Leontium, & Evagrium, ut de quibus ſupra meminimus; Syneſius Siderium Palæbiſcæ Epiſcopum à Philone Cyrenenſi ſolo ordinatum fuiſſe refert; addit autem, ἀλλ' ἀνάγκη γὸ ἐν καιροῖς ἀπερισκέπτοις τὸ ἀκίνδυνον ἐκβαίνειν, *verum in temporibus formidoloſis ſummum jus prætermitti neceſſe eſt.* Syneſ. epiſt. 67. p. 210. edit. Pet. Digniſſima eſt, quæ obſervetur, Gregorii magni ad Auguſtinum, quem in Britanniam miſerat, reſponſio. Interrogavit eum Auguſtinus, *Si longinquitas itineris magna interjaceat, ut Epiſcopi non facile valeant convenire, an debeat ſine aliorum Epiſcoporum præſentia Epiſcopus ordinari?* Reſpondet Gregorius; *Et quidem in Anglorum Eccleſiâ, in quâ adhuc ſolus tu Epiſcopus inveniris, ordinare Epiſcopum non aliter niſi ſine Epiſcopis potes.* Apud Bed. hiſt. Eccl. Angl. l. 1. c. 27. non me fugit in Pariſienſi operum S. Gregorii editione anno 1586. pro *non aliter niſi ſine Epiſcopis*, legi *non aliter niſi cum Epiſcopis.* At noſtræ lectioni ſuffragantur Epiſtolæ S. Gregorii Romæ editæ, item quæ à Binio in primis Conciliorum editionibus interſeruntur: item Bedæ editiones Antuerpiæ, an. 1550. Baſileæ an. 1563. & Coloniæ an. 1612. Et præter omnes Bedæ codices MSS. tam Oxoniæ quam Ætoniæ reſervatos, ipſa quoque editio Latino-ſaxonica, & verſio etiam Saxonica ab Aluredo ſive Alfredo Rege (ut teſtatur Willielmus Malmesburienſis in geſtis regum Angl. l. 2. c. 4.) elaborata, ut quæ verba laudata ſic reddit, Soþlice in Onȝel cyþicean on ðære ðu ana nu ȝyt eart biſceop ȝeme tes. ne mihr ðu on ðære þiſan biſceop halgian butan oþrum biſceopum, i. e. *Et quidem in Angliæ Eccleſiâ, ubi tu tunc ſolus adhuc inventus es Epiſcopus, non potes tu alio modo Epiſcopum conſecrare, quam ſine Epiſcopis.* Ut nihil apertius eſſe poteſt, quàm Gregorium hic concedere, ut Auguſtinus ſolus Epiſcopum crearet, neceſſitate viz. id poſtulante, propterea quod ſolus tunc inventus eſt hìc Epiſcopus. Et Auguſtinus quidem hoc Gregorii reſponſo fretus, Anno Dom. 604. *ordinavit duos Epiſcopos*, Saxonicè, ȝehalgode ii biſceopaſ, *Conſecravit duos Epiſcopos*, viz. Mellitum Londinenſem, & Juſtum Roffenſem, Bed. hiſt. l. 2. c. 3. è quibus Mellitum ſolus ordinavit; alterum fortaſſe, Mellito jam ordinato adſiſtente. Alios poſtea omnes tres ordinaſſe videntur, utpote quod Gregorius eum monuerat, in eodem reſponſo hæc ſubjiciens, *Cum igitur, auctore Deo, ita fuerint Epiſcopi in propinquis ſibi locis ordinati per omnia, Epiſcoporum ordinatio ſine aggregatis tribus vel quatuor Epiſcopis fieri non debet.* Et hinc eſt, quod cùm Ceadda poſtea ad Wine Occidentalium Saxonum Epiſcopum profectus eſt, ut Epiſcopalem ordinationem ab eo ſuſciperet, duo de Britonum gente Epiſcopi in ſocietatem ordinationis aſſumpti ſunt, quoniam nullus tunc erat, excepto Wine, in totâ Britanniâ canonicè ordinatus Epiſcopus; ut refert Beda, hiſt. Eccl. Angl. l. 3. cap. 28. At cum Theodorus, poſt defunctum Deuſdedit, ad ſedem Dorovernienſem promotus eſt, prædictum Ceadda arguebat non fuiſſe ritè ordinatum, ibid. l. 4 cap. 2. idcirco nimirum, quòd ab uno ſolo orthodoxo Epiſcopo, viz. Wine, ordinatus eſt; nam duo reliqui, de Britonum gente aſſumpti, pro hæreticis habiti fuerunt, utpote qui Dominicum Paſchæ diem canonicè non celebrabant. Et propterea Theodorus *ejus ordinationem denuò Catholicâ ratione conſummabat*, ibid. E quibus palam fit, tres minimùm, ſi tot convenire poſſint, ad canonicam Epiſcopi ordinationem requiri; ſed nihilo ſecius veram eſſe ac legitimam ordinationem, ſi, neceſſitate id exigente, à duobus, vel etiam ab uno, celebretur.

---

## In Can. II.

Πρεσβύτερ. In Eccleſiâ Judaicâ tres conſecratarum perſonarum ordines ab ipſo Deo conſtituti ſunt. Primus erat כהן הגדול Αρχιερεὺς, *Pontifex maximus*: Deinde כהנים *Sacerdotes*; & *tertio* לויים *Levitæ.* Conſimiliter & in Eccleſiâ Chriſtianâ, ut Chriſto adhuc ſuperſtite conſtitutâ, primus erat ipſe Chriſtus, qui & Αρχιερεὺς vocatur Heb. iv. 14, 15. Deinde xii. *Apoſtoli*, & ultimò Lxx. *Diſcipuli*; quos etiamſi Apoſtoli nec ordinabant, nec regebant, Apoſtolis tamen eos inferiores fuiſſe, è ſcripturis luculenter patet. Quinetiam ipſos Apoſtolos à Chriſto è mortuis ſuſcitato, ut ante notatum eſt, loci ſui conſervatores creatos, eundem ordinum Eccleſiaſticorum numerum obſervâſſe pariter ac inſtituiſſe, colligimus ex Epiſtolâ D. Pauli ad Philippenſes, utpote quæ ſic incipit, Παῦλος καὶ Τιμόθεος, *Paulus & Timotheus ſervi Jeſu Chriſti, omnibus ſanctis in Jeſu Chriſto, qui ſunt Philippis, ſuὶ ἐπισκόποις καὶ διακόνοις cum Epiſcopis & Diaconis.* Inſignem hunc locum paucis ut explicemus, primo in memoriam revocentur quæ de Epiſcopis antea dicta ſunt, viz. quòd primus Eccleſiæ Chriſtianæ Epiſcopus idem atque fundator Jeſus Chriſtus, ad Patrem jam aſcenſurus, ſuam à Patre acceptam ordinandi, & perſonas, reſque Eccleſiaſticas adminiſtrandi poteſtatem apud undecim Apoſtolos relinquebat, idque per Spiritum in eos ſufflatum: per eundem autem Spiritum tres alii poſtea Apoſtolorum numero adjecti ſunt, Matthias, Saulus, & Barnabas: Matthias quidem per Spiritum ſortes diſponentem, Act. 1. 26. Saulus autem & Barnabas per eundem Spiritum dicentem, Ἀφορίσατε δή μοι τὸν τε Σαῦλον καὶ τὸν Βαρνάβαν. Act. xiii. 2. qui igitur ἐκπεμφθέντες ὑπὸ τοῦ πνεύματος ἁγίου dicuntur v. 4. Et hinc Paulus, etiamſi homines manus ei impoſuiſſent, ſe tamen Apoſtolum eſſe dicit, οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων, οὐδὲ δι' ἀνθρώπου ἀλλὰ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ θεοῦ πατρὸς τοῦ ἐγείραντος αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, Gal. 1. 1. Hi quatuordecim Apoſtoli autoritate prædictâ prædicti, Presbyteros & Diaconos ordinabant, Act. xiv. 23. c. vi. 6. quoniam ii, penes quos hæc poteſtas fuit, *Epiſcopi* poſtea nuncupati ſunt; hinc & Apoſtoli etiam *Epiſcopi* à Patribus appellantur, Cyprian. epiſt. ad Rogatian. 9. l. 3. edit Manut. Ambroſ. in Epheſ. cap. iv. 11. Πρῶτος Πέτρος καὶ Παῦλος οἱ ἀπόστολοι αὐτοὶ καὶ ἐπίσκοποι, Epiphan. hær. 27. par. 6. Et quidem Apoſtolatus ἐπισκοπὴ vocatur, Act. 1. 20. Cùm igitur Apoſtoli hanc Epiſcopalem autoritatem aliquamdiu ſoli exercuiſſent, quoniam fidelium numerus augeſceret, ipſique hinc diſceſſuri eſſent, ne, ipſis defunctis, Eccleſia eâdem autoritate deſtitueretur, eandem aliis communicarunt, quos ſingulis Eccleſiis ubicunque collectis præfecerunt, ut ordinationes aliaſque res Eccleſiaſticas adminiſtrarent. Sic Evodium hâc poteſtate indutum præficiebant Antiochiæ, Linum, vel Clementem Romæ, &, ut alios taceam, Titum Cretæ, & Timotheum Epheſo. Titum enim Cretæ hanc poteſtatem exercuiſſe, non tantùm antiqui Patres, Euſebius, Theodoretus, Ambroſius, Hieronymus, aliique; ſed & ipſe D. Paulus teſtatur in Epiſtolâ ad eundem ſcriptâ, cap. 1. v. 5. Timotheum autem eandem accepiſſe poteſtatem exinde liquet, quòd D. Paulus eum doceat, quomodo acceptam exercere debet, viz. ut neminem citò ordinaret; ut contra Presbyterum accuſationem non admitteret, niſi ſub duobus vel tribus teſtibus, 1. Tim. v. 19, 22. quæ quidem admonitiones ſupervacaneæ prorſus eſſent, niſi Timotheus ordinandi, ac accuſationes contra Presbyteros prolatas audiendi, & proinde in ipſos etiam Presbyteros poteſtatem accepiſſet. Et hinc eſt quod loco prædicto, Philip. 1. 1. D. Paulus Timotheum, ut eâdem jam Epiſcopali autoritate præditum, tanquam ſocium ſecum conjungit, dicens Παῦλος καὶ Τιμόθεος, & utriuſque nomine hæc Epiſtola ad Philippenſes mittitur. Ex primo igitur perſonarum Eccleſiaſticarum ordine, duo in hoc verſiculo commemorantur, *Paulus* & *Timotheus*: Reliquos duos ordines, in ultimis verbis prædicti commatis videre eſt, συνεπισκόποις καὶ διακόνοις, hos enim diſtinctos eſſe ipſa verba docent. Sub Epiſcoporum autem nomine *Presbyteros* indigitari, rectè obſervant probantque Chryſoſtomus, Theodoretus, & Hieronymus in locum, ἀμφότερα γὸ εἶχον κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν τὰ ὀνόματα. Theodoret. nimirum iſtis temporibus, ii, quibus ordinandi & res Eccleſiaſticas adminiſtrandi poteſtas commiſſa eſt, vixdum *Epiſcopi*, ſed *Angeli* nominabantur. Apoc. 1. 20. cap. 2. 1. &c. & *Apoſtoli*, ut ſentit Theodoretus, dicens, quòd non ſoli duodecim à Chriſto electi, ſed ſeptuaginta, ac ipſe etiam Saulus & Barnabas, καὶ ἕτεροι πρὸς τούτοις μύριοι, vocati ſunt *Apoſtoli.* Theodor. in 1. Cor. xii. 28. & alibi, τοὺς γὸ νῦν καλουμένους ἐπισκόπους ἀποστόλους ἀνόμαζον. Idem in 1. Tim. iii. 1. Et hinc eſt quod aſſerit, Epaphroditum, per quem Epiſtola hæc ad Philippenſes miſſa eſt, Epiſcopalem autoritatem ſibi commiſſam habuiſſe, eo quòd ἀπόστολος vocetur, Phil. xi. 25. σαφῶς πάνυ ἐδήλωσεν ὡς τῶν ἐπισκοπικῶν οἰκονομίαν αὐτὸς ἐπιτέτραπτο, ἔχων ἀποστόλου προσηγορίαν, Theodoret. in epiſt. ad Philip. cap. 1. v. 1, 2. Et quidem pluſquam veriſimile cuipiam videatur, Philippenſes nondum ſingulari alicui Epiſcopo ſubjectos fuiſſe; & idcirco Pau-

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Paulum & Timotheum Epaphroditum, à Philippensibus ad ipsos missum, ordinatum, & Apostolicâ sive Episcopali autoritate donatum ad eos remisisse; & Philippenses propterea admonuisse, ut eum cum omni gaudio in Domino exciperent, cap. 11. 29. præcipue cùm eum ἀδελφὸν, καὶ συνεργὸν, καὶ συστρατιώτην appellent, ibid. v. 25. Verum ut ut est, inter omnes convenit *Presbyteros* tunc temporis etiam *Episcopos* nuncupatos esse, ac proinde per verba ista, σὺν ἐπισκόποις καὶ διακόνοις, iidem Ecclesiastici ministri intelligantur; quos Polycarpus in Epistolâ ad eosdem Philippenses πρεσβυτέρους καὶ διακόνους vocat, ubi ait, διὸ δεῖ ἀπέχεσθαι ἀπὸ πάντων τούτων, ὑποτασσομένους τοῖς πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις, Polyc. epist. ad Philip. p. 18. Et hinc est, quòd pro σὺν ἐπισκόποις καὶ διακόνοις, verlio Syriaca habeat مع قسيسين وشمامسة *Cum Presbyteris & Diaconis*; & quod imprimis observari dignum est, ubicunque propemodum in novo fœdere occurrat vox ἐπίσκοπος, Syriacè per قسيسو *Presbyter* vertitur 1. Tim. III. 2. Tit. I. 7. & ἐπισκοπὴ per قسيسوتا *Presbyteratus*, 1. Tim. III. 1. At hujus versionis nullam aliam excogitare possum rationem, præterquam quòd hæc versio istis temporibus elaborata est, quibus nihil inter nomina ἐπίσκοπος & πρεσβύτερος intererat. At si non ad temporum Apostolicorum finem, statim tamen postea distinctionem introductam esse, Ecclesiasticæ historiæ fidem faciant; ut ii videlicet, qui Apostolicâ autoritate dignati sunt, & in locum eorum substituti, vel quos Apostoli successores suos relinquebant, ut cum Irenæo loquar l. 3. c. 3. *Episcopi* nomen, ut officio suo maximè congruum, sibi vendicarent, & alterum *Presbyteri* proximo ministrorum sibi subjectorum ordini relinquerent. Si igitur ad Apostolica trium horum Ecclesiasticorum ordinum nomina respiciamus, in hoc primo Epistolæ ad Philippenses commate, primò dantur *Apostoli*, deinde *Episcopi*, & ultimò *Diaconi*: Sin ad hodierna, vel etiam ea, quæ in præcedenti & hoc canone usurpantur, primò *Episcopi*, deinde *Presbyteri*, & ultimò itidem *Diaconi*, de quibus mox agemus.

Τοῦ ἑνὸς ἐπισκόπου. Hic duo observare est; primò quòd Presbyteri ordinatio ab Episcopo necessariò celebranda est; & deinde, quòd si ab uno solo celebretur, satis firma est. Quantum ad primum attinet, Ante delirum hoc nostrum & præcedens seculum, Apostolicum hoc institutum ab universâ Ecclesiâ religiosissimè observatum est: ut nec inter inferiores Clericos, nedum inter Presbyteros, quispiam recenseretur, nisi ab Episcopo ordinatus. Hinc est, quòd cum Synodus Constantinopolitana sive Oecumenica secunda Maximum Cynicum Episcopum non fuisse declarasset, protinus subjicit, μήτε τὸν παρ' αὐτῆς χειροτονηθέντα ἐν οἱῳδήποτε βαθμῷ κλήρου. Syn. C P. can. 4. Et cum vitio verteretur Athanasio, quòd Macarius, unus ex ipsius Diaconis, mysticum poculum fregerat, Synodus quædam Alexandriæ tunc temporis celebrata, accusationem istam examinans, inveniebat loco, ubi confractum poculum jecissent, nullum adfuisse Presbyterum, nec Ecclesiasticum, præter quendam Ischyram, qui se fingebat à Colutho quodam ordinatum: at Coluthum istum Presbyterum solum, non Episcopum fuisse, ac proinde Ischyram ab eo ordinatum, nec Presbyterum, nec in quovis Ecclesiastico gradu constitutum, sed purum putum Laicum esse. Dignissima sunt, quæ observentur, Synodi ipsius Verba, Πόθεν ἦν πρεσβύτερος Ἰσχύρας; τίνος κατασταντος; ἄρα Κολούθου; εἰπὲ δὲ λοιπόν· ἀλλ' ὅτι Κολοῦθος πρεσβύτερος οὐκ ἐτελέσθη, καὶ πῶς χεὶρ αὐτοῦ γένοιτο ἄχυρος, καὶ οἱ παρ' αὐτοῦ καταστάντες ἐν τῇ ὁμάδι λαϊκοὶ γένωνται, καὶ ὅτους ζωοδοτοῦσι δῶλον, καὶ οὐδενὶ καθήκουσι ἀμφίβολον. Apud Athanas. in Apolog 2. de fuga sua p. 570. l. A. edit. Commelin. Quinetiam Synodus Sardicensis Ischyram hunc nec Presbyterum fuisse dicit, ἀμέλει τὴν συκοφαντίαν αὐτοῦς μηδὲν τῷ Ἰσχύρᾳ διαλέγειν ἐπισκοπῆς ὄνομα, τῷ μηδὲ πρεσβυτέρῳ τυγχάνοντι, apud Theodoret. hist. Eccles. l. 2. c. 6. Ut non mirum sit, quòd ipse quoque Hieronymus ordinandi potestatem penes Episcopos solos esse, denegare non potuit; ubi ait, *Quid facit, exceptâ ordinatione, Episcopus, quod Presbyter non faciat?* Hieron. ad Evagrium. Hinc etiam est, quòd si dubium sit, an Episcopus fuerit, necne, qui Presbyterum ordinavit, ab Episcopo suo benedictionem Presbyteratus accipere, & consecrari, & sic ministerio sacro fungi debere, asserat Greg. III. ad Bonifac. epist. 2. apud Gratian. distinct. 68. cap. 2. Imò quidem usquè adeo tenaces hujus (ut par est) instituti veteres fuerunt Patres, ut Concilium Hispalense secundum, cùm intellexisset, quòd in Egabrensis Ecclesiæ Clericis, dum unus ad Presbyterium, duo ad Levitarum ministerium sacrarentur, Episcopus eorum oculorum dolore detentus manum suam super eos tantum posuerat, & Presbyter quidam illis benedictionem dederat, protinus decernebat, *ut hi, qui ab eo non consecrationis titulum, sed ignominiæ potiùs elogium perceperunt, de gradu sacerdotalis vel Levitici ordinis, quem perversè adepti sunt, depositi, æquo judicio abjiciantur.* Concil. Hispal. 2. C. 5. Quod autem unus solus Episcopus Presbyterum ordinare potest, idem quoque Concilium Hispalense docuit, dicens, *Episcopus enim sacerdotibus & ministris solus honorem dare potest, auferre solus non potest*, ibid. Ca. 6. Et Aurelius in Concilio Carthaginensi dixit, καὶ συγχώρησον ἵνα διώξω ὁ ὧδε ἐπίσκοπος μᾶλλον χειροτονεῖν πρεσβυτέρους, Can. Gr. 59. vel Carthag. 3. can. 45. A quarto autem Concilio Carthaginensi constitutum est, *ut Presbyter cùm ordinatur, Episcopo eum benedicente, & manum super caput ejus tenente, etiam omnes Presbyteri, qui præsentes sunt, manus suas juxta manus Episcopi super caput illius teneant*, Concil. Carth. 4. can. 3. Idem & in Ecclesiæ Alexandrinæ Constitutionibus decernitur, اذا اراد الاسقف ان يقسم القسيس ويجعل يده علي راسه والقسا كلهم لمسوه *Cum vult Episcopus ordinare Presbyterum, manum suam capiti ejus imponat, simulque omnes Presbyteri istud tangant.* Eccl. Alex. constit. cap. 6. Quod quidem à nostrâ etiam Ecclesiâ hucusque observatur. Sed interim non tacendum est, hodiernos nostros Presbyterianos, Aerii veteris hæretici vestigiis hac in re insistentes, supra dictum primum Epistolæ ad Philippenses versiculum sæpius citâsse ad probandum, duos tantum Ecclesiasticarum personarum ordines, Presbyteros & diaconos, Apostolorum diebus constitutos esse: nimirum idcirco quod nullus ibidem inter Episcopos & diaconos ordo interponatur. Quam perperam autem hanc suam ipsorum sententiam dictis Apostoli verbis fundare nituntur, nullo negotio ostenditur. Primo enim Epaphroditus, qui Philippensium Episcopus ab ipsis Apostolis constitutus traditur, cum hæc Epistola scriberetur, cum D. Paulo Romæ aderat, & ab eo ad Philippenses mittebatur, cap. 2. 25. hanc etiam Epistolam secum ad eos referens, atque ideo non potuit unà cum Episcopis ibi consistentibus commemorari. Deinde si demus Epaphroditum iis tunc temporis non præpositum fuisse, sub nomine tamen Episcoporum superior æque ac inferiores Episcopi, sive Episcopus propriè sic dictus non minus quam Presbyteri, comprehenditur ac salutatur. Adhæc quid si concedamus nullum singularem Episcopum Philippis adhuc ordinatum esse? hinc nequaquam consequetur duos tantum ordines ibidem inveniri. Quid enim, nullusne Apostolus Episcopis & Diaconis ibi constitutis præerat? Neque enim quispiam sibi persuadeat Apostolos omnem Ecclesiarum, simul ac fundatæ sunt, curam sibi protinus excussisse, vel iis ἐπισκοπεῖν desiisse, usque dum Episcopum singulis Ecclesiis præfecissent. Et quidem aliquem ex Apostolis cathedram suam Philippis aliquando habuisse, ipsumque non tantum Ecclesiæ ibi congregatæ præfuisse, sed & alium sibi decedenti successorem constituisse, omni exceptione majorem habemus testem Tertullianum, qui adversus hæreticos disputans, *Age jam*, inquit, *qui voles curiositatem melius exercere in negotio salutis tuæ, Percurre Ecclesias Apostolicas apud quas ipsæ adhuc cathedræ Apostolorum suis locis præsidentur, apud quas ipsæ authenticæ literæ eorum recitantur, sonantes vocem & repræsentantes faciem uniuscujusque. Proximè est tibi Achaia? habes Corinthum: si non longe es à Macedoniâ, habes Philippos, habes Thessalonicenses. Si potes in Asiam tendere, habes Ephesum. Si autem Italiæ adjaces, habes Romam, unde nobis quoque autoritas præsto est.* Tertul. de præscr. adv. hær. c. 36. Hic enim Philippos inter ista recensitos loca videmus, quibus ipsæ Apostolorum cathedræ constitutæ sunt: quas etiam ibidem continuatâ Episcoporum successione usque ad Tertulliani tempora occupatas esse & summo honore habitas, ex verbis istis, *apud quas ipsæ adhuc cathedræ Apostolorum præsidentur*, clarissimè constat. Ex eo autem quod Philippenses S. Pauli necessitatibus toties subministrarunt, & ipse ad eos præ aliis divinam hanc Epistolam mittere dignatus est, præcipuè autem quòd Ecclesia Philippis ab eo primo fundata est, Act. 16. D. Paulum iis peculiari modo aliquandiu, hoc est, usque dum alium sui decessuri loco substituisset, præfuisse, non inepte conjicitur. Sed quid pluribus in re tam apertâ opus est? D. Paulum enim & Timotheum etiam, non puros putos Presbyteros fuisse aut diaconos, sed ordinis iis superioris ipsi etiam adversarii agnoscunt. Affirmant itidem Episcopos in supra dicto commate de presbyteris intelligendos esse, Quid autem apertius, quid certius

ius esse potest quam hinc necessario confici, tres minimùm in Ecclesiâ ordines tunc temporis extitisse? Sane si quid apertius, siquid certius esse potest, hoc ipsum est, Apostolos scilicet, utcunque Ecclesiam recens natam, & in incunabulis vagientem ipsi primo gubernarunt, ad futuram tamen et perpetuam rerum Ecclesiasticarum administrationem, tres distinctos ministrorum ordines constituisse, primum, tres distinctos ministrorum ordines constituisse, primum, usquam militantem triumphanti Ecclesiâ commutarent: nullam enim invenire est Ecclesiam ab ipsis fundatam quâ totidem religiosè non observati sunt. Quomodo autem primo introduci cœperint nisi ab ipsis Apostolis constituti fuissent, viderint adversarii, me prorsus latet. Præsertim cùm non tantum tertio demum post Apostolos seculo, sed ipsis etiam adhuc viventibus, & proximo post eos martyrii coronâ redimitos seculo, nec uno tantum alterove loco, sed ubique terrarum obtinuerint. Quod ut palam fiat, primo Clemens ille Romanus ab ipsis Apostolis Romanæ Ecclesiæ præpositus, in Apostolicâ illâ quam ad Corinthios scripsit Epistola, ubi eos omnia ritè ac ordine facienda monet, hæc habet, πῷ γὰρ Ἀρχιερεῖ ἰδίαι λειτουργίαι δεδομέναι εἰσὶ, καὶ τοῖς ἱερεῦσιν ἴδιος ὁ τόπος πρόσκειται, καὶ Λευίταις ἰδίαι διακονίαι ἐπίκεινται· ὁ λαϊκὸς ἄνθρωπος τοῖς λαϊκοῖς προστάγμασι δέδεται. Ἕκαστος ὑμῶν ἀδελφοὶ ἐν τῇ ἰδίᾳ τάγματι εὐχαριστείτω τῷ θεῷ, μὴ παρεκβαίνων τὸν ὡρισμένον τῆς ἰδίας λειτουργίας κανόνα ἐν σεμνότητι. *Summo quippe sacerdoti sua munera tributa sunt: sacerdotibus etiam locus proprius assignatus est; & Levitis sua ministeria incumbunt. Laicus laicis præceptis constringitur. Unusquisque vestrûm, fratres, in suo ordine manens Deo in bonâ conscientiâ gratias agat, absque & statione manens Deo in bonâ conscientiâ gratias agat, (vel potius Eucharistiam peragat) & cum decore intra præscriptum ministerii sui canonem se contineat.* Clem. ad Cor. p. 53. Hic primo observandum est, Clementem iisdem Ecclesiasticos ordines nominibus describere, quibus in synagoga Judaica insigniti sunt, propterea quod iidem ordines ex veteris etiam legis præscripto apud Judæos diu obtinuerant, & è Synagoga in Ecclesiam ab ipso Christo & Apostolis ejus transcripti fuerant, ac proinde ab aliis etiam æque ac à Clemente *Episcopus* Ἀρχιερεὺς *Presbyter* ἱερεὺς & *Diaconi* λευῖται sæpissime appellantur. Clementem autem hic distinctos ministrorum ordines, ut in Christiana etiam Ecclesia constitutos, indigitare, ex ipsis verbis quæ transcripsimus abunde constat. Cùm enim, ut videre est, omnes in Ecclesia ordines recensuisset, addit protinus, *Unusquisque vestrum fratres in suo ordine* &c. Hinc enim clarissimè colligitur, præcedentia verba ad eos, ad quos scripsit, pertinere, viz. Corinthios Christianos, atque etiam aliquos eorum singulis ordinibus à se recensitis constitutos esse: ut unus esset Ἀρχιερεὺς *Episcopus*; alii ἱερεῖς *Presbyteri*; alii denique λευῖται *Diaconi*, quibus ἴδιαι διακονίαι incumbunt: quos singulos igitur intra præscriptum ministerii sui canonem se continere monet. Et ut huic suæ admonitioni majorem vim incuteret, ipsos etiam Judæos iis ante oculos ponit, apud quos omnia rite ac ordine perficiuntur. Nam nec sacrificia, inquit, ab iis ullibi offeruntur, præterquam Hierosolymis, nec ibi prius quam à summo sacerdote ac prædictis ministris inspecta sunt: ac si dixisset, hujusmodi ministri apud Judæos quoque constituti sunt, & munia sua constanter, & ritè obeunt, à Laicis nunquam perturbati, quanto magis hoc Christianos decet? Nec quenquam movere debet, quòd Clemens paucis interjectis ait, Apostolos per Christi resurrectionem plenâ certitudine imbutos, Episcopos, & Diaconos constituisse. Ibi enim Clemens non de statu Ecclesiæ ut suis temporibus constitutæ loquitur, sed ut sese habebat proxime post Christi resurrectionem, ut ipsa verba docent. Verum & tunc etiam tres distincti erant in Ecclesiâ ordines, Apostoli, & Episcopi, sive Presbyteri, Diaconique ab iis ordinati. Episcopi autem proprie sic dicti in Apostolorum locum succedunt, & non necesse erat, ut Apostoli successores suos prius deligerent, quam ipsi secessuri erant. Eos autem antequam hinc emigrarent, successores suos Apostolos, sive Episcopos proprie sic dictos ordinâsse, ac proinde tres in Ecclesiâ ministrorum ordines post se reliquisse, ex supra laudatis Clementis Romani verbis probe satis constat. Nec enim eum latere potuit, quos ordines Apostoli in Ecclesiâ constituerant, quippe qui ab ipsis in successorem substitutus est. Porro prius quam ille Ecclesiam Romanam deseruit, Ignatius Antiochenæ præfectus est. Qui etiam non minus quam ille cum ipsis Apostolis consortii habuit: adeo ut nec clam eo esse potuit, quos Apostoli ordines in Ecclesiâ præscripserant. Ille autem in indubitatis illis & summæ fidei Epistolis quas scripsit, tres perpetuo numerat; nimirum Episcopos, Presbyteros, & Diaconos. In Epistola ad Magnesianos, ὥσπερ οὖν ὁ κύριος ἄνευ τοῦ πατρὸς ἑνὸς ὢν οὐδὲν ποιεῖ, οὔτε αὐτὸς οὔτε οἱ ἀπόστολοι, οὕτω καὶ ὑμεῖς ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου, μηδὲ πρεσβυτέρου, μηδὲ διακόνου. &c. & in initio Epistolæ *Damam* eorum Episcopum, & *Balsum* ac *Apollinium* Presbyteros nominatim laudat. In epistolâ ad Trullianos, Ἀναγκαῖον οὖν ἐστὶν, ὡσαύτως ποιεῖν, ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου μηδὲν πράσσειν ὑμᾶς· ἀλλ' ὑποτάσσεσθε καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ —— δεῖ καὶ τοὺς διακόνους ὄντας μυστηρίων χριστοῦ Ἰησοῦ &c. Et in initio itidem *Polybium* eorum Episcopum diserte nominat. In Epistolâ ad Philadelphenos, τῷ ἐπισκόπῳ προσέχετε, καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ, καὶ τοῖς διακόνοις. In Epistolâ ad Ephesios, ὑποτασσόμενοι τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ, & paulo ante *Burrhum* ibi Diaconum atque etiam *Onesimum* eorum Episcopum nominatim commemorat. In Epistolâ ad Smyrnenses, Πάντες τῷ ἐπισκόπῳ ἀκολουθεῖτε, ὡς καὶ ὁ Χριστὸς Ἰησοῦς τῷ πατρὶ, καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ ὡς τοὺς ἀποστόλους, τοὺς δὲ διακόνους ἐντρέπεσθε· & eos postea extremâ quasi Epistolâ omnes salutat, Ἀσπάζομαι δὲ ἀξιόθεον ἐπισκοπὸν, καὶ τὸ θεοπρεπὲς πρεσβυτέριον, καὶ τοὺς διακόνους. Nullus itaque dubitandi locus relinquitur, quin ad finem saltem temporum Apostolicorum, sive ante centesimum à Christo nato annum (nam S. Johannes ultimus Apostolicorum diem obiit anno 99.) tres distincti ordines in Ecclesiâ constituti sunt. Eosdem autem & postea retentos esse, æque manifestum est. Quippe A. D. 142. sive quadragesimo tertio post S. Johannis obitum, Pius primus ad sedem Romanam provectus est. Hic autem in indubitatâ illius epistolâ ad Justum Viennensem Episcopum, ait, *Tu vero apud senatoriam urbem Viennensem, ejus* (Veri) *loco à fratribus constitutus & colobio Episcoporum vestitus, vide ut ministerium quod accepisti in Domino impleas.* Et paucis interjectis, *Presbyteri & Diaconi, non ut majorem, sed ut ministrum Christi te observent.* Hic enim Justum Episcopum, & Presbyteros, & Diaconos simul commemoratos videmus. Deinde anno 180. Irenæus Episcopus Lugdunensis claruit. Is autem Episcopos Apostolis succedere, iisque Ecclesias ab Apostolis committi, diserte asserit. Iren. l. 3. c. 3. Et præcedente capite alibique Presbyterorum etiam meminit. Diaconorum, fateor, rarius, quos tamen semper & ubique constitutos esse nemo unquam inficias ivit: & propterea Irenæi etiam diebus dictos tres ordines in Galliâ extitisse, nemini dubium esse potest. Præcipuè cum iisdem ferè temporibus eos omnes Carthagine & Alexandriæ distinctè ordinatos fuisse, locupletissimos habeamus testes, Tertullianum, Clementem Alexandrinum, & Origenem. Tertullianus, *Dandi quidem* (baptismum inquit) *habet jus summus sacerdos, qui est Episcopus, dehinc Presbyteri, & Diaconi, non tamen sine Episcopi autoritate, propter Ecclesiæ honorem.* Tertul. de baptismo c. 17. *Quod enim ex æquo accipitur, ex æquo dari potest, nisi Episcopi Episcopi jam, aut Presbyteri, aut Diaconi vocantur.* ibid. *Itaque alius hodie Episcopus, cras alius: hodie Diaconus qui cras lector: hodie Presbyter qui cras Laicus.* Id de præscript. adv. hær. c. 41. Clemens Alexandrinus, Ἐπεὶ καὶ αἱ ἐντεῦθεν τοῦ κυρίου ἐκκλησίαι πεφύκασι, διακόνων, καὶ πρεσβυτέρων, καὶ διακόνων μιμήματα εἶναι ἀγγελικῆς δόξης. strom. lib. 6. Origenes, ὁ γὰρ τοῦτο ποιῶν ἀποστολικῶς ὁ καλῶς ἔργον ἐπιδυόμενος —— τὸ δ' αὐτὸ καὶ περὶ πρεσβυτέρων καὶ διακόνων ἐρεῖς. Orig. in Matt. c. 15. καὶ ἀναλαβὼν ἐπισκόπους, ἢ πρεσβυτέρους, ἢ διακόνους. ibid. c. 21. *Ecce qualis Episcopus, aut qualis Presbyter, vel qualis Diaconus.* Id. in Num. Hom. 2. *Vidit & sedem puerorum ejus, Ecclesiasticum, puto, ordinem dicit, qui in Episcopatus vel Presbyterii sedibus habetur. Vidit & ordinationes sive stationes ministrorum ejus, Diaconorum, ut mihi videtur, ordinem memorat, astantium divino ministerio.* Id. in Cant. hom. 2. *Ecclesiarum rectoribus & Principibus loquitur, his videlicet qui jubeant eos qui intus sunt, id est Episcopis vel Presbyteris, & Diaconis*, Id. in Epist. ad Rom. l. 2. Ex omnibus hisce veterum testimoniis observetur primo, tres distinctos Ecclesiasticorum ministrorum ordines, sive Episcopos, Presbyteros, & Diaconos etiam proximo post Apostolos seculo, non in uno alterove loco, sed in omnibus tunc dierum cognitis terræ habitabilis partibus Europâ, Asiâ, & Africâ constitutos esse: in Europâ quidem, ut ex Clemente & Pio Romanis, & Irenæo Gallicano Episcopo; in Asiâ ut ex Ignatii Antiocheni Epistolis ad diversas Asiæ Ecclesias scriptis; & in Africa, ut ex Tertulliano, Clemente Alexandrino, & Origene constat. Deinde si nullum aliud extaret, hoc validissimo & invicto esset argumento, eos tres ordines ab ipsis Apostolis sancitos esse; omnem enim fidem superat, ut Ecclesiæ ubicunque terrarum constitutæ, & tanto à se invicem intervallo disterminatæ; in eosdem

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

eosdem conspirarent, nisi ab ipsis eos Apostolis, à quibus & fidem, traditos accepissent. Denique non mirum esse quod Episcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum mentio in his canonibus, etiamsi secundo ut nobis visum est, exeunte, tertiove ineunte seculo divulgatis, toties occurrit, siquidem longe ante, & ab ipsa origine ubique terrarum obtinuerant: idque, quod imprimis observandum est, etiamsi nullus unquam canon, nulla lex, nullum decretum, à Concilio quovis aut antiquo Patre editum est, quo vel unus quivis è tribus hisce ordinibus, constitutus legitur, aut confirmatus. In hisce, fateor, canonibus multa de celebrandis Episcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum ordinationibus occurrunt, ut & quibus quisque muneribus fungi, & intra quos se limites continere debet: sed nec in iis, nec in omnibus Conciliorum tomis, nec in ullis aliis è venerabilibus antiquorum patrum monumentis, vel verbum de primâ ipsorum sive in universâ, sive in singulari aliquâ Ecclesiâ, institutione, Præterquam Apostolicâ extat. Neque enim in potestate cujusvis, non viri dico sed Concilii situm erat, alios consecratorum ministrorum ordines per totum terrarum orbem introducere, quam qui ab ipsis Apostolis instituti sunt; ut penes quos solos erat, disciplinam Ecclesiæ unà cum fide ubique gentium stabilire: ac proindè tres supradictos ordines, hoc & præcedenti canone disertè commemoratos, Apostolicæ institutioni acceptos referamus, necesse est.

Καὶ διάκονοι. Prima Diaconorum ordinatio ab Apostolis instituitur Act. 6. Hîc enim septem ab Apostolis ordinati dicuntur, ut mensis ministrarent, quos omnes è LXX. discipulis, quos Christus elegerat, fuisse, Epiphanius testatur dicens, ἀπόστολος ἢ καὶ ἄλλους ἑβδομήκοντα δύο κηρύξειν, ἐξ ὧν ἦσαν οἱ ἀπὸ τοῦ ἅγ. χορῶν τετιμημένοι, Epiph. adv. hær. part. 2. par. 4. Per Apostolicam autem χειροτονίαν, non mensarum tantummodò, sed totius Ecclesiæ ministros constitutos esse, ex eo liquet, quòd Stephanus, unus ex iis, statim prædicâsse dicitur, Act. VII. Et Philippus, alius, non prædicâsse solùm Act. VIII. 5. sed & baptizâsse ibid 12. 38. Hinc est, quòd ab ipsis Ecclesiæ primordiis Diaconi inter Ecclesiæ ministros recensiti sunt. Ignatius, Δεῖ ἢ καὶ τοὺς διακόνους ὄντας μυστηρίων Χριστοῦ Ἰησοῦ κατὰ πάντα τρόπον ἀρέσκειν, οὐ γὰρ βρωμάτων καὶ ποτῶν εἰσι διάκονοι, ἀλλ' ἐκκλησίας θεοῦ ὑπηρέται. Ignat. epist. ad Trull. p. 48. edit Voss. Cyprianus, *Diaconos autem post ascensum Domini in cœlos Apostoli sibi constituerunt, Episcopatus sui & Ecclesiæ ministros.* Cyprian. ad Rogat. epist. 9. l. 34. lib. 3. Clemens Alexandrinus, ὁμοίως καὶ τῶν ἐκκλησίαν, τῶν μὲν βελτιστῶν οἱ πρεσβύτεροι σώζειν εἰσὶν, ὑπηρετοῦσι δὲ οἱ διάκονοι. Clem. Alex. Strom. l. 7. statim ab initio. Origines Diaconorum, ut mihi videtur, ordinem memorat astantium divino ministerio. Orig. Hom. 2. in Cant. p. 323. l. A. oper. edit. Par. 1619. Et ut alios è recentioribus taceam, Ælfricus, diaconuſ ir ðen ðe þenað ðam mæſſe ppeoſte. ⁊ ðam offrunge ſet uppan þ peopoð. ⁊ ȝoðſpel eac pæt æt ȝoðer ðenunȝum ðe mot pullian cilð. *Diaconus est, qui missali sacerdoti ministrat, & oblationes super altare ponit, & in divinorum celebratione Evangelium legit: is potest baptizare &c.* Ælfric. can. ad Walsin. Quòd autem Diaconus ab Episcopo, eoque solo ordinandus est, Concilium etiam Carthaginense quartum olim decrevit, his verbis, *Diaconus cum ordinatur, solus Episcopus, qui eum benedicit, manum super caput illius ponat; quia non ad sacerdotium, sed ad ministerium consecratur,* Concil. Carthag. 4. can. 4.

Καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοί. Frequens *Cleri* & *Clericorum* occurrit mentio in secundi etiam & tertii seculi scriptoribus, v. Tertull. de Monogam. cap. 12. Origen. hom. 7. in Jer. Cyprian. epist. lib. 3. epist. 5. 10. &c. epist. ad Presbyter. &c. Quinam autem λοιποὶ κληρικοὶ hîc vocentur, ex Justiniano discamus, qui præter *Presbyteros* & *Diaconos*, etiam *Subdiaconos*, *Lectores*, & *Cantores* in Clericorum numerum refert, dicens, τοὺς ἢ πρεσβυτέρους, καὶ διακόνους, καὶ ὑποδιακόνους, καὶ ἀναγνώστας, καὶ ψάλτας, οὓς πάντας κληρικοὺς καλεῖσθαι, Justinian. Novel. 123. c. 19. quæ & sita est Basilic. l. 3. c. 33. Eosdem autem & in hoc canone intelligendos esse, ex can. Apost. 26. satis patet, quo constituitur, ex iis, qui non ductâ uxore εἰς κλῆρον promoti sunt, uxorem si velint, ducere, ἀναγνώστας καὶ ψάλτας μόνον. Hinc enim constat iis, quibus definiti sunt hi canones, temporibus, *Lectores* & *Cantores* Clericorum infimos fuisse. Quod denique ad horum vocabulorum etymologiam spectat, ipsum audiamus Hieronymum, *si enim*, inquit, κλῆρος *græcè, sors Latinè appellatur, propterea vocantur Clerici, vel quia de sorte sunt Domini, vel quia ipse Dominus sors, id est, pars Clericorum est.* Hieronym. ad Nepotian. de vitâ Clericorum.

## In Can. III.

Εἴ τις ἐπίσκοπος. In primitivâ Ecclesiâ, juxta præceptum 1. Cor. XVI. 2. ab iis qui Ecclesiam ingrediebantur, singulis diebus dominicis fiebant oblationes, ut ex Justino Martyre colligimus, dicente, οἱ εὐποροῦντες καὶ εἰ βούλεται καὶ προαιρεσις ἑκάστου τῷ ἑαυτοῦ, ὃ βούλεται δίδωσι, καὶ τὸ συλλεγόμενον παρὰ τοῖς προεστῶτι δίδοται. Justin. Martyr. Apol. 2. p. 77. l. 36. edit. Commelin. Eadem pæne habes & apud Tertullian. Apol. cap. 39. Hinc D. Cyprianus divites matronas increpat, quòd nihil contribuerant. *Locuples, & dives es, & dominicum celebrare te credis, quæ Corbonam omnino non respicis, quæ in dominicum sine sacrificio venis, quæ partem de sacrificio quod pauper obtulit, sumis?* Cyprian. de opere & eleemosyna p. 155. l. 4. edit Manut. Et Augustinus, sive auctor sermonum de tempore, *secundum vires vestras eleemosynas pauperibus exhibete, oblationes, quæ in altario consecrentur, offerte; erubescere debet homo idoneus, si de alienâ oblatione communicaverit.* Serm. de tempore 215. Ex oblatis igitur alia in Ecclesiæ ministrorum sustentationem in gazophylacio, vel, ut loquitur Tertullianus, in arcâ custodiebantur; alia verò ad altare oblata consecrabantur. Hoc itaque tertio canone cautum est, ne quis aliud quippiam in sacrificio incruento sive cœna Dominicâ ad altare offerat, præter panem & vinum ab ipso Christo instituta, uti Balsamon & Zonaras canonem hunc interpretantur: Quibus suffragatur Josephus Ægyptius in Arabica canonum collectione, quâ hæc prima pars hujus canonis sic explicatur, اما اسقف او قس تعدا سنة ربنا يسوع المسيح في القربان وقرب على المذبح عسلا او لبنا وقدم ايضا عوض الخمر النقي الخالص شراب سكرا او شي من الاشربة الغريبة المعمولة بالنار او غيرها او شي من الطير او من الحيوان او غير ذلك من الذبايح ما خلا القربان الذي امر به السيد المسيح من الخبز السميد النقي الحديث والخمر المعصور من العنب الماخوذ من الكرم فمن تعدى ذلك فليطرح من رتب الكهنوت *Quicunque Episcopus vel Presbyter legem Domini nostri Jesu Christi de oblatione transgressus fuerit, & super altare obtulerit Mel, aut Lac, vel etiam puri puti vini loco adduxerit potum inebriantem, vel quippiam ex vino inusitato, igne aut aliter parato, aut avem aliquam, aut animal, aut aliam hostiam, præter oblationem quam Dominus Jesus præcepit ex pane similagineo puro, novoque, & vino ex uvis vite ortis presso; qui nimirum hoc transilierit, sacerdotio ejiciatur.* Per vinum igne paratum istud fortassis hic indigitatur, quod Avicenna المغسول *ablutum* vocat, & sic definit, والشراب الجيد المعروف بالمغسول وهو ان يتخذ ثلثة اجزا من العصير وجزا من الما ويغلي حتي يذهب ثلثة *Et bonum vinum est, quod ablutum dicitur, sitque hoc modo; Sumantur tres partes musti, & una aquæ, & coquantur quousque tertia pars absumatur.* Avicen. l. 1. fen. 3. p. 85. Cùm vinum autem hujusmodi, non merum sit, sed mistum, ebrietatem citiùs producet, ut idem asserit, probatque dicens المزرج يسكر اسرع لتنفيذ المائية *Mistum citius in ebriat, eo quod aqueitas penetrat.* Avicen. ibid. Et idcirco id genus vini in hoc canone sub generali etiam nomine شراب سكرا *potûs inebriantis* prohibetur, juxta paraphrasin Arabicam, & juxta ipsum quoque canonem, οἶνος μεθυστικὸς offerre prohibentem. uti mox patebit.

Πλὼν νέων καρπῶν. Interpretes hîc consentiunt, quòd hoc canone præcipitur, ut novæ spicæ, tempore opportuno, id est, cùm primò matureſcant, non ut sacrificia Deo, sed ut primitiæ sacerdoti offerantur. Sic etiam Scholiastes in Harmenopuli epitomen, οὐχ ὡς θυσία ταῦτα, ἀλλ' ὡς ἀπαρχὴ καρπῶν νέων. Harmenop. epit. can. sect. 2. tit. 2. Hinc hæc canonis pars in Arabicâ collectione vocatur سنة اول الغلات *lex de primitiis frugum*, viz. ut فرديك السنبل *Spica fricabilis*, & حب العنب *bacca uvæ* cùm primo matureſ-

turesçant ad Ecclesiam offerantur, وبارك الكاهن عليه بالصلات المرسومة له ويفرق علي المومنين قبل ان يحصد تلك الاندر *Et benedicat ei Sacerdos precibus ei prescriptis, & inter fideles distribuat, priusquam areola ista demetatur. Ubi* obiter obseres velim, vocem اندر *Ander*, non ut alibi *aream*, quâ teruntur, sed potiùs *areolam* sive partem agri, quâ seruntur fruges, hîc significare. Derivatur autem hæc vox Arab. اندر *Ander*, ut & Chald. אנדרא & Syr. ܐܢܕܪ à Græcâ ἄνδηρα sive ἀνδῆρες ut suspicatur Samuel Bochartus de animal. part. 1. l. 2. c. 49. p. 548. l. 36. Ανδηρα vero, μέρος τῆ κώπε, ὅπερ ἡ πτερνά. Suid. & sic Ανδήρες, Hesychius. Ανδηρώδης, πτερναὶ ὄχεπε παρῳδής. Et ut Ανδηρα sive Ανδῆρες partem horti, quâ flores, sic اندر *Ander*, partem istam agri, quâ fruges crescunt, indigitare videtur; vel ut Theocritus in viatoribus sive Bucholiastis, Ανδηρα pro ipsis floribus

Αλλ' ἐ συμλητ' ἐδὲ κωμάζεσθον, ἀλλ' ἀνεμώνα
Πέρθε ῥόδα, σκίλλαν δ' ἄνδηρα παρ' αἰμασιαῖσι πεφυκώς.

Sic & hîc اندر pro *segete in agro satâ* accipiatur. Quam etiam non demetendam esse præcipitur, priusquam primitiæ Sacerdoti offerantur, idque, non hoc tantum canone, sed & Constitut. Apost. l. 2. c. 25. & l. 7 c. 30. & à Concilio Hispalensi primo dicente, *Omnes primitias & decimas, tam de pecoribus quam de frugibus, dives simul & pauper Ecclesiis suis rectè offerant.* Concil. Hispal. apud Ivon. p. 3. c. 174. Extant autem in MS. Bodleiano χήλια quædam ad hunc canonem annexa, quæ hunc primitias offerendi ritum è lege Mosaicâ petitum observant, hisce verbis Ἐν τῷ νόμῳ λέγει, πρωτογενήματα χέρσα ἢ φαγεῖν, ἕως ἂν πρωτοβήκητε ὑμεῖς τὰ δῶρα τῷ Θεῷ ὑμῶν. κελεύει πάνυ, ὡς ὁ Παλαιστίνης δεσμώτης γῆς ὕσπις καὶ πραίμνε φερούσης καρπὸς, μὴ πρίπρον πνα νέας σαχίας ἀφύξαι, ἢ ἀρτῦσαι καὶ φρύξαι καὶ φαγεῖν, ἕως ἂν ἐκ τόπου τῷ Θεῷ προσενεγκῶσι δῶρημα. κελεύει δ' οὕτω προσενεγκεῖν τῷ τὰ πάντα ὑμέρᾳ· εἶτα ἐκ τούτου ἑπτὰ ἑβδομάδας ἀριθμῆσαι, καὶ τῇ πεντηκοστῇ ἐπιτελέσαι τῷ ἑορτῷ, ἥτις ἦν μνήμη τῆς εἰς τὸν γλῶ ἐπαγγελίας εἰσόδε. Η ἔλαιον εἰς λυχνίαν καὶ θυμίαμα. Luminaria oleo accensa à primitivâ Ecclesiâ usitata esse, ex Narcissi, Originis æqualis, historiâ ab Eusebio traditâ patet. Scribit enim Eusebius in magnâ paschæ vigiliâ, oleum ministris defuisse, Aquam autem Narcissi mandato lucernis infusam in oleum protinus miraculosè conversam esse, Euseb. hist. Eccles. l. 6. cap. 9. & ex eo Niceph. l. 5. c. 9. Incensum autem iisdem etiam temporibus in usu fuisse, fidem facit Hippolytus, qui tertio ineunte seculo claruit, dicens, Πενθῶσι ἢ αἱ ἐκκλησίαι πένθος μέγα, διότι ὅτι προσφορὰ ὅτι θυμίαμα ἐκτελεῖται. Hippol. de consummat. mundi p. 357. l. A. tom. 2. Bibl. patr. Græc. Ergo antea usitata fuerant. D. Ambrosius, *Atque utinam nobis quoque adolentibus altaria, sacrificium deferentibus assistat Angelus, imo præbeat se videndum*, Ambros. in Luc. c. 1. de Angeli apparitione. Hinc in S. Chrysostomi liturgiâ, Diaconus λαβὼν τὸ θυμιατήριον καὶ τὸ θυμίαμα, λέγων πρὸς τὸν ἱερέα, εὐλόγησον δέσποτα τὸ θυμίαμα. Deinde sacerdos sic precatur, Θυμίαμά σοι προσφέρομεν χριστὲ ὁ θεὸς εἰς ὀσμὴν εὐωδίας πνευματικὴν ὃν προσδέξαι δέσποτα εἰς τὸ ἅγιον, καὶ ὑπουράνιον καὶ νοερόν σε θυσιαστήριον &c. Bibl. patr. Græc. tom. 2. pag. 63. Alias orationes in eundem finem conceptas videsis apud Hug. Menard. in append. lib. Sacram. S. Greg. Radulphus Tungrensis prop. 23. hunc ritum à Leone primo in Ecclesiam introductum arbitratur: verum huic potiùs canoni adscribendus est; cujus ultimam hanc partem Paraphrastes Arabicus sic interpretatur ولا يحل ايضا ان يقدموا من المذبح شي من الادهان غير دهن الميرون المقدس المعمول لذلك الذي امر الاله به وريت الوقيد الذي يسرج به القناديل والبخور الطيب الذي هو البسمين المعمول من الاصطرك في وقت القدسات والصلوات لا غير *Nec liceat iis offerre ad altare oleum quodlibet, præter oleum Sancti Chrismatis, eo nomine facti, quòd Deus mandavit, & oleum incendiarium, quo candelæ accendantur, & incensum aromatum, sive* בשמין *factum ex styrace, sacramentorum & pre-*

*cum tempore, non aliud.* Hic vox اصطرك *Istorak* formatur haud dubiè ex Græcâ στύραξ, quam Hesychius inter alia per θυμίαμα exponit; eodem sensu usurpatur & ab Avicennâ, qui de اصطرك ait قال دياسقوريدوس انه ضرب من الميعة وعند بعضهم هو صمغ الزيتون ودخانه يقوم بدل دخان الكندر في كل شي Dioscorides dicit, *quod ipsa sit species Styracis, & apud quosdam est gummi olivæ, & illius suffumigatio loco suffumigationis thuris in omni re ponitur*, Avicen. l. 2. p. 129. è quibus incensum, cujus hîc canon meminit, non ex thure tantum, sed & ex styrace in Oriente confectum esse constat.

Balsf. Σίκερα δὲ ℞ πᾶν. Sic & Zonaras infra. Hesychius, Σίκερα οἶνος συμμιγὴς ὑδρομέλιτι, ἢ πᾶν πόμα ἐμπιπῶν μέθην. Basilius Magnus, Σίκερα δὲ πᾶν τὸ δυναμένον μέθην ἐμποιῆσαι πόμα τοῖς Ἑβραίοις ὀνομάζειν ζυθήρες, Basil in Isa. cap. 5. p. 950. l. c. tom. 1. edit. Par. D. Ambrosius: *Hebræi omnem potum qui inebriat Sicera nomine vocant*, Ambros. de Helia & jejun. c. 15. Hieronymus, *Sicera Hebræo sermone omnis potio nuncupatur, quæ inebriare potest.* Hieron. ad Nepotian. de vitâ Cleric. *Sæpe diximus esse vinum, quod de vineis fit; Siceram autem omnem potionem, quæ inebriare potest, & statum mentis evertere*, Id. in Isa. c. 28. nimirum Heb. שכר *Shecar* potum inebriantem propriè significat: unde יין ושכר οἶνον καὶ σίκερα, ut reddunt LXX. Targum חמר מרוי & Arabs خمرا ومسكرا *Vinum & quicquid inebriat* vertunt, Levit. 10. 9. at ubi iterum concurrunt יין ושכר 1. Sam. 15. Versio vulgata habet *Vinum & omne quod inebriare potest*, Septuaginta viralis οἶνον καὶ μέθυσμα; unde Suidas, Σίκερα σκεδασὸν πόμα· καὶ παρ' Ἑβραίοις ὅπου λεγόμενον μέθυσμα. Sic etiam in hoc canone, ut ante dictum est, σίκερα à paraphraste Arabico per شراب سكرا *potum inebriantem* exponitur. Et quidem שכר *Sicera* rarò, si unquam, vinum merum significat, sed potius Factitium, præsertim ubi cum יין *vino* jungitur; ut Schindlerus observat in Lexico Pentaglotto. Atque adeo loco ante laudato 1. Sam. 1. 15. ubi Targum יין ושכר vertit חמר חדת ועתיק *vinum novum & vetus*, & *Midrash in locum*, יין זה חדש שכר זה ישן *Yain, id est vinum novum, Shecar id est vetus.* R. Kimchi in locum rectiùs observat שכר *Shecar* potiùs esse potum ex fructibus factum. De variis autem potionibus, quæ ebrietatem inducunt, & idcirco σίκερα meritò nuncupentur, & sub eo nomine ad altare offerri hîc prohibentur, videsis infra in notis ad χνμέλι.

Μετ' εὐλογίας. Fructus, qui apud Græcos à sacerdote εὐλογοῦνται *benedicuntur*, sunt, Uva, ficus, malegranata, olivæ, poma, mala Persica, & Prunæ. Publicum benedicendi, Deoque pro iis, jam maturis & oblatis, gratias agendi, ritum his verbis peragunt, εὐχαριστοῦμέν σοι κύριε ὁ θεὸς, καὶ προσφέρομεν ἀπαρχὰς καρπῶν, ὡς ἔδωκας ἡμῖν εἰς μετάλημψιν, τελεσφορήσας διὰ τὸ λόγου σου, καὶ κελεύσας καρποὺς παντοδαποὺς εἰς εὐφροσύνην καὶ τροφὴν τοῖς ἀνθρώποις καὶ παντὶ ζώῳ ἐν παντὶ τόπῳ γῆ. ὑμνοῦμέν σε ὁ θεὸς ἐν πᾶσιν οἷς εὐεργέτησας ἡμᾶς, καὶ πᾶσαν κλίσιν παντοίους καρποῖς διὰ τοῦ υἱοῦ σου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, δι' οὗ καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. A Latinis etiam antiquitùs hunc ritum observatum fuisse ex D. Gregorii sacramentario patet, ubi hæc oratio eundem in finem concepta legitur, *Domine qui cœlum & terram & omnia creâsti, te supplices quæsumus, ut hunc fructum novum benedicere & sanctificare digneris, & multiplicare abundanter offerentibus tibi, ut repleas eorum cellaria cum fortitudine frumenti, & vini, ut lætantes in iis referant tibi Deo omnipotenti laudes & gratias.* Vide & Constit. Apostolicarum lib. 8. cap. 40.

Zon. χνμέλι. Etiamsi nomen hoc vix alibi, ni fallor, præterquam hoc loco occurrat, quin potionem tamen aliquam ex melle confectam significet, nemo dubitare potest. Et quidem mellitum aliquid vini loco offerre Concilium Antiocheno etiam prohibet; *Non licet in altario, in sacrificio divino mellitum, quod mulsum appellant, nec ullum aliud poculum, extrà vinum cum aquâ mixtum, offerre.* Concil. Antioch. can. 8. At præter χνμέλι, aliæ sunt quamplurimæ potiones inebriantes, quas sub *Sicera* nomine canon hîc offerre vetat. Observatu dignissima sunt D. Hieronymi verba, *Sicera Hebræo sermone omnis potio nuncupatur, quæ inebriare potest sive illa, quæ frumento conficitur, sive pomorum succo, aut cum favi decoquuntur in dulcem & barbaram potionem, aut palmarum fructus exprimuntur in liquorem, colliscque frugibus aqua pinguior coloratur.* Hieron. ad Nepot. de vitâ Cleric. p. 6. col. 1. tom. 1. oper. per Erasmum. De Sicera primo ex Frumento

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

mento confecta, sic Plinius, *Est & occidentis populis sua ebrietas fruge madidâ: pluribus modis per Gallias Hispaniasque nominibus aliis, sed eâdem ratione* Plin. l. 14. cap. 22. *Ægyptus quoque è fruge sibi potus similes excogitavit, nullâque in parte mundi cessat ebrietas*, ibid. & alibi. *Et frugum quidem hæc sunt in usu medico. Ex iisdem fiunt & potus, Zythum in Ægypto, Cœlia, & Ceria in Hispaniâ, cervisia & plura genera in Galliâ, aliisque provinciis*, Id. lib. 22. cap. ult. à fine. Ægyptiorum autem Zythus ex hordeo præcipuè & aqua confectus est. Ζύθος σκεύάζεται ἐκ τῆς κριθῆς. Dioscorid. l. 2. c. 109. Ζύθος, οἶνος ἀπὸ κριθῆς γινόμενος. Hesych. & Suid. ὡς οἱ τὸν οἶνον ποιοῦντες ἐκ τῆς κριθῶν καὶ ὄρυζης καὶ τοῦ ἐν Αἰγύπτῳ καλουμένου ζύθου, Theophr. de causis plant. l. 6. c. 15. Sic & Herodotus scribit Ægyptios οἴνῳ ἐκ κριθέων πεποιημένῳ διαχρᾶσθαι, Herod. l. 2. Hoc potionis genus in Dalmatiæ etiam & Pannoniæ provinciis usitatum & *Sabaium* dictum esse, observat Hieronymus in Isa. c. 19. Et Ammianus Marcellinus, *Est autem Sabaia ex hordeo vel frumento in liquorem conversus pauperinus in Illyrico potus.* Am. Marcel. l. 26. *At Sabaia* haud dubie ab Heb. סבא *potare* ducitur. A Pæonibus etiam usurpatur, & βρύτον dicitur, ut & βρύτον, Hecatæus enim Pæonas πίνειν βρύτον ἀπὸ κριθῶν tradit apud Athen. l. 10. quinetiam, Βρύτιον, πόμα ἐκ κριθῆς, Hesych. scribitur & βρύτιον Gaz. grammat. l. 3. Athenæus loco citato hunc κρίθινον οἶνον etiam πίνον vocari dicit, unde & πίνῳ μεθυσθέντας apud Aristotel. l. de ebriet. Adhæc appellatur & βυνδὸς, Hesychius, Βυνδὸς σκεπαστὸν κρίθινον. At Βύνη apud Aetium l. 10. c. 29. idem est quod Matthæus Parisiensis, Tho. Walsingam, aliique *Brasium* vocant, nos *Malt* nuncupamus; à Saxonico Mealt q. *liquefactum*, ut observat Henricus Spelmannus in Glossario Præterea Dioscorides potum hunc hordeaceum κόρμα appellatum & Iberis occidentalibus & Britannis usitatum scribit l. 2. c. 110. at apud Athenæum l. 4. scribitur κόρμα, & apud Priscum Sophistam in excerptis historiæ Gothicæ κάμον, ubi ait, καὶ τὸ ἐκ κριθῶν ζεσταινόμενον πόμα, κάμον οἱ βάρβαροι καλοῦσιν αὐτό. Nos *Alam* & *Biriam*, sive *Ale* & *Beere* nuncupamus. *Alam* quidem non ab Alica, ut opinatur Ruellius de nat Stirp. l. 2. c. 18. sed detorta potius nonnihil voce Danica quæ *Oela* appellatur, ut sentit Hadrianus Junius, animadv. l. 2. c. 12. *Biriam* autem, sive *Beere*, à *bibere* deduci suspicatur Gerh. Joh. Vossius de vit. serm. l. 1. c. 4. Veteres viz. pro *bibere* nonnunquam *biber* dixerunt, ut idem Vossius probat, de analog. l. 1. c. 26. ex *biber* autem contractum esse Germanicum *bier* arbitratur, unde Angl. *Beere*: quod ipse tamen mallem à Saxonico Bepe derivare, quod *hordeum* significat, ut ex quo conficitur. A Medis etiam idem potionis genus usurpari, & Hebraico שכר respondere scribunt Rabbini, שכר המרי דרמו ביה מי שעורי *Sicera Medorum in quam projiciunt aquas hordei.* Pesach. Fol. 42. 2. & Glossa מרי עושין שכר ממי שעורים כעין אותן שלנו *Medi faciunt Siceram ex aquis hordei, ut est Sicera nostra.* Proximum Siceræ genus ab Hieronymo recensitum ex pomorum succo fit. Sic Plinius *vinum fit & à siliquâ Syriacâ & à pyris malorumque omnibus generibus. Sed è punicis, quod rhoiten vocant, & è cornis, mespilis, sorbis, moris siccis, nucleis pineis.* Plin. l. 14. c. 16. Hinc virgilius Georg. l. 3.

*------ Et pocula læti*
*Fermento, atque acidis imitantur vitea sorbis.*

Hoc Siceræ genus D. Hieronymus *Pomatium* vocat, ut quod è pyris fit, *Pyratium*. Deinde Sicera è favis decoctis facta, & χυμίλη comprehendit, & ὑδρόμελι, de quo vid. Columel. l. 12. cap. 12. & Plin l. 14. cap. 17. Fit hoc ex aqua & melle tantum, nusquam laudatius, quàm in Phrygia, ut docet Plinius, ibid. Hujus etiam in Æthiopia frequens ob mellis copiam usus, ut observat Job. Ludolphus: vocatur ab iis ⵙⵉⵏ: Mes. eodem autem nomine & *Sicera* in genere nuncupatur. Unde οἶνον καὶ ὑδρόμελι Æthiopice per ⵡⵢⵃ : ⵍⵙⵏ : *Waina Wames*, i. e. *vinum & Mes*, vertitur Luc. 1. 15. Hoc Siceræ genus, ut solum fortasse iis notum, publicè venditur: locus quo venale proponitur ⵏⵜ : ⵙⵢⵎ : *Beta majasi, Domus Mes*, sive *taberna qua Sicera venditur*, appellatur. Quod denique ad Siceram spectat è Palmarum fructibus, sive Dactylis expressam, Plinius ex iis etiam vina in oriente facta affert lib. 13. cap. 4. Hujusmodi verò potum revera *Siceram* esse Avicenna testatur, dicens, البسر مصدع وبسكر كثيرة *Dactyli cephalalgiam sive sodam inducunt, & plurimum inebriant*, Avic. l. 2. p. 143. (in impressis pro بسكر perperam legitur بسكن) Vinum hoc ex dactylis confectum Arabes عنبن *Anbidha* vocant. Omnia ergo hæc vina fictitia ad altare offerri sub Siceræ nomine, hoc Canone prohibentur. Qui plura eorum genera noscere cupit, consulat Plin. l. 14. c. 16.

Arist. Ἱερεὺς ὁ γάλα ἢ μέλι. Primam hujus epitomes partem Harmenopulus sic legit, ὁ γάλα ἢ μέλι τῷ δυνατοῦ προσάγων ἱερεύς, ἢ ἀντὶ οἴνου σίκερα, ἢ ὄρνις, ἢ ζῶα, ἄπεια, πλὴν &c. in altera pro ἐλαίου καὶ θυμιάματα & Simeon Logotheta legit ἐλαίου καὶ κηρίου καὶ θυμιάματα. In Aristeni Epitome ut à Justello editâ pro σαφυλῆς legitur σαφυλῶν, sed non tantùm in nostro MS, sed & in Harmenopuli & Logothetæ Epitomis est σαφυλῆς.

## In Can. IV.

Ἅπαλλα πάντα ἀπάρχεσθαι. In Ecclesiæ primordiis, priusquam annui reditus & stipendia iis constituta essent, Ecclesiastici ministri ex libera fidelium contributione (nam modicam unusquisque stipem menstruâ die, vel cum velit, apponebat, Tertull. apol. c. 39.) & etiam è primitiis lege debitis alebantur. Unde πάντα ἀπαρχὴν προσπαίζεσθαι τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς προεστῶσι καὶ τοῖς διακόνοις εἰς διαφορὰν αὐτῶν præcipitur Constit. Apostol. l. 8. c. 30. Quæ oblata sunt, Episcopus reliquis, prout opus visum est, distribuebat, & quisque è ministris, juxta gradum quo constitutus est, menstruam suam sportulam accipiebat, ut patet ex istis Cypriani verbis, *Ceterum Presbyterii honorem designâsse nos illis jam sciatis, ut & sportulis iisdem cum Presbyteris honorentur, & divisiones mensurnas æquatis quantitatibus partiantur*, Cyprian. Epist. 5. lib. 4. prope finem. Edit. Manut. Hinc qui hujusmodi stipendio dignati sunt, *Sportulantes fratres* ab eodem vocantur Epist. 9. l. 1. Hoc ergo canone decretum est, ut quæ sic oblata sunt, ad altare non offerantur, sed ad domum Episcopi mittantur, & ut ille fideliter eadem distribuat. Ut nemo autem præter Episcopi sententiam ea vel accipiat, vel distribuat, cautum est Syn. Gangr. Can. 7. & 8. Episcopus autem ea non in Clericos solos, sed & in pauperes distribuere potuit, ut ex hoc Apost. Canone probat Balsamon in responsis ad Marcum Patriarcham Alexandriæ, verba ejus, ut quæ Can. huic lucem ferant, afferre non pigebit, Τὰ μὲν τῇ θείᾳ προσαγόμενα χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ σκεύη καὶ ὕπαια ἐσθῆτα εἰσι, κἂν διὰ τῆς ἐπισκόπου προσφέρωνται τῷ θεῷ· τὰ δὲ τροκλᾶ καὶ ποτὰ σωλήνως ἐν μνήμασι ἁγίων καὶ ὑπὲρ μνημοσύνῳ κατεχομένων εἰσκομιζόμενα τῷ θεῷ, καὶ τὰ ὑπὲρ ψυχικῶν διαδόσεων τῆς ἐκκλησίας ὑπ' αὐτῶν προσφερόμενα, τοῖς ἐπισκόποις δίδοσθαι κελεύεται, καὶ οὕτω τέτοιο φησὶ τὸν κλησικὸν καὶ τὸν ξενιζομένους καὶ ἄλλους πενιζομένους ἀδελφοὺς διαμερίζεσθαι κατ' αὐτῶν διάκρισιν. φησὶ γὰρ ὁ γ'. κανὼν περὶ ἁγίων ἀποστόλων εἴ τις ἐδίσκετο, &c. Balsam. in resp. ad interrog. 57. Et deinde sub tertii Canonis nomine hunc etiam quartum, tanquam ejus appendicem, citat Dionysius exiguus in codice canonum à Justello edito, hunc sic vertit, *Reliqua poma omnia ad domum primitiæ Episcopo & Presbyteris dirigantur, nec offerantur in altari. Certum est autem quod Episcopo & Presbyteris dividant, & Diaconis & reliquis Clericis.* Ubi pro *Episcopo & Presbyteris* alii codices legunt *Episcopus & Presbyteri*; quæ lectio proculdubio præferenda est, ut Græco textui magis congrua & Canonis sensum dilucidiùs exprimens.

Balf. Καρίσια. In codicibus antehac impressis est κοιρίσια. Gentianus Hervetus legit Καρίσια, transfert enim *Canistra*. Nos veram lectionem Καρίσια ex MS. Bodleiano restituimus. Sic etiam Joh. Meursius legit in Glossario, in voce ἀσάρτελον. Nec κοιρίσια autem nec χαρίσια, ni fallor, usquam occurrit. Καρίσιον verò idem est quod κάνεον *Canistrum*. Suidas, κάνεον, καρίσιον. Hesychius, καρίσια, καροῖς, μαγίσι, καρισιοῖς, & mox, καρῦν, καρίσιον. Hinc pro *Sportula*, de qua ante dictum est, sive dono, quod in canistris deferri solet, accipitur. Οτε δὲν λαμβάνει δῶρα, ὅτε δὲν δέχεται καρίσια. Gloss. Gr. Barb. διὰ τὸ ἀρῶσιν ἄνθρωπον ὑποτίθεσθαι μὴ μεγάλου καρισίου ἢ Σαπλία, Constantin. de administr. imp. Scribitur & καρίσγιον apud. Nicet. Coniat. in Alexio Angelo. l. 3. Quænam autem hoc Balsamonis loco καρίσια essent τὰ ὅσα τοῖς μνήμασι τῶν ἁγίων καὶ κατεχομένων προσφερόμενα, certiores fieremus, si oratio illa S. Athanasii εἰς τοὺς κεκοιμημένους, ad quam nos remittit, ullibi extaret. Videntur tamen ejusdem naturæ esse ac quæ à Græcis Κάνυσα etiamnum vocitantur. Κάνυβα autem Suidas ἄπυρα ἐψητὰ exponit. Enimvero Græci ex frumento leviter excocto & frugibus variis, ut pisis, tusis avellanis, amygdalis, nucibus, uva Corinthiaca, malogranatis, aliisque edulium quoddam conficiunt, quod Κάνυσα vocant: hoc

hoc in sanctorum & defunctorum commemorationibus & quadragesimæ initio propinquorum sepulchris impositum offerunt; postea verò in sacerdotis & ministrorum usum cedit. Hunc ἧῤ κολύβων ritum Theodori martyris monitu introductum esse scribunt Niceph. Callist. l. 10. c. 12. & Nectarius in Synaxario Græco ad Feb. 17. Hujus autem generis fuisse Κανίσκια à Balsamone hîc commemorata, exinde liquet, quod hæc quoque διὰ πολυφθῶν ὀπωρῶν κομιζόμενα τῇ ἁγιοτραπέζῃ προσφέρονται, ut proximis verbis docet.

*Arist.* Οἶκοι συμπίπτουσιν. In Simeonis Logothetæ epitome post συμπίπτουσιν sic legitur, ἀπαρχὴ τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τῆς πρεσβυτέρας, ἃς οἱ ἀρῶσι τῆς ἐξῆς διανέμειν.

## In Can. V.

Την ἑαυτῆς γυναῖκα. Ex hisce verbis nihil certius, nihil apertius esse potest, quam temporibus, quibus conditi sunt hi Canones, Episcopos, Presbyteros, & Diaconos conjugatos esse. Nec mirum, cùm Petrum & reliquos Apostolos uxores habuisse affirmet Basilius, de abdicat. ser. statim ab initio. Et ipse quoque Ignatius, ὡς Πέτρος, καὶ Παῦλος καὶ ἧῤ ἄλλων ἀποστόλων ἧῤ γάμοις προσομιλησάντων. Ignat. Epist. ad Philadelph. p. 98. edit. Usser. Hunc, fateor, Ignatii locum corruptum esse, ac nomen Pauli ab hæreticis interfertum, è MSS. nescio quibus acriter contendunt Pontificii; sed incassum, ut probat Jac. Armachanus in prolegomenis ad Ignat cap. 17. Ambrosius autem Paulum cum Johanne, eosque solos, excipit, *Omnes*, inquit, *Apostoli, excertis Johanne & Paulo, uxores habuerunt*, Ambros. in epist. secundâ ad Corinth. c. 11. vers. 2. At Clemens Alexandrinus Paulum etiam uxorem habuisse scribit, stromat. l. 3. p. 448. lit. B. edit. Paris. 1629. ubi & Philippum addit, Πέτρῳ καὶ Φιλίππῳ ἐπιδεδημήκασιν. Φιλίππῳ δὲ καὶ τὰς θυγατέρας ἀνδράσιν ἐξεδώκασι, ibid. De Philippo idem asserit & D. Chrysostomus, εἰς τ' Ὀζίαν λόγ. β'. tom. 5. p. 147. edit. Savil. Et ante eum Polycrates Ephesinorum Episcopus in epistola ad victorem Romanum, apùd Euseb. hist. Eccles. l. 3. c. 31. At Philippum illum, qui quatuor habuisse filias dicitur Act. 21. 9. non Apostolum, sed Diaconum fuisse probat Isidorus Pelusiota l. 1. epist. 147. Proximis autem post Apostolica temporibus Valentem Presbyterum uxorem habuisse testis est Polycarpus in epistolâ ad Philippenses p. 22. edit. Usser. & Diaconum quendam anonymum, Irenæus l. 1. c. 9. Idem de Charæmone Nili Episcopo scribit Eusebius hist. Eccles. l. 6. cap. 42. & de Philea Thmuitarum Episcopo, ibid. l. 8. c. 9. Tertullianus Presbyter ad uxorem duos libellos conscripsit. Novati Presbyteri uxoris mentionem facit Cyprianus, Epist. 8. l. 2. edit. Manut. Adeo ut Said Ibn Batrik sive Eutychius Patriarcha Alexandrinus, Episcopos ad ipsa etiam Concilii Nicæni primi tempora uxores habuisse, non inmeritò asseruisse videatur, ubi ait.

وذلك ان الاساقفة منذ وقت الحواريين الي
مجمع الثلثماة والثمانية عشر كان لهم نساء لانه
كان ان اصير احد اسقفا وكانت له زوجة
بقية معه ولم تفتحا عنه *Propterea quod Episcopi à tempore Apostolorum usque ad synodum* 318 *patrum uxores habebant, adeo ut si quis qui uxorem duxerat Episcopus constitutus est, manebat & ipsa cum illo, nec ab eo recederet.* Alexandrin. annal. tom. 1. p. 449. 450. Quinetiam in celeberrimâ hâc Synodo Nicææ habitâ quæstio mota est, utrum sacris initiati cum uxoribus suis dormirent, necne? Unde uxores tunc temporis eos habuisse satis constat. Cùm Paphnutius autem sententiam suam protulisset, rem totam in medio relinquebant, vel, ut cum Socrate loquar, πρὸς ταῦτα ζήτησιν ἀπεῖχον, τὴν γνώμην ἧῤ βιωφελῆ ἀπεχθάσθαι τὸ ὁμιλίας ἧῤ γαμικῆς καταλείψαντες. Socrat. hist. l. 1. κεφ. ια'. Vide & Gelasium Cyzicenum Act. Concil. Nic. l. 2. cap. 32. & Matthæum Monachum sive Blastarem in Matrimonial. cap. περὶ γάμων ἧῤ κληρικῶν. Et quidem post hoc Concilium Spiridionem, Gregorium Nyssenum, ut & Nazianzenum, tam patrem quam Filium Theologum, matrimonio copulatos fuisse nemo in antiquitate versatus nescit. De Hilario Pictavienssi Episcopo Mantuanus Carmelita Fast. l. 1. sic cecinit.

*Non nocuit tibi progenies, non obstitit uxor,*
*Legitimo conjuncta toro, Non horruit illâ*
*Tempestate Deus thalamos, cunabula, tædas.*

Sed infinitus essem si omnia hujusmodi exempla recenserem. Hæc ad illud confirmandum sufficiant, nempe, non iis tantum diebus quibus editi sunt hi Canones, verum & usque ad Trullanam Synodum Episcopos, Presbyteros & Diaconos uxores habuisse, ut Balsamon in interpretationis suæ in hunc Canonem initio affirmat.

Ἐκβαλλέτω. Bellarminus, Binius, aliique Pontificii hanc vocem eo detorquent, ut nihil magis per eam hîc significetur, quàm ut Clerici uxoribus suis providere debeant, quæ ad victum sunt necessaria, ac si μὴ ἐκβαλλέτω, non exponeretur, *ne dimittat uxorem*, vel *à toro aut domo ne ejiciat*, sed tantum, *à cur à suâ ne abjiciat*. Sed hæc mera est ac futilis impostura. Isto enim sensu nusquam à Græcis scriptoribus usurpatur: sed ubicunque apud eos de mulieribus agitur, ἐκβάλλειν idem est, quod ἀπολύειν *dimittere*, vel ἀποστέλλειν τῇ γυναικὶ διαζύγιον *libellum repudii uxori mittere*, ut Balsamon & Zonaras hîc interpretantur. Hoc sensu & D. Chrysostomus verbo ἐκβάλλειν utitur, ut in verba Christi ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ Mat. 5. 31. Ille inter alia dicit, νόμος ἦν παλαιὸς ἡ μαστὴν τὴν γυναῖκα τὴν ἑαυτοῦ ἐξ οἱασδήποτε αἰτίας, μὴ κωλύεσθαι ἐκβάλλειν. Et mox, ἀλλ' ἐξὸν ἐκβάλλειν τι αὐτὴν καὶ ἑτέραν λαμβάνειν, Chrysost. in Mat. ὁμιλ. ιζ'. tom. 2. p. 121. edit. Savil. Ubi hoc sæpius, quàm aliud quodvis vocabulum, eo sensu usurpatur. Quinetiam Origenes iisdem ferè temporibus, quibus constituti sunt hi Canones, ἐκβάλλειν eodem sensu usurpabat, ubi eadem Christi verba interpretans, ait, καὶ τ' αὐτὸν γὰρ φύσει εἶναι τῷ λόγῳ τ' πορνείας, δι' ὃν ἐκὸς ἂν γυνὴ ἐκβληθείη Orig. in Mat. eodem sensu & verbo ἀποβάλλειν utitur infra. ζητήσει τις ἂν εἰ ἐκὸς τὸν τοιοῦτον ἀποβαλεῖν, ibid. Hinc Josephus Ægyptius in Arabicâ Canonum collectione, hæc verba τὸν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐκβαλλέτω vertit اخرج لمراته من منزله *Uxorem suam domo suâ ejiciat.*

Mulier enim dimissa sive repudiata domo simul ejecta est, juxta Deut. XXIV. 1. ושלחה מביתו *Et mittet eam è domo suâ*, unde Philo Judæus mulierem *cohabitantem* opponit *dimissæ*, ζώσης τὴ συνοικούσης, εἴτε καὶ ἀπολελαγυίας, Phil. Jud. de special. leg. Et ipsum conjugium συνοικέσιον appellatur, Concil. Chalced. can. 27. Et idcirco Rabbini repudiatam vocant גרושה & מנורשת *ejectam*, *expulsam*, & repudium גירוש *ejectionem*. Et in Justiniani Novellis τὸν ἑαυτῆς γαμετὴν τῆς ἰδίας οἰκίας ἐξωθήσασθαι pro *mulierem suam repudiare*. Novel. 117. cap. 8. l. 7. Hoc denique sensu vocem hanc ἐκβαλλέτω hoc Canone accipiendam esse, testis est Matthæus Monachus, cujus verba, ut veram canonis hujus interpretationem exhibentia, apponi dignissima sunt, ὁ ε'. ἧῤ ἁγίων ἀποστόλων κανὼν, ὅτιπερ, ἢ πρεσβύτερον, ἢ διάκονον τὸν ἑαυτῆς γυναῖκα προφάσει εὐλαβείας ἐκβάλλοντα ἀφείλε, μάχεσθαι ἂν αὖθις προσλάβηται, ἀφορίσαντα ἢ καθαιρεῖ. τοῦτο δὲ καὶ ὁ κύριος ἐν τοῖς εὐαγγελίοις ἐδίδαξεν, μὴ ἐξεῖναι παρὰ τῷ παλαιῷ προστάξαντι νόμῳ, ὅτι ὀλίγοις, τὸν ἰδίαν ἐκβάλλειν γυναῖκα, χρεὼν ἀπορρήτου αἰτίας· ἔοικε γὰρ ἡ γάμων διαζύγιον, ὡς ἀνεῖσθαι ὃν τὸ νομίμως μίγνυσθαι, Matt. Monach. sive Blast. in Matrimonial.

Περιφάσει εὐλαβείας. Non defuerunt, qui in discutiendis de Clericorum cœlibatu controversiis, εὐλάβειαν hîc non *pietatem* aut *religionem*, sed *cautionem* in genere designare acriter contenderint, & hoc, fateor, sensu apud Ethnicos scriptores vox εὐλάβεια sæpius usurpatur: Apud Ecclesiasticos autem, nec semel, ut opinor, *cautionem* in genere, sed *pietatem erga Deum*, sive *timorem illius*, *justamque cautionem in divino cultu adhibendam* perpetuò significat. Et eodem quidem sensu hoc Canone intelligendam esse non tantùm ex Dionysio Exiguo, qui περιφάσει εὐλαβείας *sub obtentu religionis* vertit; sed præcipuè ex can. 14. patet; ubi hæc vox iterum non usurpatur tantummodo, sed & explicatur, ut quo dicitur μὴ φόβῳ θεοῦ καὶ πίστει εὐλαβείας. Hîc enim εὐλάβειαν & φόβον θεοῦ synonyma esse clarissimè constat. At timor Dei universam erga eum pietatem sub se continet, unde & εὐσέβεια Syriacè vertitur ܕܚܠܬܐ *Timor Dei* 1. Tim. 3. 5. &c. Sic etiam Arabicè *Pietas* sæpissimè exprimitur per تقوى & تقية *Timor Dei*, & pius vocatur تقي *Timens Deum*, quo verbo & εὐλαβὴς redditur Luc. 2. 25. Quinetiam ipsa quoque ratio sive occasio condendi hujus canonis hunc vocis εὐλαβείας sensum postulat. Cùm enim secundo etiam post Christum natum seculo, æque ac postea, nonnulli Clerici, (inter quos & Tertullianus fuisse videtur) uxores suas dimitterent, sive repudiarent, hoc nimirum prætextu, ut se totos precibus, jejuniis, divinoque cultui ac ministerio devoverent; ac si sacra conjugatorum ministeria ac exercitia impura essent, Deoque minùs grata: ne quis in posterum veram pietatem cum matri-

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

trimonio consistere non posse arbitraretur, eo præsertim, quòd ipsi quoque Clerici uxores suas pietatis ac continentiæ obtentu ejicerent; Canone hoc cautum est, ne quis Clericus hoc prætextu uxorem suam dimitteret; quem proinde Josephus Ægyptius διδασκαλικὸς sic exponit, لا يحل للاسقف ولا للقسيس ولا للشماس ان يخرج امرئة من منزله بعلة الزهد يقدران ملامسته لها تحاسبة بهذه العلة لا يخرجها من منزله *Non licebit Episcopo & Presbytero, nec Diacono uxorem suam domo suâ ejicere sub pratextu abstinentiæ sive devotionis, ac si existimaret matrimonialem cum eâ coitum impurum esse; hoc prætextu eam domo suâ nequaquam ejiciet*, viz. *Continentiæ prætextu.* Et sic quidem Harmenopulus in hujus canonis Epitome pro ἐυλαβείας substituit ἱερατείας προφάσει. Harmenop. epit. can. sect. 2. tit. 3. Supradictam autem canonis rationem Matthæus Monachus etiam observavit, Ἔοικε γὰρ ἡ γάμου διαβάλλειν, ὡς ἀκάθαρτον ὂν τὸ νομίμως μίγνυσθαι· τίμιον γὰρ ἡ γάμος καὶ ἁγνὴ ἀποφαίνεται καὶ πᾶσι κοίτην ἀμίαντον, Matt. Monac. in Matrimon. l. 8. juris Græco Rom. p. 514. edit. Marquardi Freheri. Eadem ferè habes & in Zonaræ hujus canonis interpretatione.

*Balsam.* ἐν βιβλίῳ τῶν βασιλικῶν. Liber constitutionum Imperialium è Justiniani codice, digestis, novellis, institutionibus & edictis; item è Justini Junioris, Tiberii, Zenonis aliorumque Imperatorum, atque ipsius Basilii Macedonis novellis, è Constitutionibus etiam Βασιλικαῖς, ἐπαρχικαῖς, Ῥωμαϊκαῖς; necnon ex paratitlis, glossis, διδασκαλίαις, διατυπώσεσι, seu interpretationibus, quas varii jurisconsulti conscribebant, è βοσσίῳ etiam seu ἀναγραφῆς περὶ τῶν νόμων Postu, Γεωργικῆς, de pœnis militaribus, &c. ex Rufi libris, & è Patrum præterea sententiis, & Conciliorum Canonibus, primò à Basilio Macedone, & deinde ab ipsius filio Leone philosopho collectus, βασιλικὰ (viz. διατάξεις) & nonnunquam βασιλικὸν nuncupatur. Egregium hoc opus in libros LX. distributum, aliquando à Zonarâ & Aristeno, à Balsamone sæpissimè laudatur. Cæterum exemplar à Balsamone reliquisque usitatum ab eo, quod impressum est Parisiis anno 1647 quamplurimum discrepat, in titulis præsertim & capitibus recensendis. Nonnunquam, fateor, non capita tantùm, sed & tituli à Balsamone citati in impressis desiderantur: plerunque tamen locum citatum, si non in ipso capite, in eodem saltem titulo, ad quem te remittit invenies.

Συμπεπλέσιον. Sic in M S. Bodleiano, at in impressis est γυναικεῖον, quod nusquam occurrit: συμπεπλέσιον autem eodem, quo à Balsamone, sensu, viz. pro *Matrimonio*, etiam à Concil. Chalced. can. 27. usurpatur.

Καὶ ἄλλαι πολλαί. Præter eas, quæ à Balsamone memorantur, divortiorum causas, duæ præcipuè in dictâ Novellâ, & laudato βασιλικῶν titulo, traduntur; nimirum ὅταν τις ἐκ οἴδε τε εἶη συμβῆναι τῇ γυναικὶ, καὶ τὰ ἔθη ἡ φύσις ἀνδρὶ διδυθέα φράττειν ἄχρι τινῶν πολλῶν ἑαυτῶν, ἐν τῷ περὶ γάμων κεφῷ. Et deinde, Ἀλλὰ καὶ τὰ ἐπιμαλακίας πεῦτόν ὄντα, ὅπως ἀγαθῇ χάριτι διαλύειν τὸν γάμον. V. Basilic. tom. 4. p. 321. 322.

*Arist.* Τῷ βοσσῷ ἱερεῖ. In hujus Canonis epitome, tam Simeon Logotheta, quàm ipse etiam Aristenus, apud Justellum pro ἀποκαλίδῳ legit ἀφοσιζέῳ. Harmenopulus totum aliter contrahit, ἱερεὺς ἢ διάκονος ἱερατείας προφάσει τὴν ἰδίαν ἐκβάλλων γυναῖκα, ἀφοσιζέσθω· ἐπιμένων δὲ καθαιρείσθω, Harmenop. epit. can. sect. 2. tit. 3.

## In Can. VI.

Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος. Cyprianus, *Cùm jam pridem in Concilio Episcoporum statutum sit, ne quis de Clericis & Dei ministris tutorem & curatorem testamento suo constituat, quando singuli divino sacerdotio honorati & in Clerico ministerio constituti, non nisi altari & sacrificiis deservire, & precibus & orationibus vacare debeant. Scriptum est enim nemo militans Deo obligat se molestiis secularibus, ut possit placere ei cui se probavit. Quod cum de omnibus dictum sit, quanto magis molestiis & laqueis secularibus obligari non debent, qui divinis rebus & spiritualibus occupati, ab Ecclesiâ recedere, & ad terrenos & seculares actus vacare non possunt?* Cyprian. Epist. 9. l. 1. edit. Manut. Ex his Cypriani verbis colligimus, hoc ante ejus tempora statutum esse, & quidem ab Episcoporum consilio. Cujus decreti hic Canon epitome quædam & compendium esse videtur. Idem autem repetitur can. Apost. 81. Ex hujus Canonis præscripto idem Cyprianus Episcopos sui temporis arguit, *divina procuratione contemptâ, procuratores rerum secularium fieri, derelictâ Cathedrâ, plebe desertâ per alienas provincias oberrantes negotiationis quæstuosæ nundinas aucupari* p. 180. l. 30. edit. Manut. Cyprian. de lapsis. Eadem autem, quæ hoc canone, etiam à Concilio Moguntino anno 813. habito, constituta sunt, *Ministri autem altaris Domini vel Monachi, nobis placuit, ut à negotiis secularibus omnino abstineant.* Concil. Magunt. c. 14. tom. 3. p. 464. Bin. edit. Colon. 1606. Quæ autem pro secularibus negotiis, à Clericis vitandis, habenda sint, protinus recensentur: viz. Turpe lucrum munera injusta accipere, vel etiam dare, pro aliquo seculari quæstu pretio aliquem conducere, contentiones & lites vel rixas amare, in placitis secularibus disputare, exceptâ defensione orphanorum aut viduarum; conductores aut procuratores esse Secularium rerum, turpis verbi vel facti joculatorem esse, vel jocum secularem diligere, aleas amare, ornamentum inconveniens proposito suo genere, in deliciis vivere velle, gulam & ebrietatem sequi, pondera injusta vel mensuras habere, negotium injustum exercere. Hæc omnia repetuntur ab alio etiam Concilio ibidem celebrato Anno Dom. 847. c. 13. tom. 3. p. 634. Bin. Nonnulla horum, quibus Clerico interdicitur, recensentur etiam ab Ælfrico ad Wulfin. Episcopum can. 30. vide & σημείωμα Συνοδικὸν sub Lucâ Patriarchâ C. P. editum, parte secunda, in Juris Græco Rom. l. 3. p. 220. edit. Francof. 1596. & responsa Balsamonis ad Marcum Alexandrinum, ad interrog. 24. ibid. l. 5. 374 Josephus Ægyptius in paraphrasi Arabicâ κοσμικὰς φροντίδας vertit صناعة من صنايع الدنيا *quamlibet ex artibus mundi.* Dionysius Exiguus, ut nos, *seculares curas* vertit, & Egbertus Eboracensis in excerptionibus, *secularia negotia*, can. 57. vid. & Concil. Chalced. can. 3. & Carthag. can. 16.

## In Can. VII.

Τὴν ἁγίαν τοῦ πάσχα ἡμέραν. Etiamsi de ipsâ paschali Festivitate quotannis celebrandâ, nulla unquam inter Christianos mota est controversia; de die tamen, quo celebranda est, in Ecclesiâ etiam recèns natâ multas gravesque ortas fuisse dissensiones, neminem latet. Alii enim certum fixumque diem in anno Juliano paschali celebrando statuerunt: nimirum cùm ex Actis Pilati, ut scribit Epiphanius, Christum VIII. Kal. April. alii deniq e X. Kal. April. huic celebritati præfixerunt: quos tamen omnes Epiphanius inter τεσσαρεσκαιδεκατίτας recenset hær. 50. par. 1. edit. Petav. Longe autem plures XIV. lunâ primi mensis, quamcunque demum in feriam inciderit, hanc solennitatem cum Judæis quotannis obeundam contenderunt. Et quidem Josephus Scaliger, tum Apostolos, tum qui eos centum annis postea secuti sunt, pascha semper Judaicè celebrâsse, ex Eusebio, historiâ veteri Ecclesiastica, & Nicephoro Callisto affirmare non veretur, de emendat. temp. l. 2. p. 150. edit. Genev. 1629. Verum hanc Scaligeri doctrinam auctoribus istis falso adscriptam, & ab omnibus detestandam esse Dionysius Petavius fusè probat, de doctrina temp. l. 2. cap. 57. Qui hac opinione imbuti sunt τεσσαρεσκαιδεκατίται sive Quartadecimani propriè nominati sunt, e quorum numero olim Audiani erant & omnes in Asia minori Christiani. Audiani sententiam suam Constitutionum Apostolicarum autoritate confirmare conati sunt; utpote quibus de paschate præceptum fuit, ὑμεῖς μὴ φοβίζεσθε, ἀλλὰ ποιεῖτε ὅταν οἱ ἀδελφοὶ ὑμῶν οἱ ἐν περιτομῇ, μετ' αὐτῶν ἅμα ποιεῖτε. At hæc verba Audianos perperam interpretatos esse scribit Epiphanius hær. 70. par. 10. E quibus tamen patet hujusmodi constitutionem inter Apostolicas tunc dierum extitisse, ac proinde librum, qui hodie sub Ἀποστολικῶν διατάξεων nomine circumfertur, à pristinis illis constitutionibus quamplurimum discrepare, ut quo contrarium prorsus constituitur, μετὰ τὴν ἰσημερίαν μὴ Ἰουδαίων ἑορτάζειν Constit. Apost. l. 5. c. 16. Asiani hunc pascha XIV. luna celebrandi ritum à Johanne & Philippo Apostolis traditum asseverarunt, Euseb. Hist. Eccles. l. 5. c. 24. p. 191. l. c. edit. Vales. Europæi omnesque alii præter Asianos Christiani ab aliis Apostolis sibi traditum consenserunt pascha non σαββάτιζον, sed ἀναστάσιμον, illudque non alio, quam dominico XIV. lunam subsequente peragendum esse: plura coacta sunt Concilia, anno circiter 198. viz. Romanum, Palæstinum, Ponticum, Gallicum, Osroenum, aliaque, à quibus omnibus statutum est, id quod



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

in hoc Canone continetur, & à quibus propterea hic Canon in Apostolicorum numerum collectus videtur. In quo constituitur primo ne Christiani eodem, quo Judæi, die, viz. XIV. luna primi mensis Nisan, & deinde, ut nec ante æquinoctium vernum, paschalem festivitatem celebrarent. Et secundum quidem à primo necessariò consequitur. Verum enimverò, etiamsi XIV. Nisan, quo Judæi pascha suum peragebant, in ipsum æquinoctii vernalis diem incidere debuerit, ob vitiosas tamen & erroneas annorum periodos, quibus ad annum suum lunarem intra limites solares coercendum usi sunt, sæpe contigit, ut XIV. Nisan biduo vel etiam triduo æquinoctium antecederet; & sic pascha biduo quoque ante legitimum diem celebrarent: quod Epiphanius ipso etiam, quo Christus passus est anno accidisse refert, dicens, ἦφαγον ἔν τινα πρὸ δύο ἡμερῶν τῶν φαγῶν, Epiphan. hær. 51. par. 26. quæ est Alog. Quomodo hoc fieri potuit, quandoquidem ad Canonis hujus dilucidationem quam plurimùm confert, paucis explicare moliemur. Ex eodem igitur Epiphanii loco constat, Judæis duplicem olim annorum cyclum in usu fuisse, minorem & majorem: minor erat Tessaradecaeteris, sive annorum 14. major autem, ogdoecontateſſaraeteris sive annorum 84. verum Juliani 84. anni dies colligunt 30681. Judæi autem juxta Epiphanium, annum suum lunarem d. 354. h. 8. constituebant. Annorum igitur ὑπομηνῶν & ἐμβολιμαίων, juxta eorum calculum, habitâ ratione, anni Judaici 84. dies conficiunt 30649. quibus ex 30681. subductis, reliqui fiunt dies 32. Hinc mensem ἐμβολιμαῖον, eundemque plenum sive τριακονθήμερον ad finem majoris hujus periodi sive annorum 84. extra ordinem adjiciebant: post quem tamen adjectum restabat adhuc biduum, quo anni Judaici 84. totidem Julianis superantur; ex quo fit neomeniarum προόμπλωσις & μετάβασις εἰς τὸ προηγούμενον; ut in quavis videlicet ogdoecontateſſaraeteride vertente neomeniæ versus mensium initia biduo retrovertantur. Ex. gr. Si neomenia Nisan hoc anno in VI. Id. Martias inciderit post omnes 84. elapsos eadem neomenia in VIII. Idus Martias retrocedet, ac proinde XIV. luna, quæ hoc anno die Martii 23. accidit, post dictam ogdoecontateſſaraeteridem in Martii 21. retrovertetur Quapropter si XIV. luna Nisan in initio majoris istius periodi unà cum æquinoctio in Martii 23. inciderit, elapsâ istâ periodo, eadem XIV. luna Nisan æquinoctium biduo anticipabit; & sic Pascha πρὸ τῆς ἑαυτοῦ ἰσημερίας celebrabitur, quod hoc canone vetitum est. Qui has periodos fusiùs explicatas desiderat, consulat Kepleri Eclogas Chronologicas, & Dionysii Petavii animadversiones in Epiphanium, ad hær. 51. Ubi tamen observet velim pro 30681. quandoque scribi 40681. ut & 40679. pro 30679. quod tanto viro excidisse vix credam; sed vel amanuensi, vel typographo, vel saltem doctissimo illius calamo nimis festinanti attribuendum censeo.

*Balſ.* Ἀλλ' ὅπι πύχοι. Si Balsamon per hæc sibi verba velit æquinoctia, non minus quam neomenias; sedem suam in anno Juliano quotannis commutare, nihil magis ridiculum, magis puerile, effingi potest. Quapropter respicere potius videtur ad æquinoctiorum in anno Juliano retrocessionem. Cum non nulli enim æquinoctium vernum Martii 25. alii Martii 20. fixum perpetuò asseruerint: ille, deprehenso istorum errore, nec in Mart. 25. nec 20. nec in alium quemcunque præstitutum diem semper incidere affirmat; sed ὅπι πύχοι, hoc est, prout προόμπλωσις ἰσημερινὴ in anno Juliano postulat Nam annis quibuslibet 131. vertentibus, æquinoctia uno die versus mensium initia retroaguntur; ut idem æquinoctium, quod olim Martii 25. & postea Martii 20. accidit, nostris diebus ad Mart. 10. retrovertatur.

Ἢ πρὸ τῆς ἑαυτοῦ ἰσημερίας. Ex eo quod hoc Canone dictum est, ne pascha cum Judæis πρὸ τῆς ἑαυτοῦ ἰσημερίας peragatur, Balsamon conjecisse videtur, Judæos perpetuò, Idque ex Mosis instituto, pascha suum πρὸ τῆς ἑαυτοῦ ἰσημερίας celebrâsse. At Anatolius ex antiquioribus Judæorum magistris, duobus Agathobulis & Aristobulo (qui unus fuit ex LXX. senioribus, qui Biblia Græcè verterant) asserit δεῖν τὸ διαβατήριον θύειν ἐπὶσης ἅπαντας μὴ ἰσημερίαν ἑαυτῷ, μισεῖ δὲ τὸ φωτὸ μυρός. apud Euseb. hist. Eccles. l. 7. c. 32. p. 287. l. B. edit. Vales. Addit insuper ibidem Aristobulus in celebrando paschate requiri, μὴ μόνον τὸ ἥλιον τὸ ἰσημερινὸν διαπορεύεσθαι τμῆμα, καὶ τὸν σελήνην δὲ, nimirum, ut cùm pascha peragatur, sol vernum æquinoctiale segmentum obtineat, & luna autumnale ei oppositum, sive hæc initium Libræ, ille Arietis. Idem docet Josephus, τῇ δὴ μηνὶ τῷ ξανθικῷ, ὃς νισὰν παρ' ἡμῖν καλεῖται, καὶ τὸ ἔτους ἀρχὴ, τεσσαρεσκαιδεκάτῃ καὶ σελήνῃ, ἐν ᾧ τὸν ἥλιον κατιδεῖν. Joseph. antiq. Jud. l. 3. c. 10. p. 93. l. A. edit. Rovier. 1611. unde patet annum Judaicum ita tunc temporis ordinatum fuisse, ut XIV. luna mensis Nisan celebraretur, cùm sol arietem ingressus est. Hisce suffragatur & Philo Judæus ἐκατέρα γὰρ ἡμέρα ἰσημερινῶν ἐκδύμῳ μηνὶ, καθ' ἃς καὶ ἑορτάζειν διείρηται νόμῳ τὰς μεγίστας καὶ δημοτελεστάτας ἑορτάς. Phil. Jud. de mundi opific. p. 27. l. B. edit. Paris. 1640. Ex his enim Philonis verbis liquidissimè constat, pascha celebrari κατ' ἰσημερίαν ἐαυτοῦ, non minus quam festum Tabernaculorum κατ' μετοπωρινὴν. Quapropter etiamsi Judæi nonnunquam pascha suum ante vernum æquinoctium obierint; hoc tamen non ex majorum, nedum Mosis, ut asserit Balsamon, instituto; sed potiùs ex periodorum, quibus usi sunt, labe ac vitio accidit; ut ante notatum est.

Ἀλλὰ μὴ τότε. Josephus Ægyptius etiam in Arabicâ Canonum paraphrasi hunc ita interpretatur, ut per eum non tantum cautum sit, ne pascha cum Judæis, sed & ut postea peragatur, & quidem die dominico. Sic enim exponit او ايما اسقف قسيس او شماس او واحد من خدم الكنيسة عمل عيد الفصح قبل استوي الليل والنهار ويطلب بذلك ان يتشبه باليهود او يعمل معهم الفصح في يوم واحد غير يوم الاحد الذي يكون بعد فصح اليهود اي الاحد الذي يليه لا غيره قبله ولا بعده بل الاحد الذي يتلوا عيد فصح اليهود فليقطع من درجته ويطرح من رتبته *Quicunque Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, vel alius è ministris Ecclesiæ, festum paschatis ante æquinoctium celebraverit, cupiens in illo Judæos imitari, aut cum iis pascha peregerit, aliâ quâvis quàm primâ feria quæ est post paschа Judæorum, sive dominicâ quæ sequitur, non aliâ sive ante sive post eam die, sed ipsa dominicâ, quæ pascha Judæorum excipit, gradu suo excidat & ordine suo deponatur.* In ipso, fateor, Canone de die dominicâ nihil expresè traditur; ex eo tamen, quòd pascha cum Judæis celebrare hîc prohibetur, necessariò sequitur, pascha Christianum alio, quam Judaicum, die celebrandum esse. At qui Judæos in paschali celebritate non imitati sunt, dominicâ illam die perpetuò peregerunt, etiam ante definitionem Nicænam; adeo ut Synodus Nicæna, in gravissima hac controversia discutienda, nihil novi determinâsse, sed antiquum hunc Apostolicum canonem suâ tandem autorititate confirmâsse videatur. Ac proinde Josephus Ægyptius hunc Canonem non ineptè sic interpretatur, ut non tantum post æquinoctium, sed etiam die dominicâ paschalem festivitatem celebrari præcipiat.

Ζήτει καὶ ὁ ν'. λόγος. Extat etiamnum hæc oratio tomo quinto operum D. Chrysostomi, inter panegyricas dubiæ fidei, pag. 940. edit. Savil. Octo, fateor, sermones ejus in pascha nondum inventi sunt, sed septem tantùm; ultimus autem octavi titulum præ se fert, tam in MS. quo usus est D. Henricus Savilius, quam in Bodleiano: ut extra dubium sit eandem esse D. Chrysostomi εἰς τὸ πάσχα orationem quam sub octavæ titulo Balsamon hîc laudat; præcipuè cum idem argumentum in ea, quod hîc à Balsamone tractetur.

## In Can. VIII.

Εἴ τις Ἐπίσκοπος. Marco Alexandrino hanc quæstionem proponenti, οἱ μὴ τῇ ἀρχαίᾳ ἢ μὴ τῇ ἱερᾷ συλλειτουργοῦντες διάκονοι ἀπερασπίστως μεταλαμβάνειν ὀφείλουσιν, ἢ οὔ; Theodorus Balsamon respondens hunc Canonem recitat, additque Δεητέον ἦν, τοὺς ὑποδιακόνους καὶ τοὺς διακόνους, καὶ μᾶλλον τοὺς χειροτονήσαντας μεταλαμβάνειν θεῖον ἀκαθαιρέτως, ἢ μὴν τὴν αἰτίαν λέγειν, δι' ἣν τῇ ἁγιᾷ τούτοις ἀπέκλεισαν. τοῦτο δὲ μὴ πεῖσαι ἀφορεσθέντας καὶ τὸν τῆς ῥηθείσης κανόνος περίληψιν, Balsam. respons. ad Marc. Alex. interrog. 17. lib. 5. Juris Græco-Rom. p. 371. edit. Franc. 1596.

Ὡς μὴ ὑγιῶς ἀνενέγκαντες. Hæc verba in impressis desiderantur; nos ea ex MS. Bodleiano restituimus, cui consentiunt Joh. Antiochenus collect. can. tit. 47. & Balsamon in responsis ad Marci Alexandrini interrog. 17. ibid. nisi quod pro ἀνενέγκαντες, ille φρονήσαντες, hic φρονήσαντες legit: item exemplaria à Dionysio Exiguo & Gentiano Herveto usurpata; nam ille vertit, *quod rectè non obtulerit*; hic, *tanquam non dignè obtulerit.*

In

## In Can. IX.

Πᾶσας τὰς εἰσιόντας. Balsamon in responsis ad Marcum Alexandriæ Patriarcham, nonnullos observat hoc Canone fretos asseruisse, eos omnes, qui Ecclesiam ingrediuntur, etiam invitos cogendos esse divina assumere sacramenta, addit autem, Αλλ' ἡμῖν ὕστερ τὸ τέ κανόν& οὐκ ἐκλαμβάνε}· ἐκκλησιάζειν μὲν γὰρ τοὺς πρὸς μίαν πίλας τ θείας ἱεροτελεσίας, καὶ τῆς παλαιτάτας τῆ ἱερωσύν}& εὐχῆς, καὶ τῆ ἀντιδόσε τ μεταλήψεως ἀφορίζόμεθα, καὶ πῶς ὕστερ μὴ πειθόμ τῷ ἐκ τέ κανόν& ἐπισκόμῳ ἀγανάκτησιν· μεταλαμβάνειν δ αὐτοὺς οὐκ ἀφαιρεόμεθα, διὰ τ τ Ζωσιμάτους βάσανον. προσκτέον ἓν καὶ τῷδε τὸ ῥηθέντος κανόν& περίληψιν, μὴ ἀσωμάτους εἶναι τ ἱερωσύνης ὑποχωρεῖν τοὺς ἐκκλησιαζούσας. Balsam. ad interrog. 16. l. 5. Jur. Græco-Rom. Daniel Chamierus hunc Canonem contra missas privatas nec immeritò profert, videsis eum tom. 4. l. 7. cap. 18. par. 2. vide & Concilii Antiocheni can. 2.

*Bals.* Μεταλαμβάνοντας ἀφορίζειν. Post ista verba in MS. nostro Bodleiano hæc occurrunt. Ἐτέρα ἑρμηνεία. τὰ περὶ τῆς ια'. κανόν& καὶ β'. ἄλλοι μὲν ἄλλως ἡρμήνευσαν, ἡμεῖς δ ἄλλως. ὅθεν Ζωσάπλοντες τὰ περὶ τότων λέγομεν. ζήτει ἄνωθεν. Unde nobis visum est ἑτέρα ἑρμηνεία, quæ ad can. 8. pertinet, in codice, è quo transcriptus est Bodleianus, bis scriptam fuisse, primo post can. 8. & denuò post hunc 9. At ubi Amanuensis observâsset eadem verba, quæ ad præcedentem Canonem transcripsisset, iterum hic occurrere, primis secundæ hujus interpretationis verbis repetitis, statim addit, ζήτει ἄνωθεν, viz. ad interpretationem præcedentis Canonis. Et in impressis quidem codicibus, atque eo quoque, quem transtulit Gentianus Hervetus, non minus quam in Bodleiano jam edito, hæc ἑτέρα ἑρμηνεία post primam octavi Canonis interpretationem collocatur; his tamen ad marginem adnotatis, ταύτην ἑρμηνείαν οἶομαι χάριδαι δεῖν μᾶ τὴν ἑρμηνείαν τῆ θ'. κανόν&.

## In Can. X.

Εἴτις ἀκοινωνήτῳ. Excommunicationis pœna delinquentibus inflicta, non est Christianis propria; sed iis cum gentibus pariter ac Judæis communis. Et ipsi enim Druides eos, qui statutis suis morem non gererent, ab aliorum commercio, tam sacro quam profano, arcebant: ut testatur Julius Cæsar, qui de iis hæc habet. *Si quis aut privatus, aut populus eorum decreto non stetit, sacrificiis interdicunt. Hæc pœna apud eos est gravissima: quibus ita est interdictum, ii numero impiorum & sceleratorum habentur; ab iis omnes decedunt, aditum eorum, sermonemque defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant: neque iis petentibus jus redditur, neque honos ullus communicatur. His autem omnibus Druidibus præest unus, qui summam inter eos habet autoritatem.* Cæsar de bello Gall. l. 6. cap. 4. Ad hanc etiam pœnam Euripides respexisse videtur, ubi ait in Oreste.

Ἐδοξε δ' Ἀργ{ τοῖ{ θ' ὑμᾶς κτάναις
Μὴ πυρὶ δίκεδαι, μήτε φοσφωνεῖν πα
Μαγοκτονοῦντας,

Judæis tres excommunicationis species in usu fuerunt. Prima & levissima est נדוי *Niddui*, qua quispiam ab aliorum consortio ad quatuor saltem cubitos, & xxx. dies segregatus est. Secunda, חרם *Herem*, quæ cum diris & horrendis maledictionibus inflicta est. Cum eo, qui sic excommunicatus est, nec edere, nec bibere licuit: quo respicere videtur Apostolus, dicens, τῷ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν 1. Cor. v. 11. Tertia est שמתא *Shammatta*, quâ mulctatus à reipublicæ pariter ac Ecclesiæ communione sine spe unquam redeundi separatus est, ut Elias in Tisbi notat. Cum Gentes autem & Judæi hanc autoritatem exercuerint, multò minus Christianæ Ecclesiæ deneganda est; præsertim cum ipse fundator & caput Ecclesiæ in mandatis dederit, ut qui Ecclesiam audire neglexerit, sit ὥσπερ ὁ ἐθνικὸ& καὶ ὁ τελώνης. Mat. xviii. 17. hoc est, *Ecclesiâ ejiciatur*, sive excommunicetur. Quod D. Paulus postea expressit per παραδοῦναι τῷ Σατανᾷ 1. Cor. v. 5. 1. Tim. 1. 20. Ut non mirum sit, Ecclesiæ præsules, ex Domini & Apostolorum præceptis, Ecclesiasticam hanc autoritatem in scelerum conscios perpetuò exercuisse; ut ex hoc Canone ab Ecclesiâ recens natâ decreto patet; quo cautum est, ne quis cum excommunicato vel comprecetur. Et iisdem quidem diebus, quibus constitutus, & observatum fuisse testis est Tertullianus, dicens, *Ibidem etiam exhortationes, castigationes, & censura divina. Nam & judicatur magno cum pondere, ut apud certos de Dei conspectu, summumque futuri judicii prejudicium est; si quis ita deliquerit, ut à communicatione orationis, & conventus, & omnis sancti commercii relegetur.* Tertull. Apol. c. 39. Cyprianus etiam hujus censuræ frequentissimè meminit: qui tamen pro *excommunicare* usurpat *arcere à communione*, & *non communicare*, epist. 28. edit. Rigalt. & nonnunquam, *de Ecclesiâ pellere, ejicere, condemnare, sacerdotum voce damnare*, epist. 55. *spirituali gladio necare* epist. 62. sic etiam & *abstinere* utitur pro *excommunicare*, & *abstento* pro *excommunicato*: ut *Abstentum à nobis sciat* epist. 38. *Et idcirco consultè & cum vigore feciſti, frater Charissime, abstinendo Diaconum, qui cum virgine sæpe mansit*, epist. 62 Et sic quidem *Abstineo* cum accusativo usurpatur à Terentio, *gemitus, screatus, tusset, risus abstine*, Terent. Heautont. Act. 2. scen. 2. & ab Horatio, *Abstinuit vim uxore & gnato*, Horat. l. 2. Sat. 3. & ab ipso Cicerone, *Quale autem beneficium est, quod te abstinueris nefario scelere?* Cicer. Philip. 2. n. 3. adeo ut Cyprianus non primus sit, qui hoc verbo tanquam transitivo usus est, nec quidem ultimus. Nam Concilium Toletanum dicit, *Clericus si abstinetur, à Clericis devitetur, si quis cum illo colloqui aut convivari fuerit deprehensus, etiam ipse abstineatur.* Concil. Tol. 1. c. 15. apud Bin. tom. 1. p. 562. item Concil. Eliberitanum c. 54. ibid. p. 242. Epaun. can. 3. idem tom. 2. p. 312. Optatus Milevitanus, *ut dicatis Macharium post illa facta communioni non debuisse misceri, sed magis à Catholicis Episcopis abstineri.* Opta. Milev. in append. l. 7. ad. tertium pertinente, adv. Donat. p. 111. edit. Albaspin. Paris. 1631.

## In Can. XI.

Εἴτις καθῃρημένῳ. Ut Laici scelerum convicti excommunicantur, sic Clerici delinquentes per Canones *deponuntur*; hoc est à sacris fungendis ministeriis arcentur, & in Laicorum ordinem rediguntur. Hanc pœnam Clericis inflictam veteres hi Canones καθαίρεσιν vocant, & quibus infligitur, καθῃρημένους. Nonnunquam μετοχικῶς exprimitur, per τὸ καθημῶ καθαιρεῖσθαι, Basil. can. 55. ἐκπίπτειν τ ὑπηρεσίας, Id. can. 51. τῆ καθέδρᾳ καπέχεσθαι, Id can. 32. ἀκήρυκτον γίνεσθαι. Concil. Ancyr. c. 18. ἐκπίπτειν τῆ ἰδίᾳ καθέδρᾳ, Chalced. can. 27. κινδυνεύειν περὶ τ ἴδιον βαθμόν, Chalced. c. 2. hoc est, *jacturam Clericatus sustinebit*, τῆς ἱερωσύνης ἐκπίπτειν, Trull. can. 81. καθαιρεῖσθαι τῆς λειτουργίας, Antioch. can. 3. ut μηκέτι λειτουργεῖν ei fas sit, Apost. can. 15. Et sic quidem in Ecclesiâ primitivâ qui semel depositus fuit, amplius celebrare non potuit, nec in Clerum rursus admitti; sed inter Laicos perpetuo recensitus fuit. Postea autem partialis quædam aut temporalis introducta est depositio, ad certum tantummodo tempus Clericis inflicta; quam tamen non *depositionem* propriè, sed *suspensionem* vocitari usu venit. Concilium Aurelianense, *Memoratæ personæ ab honore vel officio susceptо juxtà arbitrium sui pontificis suspendantur*, Concil. Aurel. 5. c. 5. p. 515. tom. 2. Bin. *Anni spatio à communione Ecclesiasticâ suspendatur*, ibid. c. 17. & Concil. 4. c. 19. *A communione catholicâ pro emendatione sacrilegii suspendatur.* Concil. Aurel. 4. c. 15. ibid. p. 512. Cum vox *suspensio* non usurpatur, tempus determinatur, quo ab officio cessare debent: ut, *Tribus mensibus sit à suo officio sequestratus*, Conc. Aurel. 3. c. 2. ibid. p. 505. *Anni spatio missas facere non præsumat.* ibid. c. 25. *Anno integro pacem Ecclesiæ non habebit.* ibid. c. 16. *Tamdiu à sacrificando cessabit, quamdiu legitimâ pœnitentiæ satisfactione correptus ad gradus sive officium redeat, quod amisit*, Concil. Brachar. iii. cap. 1. p. 1204. tom. 2. Bin. *Quamdiu in hoc vitio fuerit, à sacrificando cessabit*, ibid. cap. 5. ἐνιαυτὸν ἀργεῖν, Basil can. 69. Cæterum Concilium Lateranense statuit, nec suspensionem fieri *nisi Canonicâ commonitione præmissâ*, Concil. Later. iii. c. 6. p. 1346. tom. 3. Bin.

Ὃν κληρικῶ Ζωσάξηται. In impressis est ὃν ὡς κληρικῶ, quomodo legunt Joh. Antiochenus, & Dionysius Exiguus, qui totum hunc Canonem sic transtulit, *si quis cum damnato Clerico velut cum Clerico simul oraverit, ipse damnetur.* Et paraphrastes Arabicus, qui verba, ὡς κληρικῶ Ζωσάξηται, vertit

او صلا معه كما يصلي مع الكهنة المحقين

*aut precatur cum eo, ut precatur cum veris sacerdotibus.* Balsamon per σωμίξασθαι hîc συμπερυχῆσαι à nonnullis intelligi observat: inter quos Zonaram & Aristenum fuisse interpretationes eorum palam faciunt.

## In Can. XII.

Ἀνὰ χαρτιάριον συστατῶν. Canonicarum Epistolarum tres olim species numeratæ sunt; nam aliæ συστατικαὶ, aliæ εἰρηνικαὶ, & aliæ denique ἀπολυτικαὶ dicuntur. συστατῶν quarum hîc fit mentio, meminit & D. Paulus 2. Cor. III. 1. Sunt autem propriè, quæ Clericis vel laicis (olim excommunicatis) dantur, vel etiam ignotis ad aliam civitatem proficiscentibus, ipsos tanquam jam absolutos, & fideles, loci, quo abeunt, Episcopo commendantes, ut testantur Zonaras in hunc Canonem, Balsamon in Concilii Chalced. can. II. & Matthæus Blastares in syntagmate. Scholiastes Harmenopuli, Συστατικὰ δέ εἰσιν ἐπιστολαὶ αἱ διδόμεναι ὑπὸ ἐπισκόπου κληρικοῖς ἢ ἱεραμβόοις εἰς ἑτέραν πόλιν ἀπιοῦσι, καὶ σωτηρίαν τούτοις τῷ ἰδίῳ ἐπισκόπῳ, ὡς παντὸς πταίσματος ἀναιτίους. Harmenop. epit. can. sect. 2. tit. 3. vide & Gratian. distinct. 71. cap. 8. Hujusmodi epistolæ commendatitiæ datæ sunt à Paulino Episcopo Nolano ad Amandum, dicente, *Marium portitorem hujus Epistolæ commendatum specialiter unanimitati tuæ, ut sicut rogavimus sanctum Episcopum & patrem nostrum, ita ordinetur à vobis.* Paul. Episc. Nol. epist. 21. p. 203. edit. Front. Ducæ Antwerp. 1622. sic & Wolfeon. Constantiensis ad Bernaltum Argentariensem scribit, *Commendatum ergo eum curæ vestræ suscipite, & ex nostris partibus absolutum in vestrarum ovium numero custodite.* Latini recentiores Epistolas has *Formatas* nuncuparunt; quamadmodum & *formalium Epistolarum* usus apud Imperatores Romanos viguit, *cum procuratorum suorum nomine formalem dictaret Epistolam*, Sueton. in Domitian. cap. 13. Formatarum frequens apud Latinos mentio. Concilium Milevitanum, *Placuit ut quicunque Clericus propter necessitatem suam alicubi ad comitatum ire volnerit, formatam ab Episcopo suo accipiat, quod si sine formatâ volnerit pergere, à communione removeatur*, Conc. Milevit. II. can. 20. p. 600. t. 1. Bin. Hispalense secundum, *nec formatus cuilibet epistolas mittere.* cap. 7. p. 983. tom. 2. Vigilius Papa *Ne quis sine formatâ tuæ fraternitatis ad longinquiora loca audeat proficisci*, Vigil. epist. x. ad Aurel. Arelat. sic & ἀνὰ εἰρηνικῶν Concil. Antioch. can. 7. apud Gratian. vertitur *absque formatâ* distinct. 71. cap. 9. Quo sensu & S. Augustinus forsitan dixit, *Querebam utrum Epistolas communicatorias, quas Formatas dicimus, possent quo vellent dare*, Aug. epist. 163. ad Eleusium &c. tom. 2. oper. col. 739. l. c. edit. Froben. Formatæ vero propterea dictæ videntur, quod signi Episcopalis forma in eis impressa fuit. Quod melius, ni fallor, intelligi non potest, quàm è Papiæ vocabulario, ut à Car. Labbeo emendato, in quo hæc notatu dignissima occurrunt, *Formatæ Epistolæ à sanctis* CCCXVIII. *patribus in Nicæno Concilio constitutæ feruntur, ne videlicet quicunque Clericorum in transferendo se qualescunque literas confingeret, à proprio Episcopo commeandi licentiam accepisse. Oportebit igitur in Epistolis literas has ex earum supputatione exprimi; primas literas Græcas, patris, filii, & spiritus sancti, quæ viz. sunt* Π. Υ. Α. & subinde *Anathema ponatur in calce Epistolæ, & monogramma in fine ejusmodi B. T. E. id est, Bene valete. Signum autem in Privilegii exordio, vel Chrismon, vel crux Dominica cum Chrismone erat. Chrismon autem hujusmodi effigiebatur specie.*



*Ut autem plenius, tali mea sententiâ Effigiabitur specie.*



*Consueverunt præterea in extremo margine privilegii quosdam insignire orbiculos, Anstitiis nomen, & pauca quælibet verba continentes in hunc modum.*

Verba, quibus Græci commendatitias hasce sive *formatas* literas exprimunt, videsis ad ipsam Euchologii calcem descripta. Datæ sunt & Clericis imperium adeuntibus, necessitati præsentiæ ipsorum ibidem testimonium præbentes. Justinianus, Γράμματα λάβοι τὸν εἰκεῖε μητροπολίτην παρὰ τῆ Καπηλείαν, πῶτα δὲ καὶ τὰς ἄλλας χειροτονὰς συστατικὰ καλέσθω τὰ μαρτυρῶντα τὴν ἀναγκαίαν τῆ ἀπῶ παρουσίαν. Justin. novel. 6. c. 3. Quinetiam literæ, quæ à Patriarchâ Constantinopolitano, recens creato, fidei suæ confessionem continentes mitti solent, Συστατικαὶ ἐπιστολαὶ vocantur; quarum exemplar edidit Leunclavius in Juris Græco-Romani l. 6. p. 439. edit. Francof. 1596.

## In Can. XIII.

Ἐπιτρέπω ὡσῶ ὁ ἀφορισμός. Post ista verba in impressis hæc leguntur, ὡς ἀδικηθεὶς καὶ ἀπιστούμενος ὑπὸ ἐκκλησίαν τῆ ἴδιῆ. Legit etiam Joh. Antiochenus in coll. can. tit. 18. & Dionysius Exiguus vertit, *Ut qui mentitus est, & Ecclesiam Dei seduxerit.* Et Josephus Ægyptius, لانه كذاب مطغي لكنيسة الله *Propterea quod mendax Ecclesiam Dei seduxit.* item Aristenus, ut ex ejus interpretatione patet. Utrum Balsamon & Zonaras legerint, incertum est; cum neuter eorum ejusmodi clausulæ meminit: unde potius non legisse videntur. Certè in MS. Bodleiano desiderantur, & in Codice, quem transtulit Gentianus Hervetus, necnon in Harmenopuli epitome sect. 2. tit. 3.

*Zon.* τοῦ ἀδίκου φρονῆσαι. Eodem quo Balsamon & Zonaras sensu Scholiastes etiam Harmenopuli vocem ἄδικον interpretatur, Ἀδικεῖ δέν, ὁ μὴ δεχόμενος εἰς μείζω βαθμὸν προβιβασθῆναι ὑπὸ τῶ εἰκείε ἐπισκόπε, διά τινας ἴσως ἀμφιβολίας. Harmenop. epit. sect. 2. tit. 3. Et eodem quoque quo illi modo can. XII. de *non recipiendo*, & XIII. de *segregato* Harmenopulus & Aristenus exponunt: quibus suffragatur & Josephus Ægyptius, اذا كاهن سافر من بلد الى بلد ولم يكن معه كتاب سسطاتيكن من اسقفه الذي صيره كاهن فلا يقبل في عداد الكهنة فان هو قبل فلينفا هو والذي قبله *Quicunque sacerdos migrat è provinciâ in provinciam, & non secum affert χάρτα συστατὸν ab Episcopo suo, qui eum ordinavit sacerdotem, ne recipiatur in numerum sacerdotum, & si receptus fuerit, segregetur & ipse, & qui eum recepit.* Hic enim nulla, ut videmus, præviæ segregationis occurrit mentio: sed de segregato, quem منفيا او محروما *Expulsum sive Anathemate percussum* vocat, in posteriore Canonis parte agit: nam hos duos Canones in unum contrahit hæc Arabica, non secus ac Latina Canonum editio.

Ἡ ἀναγνώσεως. Christophorus Justellus in notis ad can. 50. Ecclesiæ universæ, hunc Zonaræ locum citans, pro ἀναγνώσεως legit ἀγνώσεως, quæ verior videtur lectio; idcirco quod ἢ κλειστοῖς præcessit, sub quibus & ἀναγνώσεως continentur, & quod in his verbis Zonaras ad Concil. Chalced. can. 13. respexisse videtur, quo ξένες κλειστὰς καὶ ἀγνώσεως in aliena civitate sine literis commendatitiis sacra non obire constituitur.

Ἀναγνωστὴν ἐν Ἀντιοχ. Hæc usque ad finem in impressis desiderata, ex MS. Bodleiano nunc primùm in lucem prodeunt.

## In Can. XIV.

Ἐπίσκοπον μὴ ἐξεῖναι. Anno Domini 673. celebrata est Synodus Anglicana ad locum Herudford, sub Theodoro Archiepiscopo Dorovernienſi, qui librum Canonum protulit, ex quo decem capitula notaverat, quæ à Synodo suscepta sunt: Horum secundum, tunc temporis in Anglia constitutum, sic se habet Saxonicè, Se ærtepa if ſ nænig biſceop oþſier biſceop ſcipe onſſoge ac ſ he doncpull ſi ſtyſne him þær bebodenan ſolcer. Latine, *secundum, ut nullius Episcopus alterius parœciam invadat; sed contentus sit gubernatione creditæ sibi plebis.* Bed. hist. Eccles. l. 4. cap. 5. p. 273. Qui idem videtur Canon ac præsens XIV. Apost. quo ὁπισθῶν vertitur *Invadere*, & quidem Dionysius Exiguus transfert *Pervadere.* Ut verisimile videatur, codicem hunc à Theodoro prolatum, eundem esse, quem Dionysius Exiguus

Exiguus collectum latinè verterat, & canones hosce Apostolicos, saltem 50. priores, in eodem descriptos fuisse. Quod etiam exinde magis elucescit, quòd ex eodem codice de tempore celebrandi paschatis, ex can. Apost. 7. de Clericis non recipiendis sine literis commendatitiis juxta præcedentem; ut Concilia bis in anno habeantur juxta can. 37. & de aliis juxta hos Apostolicos Canones statutum est, ut patet ex ante laudato Bedæ loco.

Εἰ μή τις ἄλλην &c. ἀιτία ἦ. Ex his & sequentibus verbis apparet, quamlibet Episcoporum μετάθεσιν hîc non prohiberi, sed eam solum, quâ quispiam per avaritiam & ambitionem, sine majorum autoritate, multorumque suasu & judicio, aliâve justâ causâ in aliam se transfert paroeciam. Verum enimvero, si comprovincialibus visum fuerit Episcopis majorem exinde utilitatem Ecclesiæ emersuram, liberè transferatur. Concilium Carthag. 4. *Episcopus de loco ignobili ad nobilem per ambitionem non transeat, nec quisquam inferioris ordinis Clericus; sane si id utilitas Ecclesiæ fiendum poposcerit, decreto pro eo Clericorum & Laicorum Episcopis porrecto, in præsentiâ Synodi transferatur; nihilominus alio in loco ejus Episcopo subrogato,* Conc. Carthag. 4. can. 27. p. 554. tom. 1. Bin. Pelagius secundus papa Romanus, *Quod enim in Canonibus legitur non debere Episcopum de civitate in civitatem transire vel transferri, non de his dicitur, qui aut vi expulsi, aut necessitate coacti, aut autoritate majorum hoc agunt: sed de his, qui avaritiæ ardore inflammati sponte suâ prosiliunt, & potius ambitioni, quàm utilitati Ecclesiæ servire, & ut dominationem agant, insistere cupiunt.* Pelag. 2. epist. 10. ad Benignum apud Bin. tom 2. p. 695. Socrates ὅτου γὰρ ἕνεκα καὶ τῆς παλαιστίνης ἡμῖν ἀδιάφορον ἦν ὑπὸ πόλεως εἰς πόλιν μετάγειν ἐπίσκοπον, ὁπόταν χρεία ἐπάλλει. Socrat. l. 7. cap. 35. Porro hujus Apostolici Canonis patres Constantinopoli primò congregati meminerunt, ut in præfatione dictum est.

*Balsf.* Ἑπέρα ἑρμηνεία. Totam hanc alteram hujus Canonis interpretationem in impressis antehac desideratam, MS. Bodleiano acceptam ferimus. In codice autem, quem Gentianus Hervetus transtulit, partim descripta fuit; unde & latina ejus versio inter supplementa ad priores codices extat.

Καὶ ἑτέρων πολλῶν. Sic Germanus Cyzico & Authimus Trapezunte Constantinopolim translati sunt; Eustathius Berrhæâ (Aleppo vulgo vocant) & Melitius Cappadociâ Hierosolymam, & Rebenus Phœniciâ Tyrum migrarunt: vide quæ de hâc re scripta sunt in tractatu Manuelis περὶ μεταθέσεων in Juris Græco Romani lib. 3. p. 240. Francof. 1596. vide & Demetrii Chomateni Archiepiscopi Bulgariæ ad Constantinum Cabasilam responsa, ibid. l. 5. p. 317.

## In Can. XV.

Εἴ τις πρεσβύτης &c. Josephus Ægyptius in Arabicâ Canonum collectione hunc sic interpretatur, ايما قسيس او شماس ترك موضعه وكنيسته التي نصب عليها وخرج بامر نفسه ولم يوذن له بذلك بطريركه ارمطرانه او اسقفه لطلب منفوع او اكتساب جاه من اهل تلك المواضع فانحط عن درجته ولا يحس في عداد الكهنة بل يكون موقفه في الكنيسة مع المومنين وخاصة ان دعا به الاسقف بالرجوع الي موضعه وسامحه ولم يجبه الي الرجوع الي موضعه فليفور من الكهنة ومن مجمعهم لانه احب ان يقطع نظام الكهنوت ويفسده ويكون مثل المومنين. *Quicunque Presbyter aut Diaconus locum suum & Ecclesiam super quam constitutus est reliquerit, & sponte suâ discesserit, nec Patriarchæ suo, nec Metropolitâ, nec Episcopo id ei permittente, ad emolumentum lucrumque sibi acquirendum, quod ex populo istius loci ei obveniat, gradu suo dejiciatur, & sacerdotum numero ne habeatur; sed istius statio in Ecclesiâ sit una cum fidelibus: & præcipuè, si Episcopus suus eum ad locum suum redire hortatus fuerit, & benignè cum eo egerit, & iste ei haud morem gesserit, redeundo ad suum locum, à sacerdotibus eorumque commercio segregetur, propterea quòd sacerdotii ordinem dissecare eumque corrumpere velit, sitque instar fidelium.* Hic observetur λαϊκὸς transferri مومنين *Fideles*; & sic sæpe alibi in hac paraphrasi: sed plerunque vocat *Laicum* علمانيا *Almaniya, quasi mundanum*, & nonnunquam utrumque conjungit, ut علمانيا مومنا *Laicum fidelem* Conc. Nic. c. 1. Inter hæc autem duo vocabula seorsim usitata sic distinguendum est, quod علماني *Laicum* in genere significet, مومن *Laicum fidelem*, hoc est qui nulli è pœnitentiæ gradibus subjectus sacra mysteria participare potest, quem Græci quoq; vocant πιστὸν, *ac prolude hæc phrasis* ويكون مثل المومنين *Et sit sicut fideles*, seu *instar fidelium*, tandem est, ac Græca, ὡς λαϊκὸς κοινωνείτω. Porro juxta hujus Canonis præscriptum, in Canonibus sub Edgaro Saxonum rege hæc habentur, Ánd pe lænaþ þ ænig ppeoſt ſylf ſillej ne ſoplæte ða cipcan. ðe he to gebletſoð þej ac hæbbe him þa to pihт æpe *Docemus etiam, ut nullus sacerdos è propriâ suâ voluntate Ecclesiam deserat, cui consecratus est; sed eam habeat pro legitimâ uxore.* Vide Concilii Herudfordensis sub Theodoro habiti can. 5. apud Bed. hist. Eccles. l. 4. c. 5.

## In Can. XVI.

Εἰ ἤ τις ἀθέτησε &c. Cùm Alexander Episcopus Alexandrinus quosdam Clericos, divinam Christi naturam negantes, excommunicâsset, isti ab aliis in Clerum rursus cooptati sunt; quod eorum factum Alexander reprehendens, ait, μηδένα, ὡς οἶμαι, διαβολῆς ἀπαλλάξαντες τῆς τότε πρὸς αὐτοὺς συλλήψεως, τῷ μήτε τὸν ἀποστολικὸν κανόνα τοῦτο συγχωρεῖν, apud Theodoret. hist. Eccles. l. 1. c. 3. p. 526. l. D. tom. 3. edit. par. 1642. quibus verbis apertè laudat præsentem canonem, quo ab aliis depositos ab aliis non recipiendos esse constituitur. Unde hos Canones ei cognitos fuisse patet.

*Balsf.* τὸ ϛ'. κεφ. τοῦ β'. πτλ. Verba hîc citata in impressis μὴ βασιλικῶν codicibus non extant: totus autem laudatus titulus est περὶ κληρικῶν ἀποβαλλόντων τὸ ἴδιον αὐτῶν ἐκκλησίας, καὶ περὶ οἰκοδομούντων ἐκκλησίας οἴκους. Quod cum idem sit argumentum, propter quod Balsamon titulum hunc laudat, suspicor nonnulla in impressis desiderari, quæ olim inserta fuerunt.

## In Can. XVII.

Ὅσοι γάμοις. D. Paulus Episcopum unjus uxoris virum esse præcipit. 1. Tim. 111. 2. item Presbyterum, Tit. 1. 6. & Diaconum 1. Tim. 111. 12. Unde Origenes *Nec Episcopus, nec Presbyter, nec Diaconus, nec vidua possunt esse digami*, Orig. hom. 17. in Lucam p. 145. l. D. tom. 2. oper. Par. 1619. *Unius matrimonii esse oportere, qui allegantur in ordinem sacerdotalem, usque adeo quosdam memini digamos loco dejectos.* Tertullian. de exhort. castit. c. 7. *Presbyter esse non alius potest, quàm laicus, qui semel fuerit maritatus* ibid. *Quantum detrahant fidei, quantum obstrepant sanctitati nuptiæ secundæ, disciplina Ecclesiæ & præscriptio Apostoli declarat, cum digamos non sint præsidere.* Id. ad uxor. l. 1. c. 7. Διπλεύραμον ἢ ἐν ἕξει δέγαμον ἐν αὐτῇ εἰς ἱερωσύνῃ. Epiphan. expos. fid. *Quam sancta sit digamia hinc ostenditur, quod digamus in Clerum eligi non potest.* Hieronym. l. 1. adv. Jovinian. p. 10. l. K. tom. 2. oper. *Quamquam lege Sacerdotali teneatur & laicus, qui talem præbere se debet, ut posset eligi in sacerdotium: non enim eligitur si digamus fuerit.* Id epist. ad Geront. de Monog. pag. 31. l. A. tom. 1. oper. *Ut dispensatorem Ecclesiæ non liceat ordinari, nisi unius uxoris virum,* Augustin. de bono conjug. cap. 18. p. 803. l. B. tom. 6. oper. V. Theodoret. & Ambros. in 1. Tim. cap. 3. Leonis 1. Epist. 87. c. 1. ad Episcopos Cæsar. Maurit. p. 989. tom. 1. Bin. Justiniani novel. 6. c. 1. & Egbert. Excerpt. can. 32.

Μετὰ τὸ βάπτισμα. Ante baptismum igitur, si quamdiu Gentilis, duobus quispiam implicitus est conjugiis, ad sacerdotium nihilo secius eligatur; propterea quod baptismus præcedentia peccata diluit; ut observant Balsamon & Zonaras; quibus adstipulatur Matthæus Monachus Ἡ χάρις τοῦ παντὸς ἀνδρὸς, τῷ τοῦ θείου βαπτίσματος μυστηρίῳ, τῷ μήτε λόγῳ ῥητῷ μήτε τῷ κανονικῷ, πᾶσι ῥύσιν τῶν βαπτισθέντων ἁπάντων ἁμαρτιῶν, καὶ φωτὸς ψυχικοῦ ἀπαύγασμα, καὶ καλῶν λοιπὸν καὶ τῷ ἀνεμποδίστῳ φωτὶ τῆς ἱερωσύνης τοῦτον καταφερόντων. Matt. Mon. in

matrimon. cap. περὶ διγάμων. Jur. Græco-Rom. l. 8. p. 494. Francof. 1596. &c. At Concilium Valentinum sub Damaso habitum eos etiam, qui ante baptismum digami fuerunt, à sacerdotio obeundo arcet, dicens, *Sedit ergo neminem post hanc synodum, quà ejusmodi illicitis vel serò occurritur, de digamis aut internuptarum maritis ordinari Clericos posse; nec requirendum, utrumne initiati sacramentis divinis, anne Gentiles hâc se infalicis sortis necessitate maculârint, cum divini præcepti casta sit forma.* Conc. Val. c. 1. p. 508. tom. 1. Bin. Et D. Augustinus, *Ut dispensatorem Ecclesiæ non liceat ordinari, nisi unius uxoris virum. Quod acutius intellexerunt, qui nec eum, qui catechumenus, vel paganus habuerit alteram, ordinandum esse censuerunt.* August. de bono conjug. cap. 18. p. 803. l. B. tom 6. oper.

*Balsf.* Διὰ πιττακίου. Vox Πιττάκιον etiam à Diogene Laertio usurpatur, προσθεὶς ἓν πιττάκιον τῷ μετώπῳ ἐπίγραφε, Νικόδρομος ἐπί. Laert. l. 6. in Crat. In quem locum Isaacus Casaubonus observat πιττάκιον idem esse ac λάκωμα. Et quidem Lampridius *Pittacium* pro *Albo Prætoris*, quod *Matriculam* vulgò appellant, usurpat; quo fit ut tabulam etiam, quâ quippiam exaratur, significet; & nonnunquam idem est, quod ξυλοχάρτιον, ut ex cortice arboris Ægyptiacæ scripturæ capace factum: nonnunquam è fusili pice fit: vel etiam è pellibus pecorum; Unde Moschopulus, apud Jac. Goar in notis ad ordinem servari solitum, si mota sit sacra Mensa Euchologii p. 618. Πιττάκια δυσὶ τὰ λεπτὰ περιμένματα τῆς δερματίου (σημαίνει) ἀφ' ὧν ἁπτῆς τὰ πιττάκια λέγομεν. Et in prædicto ordine Euchologii p. 614. dicitur χαρτία ἀπὸ πιττακίου. Designat igitur & *Pergamenum*, & metonymicè, *instrumentum quodlibet*, *Diploma*, *breve regium* vel ἀρχεγραπτὸν, ut hoc loco. Sic & Lexicon vetus Græco Latinum à Bonaventurâ Vulcano editum Πιττάκιον, *Pittacium*, *brevis*. Glossæ Isidori, *Pictatium*, *Epistola brevis*, & *modica*: item *Pictatiuncula*, *membrana*. Hujusmodi Pittacia, qui ordinati sunt, ab ordinatoribus accipiebant, mensem & diem quo ordinati sunt declarantia; ut patet è Scholiis Balsam. in Concil. Carthag. can. 92. Et cum Patriarcha Ἀρχιδιάκονον, λαοσυνάκτου, δομεστικὸν, & alios ejusmodi officiales constitueret, πιττάκιον, mandatum ipsius continens, iis tradebat; unde πιττακίῳ μόνῳ καὶ προστάγματι τοῦ ὑπερτίμου λαϊκῶν dicuntur in Constantini Cabasilæ ad Johannem Citri Episcopum, interrog. 9. Juris græco-Roman. l. 5. p. 328. edit. Marq. Freher. Francof. 1596.

Ἑτέρα ἑρμηνεία. Hanc alteram hujus Canonis interpretationem ex MS. Bodleiano nunc primum edimus: quam revera Balsamonis esse extra dubium est, cum istius initio, prioris interpretationis, quam ediderat, mentio fiat. Unde & conjecturam faciamus, reliquas ἑτέρας ἑρμηνείας, per totum opus interfertas, eidem jure referendas esse; nisi aliquid in iis occurrat, quod contrarium evincat.

Δομεστικάτα. Hoc est officium *Domesticorum*, quod etiam Gregorius Turonensis vocat *Domesticatum* l. 2. cap. 8. Domesticus autèm vel Ecclesiasticus fuit vel politicus, Ecclesiasticus, de cujus officio hìc fit mentio, quisnam fuit & quonam in Ecclesiâ munere functus est, optimè discamus ex Johannis Episcopi Citri ad Constantinum Cabasilam responsis, in quibus hæc leginus. Ἀναγνωσῶν ἡ ὀρφίκια πῶτα. ὁ δομέστικος τῶν δεξιῶν χορῶν, ὁ δομέστικος τῶν ἀριστερῶν, & mox, ὁ δομέστικος τῆς ψαλτῳδίας, ὁ ἐπὶ πασῶν λεγόμενος πρωτοψάλτης. ad interrog. 8. Juris Græco-Rom. l. 5. p. 328 Et postea ad aliam interrogationem χρὴ ἢ αὐτὸν δι' λόγον κἂν πῶς ἐκκλησιαστικῆς τάξεως δομέστικον λάχῃ, εἴτ' ὢν ἀρχαῖος, καὶ ὀπταέτης τῆς μελωδιῶν τε καὶ τῆς μελῳδίας, οἷα εἰς ῥύθμον καὶ τάξιν καθιστῶν αὐτός τε καὶ τὰ μελῳδούμενα. ad interrog. 10. ibid. p. 330. E quibus liquet Δομέστικον unum è lectoribus fuisse, cantoribus autem præfectum, sive πρωτοψάλτην καὶ ἀρχαῖον. Aliquid tamen discriminis fuisse inter Δομέστικον & πρωτοψάλτην propriè sic dictum, ex Euchologio colligimus, ubi inter officiales magnæ Ecclesiæ, οἱ δομέστικοι ἀμφοτέρων τῶν χορῶν & πρωτοψάλτης distinctè recensentur p. 268. 273. 278. Et propterea, οἱ δύο δομέστικοι ἵστανται μὴ τὸν πρωτοψάλτην, καὶ ψάλλοντες φωνῇ σεικλήσεια, ὡς πρωτοψάλτης. p. 272. Et in hoc quidem Domestici officium à πρωτοψάλτου discrepat, quòd in solennioribus vigiliis penes eum erat auspicari, ad antistitem aut præsentem sacerdotem dicendo, εὐλόγησον δέσποτα. Nonnulli eorum etiam πατριαρχικοὶ δομέστικοι dicti sunt, quorum erat ἐν προόδοις τὸ πατριάρχου dicere, εἰς πολλὰ ἔτη δέσποτα. Ut è citato Episcopi Citri ad Constant. Cabasilæ interrog. 8, responso liquet. Hoc igitur officium est, quod hoc loco Balsamon δομεστικάτα appellat.

Λαοσυνακτάτα. Duo etiam λαοσυνάκται sive λαοσυνάρται ambo lectores inter officiales Ecclesiæ C P. recensentur, Euchologii p. 268. 273. 278. quorum officium hìc λαοσυνακτάτα dictum, ex ipsâ nominis notatione satis constat.

## In Can. XVIII.

Ὁ χήραν λαβὼν. Hic canon lege Mosaicâ fundatur, quâ sacerdotibus præcipitur, nec viduam, nec dimissam, nec profanam, nec meretricem ducere; sed puram virginem, Levit. xxi. 13. 14. v. Ælfrici ad Wulfinum Episcopum can. 7. & 9.

*Balsf.* Καὶ τοῦτο ἀπεγράψατο. Idem constituitur à Michaele Patriarchâ G P. Ἱερεῖς γυνὴν πλὴν σωφρονοῦσαν μνηχθῆναι, ἀποκλῄεσθαι δὲ, ἀναλύεσθαι, ἀφορίζεσθαι ἢ ἀτιμάζεσθαι. Michael. epist. de matrimonio prohibito, Jur. Græco-Rom. lib. 4. p. 263.

## In Can. XX.

Κληρικὸς ἐγγύας δίδοὺς. Interpretes consentiunt, quòd Clericis hic interdicatur, non alios pro se, sed se pro aliis, idque turpis lucri gratiâ fidejussores constituere. Adstipulatur & Scholiastes Harmenopuli, Εἰ δὲ αἰσχροκερδείας χάριν τοῦτο ποιεῖ, εἰ δὲ δι' ἀνάγκην ἢ ὅτι κληρικῶν, ἐπιτιμάσθω. Harmenop. epit. can. sect. 3. tit. 2. Egbertus Eboracensis, *Ut nulli sacerdotum liceat fidejussorem esse, neque relictâ propriâ lege ad secularia judicia accedere*, Egbert. in excerpt. Idem innuere videtur & Dionysius Exiguus, qui Canonem hunc sic transfert, *Clericus fidejussionibus inserviens abjiciatur.* Sed Josephus Ægyptius Canonem aliter interpretatur, viz. ايما رجل من الكهنة اعطا ابسان كفيلا عن نفسه او اعطا هو نفسه كفيلا عن غيره او ارتهن انسان كما تفعل البراديون فلينفا من الكنيسة *Quicunque è sacerdotibus hominem pro se fidejussorem dederit, aut ipse se dederit fidejussorem pro alio, vel hominem pignori acceperit, quemadmodum exteri faciunt, Ecclesiâ expellatur.* Adeo ut de Clericis, qui alios pro se, æque ac iis qui se pro aliis sponsores dederint, Canonem hunc exponat.

## In Can. XXI. XXII. XXIII. XXIV.

Εὐτυχ. Secundo à Christi natalitiis fluente seculo, orta est Valesiorum hæresis, qui varia scripturæ loca, præsertim Matt. xix. 12. perperam interpretati, exectis virilibus, Eunuchos se faciebant: ut testantur Epiphan. hær. 58. par. 1. Et August. hær. 37. Eodem protinus errore imbutus Origines suum etiam corpus evirare ausus est: ut docent Euseb. hist. Eccles. l. 6. c. 8. Niceph. l. 5. c. 8. Epiphan. hær. 64. par. 3. Quod Origenis facinus, Demetrius Ecclesiæ Alexandrinæ Episcopus primo admiratus, deinde scriptis ad omnes ubique terrarum Episcopos, tanquam absurdissimum proscindebat; ut tradit Eusebius loco citato. Hinc veri nobis haud dissimile videtur, aliquos saltem eorum, si non omnes, ad quos Demetrius scripserat, Episcopos, in unum congregatos, hâc de re deliberationem iniisse, & quatuor hos de Eunuchis Canones vel primò constituisse, vel ante constitutos renovâsse; quod ultimum mihi magis arridet, propterea quod Demetrius Cæsariensem & Hierosolymitanum Episcopos criminatus est, quod Origenem in Presbyterii gradum promovissent, viz. contra can. 22, quo constituitur, ut ὁ ἀκρωτηριάσας ἑαυτὸν μὴ γινέσθω κληρικός. Nisi enim hujusmodi decretum antea editum fuisset, non video quare Demetrius hoc iis vitio verteret. Henricus Valesius, fateor, in annotationibus ad dictum Eusebii locum, scribit; Demetrio illatam fuisse injuriam, quod commemorati Episcopi Origenem, ditionis non suæ, sed Alexandrinæ, cui præerat Demetrius, ordinâssent. Verum Hieronymus Origenem Athenas per Palæstinam, ubi ordinatus est, proficiscentem, Ecclesiasticam secum Epistolam attulisse refert, Hieronym. in catal. voce Orig. tom. 1. fol. 96. 2. Et ipse etiam Alexander Hierosolymitanus, qui eum ordinaverat, epistolam scripsit pro Origene adversus Demetrium, eo quòd juxta testimonium Demetrii eum Presbyterum constituerat, ut scribit Idem Hieron. in Alexandro. ibid. fol. 98. 1. Et idcirco ipsi quoque Ægypti & Alexandriæ Episcopi in Epistolâ Synodicâ adversus Origenis doctrinam, χλευασθέντα αὐτὸν προσευχῆσαι ὑπὸ τῶ

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

κανονικῆς τε καὶ μιᾶς χλιδῆς ἀλλοτρίας agnoſcunt. Sed quid pluribus opus eſt, cùm ipſe etiam Euſebius dicto loco fateatur, Demetrium nihil aliud habuiſſe, quod Origeni objiceret, præter facinus iſtud, quod adoleſcens olim patraverat, cùm ſe viz. execuerit. At ſi Origenes invito Epiſcopo ſuo ordinatus fuiſſet, hoc ei non minus quàm ordinatoribus, vitio verteretur. Ut nihil apertius eſſe poſſit, quam Demetrium hoc tantum Origeni objectâſſe, quòd cùm ſe emaſculâſſet, ordinaretur, & commemoratis Epiſcopis, quòd Eunuchum à ſe factum ordinarent, contra prius laudatum Canonem. Hæc noſtra ſententia aliquam etiam exinde lucem mutuatur, quòd Origenes ab unâ quidem Synodo Epiſcoporum Alexandriâ, ab aliâ demum etiam ſacerdotio pulſus eſt, ut refert Pamphilus in Photii bibliothecâ, cod. 118. At quo tandem pacto hoc fieri potuit, ſi nullus adhuc Canon contra eos qui ſe Eunuchos faciunt, editus fuiſſet? Et quidem etiamſi Demetrius iſtiuſmodi Canonis expreſsè non meminit, non obſcure tamen indigitare videtur, cum de ſpontaneâ Origenis exectione certior factus, primò eum θαῤῥεῖν αὐτὸν ἀγαθῇ διανοίᾳ bono animo eſſe jubet, Euſeb. hiſt. l. 6. c. 8. his enim verbis clarè ſatis innuit, Origenem Eccleſiaſticam aliquam tranſiliſſe regulam; ſe autem eum propter ingenii promptitudinem & fidei ſinceritatem defenſurum, ne pœna Canonica ei infligeretur; à quâ & ipſum ſibi timuiſſe Origenem manifeſtum eſt, eo quòd pro virili conatus ſit, ut id quod fecerat, alios omnino lateret; prout è dicto Euſebii loco conſtat. Quibus omnibus inter ſe collatis adducor ut credam, primitivæ Eccleſiæ præſules etiam ante Origenem hoſce de Eunuchis Canones edidiſſe (fortaſſe contra hæreticam Valeſiorum opinionem) eorumque autoritate Originem primùm Sacerdotio expulſum, poſtea verò ob ſummam ejus in ſcripturis interpretandis, omnibuſque artibus & ſcientiis famam, iterum receptum fuiſſe: præcipuè poſtquam inconſulti ſui & temerarii facti, juvenilis ætatis fervore perpetrati, eum pœnituiſſet: pœnituiſſe autem ex ipſius verbis patet, ubi ait, Ἡμεῖς δὲ χειρὸν ἡγησάμενοι τὸν λόγον τοῦ κυρίου σαρκὶ καὶ κατὰ τὸ ῥᾴθυμα ποιῆσαι τοῦτο νοήσαντες, νῦν ἡλίκοι γινώσκοντες, εἰκότως ἐνδοιάζομεν εἰ καλῶς ἐξηλπίσθη τοῖς ἐκ τῆς ἐυνοχισμὸν ἑαυτοῖς ἀφορμὴν βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐπάγειν. Origen. in Mat. XIX. 12.

*Balſ.* Καστρήτες. Hîc inauditam antehâc latinæ hujus vocis etymologiam profert Balſamon, viz. καστρῆται *Caſtrati* à κάστρον *Caſtrum ferrum*. Sed undenam miram hanc *Caſtri* ſignificationem hauſerit, hariolari nequeo; niſi pro *Ceſtrum* Græ. κέστρον ſumpſerit, quod inſtrumentum, quo cavatur ebur, ſignificatur. Quinetiam nec omnis Eunuchiſmus ferro fit, ſed & aliis nonnunquam modis; ut medicamentis exiccativis: quomodo & Origenem ſe Eunuchum feciſſe nonnulli ſuſpicati ſunt; ut tradit Epiphanius, Ἄλλοι δὲ ἀλλά φασιν, ἀλλὰ θέσπιόν τι φάρμακον ἐπιθεῖναι τοῖς μορίοις καὶ ἀποξηρᾶναι. Epiphan. hær. 64. par. 3. Sic Athenienſes Hierophantas ad compeſcendum libidinis œſtrum cicutam genitalibus illinere ſolitos ipſe Origenes docet, contra Celſ. lib. 7. & Plinius de cicutâ ait, *quod certum eſt, hac puerperarum mammis impoſita extinguit, veneremque teſtibus circa pubertatem illita.* Plin. l. 25. c. 13. Idem tradit & Dioſcorides, l. 4. c. 77.

Ερμηνεία τῶν κανόνων. In impreſſis pariter ac M S S. Balſamonis codicibus hi quatuor Canones viz. 21. 22. 23. 24. ſimul collocantur. At in uno è MSS. Bodleianis, quo Zonaræ & Balſamonis ſcholia in Apoſtolicos hoſce Canones colliguntur, Balſamonis interpretatio Canonem 21. ſequitur, & hæc cum ſequentibus verbis nunc primò editis ad can. 24. referuntur: ac proinde hîc imprimenda cenſuimus.

## In Can. XXV.

Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος. Hunc Canonem Baſilius Magnus ſub ἀρχαίου κανόνος nomine laudat, can. 3. ad Amphiloch. Quinetiam rex Chilpericus eundem contra Prætextatum Rotomagenſem Epiſcopum citat, in codice Canonum, quem ad Epiſcopos Galliæ tranſmittebat anno 577. de quo ſic Gregorius Turinenſis, *Ipſe vero ad Metatum diſceſſit, tranſmittens librum Canonum in quo erat quaternio unus adnexus, habens Canones quaſi Apoſtolicos continentes hæc; Epiſcopus in homicidio, adulterio, & perjurio deprehenſus a Sacerdotio divellatur.* Greg. Turon. l. 5. c. 18. Per quaternionem priſtino codici adnexum, nihil aliud, quàm hic Codex Canonum Eccleſiæ primitivæ, qui *quaſi Apoſtolici* hîc appellantur, indigitari poteſt, nec Canon laudatus eſt alius à præſenti 25. At in ipſo Canone fit mentio *furti*; quod hîc omittitur, & nulla *homicidii*, quod *furti* loco hîc ſubſtituitur. Verùm hæc Canonis corruptio propterea tunc temporis excogitata videtur, ut Prætextatus, qui ſpe veniæ ſe homicidii reum profeſſus eſt, eo perſpicuè magis damnaretur. Et hinc, ni fallor, evenit, ut in Egberti excerptionibus, homicidii pariter ac furti mentio fiat: ſic enim hunc Canonem legit, *Epiſcopus aut Presbyter, aût Diaconus, qui in fornicatione, aut perjurio, aut furtis, aut homicidio captus eſt, deponatur.* Egbert. excerpt. can. 33. Unde facile eſt, conjicere, Egbertum primo Dionyſianum habuiſſe codicem, cujus verſionem exactè recitat, quæ ſic ſe habet, *Epiſcopus aut Presbyter, aut Diaconus, qui in fornicatione, aut perjurio, aut furto captus eſt, deponatur:* Cùm autem in Gallicanum poſtea codicem inciderit, ex eo novum hoc additamentum, *aut homicidio* Dionyſianæ verſioni adjunxiſſe. Cæterum non Dionyſianus ſolus, ſed omnes, tam impreſſi quam manu exarati, quos nobis videre contigit, codices, fornicationis, perjurii, & furti meminerunt, non item homicidii. Sic etiam paraphraſis Arabica, ايما اسقف او شماس اما دونهم في درجات الكهنوت وجد في زناء او حلف كاذب او في سرقة فليقطع من كهنوته ودرجته *Quicunque Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, vel qui eſt infra eos in ſacerdotii gradibus, in fornicatione, aut falſo juramento, aut furto deprehenſus fuerit, ſacerdotio graduque ſuo excidat.* Porro quæ hoc Canone continentur, Leo Apoſtolicæ traditioni accepta refert, dicens, *Alienum eſt à conſuetudine Eccleſiaſticâ, ut qui in Presbyterali honore, aut Diaconii gradu fuerint conſecrati, ii pro crimine aliquo ſuo per manus impoſitionem remedium accipiant pœnitendi, quod ſine dubio ex Apoſtolicâ traditione deſcendit.* Leo. 1. epiſt. 92. ad Ruſtic. c. 2. Concil. tom. 1. p. 994. Bin.

Λέγει δὲ ἡ γραφή. viz. Nahum. 1. 9. ubi verba Hebraica לֹא תָקוּם פַּעֲמַיִם עָרָה *non conſurget bis angustiâ*, LXX. ſeniores vertunt, οὐκ ἐκδικήσει δὶς ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐν θλίψει. ac ſi pro תקום legiſſent יקם vel quid ſimile à radice יקם *Vindicavit, ultus eſt.* At in codice, quo uſi ſunt Canonum horum conditores, pro ἐκδικήσει lectum fuiſſe videtur ἐκδικήσῃς prout ipſi citant; quod exactiùs reſpondet verbo Hebraico תקום, quod ſine punctis ſcriptum *Vindicabis* ſignificare poteſt, æque ac *Conſurget*. De depoſito autem à communione ſimul non ſegregando, conſulas Concil. Aurel. 3. c. 7. & 26. Aurel. 5. c. 4. Petri Alexandr. c. 10.

## In Can. XXVI.

Ἀναγράψας, καὶ φάλτης μόνος. Hunc Canonem diu in Eccleſiâ obſervatum fuiſſe liquet ex Concil. Chalced. can. 14. ſic incipiente, Ἐπειδὴ ἔν τισιν ἐπαρχίαις συγχώρησις τοῖς ἀναγράψασι, καὶ φάλτης γεμεῖν. In iis viz. provinciis obtinuit, à quorum Præfectis editus fuerat. Unde ſimul evinci poteſt, hoſce Canones à provincialibus Eccleſiæ primitivæ Synodis conſtitutos eſſe: quod in præfatione ad hos Canones ante notavimus.

## In Can. XXVII.

Ἐπίσκοπον. Juſtinianus, ἀλλ' ἤδη οἰκείαις χερσὶν ἐξέσω ὑποκάτω τινὰ πλήττειν, τοῦτο γὰρ ἀλλότριόν ἐστι ἱερέων. Juſtinian. Novel. 123. c. 11. Vide Joh. Antioch. nomoc. tit. 15.

## In Can. XXVIII.

*Balſ.* Ἐπίσκοπος ἀπὸ ζωοῦ. Recte citatur hic locus etiam juxta impreſſos τῶν βασιλικῶν Codices. Idem autem ſtatuit & Juſtinianus, dicens, ὁ χριστὸς ἱερέων ἀπηνθρακώθη ὑπόδικος, καὶ ὑποχείριόν τινα ποιεῖν, καὶ τῷ ἱερωσύνῃ ἄνωθεν ἐξαλῶν, ὡς ἐξέστησε, ἐξελαυνέσθω τῆς πόλεως, ἣν ἐπιχείρησε παῤῥξαι, καὶ ὑπὲρ ἕκαστον μίλια αὐτῆς διαγέτω, καὶ μὴ προσίτω βασιλεῖ, μηδὲ ἀντιχαρίσῃ ἐλπιζέτω· εἰ δὲ ὁπωσοῦν ἀντιχαρίσῃ, μηδὲν ὠφελείσθω· ἀλλὰ καὶ οἱ διφυσιζόντες αὐτὸν ὑποπιπτέτωσαν τῇ ἀγανακτήσει. apud Joh. Antioch. nomoc. tit. 17.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

## In Can. XXIX.

Εἴ τις ἐπίσκοπος διὰ χρημάτων. Hic Canon ipsis Tertulliani diebus observatus est, ut ex his ipsius verbis patet, *Præsident probati quique seniores, honorem istum non pretio, sed testimonio adepti; neque enim pretio ulla res Dei constat.* Tertull. apol. c. 39. Cum autem atrocissimum hoc scelus, Sacerdotium videlicet pretio mercandi, in Ecclesiam irrepserat, S. Patres in istud acerrimè invehebantur. vide D. Hieron. in Mat. XII. v. 32. Greg. Mag. epist. l. 4. ep. 50. ad Virgil. edit. Romæ 1591. Genadii epist. Encycl. de Simonia, ad Metropolitanos & papam Romanum. Tarasii epist. ad Adrianum de ordinationibus simoniacè non conferendis, apud Bin. tom. 3. Concil. p. 262. edit Col. 2606. Concil. Aurelian. 2. c. 4. Hincm. Remens. epist. ad Episcopos Franciæ cap. 5. edit. Mogunt. 1602. Concil. Paris. VI. l. 1. c. XI. Concil. Gall. tom 2. pag. 489. Concil. vern. c. XXIV. ibid. p. 33. Isid. Pelusiot. epist. l. 1. ep. 315. ubi simoniacum καὶ ἄφαρ χειροτόνον vocat. Ut alia quam plurima, quæ adduci possunt, cautus omittant testimonia, nostra etiam Ecclesia religiosè, si quæ alia, perpetuò hunc Canonem observavit: usque adeo, ut non nunc solum dierum, sed antiquitus etiam, Episcopus ab eo, qui illi præsentatus est, juramentum accepit, se nihil pro præsentatione vel dedisse, vel promisisse; ut è veteri Willelmi Lyndwodi provinciali patet, ubi hoc Stephani Archiepiscopi decretum in Concilio Oxonienſi editum extat, *Præsenti statuto diffinimus, ut Episcopus ab eo qui præsentatus sibi fuerit, recipiat juramentum, quod propter præsentationem illam nec promiserit, nec dederit aliquid præsentanti, nec aliquam propter hoc inierit pactionem; maxime si præsentatus ipse super hoc suspectus fore verisimiliter videatur.* Lyndwod. provinc. l. 2. de jurejurando fol. 55. col. 2. edit. Paris. 1506.

Τπ' ἐμοῦ Πέτρου. Antiquitus ita legebatur, ὡς Σίμων μάγος ὑπὸ τοῦ Πέτρου. Unde Dionysius Exiguus vertit, *sicut Simon Magus à Petro*; & ex eo Egbertus Eboracensis in excerpt. at postea, à nescio quo Canonum horum interpolatore, nova hæc lectio introducta est, ὑπ' ἐμοῦ Πέτρου. Quomodo legit & Joh. Antiochenus. Collect. can. tit. 11. ut & Concilium Nicænum secundum can. 5. & omnes Græcorum tàm impressi, quam MSS. codices, quibus adhuc gavisi sumus: & Josephus Ægyptius, qui sic interpretatur, كما تجنبت انا بطرس خلطة سيمن الساحر ونفيت من كنيسة الله بامر من الروح القدس *Quemadmodum ego Petrus devitavi societatem Simonis incantatoris, eumque Spiritus Sancti jussu Ecclesiâ Dei expuli.* Hæc autem corruptio ab aliquo videtur excogitata, cui persuasum fuit hos Canones verè Apostolicos esse, quod ut alii quoque crederent, pro ὑπὸ τοῦ substituit ὑπ' ἐμοῦ.

## In Can. XXXI.

Εἴ τις ἀφεστῶτος. Cyprianus *Et cùm ad nos in Africam legatos misisset* Novatianus, *optans ad Communicationem nostram admitti, hanc à Concilio plurimorum sacerdotum, qui præsentes eramus, sententiam retulerit, se foris esse cœpisse, nec posse à quoquam nostrum sibi communicari, qui, Episcopo Cornelio in catholicâ Ecclesiâ de Dei judicio & Cleri ac plebis suffragio ordinato, profanum altare erigere, & adulteram cathedram collocare, & sacrilega contra verum Sacerdotem sacrificia offerre tentaverat.* Cyprian. epist. 13. ad Stephanum. de Marciano Arelatense p. 69. l. 25. lib. 3. epist. edit Manut. v. Concil. Antioch. c. 5.

*Balſ.* συνεχώρησα. De his vide Concil. Nic. 2. can. 17.

Σημείωσαι ἃ παρόντα. Hæc usque ad finem ἃ ἐπίσης ἑρμωνείας in impressis desiderata, è MS. Bodleiano restituimus: quæ revera Balsamonis esse ex initio ἃ ἐπίσης ἑρμωνείας probè constat.

Γάρ φασιν. In hujus loci interpretatione latina nos παρενθετικῶς interseruimus, *Chrysostomus*, cujus sunt verba hîc citata in epist. 2. ad Timotheum λογ. β'. ad quem etiam Sermonem Balsamon in ultimis primæ hujus interpretationis verbis lectorem remittit, v. Chrysost. op. tom. 4. p. 338. edit Savil.

*Arist.* Μετὰ τῆς ἀξιωμάτων. Christophorus Justellus legit μετ' αὐτῆς, ac si altare unà cùm Episcopo, qui istud fixerat, dejiceretur. At nostra lectio Canonis mentem meliùs exhibet.

## In Can. XXXII.

Εἴ τις πρεσβύτερος ἢ διάκονος. Scholiastes Harmenopuli in hunc Canonem hæc observat, ὃ περὶ ἄλλης ἐκκλησίας ἐποιήσατο φησὶν, ἀλλὰ περὶ τῶ διαδεξαμένου τὸν ἀρχιεπισκοπικὸν ἀξίαν τῶ ἀφειλομένῳ, μὴ τὸν ἑαυτοῦ πλησίον· καὶ ζῶντος ἢ τῶ ἀφειλομένου ζωοδικῶς ἀφειλομένος λύεται, εἰ μὴ δικαίως φανείη γινόμενος. Harmenop. sect. 2. tit. 3. Quæ Zonaræ præsertim hujus Canonis interpretationi suffragantur.

## In Can. XXXIII.

Μηδένα δεῖ ξένων. Concilium Heorutfordense sub Theodoro Archiepiscopo celebratum can. 6. *Ut Episcopi atque Clerici peregrini contenti sint hospitalitatis munere oblato, nullique eorum liceat ullum officium sacerdotale, absque permissu Episcopi, in cujus paræciâ esse cognoscitur, agere statuit.* Bed. hist. Eccles. l. 4. c. 5. Ex eo quòd hoc statutum ex præsenti Canone sumptum sit, Codicem à Theodoro tunc temporis oblatum, Apostolicos etiam Canones adnexos habuisse, abundè constat.

*Arist.* Ξένων ἱερέων. In Aristeni epitome Canonum à Justello editâ, hîc ita legitur, ξένων ἱερέως δίχα συστατικῶν ἢ προσδέχεται, καὶ ἔχων ἐπαναχώρησιν, καὶ εἰ τοὺς ἐγδοτιμῶντας φασίν, εἰ δ' ὃν ἀφορίζόμενον ἀναπέμπει. Hîc pro nostro ἐλθὼν, legitur & quidem rectiùs, ἔχων, viz. συστατικὰ. Et ubi in nostro codice legitur τῆς ἐγδοτόμων, & in Simeonis Logothetæ epitome τῆς ὀγδοτόμων φασίν, hîc habetur καὶ τοὺς ἐγδοτιμῶντας φασίν, *Si eos qui rectè sentiunt, admittit*; ut transfert Justellus. At nostra lectio præferenda est, καὶ τῆς ἐγδοτόμων φασίν, quæ meliùs fortasse transferatur, *Et si sit ex orthodoxis, admittitur.* Cæterum pro εἰ δ' ὃν, Justellus pessimè legit, εἰ δ' ἦν tam hîc, quam in Logothetæ epitome: nec meliùs ἀφορίζόμενον, pro ἐφοδιαζόμενον, quomodo legit & Logotheta; ubi tamen à Justello male vertitur, *Segregatur*, ac si ἀφορίζόμενον esset.

## In Can XXXIV.

Τὸν ἐν αὐτοῖς φρῶτον. Insignis locus ad evincendam Archiepiscoporum, Metropolitarum, & Patriarcharum antiquitatem, & primitivarum Ecclesiarum in provincias distributionem: quam ab ipsis etiam Apostolis institutam esse, eruditissimus ille Petrus de Marca probat, de Concord. sacerd. & Imp. l. 6. c. 1. Et quidem ipsis quibus conditi sunt hi Canones diebus, provinciarum metropoles, ac proinde singularum provinciarum metropolitanos, constitutos fuisse, ex Tertulliano colligimus, dicente, *Proxima est tibi Achaia? Habes Corinthum. Si non longè es à Macedoniâ, habes Philippos, habes Thessalonicenses. Si potes in Asiam tendere, habes Ephesum. Si autem Italiæ adjaces, habes Romam, unde nobis quoque autoritas præsto est.* Tertul. de præscript. hær. c. 36. His enim verbis haud obscurè indigitat, suis etiam temporibus Corinthum Achaiæ metropolim fuisse, Philippos & Thessalonicam in Macedoniâ, Ephesum Asiæ, & Romam Italiæ. Sic etiam Cyprianus Carthaginem alias sibi subjectas habuisse provincias docet, *sed quoniam latiùs*, inquit, *fusa est nostra provincia; habet etiam Numidiam & Mauritanias duas sibi cohærentes.* Cyprian. ep. 8. ad Cornel. de Polycarpo Hadrumetino. l. 45. p. 103. lib. 4. epist. edit. Manut. Rationem, quare primò instituti sunt Metropolitani, Concilium Antiochenum reddit can. 9.

Διὰ τὸ ἐκείνου γνώμης. Vox γνώμη in hoc & similibus canonum Antiquorum locis non nudum suffragium, sed autoritatem cum suffragio conjunctam significat; ut observat etiam Petr. de Marca de concord. l. 5. c. 7. Paraphrastes Arabicus فلا يفعل الشيا بهواه بل يعرف حق الرييس الذي هو عليه من مطران او بطريرك ولا يعمل شي الا بهواه *Et nihil faciet ex propriâ voluntate; sed agnoscet jus præsidis qui*

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

*qui ei præest à Metropolitano aut patriarchâ; & nihil faciet, nisi ex ipsius voluntate*: viz. Nihil magni momenti, & quod ad suæ provinciæ administrationem non pertinet; ut recte enim observat Scholastes Harmenopuli in hunc Canonem Περὶ δογματικῶν λίγι ζητάσιων, σταλμάτων κοινῶν, καταστάσιως ἀρχιερέων, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Harmen. epit. can. sect. 1. tit. 4. (Hæc autem ex Zonaræ interpretatione hujus Canonis desumpta videntur.) Illustre hujus rei exemplum habemus in Actione quartâ Concilii Chalcedonensis; ubi decem Episcopi diœceseos Ægyptiacæ, cùm Patriarcha ipsorum Dioscorus Alexandrinus damnatus fuisset, à Synodo invitati, ut Leonis papæ Romani Epistolæ subscriberent, & Eutychem anathematizarent, responderunt per Hieracum, sibi non fas esse aliquid tale facere, usque dum alius in locum Dioscori Alexandriæ Patriarcha constitueretur, cujus sententiam se, ut sequantur, expectare oportet. Ipsorum verba sunt, Περὶ δὲ τοῦ ἐπισκόπους ἀκινήτους καὶ ἀπροκρίτους ἀρχιεπισκόπου λίγουσι πάντες οἱ ἀγιώτατοι ἡμῶν πατέρες, ὅτι ἐν ἅπασιν ἀναμφιβόλως τιμῶ γνώμῃ τοῦ παρ' ἡμῖν ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου, καὶ ἀδιαλείπτῳ τιμῶ ὑμετέραν φιλανθρωπίαν αἰτεῖσθαι τιμῶ τοῦ ἡμετέρου ἁγιότητος γνώμην· ἕως δὲ ἐν ἅπασιν ἀκολουθήσωμεν. Concil Chalced. Act. 4. p. 588. tom. 8. Conc. edit. Par. 1644. Quod etiam ex antiquâ consuetudine sibi incumbere paucis interjectis adducit, p. 591. Ἵνα κατὰ τὰ ἀρχαῖα ἔθη τῇ γνώμῃ ἐκείνου ἐξακολουθήσωμεν. Verum antiqua hæc consuetudo præsenti proculdubiò Canone primò fundata est. Notandum præterea, Judices & Senatum indictâ Synodo protinus subjungere, Ægyptiacos Episcopos dixisse, Καὶ εἶναι ἐν τῇ Αἰγυπτιακῇ διοικήσει, ὡς γνώμῃ καὶ διατάξει τοῦ ἀρχιεπισκόπου μηδὲν ποιεῖν ποιεῖν. ibid p. 593. Hic enim Alexandrini Archiepiscopi γνώμη ab Episcopis expectatam, etiam διατάξιν *definitionem* interpretantur: quæ etiam in hoc Canone recta vocis istius notio videtur, ubi ad Primatem refertur; etiamsi omnium etiam Episcoporum sententia γνώμη dicatur.

Ἀλλὰ μηδὲ ἐκεῖνο. Hanc Canonis partem Cyprianus Episcopus Carthaginensis observavit. Nam de lapsis ad pœnitentiam componendis, ait, *Quæ res cum omnium nostrum consilium & sententiam spectet, præjudicare ego & solus mihi rem communem vindicare non audeo: & ideo institui interim Epistolas, quas ad vos proximè feceram, quarum exemplum collegis quoque multis jam missi, qui rescripserunt, placere sibi quod statuimus, nec ab eo recedendum esse, donec pace nobis à Domino redditâ in unum convenire & singulorum causas examinare possimus.* Cyprian. epist. 19. Clerum, de non danda lapsis pace ante pœnitentiam. lib. 3. epist. edit. Manut.

Καὶ δξαδῆς. Eodem modo, quo codex Bodleianus, hîc impressus, etiam Johannes Antiochenus hæc verba usque ad finem Canonis legit, nisi quod Ἰησοῦ Χριστοῦ omittat. Joh. Ant. collect. can. tit. 2. At in codicibus antehac editis & iis, qui à Gentiano Herveto versi sunt, ita legebantur, Καὶ δξασθήσῃ ὁ θεὸς διὰ κυρίου ἐν ἁγίῳ πνεύματι ὁ πατὴρ, καὶ ὁ υἱὸς, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα. Dionysius Exiguus, *Et glorificabitur Deus per Christum in Spiritu Sancto.* Ultima ergo verba ὁ πατὴρ &c. non legit. At in Arabicâ paraphrasi, ab ἵνα τι inclusivè, usque ad Canonis finem omnia omittuntur.

## In Can. XXXV.

Ἐπίσκοπον μὴ πολλῶν. Cum Episcopus Antiochenus in insulâ Cypro ordinationes facere & autoritatem exercere conaretur, Rheginus Constantiensis reliquorum insulæ Episcoporum nomine libellum tertiæ œcumenicæ Synodo, tunc temporis Ephesi celebratæ, obtulit, quo Episcopum Antiochenum hoc *contra Apostolicos Canones & definitiones sanctissima Nicænæ Synodi* tentâsse asseruit. Synodus re perpensâ decretum edidit, quo Episcopum Antiochenum in dictâ insulâ ordinationes peragere vetuit; idque ne patrum Canones transiliantur. Incipit hoc decretum his verbis, Πρᾶγμα περὶ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς θεσμοὺς καὶ τοὺς κανόνας τῶν ἁγίων ἀποστόλων (al. πατέρων) καινοτομούμενον, καὶ τὸ πάντων ἐλευθερίας ἀπτόμενον, προσήγαγεν ὁ θεοφιλέστατος Ρηγῖνος Concil. Ephes. act. sept. tom. 5. Conc. p. 782. edit. paris. 1644. Ubi per ἐκκλησιαστικοὺς θεσμοὺς καὶ τοὺς κανόνας τῶν ἁγίων ἀποστόλων, præsens inter alios haud dubiè Canon indigitatur; etiamsi τῶν ἁγίων πατέρων verior sit lectio, quàm ἀποστόλων. Enimvero *per leges Ecclesiasticas*, Canones Apostolici, per *patrum Canones*, Nicæni, quorum etiam ibidem fit mentio, intelligendi sunt. Porro Scholiastes Harmenopuli in hunc Canonem hæc observat. Τὸ δὲ Συνοδικὸν σημείωμα τοῦ πατριάρχου Μιχαὴλ τοῦ καὶ ὑπάτου χρηματίσαντος καὶ φιλοσόφου, τὸ μὲν ἐπισκόπους δεῖ μετὰ τῆς μητροπόλεως χειροτονεῖσθαι, εἰ μήπου μὴ φθάσει καὶ διάστημα ἕξαμηνιαῖον ποιήσει· τὸ δὲ χειροτονεῖσθαι ἐν ἑαυτῇ τῇ ἐπαρχίᾳ ἱεραπόλιν, ἐν ᾗ κληρικεύονται. συγχωρεῖ δὲ τοῖς ἀρχιερεῦσι περὶ πίστεως πατριαρχῶν διδάσκειν καὶ κατηχεῖν, καὶ βαπτίζειν τοὺς ἐθνικοὺς ὄντας, καὶ θείων αὐτοῖς μυστηρίων μεταδιδόναι. Harmen. epit. can. sect. 1. tit. 4. Totum hoc Michaelis σημείωμα extat in Juris Gr. Rom. l. 3. p. 227. edit. Francof. 1596.

*Arist.* Μετὰ τὸ πλουσίου. Hæc verba in Aristeni Synopsi à Justello editâ desiderantur. At in Simeonis Logothetæ epitome rectiùs leguntur, μὴ τὸ πλουσίου. Nec sine illis plenus Canonis sensus exprimitur.

## In Can. XXXVI.

Αὐτὸς μενέτω. Sic præter MS. Bodleianum Gentianus Hervetus, & ante eum Dionysius Exiguus legit, uterque enim vertit, *Ipse quidem maneat Episcopus.* Quinetiam in Zonaræ Scholiis locus hic ita explicatur, ὁ μὲν ὅτι κοσμεῖ ὅτι τὰ οἰκεῖα ὀφείλει, ut ipse eodem modo legisse videatur. Verum in impressis legitur, αὐτὸς μὲν ἴσα ὀφείλει. Johannes Antiochenus, Αὐτὸς μὲν ὅπερ χειροτονεῖται ἴσα ὀφείλει. Joh. Ant. coll. can. tit. 10.

*Arist.* Δυσανακτεῖ. In Henrici Stephani thesauro, Δυσανακτέω πρὸς τὴν θάλασσαν, ex Philarcho affertur, pro *A mari abhorreo*, Stephanus autem scribendum putat potiùs Δυσχανακτέω, vel Δυσανεκτέω. Hoc autem in loco Δυσανακτεῖ potiùs legendum suspicor. Sic enim Justellus, tam in Aristeni quam Logothetæ epitome, legit; ut & pro καταδέξῃ, utrobique legit ὑποδέξῃ.

## In Can. XXXVII.

Δεύτερον τοῦ ἔτους. Concilia frequenter in Ecclesiâ quoque primitivâ juxtà hunc Canonem celebrata fuisse ex Tertulliano patet dicente, *Aguntur præterea per Græcias illa certis in locis Concilia, ex universis Ecclesiis, per quæ & altiora quæque in commune tractantur, & ipsa repræsentatio totius nominis Christiani magnâ veneratione celebratur.* Tertul. de jejun. cap. 13. Iisdem etiam diebus plurima de paschate habita fuisse Concilia testis est Eusebius, hist. Eccles. l. 5. c. 23. 24. De variis autem Conciliorum generibus, & tempestatibus quibus celebranda sunt alibi convenientior agendi locus occurret.

Τῇ πεντηκοστῇ ἑβδομάδι ἡ πεντηκοστή. Hîc sub Pentecostes nomine totum istud intervallum, quod à paschatis die ad Festum Pentecostes intercedit, comprehenditur: quo sensu vox *Pentecoste* à patribus sæpiùs usurpatur. Tertullianus, *Excerpe singulas solennitates nationum, & in ordinem exsere, Pentecosten implere non poterunt.* Tertul. de idololatriâ c. 14. in fine. Concilium Nicænum 1. καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς πεντηκοστῆς. can. 20. Hieronymus, *Die Dominico, & per omnem Pentecosten.* Hieron. Dialog. adv. Lucifer. tom 2. oper. fol. 47. H. edit. Erasm. Sic Ambros. serm. 61. initio Augustin. Epist. 119. ad Jan. cap. 15. p. 573. tom. 2. oper. Concil. Antioch. can. 20. Epiphanius, Ἐπὶ ἐν ταῖς ν'. ἡμέραις, ἃς προεῖπεν ἡ πεντηκοστῆς. Epiphan. expos. fid. Basilius τὰς ἀπὸ τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς ἑβδομάδας. Basil. de spiritu S. cap. 27. circa medium. Quocirca quarta pentecostes hebdomas, quâ primum quotannis conventum haberi hîc præcipitur, quartam denotat septimanam post Festum paschatis, unde Josephus Ægyptius rectè exponit, في الجمعة الرابعة بعد الفصح *quartâ septimanâ post paschа.* Et Zonaras in Canonem, τῷ τετάρτῳ ἑβδομάδι τῷ μετὰ τὸ πάσχα.

Ὑπερβερεταίου δυσκρίτη. Hyperberetæus unus est è mensibus, quibus Syromacedones & Asiani propriè sic dicti, usi sunt. Hîc autem octobri Juliano exactè respondet, ut colligimus, nec tantum ex Balsamonis & Zonaræ in hunc Canonem scholiis, sed & è Dionysio Exiguo hæc verba sic interpretante, *Secundo verò* XII. *die mensis Hyperberetæi, id est juxta Romanos quarto Idus Octobris*, sive Octobris duodecimo. Ut idem sit initium Hyperberetæi in anno Asiano & macedonico, quod Octobris in Juliano. Quod etiam ex Arabicâ paraphrasi probè constat, sic vertente, وامرنا ان يكون اجتماعهم الاول في الجمعة الرابعة بعد الفصح واجتماعهم الثاني في الثاني عشر من تشرين الاول



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

*Et præcipimus, ut primus conventus habeatur quartâ septimanâ post pascha, & secundus conventus duodecimo die Tisrin prioris.* Nam etiam Tisrin prior in anno Syriacorum Octobri Juliano coincidit. Quæ ut magis perspicua fiant, non abs re erit mensium Syriacorum & Macedonicorum seriem, post receptam anni Juliani formam, iis usitatam, hoc laterculo describere: ut primo intuitu videre liceat, quomodo cum Julianis mensibus concurrunt.

| Menses Juliani | Macedonici | Syriaci | |
|---|---|---|---|
| *Januarius.* | Αὐδναῖος. | ܟܢܘܢ ܐܚܪܝܐ | *Canun posterior.* |
| *Februarius.* | Περίτιος. | ܫܒܛ | *Shebat.* |
| *Martius.* | Δύστρος. | ܐܕܪ | *Adar.* |
| *Aprilis.* | Ξάνθικος. | ܢܝܣܢ | *Nisan.* |
| *Maius.* | Ἀρτεμίσιος. | ܐܝܪ | *Aijar.* |
| *Junius.* | Δαίσιος. | ܣܝܢ | *Haziran.* |
| *Julius.* | Πανήμος. | ܬܡܘܙ | *Tamuz.* |
| *Augustus.* | Λῶος. | ܐܒ | *Ab.* |
| *September.* | Γορπιαῖος. | ܐܠܘܠ | *Elul.* |
| *October.* | Ὑπερβερεταῖος | ܬܫܪܝ ܩܕܡܝܐ | *Tisrin prior.* |
| *November.* | Δῖος. | ܬܫܪܝ ܐܚܪܝܐ | *Tisrin posterior.* |
| *December.* | Ἀπελλαῖος. | ܟܢܘܢ ܩܕܡܝܐ | *Canun prior.* |

In Hoc laterculo mensium in anno Juliano consequentiam observavimus, quo fit ut in Syriacis Canun posterior priùs collocetur, quòd Januario respondeat. At Syri initium anni à Tisrin priori deducunt, hoc est, ex Octobri Juliano. Et hæc quidem Syriaca mensium nomina anno Juliano accommodata, non ipsis solummodo Syris, sed & Alexandrinis aliisque usitata sunt, ut non tantum ex paraphrasi jam laudatâ, sed & Eutychio annalium Alexandrinorum conditore patet, qui sæpiùs iis utitur. In hoc porro Laterculo videre est, ut Hyperberetæi & Tisrin prioris duodecimus, idem sit ac duodecimus Octobris in anno Juliano, nam omnes hi menses eodem die ineunt. De his annis & mensibus videsis institutionum nostrarum Chronolog. l. 1. c. 12. 13. vide & notas in Concil. Antioch. can. 12.

## In Can. XXXIX.

Μηδὲν ἐπιτελεῖσθαι. Eadem, quæ hoc Canone constituuntur, Ignatius etiam docebat, ὥσπερ οὖν ὁ κύριος ἄνευ τοῦ πατρὸς οὐδὲν ποιεῖ, ὅτε καὶ ὑμεῖς ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου, μηδὲ πρεσβύτερος, μηδὲ διάκονος, μηδὲ λαϊκὸς, μηδέ τι φανερὸν ἔλεγεν ἑαυτῷ τοῦτο εἶναι γινώμην, Ignat. epist. ad Magnes. p. 55. edit. Usser. Oxonii. Paulo tamen aliter apud Vossium hæc leguntur pag. 33. Quæ autem sine Episcopi sententia non sunt peragenda, idem tradit, dicens μηδεὶς χωρὶς ἐπισκόπου τι πρασσέτω τῶν ἀνηκόντων εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Id. epist. ad Smyrnenses p. 117. Sic & Josephus Ægyptius hunc Canonem ἀδιαστρόφως interpretatur, ولا يعمل احد من القسوس والشمامسة شيا في الكنيسة الا بهوا الاسقف *Et nullus ex Presbyteris & Diaconis aliquid in Ecclesiâ faciet sine Episcopi sententiâ.* Ignatius autem in dictâ Epistolâ ad Smyrnenses, nonnulla figillatim recenset, quæ citra Episcopi sententiam in Ecclesiâ non sunt peragenda, οὐκ ἐξὸν ἐστὶ χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου, οὔτε βαπτίζειν, οὔτε προσφέρειν, οὔτε θυσίαν προσκομίζειν, οὔτε δεῖπνον ἐπιτελεῖν· ἀλλ' ὃ ἂν ἐκείνῳ δόκῃ κατ' ἐυαρέσκειαν Θεοῦ, ἵνα ἀσφαλὲς ᾖ καὶ βέβαιον πᾶν ὃ ἂν πράσσῃ. Hanc quidem disciplinam, quantum saltem ad baptismum, ab Ecclesiâ primitivâ religiosè observatam fuisse, locupletem habemus testem ipsum Tertullianum, dicentem, *Supereſt ad concludendam materiolam, de observatione quoque dandi & accipiendi baptismum commonefacere. Dandi quidem habet jus summus Sacerdos, qui est Episcopus: dehinc Presbyteri & Diaconi; non tamen sine Episcopi autoritate, propter Ecclesiæ honorem.* Tertul. de baptismo cap. 17. Idem docuerunt B. Ambrosius de sacrament. l. 3. c. 1. Et Hieronymus, *Sine Episcopi jussione, neque Presbyter, neque Diaconus jus habeant baptizandi*, Hieron. dial. adv. Lucifer. tom. 2. oper. p. 47. 1. Denique Scholiastes Harmenopuli de Ecclesiasticis præcipuè censuris hunc Canonem interpretatur, ad μηδὲν ἐπιτελεῖσθαι in Canone hæc observans, ἐπτὰ ὧν δηλονότι, ἀφορίζων, ἢ λύων ἀφορισμὸν, ἢ μεῖων, ἢ ἐπιτείνων. Harmenop. epit. can. sect. 2. tit. 3. Quæ ex Balsamonis & Zonaræ Scholiis desumpta videntur.

## In Can. XL.

Ἐπιφανεῖ. Ex eo, quòd hoc Canone cautum sit, ne quæ propria sunt Episcopi post ipsius mortem ullo modo intercidant, etiam nec sub rerum Ecclesiasticarum obtentu, aperte satis laudari videtur idem Canon à Concil. Chalced. can. 22. dicente, *Non licere Clericis post mortem proprii Episcopi res, quæ ad ipsum pertinent, rapere,* κελεύει καὶ τοῖς πάλαι κανόσι ἀποῤῥῆδην. etiamsi non tantum codex Bodleianus & Genianus Hervetus, sed & ipse Balsamon, in Scholiis ad dictum Canonem, legat, κελεύει καὶ τοῖς ἐξηλαμβάνουσι ἀποῤῥῆδην. In Græcâ tamen Balsamonis editione prior lectio retinetur, quam etiam veriorem esse ex antiquioribus interpretibus abunde constat. Nam Dionysius Exiguus vertit, *Sicut antiquis quoque est Canonibus constitutum*, Et eo longè vetustior Latinus Canonum translator à Justello editus, *Sicut & anterioribus Canonibus cautum est*: quibus suffragatur & Joh. Antiochenus, collect. can. tit. 4.

## In Can. XLI.

Καὶ τοῖς δεομένοις. In Ecclesiâ recens natâ usus ex D. Pauli instituto 1. Cor. XVI. 2. obtinuit, ut qui ad templa accedebant, stipem aliquam in *arcæ genus* (ut cum Tertulliano loquar) pro libitu apponerent. Quodcunque apponebatur, apud præsidem sive Episcopum depositum, ab eodem in pauperes distributum fuit, ut ex insigni isto Justini Martyris loco discimus, οἱ εὐποροῦντες καὶ βουλόμενοι, κατὰ προαίρεσιν ἕκαστος τῷ ἑαυτοῦ, ὃ βούλεται δίδωσι· καὶ τὸ συλλεγόμενον παρὰ τοῦ προεστῶτος ἀπόκειται, καὶ αὐτὸς ἐπικουρεῖ ὀρφανοῖς τε καὶ χήραις, καὶ τοῖς διὰ νόσον ἢ δι' ἄλλην αἰτίαν λειπομένοις, καὶ τοῖς ἐν δεσμοῖς οὖσι, καὶ τοῖς παρεπιδήμοις οὖσι ξένοις, καὶ ἁπλῶς πᾶσι τοῖς ἐν χρείᾳ οὖσι κηδεμὼν γίνεται, Justin. Apol. p. 77. l. 36 edit. Sylburg. Eadem habes & apud Tertul. apol. c. 39. & Constit. Apostol. l. 2. c. 25. Episcopos autem per Presbyteros & Diaconos, ut hoc Canone cautum est, egenis subministrâsse ex Cypriano perspicuè satis colligimus, utpote qui ad clerum suum scribens, hæc habet, *Et quoniam mihi interesse nunc non permittit loci conditio, peto vos pro fide & religione vestrâ, fungamini illic & vestris partibus & meis, ut nihil vel ad disciplinam vel ad diligentiam desit. Quantum autem ad sumptus suggerendos, sive illis, qui gloriosâ voce Deum confessi, in carcere sunt constituti, sive iis, qui pauperes & indigentes laborant, & tamen in Domino perseverant, peto nihil desit; cùm summa omnis, quæ redacta est, illic sit apud Clericos distributa, propter ejusmodi casus, ut haberent plures, unde ad necessitates & pressuras singulorum operari possent.* Cyprian. epist. 2. l. 5. ad Clerum, de cura pauperum, & quiete plebis, edit. Manut.

## In Can. XLII.

Καὶ μέθαις. Egbertus Eboracensis, *ut nullus ex sacerdotum numero ebrietatis vitium nutriat, nec alios cogat per suam jussionem inebriari*, Egbert. in excerpt. Edgarus rex Saxonum Ænd þe læpaþ þ þreoftaf beoftgan þiþ oþer þruncen ⁊ nit ȝeoftne belean oþrum mannum. *Docemus etiam, ut sacerdotes ipsi ebrietatem caveant, aliis perhibeant studiosiùs cavendam.* Eadem constituunt & Canones Ælfrici ad Wulfinum Episcopum. Scholiastes Harmenopuli ad hunc Canonem hæc notat, Η ϟ ρκγ'. παρὰ Ἰωαννίνου ἀφορίζουσι τίτες καὶ μοναστήρια ἐμβάλλῃ. Harmenop. sect. 3. tit. 2.

IN

## In Can. XLIV.

Τοκος ἀπωτῶν. Hoc crimen ſui temporis Epiſcopis objectat Cyprianus, eos arguens, *Eſurientibus in Eccleſiâ fratribus (non ſubvenire) habere argentum largiter velle, fundos inſidioſis fraudibus rapere, uſuris multiplicantibus fœnus augere*, Cypr. de lapſis p. 180. l. 33. edit. Manut: Concilium Eliberitanum, *Si quis Clericorum detectus fuerit uſuras accipere, placuit eum degradari, & abſtineri.* Concil. Eliber. can. 20. v. Concil. Nic. 1. can. 17.

## In Can. XLV.

Αιρετικοῖς συνδρέμειν. Eouſque hæreticos primitivi vitarunt Chriſtiani, ut iis ad iſtos vel accedere religioni eſſet & omnino prohibitum. Tertullianus, *Apud hæreticos, ubi omnia extranea & adverſaria noſtræ veritati, ad quos vetamur accedere.* Tertullian. de præſcr. hær. c. 12. Cyprianus, *Procul ab hujuſmodi hominum contagione diſcedite, & ſermones eorum velut cancrum & peſtem fugiendo vitate.* Cyprian. epiſt. 8. ad plebem de quinque Presbyteris Schiſmaticis l. 1. epiſt. p. 26. l. 8 edit. Manut. Et S. Johannes Apoſtolus cum Cerintho Apoſtolo nec unà lavari voluit; Cùm enim Epheſi lotum ſe contuliſſet, videns intùs Cerinthum, de balneo protinus exiluit non lotus, dicens, *quòd timeat, ne balneum concidat, cum intus eſſet Cerinthus inimicus veritatis*: ut tradit Irenæus. l. 3. c. 3.

## In Can. XLVII.

Εαν μὴ βαπτίση. Hoc loco obſervatu digniſſima ſunt D. Cypriani verba; *Apud nos autem*, inquit, *non nova aut repentina res eſt, ut baptizandos cenſeamus eos, qui ab hæreticis ad Eccleſiam veniunt, quando multi jam anni ſunt & longa ætas, ex quo ſub Agrippino, bonæ memoriæ viro, convenientes in unum Epiſcopi plurimi hoc ſtatuerint, atque exinde in hodiernum tot millia hæreticorum in provinciis noſtris ad Eccleſiam converſi, non aſpernati ſint, neque cunctati, imo & rationabiliter & libenter amplexi ſint, ut lavacri vitalis & ſalutaris baptiſmi gratiam conſequerentur.* Cyprian. ad Jubaian. de hæreticis baptizandis. p. 259. l. 39. edit. Manut. Ex his verbis abundè conſtat in Concilio ſub Agrippino multis annis longa ante Cyprianum ætate, celebrato, ſi non verba, ſenſum tamen præſentis Canonis conſtitutum eſſe, & ab omnibus Carthaginenſis Eccleſiæ filiis libenter admiſſum. Quod etiam ex Tertulliano patet, qui hæreticos ad Eccleſiam converſos ſuis etiam diebus baptizatos aſſerit, de baptiſmo cap. 15, & de pudicitiâ c. 12. & de præſcript. hæret. c. 12. rationem reddit, *Nemo inde ſtrui poteſt, unde deſtruitur; nemo ab eo illuminatur, à quo contenebratur.* Et hanc conſtantem fuiſſe Cypriani ſententiam ex Epiſtolis ipſius ad Januarium, Quintum, Stephanum, Jubaianum, alioſque, luculenter patet. Hîc autem videndum eſt, quales pro hæreticis, in Eccleſiam Catholicam per baptiſmum admittendis, antiquitùs habiti fuerant: quibus viz. *omnia ſunt extranea & adverſaria noſtræ veritati*, ut loquitur Tertullianus de præſcr. hær. c. 12. *& quibus non idem eſt ac nobis Deus, nec unus Chriſtus*, Id. de baptiſmo cap. 15. quique proinde non eandem fidei regulam nec præſcriptam baptiſmi formam amplexi ſunt. Cujuſmodi fuerunt Hermogeniani, Praxeani, Cataphrygæ, Valentiniani, Marcioniſtæ, Quintilianiſtæ & Apelletiani, contra quos Tertullianus ſcripſit; item qui, teſte Irenæo in nomen ignoti patris univerſorum, in veritatem omnium matrem, in eum qui in Jeſum deſcendit, in unionem & redemptionem & communicationem virtutum baptizarunt; item qui inter baptizandum horrenda neſcio quæ nomina Βασυμὰ, χαμοσὰ, βαυαναρσὰ, μυσαδὶα φνασδὲ, κουσὰ, βαβοῒὸ, χαλαχθεῖ pronunciabant, Iren. l. 1. c. 18. Cùm hi enim & hujuſmodi *baptiſmum ritè non habeant, ſine dubio non habent*, ut rectè Tertullianus de baptiſmo cap. 15. Quocirca doctiſſimi Eccleſiæ primitivæ præſules prudenter hoc Canone conſtituerunt, hæreticos ad Eccleſiam accedentes baptizandos eſſe, utpote quos utcunque ablutos, nullo tamen modo juxtà Chriſti præſcriptum baptizatos, nec in Eccleſiâ adhuc conſtitutos judicabant. Qui autem ritè ſemel baptizati ſunt, denuo baptizari præſenti quoque Canone prohibentur. Siquidem *denuo alicui non licet.* Tertul. de pudicitiâ c. 16. p. 734. l. A. edit. Rigalt. *Semel ergo lavacrum inimus, delicta diluuntur, quia ea iterari non oportet.* Id. de baptiſmo cap. 15. *quo & ipſo baptiſma ſalutaris aquæ ſignificatur, quod ſemel ſcilicet ſumitur, nec rurſus iteratur*, Cyprian. epiſt. 3. l. 2. ad Cæcilium p. 41. l. 8. edit. Manut.

## In Can. XLIX.

Εἰς πατέρα, καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα. Ab ipſis etiam Eccleſiæ primordiis baptiſmum juxta Domini præceptum Mat. XXVIII. 19. nomine patris & filii & Spiritus S. celebratum fuiſſe, ex Juſtino Martyre liquet, dicente ἐπ' ὀνόματος δὲ τοῦ πατρὸς τῶν ὅλων καὶ δεσπότου θεοῦ καὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ καὶ πνεύματος ἁγίου τὸ ἐν τῷ ὕδατι τότε λουτρὸν παιοῦνται. Juſtin. Apol. 2. p. 73. l. 35. edit. Sylbur. v. & Tertul. adv. Praxean. c. 26. in fine, & conſtit. Apoſtol. l. 3. c. 16, & notas ad proximum Canonem.

## In Can. L.

Μη τρία βαπτίσματα. Trinam in baptiſmo peragendo immerſionem antiquitùs uſitatam fuiſſe, locupletes habemus teſtes. Tertullianus enim *Nec ſemel*, inquit, *ſed ter ad ſingula nomina in ſingulas perſonas tingimur*, Tertul. adv. Prax. c. 26. ult. verbis. *Dehinc ter mergitamur.* Id de coronâ milit. c. 3. Athanaſius, τὸ γὰρ καταδῦσαι τὸ παιδίον ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ τρίτον, καὶ ἀναδῦσαι, τοῦτο σκιοῦ ἦν τὰ διὰ τριῶν καὶ τῶν τριήμερον ἀνάστασιν τοῦ χριστοῦ, Athan. quæſt 94. de parabolis Evang. p. 345. t. 2. edit. commel. Cyrillus Hieroſolymitanus, καὶ καταδύετε τρίτον εἰς τὸ ὕδωρ, καὶ πάλιν ἀναδύετε, Cyril. Catech. Myſtag c. 2. p. 232. B. edit. Prevot. paris. 1631. S. Baſilius, τοὺς βαπτιζομένους ἐκ παραδόσεως ad Apoſtolicam traditionem refert, lib. de Spiritu S. c. 27. mox ab initio Ἐν τρισὶν ἐν καταδύσεσι καὶ ἐπειθήμεσι τοῖς ἐπικλήσεσι τὸ μέγα μυστήριον τοῦ βαπτίσματος πεπλήρωται, ibid. c. 15. circa medium, Sozomenas ſcribit nonnullos dixiſſe, πρῶτον τοῦτον Εὐνόμιον τελμῆσαι εἰσαγήσασθαι ἐν μιᾷ καταδύσει χρῆναι βαπτίζειν τὸν θείαν βάπτισιν, καὶ ἐξαρκεῖσθαι τῷ ἀπὸ τῆς ἐπιπλόου εἰσίει τοῦ ἐν τῷ φυλαττομένῳ σώματι, Sozom. hiſt. Eccleſ. l. 6. c. 26. Et propter hunc quidem errorem Eunomiani à Concilio primo C P. can. 7. ut alii hæretici & Ethnici in Eccleſiam recepti ſunt. v. Dionyſ. Areopag. de Eccleſ. Hier. c. 2. ſect. 2. Ambroſ. de Sacrament. l. 2. c. 5. & 7. tom. 4. p 433. 434. oper. Baſ. 1567. Iſidor. Hiſpal. de offic. Eccleſ. l. 2. c. 25. Didymum de Spiritu. S. l. 2. Bibl. patrum lat. tom. 8. p. 106. &c. Porro Severus Patriarcha Alexandrinus in rituum baptiſmi rubricâ hæc literis, ut par eſt, Eſtrangelis habet



*Et dimittit eum in baptiſterium, reſpiciens ad orientem, & ponit dextram ſuam ſuper caput ejus, qui baptizatur, & ſiniſtrâ ſuâ ter attollit aquas, ex aquis à fronte, à tergo, & ab altero laterum ejus, atque in hunc modum ait* (tunc protinus occurrunt ipſa verba, quæ ab eo, qui baptizat, pronunciantur)



*Baptizatur N. in nomine patris, Amen, & filii Amen, & Spiritus Sancti ad vitam ſeculi ſeculorum.* Idem baptizandi ritus à Græcis etiamnum obſervatur, apud quos qui baptizat, hæc verba pronunciat, Βαπτίζεται ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνα ὁ δεῖνα, εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, Αμὴν, καὶ τοῦ υἱοῦ, Αμὴν, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, Αμὴν, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Eucholog. p. 355. edit. Jac. Goar. v. & notas ad edit. loc. p. 365. Et in rubricâ, ἐκάστη φορᾷ ἐκπορεύεται αὐτὸν καὶ ἀνάγων. Sic habetur in quibuſdam impreſſis codicibus; in quibus tamen non deſunt è Græcis, qui mirati ſunt, quo tandem pacto τὸ Αμὴν poſt cujuſque trinitatis perſonæ pronunciationem interſeratur, ac proinde in plurimis omittitur, Sed fortaſſe ex prædicto Severi rituali in græcum

amanuensis alicujus incuriâ translatum est, vel potiùs, siquidem Diaconi adstantes post singulas Trinitatis personas enunciatas, dicere soliti fuerunt, Αμὴν, hinc tandem evenit, ut ipsis à sacerdote pronunciatis verbis insereretur. v. notas ad dict. loc. Euchologii p. 365. Hìc autem non omittendum est mersionis in baptismo antiquitùs usurpari solitæ loco, aspersionem sive profusionem aquæ, in occidentali præsertim Ecclesiâ, plusquam mille abhinc annis, Gregorii viz. primi ætate, substitutam esse, per quam baptismum legitimè perfici, ipse quoque Cyprianus, non agnovit tantummodo, sed & multis comprobavit; idque ex ipsis etiam scripturis; è quibus colligit, *Aspersionem quoque aquæ instar salutaris lavacri obtinere, & quando hæc in Ecclesiâ fiunt, ubi sit & dantis & accipientis fides integra, stare omnia & consummari ac perfici posse majestate Domini & fidei veritate*, Cyprian. epist. 76. ad Magnum de iis qui in lecto gratiam consequuntur, p. 101. l. 49. ib. 4. ep. edit. Manut. Quinetiam ipse quoque Tertullianus huc alludere videtur, ubi ait, *Quis enim tibi tam infide penitentiæ viro aspergineм unam cujuslibet aquæ commodabit?* Tertul. de pœnitentiâ cap. 6. p. 144. A. edit. Rigalt.

Οὐ γὰρ εἶπεν ὁ κύριος. Sic præter M S. Bodleianum hîc impressum, etiam vulgati Balsamonis, Zonaræ, aliique Canonum Græcorum Codices legunt, ut & Jvo Carnutensis decret. part. 1. c. 128. At in Johannis Antiocheni collectione, ut à Justello editâ tit. 136. legitur ὁ γὰρ εἶπεν ὁ κύριος ἡμῖν, In eadem autem collectione manuscriptâ in Bibliothecâ Bodleianâ est, ὁ γὰρ εἶπεν ὁ κύριος ἡμῶν, quomodo legit & codex Seignierii à Justello citatus, & Dionysius etiam Exiguus, qui vertit, *Non enim dixit nobis Dominus*: quam lectionem retinet & Crisconius Episcopus Africanus in collect. ca. tit. 52. E tribus hisce lectionibus quænam sit præferenda, non adeo facile est conjecturâ persequi, nobis autem pronomen ἡμῖν vel loco ἡμῶν substitutum videtur, vel de novo interjectum, idque ab interpolatore aliquo, qui vel ipse credidit, vel aliis credendum obtruderet, antiquos hosce Canones ab ipsis etiam Apostolis constitutos esse.

Καὶ τῶν ἁγίων πνεύματος. Ad calcem quinquagesimi hujusce Canonis, ubi Dionysiana versio desinit, in Joh. Antiocheni collectione hæc sine interstitio adjiciuntur. Διδασκάλου μὲν ὁ βαπτιζόμενος, ὅτι ὁ πατὴρ οὐκ ἐσταυρώθη, οὔτε ἠθέλησεν ἀνθρώπου ὑπομεῖναι, οὔτε ἦν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἄνθρωπος ἐγένετο, ἀλλ' ὅτι τὸ παθὸν ὑπέστη, ὁ γὰρ ἐσαρκώθη, ἐλυτρώσατο ἦν τὸν κόσμον τὸν ὑπκειμένης ὀργῆς ὁ μονογενὴς υἱὸς· ἐνηνθρώπησε γὰρ διὰ φιλανθρωπίαν ἑαυτῷ ἐν παρθένου σῶμα διαπλάσας, ἡ σοφία γὰρ ᾠκοδόμησεν ἑαυτῇ οἶκον, ὡς δημιουργὸς· σταυρὸν ἦν ὑπέμεινεν ἐκὼν, ἐξείλετο ἦν τὸν κόσμον τὸν ὑπκειμένης ὀργῆς, βαπτιζομένους εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. οἱ δὲ μὴ ὕπως βαπτίζοντες, ὡς ἀγνοοῦντες τὸ μυστήριον τῆς εὐσεβείας καθαιρέδυσιν. Postea in editâ ejusdem Johannis collectione alius sub Canonis 51. nomine hisce verbis exprimitur, ὁ τὸν πατέρα πεπονθέναι λέγων ἀσεβεῖ Ἰουδαίων βαρύτερον, μὴ χρισθεὶς καὶ τὸν πατέρα προσκυνῶν· ὁ δὲ τὸν υἱὸν ἀρνούμενος τὸν μονογενῆ δι' ἡμᾶς σαρκωθέντα, καὶ τὸν σταυρὸν ὑπομείναντα, διαμάχεται θεῷ, καὶ θεῷ ἁγίων πολεμεῖ. ὁ δὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὀνομάζων πατέρα ἢ υἱὸν, ἀσεπτέμων ὅδε καὶ ἀνόσιος· ὁ γὰρ υἱὸς συνδημιουργὸς τῷ πατρὶ καὶ σωφρονεῖ, καὶ σωφρονίζοντος, καὶ χρηστὸς, καὶ τὸν ἀναστάσεως αἴτιος, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὁμούσιον· πρὸς γὰρ ὑποστάσεις εἰσὶν ὁμούσιοι τῇ θεότητι, ἐφ' ἡμῖν γὰρ Σίμων ὁ Μάγος ἐξηνδράξατο, ἀπίστως τὸ ἅλαλον, πλάνον, καὶ ἄσεπτον καὶ πονηρὸν εἰς ἑαυτὸν πνεῦμα, καὶ ἵνα πρωϊνυμον ἐν φλυαρήσας τὸν θεὸν· ποτὲ γὰρ καὶ τὸ πάθος τοῦ χριστοῦ καὶ τὴν ἡμῶν πεικόνισας. ὑμεῖς δὲ, ὦ πανοσιότατοι, μὴ ἵνα πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα πρὸν βαπτίζετε, καθὼς τοῦ κυρίου γράμμα καὶ τὴν ἡμετέραν ἐν πνεύμασι διάταξιν. Joh. Antioch. coll. can. tit. 36. Verùm in codice nostro Oxonienси & Græcâ Turriani editione hæc etiam appendix est ad Canonem 50. quamvis revera nec ad Canonem 50. nec ad 51. pertinet: non ad 51. ut ex ipsâ Johannis Antiocheni collectione patet, apud quam in tit. 29. alius, isque idem qui hîc ordine suo imprimitur, quinquagesimus primus Canon laudatur; nec ad 50. idcirco quòd nec Balsamon, nec Zonaras, in codicibus vel impressis vel M S S. nec Dionysius exiguus, nec Crisconius Afer talem ad dictum Canonem appendicem agnoscit; & quòd hæc appendix, non disciplinam, quæ his Canonibus sola traditur, sed Ecclesiæ doctrinam contineat, eamque quæ longe post hos Canones Synodicè constituta est; quod tres viz. trinitatis personæ sunt ὁμούσιοι; ut Christophoro Justello, ex epistolâ ad Philippenses B. Ignatio falsò attributâ, desumpta non immeritò videatur.

## In Can. LI.

Καὶ κρεῶν καὶ οἴνου. In Johannis Antiocheni collectione tit. 29. καὶ οἴνου omittitur. Sed Josephus Ægyptius in Arabicâ paraphrasi legit, vertit enim من التزويج واكل اللحم وشرب الخمر *A nuptiis, & esu carnis, & potu vini*, Balsamonem quoque, Zonaram & Aristenum legisse, ex eorum scholiis & hujus epitome constat.

*Balsam.* Βογόμιλοι. Anno circiter 1099. Alexio Comneno imperante, orta est Bogomilorum hæresis; de quâ sic Harmenopulus, Η τῶν Βογομίλων αἵρεσις ἡ κατὰ πολλὰ σωίζει τὰ καθ' ἡμᾶς γραφὰς, μίσει δὲ καὶ τὰ τῶν Μασσαλιανῶν καὶ συμφερόμενα τὰ πολλὰ τοῖς ἐκείνων δόγμασιν. Harmenop. de sectis c. 19. l. 9. Jur. Græco-Rom. Hujus hæreseos convicti sunt & condemnati Leontius Balbissæ, & Clemens Sosandrorum Monachus, in Synodo sub Michaele Patriarchâ C P. habitâ. In Synodali decreto inter alia, quorum accusati sunt, eos docuisse traditur, ἄνδρας ἀπέχεσθαι τῶν νομίμων τούτοις συναφθέντων γυναικῶν ζωοποιᾶς, κρέατος τε καὶ γάλακτος, καὶ ἰχθύος, καὶ οἴνου, ἄχρι χίνων πρεσβυτέρων ἀποχήν. Editum est hoc Synodale decretum à Leone Allatio, in Eccl. Orient. & occident. perp. consens. l. 2. c. 12. p. 674. Unde collegimus, Bogomilos rectè hîc à Balsamone citatos esse tanquam à nuptiis carne & vino διὰ βδελυρίαν abstinentes. Primarius hujus hæreseos præco fuit Basilius quidam medicus, qui propterea in theatro exustus est; ut refert Zonaras in Alexio Hist. tom. 3. p. 238. l 35. &c. edit. Wolf. Basil. 1557. Quo Balsamonem quoque respexisse videtur, ubi ait, μὴ γὰρ θαυμάσῃς, ὅτι ἐν Κωνσταντινουπόλει σώζεται ἔτι τῶν ἡμετέρων τὰ ἀμωπήτου Πατριάρχου κυρίου Μιχαὴλ τοῦ Ὀξειτ· λέγω, καὶ ἐπίτηδες κωθῦναι Βογομίλους. Bals. in Phot. nomoc. tit. 8. c. 25. p. 979. Biblioth. Juris-Canonici Justel.

## In Can. LII.

Ὃτ προσδέχεται. Cyprianus, *Quos utique ad pœnitentiam Dominus non hortaretur, nisi quia pœnitentibus indulgentiam poneм licetur: Et in evangelio, Dico, inquit, vobis, sic erit gaudium in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta novem justis quibus non opus est pœnitentiâ.* Cyprian. epist. ad Anton. l. 4. ep. 2. p. 89. l. 31. edit. Manut. v. ejusdem librum de lapsis p. 179. &c. Hanc & ante Cyprianum ab Ecclesia excultam fuisse disciplinam, viz. ut a Peccatis conversi in Ecclesiæ sinum reciperentur, ex Origene constat, dicente, ἔστι δὲ, ὡς ἐπαλωλότας καὶ πεθνηκότας τῷ θεῷ, τοὺς ὑπ' ἀσελγείας ἢ τινος ἄτοπου νεκρωθέντας, ὡς νεκροὺς πνεῦσαι, καὶ ὡς ἐκ νεκρῶν ἀναστάντας, ἐὰν ἀξιόλογον ἐνδείξωνται μετάνοιαν, χρόνῳ πλείονι ἢ κατ' ἀρχὰς εἰσαγομένων, ὕστερόν ποτε προσίενται, Orig. contra Cels. l. 3. p. 147 edit. Hoeschel. 1605.

## In Can. LIII.

*Bals.* Ηδέων κακῶς. Reliqua, usque ad ἀφορίζεται exclusive, ex M S. Bodleiano restituimus. Marcionistas autem hîc citatos, etiam Sabbato jejunasse, testis est Epiphanius hær. 42. Par. 3. tom. 1. pag. 304. oper. edit. Petav.

## In Can. LIV.

Εἶπε κληρικὸς ἐν καπηλείῳ. Hoc etiam Julianus sacrificulis suis in Gentilium religione prohibuit, in Epistola ad Arsacium pontificem Galatiæ scripta, ubi inter alia ait, Φθονεῖσθαι ἱερέα μήτε διάπυρον φθεγγάμενον, μήτε ἐν καπηλείῳ πίνοντα. Julian. apud Sozom. hist. Eccles. l. 5. c. 15.

## In Can. LVIII.

Ἀπὸ μελῶν τοῦ κλήρου. Cùm ordinatur Metropolitanus, vel Archiepiscopus, ut hujus perpetuò Canonis, officiique sui in eo constituti, memor sit, hæc inter alia in mandatis ei, apud Græcos præsertim, dari solent, χρή σε μὴ ὅπερ

ἀναγνῶναι διδάσκοντα, ἀλλὰ διανεκῶς τὸ ἐσκεχεισμένον σοὶ λαὸν τὸ πρὸς σωτηρίαν ἐκπαιδεύειν, καὶ δι' ἑαυτοῦ καὶ δι' ἑτέρου τοῦ τῶν παιδίων διακονίαν ἐκπονεῖν δυναμένου, ὅπως μὴ κατωμελῶν τῆς χειροτικῆς αὐτοῦ ἐξουσίας ὑπόδικος, ὅπερ ἐστὶ φησι, δώσειν ἀμελῶν τοῦ κλήρου. &c. usque ad finem hujus Canonis nihil immutato: nisi quòd pro ἐυσέβειαν substituitur ἐυλάβειαν, quomodo legit & Joh. Antiochenus in collect. can. tit. 10. & quod verba τῇ ἀμωμήτῳ καὶ omittuntur. Extat hoc mandatum in Juris Græco-Romani l. 6. p. 427.

Τῇ ἀμωμήτῳ καὶ. Hæc verba in MS. Bodleiano desiderantur, nec extant in mandato, quod Metropolitano & Archiepiscopo, cum ordinatur, dari solet, ut ante notatum est; nec legit Gentianus Hervetus, nec Josephus Ægyptius, qui in paraphrasi Arabicâ vertit وان هو اقام علي ذلك التواني فليقطع من درجته *Et si ille perseveraverit in istâ ignaviâ, gradu suo dejiciatur.* Quoniam verò extant, tam in Græcis impressis, quàm in Joh. Antiocheni collectione, tit. 10. nos etiam ea retinere satiùs duximus.

*Balsam.* Οἱ φωτοπάπαι κ. Hæc usque ad hujus interpretationis exitum in impressis omissa, ex MS. Bodleiano nunc primùm edimus.

*Zon.* Καθέδρα ἐφ' ὕψους ἵδρυται. In antiquis Latinorum & recentioribus etiam Græcorum Ecclesiis, juxta altare sedes sacerdotibus, Episcopo adsistentibus, simulque celebrantibus, extrui solitæ fuerunt, in quarum medio thronus eminentior ipsi Episcopo sive Patriarchæ, si adesset, erectus est, qui in Chrysostomi lyturgiâ ἡ ἄνω καθέδρα nuncupatur, ubi viz. dicitur à Diacono, εὐλόγησον δέσποτα τὸν ἄνω καθέδραν. p. 69. E. tom. 2. Patr. Græc. Sublimioris hujusce throni, quo Episcopus, ut & alterius, quo sacerdotes consedebant, Gregorius Nazianzenus meminit in insomnio de Anastasiæ templo oper. tom. 2. p. 78. hisce carminibus.

Ἐζεσθην δυκέεσκον ὑπέρθρονοι, οὐχ ὑπερέφρυς
Οὐδὲ κάθ' ὑψηλὸν ὄναρ πῶν ἀγηνορέλλω,
Οἱ δ' μὲν ἀμφιπέλοντο ὑφεδρεόωντο θεσπιὸν
Ποίμνης ἡγεμόνες, ἔκκριτοι ἡλικίη.
Οἱ δ' ἄρ ὑποδρηστῆρες ἐν αἵμασι παμφονόωσιν
Ἕσταν Ἀγγελικῶς ἀκίνες ἀγλαΐης.

Ubi videre licet, ut ipse sedebat ὑπέρθρονος *throno sublimis*, presbyteri verò ei ὑφεδρεύοντο *subsidebant*, Diaconi autem, hîc ὑποδρηστῆρες vocati stabant. Hujusmodi quoque throni in panegyricâ oratione, de Ecclesiarum ædificatione, Paulino Tyriorum Episcopo, dicta, hisce verbis commemorantur, Ἀλλὰ καὶ ὧδέ κε τὸ νεὸν ἐπετέλεσσε, θρόνοις τε τοῖς ἀνωτάτω εἰς τὸν ὄρθιον προύθρων πυλῶν, καὶ προσπεβάθροις ἐν τάξει τῆς κατ' ὄλυ κύτ' τὸ πρόσθεν κοσμήσας, Euseb. hist. Eccles. l. 10. c. 4. p. 381. C. edit. Vales. De hisce thronis ita præterea Symeon Thessalonicensis, Ἡ ἄνω καθέδρα τὸν ὑπερυψούμενον δείκνυσι καθέδραν τοῦ Ἰησοῦ· ἐπ' ὐτ' αὐτὸν ἡ βαθμίδες τὸν ἐκάτερα ἐπὶ ἱερατικὸν καὶ ἱερέων τάξιν τε καὶ ἀνάβασιν, ἔνθα δὴ καὶ ἡμεῖς πρὸ ἄλλου καθίσαι, ἐπὶ διακόνων αὖ ἐπί. Sym. Thessal. de sacram. Hujusmodi quoque thronum Jacobum Apostolum Hierosolymis habuisse, eundemque usque ad Gallieni tempora conservatum, & summo honore habitum fuisse, testatur Eusebius hist. Eccles. l. 7. c. 19. In hujusmodi throno Episcopus quivis post consecrationem collocatur, ut ex Euchologio patet p. 304. Hinc ἐνθρονίζεσθαι, ἐνθρονισμὸς, ἡ θρόνου ἐσχατεσθῆναι, ἐπιβῆναι τοῦ θρόνου. &c. Hinc etiam summa in Ecclesia dignitas *Thronus* appellatur: ut Thronus Hierosolymitanus, Thronus Alexandrinus &c. vocatur autem & συνθρόνος à sacerdotum consessis, qui & ipsi συνθρόνοι nonnunquam audiunt.

## In Can. LIX.

Τινὸς ἢ κλησικῶν. Joh. Antiochenus legit, τινὸς ἢ ἐκκλησιαστικῶν, ἤγουν κλησικῶν ἐνδιῶς ὄντος, μὴ ἐπιχειρεῖν, Joh. Ant. collect. can. tit. 5.

*Balsam.* Ἡ φωτοπάπαν. Πρωτοπαπᾶς Idem est ac qui vocatur πρωτοσυνέδρος, & subinde φωτοσυνέδριος: hic primus est tribunalis, & ubi plures sacerdotes concelebrant, ipse primas tenet, & à Pontifice secundas; ut ait Codinus πρῶτος ἐστι τοῦ βήματος, φέρων τὸ δεύτερον τῆς ἀρχιερέως, Codin. de offic. Constantin. c. 1. n. 30. In Euchologio officium ejus sic describitur, Ὁ φωτοπαπᾶς ἵστατι ἐπάνω τῆς ὀρθρικίου τῆς ἐναντίας χειρὸς, ὅταν λειτουργῇ ὁ ἀρχιερεύς, μεταδίδῃ αὐτὸς τῷ λαῷ μετάληψιν ὁμοίως καὶ ὁ ἀρχιερεὺς τῷ φωτοπάπᾳ, ἔχων ἢ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τὸ φωτίον πάντα, Euchol. in official. Eccles. CP. p. 271. edit. Jac. Goar. Paris. 1647. De Chorepiscopis quorum hic quoque fit mentio alibi agemus.

*Arist.* Ἀσίλεως. Tam in Aristeni, quàm Logothetæ synopsi, ut à Justello editâ, perperam scribitur ἀσίλιος.

## In Can. LX.

*Balsam.* Τοῦ χρυσομάλλου. Johanne Comneno Alexii successore imperante, Constantinus Crysomallus scripta quædam hæresibus scatentia edebat, quorum tria exemplaria à Synodo sub Leone Constantinopolitano tunc temporis coacta, comperta sunt, unum apud Petrum Monachum S. Athenogenis monasterii præsidem, alterum apud Georgium Pamphilum, & tertium apud quosdam Monachos in Nicholai monasterio, qui de eo etiam Synodum certiorem fecerant. Georgius iste Pamphilus, apud quem unum exemplar inventum est, non tantum hæresibus in eo traditis ipse seducebatur, verum & ut alios quoque seduceret, hæreticas istius nugas, θεολογικὸν ὅτι χρυσοῦ appellabat, ut ex hoc Balsamonis loco constat. Synodus autem prædicta Constantinopoli celebrata, cum scripta hæc inter se contulisset, non ineptiarum modo, sed & hæreseon plena esse, ac ipsis Enthusiastarum & Bogomilorum dictis absurdiora continere, pro comperto habebat, ac proinde adversus eadem scripta eorumque assertores, decretum Synodale edebat, quod extat apud Leo. Allat. de occident & orient. Eccles. perpet. consens. l. 2. c. 11. in initio.

Ὁ ἅγιος Ἀμφιλόχιος. Hæc usque ad hujus interpretationis finem in impressis desiderantur, extant autem in MS. Bodleiano, & quidem in ipso textu, in quem tamen è margine traducta videntur. Cæterum S. Amphilochius in Iambis ad Seleucum, S. Athanasius in sacræ scripturæ synopsi, & Synodus Carthaginensis can. 27. docuerunt, quinam libri pro verè Canonicis in Ecclesiâ legendi sunt.

## In Can. LXI.

Εἰς κλῆρον μὴ προσιέσθαι. Hanc ab Ecclesiâ primitivâ strictè observatam fuisse disciplinam, ut qui graviori aliquo crimine convictus est, in Clerum non admittatur, ex Origene discimus, dicente, quòd præpositi Ecclesiæ eos, qui libidine aliove simili malo victi sunt, si sinceram egerint pœnitentiam, tanquam redivivos recipiunt, verùm εἰς ὑδρίαν ἀρχὴν καὶ προσταίαν ἡ λογικὴς ἐκκλησίας τοῦ θεοῦ κατηλίγοντες τοὺς φάσκοντας, μὴ τὸ προσπλυθῆναι τῷ λόγῳ ἐπιτρέπειν, Orig. contra Cels. l. 3. p. 147. edit. Hoeschel. 1605. Item ex Cypriano, cujus verba observatu sunt dignissima. *Cumque alia multa sunt, inquit, & gravia delicta, quibus Basilides & Martialis implicati tenentur, frustra tales Episcopatum sibi usurpare conantur, cùm manifestum sit ejusmodi homines, nec Ecclesiæ Christi posse præesse, nec Deo sacrificia offerre debere. Maximè cum jam pridem nobiscum & cum omnibus omnino Episcopis in toto mundo constitutis, etiam Cornelius collega noster, sacerdos pacificus & justus, & martyrio quoque dignatione Domini honoratus, decreverit, ejusmodi homines ad pœnitentiam quidem agendam posse admitti, ab ordinatione autem Cleri atque Sacerdotali honore prohiberi.* Cyprian. epist. ad Clerum & plebes in Hispaniâ lib. 1. epist. p. 16. l. 9. edit. Manut. E quibus certè verbis appareret, vel hunc ipsum Canonem, vel ei simillimum in synodo sub Cornelio Episcopo Romano celebratâ constitutum esse; saltem confirmatum: quod mihi propterea magis arridet, quod antea observatum fuisse ex antea laudatis Origenis verbis abunde constat.

## In Can. LXII.

Ὡς λαϊκὸς ἀφορίσθω. In Johannis Antiocheni collectione legitur, λαϊκὸς ἀφορίσθω. tit. 39. Pœna autem hac phrasi Clericis delinquentibus intentata, nihil minus est, nec aliud quàm Depositio, sive à fungendis Clericorum muneribus prohibitio, & in pristinum Laicorum ordinem redu-



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ctio. Hoc ex Canone Apoſt. 15. patet, quo Clericus in aliâ parochiâ præter ſui Epiſcopi ſententiam manens, ſacra in poſterum celebrare prohibetur; hoc tamen adjecto, ὡς λαϊκὸς μόνην ἐκείνην κοινωνείτω. hoc eſt non amplius inter Clericos recenſitus, ſed inter Laicos, cum iis communicet. Sic Joſephus Ægyptius dicta præſentis Canonis verba explicat, فليقبل مع المومنين *una cum fidelibus recipiatur*, viz. ad communionem. Eodem ſenſu Cyprianus dixit, *ut communicent Laici, & ſatis habeant, quòd admittantur ad pacem, qui hoſtes pacis extiterint, nec detere eos revertentes ea apud nos ordinationis & honoris arma retinere, quibus contra nos rebellaverint.* Cyprian. epiſt. 1. lib. 2. ad Steph. & alibi, *Sic tamen admiſſus eſt Trophimus, ut laicus communicet, non ſecundum quod ad te malignorum literæ pertulerunt, quaſi locum ſacerdotis uſurpet.* Id. epiſt. 2. ad Antonian. lib. 4 epiſt. p. 86. l. 44. Ubi *ut Laicum communicare, & ſacerdotis locum uſurpare*, ſibi invicem opponi videmus. Sic & Concilium Toletanum primum, de ſubdiacono loquens, ait *Aſſtentus*, inquit, *biennio, poſtea inter Laicos, reconciliatus per pœnitentiam, communicet*, Concil. Tolet. 1. can. 4. Et Aimonius refert Carlomannum Caroli Calvi filium, Senonenſiſque Eccleſiæ Diaconum, perduellionis in patrem convictum, *ſecundum ſacras regulas ab omni gradu Eccleſiaſtico, laicâ ſibi communione ſervatâ, depoſitum eſſe.* Aimon. de geſt. Franc. l. 5. cap. 29. E quibus omnibus veterum teſtimoniis luce meridiana clarius eſt, hanc phraſin, ὡς λαϊκὸν δέχεσθαι, ſive *ut Laicum communicare*, depoſitionem perpetuò indigitare, ſine excommunicatione inflictam: ac proinde qui huic pœnæ ſubjicitur, ut *tanquam laicus recipiatur*, deponitur quidem, ſed communionis nihilo ſecius particeps erit, æque ac fidelis laicus. v. S. Baſil. epiſt. ad Amphiloch. can. 3. Et hinc eſt, quòd hanc pœnam Clericis ſolis inflictam legimus, non item laicis; nec ob alia unquam crimina, quam quibus depoſitio aliis Canonibus inuritur, & talis quidem depoſitio quam excommunicatio non concomitatur.

## In Can. LXIII.

Φ Αγεῖν κρέα ἐν αἵματι. Ut veteri lege Judæis, ſic & ab ipſis Apoſtolis, Judæorum infirmitati tunc temporis conſulentibus, Act. 15. Gentilibus converſis præcipitur, ut ab immolatis, ſuffocatis, & ſanguine abſtinerent: quod Apoſtolorum decretum hoc Canone renovatum videtur, adjecta inſuper certa tranſgreſſoribus pœna, Clericis quidem depoſitione; excommunicatione Laicis. Et Eccleſiam quidem primitivam, tam Occidentalem, quam Orientalem, hoc inviolatum diu obſervaſſe, è veterum teſtimoniis luculenter patet. Tertullianus *Erubeſcat*, inquit, *error veſter Chriſtianis, qui ne animalium quidem ſanguinem in epulis eſculentis habemus, qui propterea quoque ſuffocatis & monticinis abſtinemus, ne quo modo ſanguine contaminemur vel intra viſcera ſepulto.* Tertul. Apol. c. 9. Origenes, τὸ δὲ πνικτὸν, τῷ αἵματι μὴ ἐκκριθέν (ὅπερ φασὶν εἶναι τροφὴν δαιμόνων τερπομένων τοῖς ἀπ' αὐτῶν ἀναθυμιάσεσιν) ἀπηγορεύκε ὁ λόγος, ἵνα μὴ τροφῇσθε τροφῇ δαιμόνων, τέχα πνῶν τοιούτων πνεύματα συνεφαπτομένων ὑμῖν, ἐὰν μεταλαμβάνωμεν ἡμεῖς πνικτῶν. ἐν δὲ ἡμῖν εἰρηκόσιν περὶ τῶν πνικτῶν παρὰς εἶναι λύσαι τὸ περὶ τὸ ἀπέχεσθαι τοῦ αἵματος. Orig. cont. Celſ. l. 8. circa medium. Minutius Felix, *Nobis homicidium nec videre fas eſt, nec audire, tantumque ab humano ſanguine cavemus, ut nec edulium pecorum in cibis ſanguinem noverimus.* Minut. Fel. Octav. p. 55. E. tom. 8. Biblioth. patr. lat. Clemens Alexandrinus, Οὐδὲ γὰρ θέμις τοῖς ἀνθρώποις θύειν, οἷς τὸ σῶμα ἡδὺν ἀλλ' ἢ σαρξ ὄντων αἵματι χαίρουσιν. Clem. Alex. pedag. l. 3. c. 3. prope finem. Sic Biblias Martyr, Antonio vero imperante, inter cruciatus dicebat, πῶς ἂν ταυδία φάγοιεν οἱ πιοῦται, οἷς μηδὲ ἀλόγων ζώων αἷμα φαγεῖν ἐξόν; Euſeb. hiſt. Eccleſ. l. 5. c. 1. p. 159. A. edit. Valeſ. Ut alia verò taceam veterum teſtimonia, Eccleſia Orientalis (non ipſis exceptis Æthiopibus, ut teſtatur Joſ. Scaliger. de emend. temp. l. 7.) ut eſt horum Canonum tenaciſſima, quòd hîc conſtituitur perpetuò obſervavit, & etiamnum obſervat: uſque adeò ut in publico eorum Euchologio p. 670. oratio extet, ὑπὲρ τῶν μαγειρευσάντων, ab iis viz. repetenda qui vetitos cibos comederunt. Hinc Balſamon in ſuâ hujus Canonis interpretatione, vitio latinis vertit. quod ſuffocata indiſcriminatim edant. Et quidem non adeo diu eſt, quòd Eccleſia Occidentalis cibis hîc prohibitis veſci ubique permiſit. Nam Gregorius tertius, qui ſedem Romanam anno circiter 731. occupabat, inter Canones pœnitentiales conſtituit, *ut qui morticinia comederit inſcius* 20. *dies pœniteat, ſciens* 40. Greg. 3. can. pœnit. c. 30. Quinetiam Beda Presbyter, & Rabanus in pœnitentiario, & quotquot de eodem argumento pluſquam 400. abhinc annis ſcripſerunt, certum pœnitentiæ tempus hujus Canonis tranſgreſſoribus decernunt. D. Anguſtinum, alioſque ejuſdem ætatis Chriſtianos, in contrariâ fuiſſe opinione, ex his ipſius verbis palam eſt, *Et ubi Eccleſia gentium talis effecta eſt, ut in eâ nullus Iſraelita carnalis appareat, quis jam hoc Chriſtianus obſervat, ut turdos vel minutiores aviculas non attingat, niſi quarum ſanguis effuſus eſt? Aut leporem non edat, ſi manu à cervice percuſſus, nullo cruento vulnere occiſus eſt? Et qui fortè pauci adhuc tangere iſta formidant, à cæteris irridentur*, Aug. contra Fauſt. Manich. l. 32. c. 13.

## In Can. LXIV.

Καὶ καθαρεύειν, καὶ ἀποπνίγεσθαι. Prius καὶ tam in impreſſis antehac Balſamonis codicibus, quam in Joh. Antiocheni collectione Canonum tit. 37. deſideratur; nec immeritò. Juxta hanc enim lectionem καὶ καθαρεύειν, καὶ ἀποπνίγεσθαι, utraque pœna tam Clerico quam Laico intentata videtur; at Laico depoſitio infligi nequit, ut rectè obſervat Balſamon; quî proinde pœnam partitur, καθαρεύειν ad Clericos, & ἀποπνίγεσθαι ad Laicos referens. Zonaras ſuam non profert ſententiam, ſed tantum aliorum, quorum, ut ait, nonnulli Canonis tranſgreſſores duplici pœnæ ſubjiciunt, depoſitioni (cui tamen Laici ſubeſſe nequeunt) & excommunicationi: Alii pœnas inter Clericos & Laicos partiuntur; & ſic quidem non Balſamon ſolus poſtea, ſed & Ariſtenus ante Zonaram Canonem hunc interpretatus eſt: quibus adſtipulatur & Joſephus Ægyptius, Canonem hunc Arabicè ſic explicans, ايما رجل من الكهنة او من العلمانيين دخل الي كنيسة اليهود او كنيسة الاراتيكس الصلاة والاستشفاع بها ان كان كاهنا فيقطع من درجته وان كان علماني ينفا من الكنيسة المقدسة *Quicunque è ſacerdotibus aut Laicis ingreditur Eccleſiam Judæorum, aut Eccleſiam hæreticorum, ad orandum in eâ vel deprecandum, ſi ſit ſacerdos, gradu ſuo deponatur, ſin laicus, ſanctâ Eccleſiâ expellatur.* Cæterum Balſamon præterea notat, quòd qui Clericum ex Canonis præſcripto priùs deponi dixerit, & poſtea ſegregari, non aberrabit; & ſic quidem Harmenopulus in titulo, quo docet, quænam Sacerdoti faciunda ſint, & quæ non faciunda, hunc Canonem, ac ſi de Clericis ſolis intelligendus eſſet, his verbis citat, ὁ συνάγων Ἰουδαίους ἢ αἱρετικοὺς καθαιρείσθω τε καὶ ἀποπνιγέσθω. Harmenop. epit. can. ſect. 2. tit. 3. ubi utramque pœnam Clericis, de quibus ſolis hîc loquitur, intentatam videmus.

*Zon.* Ἔξω τῆς Ἱερουσαλήμ. Juſtinus Martyr ad Tryphonem, καὶ ἐπὶ τῶν δύο τράγων, τῶν ὑπερεὶ καλενδίζοντων προσφέρεσθαι, προσφορὰ ἑκάστῳ ὁμοίως συνεχώρησε γίνεσθαι, εἰ μὲν ἐν Ἱερουσαλήμ, Justin. Dial. cum Tryph. p. 201. l. 18. edit. Sylburg. & ipſe Trypho, γινώσκομεν γάρ, εἰς ἔφης, ὅτι προσέταττε τῷ πλήσιον ἀλλοτρίου δίχα ἀναίματον, ὅτι τοὺς τῇ ὑπερεὶ καλενδίζοντας προσφορὰς, ὅτι τοὺς ἄλλας ἁπλῶς ἁπάσας προσφορὰς. Id. p. 205. l. 16. Hinc cum Julianus Judæos cohortabatur, ut Moſem audirent, & priſtinum Dei colendi ritum iis in memoriam revocabat, ab ipſis reſponſum eſt, κατηρτισμένου τοῦ ἐν Ἱερουσαλήμ ναοῦ, μὴ ὄντος μηδὲ πάντων ἐξὸν ἐκπορεύεσθαι τῆς μητροπόλεως ἑτέρωθι τοῦτο ποιεῖν. Sozom. hiſt. Eccleſ. l. 5. c. 21. At D. Chryſoſtomus eos reſpondiſſe refert, ὅτι τοῦς πόλεως ἔξω θύειν οὐκ ἔστι, ἀλλὰ διεφθαρμένοι πᾶν ἐπὶ ἐπιτελοῦντες δεῖ γῆς ἀλλοτρίας. Chryſoſt. κατ' Ἰουδαίων λόγ. β'. tom. 6. p. 334. l. 8. edit. Savil.

## In Can. LXV.

Εἴ τις κληρικός. In Joh. Antiocheni collectione Canonum tit. 40. hîc ita legitur, Εἴτις κληρικὸς ἐν μάχῃ τινὰ κρούσας, καὶ ἀπὸ αἱρέσεως ἀποθάνῃ, καθαιρείσθω, ubi ut videmus, nec Laici homicidæ excommunicandi mentio occurrit. At Balſamonem & Zonaram utrumque legiſſe ex ipſorum ſcholiis eluceſcit, Et tam Harmenopuli quam Ariſteni Epitome de laico, paraphraſis Arabica de utroque meminit.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

## In Can. LXVI.

Κ Τετακλω ἡμέραν νηστεύειν Joh. Antiochenus legit τὴν ἁγίαν κυριακὴν, Coll. can. tit. 32. Veteres autem à jejuniis die Dominico peragendis religiosè admodum abstinuisse, Tertullianus testatur, dicens, *Die dominico jejunium nefas ducimus.* Tertul. de corona milit. c. 3. Et Epiphanius, πᾶς γὰρ κυριακὸς ἀπόστολος παραδέδωκεν ἡμῖν ἡ ἁγία αὐτη καθολικὴ ἐκκλησία, καὶ σωζόμενα ἀφ' ἑαυτὴν ἐστηλίτευσεν, ἡ νηστεύειν ἀνακείμενον γάρ ἐστιν ἐν κυριακῇ νηστεύειν. Epiph. expos. fidei. v. & Hieron. adverſ. Lucifer.

Η τὸ σάββατον. Hiſce ſimillima habes in Epiſtolâ ad Philippenſes B. Ignatio adſcriptâ, Εἴ τις κυριακὴν ἢ σάββατον νηστεύει (πλὴν ἑνὸς σαββάτου τοῦ πάσχα) ἐστὶ χριστοκτόνος εἶναι. Ignat. epiſt. p. 186. edit. Uſſer. Et hæc inter Conſtitutiones Apoſtolicas recenſetur, τὸ σάββατον μόνοις καὶ τῇ κυριακῇ ἑορτάζετε. Conſtit. Apoſt. l. 7. c. 24. Tertullianus, *Quanquam vos etiam Sabbatum, ſi quando continuatis, nunquam niſi in paſcha jejunandum ſecundum rationem alibi redditam*, Tertul. de jejun. adv. pſych. c. 14 & mox, *Duas in anno hebdomadas Xerophagiarum, nec totas, exceptis ſcilicet Sabbatis & dominicis, offerimus Deo, abſtinentes ab iis quæ non rejicimus, ſed differimus*, ibid. c. 15. ubi Sabbata, ut videmus, non minus quam Dominici, à jejuniis excipiuntur. Hoc propter Marcioniſtarum aliorumque tunc temporis exortas hæreſes inſtitutum videtur, utpote qui Sabbato jejunium propterea ſanxerant, ne Deo à Judæis culto, qui eo die requievit, honorem exhibere, vel ritibus illius uti viderentur; ut obſervat Epiphan. hær. 42. par. 3. p. 304. B. tom. 1. edit. Petav. Hinc Eccleſia Orientalis à jejuniis Sabbato, niſi magno, celebrandis perpetuò abhorruit. Poſt extinctam autem prædictorum hæreſim, ſabbatum etiam jejuniis, ab Occidentalibus præſertim Eccleſiis, dedicatum eſt. Socrates enim ſuis temporibus obſervabat, quod ἐν ῥώμῃ τῶν σάββατον νηστεύειν, hiſt. Eccl. l. 5. cap. 21. Et concilio Eliberitano anno Domini 305. habito, *Errorem placuit corrigi, ut omni Sabbati die jejuniorum ſuperpoſitionem celebremus*, Concil. Eliber. can. 26. & Concil. Agath. c. 12. D. autem Auguſtinus optimè monet de hujuſmodi rebus nihil vel ſcripturæ autoritate vel univerſalis Eccleſiæ traditione determinatum eſſe, ac proinde nec diſciplinam ullam eſſe in his meliorem gravi prudentique Chriſtiano, quàm ut eo modo agat, quo agere viderit Eccleſiam, ad quamcunque forte devenerit. Aug. epiſt. 118. ad Jan. cap. 2. p. 556. tom. 2. oper. Cumque idem Auguſtinus D. Ambroſium Mediolenſem de hâc re conſuluiſſet, tanto viro dignum hoc reſponſum accipiebat, cui, faxit Deus, omnes ubique terrarum Chriſtiani, ut par eſt, auſculturent, *Cum Romam venio, jejuno Sabbato, cùm hic ſum, non jejuno. Sic etiam tu, ad quam fortè Eccleſiam veneris, ejus morem ſerva, ſi cujquam non vis eſſe ſcandalo, nec quenquam tibi*, ibid. p. 557. & epiſt. 86. ad Caſulanum p. 393. B.

Πλὴν τῆς ἑνὸς μόνου. Unum hîc à reliquis exceptum Sabbatum Balſamon & Ariſtenus τὸ μέγα σάββατον appellant, & ſic Joſephus Ægyptius السبت الكبير *Magnum Sabbatum.*

Sic à Judæis olim denominatum eſt Sabbatum, quod paſchalem celebritatem proximè antecedit; ut obſervat, & rationem ejus reddit Joh. Buxtorfius Synag. Jud. c. 12. Et in libro שלחן ארוך inſcripto dicitur שבת מלפני הפסח קורים אותו שבת הגדול *Sabbatum ante paſcha vocant magnum ſabbatum.* Hinc eidem Sabbato Chriſtiani quoque eandem appellationem attribuerunt, ut tam ii, qui paſcha juxta patrum Nicenorum decretum dominico die ſemper agerent, diem immediatè præcedentem *Sabbatum magnum* nuncupaverint; quàm qui cum Judæis paſcha celebrarent, in quamcunque hebdomadis feriam inciderit, Sabbatum proximè præcedens, etiamſi diebus aliquot nonnunquam interjectis, *magni* titulo cohoneſtârint. Sic in Smyrnenſis Eccleſiæ de Polycarpi martyrio epiſtolâ, ille comprehenſus & in civitatem ductus dicitur ἔτους σαββάτου μεγάλου. Euſeb. hiſt. Eccleſ. l. 4. c. 15. p. 131. A. edit. Valeſ. Hic enim τὸ μέγα σάββατον iſtud fuiſſe ſabbatum, quod paſchalem iſto anno feſtivitatem proximè antecedebat, doctiſſimus Jac. Uſſerius non ſine ſumma ratione aſſeruit, de anno Maced. cap. 3. At Henricus Valeſius in annot. ad prædictum Euſebii locum, alium aliquem diem per *magnum ſabbatum* ibi indigitari contendit; quiſnam autem iſte eſſet dies ipſe nondum determinavit, ſed potius obſcurum ſibi eſſe atque incompertum, quodnam fuerit magnum illud Sabbatum, cujus à Smyrnenſibus facta eſt mentio, tum in Epiſtola ad Philomelienſes de Martyrio Polycarpi, tum in Actis Pionii, confeſſus eſt. Verum etiamſi non neceſſarium, nobis tamen pluſquam veriſimile videtur, Smyrnenſes, qui paſcha cum Judæis celebrabant, eundem etiam titulum præcedenti ſabbato cum iis attribuiſſe. Quinetiam ii, qui paſcha aliter ac Judæi, viz. ex patrum Nicenorum decreto celebrarunt, Sabbatum immediatè præcedens *magnum* denominaſſe, ex hoc ipſo Canone in Scholiis in eundem perſpicuè ſatis colligatur. Iſtud enim ſabbatum, quo Canon jejunare permittit, Balſamon, ut ſupra dictum eſt, & Ariſtenus τὸ μέγα σάββατον appellant; at hoc idem eſſe Sabbatum, quod Paſchalem celebritatem immediatè præcedit, Balſamon ipſe docet his verbis, καὶ ἡ μόνον τὸ μέγα σάββατον, καθ' ὃ τὸ κυριακὸν σῶμα ἐν τῷ τάφῳ ἀπῆν ἔκειτο. Nec ille ſolus, ſed ipſæ etiam Conſtitutiones Apoſtolicæ, quarum appendices habiti ſunt hi Canones, idem confirmant, dicentes, ἓν ἡ μόνον σάββατον ὑμῖν φυλακτέον, ἐν ὅλῳ τῷ ἐνιαυτῷ ἕτερ τῆς κυρίου ταφῆς, ὅπερ νηστεύειν προσῆκεν, ἀλλ' οὐκ ἑορτάζειν, Conſtit. Apoſt. l. 7. c. 24. & alibi, Αὐτὸ ἡ παρεῖσα τὸ σάββατον, οὐχ ὅτι ἦν τὸ σάββατον νηστεύειν, καταισχύνη συμφορᾶς ὑπῆρχεν, ἀλλ' ὅτι ἐκεῖνο μόνον καὶ νηστεύειν, τῇ συμφορᾷ ἐν αὐτῷ ὅτι ὑπὸ γῆν ἦν. ibid. l. 5. c. 14. Concludimus igitur, per Sabbatum iſtud, quod à reliquis hoc Canone eximitur, & quod τὸ μέγα σάββατον à Scholiaſtis nuncupatur, indigitari illud Sabbatum, quod paſchalem feſtivitatem proximè antecedit, jejuniis idcirco conſecratum, quod ſervator noſter eo labente in ſepulchro ſub terra manebat.

Εἰ ἡ λαϊκὸς ἀφορίζεσθω. Hæc verba in Joh. Antiocheni collectione tit. 32. omittuntur; leguntur autem in omnibus aliis, quos videre contigit, tam MSS. quam impreſſis Canonum codicibus, ut & ab Harmenopulo in epitome, & à Joſepho in Arabica paraphraſi; Balſamonem autem, Zonaram, & Ariſtenum eadem legiſſe è Scholiis ipſorum patet.

*Balſ.* Καὶ ὅτι τὸ μὴ δημιουργίας. Hæc uſque ad ἀναπαύσεως inclusivè, ex MS. Bodleiano reſtituimus. In Græcis enim editis deſiderantur; ſed Gentianus Hervetus legit, & latinè vertit.

Νηστεύειν καὶ τιά. In impreſſis antèhac libris hæc & ſequentia ſic leguntur, νηστεύειν προσηκόντως, ταῦτα γὰρ τότε φησὶ κύριος, ὅταν ἀπαρθῇ ὑπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος, τότε νηστεύσουσιν. ὁ γοῦν &c.

Ζήτει καὶ τῶν usque ad finem hujus interpretationis è MS. Bodleiano nunc primum edimus.

*Zon.* Εἰ μήτε δι' ἀσυνεσίαν. Eandem exceptionem admittit & Scholiaſtes Harmenopuli, his verbis, εἰ μήτε τινὲς δι' ἄγνοιαν ὅπως τυχὸν ἠμέλησε τὴν Λίαν νηστείαν καταισχύνῃ ταύταις ἐξ ἀνάγκης καὶ σάββασιν καὶ κυριακῇ. Harmen. epiſt. can. ſect. 3. tit. 3.

## In Can. LXVIII.

Δ Ευτέραν χειροτονίαν λέγει). Cyprianus, *Nam baptiſmum repeti Eccleſiaſtica prohibent regula, & ſemel ſanctificatis nulla deinceps manus iterum conſecrans præſumit accedere. Nemo ſacros ordines ſemel datos iterum renovat.* Cyprian. de ablut. ped. p. 350. l. 27. edit. Manut. *Sicut ſemel baptizatus iterum baptizari non debet, ſic & ſemel conſecratus iterum conſecrari non poteſt.* Greg. apud Gratian. diſtinct. 68. cap. 1. Hæc autem ita intelligenda ſunt, ut is denuò ad eundem ordinem conſecrari non debet, qui ab aliquo conſecratus eſt, quem jus conſecrandi habuiſſe certum eſt; qui autem ab illo conſecratur, quem non conſtat jus conſecrandi habuiſſe, iterum conſecrandus eſt, juxta Gloſ. ad Gratian. diſtinct. 68. cap. 2.

βασιλίδιανος. Hæc vox in Joh. Antiocheni collect. tit. 25. omittitur. At Balſamonem legiſſe, ipſius Scholia palam faciunt. Legit & Joſephus Ægyptius in paraphraſi Arabicâ, utpote qui hunc Canonem ſic vertit, من قبل الشرطودية مرتين فليقطع من درجته الا ان يخبر ان الذي صيره كاهنا اولا كان مخالفا لان من قبل الكهنوت او المعمودية من الا رائقة فليس هو كاهن ولا مومن وان ليس كهنوت الرائقة عندنا بكهنوت

*Qui ordinationem bis accipit, gradu ſuo dejiciatur, niſi manifeſtum fuerit, quòd, qui eum primò conſtituit ſacerdotem, hæreticus erat. Qui enim ſacerdotium aut baptiſmum accipit ab hæreticis,*

*nec ſacerdos eſt, nec fidelis. Nam hæreticorum ſacerdotium nobis ſacerdotium non reputatur.* Quinetiam ſequentia verba, ὅτι πρὸς, hanc vocem βασιλεύοντας neceſſariò requirunt, ad quam ſolam referri poſſunt.

## In Can. LXIX.

Τὴν ἁγίαν τεσσαρακοστήν. Quam antiqua ſit jejunii quadrageſimalis obſervatio, & quam religiosè à proximis poſt ipſos Apoſtolos Chriſtianis celebratum fuit, ex hoc Canone contra Schiſmaticos noſtros palam fiat. Hic enim non primò præcipitur quadrageſimam jejunare, ſed antea præceptum indicatur, & pœna ſolummodo, tam Clericis quam Laicis, qui eam jejuni non peregerint, determinatur. Solennem enim ante paſchalem celebritatem jejunandi ritum, quibus conditi ſunt hi Canones diebus, ubicunque propemodum exculta eſt Chriſtiana religio, quotannis obſervatum fuiſſe, locupletes ejuſdem ætatis ſcriptores teſtes habemus. Enimvero anno Domini 198. plus minus, ortâ de Paſchate celebrando controverſiâ, Aſiani contendebant paſcha Chriſtianum eodem quo Judaicum die peragendum eſſe, & in quamcunque hebdomadis feriam inciderit, τὸ δεῖ ἀπτῶν ὅτε λύσῃς ποιεῖσθαι. Reliqui omnes Epiſcopi variis in locis congregati, paſcha non niſi dominico die celebrandum, καὶ ὅπως ἐν ταύτῃ μόνῃ τῶν κυριακῶν φυλατ∫όμεθα τὰς ἀναστάσεις, cenſebant, Euſeb. hiſt. Eccleſ. l. 5. c. 23. Ubi obſerves licet, tam Aſianos quam reliquos omnes ubicunque conſtitutos Chriſtianos in hoc ſaltem conſenſiſſe, jejunia ante paſcha celebrari ſolita fuiſſe, & ante ipſam paſchalem diem ineuntem non ſolvenda: quibus alludit & Tertullianus, dicens, *Ecce enim convenio vos & præter paſcha jejunantes, citra illos dies quibus ablatus eſt ſponſus.* Tertul. de jejun. adv. pſych. c. 13. Quot autem dies hiſce jejuniis ante paſcha dicati erant, Origenes docet, *habemus* inquit, *quadrageſimæ dies jejuniis conſecratos.* Orig. in Lev. hom. 10. p. 99. E. edit. paris. De numero autem dierum quibus peragendum erat ante-paſchale hoc jejunium, inter omnes non conveniebat: Alii enim plures, alii pauciores ante paſcha ſeptimanas jejunabant: at omnes nihilominus jejunium iſtud πεντηκοστὴν appellabant, ut tradit Socrates hiſt. Eccleſ. l. 5. cap. 21. prope medium. Et Irenæus in Epiſtola ad victorem hæc habet, οἱ μὲν γὰρ οἴονται μίαν ἡμέραν δεῖν αὐτὸς νηστεύειν, οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ πλείονας, οἱ δὲ τεσσαράκοντα ὥρας ἡμερινὰς καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦντες τῇ ἡμέρᾳ αὐτῶν. apud Euſeb. hiſt. Eccleſ. l. 5. c. 24. Hic eſt inſignis ille locus, de cujus verâ lectione, vel diſtinctione potiùs, à doctis diu diſceptatum eſt. Codices quibus uſus eſt Henricus Valeſius, eodem modo, quo nos jam tranſcripſimus, legunt, atque interpungunt. Unde & Valeſius ita legendum eſſe ac diſtinguendum contendit: ac proinde vertit, *Quidam enim exiſtimant unico die ſibi eſſe jejunandum, alii duobus, alii pluribus, nonnulli etiam quadraginta horis diurnis ac nocturnis computatis diem ſunm metiuntur.* Et huic quidem lectioni favet σύνοψις τῆς ἐναγγελικῆς ἱστορίας, in quam Beatus Rhenanus in præf. ad Ruffinum ſe incidiſſe refert, ubi hæc Irenæi verba ſic citantur, vel potius explicantur, οἱ μὲν γὰρ μίαν μόνον ἡμέραν ἐνόμισαν, οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ πλείονας· οἱ δὲ μ'. ὥρας μόνας ἡμερινὰς καὶ νυκτερινὰς, ὥρας ἀντὶ ἡμέρας, νηστεύοντες. Quod etiam obſervatum eſt à doctiſſimo noſtro Petro Gunning jam Epiſcopo Ciceſtrienſi in appendice ad tractatum de paſchali jejunio. Verum multa ſunt quæ huic lectioni refragantur. Ut alia omittam, quis miri hujus jejunii quadraginta horis commenſurati, è veteribus præſertim meminit? Quadraginta dierum jejunio nihil in antiquis ſcriptoribus frequentiùs occurrit; at de quadraginta horarum jejunio altum iis ſilentium. Porro aliud quoque in his verbis, ſic interpunctis, æque ſi non magis inauditum obſervare licet, *diem* viz. *quadraginta horis diurnis ac nocturnis commenſuratum.* Quo nihil abſurdius excogitari poteſt: ac proinde Valeſius pro ἡμέραν ſubſtituendum putat νηστείαν, ut non dies, ſed jejunium, quadraginta horis commenſuretur. Hanc autem violenter introductam verborum commutationem contra unanànem omnium codicum conſenſum docti nunquam admittent; præcipuè cùm è verbis ipſis, ut in omnibus codicibus leguntur, & in nonnullis diſtinguuntur, verior & Eccleſiæ primitivæ ritibus magis conſonus ſenſus eluceſcat: nimirum Johannes Chriſtophorſonus, & Henricus Savilius hunc Irenæi locum ſic diſtinxerunt, οἱ μὲν γὰρ οἴονται μίαν ἡμέραν δεῖν αὐτὸς νηστεύειν, οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ πλείονας· οἱ δὲ τεσσαράκοντα ὥρας τε ἡμερινὰς καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦντα τῇ ἡμέρᾳ αὐτῶν. Sic etiam legit & diſtinxit olim Ruffinus, qui ſic vertit, *Quidam enim putant uno tantum die obſervari debere jejunium, alii duobus, alii verò pluribus, nonnulli etiam quadraginta; ita ut horas diurnas nocturnaſque computantes, diem ſtatuant.* Quibus verbis nihil aliud indigitatur, quam quod hi uno, illi duobus, alii pluribus, nonnulli etiam quadraginta diebus jejunârunt; omnes autem unamquamque diem, quam jejuni peregerunt, per nocturnas æque ac diurnas horas emenſi ſunt; ut nullâ horâ vel diei, vel noctis, uſque ad numeri dierum, quos ſibi conſtituerant, exitum, jejunium ſolverent. Contra hanc expoſitionem H. Valeſius duo objicit, primò quod hinc neceſſariò conſequetur, eos, qui XL. dies jejunabant, toto illo tempore nihil prorſus comediſſe, quandoquidem horas tam nocturnas quam diurnas jejunio deputabant; Reſpondeo, nihil minus quam hoc ex dictâ expoſitione conſequi: In jejuniis enim celebrandis, præſertim hoc paſchali, non ab omni prorſus alimento, ut cuique notum eſt, ſed à carnibus tantum, vel aliis fortaſſe nonnullis ciborum generibus, abſtinebant; at reliquis veſci licebat. Hoc egregie confirmatur ex Concil. Laod. can. 50. quo dicitur δεῖ πᾶσαν τὴν τεσσαρακοστὴν νηστεύειν ξηροφαγοῦντας. Hîc enim per totam quadrageſimam, & proinde nocturnas æque ac diurnas horas, jejunare præcipitur; & tamen aridis veſci permittitur; vel potius per iſtiuſmodi ξηροφαγίαν, ſive *aridorum eſum*, totum hoc quadrageſimale jejunium celebrari conſtituitur. Alterum, quod objicit, eſt, quod cum Irenæus dixerit, alios uno die, alios biduo, alios verò pluribus diebus jejunare, quid neceſſe eſt addere alios 40. dies jejunare, cum in eo quod plures dies dixit, quadraginta ſatis comprehendantur. Reſpondeo, quod etiamſi nonnullos plures quam duos dies jejunare dixerat, non tamen ſuperfluum erat, eorum etiam, qui XL. dies jejunabant, mentionem facere. Cùm enim à minimo jejunio, viz. unius diei, inceperit, quidni in maximum quoque expreſsè defineret, ut maximus vîz. dierum numerus, quem quiſpiam in jejuniis obſervabat, æque ac minimus innoteſceret? Cùm dixerat igitur alios uno die jejunare, alios biduo, addit, non deeſſe qui pluribus quam duobus jejunant, ſex fortaſſe diebus, vel etiam quindecim (quot nonnullos jejunaſſe tradit Socrates hiſt. Eccleſ. l. 5. κεφ. κδ'.) uſque adeo ut nonnulli etiam XL. dies jejunium ſuum protrahant. Et mirum ſanè eſſet, ſi cum de aliis dierum jejuniis antepaſchalibus devotorum numeris meminerit, de quadrageſimali taceret, cum πεντηκοστὴν iiſdem diebus obſervatam fuiſſe ex præſenti Canone & ab Apoſtolicâ quoque traditione acceptam eſſe ex veterum teſtimoniis patet. Vide Hieron. epiſt. ad Marcell. Cyrill. Alexandr. de Feſtis paſchal. hom 7. & 20. Leon. ſerm. 6. in Quadrag. Porro Eutychius quoque Patriarcha Alexandrinus, ubi prædictam de paſchate controverſiam inter Aſianos & Victorem Romanum agitatum tradit, hæc habet: وذلك ان النصارى كانوا من بعد صعود سيدنا المسيح الي السما اذا عيدوا عيد الخميم من الغد يبدوا يصومون اربعين يوما ويفطرون كما فعل سيدنا المسيح لان سيدنا المسيح لما اعتمد في الاردن خرج الي البرية فاقام بها صايم اربعين يوما *Idque quia Chriſtiani, poſt aſcenſum Domini noſtri Chriſti in cœlos, ubi feſtum baptiſmi celebrâſſent, die craſtino jejunium quadraginta dierum incipiebant, quod deinde ſolvebant, ſicut fecit Dominus noſter Chriſtus; utpote qui poſtquam baptizatus in Jordane fuiſſet, in deſertum abibat, ubi quadraginta dies jejunus manebat.* Et paucis interjectis فوضعوا هولاي البطارقة حسابا للفصح ليصومون النصارى اربعين يوما ويكون فطرهم في يوم الفصح *Et ſtatuebant patriarcha iſti* (Demetrius Alexandrinus, victor Romanus, &c.) *paſchatis computum, ut jejunarent Chriſtiani quadraginta dies, & die paſchatis jejunium ſolverent.* Eutych. Alexand. Annal. tom. 1. p. 362. 363. E quibus omnibus manifeſtum evadit, quadrageſimale jejunium ſecundo poſt Chriſtum natum labente ſeculo & notum fuiſſe ac obſervatum. Qui plura veterum teſtimonia de eodem deſiderat, conſulat velim, Euſeb. vit. Conſtant. l. 3. c. 18. Greg. Naz. orat. 4. & 42. S. Baſilii de jejunio hom. 1. 2. Epiph. expoſ. fid. & ad hær. 75. par. 3546. Ambroſ. in Luc. l. 4. velut ſemel dicam, conſulat patres. Vix enim in quempiam eorum incidat qui hujus jejunii non meminit, ut ſuis diebus religiosè obſervati.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ἡ τετράδα καὶ παρασκευή. Quarta & sexta (hic παρασκευὴ vocata) cujusque per totum annum hebdomadis feria, non minori quam ipsa quadragesima religione, jejuniis antiquitùs dicata est. Gratianus ex dictis Apollonii *Jejunia sane legitima, id est, quarta & sexta feria, non sunt solvenda, nisi grandis aliqua necessitas adfuerit, quia quartâ feriâ Judas de traditione Domini cogitavit, & sextâ feriâ crucifixus est salvator.* Gratian. de consecrat. dist. 3. c. 16. v. & cap. 11. Clemens Alexandrinus, οἵτινες αὐτὸς καὶ τῆς νηστείας τὰ αἰνίγματα, τῶν ἡμερῶν τέτταρα, τὴν τετράδα, καὶ τῆς παρασκευῆς λέγω. ὀπτημίζουσι γάρ, ἡ μὲν Ἑρμῆ, ἡ δὲ Ἀφροδίτης. Clem. Alex. Strom. l. 7. Epiphanius inter hæreticas Aerii opiniones hanc recenset, quod statuerit τετράδα καὶ προσάββατον εἶναι. Epiph. hær. 75. par. 2. ubi sextam feriam & προσάββατον dictam observes. Petrus Alexandrinus ἐκ ἐπιταγῆς τῶν ἡμῶν πατριάρχου τετράδα καὶ παρασκευὴν, Petr. Alex. can. 15. Eutychius quoque Alexandrinus لان الروم الملكية انما يتركون اكل السمك في اليومين الشريفين اعني الاربعة والجمعة علي مدار السنة *Græci enim Melchitæ piscium esu duobus diebus insignibus, viz. quartâ & sextâ feriâ, per totum anni decursum abstinent.* Eutych. Alex. annal. tom. 1. p. 522. Ut alia taceam, restat adhuc non minus insignis iste quam obscurus Tertulliani locus, *Cur stationibus quartam & sextam sabbati dicamus, & jejuniis parasceven.* Tertul. de jejun. adv. psych. cap. 14. Verum ut genuinum horum verborum sensum assequamur, tenendum est, duplex antiquis jejuniorum genus in usu fuisse, unum longius usque ad vesperam productum, alterum brevius, quod horâ nonâ, hoc est tertiâ pomeridiana terminatum est. Quartam autem & sextam feriam breviori huic jejunio dedicabant. Epiphanius, τετράδα γὰρ καὶ ἐν προσαββάτῳ ἐν νηστείᾳ ἕως ὥρας ἐννάτης, Epiph. expos. fidei. Eutychius Alexandrinus, وكذلك من احب ان يصوم الاربعا والجمعة في السنة كلها فله ان يصوم التاسعة ولا ياكل سمكا *Eodem modo si cui visum fuerit feriâ quartâ & sextâ per totum annum jejunare, illi permissum est etiam ad nonam jejunare & piscibus abstinere.* Eutych. Alex. annal. tom. 1. p. 522. Huc respicit & Socrates ubi ait, ἔνιοι γὰρ ἄχρις ἐννάτης ὥρας νηστεύοντες, διάφορον ἔχειν τὴν ἑορτὴν. Socrat. hist. Eccles. l. 5. κεφ. κϛ'. Et ipse quoque Tertullianus verbis disertis ait, *non quasi respuamus nonam, qui & quartâ Sabbati & sextâ plurimum fungimur.* Tertul. de jejun. adv. psych. cap. 10. Hujusmodi porro jejunia, quæ ultra horam nonam non extendebantur, Tertullianus *Stationes* appellat, & has enim horâ nonâ terminatas esse, ex his ipsius verbis constat, *Æque stationes nostras ut indignas, quasdam vero & in serum constitutas, novitatis nomine incusant, hoc quoque munus & ex arbitrio obeundum esse dicentes, & non ultra nonam detinendum, de suo scilicet more.* Tertull. ibid. Ubi dicit itaque loco supra laudato, *Quartam & sextam sabbati stationibus dicatam esse*, nihil aliud velit, quam istis diebus jejunia usque ad nonam horam prorogata esse, quæ propterea, & *Stationum semijejunia* vocat ibid. cap. 13. Quod etiam, postquam dixerit, *cur stationibus quartam & sextam sabbati dicamus*, addit protinus, *& jejuniis parasceven.* clarè satis ostendit, aliquid discriminis inter *stationes* & alia jejunia interesse. Quid autem sibi velit per *parasceven* hoc in loco non adeo promptum est definire. Jacobus Pamelius in notis ad hunc Tertulliani locum sabbatum hîc parasceven novè nuncupari scribit. Cùm Tertullianus autem proximis etiam verbis, non minus quam alibi, sabbatis non jejunandum esse, præterquam unico, dicat, nihil à mente illius magis alienum effingi potuit, quàm *parasceven*, quam hîc jejuniis dicatam asserit, *Sabbatum* interpretari. Dionysius Petavius in animadvers. ad Epiphan. expos. fid. hoc Tertulliani loco sextam feriam per parasceven indigitari putat. Nimirum, inquit, Tertulliani tempore, cum stationes feriâ quartâ & sextâ fierent, ambæ quidem ad nonam duntaxat horam prorogatæ sunt, sed feriâ quartâ statim post stationis exitum, horamque nonam jejunium solvere licitum fuit; sextâ verò feriâ expleto stationis tempore non statim fas erat vesci, sed ad vesperam tantum: ac proinde hîc sextam feriam Tertullianus non stationibus tantum sed & jejuniis dicatam asserit. Quandoquidem autem nulla jejunii, sexta magis quam quartâ feriâ, usque ad vesperam antiquitùs producti vestigia extant, & nihil apertius esse potest, quam ex Tertulliani mente *parasceven* hîc à sexta feria distingui, cùm hanc stationibus, illam jejuniis dicatam distinctè scribat, hoc loco paraskeve propriè sic dicta, sive παρασκευὴ τοῦ πάσχα ut vocatur Joh. 19, 14. ea nimirum quæ paschalem solennitatem proxima antecedit, intelligenda videtur, quam S. Chrysostomus τὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην παρασκευὴν appellat λογ'. εἰς Ματθ'. tom. 5. p. 906. edit. Savil. Hæc enim ut Dominicæ passioni commemorandæ peculiariter consecrata, arctioribus perpetuò, quam reliquæ sextæ, vel etiam quartæ feriæ jejuniis celebrata est.

Τετάχθαι τὴν τετράδα. Hæc usque ad χειμερινὴ λογίζεται inclusive ex MS. Bodleiano restituimus: ut & ea, quæ nonnullis interjectis sequuntur, viz. ἀπὸ δὲ πεντηκοστῆς, usque ad καὶ τῆς δεκατεσσάρων. Porro hîc tres quotannis excipiuntur septimanæ, quibus feriæ quartæ & sextæ jejunia prætermittere licet, vel potius, quibus jejunare Græcis non licet. Dictæ tres septimanæ sunt, primò quæ Apocreon præcedit, deinde quæ τυροφάγου, & tertiò quæ διακινήσιμου appellatur. Primò autem, Græcorum χειμερινὴ ἀπόκρεως nostræ dominicæ sexagesimæ respondet; Septimana, quæ dictam dominicam antecedit, ἑβδομὰς τῆς ἀπόκρεω nuncupatur. Hebdomadis igitur, quæ hanc præcedit, & προσφωνήσιμος dicitur, feria quarta & sexta non jejunandum esse, Balsamon hîc tradit, idque propterea, quòd Armenii tunc temporis propter Ninevitas jejunant. Alii autem tradunt, Armenios dictam hebdomadem προσφωνήσιμον, sive προσφωνήσιμον (ut nonnunquam scribitur,) jejuniis deputasse propter Artziburium: (unde & ipsa hebdomas Ἀρτζιβούριος etiam appellatur) Nimirum Sergius Armeniorum hæreseos autor Canem habuit Ἀρτζιβούριον vocatum, quem à feris devoratum Armenii cum Sergio lugebant, διὰ τοῦτο καὶ νηστείαν τῇ πίστει ὡρισάμενοι, ut in Typico sabæ traditur: ubi etiam aliæ hujus jejunii causæ commemorantur, inter quas & hæc à Balsamone tradita, nimirum propter Ninevitas, recensetur. At idem Balsamon in responsis ad Marcum Alexandrinum, Armenios hebdomadem ταύτὴν διὰ τοὺς Νινευίτας propter Ninevitas, & διακινήσιμον propter Artziburium, jejunasse scribit, ὅτι καὶ τὸ διακινήσιμον νηστεύειν οἱ Ἀρμένιοι διὰ τὸ Ἀρτζιβούριον, Balsam. ad interrog. 52. Ut ut est, cùm Armenii hæretici ludicrum hoc & ridiculum hebdomadæ ταύτὴν διὰ τὸ ἀπόκρεως instituissent jejunium, Græcis orthodoxis visum est, nec quarta nec sexta ejusdem septimanæ feria jejunare, ne cùm Armeniis consentire viderentur. De his jejuniis à Græcis prætermissis, sic Nicolaus Patriarcha ad Anastasium Abbatem scribit,

Τὼ ἑβδομάδι ὧν λαλῶ τὼ πρὸ τῆς ἀποκρέω,
Ἣν καὶ ἐπονομάζομεν τὼ τῦ Ἀρτζιβυρίω,
Οἱ πλείστοι ἔθος ἔλαβον ἀδεῶς καταλύειν,
Τετράδι καὶ παρασκευῇ, οἱ κρεμμυδὶ τὸ κρέας,
Ὠαύτως καὶ οἱ μοναχοὶ τυρῦ μεταλαμβάνειν,
Καλῶς νοοῦντες, ἀληθῶς καὶ φράττοντες ὀμβίως,
Εἰ μὴ φυλῆς καταίγονται ἐκ τῆς τῦ Ἀρμενίων,
Καὶ αἵρεσιν τῦ Ἀρτζιβυρίου,
Καλῶς ποιῦσι λύοντες ἅπασαν ὑποψίαν·
Εἰ δὲ πιστοὶ ὀρθόδοξοί εἰσι καὶ ἐκ προγόνων
Εἰς μάτην προφασίζονται λύοντες τὼ νηστείαν.

Proxima hebdomas, cujus quarta sextaque feriæ jejuniis hîc eximuntur, est ἡ τῦ τυροφάγου. At dominica τῦ τυροφάγου eadem est ac nostra quinquagesima, ac proinde septimana præcedens, quæ ab eâ ἑβδομὰς τῦ τυροφάγου denominatur, hîc intelligenda est. Hujus enim hebdomadis quartâ & sextâ feriâ non jejunant. Nicephorus quidem Patriarcha, qui & ὁμολογητὴς dicitur, Monachis solis, non item aliis istis diebus jejunare præcepit: & ipsis quoque Monachis post missam præsanctificatam, caseum & ova comedere permisit, ἵνα δηλῶ, inquit, πεφέισται τοῖς μοναχοῖς τῇ τετράδι τῦ τυροφάγου, καὶ τῇ παρασκευῇ, καὶ μετὰ τὼ ἁγιασθέντων ἀπόλυσιν ἐσθίειν τυρὸν καὶ ὠά, Ἀναγκίστῃ δὲ ὁ γεγὼν ἔτι τῦ Ἰακώβου τὸ δίγμα καὶ τὼ τῆς τετραδίτου αἴρεσιν. Extat hic Nicephori Canon in Juris Græco-Romani l. 3. ubi tamen pro καὶ ὠά legitur, ὅπως ἂν ἐμέσωσιν. Sed Anastasius Cæsariensis Canonem hunc citans καὶ ὠά legit: quæ etiam verior haud dubiè est lectio. Johannes Leunclavius loco citato τῦ τυροφάγου *Septuagesimæ* malè vertit, pro *quinquagesimæ*. Nam Dominica septuagesimæ Græ-



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

cis κυριακὴ τῆ ἁγίᾳ vocatur. Ultima hebdomas, cujus hîc fit mentio, eſt διακαινήσιμος vel ut nonnunquam ſcribitur, διακαινισιμος & διακαινισιμος. Sic vocatur tota illa ſeptimana, quæ feſtum paſchatis ſequitur. Hujus autem quartam ſextamque ferias jejuniis exceptas eſſe, Typicum quoque docet, ἐξαιρῶν τὴ ἁγίᾳ τεσσαρακοστῆ καὶ ἑβδομάδας, αἵτινες διακαινήσιμοι. Atquare hâc quoque ſeptimanâ non ſit jejunandum? Reſpondet Balſamon hoc loco, propterea quod tota hæc ſeptimana ὡς μεγάλη κυριακὴ, hoc eſt, *tanquam magna dies paſchatis*, reputatur. Conſentit Typicum, Η μὲν διακαινήσιμος πᾶσα, ὡς μία ἡμέρα λογίζεται, ἢ ὡς αὐτὴ ἡ μεγάλη κυριακή. Et ipſe rurſus Balſamon in reſponſis ad Marcum Alexandrinum, κατὰ τὴν ἑβδομάδα τῶν διακαινησίμων ἀκανδίτως χρωμένους κατὰ τὴν αὐτῶν πατρίδα καὶ ἑβδομάδι· ὡς μία τὸ λογίζεσθαι κυριακὴν ὅλην τὸ ἐπταήμερον τοῦτο διάστημα. Balſ. ad Marc. interrog. 52.

Ἀνάγνωσον καὶ τέ. Hæc uſque ad finem hujus interpretationis ex MS. Bodleiano nunc primùm edimus. Extant autem, quæ hîc Balſamone commemorantur, ad calcem ſcholiorum ipſius in nomocanonem Photii in editione Gentiani Herveti.

## In Can. LXX.

Εἴ τις ἐπίσκοπος. Johannes Antiochenus hunc Canonem ſic legit, Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς νηστεύει μετὰ Ἰουδαίων, ἢ συνεορτάζῃ μετ' αὐτῶν, ἢ δέχεται αὐτῶν τὰ τῆς ἑορτῆς ξένια, οἷα ἄζυμα ἢ πιεῖν, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω. Joh. Antioch. collect. can. tit. 37.

Τὰ τῆς ἑορτῆς ξένια. Cùm ſolenne Purim celebrarent Judæi, ſibi invicem partes de convivio mittere ſolebant, Eſth. IX. 19. Et ſic in aliis quoque Feſtivitatibus, Chriſtianos olim inter Judæos verſantes, hujuſmodi ab iis portiones accipere non puduit. De hoc Eccleſiæ primitivæ præſules certiores facti, hoc Canone id interdicunt: & pœnas ab accipientibus exigunt, idque ne Chriſtiani cum Judæis jejunia vel feſta peragere viderentur.

Λέγουσιν οἱ πολλοὶ ἀλίσκεσθαι. Demetrius Chomatenus Archiepiſcopus Bulgariæ ad hanc Conſtantini Cabaſilæ interrogationem, Πῶς λογίζονται τὰ ἁρπαζόμενα ἄζυμα κοινὰ, ἢ ἅγια; reſpondit Λατινικῶν μὲν ἀζύμων ἐθνεῖς ἐνδεεῖς ἐνδεεῖς μὲν χαρᾶς μένειν, οἷα ὕστερον, ὡς ἔοικε, τῶν ἀζύμων ἔθος ἐν τῇ τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ ἐπισκοπεῖσθαι· ἐξ ὧν μόνον τὸ τυχὸν ἔθος ἀνέκυψε, πολλοὶ τῶν ἡμετέρων καὶ ζῆλον ὑπερβάλλοντα συγχέαντα ἰδίοις καθ' ἑαυτοὺς, ὡς ἔκφυλον, τοῦτο ἀποσκορακίσαι. Juris Græco-Rom. l. 5.

*Ariſt.* Λαϊκὰν ἀφορίσεις. In Ariſteni epitome à Juſtello editâ nihil de iis, qui gentilia ſapiunt, exprimitur, nec quicquam aliud loco Canonis LXX. & LXXI. occurrit quàm Λαϊκὰς ἀφορίσεις τῶν Ἰουδαΐζοντας· τῶν δὲ κληρικὰν καθαιρήσεις.

## In Can. LXXII.

Ἕλαιον ἀφορίζεσθαι. Poſt iſta verba in Joh. Antiocheni collectione tit. 46. hæc adduntur, καὶ τὸ ἐπιτιμηθὲν ἀφορίσθω μεθ' ἕτερα ἔλαιον. Quæ etiam in Græcis Balſamonis codicibus antehac editis leguntur. Legit & Ariſtenus, ut tam ex epitome, quam interpretatione ipſius patet; uti & Joſephus Ægyptius in paraphraſi Arabicâ qui hunc Canonem ſic interpretatur, ايما كاهن او علماني اخذ من الكنيسة زيتا او شمعا سرقة فليتفا من الكنيسة او يرد عوض ما اخذه خمسة اضعاف ويوديب علي ذلك بما يراه رئيسه وقبله وان هو خالف فليودب بتلك الغرامة ولتحرم البتة *Quicunque Sacerdos aut Laicus oleum vel ceram ex Eccleſiâ furtim acceperit, expellatur Eccleſiâ; vel loco ejus rei, quam accepit, quintuplum reſtituat, & puniatur inſuper, prout præfecto ipſius viſum fuerit, & eum recipiat: ſin contradixerit, eadem pœnâ mulctetur, & prorſus excommunicetur.* At in codice Bodleiano, quem nunc edimus, hæc verba non habentur; uti nec in Harmenopuli Canonum epitome ſect. 5. tit. 2. omittuntur & in Latinâ Gentiani Herveti tranſlatione: & quod præcipuum eſt, nec Balſamon in hujus, ut nec Zonaras in proximi Canonis (quo hunc etiam tractat) interpretatione, horum verborum meminit; Et idcirco nec eos in ſuis Codicibus iſta legiſſe non immerito ſuſpicemur.

Οὐ πενταπλῶν βάλλει. Ad finem integri præſentis Canonis, ut ante obſervatum eſt, in nonnullis codicibus additur, καὶ τὸ ἐπιτιμηθὲν ἀφορισθήτω μεθ' ἕτερα ἔλαιον. Qui epitomen Canonis fecit, ἐπιτιμηθὲν per πενταπλῶν interpretatus eſt, ut & Joſephus Ægyptius per خمسة اضعاف *Quintuplum*, ſic enim & חמש ירות LXX. πενταπλασίως, Arabicè vertitur, Gen. XLIII. 34. quomodo & Avicenna ait, بدل ثلثة اضعافه جزء البنج *Loco ejus* (viz. opii) *triplum ſeminis hyoſcyami uſurpatur.* Avicen. p. 133. Verum rectè hîc notat Ariſtenus, ἐπιτιμηθὲν non tantundem eſſe ac πενταπλῶν, nec Canonem velle πενταπλῶν ἀποδίδοσθαι, ſed αὐτὸ τὸ ἀπουληθὲν, *illud ipſum quod aufertur*, & inſuper τέτε ἐπιτιμηθὲν. Quid autem per ἐπιτιμηθὲν intelligendum ſit, ex Macrobii definitione τῆ ἐπιτίτε (nam eadem eſt utriuſque ratio) optimè dignoſcamus *Et eſt ἐπίτριτος* inquit, *cùm de duobus numeris major habet totum minorem, & inſuper ejus tertiam partem; ut ſunt quatuor ad tria; nam in quatuor ſunt tria, & tertia pars trium, id eſt, unum; & is numerus vocatur ἐπίτριτος, deque eo naſcitur ſymphonia, quæ appellatur διὰ τεσσάρων.* Macrob. in ſomn. Scipion. l. 2. c. 1. Eâdem itaque ratione ἐπιτιμηθὲν hoc in loco *ſeſquiquintum*, hoc eſt, ſemel rei ablatæ pretium & quintam inſuper ipſius partem continet; adeo ut Canon latiſſimo ſenſu τὸ πενταπλῶν non exigat, quemadmodum Ariſtenus rectè monet.

## In Can. LXXIII.

Σκεῦος χρυσῶν. Baſilica, ὁ δὲ πικλάτης κινεῖται καὶ τὰ ὑφαλοιβεῖα ἐκ τῶν ἱερῶν ἢ μνημείων ἢ δημοσίων χρημάτων ἢ φιάλας εἰς ἰδίας χρείας. Baſil. l. 60. tit. 45. cap. 2. τὸν δὲ πικλάτην ὑπέχει καὶ ὁ ἱερεὺς ἢ ἐκ μνημείων χρήματα λαμβάνων, ἢ τὸ δωρηθὲν τῷ θεῷ, ibid. cap. 5. Johannes Antiochenus ex primâ conſtitutione tit. 29. IX. libri Codicis, Εἴ τις ἀγνοῶν τις ἱερὰ σκεύη, ἅτινα εἰδὼς καὶ πειστρονῶν ὑπεκλέψῃ αὐτὰ, ὡς ἱερόσυλος τιμωρείσθω. Joh. Antioch. nomocan. tit. 46. Egbertus Archiepiſcopus Eboracenſis, *Si quis Epiſcoporum, vel Presbyterorum, vel miniſtrorum ex rebus Eccleſiæ, quæ in quibuſcunque locis à fidelibus largiuntur, aliquid auferat, & male rapta cum confuſione reſtituet, & excommunicationis annue ſententiam ſubibit.* Egbert. in excerpt. can. 71. vide & Alexii Comneni novellam περὶ τῶν ἱερῶν σκευῶν, καὶ περὶ τῶ μὴ ἄλλοτε ποτὲ ταῦτα κινηθῆναι. in Juris Græco-Rom. l. 2. p. 124.

## In Can. LXXIV.

Ἐπίσκοπον καταγρηδίνητα. Anno æræ Dionyſianæ 394. Arcadio tertiùm & Honorio ſecundùm Coſſ. tertio Kalendarum Octobris, provinciale Concilium Conſtantinopoli celebratum, Agapii & Bagadii cauſam examinabat, quorum uterque tunc temporis Epiſcopatum Boſtræ ſibi vendicabat. Bagadius nimirum depoſitus fuerat, & Agapius iu locum ipſius electus: ſynodo verò congregatæ conſtabat, Bagadii depoſitionem à duobus ſolis Epiſcopis factam fuiſſe. Quocirca à Nectario reliquiſque ei conſentientibus Epiſcopis decernebatur, non licere in poſterùm eum qui reus examinatur à tribus, nedum à duobus, deponi, ſed majoris Synodi & provinciæ Epiſcoporum ſententiâ, καθὼς καὶ οἱ Ἀποστολικοὶ κανόνες διωρίσαντο. Quibus verbis præſens haud dubiè Canon indigitatur, utpote quo ſolo ex Apoſtolicis Epiſcopi accuſati cauſam à Synodo dijudicandam eſſe conſtituitur.

Τὰ μὴ κατακολουθήσαντα. Hæc uſque ad abſoluta in hunc Canonem Balſamonis Scholia in impreſſis antehac codicibus Græcis deſiderantur. Sed Gentianus Hervetus legit, & latinè vertit. Nos Græcum textum ex MS. Bodleiano nunc primùm in lucem proferimus.

IN

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

## In Can. LXXV.

Ἀρειτὸν μὴ φορτίζητε. Cùm Athanasio à Meletianis vitio verteretur, quòd Macarius unus ex ipsius Diaconis mysticum poculum fregerat, ille tanquam ex hujus Canonis præscripto respondebat, Meletianos, qui hoc ei objecerant, hæreticos esse, ac proinde ad testimonium contra ipsum ferendum non admittendos, ut qui fide prorsus sint indigni. Verba ejus sint, Μελετιανοὶ γάρ εἰσιν οἱ κατηγοροῦντες, καθόλου πεπιστευκότες μὲν ὀφείλοντες, ἀμαθεῖς γὰρ καὶ ἐχθροὶ τῆς ἐκκλησίας γεγόνασιν, ὡ νυῦ ἀλλ' ἀπὸ τῆς μαρτυρίας Πέτρου καὶ μάρτυρος γενομένης &c. Athanas. ad Imper. Constant. Apol. Idem postea constitutum fuit à secundâ quoque Synodo Oecumenicâ Constantinopoli celebratâ, decernente, ἵνα φοβῆται μὲν αἱρετικὸς μὴ ἐξῇ κατηγορίας καὶ ὡς ὀρθοδόξου ἐπισκόπου ὑπὲρ ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων πείθεσθαι, Synod. C P. can. 6. Vide & Concil. Chalced. can. 21. S. Augustinus hæreticos etiam à Presbyteri accusatione rejicit, *Nam hæreticorum*, inquit, *accusationes contra Catholicum Presbyterum admittere nec possumus nec debemus*, Aug. in append. epist. 10. Concilium verò Toletanum quartum hæreticorum testimonium nullâ in re nedum contra orthodoxum quemlibet, admittendum esse censet, dicens, *Infirmari ergo oportet eorum testimonium, qui in fide falsi docentur, nec eis est credendum, qui veritatis à se fidem abjecerunt*, Concil. Tolet. 4. c. 63. apud Gratian. decret. part. 2. caus. 2. quæst. 7. cap. 24. v. & cap. 25. Justinianus, *Sancimus contra orthodoxos quidem litigantes nemini hæretico, vel his etiam qui Judaicum superstitionem colunt, esse in testimonio communionem, sive utraque pars orthodoxa sit, sive altera.* l. 21. Cod. de hæreticis. Et in Basilicis, Τῶν αἱρετικῶν οἱ μὲν Μανιχαῖοι, καὶ οἱ Βορβορῖται, ἢ Ἕλληνες, ἢ ὁποῖοι, ἢ οἱ τὸν Ἰουδαϊκὸν θρησκείαν σέβοντες ἐν οὐδενὶ μαρτυρεῖτωσαν. οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ἐν δικαστηρίῳ μὲν ὀρθοδόξου ἔχοντι ἀντίδικον μὴ δεχέσθωσαν. Basilic. l. 21 tit. 1. c. 44. Hinc Photius Patriarcha C P. Αἱρετικὸς δὲ καθόλου ὁ κατὰ μαρτυρεῖ ὀρθοδόξου, εἰ μὴ περὶ βουλευτικῆς κατηγορίας ὁ ὀρθόδοξος ἐνάγῃ, Phot. nomoc. tit. 9. cap. 2.

Ἀλλὰ μοὶ πιστὸν ἵνα μένῃ. *Accusatio Episcoporum non est facilè recipienda, dicente Domino, non suscities vocem mendacii; & Apostolus inquit, adversus Presbyterum inscriptionem non recipiendam absque duobus vel tribus idoneis testibus. Si hæc de Presbyteris vel cæteris fidelibus sunt præcavenda, quanto magis de Episcopis?* Sixtus pap. 2. apud Gratian. decret. part 2. caus. 2. quæst. 7. c. 19. Εἷς δὲ μαρτυρία οὐδεὶς ἐστὶν ἐν οὐδενὶ πράγματι δίκης, κἂν σύμβουλος εἴη. Basil. l. 21. tit. 1. c. 32. Εἷς μόνος μάρτυς οὐδείς κἂν ἀξιωματικὸς εἴη. Glos. ibid.

## In Can. LXXVI.

Ὅτι οὐ χρὴ διάδοχον. Paulinus Episcopus Antiochiæ, è vitâ jam decessurus, Evagrium sui loco ordinabat Hinc Theodoretus observat, ὡς δὴ τὸ ἐκκλησιαστικὸν διαμεῖν προυχώρησε Evagrium, & multos simul Canones violatos, ὅτε γὲ αὐτὸν ἑαυτοῦ τοῦ τελευτῶντος χεῖρες τῶν διατάττειν. Theodoret. hist. Eccles. l. 5. c. 23. quibus verbis ad hunc Canonem respexisse videtur, quo cautum est, ne quis alium sui loco ordinaret. Etiamsi enim ipse Canon cognatorum solummodo mentionem faciat, & Evagrium Paulini cognatum fuisse non constet; Canon tamen violatus est, eo quòd Paulinus decessurus alium sui loco constituerit: de alienis enim æque ac cognatis illum intelligendum esse, rectè observat Balsamon.

Χειροτονεῖν δὲ δεῖ). Johannes Antiochenus legit χειροτονεῖν δὲ ἐν αὐτὸς βούλεται. Coll. Can. tit. 6. M S. Bodl. δὲ δεῖ) χειροτονεῖν. At hæc verbis, εἰς τὸ ἀξίωμα τὸ ἐπισκοπῆς δὲ βούλεται χειροτονεῖν, in Holoandri exemplari desiderantur.

Ὑπὸ κληρονόμες. Joh. Antiochenus collect. can. tit. 6. & impressi Codices legunt ὑπὸ κληρονομίαν. Aristenus ὑπὸ κληρονόμων. At omnia hæc πάθῃ ἀνθρωπίνῳ· ὁ γὲ τῷ τῷ θεῷ ἐκκλησίαν ὑπὸ κληρονόμες ὀφείλει πιθέναι. Gentianus Hervetus non legit, vel saltem latine non vertit: legenda verò esse, ex scholiis non minus, quàm ex Joh. Antiocheni collectione patet.

## In Can. LXXVII. Et LXXVIII.

Ἆρα ἢ εἰ μὴ τῷ ἱερωσύνῃ. Similem huic quæstionem Marcus Alexandrinus Theodoro Balsamoni proposuit, his verbis conceptam, Λελωβημένῳ ἢ ἀτελεστέρᾳ μὲν ἀξιωθεὶς καθμῶ ἀρχιερατικῆ; ἢ ὁ μὴ τῷ ἱερωσύνῃ καταπεσὼν γεγονὼς ἀσθενὴς καὶ μὴ τὸ πάθος ἱερουργῶν ἢ ὤ; i. e. *Mancus aut Monoculus habebiturne gradu sacerdotali dignus? aut qui post sacerdotium mutilatus est, permitteturne post vitium sacra facere, an non?* Ad hanc solvendam quæstionem Balsamon præsentes duos Canones citat, & mox hæc subjungit; (quæ, ad pleniorem hujus quæstionis solutionem & Canonum horum interpretationem conducentia, digna sunt tam Græcè quam Latinè apponi) ὅσοι πίνυν ἐν πάθει ἀῤῥωστημάτων τινῶν ἱερατικῶν καθμῶν ἐνεργεῖν κωλύωνται δίκαιοι, χειροτονίας ἂν ἀξιωθήσονται· εἰ δὲ μὴ τῷ χειροτονίαν ὑπὸ πολλῶν γενέσθαι ἐμποδίζονται διὰ τῷ ῥᾳθυμεῖν ἱερουργεῖν, καὶ ὅτως ἀῤῥώστως ἔχοντες ἀκωλύτως ἱερουργήσωσι τοῖς καθ' ἡσυχίαν ἤθεσι διὰ λάθρα σώματος ἡ ἱερουργίας τινὰ μὴ κωλύεσθαι. εἰ δὲ τῆς ἱερωσύνης τὸ ἀναύδασμα ἐμποδίζει τῆς νόσου τὸ ὄγκωμα, ἡ ἐνεργείας παυθήσεται ὁ νοσῶν, τὸ δὲ ἀξιώματος ἂν ἀλλοτριωθήσεται ἀλλὰ μᾶλλον εὐλαβηθήσεται, καὶ ὑπολαμβάνοι μὲν τῆς προτέρας τιμῆς, ἕξει δὲ καὶ τὰ ἀρκοῦντα ζωάρκειαν, καὶ τὰ λοιπὰ, κατὰ τῷ προτέρου σωήθειαν. *Quicunque igitur morborum aliquorum vitio prohibiti fuerint sacerdotalium graduum jura exequi, ordinatione digni non habebuntur. Qui autem post ordinationem sic malè affecti, sacra facere morbo non impediuntur, & sic etiam imbecillâ constituti valetudine, sacra liberè celebrabunt. Nam Dei præconibus placuit neminem à sacrorum celebratione propter corporis mutilationem prohiberi. Quòd si morbi debitum officio sacerdotis sit impedimento, illud exercere desinet ægrotus, à dignitate autem non alienabitur: quin potiùs miserandus erit, & priore quidem honore fruetur, quin & quæ ad vitam sustentandam sufficiunt, habebit, & reliqua, juxta priorem consuetudinem.* Balsam. ad Marci Alexand. interrog. 23.

## In Can. LXXIX.

Εἰ τὶ δαίμονα ἔχει. Qui à Dæmone corripiuntur & vexantur, non tantum *Dæmoniaci*, sed & *arreptitii* vocantur, & nonnunquam *Energumeni*; unde & *energema* pro vi dæmonum in malam partem usurpatur à Tertulliano, adv. hæret. c. 30. Hos ab officio quocunque sacerdotali obeundo alii quoque Canones arcendos jubent. Concilium Eliberitanum, *Energumenum, qui ab erratico spiritu exagitatur, hujus nomen neque ad altare cum oblatione esse recitandum, neque permittendum, ut cum sua manu in Ecclesiâ ministret.* Concil. Elib. Can. 29. Arausicanum 1. *Energumeni non solum non assumendi sunt ad ullum ordinem Clericatus, sed & illi, qui ordinati jam sunt, ab imposito officio sunt repellendi.* Concil. Arausic. c. 16. Gelasius papa. 1. *Usque adeo sane comperimus illicita quaque prorumpere, ut dæmonibus, similibusque passionibus irretitis ministeria sanctissima tractare tribuatur, quibus si in hoc opere positis, aliquid propriæ necessitatis occurrat, quis fidelium de suâ salute confidat, ubi ministros ipsos curationis humanæ tantâ prospexerit calamitate vexari? Atque ideo necessario removendi sunt, ne quibuslibet, pro quibus Christus est mortuus, scandalum generetur infirmis. Postremo, si corpore sanctorum fortassis aut debilem nequaquam sanctæ contingere lex divina permisit, quanto magis doni cœlestis dispensatores esse non conveniet (quod est deterius) mente perculsos.* Gelas. Papa epist. ad episc. Lucaniæ. c. 21. Concilium Toletanum x1. *Benè siquidem majorum regulis definitum est, ut dæmonis, aliisque similibus passionibus irretitis ministeria sacra tractare non liceat: Cui præcepto consensu rationis adhibito, id communiter definimus, ut nullus de his, qui aut in terram arrepti à dæmonibus eliduntur, aut quolibet modo vexationis incursibus efferuntur, vel sacris audeant ministrare altaribus, vel indiscussi se divinis ingerant sacramentis: exceptis illis, qui variis corporum incommoditatibus dediti, in ejusmodi passionibus in terram approbantur elisi: qui tamen & ipsi tam diu erunt ab officii sui & ordine & loco suspensi, quousque unius anni spatio per discretionem Episcopi inveniantur ab incursu dæmonum alieni.* Concil. tol. x1. can. 13. vide & Gratian. distinct. 33. c. 3. 4.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

## In Can. LXXX.

Τον ἐξ ἐθνικῆς Clu. Joh. Antiochenus legit τὸν ἐξ ἐθνῶν Collect. can. tit. 36. At Synodus Nicæna prima Canonem hunc citans ἀπὸ ἐθνικῆς Clu legit. Enimvero secundus istius Synodi Canon sic incipit, Επεὶ πολλὰ ἤτοι ὑπὸ ἀνάγκης, ἢ ἄλλως ἐπενεχθέντα τῷ ἀνθρώπων ἐγένετο φύσει ἢ κανόνα ἢ ἐκκλησιαστικὸν, ὥστε ἀνθρώπους ἀπὸ ἐθνικῆς βίου ἄρτι προσελθόντας τῇ πίστει &c. è quibus etiam verbis clarissimè elucescit κανόνα ἐκκλησιαστικὸν ante hanc synodum extitisse, eos, qui à vitâ gentili ad Christianam fidem nuper conversi sunt, Episcopos protinus fieri prohibentem : qui alius haud dubiè non fuit, quam præsens Apostolicus, quem sæpe neglectum & violatum, Synodus Nicæna dicto Canone reparat, & suâ tandem autoritate confirmat. Josephus Ægyptius in Arabicâ Canon. collectione hæc verba ἢ ἐξ ἐθνικῆς Clu vertit, ايما رجل كان حنيفيا او وثنيا *Quicunque vir fuit Ethnicus vel Idololatra :* non me fugit حنيفيا *hanifia* posse nonnunquam significare, *Muslimum*, sive *muhammedicæ religionis sectatorem.* Sic enim حنيف *haniph* sæpe significat ab ابو حنيفة *Abu hanifa*, qui autor fuit unius è quatuor muslimismi sectis, circa religionis istius ramos versatis, quas Abulpharagius sic enumerat مذهب مالك بن انس ومذهب محمد بن ادريس الشافعي ومذهب احمد بن حنبل ومذهب ابي حنيفة النعمان بن ثابت *Secta maleci Ebn Anasi, secta muhammedis Ebn Edris Asshafiensis, secta Ahmedis Ebn Hanbeli, & secta Hanifa Alnooman Ebn Thabet.* Abulph. Dynast. 9. At Abu hanifæ præ cæteris extructum est oratorium, vocatum مشهد للامام ابو حنيفة *Oratorium antistitis Abu hanifæ*, cujus meminerunt Abulpharagius dynast. 1 x. p. 366. & Elmacinus hist.Saracen. l. 3. p.287. De eodem Abu hanifâ vide plura in doctissimi nostri Edvardi Pocockii notis in specimen historiæ Arabum, p. 297. & Henrici Hottingeri hist.orient. l.2.cap. 7. Ab hoc *Abu hanifa* non sua tantũ ipsius secta,sed totus muslimismus vocatur الحنيفية *Alhanifiah* & muslimus حنيفي *Hanifi.* Et hæc quidem ordinaria est hujus vocabuli significatio ; quæ huic tamen loco quadrare non videatur, siquidem Canones hi longè ante Muslimiticæ religionis exortum conscripti sunt. Quapropter aliunde petatur vera ipsius significatio : è linguâ nimirum Syriacâ, cujus vocabula in hâc præcipuè Canonum collectione sæpissimè Arabica fiunt, ut alibi ostensuri sumus. At vox Syriaca ܚܢܦܐ *hanpho*, ut & ܚܢܦܝܐ *hanphoio*, est *Gentilis Ethnicus.* Unde vocabulum hoc Arabicum حنيفي formatum videtur ; quod propterea *Ethnicus* transtuli. Sed non diffiteor alterum etiam sensum admitti posse, modo dicamus Christianos orientales, qui inter Muslimos sive Muhammedanos versantur, hunc Canonem de iis ( ut par est ) æque ac de Ethnicis interpretatos esse, ut Muhammedanus etiam pariter ac Ethnicus ad Christianam conversus fidem, illico non fiat Episcopus. Quod autem nec Laicus quispiam Christianus protinus evadat Episcopus, nisi inferioribus prius susceptis gradibus, à Concilio Sardicensi cautum est, can. 10.

Εἰ μήπω κτ' θείαν χρεὶν. Auxentio Ecclesiæ Mediolensis Episcopo vitâ defuncto, orta gravissima inter cives controversia de futuro Episcopo eligendo ; usque adeo ut tumultuari cœperint. Sed commodè accidit, ut vir pietate ac doctrinâ insignis, nomine Ambrosius, urbi tunc temporis præfectus esset. Hic veritus, ne mali aliquid ex tanto tumultu nasceretur, pro loco atque officio suo ( ut cum Ruffino loquar ) ad Ecclesiam illic contendit, seditionem populi repressurus. Cùm autem longâ ac eleganti oratione vesanos multitudinis tumultos compescuisset, omnes in unam protinus sententiam conspirantes, ipsum Ambrosium sibi Episcopum ordinari uno ore flagitabant. Hic autem adhuc catechumenus erat, ac proinde nondum baptizatus. Valentinianus verò Imperator, de populi consensu certior factus, Ambrosium etiamsi reluctantem, baptizari simul, ac Episcopum protinus ordinari jubet, vel, ut ait Theodoretus, Ταῦτα μαθὼν ὁ βασιλεὺς προσέταξε βαπτίζεσθαι καὶ μυεῖσθαι καὶ χειροτονεῖσθαι τὸν ἀξιέπαινον ἄνδρα. hist. Eccles. l. 4. cap. 6. *mox- que Dei gratiam consecutus, & initiatus sacris, & sacerdos effectus est* ; ut scribit Ruffinus hist. Eccles. l. 2. c. 11. Hac tumultuariâ Ambrosii ordinatione, quâ è Catechumeno ad Episcopum illico provectus est, serio perpensâ, dicat aliquis eandem minime Canonicam fuisse, nec à præsenti Canone Apostolico admissam ; utpote quo eum, qui à gentili vitâ nuper accessit, & baptizatus est, Episcopum protinus fieri prohibetur. Sed absit ut tanti Patris ordinationem irregularem fuisse suspicemur. Etiamsi enim à primâ Canonis hujus parte condemnari videatur, ultimis tamen hisce verbis, εἰ μήπω κτ' θείαν χρεὶν τοῦτο γένηται, necessariò non minus, quam prudenter annexis, planè admittitur. Enimverò repentina D. Ambrosii electio, & consequenter ordinatio, Deo potiùs quam hominibus adscribenda est ; Deo, inquam, qui dissidentem inter sese multitudinem primo tanti viri intuitu in unam sententiam revocabat. Unde & ipse quoque Imperator D. Ambrosium divinitùs electum agnoscebat : ut antiqui Ecclesiasticæ historiæ scriptores tradiderunt. Socrates, Ο δὲ βασιλεὺς θαυμάσας τὴν τοῦ λαοῦ ὁμόνοιαν, θεῖόν τι ἔργον ἔφη γενὲς τὸ γεγενημένον, ἐφίλατο τοῖς ὀρθοδόξοις ὑπαρχεῖν τῷ θεῷ κελεύοντι χειροτονεῖν, θεῖον δὲ μᾶλλον ἢ ἀνθρώπων ἔφη τὴν ψῆφον τὴν ἐν αὐτῷ, *Imperator consensionem populi admiratus, Deique opus esse agnoscens quod evenerat, rescripsit Episcopis, ut obsequerentur Deo qui illum ordinari jusserat. Dei namque potius quam hominum suffragio illum esse designatum*, Socrat. hist. Eccles. l. 4. c. 30. Val. Theodoretus, ὑπέλαβε δὲ καὶ θείαν εἶναι τὴν ψῆφον, ἐκ τῆς τῶν πάντων φερούσης τετιμημένην συμφωνίας. Theodor. hist. Eccles. l. 4. c. 6. Ruffinus, *Dei enim esse* (Imperator) *esse, quod discordantem populi fidem & animos dissidentes conversio subita in unum consensum atque in unam sententiam revocaret.* Ruffin. hist. lib. 2. c. 11. Sozomenus, σωφρόνων δὲ ἔοικε τὴν ὁμογνώμονα τῶν μυριόλεω ἐκκλησίας τοῦτο ἐργάζεσθαι τὸν θεόν. Sozom. l. 6. c. 24. Et hinc est quòd Imperator Deo gratias agebat, quòd eum ad Sacerdotii munus obeundum elegerat, quem ipse regendis provinciis præfecerat ; ut ibidem docet Sozomenus. Ex eo autem quòd Imperator, & ipse illum ordinari jussit, & ad Episcopos rescripsit, ut illi obsequerentur, propterea quòd divinitùs electus fuisset, facilè est conjicere, tam Imperatori quam Episcopis probè satis constitisse, repentinam D. Ambrosii post baptismum ordinationem nequaquam admittendam fuisse ut Canonicam, nisi ab ipso Deo instituta esset. Sed simulac hoc iis ex subitaneo populi consensu innotuit, divino non ausi refragari suffragio, eum protinus ordinârunt, idque ex hujus Canonis præscripto, quo talis ordinatio sub hâc cautione prohibetur, εἰ μήπω κτ' θείαν χρεὶν γένηται. Et quamvis hæc conditio in secundo Concilii Nicæni Canone non exprimitur, necessariò tamen supponenda est. Canones enim hominibus observandi fiunt, non Deo, qui iis obligari non potest. Et idcirco ubicunque Deus suam interponit autoritatem, ut in hâc D. Ambrosii electione, universi Canones silere debent, vel saltem hanc admittere exceptionem, εἰ μήπω κτ' θείαν χρεὶν τοῦτο γένηται.

Η πεθέσθω. Glossæ Græco-Latinæ, πεθέσης *Apparitor officialis.* Macarius, οἱ διάκονοι τοῦ ἄρχοντος, ἢ πεθέσται. Mac. hom. 15. Hujusmodi viros Episcopos protinùs fieri leges quoque civiles vetant. Βουλευτὴς ἢ πεθέσης μὴ γενέσθω ἐπίσκοπος, μὴ πρότερον τέ. ἔτη μονάσας. ἀλλ' εἰ δόξῃ τοῦτο γένηται, τῇ ἰδίᾳ ἀποδιδόσθω τύχῃ. Eccles. constit. l. 3. tit. 1. par. 2. sed alibi, ὁ βουλευτὴς καὶ ὁ πεθέσης, ἐὰν ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος γένηται, ἐκπιπτέτω, κἂν ἦν πρὸ τούτου κληρικός. ibid. l. 1. tit. 3. const. 53. Αλλὰ μηδὲ πεθέσης κληρικὸς γίνεσθω, ἵνα μὴ ἐκ τούτου τῇ ἐναγεῖ οἴκῳ ὕβρεις προσγένηται. Basilic. l. 3. tit 1. c. 27.

## In Can. LXXXI.

Προσκυρεῖν. Joh. Antiochenus προσαρτηρεῖν. collect. can. tit. 14.

Η πεθέσθω ἐν τούτῳ μὴ ποιεῖν, ἢ καθαιρείσθω. Joh. Antiochenus εἰ δὲ μὴ βούλεται, ἀποθέσθω, *Si autem non velit, deponatur.* Sic enim vertenda sunt hæc verba, non ut in impressis Justelli codicibus, *vel ergo ita facere persuadeatur, vel deponatur* : hæc enim versio nostræ lectioni, non isti convenit. Sed observandum est, dictæ Canonum collectioni Græcæ antiquam Gentiani Herveti versionem appositam esse, quo fit, ut

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ut propter varias lectiones translatio textui sæpe non accommodetur: quod satis mirari nequeo: præcipue cùm à tam eruditis viris Bibliotheca ista in lucem emissa fuerit.

Χειροτόνω. In Simeonis Logothetæ Epitome legitur μετακειρίζομαι.

## In Can. LXXXII.

Ο Ημέτερος Ονήσιμος. Pronomen ἡμέτερος hîc, non secus ac ἐμοῦ in Canone XXIX. ab interpolatore, nescio quo, adjectum videtur, ut Canones hi ab Apostolis conditi fuisse crederentur. Nec Balsamon autem nec Zonaras istius mentionem faciunt, etiamsi de Onesimo loquantur. Johannes Antiochenus in suâ collectione totum hunc Canonem omisit, ut de verâ istius lectione nihil ex eo constet; uti nec ex Harmenopuli epitome, quæ ipsius Onesimi etiam non meminit, sed totum Canonem breviter sic exprimit, εἰκότως ὁ κληθεὶς ὑφ' ἡμῶν Παύτος. Harmen. can. epit. sect. 3. tit. 1. Sed in Arabica collectione, & omisso pronomine, & nomine corrupto legitur مثل اوديسيفرس *sicut Onesiphorus*; hujusmodi autem propriorum præcipuè nominum è Græcis deductorum corruptionibus nihil in linguâ Arabicâ frequentius occurrit: hinc nihilominus planè satis apparet, pronomen ἡμέτερος in codice, quo usus est Josephus Ægyptius, desideratum fuisse. Et quidem non immeritò, cùm nihil enim certius esse potest, quàm hosce Canones ab ipsis Apostolis non constitutos esse, vel tota sententia οἷς καὶ ἡμέτερος Ονήσιμος ἐφάνη, vel saltem pronomen ἡμέτερος expungatur necesse est.

Ο ἢ πολιτικὸς νόμος. Basilica. Ἐὰν δοῦλος εὑρεθῇ καὶ ὑπὸ ἀντιλήψεως τοῦ δεσπότου ἐν κλήρῳ χειροτονηθῇ, ἐξ αὐτῆς τῆς χειροτονίας, ἐλεύθερος καὶ ἐνυβρις ἔστω, Basil. l. 3. tit. 1. c. 31. Δοῦλος εἰσόδους καὶ ἐκ ἀντιλήψεως τοῦ δεσπότου εἰς κλῆρον χειροτονεῖς, ἐλεύθερος ἔσται. constit. Eccles. coll. l. 3. tit. 1. par. 2. Michael Attaliata, Δοῦλος γνώσεως τοῦ δεσπότου, καὶ σωστῆς χρηστομαθοῦς κλησεως, ἐλεύθερος ἔστω. Attal. Synop. tit. 3.

ἐλευθερωθεὶς προσβάζεται. Quòd servus priùs libertate donandus est, quam in Clerum cooptatur, Concilium quoque Aurelianense quintum decrevit, dicens, *Ut servum qui libertatem à dominis propriis non acceperit, aut etiam jam libertum, nullius Episcoporum, ab ejus tantum voluntate, cujus servus est, & eum absolvisse dignoscitur, Clericum audeat ordinare.* Concil. Aurel. 5. c. 6. Et Balsamon in constitutionum Ecclesiasticarum collectione ex codice ait, Δοῦλος ἢ ὅτι καὶ γνώμῃ δεσπότου κληθῇ, εἰ μὴ πρῶτον ἐλευθερωθῇ. Constit. Eccles. coll. l. 1. tit. 3. c. 36.

## In Can. LXXXIII.

Στρατεία χηλάζων. Balsamon & Zonaras per στρατείᾳ χηλάζοντας hîc intelligendos contendunt, non eos qui arma gestant, sed ἐπὶ στρατικῶν πραγμάτων διοικητὰς, qui quovis nimirum modo res militares administrant. Sic & Harmenopulus, qui sensum Canonis sic breviter exprimit. καὶ στρατιῶν ἱερεὺς καθιερούσθω, & ad στρατιῶν in margine notat, ἤτοι τῶν στρατικὰ πράγματα διοικούντων. Nobis autem στρατεία civilem quamlibet administrationem, magistratum, aut dignitatem, hîc indigitare videtur; propterea quòd per Ρωμαϊκὴν ἀρχὴν proximis verbis explicatur, & τῇ ἱερατικῇ διοικήσει opponitur: unde & in epitome tam Logothetæ quam Aristeni, pro στρατείᾳ χηλάζων, nihil substituitur præter ἄρχων, vis enim Canonis in eâ his solis verbis exhibetur, ἱερεὺς ἄρχων ἀνίερος. Quinetiam ipsa Canonis ratio ultimis hisce verbis reddita, τὰ γὰρ χρίσματος, χρίσασι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ, τῷ Θεῷ, eundem hunc sensum exigit: ut sacerdotes nimirum, qui Deo toti consecrantur, politicis administrationibus nequaquam vacent. Sacerdotales enim & civiles administrationes tanto à se invicem interstitio distant, ut idem utrisque deservire nequeat: vel ut Nicephorus Gregoras ait, ἡ μὲν θεοειδὴς πολιτικὴ καὶ στρατικὴ ὡς τὰ πολλὰ συνεῖναι περύκασιν, ἐνεκτὸν δ' ἂν εἰ μὴ μαχόμενα τὸ πλέον πρὸς ἄλληλα φαίνοιτο, καθάπερ σῶμα καὶ πνεῦμα καὶ αὖ ὅσα τῆδ' ἐλαττόνων φύσις γε τὰ ὑπεραίροντα. Niceph. Greg. hist. Rom. l. 3. Et hoc quidem inter alios Canone fretus Constantinus Mesopotamitanus, qui res publicas sub Alexio Comneno aliquamdiu administraverat, cum ab imperatore obtinuisset, ut Diaconus crearetur, se relicturum palatium, & Imperatori non amplius operam navaturum simulabat, propterea quod Canones hoc ei interdicerent, vel, ut verba ejus refert Nicetas Chroniates, τὸν γὰρ κανόνας μὴ ἐνδιδόναι εἰσπωτῶν καὶ θεῷ ἱερᾶσθαι, καὶ κοσμικῆς προστάξεως ἀπαγορεύειν. ἀναδιφᾶσθαι γὰρ ἔμφρων καὶ μανιώδους σωφρονίσασθαι, ἄπορος καὶ ἀκλεὲς θεῷ τι καὶ μαμωνᾷ καὶ διάφορον εἶναι ἀνυπείκτως. Nicet. choniat. in Alex. Comn. l. 2. Postea autem Imperatoris jussu privilegium ei à Patriarchâ Xiphilino concessum est, ut Deo simul & Imperatori, templo & palatio, inserviret, idque despectui habitis Canonibus, qui, ut subjungit Nicetas, τοῖς ἀμφιδέξιους τύπους δριμύνοντες, *acerbas pœnas in istiusmodi ambidextros statuunt*, Nicet. ibid.

Τὰ γὰρ χρίσματος. Hæc verba, τὰ γὰρ χρίσματος χρίσασι καὶ τὰ τοῦ θεοῦ τῷ θεῷ, in Aristeni, necnon in Logothetæ epitome à Justello editâ, omittuntur.

## In Can. LXXXIV.

Ο Στις ὑβρίσῃ Σαπλίκιον. Rectè hic observat Harmenopulus, quod hoc Canone, Σαπλίκιον μὲν ὑβρίζειν κωλύει, ἐλέγχειν δ' ἀδιαφόρως. *contumeliâ quidem afficere Imperatorem prohibitum est, reprehendere autem nequaquam.* Harmen. epit. can. sect. 3. tit. 3. cui suffragatur & Zonaras. Et sic quidem D. Ambrosius Imperatorem Valentinianum reprehendit, Theodoret. hist. Eccles. l. 4. c. 7. & Theodosium, ibid. l. 5. c. 17. Joh. Chrysostomus multos optimatum & magistratuum, Socrat. l. 6. c. 5. Arsenius Palæologum reprehendit simul & sacris interdixit, Niceph. Greg. hist. Rom. l. 4. alii alios, ut Ecclesiasticæ historiæ scriptores abunde testantur. Ut extra dubium sit hunc Canonem, non de justâ Imperatorum reprehensione, si deliquerint, sed de contumeliâ intelligendum esse.

## In Can. LXXXV.

Μακκαβαίων βίβλοι. Hi tres Maccabæorum libri in Joh. Antiocheni collectione omittuntur, in Græco nimirum textu, etiamsi in latinam versionem summâ editorum incuriâ irrepserint. vid. Joh. Antioch. Collect. can. tit. 50. Omittuntur etiam omnes omnino Maccabæorum libri in Canonicorum veteres testamenti librorum catalogo Melitonis, Euseb. hist. Eccl. l. 4. c. 25. In Gregorii Nazianzeni, Amphilochii, Epiphanii, Athanasiii, Concilii Laodiceni, & Joh. Damasceni catalogis desiderantur: adeo ut hariolari nequeo, quo tandem jure vel duo eorum in Canonem admissi sunt, posteaquam antiquiores illi Ecclesiæ Christianæ præsules, eos tanquam apocryphos rejecerint.

Ἐξωθεν ἢ ὑμῶν προσκείσθω. Ec hisce verbis apertè colligatur librum sapientiæ Sirach, ut hîc vocatur, extra Canonem esse, & tamen dignum reputari qui ab adolescentibus legatur. Et sic quidem Ecclesia primitiva, non minus quam nostra vestigiis ipsius religiosissimè insistens, non hunc sosum sapientiæ librum, sed & alios nonnullos in Canonicorum numerum nunquam admissos, populo nihilosecius, & præsertim Catechumenis legendos esse statuit. Athanasius, Ἐκτὸς ἢ τούτων εἰσὶ πάλιν ἕτερα βιβλία τῆς αὐτῆς παλαιᾶς διαθήκης, ἃ κανονιζόμενα μὲν, ἀναγινωσκόμενα ἢ μόνον τοῖς κατηχουμένοις, *Præter istos*, (viz. viginti duos veteris testamenti libros) *sunt alii veteris testamenti libri, non quidem Canonici, sed qui Catechumenis solum leguntur.* Athanas. in synopsi, cujus generis ibidem enumerat, sapientiam Solomonis, sapientiam Jesu filii Sirach, libros Esther (apocryphum) Judith, & Tobiæ. Sic & Epiphanius de sapientiâ Solomonis, sapientiâ filii Sirach, ait καὶ αὐτὰ χρήσιμα μέν εἰσι καὶ ὠφέλιμα, ἀλλ' εἰς ἀριθμὸν βιβλίων ἐκ ἀναφέρονται Epiphan. de ponderib. & mens. Johannes Damascenus de iisdem, ἐνάρετα μὲν καὶ καλὰ, ἀλλ' ἐκ ἀριθμοῦ ἦν, ἀλ' ἔκειτο ἐν τῇ κιβωτῷ. Damascen. de orthod. fid. lib. 4. c. 18. Hieronymus autem, *Sicut ergo Judith & Maccabæorum libros legit quidem Ecclesia, sed eos inter canonicas scripturas non recipit, sic & hæc duo volumina* (viz. prædicta utriusque sapientiæ) *legat ad ædificationem plebis, non ad autoritatem Ecclesiasticorum dogmatum confirmandam.* Hieron. præf. in proverb. Salom. Ruffinus denique de omnibus à S. Hieronymo enumeratis, *Quæ omnia*, inquit, *legi quidem in Ecclesiis voluerunt, non tamen proferri ad autoritatem ex his fidei confirmandam.* Ruffin. expos. fid.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Κλήμης ἐπιστολὰς δύο. Clementem primum Episcopum Romanum duas scripsisse Epistolas, utramque ad Corinthios, traditur. Harum prior summâ laude ac approbatione à primitivis Christianis excepta fuit, usque adeo ut in Ecclesiis etiam non secus ac Canonici libri publicè legeretur, Euseb. hist. Eccles. l. 3. c. 14. Hieron. in catalog. script. Eccles. quod idem & de Polycarpi epistolâ ad Philippenses & Hermæ pastore affirmatur, Hieron. ibid. in Polyc. Euseb. hist. Eccles. l. 3. c. 3. Ruffin. in expos. fid. Alteram autem Clementis Epistolam cujus etiam fragmentum Patricius Junius ad calcem prioris edidit, non perinde receptam olim ac approbatam fuisse, ipse quoque Eusebius refert hist. Eccles. l. 3. c. 38. Et Photius, Patriarcha C P. Η ἑ λεγομένη δευτέρα πρὸς τοὺς αὐτοὺς, ὡς νόθος ἀποδοκιμάζεται. Phot. biblioth. c. 112. Ambæ autem hæ Epistolæ in vetustissimo illo veteris ac novi testamenti codice MS. in Regiâ Bibliothecâ reservato (è quo & in lucem emissæ sunt) ad calcem nimirum, eâdem quâ totus liber manu, & iisdem grandioribus characteribus exarantur. Unde non ineptam facere conjecturam liceat, has Epistolas, tempore & loco quo transcriptus est dictus codex, in Canonicorum etiam librorum censum, juxta hujus Canonis præscriptum relatas esse: alioquin enim difficillimum esset rationem reddere, quamobrem uno compingerentur.

Δι' ἡμῶν Κλήμεντος. Cùm hæc constans ac perpetua sit in omnibus MSS. loci hujusce lectio, etiamsi exinde affirmare non ausim, conjicere tamen liceat, eundem fuisse, qui Canones hosce, ac qui Constitutiones Apostolicas collegit, & quidem eum Clementem nuncupatum fuisse; quem tamen alium esse ab Episcopo Romano, qui ad Corinthios scripsit, exinde liquet, quòd verbis proximè antecedentibus, ubi, Clementis Epistolæ commemorantur, non dicitur ἡμῶν κλήμεντος, sed in genere, sine adjecto pronomine, κλήμεντος ἐπιστολαὶ δύο. At hîc ubi de constitutionibus agitur, pronomen etiam præficitur, καὶ αἱ διαταγαὶ ὑμῖν τοῖς ἀποστόλοις δι' ἡμῶν κλήμεντος. Si idem eum fuisset Clemens, qui constitutiones composuit, ac qui Epistolas, his proculdubiò, non minus quam illis pronomen istud ἡμῶν adjectum fuisset: Adeo ut, quicunque demum ille fuit, qui Canones hosce collegit, Constitutiones quidem à se, Epistolas autem ab alio Clemente conscriptas fuisse perspicuè satis hîc ostendat. Quisnam hic Clemens alius à Romano fuerit, non facilè est definire, ac proinde hoc aliis in medio relinquendum censeo. Ipse autem conjecturâ interim ad suspicandum ducor, Clementem Alexandrinum tam Canonibus hisce, quam constitutionibus, Apostolicis vulgò dictis, colligendis operam dedisse. Hæc conjectura, ut probabilis saltem & veri non dissimilis cuiquam videatur, rationes, quibus fundatur, paucis aperiemus. Quod primò itaque ad Canones spectat, Eusebius dictum Clementem Alexandrinum, librum scripsisse testatur, cui titulus fuit, κανὼν ἐκκλησιαστικὸς, πρὸς τοὺς Ἰουδαΐζοντας. Euseb. hist. Eccles. l. 6. c. 13. Sic & D. Hieronymus eundem scripsisse refert, *De Canonibus Ecclesiasticis, & adversum eos, qui Judæorum sequuntur errorem.* Hieron. in catal. Adhæc Photius inter libros ejusdem Clementis, unum recenset, περὶ κανόνων ἐκκλησιαστικῶν. Phot. biblioth. cap. CXI. At Canones hosce, qui jam *Apostolici* vocantur, *Ecclesiasticos* olim dictos fuisse, in præfatione ex veterum scriptorum monumentis palam fecimus: & in iis etiam quamplurima contra Judæos decernuntur. Ut credibilis saltem sit conjectura in dicto Clementis libro Ecclesiasticos hosce Canones primò collectos fuisse & divulgatos. Porro Eusebius quoque refert eundem Clementem Alexandrinum in libro, quem de Paschâ composuit, asseruisse, se à familiaribus suis coactum fuisse, ut traditiones, quas ab antiquioribus Presbyteris acceperat, scriptas posteris mandaret, καὶ ἐν τῷ λόγῳ ᾗ ἀυτῷ τῷ περὶ τοῦ πάσχα ἐκκλησίαν ὁμολογεῖ πρὸς τῶν ἐπαίρων, ὡς ὑπὸ φίλων τῶν ἀρχαίων παρειληφὼς ἀκριβῶς διδάσκεις, γράφῃ τοῖς μὴ πάντα διδάσκειν. Euseb. hist. Eccles. l. 6. c. 15. Has traditiones à Clemente collectas, easdem esse suspicor, quæ διαταγαὶ sive διατάξις nuncupatæ sunt; quas quidem nihil aliud esse quam certam traditionum collectionem, totus earum contextus arguit: & Epiphanius asserere videtur, hær. 75. Num. 6. Apostolorum autem titulo propterea insignitæ videntur, quòd ipsis Apostolis per continuam traditionem acceptæ referantur. Clemens porro eas, non tantum ore tenus, sed etiam ex antiquiorum, qui propriùs ad Apostolorum tempora vixerunt, scriptis excerpsit, viz. ex Clementis Polycarpi, & Ignatii epistolis. Et quidem tanta est affinitas inter constitutiones hasce & dictas Ignatii Epistolas, ut Franciscus Turrianus & Carolus Bovius in proœmiis suis ad dictas constitutiones à se editas, exinde contendant, Constitutiones Apostolicas ab ipso Ignatio lectas fuisse. Cùm ex ipsis autem constitutionibus constet, eas post Ignatii tempora fuisse scriptas, earum potiùs consarcinatorem Ignatii Epistolas legisse meritò pronunciemus. Et quidem si ipsæ Constitutiones, quas à Clementi Alexandrino ex traditionibus tam ἀγράφοις quam ἐγγράφοις collectas fuisse conjiciamus, hodiè extarent, nullus dubito quin hæc nostra conjectura vero adhuc similior videretur. Enimvero quæ nunc dierum in octo libros distinctæ circumferuntur, adeo sunt corruptæ ac interpolatæ, ut ab iis, quæ olim extiterunt, quasque Epiphanius sæpe laudat, omnimodo diversæ videantur; sententiæ enim, quas Epiphanius ex Apostolorum Constitutionibus citat, in vulgatis vel nusquam reperiuntur, vel aliter quam ab eo citantur: nonnunquam etiam & contrariæ leguntur; ut Clarissimus noster Jacobus Armachanus fusè probavit, in dissertatione de Ignatii & Polycarpi epistolis, cap. VII. VIII. IX. Et propterea Dionysius Petavius etiam confidenter asserit, *aliud fuisse Constitutionum genus, quàm quibus hodiè Clementis nomen inscribitur.* Petav. in animad. ad Epiphan. hær. 70. p. 291. Verum, ut ad alia properemus, tota hæc nostra conjectura huc summatim redit; Clemens Alexandrinus amicorum precibus impulsus, traditiones huc & illuc dispersas, ex antiquorum Presbyterorum sive Episcoporum, defunctorum quidem scriptis, & adhuc viventium sermonibus, collegit, & in unum corpus congessit, & διαταγὰς sive διατάξις τῶν ἀποστόλων idcirco cognominavit, quòd ab ipsis Apostolis primò traditas fuisse crederentur; quo factum est, ut posteri ambiguo Clementis nomine decepti, Clementi Romano eas attribuerent: illi nimirum, cujus duæ Epistolæ ad Corinthios istis diebus, nonnullis præsertim in locis, publicè lectæ, & inter Canonicas scripturas recensitæ videntur. Cùm autem Clemens Alexandrinus Ecclesiasticos etiam Canones in variis Conciliis antea celebratis constitutos collegisset, ultimo eorum, sive præsenti, non tantum duas illas Epistolas à Clemente Romano conscriptas, sed & has constitutiones à se congestas, & pro Apostolicis vulgò habitas, Concilii forsitan alicujus consensu præcedenti Canonicorum librorum catalogo subjungebat. Ut autem sese ab altero Clemente distingueret, hâc loquendi formulâ usus est, κλήμεντος ἐπιστολαὶ δύο· καὶ αἱ διαταγαὶ ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις δι' ἡμῶν κλήμεντος. Et quidem, etiamsi hujus conjecturæ veritatem aliis relinquo examinandam, ipse nihilominus addam, quòd omnibus in utramque partem perpensis, nihil adhuc inveniri potui, quod eam incredibilem facit: sed potius stylus, quo scripsit, ætas quâ claruit, & argumenta, quæ in aliis ipsius operibus, in pædagogo præsertim Clemens Alexandrinus tractavit, me tantum non inducunt, ut credam, eum tam Canonum horum, quam constitutionum, quæ Apostolicæ vulgo dicuntur, collectorem fuisse; & ut in eâdem persistam opinione, usque dum alii verisimiliorem protulerint.

Ἡμῖν τῶν ἀποστόλων. Post hæc ultima ultimi Canonis hujus verba, in Græcis plerisque codicibus, quibus præsertim Canones sine Scholiis continentur, hujusmodi appendix adjecta est, idque sub nomine Apostolorum, Ταῦτα ᾗ περὶ κανόνων διατεύχθω ὑμῖν παρ' ἡμῶν, ὦ ἐπίσκοποι, ὑμεῖς ᾗ ἐμμένοντες αὐτοῖς σωθήσεσθε, καὶ εἰρήνην ἕξετε· ἀπειθοῦντες ᾗ κολασθήσεσθε, καὶ πόλεμον μετ' ἀλλήλων ἀΐδιον ἕξετε, δίκην τῆς ἀνηκοΐας τῷ προστάξαντι πατρί. ὁ δὲ ᾗ, ὁ μόνος ἀγέννητος καὶ τῶν ὅλων ποιητὴς, ἅπαντας ὑμᾶς διὰ τῆς εἰρήνης ἐν πνεύματι ἁγίῳ ἑνώσῃ, καταρτίσῃ εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν, ἀπρόσκοπους, ἀμέμπτους, ἀνεγκλήτους· καταξιώσῃ τε τῆς μισθαποδοσίας τὸν ἠγαπημένον παῖδα αὐτοῦ Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν θεὸν καὶ σωτῆρα ἡμῶν, μεθ' οὗ ἡ δόξα αὐτῷ τῷ δεῖ πάντων δι' ὧν καὶ μεθ' ἁγίου πνεύματος τῷ παρακλήτῳ, νῦν τε καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. *Hæc verò vobis, O Episcopi, à nobis constituta sunt. Vos autem in iis permanentes, salvi eritis, & pace fruemini: Inobedientes autem si fueritis, puniemini, & bellum perpetuum vobiscum invicem geretis, debitas contumaciæ pœnas solventes. Deus autem, qui solus est ingenitus, universorum creator, vos omnes vinculo pacis in Spiritu Sancto copulabit, consummabit in omne opus bonum immutabiles, à querelâ & crimine liberos, & vitâ æternâ nobiscum dignabitur, per mediationem dilecti sui filii Jesu Christi, Dei, & servatoris nostri cum quo gloria ipsi super omnia & Deo patri in Spiritu Sancto paracleto, nunc & semper, & in secula seculorum.* Amen. In Joh. Antiocheni collectione à Justello editâ loco horum verborum μεθ' ἧ ἡ δόξα &c. usque ad finem, hæc substituuntur, πρεσβείαις τῆς ἁγίας παντὸς γενεήτορος, καὶ πάντων τῶν ἁγίων, Ἀμήν. Verum prior lectio in aliis omnibus codicibus tam MSS. quam impressis retinetur, atque

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

que etiam in Arabicâ paraphrasi, quâ totus hic Canonum Epilogus vocatur وصية الرسل القديسين الاطهار *Mandatum Sanctorum purorumque Apostolorum*: ac ultima istius pars, viz. à verbis, ὁ θεὸς ϗ πάντ& &c. usque ad finem, ac si ipsorum esset Apostolorum oratio pro iis, quibus data sunt hæc præcepta, διδασκαλικῶς explicatur, فنسال الله الاب الذي هو وحده غير مولود خالق الكل بكلمته المولودة منه قبل كل الدهور التي هي المسيح المتجسد ان يقويكم كلي طاعته بروح قدسه الرب المحيي الحي الطاهر الذي بدوه منه قبل كل الدهور وكل الخليقة وكل الازمان الذي هو الروح القدس البارقليط الذي احلها على تلاميذه في علية صهيون والهمهم تلك الحكمة الروحانية كذلك يحلها عليكم دايما وان يعينكم علي اعمال الخير وان يجعلكم بلا عيب ويرزقكم الحياة الابدية التي هي الي دهر الدهور الذي لا تنقضي ولا تزول بوساطة ربنا ايسوع المسيح الابن الحبيب الاله المخلص الذي تجسد من روح القدس ومن مريم العذاري وتالم وصلب وقام في اليوم الثالث كما تنبت عليه الانبيا الذي له التسبحة والعظمة والمجد والوقار مع الاب الحكيم العليم والروح القدس المحيي الحي الان ودايما والي ابد الدهور كلها امين *Et oremus Deum patrem, qui solus est ingenitus, universorum creator per verbum suum ab ipso ante omnia secula genitum, qui est Christus incarnatus, ut confirmet vos præstandâ ipsi obedientiâ per sanctum ipsius Spiritum, Dominum vivificantem, vivum, & purum; cujus processio ab ipso fuit ante omnia secula, & omnes creaturas, ac omnia tempora; qui est Spiritus sanctus Paracletus, quem demisit super discipulos suos in summo Sionis, eosque spirituali istâ sapientiâ inspiravit; eodem quoque modo super vos eam perpetuò demittit, & ut adjuvet vos ad bona opera perficienda, utque vos immaculatos reddat, vobisque largiatur sempiternam vitam, quæ usque ad secula seculorum manet, quæque nunquam finietur nec desinet, per mediationem Domini nostri Jesu Christi dilecti filii Dei servatoris, qui à spiritu sancto & Mariâ virgine incarnatus est, & homo factus, & crucifixus, & die tertio resurrexit, quemadmodum prophetæ de eo prædixerant, cui sit laus & majestas, & gloria, & reverentia unà cum sapiente & omnisciente patre, & spiritu sancto vivo & vivificante, nunc & perpetuo, & in secula omnium seculorum, Amen.* Hic, ut videre est, nulla posterioris lectionis vestigia extant: sed omnia priori sive communi respondent. Verum non omittendum est, hanc non propriam esse canonum horum appendicem, sed iis cum Constitutionibus Apostolicis vulgò dictis communem; his enim non minus quam iis epilogi loco adjicitur. Enimvero non in vulgatis tantum Constitutionum editionibus, sed & iis etiam Codicibus, qui Photii diebus extabant, Canones eodem, quo Constitutiones volumine compingebantur, ut ex ipso Photio constat, dicente, Ἀνεγνώσθη Κλήμεντος τῆς Ῥώμης τοῦ ἐπικαλουμένου βιβλία δύο, ὧν τὸ μὲν ἐπιγράφεται, διατάξεις τῶν ἁγίων ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος, ἐν ᾧ καὶ οἱ τῶν συνοδικῶν κανόνων τὴν ἀρχὴν τοῦ ἀριθμοῦ τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανόνες ἐπιγεγράφθαι πεπόνηνται. *Lecta sunt Clementis Romani duo librorum volumina, quorum alteri hic est titulus, Constitutiones Apostolorum per Clementem, in quo etiam illi è Synodicis Canonibus continentur, qui Apostolorum canoni adscribuntur.* Phot. bibl. num. CXII. (In quibus verbis obiter observetur velim, Photium nostræ in Præfatione expositæ de Apostolicis Canonibus sententiæ suffragari, utpote qui eos e Synodicis fuisse Canonibus nobiscum asserat.) Et hinc, ni fallor, evenit, quod διατάξεις τῶν ἁγίων etiam *Canones Apostolorum* appellentur, ab authore operis imperfecti in Matthæum, in homil. 53. dicente, *Quomodo autem quidam Sacerdotes ex hominibus ordinantur, manifestè in libro octavo Canonum Apostolorum dicitur.* His enim verbis liber octavus Constitutionum apertè indicatur. Utrum ipse Canonum & constitutionum collector, quicunque demum ille fuit, eos hisce primus adjecit, necne, alii viderint. Nobis quidem nefarius aliquis βιβλιοκάπηλος Canones hosce Constitutionum calci primò subjunxisse, & sic hanc appendicem, sive Epilogum utrisque communem, quæstus gratiâ, effecisse videtur: & eidem forsitan non immeritò adscribantur, quæcunque corruptiones in iisdem nunc dierum inveniuntur.

Η ἑξηκοντάβιβλος. Josephus Ægyptius in Arabicâ Canonum collectione non tantum eundem Canonicorum librorum numerum exhibet, sed & eodem vocabulo Arabicis characteribus vestito utitur. Ultimus enim hic canon ab eo التطلس الحادي والثمانون *Titulus primus & octogesimus* vocatur, sic incipit, هذه اسما كتب الكنيسة التي دوناها للمومنين بالمسيح من العتيقة والحديثة وهو مصحف الاكسيكنطابلس اعني الستين كتاب *Hæc sunt nomina librorum Ecclesiæ, quos iis, qui in Christum credunt, ex veteri & novo testamento collegimus: estque codex* ἑξηκοντάβιβλος, *sive sexaginta librorum.* In dinumerandis autem hisce sexaginta libris hâc orientales methodo procedunt. viz. Libros Judicum & Ruth uno volumine comprehendunt, unde Aristenus, χριτῶν καὶ Ῥὺθ, &c. Quatuor etiam Regum pro uno reputant; & sic quoque Paralipomenon duos; Esdræ duos; & Maccabæorum tres. Reliquos veteris testamenti libros, nimirum, quinque Mosis: Jesu filii Nave; Esther; Job; Psalterium; Proverbia; Ecclesiastes, Canticum Canticorum; quatuor prophetas majores (qui in hoc Aristeni, catalogo librarii negligentiâ desiderantur) & duodecim minores, sigillatim recensent: ut omnes veteris testamenti libri sint XXXIII. Nam libri sapientiæ est ἔξωθεν, hoc est, extra Canonicarum scripturarum numerum. In novo fœdere singulos numerant, præter duas Clementis Epistolas (hîc in Canonem perperam relatas) ut in unam contractas. At quatuor Evangelia; Epistolæ Pauli XIV. catholicæ VII. Clementis una, & Acta Apostolorum, collecta, & prædicto librorum veteris testamenti numero addita, supradictum sexaginta Canonicorum librorum numerum præcisè constituunt. Apocalypsis hîc idcirco omittitur, quòd iis diebus, quibus collecti sunt hi Canones, à pluribus disceptabatur, Euseb. hist. Eccles. l. 7. c. 25. ed. Vales. Et ob eandem etiam rationem Epistola S. Judæ prætermissa videtur.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

# GUILIELMI BEVEREGII

## Annotationes in Canones Concilii

## *Nicæni Primi.*

Κανόνες τῆς ἐν Νικαίᾳ. Oecumenicarum prima, omnium post Apostolicas celebratissima Synodus, Nicææ habita fuit, quæ Bithyniæ Metropolis est (quod propterea addendum est, ut ab aliis ejusdem nominis civitatibus distinguatur) de quâ Plinius, *Deinde Nicæa in ultimo Ascanio sinu, quæ prius Olbia.* Plin. hist. nat. l. 5. c. 32. At Scholiastes in Leonis Philosophi διατύπωσιν de ordine Ecclesiarum, quæ Patriarchæ C P. subjectæ sunt, eam Ελικράλω prius dictam asserit; additque, quòd cum à Mysis capta fuisset, ac eversa, Lysimachus post Alexandri obitum, eam instauravit, & de filiæ Antipatri nomine, *Nicæam* vocavit, Μετὰ δὲ τὸν Αλεξάνδρου τελευτὴν ἐκτίσθη ὑπὸ Λυσιμάχου, καὶ ὠνομάσθη Νίκαια, ἀπὸ τῆς Αντιπάτρου θυγατρός. Jur. Græc. Rom. l. 2. p. 29. Strabo autem eam ab Antigono conditam, & *Antigoniam* primò nominatam esse, & postea à Lysimacho instauratam scribit, his verbis, καὶ Νίκαια ἡ μεγαλόπολις τῆς Βιθυνίας ἔστι τῇ Ασκανίᾳ λίμνῃ. πεπλήσται δὲ κύκλῳ πολὺν μέγα, καὶ σφόδρα εὐδαίμων, ἀ πάνυ δὲ ὑγιεινὸν τὰ δίαιτα, κτίσμα Αντιγόνου μὲν ἀρχῶντος τῆς Φιλίππου, ὃς αὐτὴν Αντιγονίαν ἐπωνόμασεν, εἶτα Λυσιμάχου, ὃς αὐτὴν ἀπὸ τῆς γυναικὸς ὠνόμασε Νίκαιαν. ἦν δὲ αὐτὴ θυγάτηρ Αντιπάτρου. Strab. Geogr. l. 12. Sic & Suidas eam Αντιγονίαν dictam fuisse observat, mox subjiciens, παρωνόμασται δὲ Νίκη τῇ τοῦ Λυσιμάχου γυναικί. Suid. in Νίκαια. Memnon autem de urbis hujus origine & nominis ratione longè aliter differit: affirmat enim, nomen eam habuisse ἀπὸ Ναΐδος νύμφης, ἐνταῦθα λαχούσης τὸν Νίκαιαν. reliqua ejus verba, quam plurimis referta fabulis, ac proinde indigna prorsus quæ recitentur, videsis apud Phot. biblioth. tmem. ccxxiv. cap. 43. Hanc urbem Nicetas Choniates ἀφορισθέντα τῆς Βιθυνῶν μητροπόλεως πόλιν appellat, in Alex. Manuelis filio. Et alibi mœnia ejus ex cocto latere extructa fuisse tradit, ut nunquam, vel saltem difficulter capi potuit, Νίκαια αὐχεῖ μὲν καὶ τὸ ἐκ κρατίστων τοιχῶν ἀναλῶσαι ἢ δυσάλωτον γῆν, πλίνθοι ὠκοδομημένη πᾶσα ὀπτῆς. Id. in Andronico. l. 1. Et hinc est, quod post captum à Latinis Byzantium, hæc urbs Romanorum sive Græcorum regni sedes fuit, sic Nicephorus Gregoras, ἐντεῦθεν ἐς Νίκαιαν αὖθις ὑποχωρεῖ· αὕτη γὰρ ἐγγύθεν Ρωμαίων βασίλειον μετὰ τὸν Βυζαντίδα πόρθησιν. Niceph. Greg. l. 4. Et Laonicus Chalcocondula, Αφικομένους δὲ ἀποφαίνουσι σφίσι Νίκαιαν τὴν Ελληνίδα πόλιν, τὰ βασίλεια ἐν αὐτῇ ποιουμένους, Chalco. de reb. Turc. l. 1. Verùm nihil est, quod hujus urbis memoriam ad immortalitatem magis consecravit, quàm celeberrimus ille omnium piissimorum Ecclesiæ Christianæ præsulum in eâ conventus. Enimverò ad dirimendas gravissimas istas, quæ Constantini verè Magni temporibus Ecclesiam miserrimè dilacerabant, controversias, omnes ubique constituti Episcopi, dicti Imperatoris jussu, in hâc urbe, eo nomine celeberrimâ, conveniebant; (vel saltem convenire poterant:) Congregati autem non tantùm dictas controversias determinabant, verùm & sacros nonnullos ad Ecclesiasticam disciplinam pertinentes constituebant Canones numero viginti; quos antiquitas usque adeo venerata est, ut eos à nullâ aliâ synodo, etiamsi plurium Episcoporum conventu celebratâ violandos censeret, aut infringendos: ut cum Leone Papa Romano jure merito loquamur, *Nulla sibimet de multiplicatione congregationis synodalia Concilia blandiantur, neque trecentis illis decem & octo, quantumlibet copiosior numerus sacerdotum, vel comparare se audeat, vel præferre, cùm tanto divinitùs privilegio Nicæna sit synodus consecrata, ut sive per pauciores sive plures Ecclesiastica judicia celebrentur, omni penitùs autoritate sit vacuum, quicquid ab illorum fuerit constitutione diversum. Nimis ergo hæc improba, nimis sunt prava, quæ sacratissimis Canonibus inveniuntur esse contraria.* Leo. epist. ad Anatol. ep. C P. vide & ejusdem epistolam ad Marcianum Augustum.

Τῷ δεκάτῳ ἔτει τῆς Βασιλείας αὐτοῦ. Constantius Chlorus Constantini magni pater, diem obiit in Britanniâ VIII. Kal. Aug. anno primo Olympiad. 271. qui iniit ab æstivis Solstitiis anno Christi 305. ut tradit Socrates, hist. Eccles. l. 1. c. 1. rectè quidem de die, sed non item de anno. Idem enim Constantius anno sequenti, sive Christi 306. Consul sextùm fuit cum Maximiano Armentario collegâ, ut omnes Fasti constanter affirmant. Quapropter Idacio potius credendum est, qui in fastis scribit, dictum Constantium Chlorum obiisse ipso & Maximiano Armentario Coss. ærâ 344. hoc est, anno Christi incarnati 306. cui adstipulatur & Eusebius in Chronico à B. Hieronymo latinè verso, quo ad secundum annum Olymp. 271. hæc notantur, *Constantius sexto decimo imperii anno diem obiit in Britanniâ Eboraci. Post quem filius ejus Constantinus ex Concubinâ Helenâ procreatus regnum invadit. Quarto autem Persecutionis anno Constantinus regnare orsus.* Quinetiam Constantinum eodem tempore viz. VIII. Kal. Aug. an. 306. imperium invasisse, ex ipsius obitu clarissimè evincitur. Regnavit enim, ut in eodem Eusebii loco traditur, annos XXX. menses 10. mortuus est autem Feliciano & Titiano Coss. hoc est, anno Christi 337. XI. Kal. Jun. ipso die Pentecostes; ut Socrates & Eusebius testantur, Socrat. l. 1. cap. ult. Euseb. de vitâ Constant. l. 4. c. 64. & nemo unquam contradixit. Sanè ab octavo Kalendas August. anno 306. ad XI. Kal. Jun. anno 337. elapsi sunt præcisè XXX. anni & 10. menses, tribus solis diebus demptis; ut extra dubium sit Constantium Chlorum obiisse, ac proinde Constantini imperium cœpisse, non anno Dom. 305. ut suspicatus est Petavius, de doctr. temp. l. XI. c. 35. nec anno 307. ut affirmat Scaliger de emend. temp. l. 5. sed anno intermedio, sive 306. VIII. Kal. Aug. Hujus imperii anno decimo, qui in annum Christi 315. incidit, Balsamon his verbis, è MS. Bodleiano restitutis, Concilium hoc Nicænum habitum fuisse refert; cui suffragatur & Anonymus autor Ordinis Imperatorum C P. in Jur. Græc. Rom. l. 2. p. 181. utpote qui sic incipit, Κωνσταντῖνος ὁ μέγας ἔτη λϛ'. ἐν τῷ δεκάτῳ τῆς βασιλείας ἔτει γέγονεν ἡ ἐν Νικαίᾳ ἁγία οἰκουμενικὴ συνοδος, ἐπ' ἀρείου τοῦ δυσσεβοῦς τινὸς. ἀλλοι δὲ διαφόρως πατέρων συναθροίσαντων. Sed alii aliter sentiunt. Nam Auctor Chronici, à Petro Stevartio editi, conventus hujus initium collocat in anno Christi 314. Dorotheus Mosembasiensis, Nilus Metropolita Rhodii, Lambertus Schaffnaburgensis, & Beda, anno 318. Paulus Forosempronienſis, Johannes Stæflexus, & alii nonnulli anno 322. quos inter & Gelasius Cyzicenus forsitan habeatur, qui Synodum iniisse statuit anno Constantini XVI. Act. Concil. Nic. l. 2. c. 5. His autem explosis, communis & omnium receptissima est opinio, celebratum fuisse hoc Concilium anno Constantini 20. Christi 325. quæ quibus fulciatur argumentis, paucis ostendemus. Socrates itaque in notationibus temporis huic Synodo præfixis, se invenisse asserit, eam congregatam fuisse Paulino & Juliano Coss. vicesimâ die Mensis Maii, anno Alexandri 636. Καὶ ὁ χρόνος ἦν ἐν ᾧ συνόδου, ὡς ἐν Θεσσαλονίκῃ ἤκουσα, ὑπατείας Παυλίνου καὶ Ιουλιανοῦ, τῇ εἰκάδι τοῦ Μαΐου μηνός. οὗτος δὲ ἦν ἑξακοσιοστὸν τριακοστὸν ἕκτον ἔτος ἀπὸ τῆς Αλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος βασιλείας. Socrat. hist. Eccles. l. 1. c. 13. Idem etiam annus, sed alius dies, in Actione secundâ Concilii Chalcedonensis, fidei à Concilio Nicæno expositæ præstituitur: his verbis, Επ ὑπατείᾳ Παυλίνου καὶ Ιουλιανοῦ τῶν λαμπροτάτων ἔτους ἀπὸ Αλεξάνδρου χλϛ'. ἐν μηνὶ Δεσίῳ ιϑ'. τῇ πρὸ ιγ'. καλανδῶν Ιουλίων ἐν Νικαίᾳ τῇ μητροπόλει Βιθυνίας. Eadem ferè & Canonibus Græcis hujus Concilii præfiguntur, viz. Κανόνες τῶν τριακοσίων δεκαπτὼ ἁγίων πατέρων, τῶν ἐν Νικαίᾳ συναθροισθέντων, ἐν ὑπατείᾳ Παυλίνου καὶ Ιουλιανοῦ τῶν λαμπροτάτων ὑπάρχων, ἔτους ἑξακοσιοστοῦ τριακοστοῦ ἕκτου ἀπὸ Αλεξάνδρου, ἐν μηνὶ Δεσίῳ ἐνεσκαιδεκάτῃ, πρὸ δεκαπτὼ καλανδῶν Ιουλίων. Sic etiam in Chronico Alexandrino iisdem Coss. dicitur quòd Constantinus καὶ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς ἀπὸ Ολυμπιάδος μηνὶ Δεσίῳ ιϑ'. τῶν ἁγίων πατέρων συνόδον ἐν Νικαίᾳ ἤγειρεν συναθροίσας. nec abludit vetustissima illa canonum editio à Justello edita, quæ in præfatione ad hoc concilium, eundem ab Alexandro annum concilii initio assignat, sed alios coss. his verbis, *Facta est autem Synodus consulatu Constantini Aug. & Licinii*

XIII.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

*XIII. Kal. Jul. qui est apud Græcos* XVIII. *dies mensis eorum secundus, Anno ab Alexandro* DCXXXVI. Consentit & Abulpharagius, وكان اجتماعهم سنة ستمائة وست وثلثين للاسكندر *Et fuit congregatio eorum anno sexcentesimo sexto Alexandri*, Abulph. dynast. 7. p. 137. & Josephus Ægyptius in præfatione ad hoc concilium وكان اجتماعهم في سنة ستمائة وستة وثلثون سني الاسكندر في شهر حزيران *Et congregabantur anno sexcentesimo trigesimo sexto annorum Alexandri, mense Haziran.* Æra ab Alexandro denominata cœpit Kal. Octob. anno periodi Julianæ 4402. ut docuimus, Instit. chronolog. l. 2. c. 16. Synodus hæc, ut ex prædictis constat testimoniis, iniit anno Alexandreo 636. Adde igitur 636. ad 4401, & colligetur annus per Jul. 5037. aufer. 4713. & reliqui fient 324. Ergo annus 636. Alexandreus inibat anno Christi 324. currente, viz. Kal. Octob. ac proinde definit anno sequenti, sive 325. ante Kal. Octob. quo etiam Paulinum & Julianum consules fuisse ex fastis patet. Hoc igitur anno Christi 325. fluente, habitum fuisse Nicææ concilium omnes prædicti testes consentiunt. De die autem, quo coactum est, inter eos non convenit. Socrates enim iniisse asserit τῇ εἰκάδι τοῦ μαΐου μηνὸς, id est, *vicesimâ die mensis maii*, sive XII. Kal. Jun. (non XI. Kal. Jun. ut Valesius pariter ac Christophorsonus interpretantur) At cronicon Alexandrinum, titulus canonum, & concilium Chalcedonense, Synodi hujus initium collocant, in XIX. die mensis Macedonici Desii, qui respondet tertio decimo Kalendas Julias, sive undecimo diei Junii in anno Juliano, quibus etiam suffragatur prisca canonum editio. Quinetiam Josephus Ægyptius patres convenisse tradit mense Haziran. At mensis Haziran in anno Syriaco, non minus quam Desius in Macedonico, unâ cum Junio Juliano labitur. His igitur veterum testimoniis, ut quibus fides habeatur dignissimis inductus, ipse etiam celeberrimi hujus conventus initium in dicto XIX. die Junii anno Dom. 325. figendum censeo. Verùm etiam in fine, non minus quàm in initio, hujus concilii statuendo in varias abitur partes. Nimirum Gelasius Cyzicenus concilium hoc sex annos duravisse tradit, ἓξ ἐνιαυτοὺς ἔτεσι παῦτας συνεχομένους. apud Phot. biblioth. cod. 88. Acta metrophanis & Alexandri, triennio & sex mensibus finitum esse referunt, ibid. cod. 256. & sic ferè Scaliger, qui triennium circiter continuatum fuisse existimat, viz. ab anno Christi 325. ad 327. Scalig. de emend. temp. l. 5. Wilhelmus Langius de annis Christi l. 1. c. 8. patres Nicænos integrum annum & duos menses consedisse opinatur: & Eutychium Patriarcham Alexandrinum etiam volentem nolentem in partes suas trahit. Enimvero Eutychius in annalibus tom. 1. p. 441. hæc habet, فاجتمع في مدينة نيقية بعد سنة وشهرين الفين وثمانية واربعون اسقفا Quæ verba Langius sic latinè vertit, *Et congregati sunt in urbe Nicæâ intra annum & duos menses Episcopi* 2048. ac si بعد unquam significaret, *intra*, quod *post* perpetuo denotare nemo, qui vel primoribus labris Arabica tetigit elementa, nescit; ac proinde doctissimus noster Edv. Pocockius ista verba longè aliter ac rectiùs interpretatur, *Adeò ut post annum & duos menses Nicæe convenirent bis mille quadraginta octo Episcopi.* Quam interpretationem ipse quoque verborum contextus exigit. Loquitur enim ibi Eutychius, non de duratione, sed congregatione Nicæni concilii, dicitque, quòd cùm Constantinus edictum suum ad omnes passim Episcopos misisset, ut Nicææ convenirent, post annum & duos menses, ab edicto emisso numeratos, Episcopi 2048. Nicææ congregati sunt. His ergo rejectis, alia adhuc de Concilii hujus exitu ac duratione restat sententia, quæ nobis etiam verisimillima videtur: viz. quòd hæc Synodus eodem terminata est anno, quo cœpta, & Episcopi in eâ congregati post duos circiter menses dimissi sunt. Hoc ex Cresconiana canonum collectione satis constat, quâ dicitur, *Factum est concilium apud Nicæam metropolim Bithyniæ à die* XVIII. *Kal. Jul. quod tenuit usque ad diem* VIII. *Kalend. Septemb. Paulino & Juliano Coss.* Tenuit ergo menses duos & dies insuper XI. vel potiùs, siquidem conveniebant, non XVIII. sed XIII. Kal. Jul. ut antè ostensum est, duos menses & sex tantùm dies consedebant. Eundem enim annum initio & fini conventus hic assignari, exinde liquet, quòd duo tantum Consules notantur, Paulinus & Julianus, quorum etiam consulatu congregatum *fuisse* concilium ex antedictis patet. Hoc autem ut magis adhuc manifestum fiat, imprimis tenendum est, Romanis olim Imperatoribus in more positum fuisse, in quavis annorum Imperii decade, sive decimo quovis imperii anno fluente, publicam quandam festivitatem celebrare. Sozomenus, Εἰθὺς ἡ Ῥωμαίοις δημοτελὴς πανήγυρις ἄγεται κατ' ἐνιαυτὸν ἑκάστου τῶν τῆς ἡγεμονίας ἀρχῆς. Sozom. hist. Eccles. l. 1. c. ult. Hanc celebritatem, si decimo peracta fuerit anno, δεκαετηρίδα *decennalia*; *si vicesimo* εἰκοσαετηρίδα *vicennalia* nuncuparunt. Porro Eusebius, Socrates, & Sozomenus uno ore affirmant, Constantinum proximè post dimissam Synodum, priusquam Episcopi domum redirent, vicennalia sua dedisse; propterea quod tunc temporis vicesimum Imperii annum attigisset, Euseb. de vitâ Constant. l. 3. c. 22, & l. 4. c. 47. Socrat hist. Eccles. l. 1. c. 16. Sozom. l. 1. c. ult. Hoc etiam Chronici Alexandrini suffragio confirmatur, quod eodem anno, quo Paulinus & Julianus Consules erunt, & Synodus Nicææ congregata, hæc adnotat, Κωνσταντῖνος ὁ εὐσεβέστατος Κάισαρ τὰ τῶν ἑαυτοῦ υἱῶν καίσαρα ὄντα ἀνηγόρευσεν Αὔγουστον μὲν ς'. ἰδίων νομίσιον, καὶ εἰκοσαετηρίδα τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἔξιν καὶ ἔδωκεν ἐν τῇ δεῦρο βικεννάλια. Vicennalia ergo data sunt, ac proinde ad vicesimum imperii annum Constantinus pervenerat, cum synodus hæc Nicæna dimittebatur. Cæterum Constantinus imperare cœpit, ut ante diximus, VIII. Kal. Aug. anno Christi 306. ac consequenter vicesimus imperii ipsius annus, quo currente vicennalia dari solebant, inchoatus est anno Dom. 325. VIII. Kal. Aug. Et quidem eodem anno in Bithyniæ civitatibus, ut Nicomediâ & Nicæâ, data sunt vicennalia, & sequenti Romæ; ut ex Chronico Eusebiano discimus, quo ad annum secundum Olymp. 276. hæc leguntur, *Vicennalia Constantini Nicomediæ facta; & sequenti anno Romæ edita.* Secundus, fateor, annus Olymp. 276. exortus est ab æstivis horis anno Dom. 326. quo Wilhelmus Langius in errorem ductus existimavit Concilium Nicænum ad annum 326. propagatum esse, nimirum propterea quod vicennalia hìc edita dicuntur secundo anno Olymp. 276. Verùm, quod imprimis observandum est, in Chronico Eusebiano, ut res à Græcis, qui per Olympiades numerare consueti sunt, gestæ juxta dictarum Olympiadum progressum describuntur, sic quæ à Romanis Imperatoribus acta notantur, ab eorum initiis recensentur, ut quæ singuli Imperatores primo, secundo, tertio, & sic deinceps imperii anno memoratu digna commiserant, posteritati traderentur. Vicesimus itaque Constantini annus, etiamsi hìc cum secundo Olymp. 276. conjungatur, non tamen ab eodem initio ducendus est, sed ab VIII. Kal Aug. præcedentis anni, quo revera iniit. Verùm secundus annus Olymp. 276. cœpit à solstitio æstivo anno Dom. 326. VIII. Kal. Aug. Cœptus est autem anno 325. VIII. Kal. Aug. Post integrum ergo mensem Synodo dimissâ, viz. VIII. Kal. Septemb. commodùm accidit, ut vicesimo Imperii anno jam labente Constantinus ad majorem rei celebritatem vicennalia daret, Nicomediæ præsertim & Nicææ, ubi habita est hæc Synodus: Post Kalendas autem Januarias alterâ vicesimi ejus anni parte in alium annum Julianum, sive Christi 326. currente, Vicennalia & Romæ edita sunt. Et hoc modo ni fallor, ultima illa Eusebiani Chronici verba intelligenda sunt. Vicennalia enim haud dubiè vicesimo Imperii anno fluente, & Nicomediæ, & Romæ juxta morem celebrata sunt: Nicomediæ nimirum anno Dom. 325. post Kal. Aug. & Romæ sequenti, sive 326. ante Kal. Aug. quo vicesimus iste annus exiit. E præmissis itaque concludimus, celeberrimum hoc Concilium Nicææ congregatum esse XIII. Kal. Jul. & dimissam VIII. Kal. Septemb. anno æræ vulgaris sive Dionysianæ 325. Paulino & Juliano Coss. cyclo Solis XXVI. Lunæ III. Indict. XIII.

Τετακοσίων δέκα καὶ ὀκτώ. De Episcoporum, qui Nicææ congregati sunt, numero inter antiquos scriptores non convenit. Eusebius plures quam 250. convenisse scribit, ὁπηκόσιοι μὲν πλείους ἢ πεντήκοντα καὶ διακόσιοι ἀριθμὸν ὑπερεκτείνοντες. Euseb. de vitâ Constanti. l. 3. c. 8. At Socrates & Gelasius Cyzicenus dictum Eusebii locum citantes, pro πεντήκοντα καὶ διακόσιοι, legunt τριακόσιοι. Socrates, ὁπηκόσιοι μὲν πλείους τριακοσίων ἀριθμὸν ὑπερεκτείνοντες ἦν. Socrat. l. 1. c. 8. Gelasius Cyzicenus, ὁπηκόσιοι μὲν πλείους ἦν τριακοσίων ἀριθμὸν ὑπερεκτείνοντες. Gel. Cyz. Act. Concil. Nic. l. 2. c. 5. Eustathius Antiochenus in Homiliâ de verbis illis *Dominus creavit me*, ducentos circiter ac septuaginta Episcopos adfuisse dicit, neque tamen se accuratè eorum numerum subduxisse. Sozomenus autem trecentos circiter ac viginti con-

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

conveniſſe teſtatur, ὅπου δὲ διάκοσιοι ὑπὲρ ἀμφὶ τριακόσιοι εἶχον. Sozom. l. 1. c. 17. Eutychius Patriarcha Alexandrinus Epiſcopos 2048. Nicææ tunc temporis congregatos fuiſſe ſcribit, dicens وبعث قسطنطين الملك الي جميع البلدان فجمع البطاركة والاساقفة فاجتمع في مدينة نيقية بعد سنة وشهرين الفين وثمانية واربعون اسقفا وكانوا مجتلفين الراء والاديان *Mittens ergo Conſtantinus Rex in omnes paſſim regiones Patriarchas & Epiſcopos convocavit: adeo ut poſt annum & duos menſes Nicææ convenirent bis mille quadraginta octo Epiſcopi, ſententiis & religionibus inter ſe diſcrepantes.* Eutych. Annal. tom. 1. p. 439. 441. & Iſmael Ibn Ali, ſcriptor Muhammedanus, à Seldeno citatus ولعشرين سنة مضت من ملك قسطنطين المذكور اجتمع الفان وثمان واربعون اسقفا ثم اختار منهم ثلثمائة عشر اسقفا *Exeunte autem viceſimo memorati Imperatoris Conſtantini anno congregati ſunt Epiſcopi* 2048. *tunc ſelegit ex iis* 318. Quinetiam præfationes ad varias Orientales Concilii Nicæni editiones in eodem Epiſcoporum numero conſentiunt, ut obſervat Abrahamus Ecchelenſis, de Eccleſ. Alex. orig. c. 13. quibus ſuffragatur & Abu Iſaac Beneſſalus in præfatione ad collectionem Conſtitutionum Alexandrinarum. ibid. Communis autem & recentiorum omnium conſenſu firmata eſt opinio, in celeberrimo hoc conventu Epiſcopos 318. congregatos fuiſſe. Nec defuerunt vetuſti ac ſummâ fide digni ſcriptores, qui eandem ſententiam ſuis etiam teſtimoniis confirmarunt. Epiphanius, ὡς ἓν τοῦτο ἐπελίδη, ὁ Βασιλεὺς (Κωνσταντῖνος) μίαν συνιστηκότας τῇ ἐκκλησίᾳ, διὰ τὸ ἦθη πολλὰς πολλοὺς εἰς ἀλλήλους διαφέρεσθαί τε καὶ πράγματα πολλὰ ἔχειν, συνεκρότησεν οἰκουμενικὴν σύνοδον, ἣν καὶ τὰ ὀνόματα εἰς ἴτι νῦν σώζεται, τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἐπισκόπων, καὶ ἀναθεματίζουσι τὴν Ἀρείου πίστιν ἐν τῇ Νικαίων πόλει. Epiphan. hær. 69. Theodoretus ὀκτωκαίδεκα καὶ τριακόσιοι συνῆλθον ἀρχιερεῖς. Theodor. Hiſt. Eccleſ. l. 1. c. 7. D. Hilarius, *Anathema tibi trecenti decem & octo convenientes apud Nicæam Epiſcopi ſunt.* Hilar. lib. contra Conſtantium. Euſebius ſive Hieronymus in Chronico ad ann. primum Olymp. 275. *Alexandriæ decimus octavus Epiſcopus ordinatur Alexander, à quo Arrius Presbyter de Eccleſiâ dejectus multos ſuæ impietati ſociat: ad quorum perfidiam coarguendam Synodus trecentorum decem octo Epiſcoporum in Nicæam urbem Bithyniæ congregata omnes Hæreticorum machinas homonſii oppoſitione dejecit.* Sic etiam Johannes Antiochenus in præfatione ad ſuam canonum collectionem. Juſtinianus Novellâ 131. c. 1. Ruffinus, l. 1. c. 1. & Epiſcopi Ægyptiaci in Concil. Chalced. Act. IV. & Leo. prim. Ep. ad Anatol. Sed omni exceptione major eſt magnus ille Athanaſius, qui Archidiaconus tunc temporis Alexandrinæ Eccleſiæ, cum Patriarcha ſuo Alexandro, cui proximus in Patriarchatu Alexandrino ſucceſſit, ipſi Synodo intererat. Is in Epiſtolâ, quam ad Africanos Epiſcopos ſcripſit, hæc poſteritati reliquit, διὰ τοῦτο δὲ καὶ ἡ οἰκουμενικὴ γέγονεν ἡ ἐν Νικαίᾳ σύνοδος, τριακοσίων ἑξκαὶ καὶ ὀκτὼ συνελθόντων ὁπισκόπων περὶ τὴν πίστεως διὰ τὴν Ἀρειανὴν ἀσέβειαν. Athan. epiſt. ad Afric. Epiſc. Nec ipſi quidem Arabici ſcriptores refragantur. Joſephus enim Ægyptius paraphraſticam ſuam canonum hujus Synodi collectionem vocat كتاب قوانين المجمع الثلثمائة وثمانية عشر *Librum Canonum Concilii* 318. *Epiſcoporum.* Et ipſe quoque Eutychius etiamſi 2048. conveniſſe affirmet, alibi tamen ait, فلم يزل رسم القسا بالاسكندرية يصلحوا البطاركة من القسا الثني عشر الي زمان الاسكندر بطريرك الاسكندرية الذي كان في جملة الثلثمائة والثمانية عشر *Neque deſiit Alexandriæ inſtitutum hoc de Presbyteris, ut ſcilicet Patriarchas crearent ex Presbyteris duodecim, uſque ad tempora Alexandri Patriarchæ Alexandrini, qui fuit ex numero trecentorum & octodecim.* Eutych. Annal. Alexand. tom. 1. p. 330. Et ſic ſæpius 318. Epiſcoporum, qui dictâ Synodo congregati ſunt, mentionem facit: quos etiam ex prædicto 2048. numero ſelectos cum ſcriptore Muhammedico ante citato aſſerit; nimirum propterea quod hi 318. in unam fidem unamque ſententiam conſentiebant, reliqui autem nec inter ſeſe convenire poterant. Et quidem plures quàm 318. Eccleſiaſticos miniſtros Nicæam tunc temporis ſe contuliſſe teſtis eſt Euſebius, qui eos vix numerari poſſe tradidit, ἐπιμήκεις ἦ καὶ τούτοις ἀριθυντέρων καὶ διακόνων, ἀκολούθων τε πλείων ἔτι πέρων, ὧν ἕνεκα ἀριθμὸς εἰς κατάληψιν, Euſeb. de vitâ Conſtant. l. 3. c. 8. E quibus etiam verbis conficitur, nec Diaconos, nec Presbyteros, ſed Epiſcopos ſõlos ad ferendam in Synodo ſententiam admiſſos fuiſſe, ac proinde veriſimile eſſe è numero iſto 2048. ſolos 318. Epiſcopos fuiſſe; reliquos autem Clericos, quibus propterea Synodo intereſſe interdictum fuit. Cæterùm anonymus autor libri inſcripti, συναγωγὴ καὶ ἔκθεσις τῶν ἁγίων πατέρων συνόδων, à Joh. Seldeno in Eutychii origines, citatus, ex dictis 318. ſolos 232. Epiſcopos, reliquos 86 Sacerdotes, Diaconos, & Monachos fuiſſe ſcribit his verbis, ἐκέλευσεν (Κωνσταντῖνος) κοινῇ πέμμαι τοὺς ὁπισκόπους ἅπαντας ὅθι τὴν Βιθυνίας Νικαίαν συνελθεῖν διὰ δυμοσίων ἵππων, καὶ ἀναλωμάτων καὶ συνόδου ἀρχιερεῖς ὡσ σλβ'. ἱερεῖς δὲ καὶ διάκονοι καὶ μοναζοντες πε'. οἱ σύμπαντες τιη'. θεοφόροι πατέρες, *Publico juſſit Conſtantinus edicto omnes Epiſcopos Nicææ, quæ Bithyniæ urbs eſt, convenire, nec ſine veſturâ publicâ & commeatu. Et convenêre Pontifices ſive Epiſcopi* 232. *Sacerdotes autem, Diaconi & Monachi* 86. *omnes ſimul fuerunt* 318. *divini Patres.* Cui ſuffragatur & Dorotheus metropolita Monembaſiæ ibidem laudatus. Hiſce autem quemlibet præbere aſſenſum, vetuſtioribus rerum Eccleſiaſticarum ſcriptoribus, & ipſis etiam oculatis teſtibus fidem denegare eſſet. Quocirca juxta traditam hoc loco Balſamonis ſententiam nos etiam in Concilio anno Dom. 325. currente Nicææ celebrato 318. Epiſcopos congregatos fuiſſe meritò pronunciemus.

χρ' Ἀρείου. Alia etiam fuit Concilii hujus convocandi ratio. Enimvero non ad Arrianam tantummodò ſupprimendam hæreſim, verùm & ad graviſſimam illam, quæ Eccleſias perdiu divexaverat, de Paſchatis celebrandi tempore, controverſiam dirimendam, indictum eſt; ut teſtantur Athanaſius, Epiſt. de Synod. Arim. & Seleuc. Euſebius, de vitâ Conſtantini l. 3. c. 5. & 14. Epiphanius, hær. LXX. Socrates, Hiſt. Eccleſ. l. 1. c. 8. Et ſiquidem ob binas haſce cauſas coacta eſt Synodus, hinc, ni fallor, evenit, ut quæ de iſtis, viz. Arrianâ hæreſi, & Paſchate conſtituerunt, inter Canones non referuntur, ſed in Epiſtolâ Synodicâ ſeorſim promulgantur, quæ etiamnum extat, Socrat. Hiſt. Eccleſ. l. 1. c. 9. & Theodoret. Hiſt. Eccleſ. l. 1. c. 2.

## In Can. L

Εἴ τις ἐν κλήρῳ. Nihil hoc canone continetur, quod non prius in Apoſtolicis 21. 22. 23. 24. conſtitutum fuerat; ac proinde Patres Nicæni hîc dictos Apoſtolicos canones, plus nimio violatos forſitan ac neglectos, renovâſſe tantùm & ſuâ denuò autoritate confirmâſſe videntur. Quænam hujus canonis de novo conſtituendi ratio huic Synodo ſe obtulerit, non facile eſt conjecturis aſſequi. Ipſum tamen Leontium inter alios cauſam dediſſe ſuſpicor. Hic enim iiſdem, quibus conditi ſunt hi canones, temporibus cùm Presbyter eſſet, & crimini ei verteretur, quòd cum adoleſcentulâ quâdam, nomine Euſtoliâ (aliàs Euſtochio) verſaretur, genitalia ſibi membra præcidebat, quo dictæ juvenculæ conſortio liberiùs uteretur, ut ex ipſo Athanaſio diſcimus, dicente, ὁ μὲν γὰρ Λεόντιος διαλαλούμενος μὲ γυναικός τινος νεοτέρας, λεγομένης Εὐστολίας, καὶ κωλυόντων συνεῖναι αὐτῇ, εἰ αὐτὸν ἀπέκοψεν, ἵν' ἐπ' ἀδείας ἔχῃ διατρίβειν μετ' αὐτῆς. Athanaſ. Ad Imper. Conſtant. Apol. 1. non procul à fine. vide & Theodoret. Hiſt. Eccleſ. l. 1. c. 24. Poſt conſtitutum hunc canonem Leontius tale in ſe facinus perpetrare proculdubiò non auſus eſſet, & propterea ante coactam hanc Synodum nobis perpetrâſſe videtur, & Patribus in eâ convocatis hujus canonis de novo ſanciendi occaſionem præbuiſſe; ex cujus etiam inſtituto Leontius illicò deponebatur; ut teſtatur Athanaſius, qui poſt verba ante laudata immediatè ſubjungit hæc, καὶ τὴν μὲν ὑποψίαν εἶχε δικαίαν· διὰ τοῦτο μᾶλλον προσεύχεσθε ἵνα γένηται. Athan. ibid. Et Socrates, de eodem Leontio loquens, ait, ὅστις, ἵνα μὴ προσεύχεσθαι δῷ, ἀφῃρέθη τὴν ἀξίαν, ὅτι γυναικὶ συνδιημέρευεν, Εὐστολίῳ ὄνομα, καὶ τὴν εἰς αὐτὴν αἰσχρὰν ὑπόνοιαν ἀποκρύψαι σπουδάσας, τὴν γυναικῶν ἐξίστησιν ἑαυτόν. Socrat. Hiſt. Eccleſ.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Eccleſ. l. 2. c. 26. Idem autem Leontius ad Antiochenum thronum poſtea promotus eſt, ſed contra Concilii hujus Nicæni decreta, ut ipſe quoque Theodoretus obſervat, dicens, Ἐν Ἀντιοχείᾳ μὴ Σπόρακα Λέοντος τὸν θρόνον ἐδέξατο θεσμὸν τὸν ἐν Νικαίᾳ γραφέντας ὅρους ταύτῃ λελυκώς, ἐκπομπὰς δὲ ἐπ' αὐτῷ, αὐτουργὸς ἡνιόχου ἡ πάλαι. Theodor. Hiſt. Eccleſ. l. 2. c. 24. Nimirum hoc canone cautum eſt, ut qui, cùm ſanus eſſet, ſeipſum execuit, Clericus deponatur; ac proinde Leontius Sacerdotio meritò deponebatur. Et decretum eſt præterea, ut talis non promoveretur; ſed promotus eſt Leontius, atque ideo canon violatus. Poſt ſancitum autem hunc canonem vix quempiam, noſtris præſertim temporibus, invenire eſt Sacerdotem, qui ſeipſum emaſculare auſus fuit, præter unicum iſtum, quem Felix Platerus Archiatros Baſileæ ſe nôſſe affirmat, qui teſticulos ſibi excidendos curavit, propterea quòd ſæpè propter laſciviam mulctatus fuerat. Plater. de motûs debilitate cap. 18.

Εἴ τινες ὑπὸ βαρβάρων ἢ εὐνούχων διακονίσιντο. Sic Tigrius natione barbarus, etiamſi Eunuchus eſſet, Presbyter nihilominus ordinatus fuit, Sozom. Hiſt. Eccleſ. l. 8. c. 24. Et Nicetas Choniates tradit Eunuchum quendam, nomine Nicetam, Chonarum Archiepiſcopum fuiſſe, ὃν τις εὐνοῦχος ἀρχιερατικὸς θρονιδίων ἐν τῇ χωνῶν πόλεως, Νικήτης τοὔνομα, πόνοις ἀρετῆς κατορθώσιν. Nicet. Choniat. in Alexio Man. Comnen. filio. Necnon in ſerie Epiſcoporum Byzantii legimus, Nicetam quendam Eunuchum, Slavorum gente natum, primò Presbyterum, & deindè Epiſcopum dicti throni C. P. creatum fuiſſe, Νικήτας ὁ ἀπὸ Σθλάβων εὐνοῦχος, πρεσβύτερος τῆς ἁγίων Ἀποστόλων, καὶ ἄρχων τῆς μαγναυρείων, ὅτι τοῦ αὐτοῦ Κωνσταντίνου καὶ ὅτι τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Λέοντος, τοῦ ἐκ τῆς Χαζάρας, ἔτη ιγ'. μῆνας δ'. His adjungi poſſunt & ii, qui nativitatate Eunuchi ſunt, quibus ſalvo canone ordines conferantur: qualis fuit Dorotheus Presbyter Antiochenus; de quo Euſebius, τοῦτον φύσιν δὲ ἄλλως εὐνοῦχος, ἔτι παιδὸς ἐξ αὐτῆς γενόμενος. Euſeb. Hiſt. Eccleſ. l. 7. c. 32.

Εἰς κλῆρον παρείσπτα ὁ κανών. Quod antè notavimus, Nicænos videlicet Patres hoc canone nihil de novo conſtituiſſe, ſed Apoſtolicos tantum canones œcumenicæ Synodi autoritate confirmâſſe, ex hiſce verbis manifeſtum evadit. Nemini enim dubium eſſe poteſt, quin ad antiquiorem aliquem canonem hîc reſpectum habuerint, eumque citarunt, dicentes, πῶς πίπτουσιν εἰς κλῆρον παρείσπτα ὁ κανών. Non, ἔστις ὁ κανών, ſed, ὁ κανὼν, ac ſi dixiſſent, canon antehac editus, & cuique notus, tales in Clerum admittit. Nullus autem alius tunc temporis extabat canon, quo hoc conſtitutum fuerat, præter Apoſtolicum XXI. quem igitur hîc laudari jure merito judicamus.

Ἐπέρχεται. Hanc veram eſſe hujus loci lectionem ex antecedente verbo εἶδον, patet ut ex Gentiani Herveti verſione, quæ codicem, quo ille uſus eſt, eodem modo, quo noſter Bodleianus, legiſſe oſtendit: & ipſe enim vertit *exercerem*. At codices antehac impreſſi perperam legunt ἐπέρχεται παπαρχοῦσι. Hanc etiam veram haud dubiè hujus verbi lectionem è MS. Bodleiano reſtituimus. Impreſſi enim legunt, παπαρχοῦσι, quod, ni fallor, nuſpiam occurrit, παρεπαρχοῦσι ubique. In impreſſis etiam, poſt dictum παπαρχοῦσι, hæc adduntur, διὰ τὴν ὑποψίαν τῆς ἐπικινδύνου ἐκτελέσεως τῆς ἰατρείας. *Propter periculoſam eventus medicinæ ſuſpicionem.* Sed in MS. noſtro Bodleiano non extant.

Καὶ οἱ τῆς πολιτείας δὲ νόμοι. Juſtinianus Imperator, Θεσπίζομεν τοὺς ἐν οἱῳδήποτε τόπῳ τῆς ἡμετέρας πολιτείας συνοικίζοντας πολίτιδας ἢ πολιώτισσας, οἱονδήποτε πρόσωπον, εἰ μὴ ἄνδρες εἶεν οἱ τοῦτο πολιόκρατες ἢ καὶ πολιῶται, ταὐτὸ τοῦτο παθεῖν ὃ πεπονθέναι. Juſtin. Novel. 142. c. 1. Baſilic. l. 60. tit. 51. cap. ult. Juxta hanc ſuam conſtitutionem idem Imperator ad Abaſgos fidem Chriſtianam amplexos miſit Euphratam, qui vetaret, ne cuiquam in eâ gente teſticuli in poſterum exe carentur, μηδένα τὸ λοιπὸν ἐν τούτῳ τῷ ἔθνει περὶ τινὰ ἀρρενωπίαν ἀποψιλοῦσθαι σιδήρῳ διαζεύξας ἡ φύσιν. Evagr. Hiſt. Eccleſ. l. 4. c. 21. Quinetiam ipſius Hadriani edicto tam medico excidenti, quam viro exciſo capitale erat, l. 4. ſect. 2. F. ad leg. Corneliam de Sicariis. Et utrumque, tum eum, qui deteſtandæ hujus artis artificem advocavit, tum ipſum artificem, in decerniuum relegatione mulctavit Leo Imperator. Novel. 60. Et Domitianus, teſte Suetonio, *Caſtrari mares vetuit*, Sueton. In Domit. c. 6. Hinc juvenis ille apud Juſtinum martyrem teſtes ſibi excindi cupiens, Alexandriæ Felici præſidi libellum obtulit, poſtulans ut medico hoc permitteretur; nam ſine permiſſu præſidis ipſi loci ejus medici hoc facere ſibi interdictum dicebant, ἀνὰ γὰρ τὸν ἡγεμόνος ἐπιτροπὴν τοῦτο ποιῆσαι οἱ ὧδε ἰατροὶ ἔλεγον. Juſtin. mart. apol. 2.

## IN CAN. II.

Παρὰ τὸν ἐκκλησιαστικόν. Ex his verbis apertè ſatis evincitur, Eccleſiaſticum canonem ante hoc Concilium conſtitutum fuiſſe, & hîc confirmari; quo eadem, quæ hoc, decreta fuerant; iſte autem fuit octogeſimus Apoſtolorum, ut ibidem etiam obſervatum eſt.

Πρεσβυτικὸν. Joh. Antiochenus, in coll. can. tit. 36. & codices antehac impreſſi rectiùs legunt, πρεσβυτερίων.

Μὴ νεόφυτον. Chryſoſtomus in locum Apoſtoli hîc laudatum, viz. 1. Tim. 3. 6. rectè obſervat, Apoſtolum non dixiſſe, νεώτερον, ſed νεόφυτον, id eſt, νεοκατήχητον. Suidas, νεόφυτον τὸ νεωστὶ φωτισθέν. Sic & Syriaca verſio νεόφυτον dicto loco exponit ܕܚܕܬ ܠܡܠܦܢܘܬܐ *qui recens eſt diſcipulus*; & Arabica ذا غرسة جديدة في الامانة *cujus recens eſt plantatio in fide*, & Joſephus Ægyptius hoc loco vertit من كان حدثا في دينة او في سنة *Qui recens eſt in religione, ſive in lege.* Et hanc quidem veriſſimam eſſe hujus vocabuli interpretationem ipſorum etiam Nicænorum Patrum ſuffragio hîc comprobatur, utpote qui hunc Apoſtoli locum producunt ad præſentem confirmandum canonem, quo eos, qui à gentili vitâ ad fidem nuper acceſſerunt, & exiguo tantum tempore initiati fuerunt, ad Epiſcopatum vel Presbyteratum illicò promoveri vetant. Cui quidem decreto adverſari videatur D. Ambroſii ordinatio, qui mox poſt Baptiſmum ad Epiſcopalem gradum provectus eſt. Ejus autem ordinatione, ut extraordinariâ, nec hunc nec alium quemlibet canonem violatum eſſe, in annotationibus ad can. Apoſt. 80. perſpicuè ſatis, ut opinor, oſtendimus. Et quæ ibi protulimus, ad approbandam etiam Nectarii Conſtantinopolitani ordinationem referantur. Nam hic electus fuit, priuſquam baptizatus: & illicò poſt Baptiſmum ordinatus; adeo ut Neophyti veſtem indutus, contra ac hoc canone decernitur, communi totius ſecundi univerſalis Concilii calculo Epiſcopus Conſtantinopolis renunciatus eſt. Sic Sozomenus, καὶ τὸν μυστικὸν ἐδέξατο λόγον ἡμφιεσμένος ἔτι λευκὴν ἐσθῆτα τοῦ σωτῆρος ἀναστάσεως ἑβδόμην. Sozom. Hiſt. Eccl. l. 7. c. 8. Verum & hujus ordinationem idem Sozomenus divinitùs inſtitutam judicat, dicens, οὐκ ἀνθρωπίνη δὲ ταῦτα συνέβαινεν. ibid. & paucis interjectis alios etiam ita credidiſſe ſcribit, ταῦτα γοῦν ἔτι νῦν πολλοῖς πιστὰ τοῦ Θεοῦ χρηματίσαντος τὸ βαπτιστοῦ. Vide plura ibidem. Vel utcunque ſatis canonica fuit haud dubiè ejus ordinatio, eò quod ab œcumenicâ Synodo confirmata eſt.

Πρότερον, ὕστερον. In Simeonis Logothetæ epitome legitur, ἢ πρότερον, ἢ ὕστερον. Sed noſtra lectio genuinum canonis ſenſum melius exprimit.

## IN CAN. III.

Ἀπορήσειν ἢ μεγάλη σωφρόνη. Idem Leontius qui primo, huic etiam conſtituendo canoni materiam præbuiſſe videtur. Iſte enim Presbyter, ut ad primum canonem prænotavimus, Concilii hujus diebus cum Euſtolîâ quadam adoleſcentulâ cohabitat, quam etiam virginem eſſe prædicabat, Athanaſius de eodem loquens, διό τι ἑαυτὸν ἀπέκοψεν, ὑπὲρ τῆς μετ' ἐξουσίας λοιπὸν κοιμᾶσθαι μὴ Εὐστολίου τινὸς, γυναικὸς ᾗ δὴ αὐτὸν, λεγούσης ἢ παιδίσκου. Athanaſ. epiſt. ad ſolitar. vit. agentes. Cum in hoc autem multum ſuſpicionis reſideret, Patres Nicæni hoc canone, iſtiuſmodi συνείσακτους habere mulieres, Clericis quibuſlibet æque ac Epiſcopis interdicunt.

συνείσακτον. Priuſquam de genuinâ hujus vocis notione diſſeramus, de variâ ejus lectione nonnihil præmittamus oportet. Nam Johannes Antiochenus in collect. can. tit. 28. pro συνείσακτον legit ἐπίσακτον γυναῖκα. Sic etiam & Juſtinianus Novellâ 123. c. 29. quâ hunc canonem imperiali ſuâ autoritate confirmat, dicens, τοῖς δὲ ἀρχιερεῦσι καὶ διακόνοις, καὶ ὑποδιακόνοις, καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐν κλήρῳ τεταγμένοις, μὴ ἔχουσι γαμετὰς κατὰ τοὺς θείους κανόνας, ἀπαγορεύομεν καὶ ἡμεῖς κατὰ τὸν ἅγιον ἀποστόλων κανόνα, γυναῖκά τινα ἐν τῷ ἰδίῳ οἴκῳ ἐπείσακτον ἔχειν, εἰ μὴ μόνον μητρὸς, καὶ θυγατρὸς, καὶ ἀδελφῆς, καὶ τῶν ἄλλων προσώπων, ἃ πᾶσαν ὑποψίαν ἐκφεύγει. Baſilic. l. 3. tit. 1. cap. 43. Sic legit & Simeon Logotheta, necnon ipſe Alexius Ariſtenus in Epi-



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

tome à Juſtello editâ, ut & interpretatione can. 5. Concilii Trullani. Balſamon etiam in nonnullis codicibus ita legiſſe videtur, eo quod in hujus canonis expoſitione, ἐπίσακτον, ἢ συνείσακτον conjungat. ἐπίσακτος autem *Alienum, peregrinum, extraneum* ſignificat. Heſychius, Ἐπισύκτου, ἀλλοτρίου. Suidas, Ἐπισύκτους, ἀλλοτρίους. Demoſthenes, ἐπισιτισμὸν σίτῳ ξένῳ, *frumento peregrino, aliundè importato utimur*, Hinc, ni fallor, evenit, ut quamplurimi, hìc legentes ἐπίσακτον γυναῖκα, canonem hunc de *extraneis mulieribus* interpretati ſunt. Ruffinus enim ſic Latinè vertit, *Et ne quis Epiſcoporum, caterorumque Clericorum, cum extraneis mulieribus habitet, præterquam cùm matre, vèl ſorore, vel aviâ, vel ſi quæ ſunt hujuſmodi neceſſitudinum perſonæ.* Ruffin. Hiſt. Eccleſ. l. 1. c. 6. Sic etiam Fulgentius Ferrandus in breviatione can. cap. 122. Martinus Bracharenſis, in collect. can. c. 32. Iſidorus Mercator, & Joſephus Ægyptius, qui vertit امـــرأة غـريـبـة *Mulierem peregrinam ſive extraneam.* Concilium Turonenſe ſecundum, canonem hunc renovans, *Nullus ergo Clericorum, non Epiſcopus, non Presbyter, non Diaconus, non Subdiaconus, quaſi ſanctimonialem, aut viduam, vel ancillam propriam pro confirmatione rerum in domo ſuâ ſtabilire præſumat, quæ & ipſa extranea eſt, dum non eſt mater, aut ſoror, aut filia.* Concil. Turon. 2. can. 11. Concilium Toletanum IV. *Cum Clericis extranea fœmina nullatenus habitent, id enim & conſtitutio antiquorum Patrum decrevit.* Conc. Tol. IV. c. 42. Concilium Ilerdenſe, *Familiaritatem extranearum mulierum licet ex toto Sancti Patres antiquis monitionibus præceperint Eccleſiaſticis evitandam.* Concil. Ilerd. can. 15. v. & Concil. Carthag. 1. can. 3. Bracharenſ. III. can. 5. Turonenſ. 1. can. 3. Hos igitur omnes, qui extranearum fœminarum conſortium hoc canone clericis interdictum eſſe ſtatuerunt, cum Joh. Antiocheno ἐπίσακτον legiſſe ſuſpicor. Si ad etymologiam enim & communem verborum uſum ſpectemus, non συνείσακτος, ſed ἐπίσακτος *extraneam* ſignificat. Altera autem lectio, viz. συνείσακτον ἔχειν, plurium Græcorum tam manuſcriptorum quam impreſſorum codicum conſenſu firmata eſt, ac proinde priori præferenda. Sic legit S. Baſilius in Epiſtolâ ad Gregorium Presbyterum, quæ ad calcem canonicarum illius Epiſtolarum hìc imprimitur, dicens, Ἀλλὰ ἀνάγκασόν τὸν χαυόνα τὸν ἐξεστηκότα ἔξω τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν ἐν τῇ συνόδῳ Νικαίᾳ, ὃς φανερῶς ἐπεσήμανε συνείσακτος μὲν ἦν. Sic etiam legit Dionyſius Exiguus, utpote qui *ſubintroductam mulierem* vertit: quem & innumeri alii ſequuntur. Hanc autem veriorem eſſe lectionem exinde imprimis evincitur, quòd hujus Concilii temporibus & antea, nonnulli, hæretici præſertim, hujusmodi mulieres συνεισάκτους dictas ſecum habitantes retinere conſueti ſunt. Epiphanius de Origenianis loquens ait, καταγρεῦσι δ' αὐτῶν ἤδη ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τινὲς ἀγαπητάς, λεγομένας συνεισάκτους, γυναῖκας κεκτημένων. Epiph. hær. 63. ubi etiam obſerves velim συνεισάκτους dictas eſſe & ἀγαπητάς. Et paucis interjectis de quodam in Palæſtinâ Epiſcopo, quem ſe noviſſe è Conſeſſorum fuiſſe numero ſcribit, ἐγκρίτους δὲ τινὰς γυναῖκας ἐξυπηρετουμένους ἔωθεν, φημὶ δὲ συνεισάκτους. Epiphan. hær. 63. & alibi de Hieracitis ait, χλευάζουσι δὲ τελειότατα, εἰ ἂς κέκτηνται ἔσχατος συνεισάκτους γυναῖκας, εἰ ἂς εὐσεβῶν φιλοπαιδίαν ἔχειν εἰς ὑπηρεσίαν. Id. hær. 67. Adhæc de Antidicomarianitis loquens, Ἀλλὰ μὴν τοῦτο γραφῇ εἰς βλάβος τινὶ, καὶ δόξαν ἐν τούτῳ λαμβάνειν πέφρικεν, συνεισάκτους καὶ ἀγαπητὰς ὀπτασιλουμένας ἑαυτοῖς ἐπινοεῖν. Id. hær. 78. Synodus Antiochena in Synodicâ epiſtolâ contra Paulum Samoſatenum, τὰς δὲ συνεισάκτους ἔωθεν γυναῖκας, ἃς Ἀντιοχεῖς ὑπομένουσι, καὶ ὑφ' ὑποψίαν περισύστερον, καὶ διαλύσαι. Euſeb. Eccleſ. Hiſt. l. 7. c. 30. E quibus etiam verbis patet, hoc nomen iſtiuſmodi mulieribus ab Antiochenis præſertim impoſitum eſſe. Quænam autem fuerint hæ συνεισάκτου γυναῖκες, quarum conſortium Clericis hoc canone prohibetur, inter doctos non convenit. Vetuſtiſſimus canonum interpres in priſca illâ Latinâ editione in Juſtelli Bibliothecâ editâ, συνεισάκτους *Commanentes* vertit; inſcribit enim canonem, *de commanentibus*, & ſic interpretatur, *De mulieribus, quæ cum Epiſcopis, vel Presbyteris, vel Diaconibus commorantur, ſive vidua, ſive virgines, interdixit omnimodo ſanctum & magnum Concilium, neque Epiſcopo, neque Presbytero, neque Diacono, neque ex his, qui in Clero ſunt, licere ſecum commanere, præter fortè ſororem, aut Tiam, aut ſolas perſonas, quæ refugium omnem ſuſpicionem.* Sic etiam Ælfricus, in Saxonicis Canonibus ad Wulfinum Epiſcopum, hunc canonem de quibuſcunque mulieribus, præter diſertè numeratas, intellexit, de Nicænis enim Patribus loquens, ait, Þi gecneþon ða ealle mid anþæfte geþance. Þ naþeȝ ne biſceop, ne mæſſe preoſt, ne diacon, ne nan piht canonic, iſ næbbe on hiſ huſe nænne niſ man, buton hit ſý his modor, oþþe ſweſtor, þa ðu, oþþe moddrie, Þſe þe elleȝ beó, þoliȝe hiſ habeȝ. *Decernebant tunc omnes unanimi opinione, ut neque Epiſcopus, neque Sacerdos Miſſalis, neque Diaconus, nec qui verè eſt canonicus, in domo ſuâ ſecum aliquam mulierem habeat; niſi matrem, vel ſororem, amitam, vel materteram ſuam. Et qui aliter fecerit, gradu ſuo privetur.* Ælfric. can. 5. His adjungi poſſ nt Bellarminus, aliique Sacerdotum cælibatûs propugnatores, qui ſub συνεισάκτων nomine uxores etiam prohibitas eſſe contendunt. Ex hoc autem dato neceſſariò conſequetur, quod ipſi hujus opinionis aſſertores negant, etiam minoribus videlicet Clericorum gradibus, ut Lectoribus & Cantoribus, legitimas uxores hìc interdictas eſſe. Nam συνείσακτον habere μήτε ὅλως τινὶ τῶν ἐν κλήρῳ *nulli omnino eorum qui ſunt in Clero* hoc canone permittitur. Quinetiam nec vis verbi hujus συνείσακτος, hanc canonis interpretationem admittet. Ut autem veram verbo huic ſubjectam paucis explicem notionem: primò tenendum eſt, ut rectè Budæus notat in Comment. p. 213. συνείσακτον dici ſocium ſociamve cælibatus, ſive virgo contubernalem habeat virum, ſive monachus fœminam. De viris quidem συνεισάκτους ſic Gregorius Nazianzenus ibidem laudatus cecinit,

Τοὺς δὲ συνεισάκτους ὡς δὴ φάσκουσιν ἅπτεσθαι,
Οὐκ οἶδ' εἴτε γάμῳ δώσομεν, εἴτ' ἀγάμοις
Θήσομεν, εἴτε μέζον τι φυλάξομεν, ἢ γὰρ ἔγωγε
Κἄν με λέγητε κακῶς θεσμὸν τόδ' ἀνεύρημα.

Et inter præcepta ad virgines data, ait,

Ἁρπαλέως τοίνυν ἀλέεινε, συνείσακτον ἑταῖρον.

unde conficitur, virgines olim ſuos habuiſſe συνεισάκτους, quos tamen vitandos hìc monet Gregorius. Et ſic è contra, cælibes nonnulli ſuas συνεισάκτους habuerunt, quæ nec uxores erant, nec concubinæ; ſed puellæ quædam, vel ſaltem mulieres innuptæ, quas non ſobolis procreandæ gratiâ, nec libidinis cauſâ, ſed miniſterii domeſtici vel pietatis prætextu, Laici pariter ac Clerici, domi fovere conſueti ſunt. Maxima pars hujus περὶ συνεισάκτων deſcriptionis D. Chryſoſtomi ſuffragio confirmatur. Hic enim elegantem compoſuit orationem πρὸς τοὺς ἔχοντας παρθένους συνεισάκτους. ex quo etiam titulo probè conſtat τοὺς συνεισάκτους fuiſſe παρθένους, *virgines*. Porro in ipſo orationis exordio obſervat, majoribus noſtris duas tantum cognitas fuiſſe cauſas, propter quas viri mulieribus cohabitarent: quarum unam dicit vetuſtiorem fuiſſe ac juſtam, viz. matrimonium: alteram poſteriorem & legibus prorſus contrariam, nempe ſtuprum, & protinus hæc addit, Ἐπὶ δὲ τρίτας τὰς ὑμετέρας καὶ τελέως τὰς ὑπερόγδοον τόπους, καινός τις καὶ ἄθεσμος, καὶ παλαιὸν ἔχων τὸν ὄνειδος τοῖς ἐκλογίζεσθαι τὸν αἰτίαν δύνειν· εἰσὶ γάρ τινες οἱ γάμου καὶ συνουσίας χωρὶς κόρης ἀπηρτημένους ἀγάμους, καθίζουσιν οἴκοι διαπαντὸς καὶ εἰς ἔσχατον γῆρας ἑαυτοῖς συγκατακλείουσιν· ὕστε δῆλα παιδοποιΐας, ἃ γάρ φασιν αὐτοῖς συγγίνεσθαι, ὕστε ἐξ ἀσελγείας, λέγουσι γὰρ αὐτὰς ἀκεραίους διατηρεῖν, *Verum noſtrâ hâc ætate tertius quidam, iſque novus ac inſolitus mos excogitatus eſt: cujus cauſam difficillimum eſt volentibus invenire. Sunt enim nonnulli, qui ſine matrimonio & concubitu puellas innuptas docentes domi perpetuò collocant, & uſque ad extremam ſenectutem ſibimet incluſas tenent, non procurandorum liberorum gratiâ; neque enim dicunt ſe cum illis rem habere; neque libidinis cauſâ, dicunt enim ſe illas incorruptas ſervare.* Chryſoſt. λεγ. εἰς τὸς ἔχοντας &c. tom. 6. p. 214. edit. Savil. Ubi obſerves, primò utroſque συνεισάκτους innuptos fuiſſe, viros viz. γάμου καὶ συνουσίας χωρὶς *ſine matrimonio & concubitu*, puellas ἀπηρτημένους *nuptiarum inexpertes* habuiſſe; & deinde nec procreandi nec libidinis cauſâ hoc inter eos conſortium interceſſiſſe; & denique D. Chryſoſtomum de Laicis æque ac de Clericis συνεισάκτους habentibus loqui. Non dicit enim, εἰσὶ γάρ τινες κληρικοὶ, ſed in genere, εἰσὶ γάρ τινες. Quinetiam nec per totum orationis contextum hoc Clericis peculiariter objicit; qui tamen ſoli culpandi eſſent, ſi συνεισάκτους ad eos ſolos pertinerent. De Laicis etiam συνεισάκτους habentibus inſtituta eſt quæſtio à Dionyſio Monacho, cui reſpondet Elias Metropolitanus

tropolitanus Cretæ, in Juris Græco-Romani libro 5. Præter hæc Balsamon, in scholiis ad ante laudatam S. Basilii ad Gregorium Presbyterum Epistolam, συνεισάκτους, hoc canone Clericis prohibitas, mulieres esse, quæ cum sacratis personis uxores non habentibus cohabitant, testatur, dicens; συνεισάκτους δὲ λέγει ὁ κανὼν, ἐπὶ πρίτῳ τόπῳ τὰς εἰσαγομένας συνόδου, τὰς εἰς κανονικὰς ἱερωμένων ἀζίωσιν συνεισαγομένας καὶ κανονικοὺς σὺν αὐτῇς. Sic & Matthæus Monachus sive Blastares, in quæstionibus matrimonialibus, de Episcopis aut Clericis συνεισάκτους habentibus loquens, post citatum hunc canonem hæc mox subjungit, συνεισάκτους δὲ φασι τὰς ἀλομένας συνοικεῖν ἱερεῦσιν ἀζίωσις, τὰς πρὸς τὰς ἀναγκαίας χρείας αὐτοῖς διακονουμένας. Unde simul constat has συνεισάκτους rebus domesticis nonnunquam operam dedisse: quod etiam ex Concilio Turonensi secundo, & Epiphanii verbis ante laudatis evincitur. Verum Epiphanius eas & ἀγαπητὰς dictas fuisse tradit, ut ante notavimus. Sic eas vocat etiam D. Hieronymus, dicens, *Quod si post monita nostra aliquis Clericus Agapetas amplius quæsierit amare quam Christum, secundum Synodalem regulam conveniatur, & præcepta Patrum in Nicæâ definita ei legantur.* Hieron. ad Ocean. de vitâ Cleric. Et alibi, *Pudet dicere, proh nefas: Triste, sed verum est: unde in Ecclesias Agapetarum pestis introiit? unde sine nuptiis aliud nomen uxorum? imo unde novum concubinarum genus?* Id. ad Eustoch. de custod. Virgin. Dictæ sunt etiam *sorores*; ac proinde hujusmodi ὀφὶ συνεισάκτων commercium ἀδελφότητα nominatum Gregorius Nyssenus tradit, qui de iisdem loquens, ait, ἃ μόνον τῇ χαρᾷ τὰ φῶς ἡδονῇ χαιζόμενοι, ἀλλὰ γυναιξὶ καθ' ὃ φαινόμενον συνοικοῦντες, καὶ ἀδελφότητα τινὰ τοιαύτην συμπλέοντες ἀναμάζοντες. Greg. Nyssen. de virginitate cap. 23. unde lucem mutuatur lex illa Honorii & Theodosii Imperatorum, l. 19. C. de Episcopis & Clericis, *Eum qui probabilem seculo disciplinam agit, decolorari consortio sororiæ appellationis non decet.* Adhæc Henricus Valesius in doctissimis ejus annotationibus ad Euseb. Hist. Eccles. l. 7. c. 30. scribit præsentem canonem Concilii Nicæni in vetustissimo codice Corbeiensi, hanc habere inscriptionem, *De subintroductis, id est, adoptivis sororibus.* E prædictis itaque necessariò consequitur, συνεισάκτους, Clericis hîc prohibitas, nec uxores fuisse, nec propriè concubinas, sed virgines, vel saltem innuptas quasdam mulieres, ἀγαπητὰς dilectas, etiam & *sorores* dictas, quales & nonnulli Clerici domi fovere soliti sunt, inter quos & Leontius, de quo notis proximè antecedentibus verba fecimus, merito recenseatur. At siquidem quotidianum cum hujusmodi mulieribus commercium à suspicione non immune esset, id Episcopis & Clericis cujuscunque gradûs hoc canone Patres Nicæni interdicunt.

μητέρα, ἢ ἀδελφὴν, ἢ θείαν. Hujusmodi personas cum Clericis συνεισάκτων more cohabitare licet. Idque non ex hoc tantùm canone, sed & ex lege civili, Justin. Novel. 123. c. 29. *In his enim nihil savi criminis existimat fœdus naturale permittit.* L. 19. C. de Episcop. & Cler. post ἢ θείαν in Joh. Antiocheni collectione, canon hic sic legitur, ἢ ἀ μόνον πρόσωπα καὶ τὰ τύπις ὁμοιώσια, διαφόρως ὑπολαμ-

## In Can. IV.

Ἐπίσκοπον προσῆκε. Concilium Nicænum 2. præsentem canonem de Episcopi electione interpretatur, ut ad vacantem nimirum sedem Episcopus à provincialibus Episcopis eligatur, seclusis, non populis tantum, sed & ipsis quoque magistratibus, διὰ γὰρ τὸν μέλλοντα προβιβάζεσθαι εἰς ἐπισκοπὴν ὑπὸ ἐπισκόπων φορίζεσθαι, καθὼς ἔθος ἦν τοῖς ἁγίοις πατράσιν ἐν Νικαίᾳ ὥρισεν, ὁ τῷ κανόνι τῷ λέγοντι, Ἐπίσκοπον προσῆκε. &c. Conc. Nic. 2. can. 3. Hujus Concilii autoritate inducti Balsamon, Blastares, & omnes propemodum Græci canonum interpretes, plebis suffragia, in electione Episcopi antiquitùs usitata, hoc canone dempta, & omnia electionum jura ad Episcopos translata esse contendunt. At eruditissimus ille Petrus de Marca contrarium affirmat, viz. *Canonem quartum Concilii Nicæni primi non tribuere Episcopis jus electionis, sed consensus tantùm aut confirmationis, & autoritatem ordinationis.* Marc. de concord. sac. & imp. l. 6. cap. 2. sect. 10. Sed in hoc, fateor, argumento vix sibi constare videtur: alibi enim ait, *Cæterùm si negotium istud referatur ad primam originem, morumque veteris Ecclesiæ & antiquorum canonum ratio habeatur, constans est illa sententia, quæ solum testimonium & consensum designandi Episcopi clero & populo tribuit, ipsam verò designationem sive electionem & judicium Metropolitano, unà cum Synodo provincialium Episcoporum.* ibid. l. VIII. cap. 2. sect. 2. & capitis sequentis initio hanc sententiam & consuetudinem præsenti canone sancitam esse affirmat. Juxta priorem itaque sententiam, electio plebi tribuitur, & Episcopis consensus: juxta posteriorem, electio Episcopis tribuitur, & plebi consensus; quæ sunt ἀνάγκαια. Ut relictis igitur aliorum opinionibus, genuinum canonis hujus sensum assequamur, ad tempora celeberrimum hoc Concilium præcedentia retrospiciamus necesse est. Clemens itaque Romanus in Epistolâ 1. ad Corinthos pag. 57. Episcopos ab Apostolis constitutos esse, & deinceps ab aliis celebribus viris, universâ Ecclesiâ consentiente, Τοὺς ὑπ' ἐκείνων, ἢ μεταξὺ ὑφ' ἑτέρων ἐλλογίμων ἀνδρῶν, συνευδοκησάσης τῆς ἐκκλησίας πάσης. Unde constat, illis etiam temporibus Episcopos ab ipsis Apostolis & eorum successoribus constitutos fuisse; sed tamen universâ Ecclesiâ, ac proinde populo æque ac clero, consentiente, vel constitutum ab iis sibi gratum esse testante. Sed ad antiquam hanc consuetudinem magis adhuc diluci dandam, observatu dignissima sunt D. Cypriani verba: *Propter quod*, inquit, *diligenter de traditione divina & Apostolicâ observatione observandum est & tenendum, quod apud nos quoque, & ferè per Provincias universas tenetur, ut ad ordinationes ritè celebrandas, ad eam plebem, cui præpositus ordinator, Episcopi ejusdem Provinciæ proximi quique conveniant, & Episcopus deligatur plebe præsente, quæ singulorum vitam plenissimè novit, & uniuscujusque actum de ejus conversatione perspexit. Quod & apud vos factum videmus in Sabini collega nostri ordinatione, ut de universæ fraternitatis suffragio, & de Episcoporum, qui in præsentiâ convenerant, quive de eo ad vos literas fecerant, judicio, Episcopatus ei deferretur, & manus ei in locum Basilidis imponeretur.* Cyprian. Epist. 68. ad clerum & plebes in Hispan. Ex hisce D. Cypriani verbis apertè conficitur, quæcunque propemodum hoc canone constituuntur, istis etiam temporibus, & quidem ex *traditione Apostolicâ & per universas ferè Provincias*, obtinuisse: nimirum, ut ad celebrandas Episcoporum ordinationes proximi quique Provinciæ Episcopi convenirent, & qui convenire non poterant, literas suas de constituendo mitterent, assensum haud dubiè vel dissensum suum declarantes: & insuper, ut congregati Episcopum deligerent, sed *præsente plebe, de universæ fraternitatis suffragio, & de ipsorum Episcoporum judicio.* Plebs igitur intererat, & universa fraternitas, Clerus viz. & populus suffragabatur; sed judicium penes Episcopos erat: à quibus solis delectus est Episcopus ordinandus, plebe quidem præsente, sed non simul deligente, nec præsens, ut deligeret, sed quod proximis verbis insinuatur, quoniam *singulorum vitam novissimè novit.* Præsens igitur erat ut suum de ordinandi vitâ testimonium daret: Et hoc, ni fallor, totum erat suffragii, quod fraternitas in Episcopi electione ferebat, nimirum Episcopi congregati virum deligebant, & delectum proponebant populo, cui præficiendus erat, si populus nihil haberet quod delecto objiceret, Episcoporum electioni suffragabatur; ac proinde, qui ab Episcopis electus est, ab iisdem protinus ordinabatur, idque per manuum impositionem; ut ex ultimis D. Cypriani verbis patet: Sin populo non placeret electio, quam fecissent Episcopi, argumenta sua contra personam delectam proferebant, quæ publicè discutiebantur; ita tamen, ut ultimum *judicium* ferendi potestas in Episcopis esset. Et quandoquidem ex populi testimonio ab Episcopis examinato stabant electi vel cadebant; hinc Cyprianus ibidem plebem etiam affirmat, *potestatem habuisse vel eligendi dignos Sacerdotes, vel indignos recusandi.* Et mox addit, *Quod & ipsum videmus de divinâ autoritate descendere, ut Sacerdos plebe præsente sub omnium oculis deligatur, & dignus atque idoneus publico judicio & testimonio comprobetur.* Ibid. Ab Episcopis igitur dignus electus est, & à populo tantùm comprobatus. Et paucis interjectis, *Coram omni Synagogâ jubet Deus constitui Sacerdotem, id est, instruit, & ostendit ordinationes Sacerdotales non nisi sub populi assistentis conscientiâ fieri oportere, ut plebe præsente detegantur malorum crimina, vel bonorum merita prædicentur; & sit ordinatio justa & legitima, quæ omnium suffragio & judicio fuerit examinata.* ibid. Hinc etenim colligitur, plebem idcirco tantùm præsentem fuisse, *ut detegantur malorum crimina & bonorum merita prædicentur*, & sic Episcoporum electio ejus testimonio comprobetur.

Jus igitur electionis ad Episcopos præsentes, testimonium autem, consensus, & electionis comprobatio, ad plebem pertinuit. Et nihil quidem interest, utrum plebis testimo-

nium Episcoporum electionem sequatur aut præcedat. Si plebs enim dignum aliquem virum sibi præponendum postularet, & sic prævium electioni ejus testimonium daret, eundem Episcopis eligendum proponebant, ac si ipsi prius elegissent: de hoc tantum certiores facti, quòd si propositum à plebe virum ipsis eligere visum fuerit, plebs electionem utique suo testimonio & suffragio comprobarit, utpote quæ eundem postulaverat. Plebs igitur Episcopis eligendum nonnunquam proponebat; sed Episcopi à plebe propositum non semper eligebant, ac proinde totum electionis arbitrium penes Episcopos erat, usq; adeò ut multas legere sit Episcopales ordinationes & electiones etiam celebratas ab Episcopis sine plebe; à plebe autem sine Episcopis nullas. Porrò hanc antiquam & ubique ferè receptam Episcoporum ordinandi consuetudinem, quâ nimirum omnes provinciæ Episcopi ad sedem vacantem convenientes plebe præsente successorem eligere ac ordinare consueti sunt, Melitius in Thebaide Episcopus paulò ante Nicænum conventum violabat. Hic enim, non Presbyteros tantùm, & Diaconos, ut nonnullis visum; sed Episcopos etiam, idque sine comprovincialibus suis & ipso Metropolitano, ordinare ausus est. Episcopos quidem, & longè plures, quam Presbyteros & diaconos, eum ordinasse ex indiculo sive breviario constat, quod Alexander post dimissum concilium Nicænum ab eo exegisse traditur, quodque extat in Athanas. Apol. 2. contra Arianos. Quinetiam Epiphanius scribit, dictum Melitium, quamcumque cum confessoribus suis regionem locumve peragrârit, ibi Clericos, Episcopos, Presbyteros, & diaconos instituisse, ac privatas fundâsse Ecclesias, cum interim, nec hi cum illis, nec illi cum his commune aliquid haberent, κατ' ἐκεῖνο χρόνον καθ' ἕκαστον τόπον διερχόμενος, κατέστη κληρικούς, ἐπισκόπους τε, καὶ πρεσβυτέρους, καὶ διακόνους, καὶ ἴδιόν τινα ἐκκλησίας ἰδίας, καὶ ὅτι ὅτοι τόποις ἐκείνοις ὅτι ἐκείνοις τόποις. Epiphan. hæres. 68. Eadem ferè tradit & Theodoret. hæret. fab. l. 4 c. 7. Has autem omnes Episcoporum ordinationes sine Episcopo Alexandrino, qui totius provinciæ Metropolitanus erat, celebratas fuisse, exinde constat, quod ab eo scismaticè discesserat: ac præterea nec Episcopos comprovinciales ad eas peragendas accersitos esse ipsa Epiphanii verba docent; nam in transitu erat ac itinere, ab unâ civitate ad aliam propriè contendens: ac proinde tempus ei minimè suppetebat ad convocandos provinciales, si aliquam habuisset potestatem: sed & hâc etiam destitutus erat, utpote quæ ad Metropolitam Alexandrinum jure pertinebat. E quibus omnibus, Melitium antiquam ordinandi consuetudinem, antea explicatam, transiliisse constat. Hæc à Melitio iniquè facta, cum Alexander Alexandrinus, sub quo maxima eorum pars gesta fuerat, Synodo Nicænæ significâsset, ei, ni fallor, hujus constituendi Canonis materiam submini strabant; utpote quo antiquus Episcoporum ordinandi ritus, quem Melitius violaverat, confirmatur, & decernitur, ut in posterum, secus ac Melitius fecerat, quandocunque Episcopus ordinandus est, omnes provinciæ Episcopi conveniant, vel saltem per iteras suffragia ferant, & sic ordinationem simul peragant: quæ autem ab iis fiant, à Metropolitano cujusque provinciæ confirmentur. Et Melitium quidem huic condendo canoni occasionem dedisse, ipsa hæc Synodus in Epistolâ Synodicâ non obscurè docet. Ibi enim patres se decrevisse scribunt, ut Melitius nullam in futurum habeat aut manus imponendi aut eligendi potestatem, nec ejus rei causâ aut in vico aut in urbe ullâ compareat; ἔδοξεν ὧν Μελίτιον μὲν φιλανθρωπότερον κινηθέντας τῆς ζημίας (καὶ γὰρ τὸν ἀκριβῆ λόγον ἀφιέμεθα συγγνώμης ἄξιον ὄν) μηδέποτε ἐν τῇ πόλει ἑαυτοῦ, καὶ μηδὲ μίαν ἐξουσίαν ἔχειν αὐτὸν, μήτε χειροτονεῖν, μήτε προχειρίζεσθαι, μήτε ἐν χώρᾳ, μήτε ἐν πόλει ἑτέρᾳ φαίνεσθαι, τούτου τοῦ προσώπου ἕνεκα. Socrat. Eccles. hist. l. 1. c. 9. Crimen enim ex pœnâ hîc dignoscatur: & Synodus ordinandi potestatem Melitio propterea sustulisse videtur, quòd eam illegitimè antea administrâsset. Cautum est autem hoc canone, ne præposteræ istiusmodi ordinationes in posterum peragantur; sed ut juxta antiquam consuetudinem omnes provinciæ Episcopi ad earum celebrationem conveniant, vel saltem tres; reliquis per scripta suffragantibus, συμψήφων γινομένων καὶ δι' ἀπόντων καὶ συνηδομένων διὰ γραμμάτων. E quibus verbis primo intuitu patet, canonem hunc, non de ordinationis tantum aut consecrationis actu, sed & de ipsâ etiam electione intelligendum esse: nimirum tres minimum adesse debent, ut ordinationem celebrent; sed omnes reliquos vel adesse vel in scriptis suffragari oportet: at nihil causæ est, cur suffragia requirantur, præterquam ad electionem ritè perficiendam. Quapropter certum est ac indubitatum, jus electionis Episcopis hoc canone attributum esse, idque non de novo, sed ex antiquâ, de quâ ante monui, consuetudine, quæ hîc œcumenicæ Synodi autoritate confirmatur. Nihil hîc fateor de plebis præsentiâ constituitur: hoc pristinæ consuetudini relinquitur, quam Melitius forsitan, quantum ad plebem, non violaverat; ac proinde non opus erat, ut quippiam de eo decernetur. Ex eo autem, quòd hîc cautum sit, ut ad Episcopi electionem omnes provinciales conveniant, nullâ factâ plebis Clerive mentione, planissimè conficitur, totum eligendi arbitrium penes Episcopos esse, ut nihil plebi in hâc re reservatum, præter comprobationem electionis per testimonium suum & consensum; quam & ante hoc concilium sibi vendicaverat, ut ante ostensum est. At siquidem de Episcopis solis, non item de populis, ad electiones convocandis canon hic disertè loquatur, plerique antehac suspicati sunt, pristina plebis jura hîc ei sublata esse, & ad Episcopos transcripta. Verùm τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω singulis propemodum canonibus Nicænis præfigatur, ubique enim antiquos mores confirmat, nullibi tollit. Et quidem vetustam hanc consuetudinem, quâ Episcoporum electiones plebis suffragio comprobatæ sunt, non sublatam ab hâc Synodo, sed potiùs confirmatam esse, etiamsi non hoc canone, in Epistolâ tamen Synodicâ, palam est: ibi enim decernit, *ut si quempiam eorum, qui in Ecclesiâ censentur, diem obire contigerit, tum in defuncti locum ac honorem provehantur ii, qui nuper adsciti sunt; modo digni videantur, & populus voluerit, suffragante nihilominus ei, & electionem confirmante Alexandrinæ urbis Episcopo.* Εἰ δέ τινας συμβαίη ἀναπαύσασθαι τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, τοὺτοις τὰ προσαναβαίνειν εἰς τὸν τοῦ τελευτήσαντος τόπον ἀρμόττειν, μόνον εἰ ἄξιοι φαίνοιντο, καὶ ὁ λαὸς αἱρεῖται, συναινοῦντος καὶ τοῦ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπου. Socrat. hist. Eccl. l. 1. c. 9. & Theodoret. hist. Eccl. l. 1. c. 9. Christophorsonus fateor, & Valesius verba, καὶ ὁ λαὸς αἱρεῖται, vertunt, *si populus eligat*: at quandoquidem patres hoc canone Episcopi electionem, non populo, sed Episcopis provincialibus tribuunt, vertenda sunt potiùs, *si populus voluerit*, aut ab Episcopis Electum sibi gratum acceperit, quem sensum verbum αἱρεῖται admittet, æque ac alterum. Nihil hîc fateor de Episcoporum electione præmittitur, sed tantum de plebis consensu, & Metropolitani confirmatione; nec quidem hoc opus erat, cùm Episcopum ab omnibus provinciæ Episcopis eligendum esse hoc canone priùs constituissent; & populi consensum ad comprobandam Episcopi electionem eo tantum nomine Epistolæ Synodicæ inseruisse videntur, quòd in canone prætermissus fuerat ut ad electionem Episcopi non absolutè necessarius. Hinc saltem patet, Nicænos patres antiquam suam consuetudinem in Episcoporum electionibus plebi non sustulisse, sed firmiorem potiùs reddidisse. Quod & Athanasii electione ad sedem Alexandrinam evincatur. Quæ enim à Concilio hoc Nicæno decreta fuerunt, Episcopos Alexandriæ, quorum plurimi ipsi concilio intererant, latere non poterant. Hi autem in Encyclicâ Epistolâ, quæ secundæ Athanasii Apologiæ inseritur, testantur, quòd cum convenissent (*juxta hunc canonem*) ad constituendum loco Alexandri defuncti Episcopum, omnis multitudo populusque catholicæ Ecclesiæ in unum coactus Athanasium Episcopum sibi dari postulabat; propterea quod hoc universæ provinciæ testimonium esset, dictum viz. Athanasium esse bonum, religiosum, Christianum, devotarium, & verè Episcopum. Dicunt enim, ὅτι ἡ πᾶσα τοῦ λαοῦ καὶ πᾶς ὁ λαὸς τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ὥσπερ ἐκ μιᾶς ψυχῆς καὶ σώματος ἐκβοήσαντες ἀνεβόων, ἔκραζον, αἰτοῦντες Ἀθανάσιον ἐπίσκοπον τῇ ἐκκλησίᾳ. τοῦτο γὰρ ἐζήτουν δημοσίᾳ τῷ χριστῷ, καὶ τοῦτο ἡμᾶς ἤρχιζον πείθειν ἐπὶ πλείστας ἡμέρας καὶ νύκτας, μήτε αὐτοὶ τὴν ἐκκλησίας ἀφισάμενοι, μήτε ἡμᾶς ἐπιτρέποντες ἀφίεσθαι τούτου. καὶ ἡμεῖς μάρτυρες τούτου, καὶ ἡ πόλις πᾶσα καὶ ἡ ἐπαρχία, οὐδὲν μὲν ἐναντίον, ὡς ἔχαιρον ἐκεῖνοι, κατ' ἀμφὶ λέγοντες, πάντα δὲ τὰ βέλτιστα, ἀποδοῦον, εὐλαβῆ χριστιανὸν, ἕνα τῶν ἀπόντων, ἀληθῶς ἐπίσκοπον ὀνομάζοντες. Athanas. apol. 2. Hinc liquet Synodum Episcoporum tunc habitam fuisse ad celebrandam Episcopi ordinationem, & populum prævium suum testimonium de eligendo tulisse, & juxta populi postulationem Athanasium ab Episcopis electum & ordinatum esse: adeo ut electio ejus ab Episcopis peracta, & populi consensu comprobata esset. Et hic quidem populi consensus in Episcoporum electionibus adhiberi solitus, in oriente sublatus est à concilio Nicæno 2. anno Dom. 787. vel saltem ab universali Octavo 871. in occidente autem viguit usque ad finem seculi duodecimi; ut observat vir Clarissimus Petrus de Marca de concord. Sacerd. & Imp. l. VI. cap. 2.

Τὰ δὲ κῦρος τῶν γινομένων. Idem ab hoc concilio in genere decernitur, canone VI. his verbis, καθόλου δὲ φανερὸν ἐστὶν, ὅτι

ὅπ εἶπε χωρὶς γνώμης τῆ μητροπολίτε γίνεσθαι ὀλίγοπ, ἢ τοῦτο ἡ μεγάλη Σύνοδ ὥρισε μὴ δεῖν εἶ ὀλίγοπ. Et in specie de ordinationibus in provinciâ Alexandrinâ celebratis, in Epistolâ Synodicâ ad Ecclesiam Alexandrinam missâ; ubi patres hi Nicæni dicunt se decrevisse, ut Episcopi credentur, si populus voluerit, & Episcopus Alexandriæ suffragatus fuerit, & electionem confirmaverit, Συνεπιψηφίσηπ ἀυπῷ καὶ ὑπογραφέζηπ τὰ τῆ Αλεξανδρείας ἐπισκόπε. Theodor. hist. Eccles. l. 1. c. 9. Patres Chalcedonenses hunc canonem ita interpretantur, ut Metropolitanus cujusque provinciæ omnes in eâ Episcopos constituat. ὁ κανὼν ὅπως διαγορεύει, ὥστε τὰ ἐν μιᾷ ἑκάστῃ τῆ ἐπαρχίᾳ τὸ κῦρ ἔχειν τὰ τῆ μητροπόλεως, καὶ αὐτὸν κωλύειν πάντας τοὺς ὑπὸ τὸν αὐτὸν ὄντας ἐπισκόπε, καὶ αὐτὸ δῆλόν ἡ διάνοια τῆ κανόνος. Et proximè, τῆ δὲ τῆ Νικομηδείας, ἐπειδὴ ἐξ ἀρχαίε αὐτὸ μητρόπολίς ὅτι, κεχειρώτ), πάντας τοὺς ὑπὸ τὸν ἐπαρχίαν ὄντας ἐπισκόπους χειροτονεῖν. ἡ ἁγία Σύνοδ εἶπε, τοῦτο πάντες βκλόμεθα. Concil. Chalced. Act. 13. Hinc cum Olbiatis Episcopi creatione opus esset, Synesius cum duobus aliis Episcopis Antonium consensu populi eligebat; electionem autem Alexandrini Episcopi decreto confirmari necesse esse scribit in epistolâ, quam ad Theophilum Alexandrinum eo nomine misit, quæ sic definit, καὶ γένοιτ' ἂν μοι βκλομένῳ κοινωνὸν αὐτὸν εἰς τὸν ὁμόπιμον ἱερωσύνε προσλέξασθαι. ἐνδὲ ἦν ἔπ δεῖ, τῆ κυριωτάτε μόνοι τῆς ἱερᾶς σε χειρὸς, τότε μόν Ολβιάτοις δεῖ· ἐμοὶ δ' ἐυχᾶν. Synes. epist. 76. In aliâ etiam Epistolâ ad eundem Theophilum, dicit Palæbiscæ Episcopum illegitimè & contra leges creatum esse, quod nec à tribus, nec Alexandriæ constitutus sit, τοῦτον μὲν ἦν ἵνα καὶ μένειν ἀποδεῖχθαι παλαιβίσκης ἐπίσκοπον· ἀλλ' ἐδὲ τῶν ἐνθένδε, ἐνθένδε μὲν ἦν, ὅσοι γε δὴ γνήσιον ἠκούσαμεν, εἰ μήτε ἐν Αλεξανδρείᾳ κρίθεν, μετὰ δὲ τριῶν ἐνθάδε, καὶ εἰ τὸ σωζόμενα τῆς χειροτονίας ἐκεῖθεν ἐδίδοτο. Synes. epist. 67. Quin his verbis Synesius ad præsentem Canonem respexit, nullus dubito. Nam dicta Palæbiscæ Episcopi ordinatio contra & priorem & posteriorem hujus Canonis partem admissa est, utpote quæ nec à tribus Episcopis celebrata, nec à Metropolitano confirmata fuit. Vide & Gratian. distinct. 64. c. 5. 6. 7.

## In Can. V.

Τὰ τριῶτα ζητήματα ἐξετάζοντο. Secunda Synodus œcumenica Constantinopoli habita, hunc (qui Melitii quoque causâ sancitus videtur) Canonem ita interpretata est, ut universa provinciæ cujusque administratio Synodis provincialibus per eundem committatur, δῆλον ὡς τὰ καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ἡ τῆς ἐπαρχίας συνόδ διοικήσ καὶ τὰ ἐν Νικαίᾳ ὡρισμένα. Syn. C P. can. 2. Alibi enim hæc Synodus de synodis provincialibus non meminit præterquam hoc Canone; qui propterea istis verbis indigitetur necesse est. Juxta hanc igitur, veram haud dubie Canonis hujus interpretationem, ab universali synodo confirmatam, quæcunque Ecclesiasticæ in provinciâ quâvis emergunt controversiæ, in eâdem definiendæ sunt; atque adeò causæ universæ, non tantum quæ ad Clericos, & laicos, verum etiam quæ ad ipsos Episcopos spectant, in eâdem ultimò determinandæ sunt. Et hoc quidem sensu synodus etiam Africana præsentem Canonem intellexit, quæ in Epistolâ ad Celestinum Episcopum Romanum dicit, Synodum hanc Nicænam, quæ præsenti Canone de Clericis & laicis constituerat, multò magis velle, ut de Episcopis servarentur; εἰ γὸ καὶ περὶ κατωτέρων κληρικῶν καὶ περὶ λαϊκῶν φαίνετο ἐκεῖ φυλάττεσθαι, πόσῳ μᾶλλον τῶν περὶ ἐπισκόπων βέλτιο φυλαχθῆναι, & paucis interjectis addit, Nicænæ Synodi statuta, & Clericos, & ipsos quoque Episcopos Metropolitanis suis, sive synodis provincialibus, quæ sub iis celebrantur, commisisse, καὶ τὰ ψηφίσματα τὰ ἐν Νικαίᾳ Συνόδ εἶπε κληρικὰς τῆ κατωτέρω βαθμῆ, εἶπε αὐτὰς τὰς ἐπισκόπους, τῆς ἰδίοις μητροπολίτης φανερώτατα κατέπμψαν. Et rationem reddit, viz. propterea quòd sapienter justeque perspexerunt patres Nicæni, ut quæcunque exorta fuerint negotia, ea in propriis locis terminarentur. Idem autem de præsenti, quod de reliquis ferè omnibus hujus Synodi Canonibus, dicendum est; nimirum, nihil de novo hìc constitutum esse, sed antiqua tantum statuta ac consuetudines confirmari. Ne quis enim excommunicatus ab uno Episcopo, ab alio admittatur, cautum fuerat antea, can. Apostol. 12. quem etiam Canonem patres hìc citant, verbis istis, κρατείτω ἃ γνώμη καὶ τὰ κανόνα τὰ διαγορεύοντα &c. Ut bis etiam quotannis Synodi provinciales habeantur, decretum est, can. Apostol. 37. & propterea, ut omnes Ecclesiasticæ causæ in eâdem provinciâ definitivo decreto judicentur, in quâ exortæ sunt, Cyprianus suis etiam temporibus statutum fuisse scribit, *Nam cum statutum sit*, inquit, *omnibus nobis, & æquum sit pariter ac justum, ut uniuscujusque causa illic audiatur, ubi est crimen admissum, & singulis pastoribus portio gregis sit adscripta, quam regat unusquisque & gubernet, rationem sui actus Domino redditurus. Oportet utique eos, quibus præsumus, non circumcursare, nec Episcoporum concordiam cohærentem suâ subdolâ & fallaci temeritate collidere; sed agere illic causam suam, ubi & accusatores habere & testes sui criminis possint: nisi si paucis desperatis & perditis minor videtur esse auctoritas Episcoporum in Africâ constitutorum, qui jam de illis judicaverunt, & eorum conscientiam multis delictorum laqueis vinctam judicii sui nuper gravitate damnârunt. Jam causa eorum cognita est, jam de iis dicta sententia est: nec censura congruit Sacerdotum, mobilis atque inconstantis animi levitate reprehendi.* Cyprian. Epist. 55. ad Cornel. En antiqua Episcoporum jura, ab universali quoque Concilio confirmata: ipsorum est gregem sibi commissam regere, & delinquentes judicare, nec licet cuivis aliò, imo nec Romam appellare; nec enim Episcopi in Africâ constituti minorem habent autoritatem, quàm ipse Romanus; ac proinde omnes Ecclesiasticæ causæ ab Episcopis provinciæ quâ moventur, discutiendæ sunt & determinandæ.

Καὶ ὅπως οἱ ὁμολογουμένως προσκεκρικότες. Johannis Antiochenus legit, καὶ ὅπως ὁμολογούμενον ἦ, ὡς προσκεκριμότες. Joh. Antioch. coll. can. tit. 49.

Ἵνα πάσης μικροψυχίας. Hæc verba usque ad τῷ θεῷ in Johannis Antiocheni collectione desiderantur; legit autem Dionysius exiguus, vertitque, *ut omni dissensione sublata, munus offeratur Deo purissimum.* Legit & ante eum vetus Canonum interpres, & vertit, *ut omnium animositate amputatâ, munus mundum offeratur Deo.* legunt etiam impressi antehac codices, nisi quod καθαρὸν in iis, Typographorum fortassis incuriâ, desit. Legit etiam Josephus Ægyptius & ἀδιαφορήσωσ interpretatur. Zonaram denique legisse scholia ipsius docent.

Τότε δὲ ἔτι κτλ. Hæc usque ad finem Canonis in hâc Aristeni, nec non Simeonis Logothetæ epitome, ut in Justelli bibliothecâ editâ, desiderantur.

## In Can. VI.

Τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω. Cum Melitius, de quo in Annotationibus ad quartum hujus Synodi Canonem fusiùs egimus, Episcoporum ordinationes in Ægypto celebrâsset, & sic potestatem, Alexandrino soli Episcopo ex antiquâ consuetudine debitam, sibi vindicâsset, patribus hisce, tunc temporis Nicææ congregatis, ad reprimendam injustam istam à Melitio usurpatam tyrannidem, & ad confirmandas, quæcunque antiquitùs receptæ fuerant, Alexandrino throno aliisque suas consuetudines, præsentem Canonem promulgare visum est. Hoc enim Synodo in sanciendo præsenti Canone propositum fuisse, ex ipso hoc exordio, τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω, abundè constat. His etenim verbis patres se nihil novi hìc constituere, sed antiquas tantùm consuetudines confirmare testantur. Quamvis autem totus Canonis hujus contextus verbis disertis satis ac perspicuis concipiatur; mirum tamen quantis artificiis in diversas partes distrahitur. Hi enim, Episcopi Romani primatum hoc Canone adstrui: alii, eundem in eo destrui contendunt; hi Patriarchicam hìc autoritatem institui affirmant; alii negant; hi Canonem hunc de ordinationem tantùm; illi de omni Ecclesiasticâ administratione intelligendum esse arbitrantur: hi denique Episcopum Romanum universæ Ecclesiæ hìc præfectum; illi autoritatem ejus intra suburbicaria loca coercitam; alii nihil omnino hìc de eo constitutum esse scribunt. Nimirum hic Canon inter ferventissimos disputationis æstus tractari solet; quo factum est, ut nimio partium studio ad diversas & sibi invicem contrarias opiniones adstruendas torqueatur: dum quisque eum, quia tantæ autoritatis Canonem, ad suas partes vel invitum trahere conatur, & tacitus secum gaudet, si vel ipsum Canonem Græcum, ut primò editum, vel aliquam saltem illius versionem, sententiæ suæ favere ostendat. Ut nos itaque nihil de hoc Canone intactum relinquamus, sed verum ac genuinum ejus sensum assequamur, eundemque à falsis aliorum commentariis vindicemus, priusquam partes ejus maximè controversas attingamus, de verâ Græci Canonis lectione, variisque ejus versionibus toties jactatis, aliquid hìc præmittere necessarium duximus.

Quod primò ad Græcam lectionem ſpectat, ea, quam hîc exhibemus, in omnibus Balſamonis, & Zonaræ, tam MSS. quàm impreſſis, quos nobis videre contigit, codicibus, conſtans & inviolata retinetur: ut & à Gelaſio Cyziceno, atque etiam à Joh. Antiocheno in ſuâ Canonum collectione tit. I. niſi quòd pro ὥσπερ ὁ ἐν Αλεξανδρείᾳ ἐπίσκοπον, ille rectiùs legat ὥστε ὁ Αλεξανδρείας ἐπίσκοπον, & σωζέσθω pro σώζεσθω. In Concilio Chalcedonenſi Act. XVI. duo hujus Canonis exemplaria recitata ſunt, unum à Conſtantino ſecretario, è codice ab Aetio Archidiacono C P. ei dato, quo Canon hic ſic incipit, τὰ ἀρχαῖα ἤθη κρατείτω, τὰ ἐν Αἰγύπτῳ, ὥστε ὁ Αλεξανδρείας ἐπίσκοπον πάντων ἔχειν ἐξουσίαν, Reliqua pars Canonis nihil à communi lectione differt: in hâc primâ deſunt verba καὶ Λιβύῃ καὶ Πενταπόλει, & τούτων ante ἔχειν. Alterum exemplar tunc temporis oblatum erat à Paſchaſino Epiſcopi Romani vicario, quo prior pars Canonis ſic lecta eſt, Ἡ ἐκκλησία Ρώμης πάντοτε ἔσχε τὰ πρωτεῖα. ἔχει τοιγαροῦν καὶ ἡ Αἰγυπτίων· ὥστε ὁ ἐπίσκοπον Αλεξανδρείας πάντων ἔχειν ἐξουσίαν, ἐπειδὴ καὶ τῷ Ρώμης ἐπισκόπῳ τοῦτο ζωπυρόν ἐστιν. ὁμοίως &c. *Eccleſia Romana ſemper habuit primatum. Teneat igitur & Ægyptus, ut Epiſcopus Alexandriæ omnium habeat poteſtatem, quoniam & Romano Epiſcopo hæc eſt conſuetudo. Similiter &c.* In Latinâ verſione prima verba ſic leguntur, *Quod Eccleſia Romana ſemper habuit primatum.* Ut ſint quaſi titulus Canonis. Et quidem inſcribitur hic Canon in priſcâ editione latinâ ante Dionyſium Exiguum, *De primatu Eccleſiæ Romanæ vel aliarum civitatum Epiſcopis.* Hinc ſuſpicor hanc priſcam Canonum editionem Romanis tunc temporis in uſu fuiſſe, & Paſchaſinum ex ea vel titulum, vel prima Canonis verba ſurripuiſſe: quandoquidem autem nec ulli codices Græci, nec Gregorius XIII. in recognitione decreti, nec aliæ quæcunque verſiones hæc verba agnoſcant, ac ipſe Canonis ſenſus obſcurior iis & perturbatior reddatur, communis haud dubiè lectio præferenda eſt, eaque verba tanquam ſpuria ac ſurreptitia ab omnibus rejicienda ſunt, nec inter varias hujus Canonis verſiones recenſenda. At ſiquidem variæ hujus Canonis verſiones magis quàm lectiones ab eruditis conſulantur, eas etiam omnes, quaſcunque obſervari dignas exiſtimamus, doctorum oculis hîc ita ſubjicere operæ prætium duximus, ut uno intuitu conſpiciantur.

## Verſio Arabica Joſephi Ægyptii.

القانون السادس

في ترتيب المدن والابرشيّات وتقديم
بعضها علي بعض

ولتلزم السنة الاولي التي ذكرناها وذكروها الاباء الاولين لجميع من كان بمصر ولوبيا وبنطابولس اعني برقة والجبل وبقية مدنها الداخلة تحت حكم اسقف الاسكندرية ويجب ان يطيعوه وليكن له السلطان عليهم كلهم لانه هو الحاكم علي الجماعة كما ان اسقف رومية ايضا لازم لهذه العادة ويلتزم له ايضا ان يكون مستوليا علي كورها وصقعها وما والاها ايضا فان له الرياسة علي الجماعة في الكلام والامر فوق الروسا كلهم والجلوس فوقهم ايضا وكذلك ايضا لصاحب انطاكية ان يكون مستوليا علي اصقاعه كلها ويكون تحت يده ماية وثلثة وخمسون اسقفا ومطرانا لانه متولي عمل فارس والمشرق كذلك يقدم المطارنة علي الاساقفة كلهم ولا يصير اسقفا بغير امر مطروبوليطه وهواه ورضاه فان صار علي غير هذه الحال فقد امرنا ورات الجماعة ان لا يصير اسقفا وان ينفا عن الجماعة الا يكون البطريرك متولي امره فان له الرياسة علي الجماعة وايما رجل صار اسقفا علي ما امرنا به برضاء من المطروبوليط ورضاء الجماعة وكان في امره شغب ومقاومة في الشعب اوتغر من الناس فلينظر الي الجمهور الاكثر والاجل من الناس فليقبل قولهم في امره وتركه علي الكرسي او عزله عن الكرسي اذا لم يرضوه اذا قاوم اهل ابرشيه او غير سننهم وذلك سنة دايما ابدا.

## Canon Sextus.

### De ordine civitatum & provinciarum & primatus aliarum ex iis ſuper alias.

*Antiqua conſuetudo, quam nos memoramus, quamque antiqui patres commemorarunt, obtineat apud omnes, qui ſunt in Ægypto, & Lybiâ, & Pentapoli, nempe Barce, & regione montanâ, reliquiſque iſtius civitatibus, quæ Epiſcopi Alexandrini poteſtati ſubjiciuntur: & neceſſe eſt, ut ei morem gerant, & ipſe ſuper omnes eorum poteſtatem habeat, propterea quod ille præſes eſt ſuper cœtum, quemadmodum & Epiſcopus Romæ hac conſuetudine tenetur, & ei neceſſarium eſt, ut poteſtatem habeat ſuper regiones ac provincias ejus, & quicquid etiam ei adjacet, & ut illi ſit principatus ſuper cœtum in loquendo, & præcipiendo ſuper omnes iſtos præſules, & in ſedendo etiam ſupra eos. Et ſic etiam ad præfectum Antiochiæ [pertinet] ut ipſe præfecturam habeat ſuper univerſas ejus provincias, & ſub ejus ſint poteſtate centum & quinquaginta tres Epiſcopi & Metropolitani; quoniam præfectus eſt provinciæ Perſarum & Orientis. Sic Metropolitæ omnibus ſuis Epiſcopis præſint, nec fiat Epiſcopus ſine mandato Metropolitani, & ſententiâ ejus ac voluntate: & ſiquis alio quam hoc modo fiat, & jam præcipimus, & viſum eſt Synodo, ut omnino non ſit Epiſcopus, & ut rejiciatur è cœtu, niſi Patriarcha negotium ejus in ſe ſuſceperit, utpote qui principatum habet ſuper Synodum. Et ſi quis factus ſit Epiſcopus, juxta quod præcepimus, ex voluntate Metropolitani & voluntate cœtus, & ortus ſit de negotio illius tumultus & oppoſitio in populo ſive hominum turbâ, reſpectus habeatur ad majorem & illuſtriorem hominum partem, & eorum ſententia in ejus negotio admittatur, ut ſupra ſolium relinquatur, vel dimoveatur à Solio, cùm eum ſibi gratum non habuerit, ſiquidem ſe populo provinciæ oppoſuerit, aut eorum leges mutarit. Et hoc inſtitutum ſemper obtineat.*

## Alexandrina Editio.

وتلتزم السنة الاولي التي ذكرناها لجميع من كان بمصر ولوبيا وبنطابلوس اعني برقة وليطيعوا اسقف اسكندرية وليكن له السلطان عليهم كلهم لانه الحاكم علي الجماعة من اجل ان اسقف رومية لازم له هذه العادة ايضا ويلتزم له ان يكون مستوليا علي كوره واسقاعه وما والاها وان يكون له الرياسة علي الجماعة والجلوس والكلام فوق الروسا كلهم

*Antiqua conſuetudo, quam commemoravimus, obſtringat omnes, qui ſunt in Ægypto, & Libya, & Pentapoli, nempe Barce, ut obtemperent Epiſcopo Alexandriæ, & eorum omnium poteſtatem ille habeat, quoniam præſes eſt Concilii: propterea quod Epiſcopus Romanus hac quoque conſuetudine tenetur; & oportet ut poteſtatem habeat ſuper regiones & provincias ſuas, & quicquid illis propinquum eſt, & ut ei ſit principatus ſuper Synodum, & ſedendo & loquendo ſuper omnes iſtos præſules.*

## Editio Melchitarum.

وان يكون اسقف مصر اعني بطريرك الاسكندرية العظمي مسلط علي كل مصر وجميع اسقاعها وما حواليها من المدن التي تجب لها لانه هكذا واجب لاسقف رومية اعني البطريرك خليفة بطرس ان يكون مسلطا ايضا علي بلادها واسقاعها وما والا ها

*Et ut Epiſcopus Ægypti, nempe Patriarcha Alexandria*

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

*drie magnæ, poteſtatem habeat ſuper totam Ægyptum, omnesque ejus Provincias, & adjacentes ei civitates, quæ ad illam pertinent: quoniam ita neceſſarium eſt Epiſcopo Romæ*, viz. *Patriarchæ ſucceſſori Petri, ut ille etiam poteſtatem habeat ſuper regiones & Provincias illius, & quicquid iis propinquum eſt.*

## Editio Maronitica.

حتبرا مومنتر بحصص حكس وحكرزم
محصحصا وحصيحصص وحدا وحصص
والحصيزا ومحصص له محكيا حلا
حصص حكس حكلا والحصصوا وزا
حص لحا حس لحا لحصوا؛ *Antiquas conſuetudides teneant illi, qui ſunt in Ægypto, Libya, & Pentapoli, ita ut Alexandrinus horum omnium poteſtatem habeat, quoniam & Epiſcopo Romano hæc eſt conſuetudo.*

## Priſca Latina editio, ante Dionyſium exiguum.

*De Primatu Eccleſiæ Romanæ, vel aliarum civitatum Epiſcopis.*

*ANtiqui moris eſt, ut urbis Romæ Epiſcopus habeat principatum, ut ſuburbicaria loca, & omnem Provinciam ſuâ ſollicitudine gubernet, quæ verò apud Ægyptum ſunt, Alexandriæ Epiſcopus omnium habeat ſollicitudinem. Similiter autem & circa Antiochiam, & in cæteris Provinciis privilegia propria ſerventur Metropolitanis Eccleſiis. Omnimodò autem manifeſtum eſt illud, ut ſi quis ſine arbitrio ejus, qui eſt in Metropolim, conſtituerit Epiſcopum hunc, cenſuit ſanctum & magnum Concilium non eum eſſe Epiſcopum. Si verò communi omnium rationabili, & ſecundum canonem Eccleſiaſticum, duo aut tres propter propinquas inimicitias contradixerint, obtineat ſententia plurimorum, quia conſuetudo obtinuit & traditio antiqua apud Hieroſolyma.*

## Verſio Dionyſii Exigui.

*De Privilegiis quæ quibuſdam Civitatibus competunt.*

*ANtiqua conſuetudo ſervetur per Ægyptum, Libyam, & Pentapolim, ita ut Alexandrinus Epiſcopus horum omnium habeat poteſtatem. Quia & urbis Romæ Epiſcopo parilis mos eſt. Similiter autem & apud Antiochiam, cæteraſque Provincias, ſuis privilegia ſerventur Eccleſiis. Illud autem generaliter clarum eſt, quòd ſi quis præter ſententiam Metropolitani fuerit factus Epiſcopus, hunc magna Synodus definivit Epiſcopum eſſe non oportere. Sin autem communi cunctorum decreto rationabili, & ſecundum Eccleſiaſticam regulam comprobato, duo aut tres, propter contentiones proprias, contradicunt, obtineat ſententia plurimorum.*

## Editio Iſidori Mercatoris.

*MOS antiquus perduret in Ægypto, vel Libya, & Pentapoli, ut Alexandrinus Epiſcopus horum omnium habeat poteſtatem, quoniam quidem & Epiſcopo Romano parilis mos eſt. Similiter autem & apud Antiochiam, cæteraſque Provincias, honor ſuus unicuique ſervetur Eccleſiæ. Per omnia autem manifeſtum eſt, quòd ſi quis præter voluntatem & conſcientiam Metropolitani Epiſcopi fuerit ordinatus, hunc Concilium magnum & ſanctum cenſuit non debere eſſe Epiſcopum. Sane ſi communi omnium conſenſu, rationabiliter probato ſecundum Eccleſiaſticam regulam, duo vel tres animoſitate ducti per contentionem contradicant, obtineat plurimorum ſententia Sacerdotum.*

## Verſio ſive Explicatio Ruffini Aquileienſis Presbyteri.

*ET ut apud Alexandriam, & in urbe Româ vetuſta conſuetudo ſervetur, ut vel ille Ægypti, vel hic ſuburbicariarum Eccleſiarum ſollicitudinem gerat.*

Quæcunque in variis hiſce canonis hujus Verſionibus obſervatu digna ſunt, in annotationibus ad diverſas iſtius partes proferemus. Hîc interim obſervetur velim Arabicam Joſephi Ægyptii verſionem, ſive paraphraſin ex MS. Bodleiano à nobis tranſcriptam, eſſe unà cum reliquis quatuor primarum generalium Synodorum decretis hoc opere editis. Editiones autem Alexandrina, Melchitarum, & Maronitica, ex Bibliothecâ Vaticanâ, & Collegii Maronitarum de urbe ab Abrahamo Ecchelenſi tranſcriptæ ſunt in tractatum ejus, de origine nominis Papæ & ejuſdem Primatu. Ubi autem nos ultima verba editionis Alexandrinæ viz. والكلام فوق الروسا كلهم vertimus, *Et loquendo ſuper omnes iſtos præſules.* Ille vertit, *atque autoritas ſupra omnes principes*: tanquam ſi juxta hanc canonis editionem autoritas Epiſcopo Romano ſupra omnes Principes tribuatur: quem ſenſum nec totus canonis contextus, nec ipſa Arabica verba ferent. Præterquam enim quod ubi de rebus Eccleſiaſticis agitur, الروسا *Præſules* ſive *Epiſcopos* ſignificat, & eo tantùm ſenſu in Arabicâ Joſephi Ægyptii canonum collectione perpetuò uſurpatur: mirum eſt undenam hauſerit iſtam inuſitatam vocis كلام *calâm* ſignificationem, quæ in omnibus Lexicis & Scriptoribus Arabicis, quos nobis unquam videre contigit, *orationem*, *loquelam*, *aut ſermonem* denotat, *autoritatem* nuſpiam. Undenam igitur iſte novam hanc vocis hujus ſignificationem imbibit? nimirum Arabes dicere ſolent (ſi Abrahamo Ecchelenſi fides aliqua habeatur) هو صاحب الكلام *Ille eſt Dominus ſermonis ſive orationis, ſcilicet ipſius eſt loqui, dicere, ſeu ferre ſententiam.* Ac ſi *loqui* ac *ferre ſententiam* idem ſignificarent. Aſſeretne autem الكلام in iſtâ loquendi formulâ *autoritatem* ſignificare? non credo. Quinetiam ipſe hujus editionis contextus coactam iſtam hujus vocis ſignificationem non admittet. *Principatus* enim ejus antea in verbo الرياسة indicatus fuerat, ac proinde ſuperfluum eſſet *autoritatem* ejus iterum repetere, in genere præſertim: in ſpecie autem hîc oſtenditur in quibus conſiſtat rebus prædictus ejus principatus, nimirum in ſedendo & loquendo ante alios Præſules ſecum in Synodo congregatos. Porro editioni Melchitarum ſimillima, vel potiùs eadem eſt illa Jacobitarum, quam ibidem citat Ecchelenſis: & Neſtoriana à Maronitica nihilo diſcrepant, niſi quod in eâ nulla fiat *Epiſcopi Romani* mentio, ſed tantum *Epiſcopi* in genere; non ſecus ac in antiquâ iſtâ verſione Latinâ, cujus meminit Barthol. Carranza in hunc canonem, quâ prima hujus canonis pars ſic exprimitur, *Mos antiquus perduret in Ægypto, vel Libyâ, & Pentapoli, ut Alexandrinus Epiſcopus harum omnium habeat poteſtatem, quoniam quidem Metropolitano Epiſcopo hoc idem moris eſt.* Ubi viz. *Metropolitano* loco *Romano* ſubſtituitur. Inter Latinas verſiones primas tenet priſca illa editio, quæ ante Dionyſium exiguum elaborata, in Juſtelli Bibliothecâ edita eſt: ſed non omittendum eſt, ultima ejus editionis verba ad hunc canonem librarii negligentiâ aſſuta eſſe, quæ ad proximum canonem potiùs pertinent. Enimvero verba illa ſunt, *Quia conſuetudo obtinuit & traditio antiqua apud Hieroſolyma.* Proximus autem canon incipit, *Quoniam conſuetudo obtinuit, & traditio antiqua &c.* Dionyſii exigui & Iſidori Mercatoris verſiones Græcæ lectioni ad amuſſim quadrant. Ruffini verſio, eſt potius quædam brevis & compendioſa canonis explicatio, quæque è priſcâ editione deſumpta videtur; hâc enim Epiſcopus Romanus *Suburbicaria loca ſuâ ſollicitudine gubernare*, in illâ, *ſuburbicariarum Eccleſiarum ſollicitudinem gerere* dicitur. Cæterum *ſuburbicariæ Eccleſiæ* iiſdem terminis circumſcriptæ videntur, quibus olim *ſuburbicariæ regiones*; quales erant, ut nonnullis viſum



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

est, solæ Picenum, Tuscia, Latium, & Valeria. Dictæ sunt autem suburbicariæ regiones, ex eo quod sub eadem erant potestate sub quâ & ipsa urbs, ut quæ à jurisdictione vicarii vel potiùs præfecti urbis pendebant. In notitiâ Imperii Occidentis à Guid. Pancirolo editâ decem Provinciæ vicario urbis suberant, quæ sic recensentur, *Sub dispositione viri spectabilis Vicarii urbis Romæ Provincia infrà scriptæ, Consulares, Campaniæ, Tusciæ & Umbriæ, Piceni suburbicarii, Siciliæ.* Correctores, *Apuliæ & Calabriæ, Bruttiorum & Lucaniæ.* Præsides, *Samnii, Sardiniæ, Corsicæ, Valeriæ.* Vicarius autem vices gerebat præfecti urbis; cujus jurisdictio porrigebatur usque ad centesimum lapidem, id est centum millia passuum; ut ex ejusdem libri cap. 4. constat. Juxta Ruffini itaque sententiam, Episcopi urbis Romæ autoritas in administrationibus Ecclesiasticis iisdem, quibus præfecti ejusdem urbis in politicis, definita videtur Provinciis. Uterque enim *suburbicarias regiones* sibi subjectas habuit. Ut enim Præfectus urbis suburbicariarum Provinciarum, sic Episcopus Romæ suburbicariarum Ecclesiarum (ut cum Ruffino loquar) sollicitudinem gerebat, iis saltem temporibus, quibus Ruffinus hæc scribebat.

Τὰ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ Λιβύῃ καὶ Πενταπόλει. Omnes antiquæ consuetudines, quæ in Ægypto, Libyâ, & Pentapoli receptæ sunt, hîc non confirmantur, sed eæ solæ, quæ ad Ecclesiasticam politiam spectant, ut ex sequentibus etiam verbis patet, ὥστε τὸν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐπίσκοπον &c. nimirum Episcopi uniuscujusque gentis, juxta Can. Apostol. 34. agnoscere debent eum, qui in eis primus est, & existimare ut caput, & nihil magni momenti facere præter illius sententiam, nisi quòd quisque, quæ ad suam pertinent paræciam, administret. Usu autem receptum est, ut Episcopi in Ægypto, Libyâ, & Pentapoli constituti, Alexandrinum, ut metropoli præfectum, pro primo inter se haberent, ac proinde nihil magni momenti citra illius sententiam facere deberent. Hinc tandem aliquando usu evenit, ut Episcopus Alexandrinus non tantum dictos Episcopos consecrayerit, sed & omnem Ecclesiasticam potestatem super eos exercuerit. Hoc egregiè confirmatur ab ipso Epiphanio qui asserit morem fuisse Alexandrinorum Archiepiscoporum, per totam Ægyptum, ac Thebaidem, Maræotam, & Libyam, Ammoniacam, Maræotidem, & Pentapolim, Ecclesiastica negotia administrare, πάντα γὰρ εἶχεν ὅτε τὸν ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ Ἀρχιεπίσκοπον, πάσης τε Αἰγύπτου, καὶ Θηβαΐδος, Μαρεωτῶν τε καὶ Λιβύης, Ἀμμωνιακῆς, Μαρεωτιδός τε καὶ Πενταπόλεως ἔχειν τῶν ἐκκλησιαστικῶν διοίκησιν. Epiphan. hæres. 68. Hâc autoritate prædictus Petrus Episcopus Alexandrinus viginti circiter annis ante congregatam Nicææ Synodum, Melitium Episcopum Lycopoleos in Thebaide, multis convictum criminibus, & in primis quòd idolis sacrificâsset, in communi Episcoporum Synodo deposuit; ut ipse testatur Athanasius, dicens, Πέπρος παρ' ἡμῶν ἀφ' ἑνὸς τῶν διαγμοῦ γέγονεν ἐπίσκοπος, ἔν τε τῷ διαγμῷ, καὶ ἁμαρτήσαντι ὅτε Μελίτιον ἀπὸ τῶν Αἰγύπτου λεγόμενον ἐπίσκοπον, ὅτι πολλαῖς ἐλεγχόμενον παρανομίαις καὶ ἀνοσίᾳ, ἐν κοινῇ συνόδῳ τῷ ἐπισκόπων καθεῖλεν. Athanas. Apol. 2. contra Arianos p. 603. B. tom. 1. edit. Commelin. Et ante eum idem Athanasius observat, quòd cum in Pentapoli superioris Libyæ quidam Episcoporum sententiam Sabellii amplectebantur, tantumque eorum commenta invaluerant, ut vix ulterius Filius Dei in Ecclesiis prædicaretur: re cognitâ Dionysius Alexandrinus, ad cujus curam eæ Ecclesiæ pertinebant, legatos misit, qui autores harum rerum ab illis pravis opinionibus retraherent, τῶν μαθὼν Διονύσιος, αὐτὸς γὰρ εἶχε τὴν μέριμναν τῆς ἐκκλησιῶν ἐκείνων, πέμπει καὶ συμβουλίας πρὸς αἱρέσεις παύσασθαι τῆς κακοδοξίας. Athanas. de sentent. Dionys. contra Arianos. Hinc igitur Episcopum Alexandrinum, etiam ante Synodum Nicænam, locis his enumeratis, non ordinandi modo, sed & omnia Ecclesiastica negotia administrandi potestatem ex antiquâ consuetudine receptam habuisse palam est. Hoc majorum suorum institutum Melitius Lycopolitanus violabat, utpote qui ab Episcopo Alexandrino depositus, alios Episcopos etiam in Provinciâ Alexandrinâ ordinare ausus sit, atque ita non tantum jus ordinandi Episcopos, Alexandrino præsuli debitum, sibi vendicabat, sed & depositionem suam nihili pendebat, post eam sibi ab Episcopo Alexandrino inflictam, Episcopalibus adhuc muneribus fungi præsumens: ac propterea utroque modo consuetæ Episcopi Alexandrini autoritati repugnabat. Cum omnia autem hæc antiqua Ecclesiæ Alexandrinæ instituta à Melitio violata, à Patribus Nicænis hoc canone confirmentur, necessariò exinde conficitur, canonem hunc non de ordinandi tantum ritu, sed & de omni Ecclesiasticâ potestate intelligendum esse; ut etiam Henricus Valesius contra Johannem Launoium rectè observavit. Et hoc quidem sensu ipsi Episcopi Ægypti hunc canonem intellexerunt; cum enim post depositum Dioscorum Archiepiscopum Alexandrinum, à Concilio Chalcedonensi Leonis Epistolæ subscribere rogati essent, respondebant sibi non fas esse sine Archiepiscopi sui Alexandrini sententiâ subscribere, sæpe clamantes, οὐδὲ γνώμῃ ἀρχιεπισκόπου ὑπογράφομεν. Et idcirco supplices petebant, ut dilata esset ipsorum subscriptio, usque dum alius Dioscori loco Archiepiscopus crearetur, ut secundum antiquam consuetudinem illius sententiam sequerentur, ἵνα κατ' ἀρχαῖα ἔθη τῇ γνώμῃ ἐκείνου ἐξακολουθήσωμεν. Ac præterea ipsum hunc canonum citant, quo constitutum asserunt, ut omnis Ægyptiaca regio Archiepiscopum Alexandrinum sequatur, & nihil sine illo, ab aliquo ei subjacente Episcopo, agatur, Τοῦτο γὰρ καὶ οἱ ἁγιώτατοι πατέρες συνταγηγραφήσαντο ἐπὶ Νικαίου ἄγιοι πατέρες συνταγηγραφήσαντο ἐπανόρθωσιν τινά. ὥστε ἀκολουθεῖν πᾶσαν τὴν Αἰγυπτιακὴν διοίκησιν τῷ Ἀρχιεπισκόπῳ τῆς μεγαλοπόλεως Ἀλεξανδρείας, καὶ μηδὲν ἄνευ ἐκείνου πράττεσθαι τοὺς τῆς ὑπ' αὐτὸν ἐπισκόπους. Concil. Chalced. Act. IV.

Πάντων τύπων ἔχειν τὴν ἐξουσίαν. Quænam hîc potestas intelligenda sit, Metropolitica, an Patriarchica, inter eruditos viros non convenit. Plerisque enim, tam Græcis quam Latinis scriptoribus, recentioribus præsertim, quos inter & scholiastes hîc editi, jus Patriarchicum Episcopis hîc enumeratis, Alexandrino, Romano, & Antiocheno, hoc canone confirmari visum est: ast alii, inter quos & Johannes Launoius, autoritatem tantùm Metropoliticam iis hîc sanciri contendunt. Sed miror eos, qui hanc tractarunt controversiam, nihil adhuc certi præmisisse, de eo quod proprium est juris Patriarchici, sive quo Patriarchæ à Metropolitanis distinguuntur: Nisi hoc enim prius pro certo & comperto habeatur, jugulum causæ nunquam petamus. Ut igitur quid nobis hâc de re statuendum videtur ostendamus, in jura Patriarchica propriè sic dicta priùs inquiremus, & deinde examinabimus, utrum istiusmodi jura ac privilegia Episcopis, Alexandrino, Romano, & Antiocheno, hoc canone confirmentur. Ut hæc autem res *perplexa satis in* se ac intricata, perspicua nobis evadat, ac aperta, diversis quæ sequuntur sectionibus eam expediemus.

I. In primis observandum est, nomen hoc *Patriarcha* è Synagogâ Judaicâ in Ecclesiam Christianam traductum esse. Judæi enim post Hierosolymorum excidium per totum terrarum orbem dispersi, Alexandriæ aliisque Orientis civitatibus, quibus pedem vagantem figere poterant, præfectos quosdam sibi constituebant, eosdemque nominabant, *Patriarchas*, quibus & assessores quosdam assignabant, *Apostolos dictos.* Epiphanius, Εἰσὶ δέ τινες μὴ τὸν Παγκράτιον Ἀπόστολοι καλούμενοι, ἀφοσιδοῦσι δὲ τῷ παγκράτορι. Epiphan. hær. 30. In Codice etiam Theodosiano lib. XVI. tit. 1. frequens de Judaicis hujusmodi Patriarchis mentio occurrit. Vide & apud Hieron. in Isa. 3. Flavius etiam Vopiscus Patriarchæ Alexandrini meminit, qui non de Christiano, ut nonnullis visum est, sed de Judaico Patriarchâ ibi constituto intelligendus est. Anno ab Incarnatione Christi plus minus quadringentesimo ablata est Judaicorum Patriarcharum autoritas, eorumque nomen ad Episcopos quosdam Christianos translatum, in Oriente præsertim, ubi Judaicorum potestas viguerat. Non me latet in Clementis Epistolâ ad Jacobum fratrem Domini, necnon in decretalibus Anacleti, Episcoporum Primates Patriarchas sæpe vocatos esse: verùm, si nullum aliud produci posset argumentum, hoc illud, quod nemo hodiè non fatetur, istas videlicet Epistolas nothas esse ac supposititias, probè satis evinceret. Primus itaque, ni fallor, scriptor fide dignus, qui Patriarcharum Christianorum mentionem fecit, est Socrates scholasticus; qui historiæ suæ finem imposuit anno secundo Olympiadis 305. Theodosio decimum septimum Consulatum gerente, hoc est, anno Christi 442. Hic enim de secundo Oecumenico Concilio loquens, ait, καὶ πατριάρχας κατέστησαν, διανεμάμενοι τὰς ἐπαρχίας, *Sed & Patriarchas constituerunt, Provinciarum divisione factâ.* Socrat. Hist. Eccles. l. 5. cap. 8. Postea in Actis Concilii Chalcedonensis nomina *Archiepiscopus*, & *Patriarcha* sæpe occurrunt, tanquam Synonyma.

II. Post quadringentesimum itaque plus minus æræ vulgaris annum, nova hæc Episcoporum nomenclatura introducta est, quâ multi tandem Episcopi insigniti sunt. Socrates loco ante citato complures recenset, qui à Concilio C P. Patriarchatum sortiti sunt, Nectarium Constantinopoleos & Thraciæ, Helladium Ponticæ diœcesis, & unà cum illo Gregorium Episcopum Nyssæ, & Ottreium Episcopum Melitinæ in Armeniâ; Asianæ diœceseos Amphilochium

Iconii

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Iconii, & Optimum Antiochiæ Pisidiæ Episcopum; Ægyptiacæ Timotheum Alexandrinum; Orientis denique Pelagium Laodicææ, & Diodorum Tarsi Episcopum, servatâ tamen prærogativâ Melitio Episcopo Antiochiæ. Johannes Meursius in Glossario Græco-Barbaro observat, in Occidentali etiam Ecclesiâ primò unum fuisse Patriarcham vocatum, viz. Aquileiæ: deinde alterum sub Phocâ Gradis ordinatum: tertium additum Forojulienſem, quibus postremò accessit & Muscoviæ Patriarcha, ut cuique notum est. Adhæc Gregorius Turonensis etiam Nicetium Lugdunensem Episcopum *Patriarcham* appellat, Hist. l. 5. cap. 21. Qui præ omnibus autem aliis Episcopis hoc titulo decorati sunt, quinque præcipuè numerantur, idque hoc ordine, Romanus, Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hierosolymitanus. Constitutus est hic Patriarcharum ordo à Concilio Trullano can. 36. Ab isto demum tempore hi quinque throni summis honoribus celebrati sunt; ut observat etiam Theodorus Balsamon, qui & ipse Patriarcha Antiochenus fuit: Hic enim in meditato sive responso de Patriarcharum privilegiis, post citatum dictum canonem, mox subjungit, διὸ καὶ ἐπὶ τοῦ τύπου πείθεσθαι ἔκ τε τοῦ κανόνος καὶ μέχρι τῆς νῦν οἱ ἅγιοι πατέρες πάντα ἀκωλύτως ἔθεσαν μεγάλοι ἀρχιερεῖς ὅπου ἐπὶ πᾶσιν τοῦ οἰκουμενίου σκάζοντος. Balsam. in Meditat. Verum observandum est, Romanum Episcopum se nunquam Patriarcham appellâsse, etiamsi ab aliis ita appelletur: reliqui autem quatuor non tantum ab aliis ita vocantur, sed & se Patriarchas sæpe vocant. De his igitur quinque Patriarchis quæstio instituitur, utrum jura ac privilegia, quibus illi gavisi sunt, omnibus, vel aliquibus eorum hoc canone sanciantur.

III. Quænam autem sint propria illa quinque horum Patriarcharum jura ac privilegia, quibus à Metropolitanis distinguuntur, non adeo facile est definire. Theodorus Balsamon Patriarcha Antiochenus in meditato de Patriarcharum privilegiis, multa de lampadibus Patriarchicis congessit, & quomodo Patriarchæ soli, saccos vel penulas multis insignitas crucibus, & tunicas frequenti literâ gamma triangulisque depictas induere consueverunt: sed hæc ad externam tantùm Patriarcharum pompam, non ad interna eorum jura spectant. His igitur omissis, in propria eorum & essentialia jura, quibus ab aliis quibuscunque Episcopis discernantur, inquiramus necesse est. Primò itaque Patriarcha, quatenus Patriarcha, non unam tantum Provinciam, sicut Metropolitanus, sed diœcesim, hoc est, multas simul Provincias sibi subjectas habet, easque suâ sollicitudine gubernat. Sic Innocentius primus in Epistolâ ad Alexandrum Episcopum Antiochenum ait, *Revolventes itaque authoritatem Nicæna Synodi, que unam omnium per orbem terrarum mentem explicat Sacerdotum, que censuit de Antiochenâ Ecclesiâ cunctis fidelibus, ne dixerim Sacerdotibus, esse necessarium custodire, quâ super diœcesim suam prædictam Ecclesiam, non super aliquam Provinciam, recognoscimus constitutam*; ubi videre est Antiochenam Ecclesiam, quæ una est e Patriarchalibus, non tantum super *Provinciam*, sed super *Diœcesim* constitutam esse, & quidem ex authoritate Synodi Nicænæ; ut Innocentius arbitratus est. Sic Diœcesis Patriarchæ Constantinopolitani præter Archiepiscopatus 39. etiam metropoles 81. ac proinde totidem Provincias sibi subjectas habuit, ut patet è dispositione per Leonem sapientem facta, quem ordinem habeant throni Ecclesiarum Patriarchæ CP. subjectarum. Idem & de reliquis Patriarchis sentiendum est, quòd hi plures, illi pauciores, sed singuli multas Provincias sortiti sunt, quibus singulis Metropolitanus præfuit. Secundò, ut Metropolitani Episcopos suæ Provinciæ, sic & Patriarchæ singuli suæ diœceseos Metropolitanos jure ordinarunt. Hinc cùm Concilium Chalcedonense thronum Constantinopolitanum ad Patriarchatum promoveret, diœceses ei tres integras (Ponticam, Asianam, & Thracicam) attribuens Conc. Chalced. can. 28. decernebat, ut Provinciæ cujusque Episcopi à Metropolitanis, at diœceseos Metropolitani à Patriarchâ sive Archiepiscopo CP. ordinarentur, διωκεῖσθαι ἐκάστου μητροπολίτου ὑπὸ τοῦ προειρημένου θρόνου τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας τῶν ἐπαρχίας ἐπισκόπους χειροτονοῦντος τοὺς τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπους, καθὼς τοῖς θείοις κανόσι διωρίσθαι. χειροτονεῖσθαι δὲ, ὡς εἴρηται, τοὺς μητροπολίτας ὑπὸ τοῦ προειρημένου θρόνου τῆς Κωνσταντινουπόλεως Ἀρχιεπισκόπου, ψηφισμάτων συμφώνων τε τοῖς ἔθεσι γινομένων, καὶ ἐπ' αὐτῶν ἀναφερομένων. Concil. Chalced. can. 28. Et Innocentius, in Epistolâ ad Alexandrum Antiochenum antè citatâ, ait, *Itaque arbitramur, frater charissime, ut sicut Metropolitanos autoritate ordinis singulari, sic & cæteros non sine permissu conscientiâque tuâ finas Episcopos procreari.* Ergo Patriarcha autoritate singulari, hoc est, Patriarchicâ suâ autoritate Metropolitanos ordinavit. Sic etiam Synodus œcumenica octava, sive Constantinopolitana quarta, de sedibus Romæ, Constantinopoleos, Antiochiæ, & Hierosolymorum decrevit, ut *earum Præsules universorum Metropolitanorum, qui ab ipsis promoventur, & sive per manus impositionem, sive per pallii dationem, Episcopalis dignitatis firmitatem accipiunt, habeant potestatem, viz. ad convocandos eos,* Concil. oct. c. 17. Metropolitani igitur à Patriarchis istis promoti sunt. Episcoporum autem ordinationem, non ad Patriarchas, sed ad Metropolitanos cujusque Provinciæ jure pertinere, confirmetur etiam ex mandato, quod in Patriarchatu CP. dari solet Metropolitano, cùm ordinatur, quo jubetur, non nisi dignos viros ad gradum Episcopalem evehere, τὸ ὀφθὲν βίῳ σεμνῷ καὶ λόγῳ καὶ κατηρτισμένῃ πνευματικῇ μαρτυρούμενον, καὶ κανονικῶς φαιζόμενον εἰς τὸν ἐπισκοπικὸν ἀνδρῶν βαθμόν. Extat hoc mandatum in Juris Græco-Romani libro VI. Tertiò, ut Metropolitani Provinciales Episcopos, sic Patriarchæ ipsos etiam Metropolitanos ad Synodalem conventum convocant. Hoc evincitur ex capite 17. Concilii octavi ante laudato; ubi statutum est, ut Patriarchæ dictorum thronorum Metropolitanorum potestatem habeant, *videlicet ad convocandos eos, urgente necessitate, ad Synodalem conventum.* Et ratio paucis interjectis redditur, his verbis, *A Metropolitâ quippe unius quidem Provinciæ dispositio efficitur; à Patriarchâ verò sæpe totius causa diœceseos dispensatur.* Ultimò, proprium erat Patriarcharum corrigere Metropolitas, & ultimum in causis Ecclasiasticis judicium ferre; adeo ut ab eo nullus esset appellandi locus. In dicto enim capite Synodi octavæ ulteriùs decernitur, ut Patriarchæ potestatem habeant ad convocandos Metropolitanos ad Synodalem conventum, *vel etiam ad coercendum illos & corrigendum, cùm fama eos super quibusdam delictis forsitan accusaverit.* In compendiario etiam legum delectu à Leone & Constantino A. A. facto, omnium metropoleon, Episcopatuum, monasteriorum, & Ecclesiarum cura; item judicium, condemnatio, & absolutio, Patriarchæ arbitrio in quavis diœcesi committitur. Πασῶν τῶν μητροπόλεων καὶ ἀρχιεπισκοπῶν, μοναστηρίων τε καὶ ἐκκλησιῶν, ἡ φρόνησις, καὶ φειδὼ, ἔτι δὲ καὶ κρίσις, καὶ κατάκρισις καὶ ἀθῴωσις τῷ οἰκείῳ πατριάρχῃ ἀνήκουσι. lib. Leon. & Constant. tit. 3. Quinetiam si contigerit, ut Episcopi ejusdem Provinciæ controversiam inter se habuerint, sive de Jure Ecclesiastico, vel aliâ quacunque causâ, prius Metropolitanus, cum duobus Episcopis ejusdem Synodi sive Provinciæ, rem judicare debet; & si utraque pars judicio non acquieverit, tunc Patriarcha diœceseos inter eos audiet, & ejus judicio neutra pars contradicere potest, τότε καὶ ὁ μακαριώτατος πατριάρχης ἡ διοικήσεως ἐκείνης, μεταξὺ αὐτῶν ἀκροάσεται, κἀκεῖνα ἀκριβώσει, ἃ πρὸς τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς κανόσι καὶ τοῖς νόμοις συνάδει, ἀδήλου μέχρις τοῦ ἔθους ἀπολήγειν συναμφοῖν. ut constituit Justinianus, Novellâ 123. c. 22. & Basilic. l. 3. tit. 1. cap. 38. neque enim à Patriarcharum sententiâ appellatur, ὅτι καὶ ἐκκλησιῶν καὶ αἱ τῶν πατριαρχῶν ψῆφοι. Phot. nomoc. tit. 9. cap. 6. constit. Eccles. collect. ex cod. 1. tit. 4. n. 29.

IV. Ex iis, quæ hactenus de Patriarchis commentati sumus, apertè conficitur, propria eorum jura in his quatuor rebus versari. 1°. Ut unusquisque ex iis habeat diœcesim: excepto Patriarcha Constantinopolitano, qui tres diœceses integras sibi subjectas habuit. Concil. Chalced. can. 28. 2°. Ut omnes diœceseos suæ metropolitanos ordinet. 3°. Ut eosdem ad Synodos convocet. 4°. Ut in omnibus Ecclesiasticis causis, quæ magni sunt momenti, ultimum judicium ferat, si ad eum appelletur. Quibus sic præmissis, quæstio, quam præ manibus habemus, facillimè dirimatur. Si Patriarchæ enim, propriè sic dicti, quatenus à Metropolitanis distinguuntur, & quales jam descripsimus, intelligentur, eos in hoc canone non constitutos esse, nec Episcopis Alexandrino, Romano, & Antiocheno jura Patriarchica, sed metropolitica tantùm sancita, ex ipso hoc canone, cum aliis ejusdem Synodi collato, clarissimè colligatur. Primò enim nec hoc, nec alio quovis hujus Synodi canone, plures quam duo Episcoporum ordines recensentur, viz. Episcopi provinciales, & metropolitæ: ubi itaque Patriarchæ, quorum nec nomen in Ecclesiam adhuc transcriptum fuit? Sed dicat aliquis, Patriarchas hìc Metropolitas appellari. Si ita, ubi sunt Metropolitæ propriè sic dicti? & si Metropolitas sibi subjectos non habeant, quo tandem jure vocentur Patriarchæ? Deinde Episcopis hoc canone recensitis nullæ assignantur diœceses, sed Provinciæ tantum; eo enim quòd dicitur, ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῶν Ἀντιόχειαν καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπαρχίαις,



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ἐπαρχίαις. *Similiter & in Antiochiâ & aliis Provinciis*, ſolis apparet luce clariùs, Epiſcopo Antiocheno, ac proinde Alexandrino, etiam & Romano, non διοίκησιν ſed ἐπαρχίαν, *provinciam* non *diœceſim* hîc attribui; & præterea, quæ hîc de Alexandrinâ, Romanâ, & Antiochenâ conſtituuntur, obſervanda ſunt etiam ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπαρχίαις. Si itaque ex hujus canonis præſcripto, Epiſcopi, Alexandrinus, Romanus, & Antiochenus fiant Patriarchæ, tot eſſe debent Patriarchæ, quot ſunt Provinciæ: ac proinde nullus omnino propriè ſic dictus: non enim propriè Patriarcha eſt, qui tantùm Provinciæ præeſt. Adhæc ad Patriarchas pertinet ut Metropolitanos, ad Metropolitanos ut Epiſcopos ordinent: At Alexandrinus unus ex hîc enumeratis, omnes provinciales Epiſcopos ipſe ordinavit, ut oſtendimus in annotationibus ad quartum canonem hujus Synodi; idque quidem ex ſingulari hujus Synodi decreto in Epiſtolâ Synodicâ promulgato, & ex generali canone viz. quarto, quo τὸ κῦρος, confirmatio Epiſcopalium ordinationum, Metropolitano cujuſque provinciæ alligatur. Cùm autem in dicto canone decernitur, ut in unaquaque provinciâ Metropolita Epiſcoporum ordinationes confirmet, & in Epiſtolâ Synodica, ut Alexandrinus Epiſcopus Epiſcoporum ſibi ſubjectorum ordinationes confirmet, his verbis, ἐπιφερόντω τῷ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπῳ, quid apertius eſſe poteſt, quàm Alexandrinum Epiſcopum Patrum Nicænorum ſenſu non Patriarcham fuiſſe, ſed purum putum metropolitam, qui nullum alium metropolitam ſibi ſubjectum habuit, ad quem Epiſcopalium ordinationum confirmatio jure pertinuit? Quod denique ad Eccleſiaſticas cauſas dijudicandas ſpectat, Patres hi Nicæni in præcedenti canone ſtatuerunt, Concilia bis quotannis in ſingulis provinciis celebranda eſſe, quæ controverſis iſtiuſmodi finem imponant: uſque adeo ut, ſi iſtis provincialibus Synodis conſtiterit, quosvis juſtè excommunicatos fuiſſe, ita manere debent, donec iiſdem Synodis viſum fuerit humaniorem pro iis ſententiam proferre; unde patet, appellationes ad Patriarchas iſto canone non admitti. Quod ſi in præſenti canone Patriarchas propriè ſic dictos conſtituiſſent, reſcidiſſent omnino & revocâſſent, quæ iſto prius decreverant. Inter jura enim Patriarchica, ultimum in majoribus cauſis judicium pro præcipuo haud dubiè habendum eſt.

V. E præmiſſis itaque pronunciare licet, Patres Nicænos hoc præſenti ſexto ipſorum canone, nihil juris verè Patriarchici, ſive quale Patriarchæ poſtea ſibi vendicârunt, Epiſcopis quibuſvis confirmâſſe; non diœceſim, non ſubjectos metropolitas, nec proinde eorum ordinandi, aut convocandi autoritatem, non denique ultimum in cauſis audiendis judicium; ſed ea tantùm, quæ Metropolitis cujusque provinciæ competunt. Non tamen diffitendum eſt, quin hic canon Patriarchis poſtea conſtituendis occaſionem dederit. Nimirum tres præ omnibus aliis Epiſcopi conceptis verbis hîc nominantur, Alexandrinus, Romanus, & Antiochenus; iiſdemque antiqua ſua jura ac privilegia confirmantur. Hinc ſequentibus Conciliis Patribuſque in promptu fuit colligere, tres iſtos thronos aliis quibuſcunque jure præponendos eſſe, quibus prima œcumenica, & omnium celeberrima Synodus privilegia ſua nominatim ſancivit; aliis autem ſub generalibus tantummodo verbis, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπαρχίαις. Quo etiam tandem aliquando factum eſt, ut cum Eccleſia perſecutionibus jam liberata eſſet, & per totum terrarum orbem diſſeminata, adeo ut pluribus Metropolitanis opus eſſet, hi tres aliis omnibus præminere cenſerentur; ac proinde mutato nomine Patriarchæ audirent, & pluribus, quam reliqui Metropolitæ, gauderent privilegiis, ut quibus præfecti ſunt. Hinc eſt, quòd Innocentius primus, Papa Romanus, in Epiſtolâ ad Alexandrum Antiochenum ante laudatâ, Eccleſiam Antiochenam ſuper diœceſim ſuam, non ſuper aliquam provinciam, à Concilio Nicæno conſtitutam affirmet. Sane in hoc Concilio nulla fit mentio diœceſeos Antiochenæ; ſed ſtrata eſt ab eo via, quâ ad diœceſim pervenit; ac idcirco ab eo etiam ſuper diœceſim conſtituta dicitur. Sic etiam intelligenda videntur illa D. Hieronymi verba, *Tu qui regulas quæris Eccleſiaſticas & Nicæni Concilii canonibus uteris, & alienos Clericos & cùm ſuis Epiſcopis commorantes tibi niteris uſurpare, Reſponde mihi ad Alexandrinum Epiſcopum Paleſtina quid pertinet? Ni fallor, hoc ibi decernitur, ut Paleſtinæ metropolis Cæſarea ſit, & totius Orientis Antiochia.* Hieron. ad Pammachium, adverſus errores Johannis Hieroſolymitani. Hîc enim, ut videre eſt, eruditiſſimus pater non pro certo ſtatuit, ſed tantum dicit, *Ni fallor, hoc ibi decernitur.* Certiſſimum autem eſt, nihil de Antiochiâ ab iſto Concilio decretum, vel dictum fuiſſe præterquam iſtis verbis, ὁμοίως καὶ κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν, quibus nec *Orientis*, nedum *totius*, mentio fit. Secunda, fateor, Synodus Oecumenica Conſtantinopoli habita definivit, ut Orientis Epiſcopi Orientem ſolum adminiſtrent, *Servatis privilegiis, quæ ſunt in Concilii Nicæni Canonibus, Antiochenæ Eccleſiæ,* φυλαττομένων τῶν ἐν τοῖς κανόσι τοῖς κατὰ Νίκαιαν πρεσβείων τῇ Ἀντιοχέων ἐκκλησίᾳ. Syn. C P. can. 2. Hîc autem Oriens non de toto Oriente, quatenus ab Occidente diſtinguitur, intelligendus eſt; ſed de quintâ tantum illius parte, ſive quatenus ab Ægypto, Thraciâ, Ponticâ, & Aſianâ in notitiâ imperii diſterminatur: ut ex ipſo etiam Canone conſtat. Sed dicat aliquis, Palæſtinam etiam ad Orientem propriè ſic dictum pertinere. Fateor equidem, ſed ſimul meminiſſe debet, Cyprum etiam intra Orientis propriè ſic dicti limites contineri. At nihilominus Epiſcopus Antiochenus in iſtâ inſulâ jus ordinandi nunquam habuit, nec aliam quamcunque poteſtatem, ut Rheginus, Zenon, & Evagrius Cypri ipſius Epiſcopi coram Synodo Epheſinâ teſtati ſunt. Act. Conc. Epheſ. part. 2. Act. 7. Et quod imprimis obſervandum eſt, cum Epiſcopus Antiochenus hoc Cypri Metropolitanum ordinandi jus ſibi conciliare attentaret, ante commemorati Cypri Epiſcopi, in libello ad dictam Synodum oblato, dicebant, hoc eſſe *contra Apoſtolicos Canones & definitiones ſanctiſſimæ Nicænæ Synodi*; ſuffragante iis etiam toto Concilio Epheſino, ut è priùs laudatâ ſeptimâ ſecundæ Actorum ejuſdem Concilii partis actione patet. Unde omnibus perſpicuum eſt, Antiochiam à Concilio Nicæno totius Orientis Metropolim non conſtitutam eſſe, cùm ipſi etiam Canones Nicæni eam ullam in dictâ Orientis parte autoritatem exercere non permitterent. Idem haud dubiè & de cæteris Orientis provinciis, exceptâ Syriâ, dicendum eſt, utpote quas Nicæni præſertim Concilii diebus, Epiſcopus Antiochenus ſibi ſubjectas non habuerat, nec earum Metropolitas ordinaverat, nec eas alio quocunque verè Patriarchico jure adminiſtrarat. Imo quidem in antiquis Eccleſiæ monumentis, quæ res geſtas & conſuetudines ante Concilium Nicænum receptas poſteritati tradiderunt, nec vola extat, nec veſtigium de privilegiis Patriarchicis propriè ſic dictis ad quoſvis Epiſcopos, Romanum, Alexandrinum, Antiochenum, alioſve pertinentibus. Sed altum in iis ſilentium de poteſtate æque ac de nomine Patriarcharum. Uſque adeo, ut etiamſi nonnulli metropolitani, quos inter Alexandrinus, Romanus, & Antiochenus meritò recenſeantur, aliis illuſtriores habiti fuerint, nullus tamen eorum jura pluſquam metropolitica iis temporibus exercuiſſe legitur; ac proinde, cùm præſenti canone Antiquæ tantùm conſuetudines dictis Eccleſiis adſtruantur, fieri non poteſt, ut verè Patriarchica etiam privilegia iis ſimul confirmentur; utpote quæ nondum uſu recepta fuerant. Sed quandoquidem plus forſitan honoris ac reverentiæ hiſce quam aliis Metropolitanis tributum fuerat; Patres Nicæni hoc canone eos ſolos diſertè commemorat; nulla tamen nova, nedum Patriarchica, iis decernentes privilegia, ſed antiqua tantum & majorum inſtituto admiſſa confirmantes: quo tamen factum eſt, ut hic canon iiſdem viam patefecerit, quâ ad Patriarchicos paulatim thronos aſcenderent. Enimvero hîc cautum eſt, ut antiqui mores in Alexandrinâ, Romanâ, Antiochenâ, aliiſque provinciis conſerventur; & proximo canone, ut *Epiſcopus Hieroſolymitanus conſequentiam honoris habeat; ſalvâ metropoli propriâ dignitate.* Hinc tandem evenit ut non ſoli tres priùs dicti, ſed & ultimus ſive Hieroſolymitanus etiam Epiſcopus Patriarcha evaſerit; tametſi nihil apertius eſſe poteſt, quam ex mente Concilii Hieroſolymam Cæſareæ metropoli ſubjectam eſſe, ac propterea ejus Epiſcopum non tantum Patriarcham non conſtitutum eſſe, ſed nec Metropolitam: at ſolum ut proximum inter Epiſcopos honorem habeat poſt Metropolitam ſuum, Cæſarienſem præſulem. Sed utcunque, tandem evenit, ut & tres ſupradicti, & Hieroſolymitanus etiam thronus, quippe cui honor ab hoc Concilio tribuitur, ad Patriarchatum proveheretur; at diœceſeos ejus limites non ante Concilium Chalcedonenſe terminati ſunt, quo Palæſtina, Arabia, & Phœnice ei aſſignantur. Verùm, tametſi occaſio hîc data ſit, qua hic, reliquique tres throni Patriarchica jura ſibi poſtea arripuerunt; ea tamen non ſtatim uſurpabant, nec quidem uſurpare poterant; quia ab aliis poſterioribus Conciliis pedetentim introducta ſunt: & primò quidem à Synodo Conſtantinopolitanâ Oriens Antiochiæ ſubjicitur, & thronus Conſtantinopolitanus proximo poſt Romanum honore donatur.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

natur. Deinde à Concilio Chalcedonensi primo statutum est; ut omnis controversia inter Clericos agitata apud diœceseos Exarchum, *vel apud Constantinopolitanam sedem determinetur.* Concil. Chalced. can. 17. Et ut Metropolitani ab eodem ordinentur, & Episcopi à Metropolitanis. Et sic progressu temporis, Justiniano præsertim Imperante, omnia jura ac privilegia ante commemorata dictis quinque Episcopis concessa sunt, & ab iisdem summo vigore exercita. Quem autem ordinem inter sese tenere debent, Synodus Trullana prima definivit, viz. ut primus thronus sit Romanus, secundus Constantinopolitanus, tertius Alexandrinus, quartus Antiochenus, & ultimus Hierosolymitanus. Nec quidem ab alio quovis, ante hoc, Concilio omnes quinque simul commemorantur. Ex eo autem, quòd jura propriè Patriarchica, sive quibus Patriarchæ à Metropolitanis distinguuntur, post hoc Concilium Nicænum instituta sunt, necessario conficitur, Patriarchas propriè sic dictos, hoc Canone non constitutos esse, tametsi occasio iis constituendis ab eo præbita fuerit.

VI. Huic nostræ sententiæ Joh. Launoius in dissertatione *de rectâ sexta Nicani Canonis intelligentiâ* suffragatur, hæc in corollario decimo quinto dicens, *His igitur sincerè & sine fuco peractis præmisso Antiquas illas Romanæ, Alexandrinæ & Antiochenæ Ecclesiæ consuetudines, quas Nicænum Concilium asserit & confirmat, nihil quidquam objicere, quod Patriarchis noxium & propriè conveniat.* Imo quidem & longè ante eum ipse Latinæ canonum editionis ante Dionysium Exiguum elaboratæ autor, hunc canonem eodem modo interpretatus est. Nam hæc ejus verba ἰδιαίως δὲ κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπαρχίαις τὰ πρεσβεῖα σώζεσθαι ταῖς ἐκκλησίαις, sic ἀδιαστόλως vertit: *Similiter autem & circa Antiochiam & in cæteris Provinciis privilegia propria serventur metropolitanis Ecclesiis.* Ex hujus itaque prisci autoris sententiâ hoc canone cautum est, ut in Romanâ, Alexandrinâ, Antiochenâ, & in cæteris Provinciis (non diœcesibus) privilegia propria Metropolitanis Ecclesiis serventur; ut Romanæ nimirum Ecclesiæ, quippe quæ metropolitana est, sua serventur privilegia; quod idem & de Alexandrinâ, Antiochenâ, aliisque omnibus Provinciis dicendum est: videlicet, ut quæcunque Ecclesia in qualibet Provinciâ Metropolitana est, jura sua metropolitica sarta tecta retineat: & propterea nihil hîc de Patriarchicis, sed tantum de Metropolitanis Ecclesiis sancitur.

VII. Verum doctissimus vir Henricus Valesius, in tertio observationum Ecclesiasticarum in Socratem & Sozomenum libro, sententiæ à nobis prolatæ se totum opponit, contenditque hoc Canone Nicæno, non de Metropolitanis, sed de Patriarchis propriè sic dictis agi. Ne quid itaque rectæ ac genuinæ hujus Canonis intelligentiæ à nobis assertæ desideretur, argumenta, quibus clarissimus vir contra Launoium disputans, eandem evertere, suamque adstruere conatur, paucis discutiemus. Primò igitur sic argumentatur, capite secundo, *Duo præcipuè in hoc Canone notanda sunt. Primum est, hic agi, de Patriarchis, alterum est, non de solâ ordinatione hic agi; sed de omni jure Patriarchico. Ac primum quidem illud ita demonstrari potest. Patres Concilii Nicæni, cùm Ecclesiarum quieti prospicerent, in Canone quarto sanxerunt, quo ritu celebranda essent Episcoporum electiones, easque à Metropolitanis Episcopis confirmari voluerunt. Cùm igitur potestas Metropolitanorum in capite illo quarto abundè stabilita esset, quid opus erat rursus in sexto de Metropolitanis dicere?* Huic primo argumento ut respondeamus, non opus est ut ab ipsis his verbis longiùs abeamus, utpote quæ sibi invicem respondent: quod miror eruditissimum virum non observâsse. Hîc enim ait, (quod & ille capite quinto, & nos antè probavimus) hoc Canone non de solâ ordinatione agi: ac proinde etiamsi potestas Metropolitanorum in celebrandis ac confirmandis Episcoporum ordinationibus Canone quarto stabilita fuisset, non tamen superfluum, sed summè potiùs necessarium erat, ut omnia alia ipsorum jura ac privilegia iis alibi confirmarentur; quod quidem hoc sexto Canone factum est, quem etiam non minus quam quartum de Metropolitanis loqui, ex ista clausulâ abundè constat, κυρίως δὲ πρόκειται εἰπεῖν, ὅτι οὕτως χρεὼν γνώμης τὸν μητροπολίτην ὁρίζεσθαι, τὸν τοιοῦτον ἡ μεγάλη ζωίοδος ἔθεσε μὴ δεῖν ἀδιαστόλως. Nimirum in priori hujus Canonis parte Patres decreverant, ut in singulis provinciis omnia antiqua jura & privilegia Metropolitano Episcopo conservarentur; Et hic protinus subjungunt, hoc imprimis observandum esse, ut nullus sine Metropolitani consensu Episcopus ordinetur, & si quis aliter ordinatus fuerit, ordinatio illius irrita habeatur, nec ipse inter Episcopos recenseatur. Adeo ut hoc Canone quartus, quantum ad Episcoporum ordinationes à Metropolitanis confirmandas, ulteriùs explicetur, additâ insuper delinquentibus pœnâ, ἐὰν τοῦτο μὴ δεῖν ἀδιαστόλως. Quandoquidem itaque hic Canon de ipsâ etiam Metropolitanorum in ordinationibus potestate fusiùs quam quartus agit, atque insuper, non eam solam, sed & omnia alia antiqua privilegia, fatente etiam Valesio, confirmat; argumentum à quarto Canone confictum, sententiam nostram nequicquam debilitat; cùm nihil de Metropolitanorum potestate in quarto Canone constituitur, præterquam quod ad Episcoporum ordinationes spectat; nihil omnino de perpetuâ ipsorum autoritate super ordinatos. Hoc itaque missò, proximum ejus argumentum expendamus, *Præterea*, inquit, *in hoc sexto capite agitur de Episcopis, qui regunt diœcesim; non autem de his, qui regunt unicam provinciam.* Hoc autem prorsus negatur. Nihil enim omnino de diœcesi, sed tantum de provinciis in toto Canonis corpore commemoratur, καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν, nisi forsitan ἐπαρχίαν idem significare velit, quod διοίκησιν; contra non tantum aliorum omnium, sed & ipsius sententiam traditam in Annotationibus ad Socrat. lib. 5. cap. 8. ubi ἐπαρχίαν non *diœcesim*, sed *Provinciam* perpetuò significare rectè contendit; ac proinde non opus est, ut hoc argumento diutiùs immoremur. Proximum sic concipit, *Cùm enim*, inquit, *Episcoporum ordinationi abundè prospexissent, quam à Metropolitanis confirmari sanxerunt, restabat, ut de Metropolitanorum ipsorum ordinatione statuerent. Id autem disertè faciunt hoc Canone 6. illos à Patriarchis ordinari jubentes, qui sunt Metropolitani Metropolitanorum. Ita omnino intelligenda sunt hæc verba Canonis nostri. Illud autem generaliter clarum est, quòd si quis præter Metropolitani sententiam fuerit factus Episcopus, hunc magna Synodus definivit Episcopum esse non oportere.* Respondeo, primò, non omnino ita, sed omnino aliter intelligenda sunt hæc ultima ab eo laudata verba. Nihil enim in iis de Metropolitanorum ordinatione dicitur; sed tantùm de eorum consensu in Episcoporum ordinationibus adhibendo. Et præterea, Metropolitanos hîc memoratos, non Metropolitanos Metropolitanorum, sive Patriarchas, ut ille hariolatur, sed puros putos Metropolitanos propriè sic dictos, in hoc non minùs quam in quarto Canone intelligendos esse, ex eo clarissimè consequitur, quòd eorum consensus in Episcoporum ordinationibus hîc requiratur. Nam Episcoporum ordinationes ad Metropolitanos propriè sic dictos pertinent, non ad Patriarchas postea constitutos, quibus Metropolitanos solos non etiam provinciales Episcopos consecrare incubuit, ut ante ostendimus. Et præterea, si necessarium fuisset, ut Patres Nicæni Metropolitanorum ordinationi hoc sexto Canone prospicerent, ut nimirum à Patriarchis ordinarentur, eâdem ratione & de Patriarcharum ordinatione aliquid statuere debuissent; quod tamen ab iis non factum esse, nec ipse Valesius, ut opinor, inficias ibit; nec quidem opus erat, ut de Metropolitanorum ordinatione quidpiam hîc decernerent, cùm in quarto Canone ei satis consuluissent. Ibi enim cautum est, ut Episcopus ab omnibus provinciæ Episcopis constituatur, & constitutio ipsius à Metropolitano confirmetur. Metropolitani itaque constitutio à Synodo etiam Episcoporum provinciæ celebranda est, nec necesse est, ex hujus Concilii mente, ut aliundè confirmetur: quemadmodum & veteres dictum Canonem constanter intellexerunt. Sic enim & Episcopi insulæ Cypri in Concilio Ephesino affirmant, Metropolitanum suum Episcopum Constantiæ, juxta Apostolicos & Nicænos Canones à Synodo provinciæ perpetuò ordinatum fuisse. Act. Concil. Ephes. part. 2. Act. 7. Sic Stephanus Ephesiorum Metropolitanus constitutus est, Concil. Chalced. Act. xi. Et Flavianus Antiochenus, ut Patres secundæ œcumenicæ synodi Constantinopoli habitæ in Epistolâ Synodicâ testantur. Et Episcopi Alexandrini in Encyclicâ Epistolâ Athanasium eodem modo Alexandriæ præpositum asserunt, apud Athanas. Apol. 2. Ut alios taceam, Concilium Aurelianense 2. disertè ait, *In ordinandis Metropolitanis Episcopis antiquam institutionis formulam renovamus, quam per incuriam omnimodis vidimus amissam. Itaque Metropolitanus Episcopus à Comprovincialibus Episcopis, Clericis, vel populis electus, congregatis in unum omnibus comprovincialibus Episcopis ordinetur.* Concil. Aurel. 2. can 7. Hæc ut videre licet, antiqua erat institutionis formula, in rectâ procul omni dubio dicti Nicæni Canonis intelligentiâ fundata. Et optimè quidem Valesius de causâ suâ meritus fuisset, si vel unicum exemplum protulisset, quo Metropolitanos aliter quam à comprovincialibus Episcopis Nicæni Concilii temporibus, vel saltem postea, constitutos fuisse probaret. Nullum sanè protulit, nec, ni fallor, proferre potuit. Ac proinde satis mirari



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

nequeo, quâ tandem ratione dixit, Patres Nicænos hoc sexto Canone Metropolitanos à Patriarchis ordinari *disertè* jubere; præsertim cum nec de Metropolitanorum ordinatione, nec de Patriarchis, quicquam hic disertè commemoratur. Sed ejusdem etiam generis est quod proximè subdit, *Certè*, inquit, *Johannes Zonaras Metropolitanos hoc loco interpretatur Patriarchas, qui sunt majores Metropolitani.* Cùm certissimum sit Johannem Zonaram, in totâ suâ hujus Canonis interpretatione, nec *Patriarchæ*, nec *majoris Metropolitani* nomen vel semel usurpasse; ut cuivis consulenti patebit.

VIII. Adhæc quarto ejusdem libelli capite, Valesius sic disputat. *An dices Alexandrinum Pontificem non revera fuisse Patriarcham ante Concilium Nicænum, cùm ante illud Concilium totam Ægyptum, & Libyam, ac Pentapolim rexerit; idque ex vetustâ consuetudine, ut testantur Patres Nicæni?* Dico equidem Alexandrinum Pontificem iis temporibus Patriarcham propriè sic dictum, sive quales postea constituti sunt, revera non fuisse; idque etiamsi Ægyptum, Libyam & Pentapolim rexerit. Nullos enim sub se Metropolitanos habebat, qui vel ordines Episcopales conferre, vel alia quævis Ecclesiastica negotia administrare poterant; sed ipse solos omnem Metropoliticam potestatem exercebat. Ac proinde omnia ista loca unam tantum provinciam constituebant: & ille Metropolitanus propriè sic dictus, non Patriarcha erat; ut & antea probavimus. Præterea, *Dic mihi igitur*, inquit, *quandonam Alexandrinus Episcopus cœperit esse Patriarcha?* Respondeo: primò, in hâc dirimendâ lite non necesse est, ut tempus definiamus, quo Patriarcha esse primus cœperit: satis enim causæ nostræ prospectum est, quod demonstravimus, jura verè Patriarchica à Concilio Nicæno nec ei, nec alii cuivis Episcopo constituta aut confirmata fuisse. Quinetiam superius ostendimus, omnia istiusmodi privilegia propriè Patriarchica ab aliis œcumenicis Conciliis hæc subsequentibus paulatim introducta fuisse, nec unum eorum hujus Synodi tempore cuivis Episcopo competiisse; ac proinde nec Alexandrinum, nec alium quemvis Episcopum, istis diebus revera Patriarcham fuisse, vel plusquam Metropolitanum. Sed si pleniorem adhuc dictæ quæstioni Valesius responsionem desideret, Cum Socrate respondeo, secundum Concilium œcumenicum Constantinopoli celebratum Patriarchas primò constituisse, Καὶ πατριάρχας ἤρτισαν, διανειμάμενοι τὰς ἐπαρχίας. Socrat. hist. Eccles. l. 5. c. 8. Hoc in annotationibus ad secundum istius Concilii Canonem fusiùs ostendemus. Interim satis mirari nequeo, quare Valesius istud Concilium præsentem Nicæni Canonem de diœcesibus explicâsse assereret. Proximo enim, sive quinto capite ait; *Idque confirmat etiam Canon secundus Concilii Constantinopolitani; in quo Episcopi centum quinquaginta decretum Nicænæ Synodi confirmantes, supradictum Canonem sextum explicant de Episcopis, qui diœcesim regunt.* Sanè in dicto secundo Canone Patres Constantinopolitani diœceses Ecclesiæ orientalis juxta notitiam Imperii distinguunt, ac proinde Patriarchas, aliquales saltem, & in genere, primùm constituisse jure merito censeantur. Præsentem autem sextum Synodi Nicænæ Canonem de Episcopis, qui regunt diœcesim, nusquam explicant, sed ipsi potius nonnullis Episcopis, & inter alios Alexandrino & Antiocheno hîc commemoratis diœceses assignant, jubentque ut inter eas sese contineant; Alexandrino nimirum Episcopo, non tantum quæ hoc Canone memorantur, Ægyptum propriè sic dictam, Libyam, & Pentapolim; sed totam Ægyptiacam diœcesim ex sex provinciis Libyâ inferiori, Thebaide, Ægypto, Arcadiâ & Augustanicâ constantem attribuunt. Synodus Nicæna nihil de Antiochiâ dixerat, præterquam generalibus istis verbis, ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῆς Ἀντιόχου, occasione tamen exinde datâ Patres Constantinopolitani Orientem Antiocheno Episcopo assignant, τὰς δὲ τῆς ἀνατολῆς ἐπισκόπους τῷ ἀνατολικῷ μόνῳ διοικεῖν, φυλαττομένων δηλ. ἐν τοῖς κανόσι τοῖς κατὰ Νίκαιαν πρεσβείων τῇ Ἀντιοχέων ἐκκλησίᾳ. Nequaquam autem hinc dici potest, eos præsentem Canonem Nicænum de Alexandrino & Antiocheno, tanquam Episcopis qui diœceses regebant, explicuisse, cùm ipsi primi diœceses iis definierint.

IX. Verùm præter argumenta modo retusa, Valesius tertio ejusdem libelli capite testimonia quædam producit, quorum autoritate sententiam suam adstruere conatur: ea sunt, Innocentii Papæ, D. Hieronymi, Johannis Scholastici, sive Antiocheni, & octavæ generalis Synodi. Ad duorum primorum, viz. Innocentii & Hieronymi loca, à nobis etiam antea laudata, respondeatur, primò, eos ambos Canonem præsentem Nicænum pro Constantinopolitano citâsse videri. Ille enim, sive Innocentius, Antiochiam super diœcesim non super provinciam; hic eandem totius orientis Metropolim à Concilio Nicæno constitutam asserit: at Concilium Nicænum nec diœceseos, nec Orientis ad Antiochiam pertinentis, mentionem fecit; Constantinopolitanum autem utriusque. Ac proinde ad hoc potiùs quam ad istud Concilium ambo respexisse videntur. Nimirum codex Canonum Ecclesiæ universæ proximè post secundam generalem Synodum Constantinopoli celebratam collectus est: In isto autem codice Nicæni Canones primum locum tenebant, à quibus idcirco & totus codex denominabatur; ut abundè constat ex Gregorio Turonensi, Canonem Gangrensem ex isto codice sub nomine Nicæni itidem citante, *Canonum Nicænorum*, inquit, *decreta relegi, in quibus continetur, Quia si qua reliquerit virum &c.* Greg. Tur. l. 9. c. 33. Iste autem est decimus quartus Concilii Gangrensis. Et eodem prorsus modo Innocentius & Hieronymus Canones Nicænos pro Constantinopolitano laudâsse videntur; quippe qui unà cùm iis in eodem codice, ab iis etiam Nicæno denominato, compingebatur. Vel saltem, ut ante observatum est, dicti patres hæc Synodo Nicænæ propterea attribuunt, quòd ea primò Constantinopolitano, aliisque postea de Patriarchis Canonibus condendis occasionem dederat. Quod idem & de Johannis Antiocheni testimonio dicendum est. Ille enim in primo tam nomocanonis quam collectionis titulo, qui est de Patriarchis, non tantum hunc sextum, sed & proximum sive septimum hujus Concilii Canonem citat, idque pro Patriarchico jure Episcopi Hierosolymitani. Quod tamen aliter fieri non potuit, quam quòd iste Canon huic constituendo juri occasionem præbuit; ut ipse etiam Valesius fatetur, dicens, *Deinde dici potest Canonem illum septimum, licet revera non agat de jure Patriarchico Episcopi Hierosolymitani, videri tamen ei juri occasionem præbuisse. Auctoritate enim hujus Canonis nixi Antistites Hierosolymitani, altius paulatim sese attollere cœperunt.* Quidnj autem nos idem de sexto Canone dicamus, quod Valesius de septimo? Illum nimirum Alexandrino, Romano, & Antiocheno, non minus quam hunc Hierosolymitano Patriarchæ, evehendo occasionem dedisse? Nihil sanè in sexto Canone de illorum magis quam in septimo de hujus jure Patriarchico continetur. Sed nihilominus ut hic septimi, sic illi præsentis autoritate nixi, altiùs paulatim sese attollere cœperunt, usque dum Patriarchæ tandem propriè sic dicti evaserint. Et sic etiam Patres Synodi octavæ in Canone decimo septimo, & quotquot alii tam Græci quam Latini de hisce rebus antiquitùs scripserunt, intelligendi sunt, utpote qui de Patriarchis eorumque privilegiis sæpiùs agentes, idcirco tantum hunc Canonem in medium protulerunt, quòd dictis sedibus, Alexandrinæ, Romanæ, ac Antiochenæ in eo commemoratis, super alias offerendis primam occasionem præbuit. Discussis igitur ac eversis omnibus doctissimi viri ad confirmandam suam de hâc re opinionem prolatis argumentis, firma adhuc & inviolata manet nostra sententia, quam superiùs exposuimus, præsentem nimirum Canonem non ita intelligendum esse, ac si Patriarchica jura propriè sic dicta Episcopis in eo disertè nominatis confirmaret, sed tantum quod viam stravit, quâ ad Patriarchicam postea dignitatem ascenderunt.

Ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν Ῥώμῃ ἐπισκόπῳ τῶν τοιούτων &c. Etiamsi hæc verba cuipiam, nullo præjudicio laboranti, satis per sese perspicua sint ac manifesta; ex variis tamen disputantium glossis atque expositionibus factum est, ut nihil magis obscurum, magisve involutum esse possit: dum quisque nimirum ea suas ad partes vel invita torquere conatur. Missis igitur aliorum commentariis, nos veram & genuinam Patrum Nicænorum mentem ex ipsis his verbis, ut primò conceptis, & antiquitùs intellectis investigare moliemur. Hunc in finem quæ superiùs fusiùs explicuimus, hic summatim repetenda sunt. Primò viz. Melitium, qui Episcopi Alexandrini jura violaverat, huic sanciendo Canoni occasionem præbuisse. Secundò Patres Nicænos hoc Canone nihil novi de quâlibet Ecclesiâ constituere, sed antiquas tantum & majorum instituto receptas consuetudines confirmare. Tertia hîc non de solâ ordinatione agi, sed de omni Metropolitanorum in Ecclesias sibi subjectas potestate. Ultimò non Patriarcharum verè ac proprie sic dictorum, sed tantum Metropolitanorum cujusque provinciæ jura ac privilegia hîc stabiliri. Hisce sic præmissis totum hoc negotium paucis expediemus. Primò itaque, ut ab ultimis verbis incipiam, pronomen istud τῶν ad ἔχειν τὴν ἐξουσίαν in priori Canonis parte necessariò referendum est. Cùm dixissent enim Patres, τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω, τὰ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ Λιβύῃ, καὶ Πενταπόλει, ὥστε ἐν

ἡ ἐν Αλεξανδρείᾳ ὅπως πάντων τούτων ἔχῃ τὸν ἐξούσιαν, proximè hæc subjungunt, ἐπεδὴ καὶ τὸν ἐν τῇ Ρώμῃ ἐπισκόπῳ τοῦτο συμβαίνει ὄν. ac si statuissent, Episcopum Alexandrinum *istorum omnium* ἔχειν τὸν ἐξούσιαν, quandoquidem & Episcopo Romano istiusmodi τὸν ἐξούσιαν ἔχειν consuetum est. Nihil enim aliud est, quo illud τοῦτο jure referatur. Hinc in Arabicâ Melchitarum editione antecedens illud disertè exprimitur, juxta quam Patres Nicæni his verbis dicunt, *Episcopo Romano necessarium sive consuetum esse* ان يكون مسلطا *ut potestatem habeat.* Cui suffragantur non tantum reliquæ editiones Arabicæ, sed & prisca Latina, quæ hæc verba in Canonis fronte collocata sic interpretatur, *Antiqui moris est, ut urbis Romæ Episcopus habeat principatum &c.* Eodem etiam cedit, si τοῦτο pro τοῦτο substituatur, quemadmodum in nonnullis codicibus legitur, & Dionysius Exiguus, atque Isidorus Mercator legisse videntur, qui ambo vertunt, *Parilis mos est.* Hujusmodi enim parilis mos nullâ aliâ in re consistere potest, præterquam ἐν τῇ ἔχειν τὸν ἐξούσιαν. Pro comperto itaque habemus, Patres Nicænos his verbis voluisse, Episcopum Romanum aliquam tunc temporis potestatem habuisse, idque ex antiqua consuetudine. Nulla autem potestas præterquam in res vel personas ei subjectas exerceri potest. Quocirca restat adhuc inquirendum, qualis & quousque extensa fuit hæc potestas. Primò autem eam, non Patriarchicam propriè sic dictam, sed tantùm Metropoliticam fuisse, è præmissis patet. Quibus autem limitibus tunc dierum circumscripta erat provincia, in quam dictam potestatem exercebat, Patres hoc Canone non indigitant: limitibus autem circumscriptam fuisse, & non per totum terrarum orbem diffusam apertè docent ex eo, quòd parilem potestatem Episcopo Alexandrino, nominatis etiam locis ei subjectis, Ægypto, Lybiâ, & Pentapoli, disertè attribuant; nec ei soli, sed & Antiochieno, omnibusque aliis provinciarum Metropolitanis, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπαρχίαις. E quibus etiam verbis simul conficitur, Romani præsulis potestatem intra ἐπαρχίαν terminatam esse. Quanta autem fuit hæc ἐπαρχία non facile dictu est. Arabici interpretes exponunt de regionibus & provinciis Romæ adjacentibus. Josephus Ægyptius على كورها وصقعها وما والاها *super regiones ejus ac tractus sive provincias ejus & quicquid ei (urbi Romæ) adjacet.* Editio Alexandrina على كوره واسقاعه وما والاها *Super regiones ejus & provincias ejus, & quicquid iis adjacet.* Editio Melchitarum على بلادها واسقاعها وما والاها *super provincias ejus (Romæ) & tractus ejus & quicquid iis adjacet.* Quænam autem sint hæ regiones, & provinciæ, sive terræ portiones Romæ adjacentes, ac propterea ad Episcopum Romanum pertinentes non explicant. Balsamon & Zonaras occidentales provincias Episcopo Romano subjectas asserunt; res nimirum antiquas recentioribus institutis metientes, & Canonem interpretantes, prout res erant cùm ipsi scribebant, & universus orbis in quinque Patriarchatus distributus erat, non ut sese habebant cùm primò conceptus est hic Canon; quo unica tantum ἐπαρχία singulis Episcopis in eo commemoratis attribuitur. Ad veritatem itaque propiùs accedunt priscæ editionis Latinæ autor, & Ruffinus. Quorum ille, hæc verba, utpote quæ sola in toto hoc Canone ad Episcopum Romanum spectant, sic interpretatur, *Antiqui moris est, ut urbis Romæ Episcopus habeat principatum, ut suburbicaria loca & omnem provinciam suâ sollicitudine gubernet.* Hic totum Canonem breviter sic exprimit, *Et ut apud Alexandriam, & in urbe Româ vetusta consuetudo servetur, ut vel ille Ægypti, vel hic suburbicariarum Ecclesiarum sollicitudinem gerat.* Priscæ istius editionis autorem in verbis ante laudatis clarissimus vir Petrus de Marca observat, per *loca suburbicaria*, regiones illas quatuor indigitâsse, quæ aliquot civitatibus adjectis integram Metropolim Romanam è sexaginta novem Episcopatibus conflatam constituunt; per *provinciam* autem diœcesim significâsse, nempe Urbicariam. *Solet enim*, inquit, *interpres ille* διοικήσεως *vocem, quæ in Concilii Constantinopolitani Canone 2. & in Canone 9. & 17. Concilii Chalcedonensis extat, provinciæ vocabulo explicare, ut vidimus in veteri MS. codice.* Marc de concord. Sac. & imp. l. 1. c. 7. In hoc autem doctissimo viro nequaquam assentiri possum. Dictus enim interpres vocem ἐπαρχίαν *provinciæ* quidem vocabulo perpetuò exponit, non item διοίκησιν: ut ex ipsis etiam locis ab eo citatis constat. In secundo enim Concilii Constantinopolitani Canone ἐπαρχίαν *provinciam*, sed διοίκησιν paræciam interpretatur. Ex. gr. hæc verba, φυλαττομένου δὲ τὸ ἀποκεχαραγμένον περὶ τῆς διοικήσεως κανόνος, *Dilecti autem de Parochiis Canone*, & *constitutum*, & *ut per singulas provincias provinciæ Synodus gubernet.* ubi videre licet vocem ἐπαρχίας *provinciæ*, & διοικήσεων *parochiarum* vocabulo explicatam. Et sic ubicunque in isto Canone vox διοίκησις occurrit, per *parochiam* vertitur. In nono itidem Concilii Chalcedonensis Canone ἐπαρχίαν *Provinciam* transfert, non item διοίκησιν, quæ vox semel tantum in isto Canone usurpatur, videlicet, ubi dicitur καταλαμβανέτω τὰ τῆς ἐξαρχίας τῆς διοικήσεως, quæ verba vetus iste interpres vertit, *ad primam* sedem recurrat, nulla factâ diœceseos, vel provinciæ mentione; sed in decimo septimo Canone verba ἐπὶ τῆς ἐξάρχου τῆς διοικήσεως, interpretatur, *Apud primam sedem* provinciæ suæ; ex eo autem quod *provinciæ* vocabulum priori in loco omittatur, satis cuipiam apertum est apud vetustissimum hunc Canonum interpretem *primam sedem* idem esse ac *primam sedem provinciæ*, & utramvis phrasim ἔξαρχον & διοικήσεως significare; ac proinde nec hoc è loco necessariò confici veterem hunc interpretem vocem διοικήσεως *provinciæ* vocabulo vel semel explicâsse, nedum hoc ei solenne esse. Cum autem certissimum sit, eum ubique solitum esse ἐπαρχίαν per *provinciam* interpretari, clarissimè exinde consequitur, eum per vocem *provinciam* ubicunque occurrit, idem velle, quod græca vox ἐπαρχία significat, hoc est, *provinciam propriè sic dictam*; non *diœcesim.* Quapropter in præsenti Canone, quo scribit Episcopum Romanum olim gubernâsse *Suburbicaria loca & omnem provinciam*, hæc ultima verba *& omnem provinciam* ἐξαρχικὰς tantùm adjecit, ut iis nimirum indicaret, Suburbicaria loca omnem sive totam esse provinciam ab Episcopo Romano tunc temporis gubernatam. Hoc Ruffini etiam testimonio comprobatur, qui priscam illam Canonis hujus editionem in compendium redigens, ut ante observatum est, verba illa, *& omnem provinciam*, prorsus omisit, & *Suburbicariarum* tantum *Ecclesiarum* ad Episcopi Romani sollicitudinem pertinentium, mentionem fecit. Nimirum propterea quod nihil per verba ista, *& omnem provinciam*, plus quam per Suburbicaria loca Romano præsuli hic attribuitur: cùm si *Provinciam* ibi *diœcesim* significaret (ut suspicatur Marca) illius potius quam Suburbicariarum Ecclesiarum meminisset, nam Suburbicariæ Ecclesiæ sub diœcesi comprehensæ sunt; non item è contra, diœcesis sub suburbicariis Ecclesiis. Nec moror distinctionem istam à doctis viris excogitatam, inter loca Suburbicaria, & urbicaria. Nam & urbicaria unam tantum provinciam, non diœcesim constituebant; ut patet ex antiquâ illâ notitiâ Episcopatuum in MS. Bodleiano, quamque in annotationibus ad Concilii Trullani Canones edimus, in quâ omnes provinciæ Episcopo Romano subjectæ recensentur, & primo in loco collocatur Ἐπαρχία οὐρβικαρίας Ρώμης, *Provincia Urbicariæ Romanæ.* Hæc eadem videtur Provincia, quæ ex veteris interpretis *Suburbicariis locis*, & Ruffini *Suburbicariis Ecclesiis* conflata erat, cujusque solius, Concilii Nicæni temporibus, Episcopus Romanus curam gerebat. Et hæc quidem recepta videtur, ac ab omnibus antiquis, non Græcis dico, sed Romanis Ecclesiis comprobata hujus Canonis interpretatio. Alioquin enim, nec vetus haud dubiè interpres intra Suburbicaria loca, nec Ruffinus intra Suburbicarias Ecclesias, Romani præsulis potestatem coercere ausus esset. Cùm nihil enim in ipso Canone de Romanæ Ecclesiæ limitibus constituitur, quorsum illi Suburbicaria loca intersererent, nisi ut receptam sui temporis disciplinam, & Canonis hujus expositionem posteritati traderent. Potestas itaque, quam Episcopus Romanus ab antiquâ hîc consuetudine habuisse dicitur, iisdem quibus Suburbicaria loca (de quibus in Annotationibus ad prima hujus Canonis verba egimus) limitibus terminata erat; adeo ut sicut Episcopus Alexandrinus Ægypti, sic Romanus Suburbicariarum Ecclesiarum sollicitudinem gerebat; ut Ruffinus pariter ac vetus interpres ex receptâ sui temporis disciplinâ Canonem hunc rectè interpretantur. Hîc autem insuper observandum est, comparationem hîc institui inter Episcopum Alexandrinum, & Romanum, idque non in Ruffiniana tantùm istius interpretatione, sed in ipso etiam Canonis contextu. Enimvero hîc cautum est, ut Episcopus Alexandrinus in Ægypto, Libyâ, & Pentapoli potestatem habeat, propterea quod hoc etiam Episcopo Romano consuetum est, ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν τῇ Ρώμῃ ἐπισκόπῳ τοῦτο συμβαίνει ὄν, quæ verba Josephus Ægyptius

 vertit

vertit, كما ان اسقف رومية ايضا لازم لهذه العادة *quemadmodum & Episcopus Romæ huic consuetudini adhæret.* Verùm ἐπειδὴ hîc est particula αἰτιολογικὴ. Patres enim Nicæni his verbis rationem reddunt, quare Episcopus Alexandrinus in Ecclesiis sibi subjectis omnem habere ἐξουσίαν debet, nimirum propterea quòd Episcopo Romano in suis etiam Ecclesiis ejusmodi ἐξουσίαν habere consuetum est: ac si dixissent, Quandoquidem Episcopus Romanus in locis sibi subjectis Metropoliticam perpetuò potestatem, nullo unquam Melitio contradicente, ex antiquâ consuetudine exercere solitus est, nulla reddi potest ratio quare eadem potestas Alexandrino etiam Episcopo in suâ provinciâ non confirmetur. Cum autem hic ipsissimus sit patrum Nicænorum in his verbis sensus, nihil apertius esse potest, quam Episcopum Alexandrinum Romano hîc æquiparari. Usque adeo ut Patribus Nicænis rationi summè consentaneum visum est, ut nihil Alexandrino Antistiti denegaretur, quo compar ejus Romanus tunc temporis fruebatur. Quo etiam simul patet, quam frustra, quamque ineptè uno ore jactitant Pontificii, Romanam Ecclesiam primam in hisce verbis constitutam esse; propterea quòd hæc norma sit ac regula cæterarum. Etiamsi enim ratio, quare antiqua autoritas Alexandrino Episcopo confirmetur, ex consuetâ Episcopi Romani potestate hîc petatur; hoc tamen non per se, sed tantùm per accidens fiebat; idcirco nimirum, quòd Romani præsulis potestas illæsa istis temporibus manebat, ac intacta; omnia autem Alexandrini privilegia à Melitio aliisque violata fuerant: adeo ut nullus dubito, quin si vice versa Melitius non Alexandriæ, sed Romæ exortus fuisset, Patres Nicæni ex intemeratis Alexandrinæ Ecclesiæ privilegiis rationem petiissent, quare sua etiam Romanæ conservarentur, & ex parte contrariâ statuissent, Antiquos mores obtinere, ut Episcopus Romanus in locis sibi subjectis omnem haberet potestatem, ἐπειδὴ propterea quòd Episcopo etiam Alexandrino hoc consuetum est. Ubi etiam ultimò observare licet, Patres Nicænos omnem Metropoliticam tam Alexandrini quam Romani Episcopi potestatem, non Apostolorum, nedum Christi institutioni; sed tantum antiquæ consuetudini acceptam hîc referre. Ut enim de Alexandrino Episcopo dicunt, τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω, τὰ ἐν Αἰγύπτῳ &c. Sic etiam de Romano addunt, ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν τῇ Ρώμῃ ἐπισκόπῳ τοῦτο συνήθες ἐστι.

Ομοίως δὲ καὶ κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπαρχίαις. Ex his verbis clarissimè conficitur, Patres Nicænos hoc Canone antiqua sua privilegia non solis Alexandrino, Romano, & Antiocheno, sed & omnibus aliis confirmâsse Metropolitanis, iisque solis, quippe qui soli τοῖς ἐπαρχίαις præsunt. Clarissimus vir Petrus de Marca tres solas provincias sive diœceses, ut illi videtur, sub τῶν ἄλλων ἐπαρχιῶν nomine, hîc intelligendas esse contendit, viz. Asianam, Ponticam, & Thracicam, ut quæ solæ præter Alexandrinam & Antiochenam in secundo Constantinopolitano Canone commemorantur. Petr. de Marc. de Concor. Sacerd. & Imp. l. 1. c. 3. Præterquam autem quòd in dicto Constantinopolitano Canone, non, in hoc, de provinciis, sed de diœcesibus agatur, Patres in præsenti Canone in genere dicunt, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπαρχίαις, ac proinde ipsorum verba non ad hanc vel illam singularem provinciam restringenda sunt, sed de omnibus ubicunque constitutis exponenda. Quod etiam ex Ephesino Concilio egregiè confirmatur. Cyprus enim antiquitùs provincia fuerat, nulli extraneæ potestati subjecta, atque etiam extra earum censum, quæ in Constantinopolitano Canone memorantur. In supradicto autem Concilio Ephesino Episcopi Cypriani acriter contendunt, sua etiam jura ac antiqua privilegia à Nicænis Patribus, hoc videlicet Canone confirmari; Patres Ephesini commemoratis Cypri Episcopis suum etiam assensum præbent, usque adeo ut præsentem Canonem, quem Episcopus Antiochenus violare tentaverat, suâ demum autoritate reparent, & decretum edant, qui ultimus est è Canonibus Ephesinis, quo jubent, ut antiqua sua privilegia & in Cypro, & aliis quibuscunque provinciis, inviolata obtineant. Unde constat Patres Ephesinos præsentem Canonem non de Româ solâ, & quinque illis Ecclesiis, quæ in Canone Constantinopolitano recensentur, sed de omnibus omninò provinciis intellexisse. Quo etiam factum est, ut ex hujus Canonis præscripto Cyprus suis perpetuò privilegiis integris atque illibatis gavisa est, etiam post erectas Patriarchales sedes: nulli enim Patriarchæ unquam subjecta est, sed αὐτοκέφαλος perpetuò fuit, quemadmodum etiam Bulgaria, & Iberia, ut Balsamon in secundi Constantinopolitani Canonis expositione testatur. In antiquâ Episcopatuum notitiâ in MS. Bodleiano, Armenia etiam inter αὐτοκεφάλους numeratur; & rationes redduntur, quare provinciæ, Cyprus, & Armenia, nulli Patriarchæ subditæ fuerunt. Δεῖ εἰδέναι, inquit, ὅτι αὕτη, (ἐπαρχία Ἀρμενίας μεγάλης) αὐτοκέφαλός ἐστι, καὶ τελοῦσα ὑπὸ Καισαρείας θρόνον, ἀλλὰ τιμηθεῖσα διὰ τὸ ἄρχον Γρηγόριον Ἀρμενίας ἔχουσα πόλεις καὶ κώμας σ'. ὁμοίως καὶ ἡ ἐπαρχία τῆς Κύπρου διαμένουσα ἔχουσα παρ' ἑαυτῇ διοικήσεις διὰ τὸ εὑρεθῆναι ἐν αὐτῇ τὸ ἄρχον ἀποστόλου Βαρνάβαν ἔχοντα ὅτι ἔθος τὸ χρῖσμα Μάρκου εὐαγγελίζειν. Ut alias autem provincias inpræsentiarum missas faciam, ipsa etiam hæc nostra provincia per sex priora à Christo incarnato secula αὐτοκέφαλος erat, nulli extraneo Episcopo, sed suo soli Metropolitano subjaceus. Hic enim Episcopos etiam hujus Concilii Nicææ habiti temporibus constitutos fuisse locupletissimos habemus testes. Nam Hilarius Pictaviensis in initio libri de Synodis (scripti anno Dom. 350. plus minus) inter alios, *Britanniarum Episcopis* salutem mittit. Athanasius *Britanniarum τοῖς* Βρεττανίων *Episcopos* Concilio Sardicensi anno 346. celebrato interfuisse sub initio secundæ suæ contra Arianos Apologiæ testatur. Sulpitius Severus plures ex Britanniâ Episcopos in Ariminensi Concilio congregatos fuisse docet, hist. Sacr. l. 2. Quinetiam Concilio Arelatensi primo in Galliâ ante Nicænum habito tres ex Britanniâ nostrâ Episcopi intererant, ut Acta ejusdem Concilii à Jacobo Sixmondo edita, fidem faciunt, quibus subscriptiones, quantum ad Britanniam spectant, sic se habent.

*Eborius, Episcopus de civitate Eboracensi, provinciâ Britanniâ.*

*Restitutus, Episcopus de civitate Londinensi, provinciâ suprascriptâ.*

*Adelfius, Episcopus de civitate Colonia Londinensium. Exinde Sacerdos Presbyter, Arminius Diaconus.*

Unde simul constat, non Episcopos tantùm, sed Presbyros & Diaconos istis diebus hîc constitutos esse, ac proinde perfectam etiam Ecclesiam, toto Ecclesiasticarum personarum numero absolutam. Hanc autem Ecclesiam usque ad annum Dom. sexcentesimum à suis Episcopis gubernatam fuisse, & nec Romano nec alii cuivis subjectam, ex iis, quæ ipse Beda tradidit, luculenter patet. Enimverò cum Gregorius Episcopus Romanus, hujus provinciæ incolas paganis adhuc erroribus implicatos esse suspicatus, Augustinum Monachum, qui eos ad Christum converteret, huc misisset; hic non modo Christianam inter eos religionem jamdudum disseminatam, sed & Episcopos ritè constitutos inopinatò reperiebat: qui proinde Episcopo Romano subjici non poterant, quod illi prorsus incogniti erant. Augustinus autem nihilosecius adjutorio usus Ethelberti regis, Episcopos proximæ Britonum provinciæ convocabat, seque iis Archiepiscopum proponebat: Illi autem, ut suo jamjam Archiepiscopo gaudentes, & mirum, atque antehac inauditum esse reputantes, ut ipsi extraneo subjicerentur, eum, & monstrosam ejus propositionem constanter respuebant, *Nam illi nihil horum se facturos, neque illum pro Archiepiscopo habituros esse respondebant*, ut scribit Beda, Eccl. hist. l. 2. c. 2. Et cum ille eos admonebat, ut antiquos suos mores novis commutarent, respondebant, *se non posse absque suorum consensu ac licentiâ priscis abdicare moribus, unde postulabant, ut secundò Synodus pluribus advenientibus fieret.* Ibid. Quæ verba rex Aluredus Saxonicè sic vertit Þ hi ne mihtan butan heora leoda geþafunge ⁊ leafnysse heora ealde ðeawas onscunian ⁊ forlætan. Bæðon Þ eft oþer geonaþ fæste ⁊ hi þonne polðan mið ma heora pitena gesecean; hoc est, *Sibi non fas esse sine suæ gentis consensu & licentiâ antiquos suos mores fugere, & relinquere. Postulabant, ut alia rursus Synodus fieret, & illi tunc cum pluribus sapientium sive optimatum suorum in rem inquirere vellent.* E quibus verbis observare licet, primò Britones antiquos suos mores tunc temporis retinuisse; atque adeo Ecclesiam antiquitùs & longè ante ista tempora stabilitam hic fuisse: deinde iis non licitum fuisse absque suorum, ut Beda, vel *suæ gentis*, ut Aluredus ait, consensu antiquis hisce moribus abdicare; ac proinde omnia Ecclesiastica negotia intra hanc gentem determinata fuisse, nullo extraneorum habito respectu: adhæc omnia istiusmodi negotia, juxta quintum hujus Concilii Canonem, à Synodo nimirum, discussa fuisse, eamque Synodum *è pluribus optimatum suorum* (non aliorum) hoc est, ex Episcopis

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

pis & aliis viris doctissimis collectam esse, ut ex verbis etiam proximè sequentibus patet. *Quod cum esset*, inquit Beda, *statutum, venerunt, ut perhibent, septem Britonum Episcopi, & plures viri doctissimi.* ( Quemadmodum doctiores etiam & celebriores viri ad convocationem quamlibet in hâc gente celebratam etiamnum congregantur ) è quibus omnibus palam fit gentis nostræ incolas, etiam Augustini diebus, privilegia sua & antiquos in rebus Ecclesiasticis administrandis mores habuisse, & jure observâsse, ut ab ipso Nicæno Concilio in hoc canone iis confirmatos: ac proinde Augustinum præsentem canonem transiliisse, cùm se, atque extraneam potestatem Episcopis hîc constitutis vi ac armis obtruserit, & antiqua ipsorum πρεσβεῖα sive privilegia violaverit. Verùm injusta hujus canonis violatio, summæ ac perpetuæ ejus autoritati præjudicare nequit. Quapropter, etiamsi Episcopus Romanus, ex quo supradictum Augustinum huc primo misit, summam in hâc gente potestatem diu exercuerit, tamen excusso tandem tyrannico istius jugo, Ecclesia nostra antiquis suis privilegiis, jure meritissimo, utpote ab universali Ecclesiâ in hoc canone præscripto, iterum gaudet: quæ, faxit Deus, ei, juxta quod hîc præcipitur, inviolata in posterum, ac perpetuò conserventur.

Τὰ πρεσβεῖα. Vox πρεσβεῖον propriè honorem τῷ πρεσβύτερῳ natu majori, sive tempore priori debitum significat. τὸ ἀπὸ τοῦ χρόνου πρωτεῖον, ὃ καλεῖται κυρίως πρεσβεῖον. Plutarch. in lib. An seni capess. resp. Sic scholiastes Sophoclis dicit πρεσβεῖον esse τὴν διὰ γῆρας προτίμησιν, καὶ τὸ δι' αὐτὸ διδόμενον γέρας καὶ προτίμησιν. Quod plenius πρεσβεῖον ἡ ἡλικίας dicitur apud Clement. Alex. Pædag. l. 3. c. 3. Hinc nonnunquam transfertur ad *jus primogeniti* denotandum. In hoc autem, aliisque Græcis Canonibus, latiori adhuc sensu usurpatur, nimirum, pro privilegiis quibusvis, Episcopis aut Ecclesiis nonnullis debitis. Et sic quidem hoc loco Dionysius Exiguus πρεσβεῖα *Privilegia* vertit. *Similiter*, inquit, *& apud Antiochiam, cæteraque Provincias suis privilegia serventur Ecclesiis*: Et ante eum vetus interpres, *Similiter autem & circa Antiochiam, & in cæteris Provinciis, Privilegia propria serventur metropolitanis Ecclesiis.* Hinc illud Leonis primi, *Privilegia Ecclesiarum sanctorum Patrum Canonibus instituta, & venerabilis Nicænæ Synodi fixa decretis, nullâ possunt improbitate convelli, nullâ novitate mutari.* Leo. Epist. 54. Quandoquidem autem hujusmodi privilegia Ecclesiis quibuslibet hoc aliisque canonibus sanciantur, hinc & *Privilegia canonica* uti & *libertates canonicæ* sæpius appellantur. Sed observanda est etiam distinctio in ipsis hisce Canonibus usitata, inter πρεσβεῖα τῆς τιμῆς, & πρεσβεῖα τῆς ἐξουσίας. Nam secunda Synodus Oecumenica C P. celebrata, πρεσβεῖα τῆς τιμῆς Episcopo Constantinopolitano post Romanum attribuit, non tamen πρεσβεῖα τῆς ἐξουσίας, ut in Annotationibus ad canonem tertium dictæ Synodi palam faciemus. Sic etiam in proximo sive septimo Nicæno canone, ἀκολουθία τῆς τιμῆς sine privilegiis administrationis Episcopo Hierosolymitano decernitur: ut in istum etiam canonem mox ostensuri sumus. In præsenti autem canone πρεσβεῖα τῆς ἐξουσίας, quibus nimirum negotia Ecclesiastica administrandi potestatem habeant, omnibus Metropolitanis Ecclesiis confirmantur. Eadem enim privilegia Antiocheno, aliisque Metropolitanis hîc asseruntur, quæ Alexandrino in priori canonis parte. In eâ autem statutum est, Episcopum Alexandrinum in locis sibi subjectis πάντων ἔχειν τὴν ἐξουσίαν. Eadem ergo τῇ τῆς ἐξουσίας πρεσβεῖα aliis etiam hîc sanciuntur. Hæc autem πρεσβεῖα sive privilegia Metropolitanis cujusque Provinciæ hîc asserta, ad hæc quatuor capita reducantur; Primò penes Metropolitanum est omnes Episcoporum ordinationes & electiones in Provinciâ suâ celebratas confirmare; adeo ut sine ejus consensu & confirmatione irrita sit Episcopi cujusvis ordinatio. Hoc non modo præsenti & quarto hujus Concilii canone, verumetiam ab aliis Conciliis decretum est. Et Synodus quidem Carthaginensis statuit, ut Episcopus à tribus Episcopis, sed τοῦ τῆς πρωτοδιοικήσεως ἐπιτάγματι, *Primatis, sive Metropolitani jussu* eligatur. Syn. Carth. can. Gr. 13. Et Antiochena, ut Episcopus, absque Synodo & præsentiâ Metropolitani non ordinetur, Ἐπίσκοπον μὴ χειροτονεῖσθαι δίχα συνόδου καὶ παρουσίας τοῦ ἐν τῇ μητροπόλει τῆς ἐπαρχίας. Synod. Antioch. can. 19. Secundò, Penes Metropolitanum est, omnes Provinciæ suæ Episcopos ad Synodum sub se habendam quotannis convocare. Synod. Trull. can. 8. Antioch. can. 20. Concilium Emeritense, *Juxta canonicum ordinem tempore, quo Concilium per Metropolitani voluntatem & Regiam jussionem electum fuerit agere, omnes confinitimos Episcopos in unum oportet adesse.* Conc. Emer. can. 4. Tarraconense, *Si quis Episcoporum commonitus à Metropolitano, ad Synodum, nullâ gravi intercedente necessitate corporali venire contempserit, sicut statuta Patrum censuerunt, usque ad futurum Concilium cunctorum Episcoporum charitatis communione priventur.* Concil. Tarrac. cap. 6. Metropolitanus autem per Epistolas suas eos convocare solitus est. Unde ab eodem Concilio dicitur, *Epistolæ tales per fratres à Metropolitano sunt dirigendæ, ut non solum à cathedralibus Ecclesiæ Presbyteris, verùm etiam de diœcesanis ad Concilium trahant*, ibid cap. 13: vide & Conc. Milevit. can. 9. Concil. Antioch. can. 9. Tertiò in Metropolitani potestate situm est, in mores ac opiniones Episcoporum sibi subjectorum inspicere, & immorigeros ac gravioribus criminibus convictos admonere, reprehendere, & aliorum Episcoporum communione arcere. Concilium Valentinianum, *Ut singulis Metropolitanis cum suis suffraganeis cura præcipua sit de vita, & opinione, non solum totius Cleri, sed etiam ipsorum Episcoporum; ne se per culpam, vel negligentiam suam tales exhibeant, qui merito apud Laicos viles, atque infames, ac per hoc in ipso sacro ministerio contemptibiles habeantur.* Concil. Valent. can. 19. Et Synodus Carthaginensis decrevit, ut quicunque Episcopus ostensus fuerit, propter pervicaciam nolle judicibus à Metropolitano electis parere, hoc sciens Metropolitanus, literas dabit, ut nullus ei Episcopus communicet, donec paruerit, τῆς γνώσεως ὁ τῆς πρώτης καθέδρας ἐπίσκοπος δύσει γράμματα, ὥστε μηδένα τῶν ἐπισκόπων αὐτῷ κοινωνῆσαι, ἕως ἂν πειθαρχήσῃ. Syn. Carthag. can. Gr. 123. Nonnunquam etiam Episcopos atrocioribus convictos flagitiis deposuerunt. Nam Petrus Metropolitanus Alexandrinus Melitium Episcopum Ægypti deposuit, quod inter alia, Idolis etiam sacrificaverat, ὅτι Μελίτιον ἀπὸ τοῦ Λυκόπολιν λεχθέντος ἐπίσκοπον, δεδὶς πολλοῖς ἐλεγχθέντα ἀθεμίτοις καὶ δυσὶ ἐν κοινῇ συνόδῳ τῶν ὁσιωτάτων ἐπισκόπων καθεῖλεν. Athanas. Apol. 2. tom. 1. p. 777. ed. Paris. Alia hujusmodi exempla passim occurrunt. Ultimò ad Metropolitanum pertinet, causas inter Episcopos litigantes audire, & determinare, & omnia Ecclesiastica negotia, quæ majoris sunt momenti, in universâ suâ Provinciâ administrare; adeo ut nihil magni momenti ab Episcopis eo inconsulto fiat, Syn. Antioch. can. 9. 14. Apost. can. 34. Syn. Carth. can. 126. Neque etiam trans mare peregrinari potest Episcopus sine dimissoriâ aut formatâ Metropolitani sui, Syn. Carth. can. 26. Hinc antiqua obtinuit consuetudo, quâ Episcopi, cum consecrantur, vel scriptis vel ore tenus polliceri soliti fuerunt, se reverentiam ac canonicam obedientiam Metropolitano suo præstituros: quam Ivonis Carnotensis ætate, hoc est, sexcentis abhinc annis, observatam esse, ex ipsius dictis patet, ubi ait, *Reliqui Pontifices ante consecrationem examinantur, omnem veterum morum honestatem & debitam obedientiam se exhibituros suis ordinatoribus pollicentur.* Ivo Carn. Epist. 73. Unde etiam, cum idem evocatus fuerat ab Hugone Lugdunensi ad ordinandum Episcopum Nivernensem, cujus ordinatio ad Archiepiscopum Senonensem, qui Ivonis Metropolitanus erat, propriè pertinebat, respondit Ivo, se hoc non ausum esse, ne sponsionem violaret, quam Metropolitano suo fecerat, cum ordinatus erat, *Timentes*, inquit, *rei fieri sponsionis, quam Metropolitanæ sedi fecimus.* Id. Epist. 61. Verùm Leo primus in Epistolâ ad Anastasium Thessalonicensem, eundem reprehendit, quod ab Episcopo Attico ab eo ordinato *Chartulam de obedientiæ sponsione* exegerat. Unde colligere licet, hanc consuetudinem post illa tempora introductam esse: hoc est, post annum D. 440. nec ab ullo, ni fallor, ex antiquioribus Conciliis firmata est. Ex eo autem, quòd omnes Episcopi canones observare teneantur, & in canonibus præcipiatur, ut illi Metropolitano suo morem gerant, & nihil magni momenti sine ejus consensu faciant; etiamsi tempore, quo consecrantur, juramentum, ut vocant, fidelitatis ei non præstarent; omnia tamen privilegia ejus, in canonibus supra laudatis sancita, inviolata custodire, & debitam ei, tanquam capiti, reverentiam, & canonicam obedientiam exhibere debent. Ut enim Metropolitani cujusvis πρεσβεῖα, non ab aliis, sic nec à suis Episcopis infringenda sunt; idque hujus canonis autoritate stabilitum est; quo omnibus Metropolitanis Ecclesiis πρεσβεῖα sua conservari præcipitur; quæ, ut à Conciliis sigillatim confirmata sunt, è supradictis patet.

Καὶ τὰ κατὰ ἐκκλησιαστικόν. Philotheus Patriarcha in scholiis ad hunc canonem, hæc notat, Σημείωσαι τὸ κανονικῶς, καὶ τό, εἰ φιλονείκως, ἢ γὰρ ἁπλῶς εἶπε, φέρου πολλῶν γενομένης. οὐδέ, εἰ ἀντιλέγοιεν ἁπλῶς. εἰ γὰρ φιλονείκως καὶ ὀρθῶς ἀντιλέγοιεν, οὐδὲ οἱ δύο πάντως παρεῖντο. *Nota illud*, Canonicè, *& si* contentiosè. *Non enim simpliciter dixit, Electione à multis fa-*



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ἔτὰ, *nec simpliciter, si contradicant. Si enim absque contentione aut rectè contradicant, omnino ne duo quidem aspernandi sunt.* Schol. Phil. apud Harmenop. epit. sect. 1. tit 1. Hæc autem regula Ecclesiastica, juxta quam celebrandæ sunt Episcoporum electiones, eadem est haud dubiè quæ canone quarto hujus Concilii præscribitur, quo nimirum cautum est, ut Episcopus ab omnibus Provinciæ Episcopis eligatur, & quæ ab iis fiunt, à Metropolitano confirmentur. Sic quidem hæc verba ἐὰν μέντοι τῇ κοινῇ πάντων ψήφῳ ἅλλος ἦσῃ καὶ κρείττων ἐπιλήψεσθαι, Josephus Ægyptius interpretatur وادما رجل صار اسقفا علي ما امرنا به برضاء من المطروبوليط ورضاء الجماعة *Et quicunque fit Episcopus, juxta quod præcepimus, voluntate Metropolitani, & voluntate Synodi.* Nimirum Patres in quarto canone constituerant, ut Episcopi electio à Synodo fiat, & à Metropolitano confirmetur: nihil autem ibi decreverant, quid faciendum est, si de electione juxta istum canonem factâ controversia aliqua inter Episcopos oriretur. Quocirca illud hîc determinant, jubentes, ut si controversia de electione moveatur, majoris Episcoporum partis suffragia prævaleant. Unde etiam præsentem canonem hâc etiam in re uberiorem quarti istius canonis explicationem esse colligamus.

ὀνομάζει Ἱεροσόλυμα. Eandem vocis hujus Ἱεροσόλυμα Etymologiam, quam hoc in loco Balsamon, etiam Josephus (è quo Balsamon eam hausisse videtur) olim tradidit, nisi quod hic à Melchisedecho ita nominatam asserat. ὁ δὲ πρῶτος, inquit, κτίστης ἦν Χαναναίων δυνάστης, ὁ τῇ πατρίῳ γλώσσῃ καλούμενος βασιλεὺς δίκαιος· ἦν γὰρ διὰ ἔργων· διὰ τοῦτο ἱερέα τινὰ τοῦ θεοῦ πρῶτος· καὶ τὸ ἱερὸν δειμάμενος Ἱεροσόλυμα τὴν πόλιν προσηγόρευσε, Σόλυμα καλουμένην πρότερον. *Primus autem conditor* (urbis Hierosolymæ) *erat Chananæorum dynasta, qui patriâ linguâ vocatus est Rex justus* (Melchisedech) *erat quippe talis. Et idcirco Sacerdotium Deo primus exhibuit: & cum ἱερὸν* (templum) *ædificâsset, urbem Hierosolyma vocavit, quæ antea Solyma dicta erat.* Joseph. de bell. Jud. lib. 7. c. 18. In his autem Josephi verbis, mirum est quot σφάλματα occurrunt. Primo enim asserit Melchisedechum urbem Hierosolymam ædificâsse, quòd etiam Abraham Zachuth in libro Juchasin, sive genealogiarum tradidit, dicens, ואמרו זל כי שם הוא מלכיצדק ובנה ירושלם *Et dixerunt Rabbini nostri beatæ memoriæ Sem esse Melchisedechum, qui ædificavit Hierusalem.* Verum ex ipsis sacris scripturis constat urbem Salem, cujus Rex Melchisedech fuit, sitam esse in viâ, quâ à valle Damascenâ Sodomam itur. Gen. 14. & 33. de quâ Hieronymus in libro de locis Hebraicis, *Salem civitas Sicimorum, quæ est Sichem*, & proximè addit, *sed & alia villa ostenditur usque ad præsentem diem juxta Æliam contra Occidentalem plagam hoc nomine.* Unde constat Salem, quæ propriè Ælia sive Hierosolymam sita fuit, & unde nomen istud ad Hierosolymam nonnunquam translatum videtur, diversam esse ab eâ, in quâ Melchisedech regnavit; etiamsi Targum Hierosolymitanum, Jonathan, & Onkelos in loco citato Gen. 14. Salem per ירושלם *Hierusalem* interpretantur. Deinde asserit Josephus Melchisedechum primum fuisse Deo Sacerdotem, cum Abel bis mille annis ante eum Sacerdotis muneribus functus est: adhæc eundem templum extruxisse Deo, cùm è scripturis pateat nullum Deo ante Solomonem Templum extructum fuisse. Quod denique ad rem nostram spectat, hanc urbem affirmat priùs Σόλυμα dictam fuisse, cùm autem ἱερὸν in eâ extructum esset, tunc demum Ἱεροσόλυμα vocatam. Adeo ut juxta Josephum hæc vox Ἱεροσόλυμα ex Græcâ ἱερὸν, & Hebraicâ Σόλυμα componatur, quod absurdum est. Præcipuè cum ipse fateatur hanc urbem à Cananæis, qui linguam Hebraicam unà cum materno lacte imbibebant, extructam fuisse, quos Græcum nomen, urbi suæ vel ex parte imposuisse, prorsus incredibile est. Ad hanc autem opinionem Balsamon hoc loco quam proximè accedit, quo antiquam urbem Σόλυμα nominatam fuisse Ἱεροσόλυμα propter ἱερὸν, ac in templo à Solomone ibidem condito, repositâ, scribit; ac si ipsi etiam Hebræi & Israelitæ Græcum nomen metrapoli suæ indiderint: quæ etiam multis ante Solomonem annis Ierusalem appellata fuit, ut ipsæ scripturæ docent. Ejusdem farinæ est alia ista Græca hujus vocis etymologia ab Eupolemo excogitata, πρωτογράφεται γ' πρῶτον, inquit, τὸ ἀνάκτορον ἱερὸν Σολομῶνος, ὕστερον δὲ περιφραγμῶνος τοῦ πόλεν ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ, Ἱεροσολύμα ἐνομασθῆναι· ὑπὸ δὲ τῶν Ἑλλήνων φωνούμενα Ἱεροσόλυμα λέγεσθαι, *Et primo quidem sacra ista ædes ἱερὸν Σολομῶνος appellata est, deinde verò corruptè à templi nomine, urbs ipsa* Ἱεροσόλυμα *nominata: à Græcis autem affini nomine* Ἱεροσόλυμα *dicta est.* Eupol. apud Euseb. de præp. Evang. l. 9. cap. 34. Sic etiam Lactantius urbem hanc à Solomone extructam & denominatam scribit; *Solomon*, inquit, *Filius David templum ædificavit, & civitatem, quam de suo nomine Hierosolyma nuncupavit.* Lactant. de ver. Sap. l. 4. Sed omnium absurdissimum est Lysimachi Alexandrini commentum, qui Ἱεροσόλυμα urbem dictam finxit ἀπὸ τῶν ἱερῶν συλῶν, Judæos asserens, τοὺς τε ἀνθρώπους ὑβρίζοντας καὶ τὰ ἱερὰ συλῶντας καὶ ἐμπρήσαντας, ἐλθεῖν εἰς τὴν νῦν Ἰουδαίαν ἀποικησαμένους· κτίσαντας δὲ πόλιν ἐνταῦθα κατοικῆσαι· τὸ δὲ ἄρχαιον τὴν ἱερόσυλα ἀπὸ τῶν ἐκείνων διαθέσεως ὠνομάσθαι· ὕστερον δὲ αὐτοὺς ἐπικρατήσαντας, χρόνῳ διαλλάξαι τὴν ὀνομασίαν πρὸς τὸ ἀνειδίζεσθαι, καὶ τὴν τε πόλιν Ἱεροσόλυμα, καὶ αὐτοὺς Ἱεροσολύμους προσηγορεύεσθαι, *Cùm homines injuriosè tractâssent, & fana spoliâssent & incendissent, venisse in locum qui nunc Judæa dicitur, & conditâ civitate hîc habitâsse: istam autem urbem* ἱερόσυλα *ab ipsorum dispositione (viz. quòd* ἱερὰ συλήσαντες*) nominatam esse: posteà autem auctos viribus nomen mutâsse, ut probrum vitârent: & urbem Hierosolymam, & seipsos Hierosolymos vocâsse.* Lysimach. apud Joseph. contra Apion. l. 1. prope finem. Verùm Josephus hîc rectè observat ὅτι ἱεροσυλῶν ἁ καὶ τὴν αὐτὴν φωνὴν Ἰουδαῖοι τοῖς Ἕλλησιν ὀνομάζομεν, hoc est, *quòd sacrorum direptio non eadem voce Græcis & Hebræis exprimitur.* Quod idem & de vocis ἱερὸν significatu dicendum est, quam ipse tamen sui immemor ad complendam suam πρὸς Ἱεροσολύμους etymologiam usurpavit. Hinc autem videre est, quantum Græcorum ingenia torsit veram hujus nominis rationem investigare, & quanto se exponunt ludibrio, dum istud suis è fontibus derivare satagunt. Aristoteles sanè se multo prudentiorem gessit, cum hoc nomen Græcis auribus tortuosum esse ac difficile pronunciavit, τὸ δ' Ἱέλεως, inquit, αὐτῶν ὄνομα πάνυ σκολιόν ἐστιν, Ἱεροσολύμ γὰρ αὐτὴν καλοῦσιν, *Urbis eorum nomen valdè tortuosum est, nam eam Hierusalem vocant.* Aristot. apud Euseb. de præp. Evang. l. 9. c. 5. Eadem ipsius verba apud Joseph. contra Apion. l. 1. occurrunt, nisi quod ibi magis adhuc tortuosè legatur, Ἱεροσολύμην. Vera igitur ac genuina hujus vocis etymologia non è Græcis, sed Hebræis petenda est; utpote à quibus urbi suæ indita fuit. In veteri itaque testamento sæpissime usurpatur, sed diversimodè scripta; frequentius enim scribitur יְרוּשָׁלִַם nonnunquam autem plenius יְרוּשָׁלַיִם quomodo juxta Masorethas quinquies reperitur, viz. Esth. 2. 6. Jer. 26. 18. 1. Par. 3. 5. 2. Par. 5. 21. & c. 32. 9. in quo tamen ultimo loco hodie defectivè scribitur יְרוּשָׁלִַם ubi nihilominus cum ה locali legitur יְרוּשָׁלַיְמָה. Ab ipsis autem urbis incolis scripta est etiam ירושלימה *Jerusalaimah* cum ה finali, ut R. Azaria in libro suo מאור עינים *Meor Enajim* vocato testatur, ubi præterea antiquam admodum monetam, cui hujus urbis nomen sic inscriptum est, producit, quæ sic se habuit.

In antiquo hoc Israelitarum siclo, ex una quidem parte, quæ hîc ad sinistram jacet, hæ occurrunt Samaritanæ, sive antiquiores Hebræorum literæ, ut hodiè pinguntur שקל ישראל id est שקל ישראל *Siclus Israelis*; in medio ponitur urna mannæ, & supra eam literæ שר. In alterâ facie literæ Samaritanæ sunt ירושלימה קדושה *Hierosolymah sancta*, unà cum virgâ Aaronis, amygdalas proferente. Hæc etiam à R. Azariâ observata sunt, qui de hoc numismate (cui similia clarissimus noster Brianus Waltonus in proleg. ad Bibl. Polygl. ex Vilalpando, Morino, aliisque protulit) hæc habet ובסביבותה מטבע הנז ראיתי כתוב באותיות רלעילא שקל ישראל ובא׳

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ובאמצעו צנצנת עם שד עליה אשר לרעתי רל שקל דוד ומצדואחר ירושלים הקדושה או ירושלימה קדושה ובאמצעו מטה בעל שלשה פרחים כפי אלו הצורות משני עבריו ולבי אומר לי כי הרב נחמני זל שכח וכתב שקל השקלים תחת שקל ישראל וכן עם כי אפשר לקרוא ירושלים הקדושה אפשר גם כן שיקרא ירושלימה קדושה שכן תמצא בירושלמי דמגלה פק ד סימון וד שמואל בנ נחמני תרויהון אמרין אנשי ירושלים היו כותבין ירושלים ירושלימה מקפידין ולא היו *Et in commemorati numismatis circuitu vidi scriptum literis supradictis* ( viz. Samaritanis ) שקל ישראל ( *id est Siclus Israelis* ) *& in medio ejus erat urna cum literis* שד *super eam positis, quæ, ut opinor, significant* שקל דוד ( id est *Siclum Davidis.* ) *Et in altero latere erat* ירושלים *vel etiam* ירושלימה קדושה ( hoc est *Jerusalem sancta, vel Jerusalaimah sancta* ) *& in medio ejus erat virga habens tres flores, juxta has ab utroque latere formas,* ( supra descriptas ) *Et suspicor R. Nachmanidem l. m. oblivione scripsisse* שקל השקלים *pro* שקל ישראל ( v. Nachman. append. ad Perushe Hattorah, ubi sic scribit ) *sicque quemadmodum legi potest* ירושלים הקדושה ( *Jerushalem sancta* ) *ita etiam legi potest* ירושלימה קדושה ( *Jerushalaima sancta* ) *quemadmodum invenies in Hierosolymi Talm. Megilla capite primo, R. Simon, & R. Sekemuel filius Nachmani, ambo eorum dicunt, viri Hierosolymitani scribunt Jerushalem* ירושלימה ( *Jerushalaimah* ) *neque sunt de eâ re solliciti.* Hinc, ni fallor, apparet ratio, quare nomen hujus urbis Græcè alias scribatur Ιερυσαλὴμ, alias Ιερυσάλυμα, idque ab ipsis Hebræis linguam Græcam edoctis, quales erant Evangelistæ, & Apostoli. Nam vox Græca Ιερυσάλυμα clarissimè respondet Hebraicæ ירושלימה *Hierushalaimah*, æque ac Ιερυσαλὴμ τῶ ירושלים Hierushalaim, vel ut Chaldæi Syrique scribunt ירושלם *Hierusalem*: adeo ut supra scripta R. Azariæ verba, unà cum antiquo numismate ab eo laudato, & hæc urbis hujus nomina, ut à Græcis diversimodè scripta, se mutuò confirmant, & explicant. Neque enim credibile est ipsos Hebræos urbem suam Græcè Ιερυσάλυμα vocare unquam voluisse, nisi eodem modo propriâ suâ linguâ eam vocitâssent. Quod itaque R. Azaria dicit probatque hanc urbem ירושלימה *Hierushalaima* vocatam esse, ex Græcâ voce Ιερυσάλυμα exinde deductâ confirmatur; & quare ita Græcè vocaretur, ex voce istâ Hebraicâ à R. Azaria assertâ constat. Verùm cum ipsi Hebræi, metropolim suam ita inter sese propriâ linguâ appellare consueti, eam etiam Græcè Ιερυσάλυμα vocaverint, hoc Græcis ridiculas istas, quas antè commemoravimus, vocis hujus etymologias confingendi occasionem præbuit, quibus eam ita scriptam, suam ad linguam revocare promptum erat, eamque deducere vel ab *ἱερὸν* & Σόλυμα cum Josepho & Balsamone hoc loco, vel cum Eupolemo à vocibus *ἱερὸν* & Σολομὼν, vel etiam cum Lysimacho *ἀπὸ τῆς ἱερυσυλίας*. At si semper scriptum & vocatum fuisset Ιερυσαλὴμ, hoc nomen omnibus aliis Græcis æque ac Aristoteli, usque adeo tortuosum, perplexum, & prodigiosum visum fuisset, ut eos ab etymologiâ ejus, in suâ præsertim linguâ, inquirendâ, prorsus deterruisset. Nec quidem adeò facile est ac proclive, genuinam hujus nominis etymologiam ex ipsis Hebraicis fontibus expiscare. Nonnulli deducunt à יָרֵא *Timuit*, & שָׁלֵם idem quod שָׁלוֹם *Pax*, ac si ita à Jebusæis, primis hujus urbis incolis, nominaretur, quasi יִרְאוּ שָׁלֵם *Timete Pacem*, vel etiam *Timete Salem*. Nam antea Salem, ut arbitrantur, dicta fuit. Si Rabbinicam expectes etymologiam, invenies in Bereshith Rabba, ubi ad verba ista Geneseos ויקרא אברהם שם המקום ההוא יהוה יראה *Et vocavit Abraham nomen istius loci, Jehova Jireh*, hæc finguntur, *Abrahamus vocabat locum Jireh, Semus vocabat Shalem. Dicebat Deus, si ego vocavero eum Jireh, Semo justo displicebit; si vocavero Shalem, displicebit Abrahamo justo: quocirca nomen ei imponam ab utroque compositum* יראה שלם *Jireh Shalem, videbit Shalem*, Ber. Rab. sect. 9. Quinetiam si Rabbinicum, de nominis imponendi occasione, figmentum demas, ipse Valentinus Schindlerus in voce שלם eandem etymologiam amplexus est. *A Davide*, inquit, *dicta fuit* יְרוּשָׁלַם *Chald.* יְרוּשְׁלֵם *nomine composito ex* שָׁלֵם Salem & יִרְאֶה *videbit, providebit, quo nomine appellatus fuit locus iste, & proprie mons Moria ab Abrahamo*, Gen. 22. 14. deinde addit יְרוּשָׁלַיִם formam habere dualem, ob duas urbis partes, quarum una fuit שָׁלֵם *Salem* in monte Sion sita, altera יִרְאֶה mons Moria urbi postea junctus & inclusus: Literam autem Jod numerum dualem efficientem non exprimi, ne litera ם ex radicali fiat servilis. Et de hoc quidem inter omnes convenit: utrum autem David hoc nomen urbi isti primus indiderit, omnino est incertum. Nam multis ante Davidem annis ita nominata fuit, in ipsis etiam libris Joshuæ & Judicum: nisi fortè dicamus Ezram, dum libris istis post captivitatem Babylonicam colligendis operam daret, hoc nomen alteri יבוס *Jebus* vel יבוסי, ἐξηγητικῶς subjunxisse, vel ejus loco, tanquam magis notum, substituisse: quod quidem non admodum dissimile videtur. Hoc saltem constat, non minus probabilem esse, quam constantem doctorum opinionem, hanc vocem aliquo modo deductam esse à יראה vidit, & שלם *Shalem*, ut significet, *videbit perfectum & pacificum*, vel videbit *pacem* ( sic enim Apostolus exponit Shalem Βασιλεὺς Σαλὴμ ὅ ἐστι βασιλεὺς εἰρήνης, Heb. 7. 2. ) vel etiam *Visionem pacis*, quemadmodum Patres vocem hanc interpretantur. Hieronymus, *Jebus, Salem, & Hierusalem appellatur. Primum nomen calcata; secundum Pax; Tertium visio pacis.* Hieron. vel Paul. & Eustoch. epist. ad Marcell. Augustinus, *sicut è converso quoties nomen* Hierusalem *audieritis, qua visio pacis dicitur.* Aug. in Apocal. Hom. 16. & alibi. *Ibi Hierusalem condita est, famosissima civitas Dei, serviens in signo liberæ civitatis, quæ cœlestis Hierusalem dicitur; quod verbum est Hebraum, & interpretatur visio pacis.* Aug. de catechiz. rud. cap. 20. Ut alios omittam, etiam in nomenclatore Copto-Arabico hæc vox explicatur, Arabicè quidem وحي السلامة *Revelatio Pacis*: Copticè ⲧⲥⲟⲩⲁⲥⲓⲟ ⲛⲧⲁⲓⲣⲏⲛⲏ q. d. Διόψησις τῆ εἰρήνης. Nomencl. Ægyptiaco-Arab. Kirch. Port. 9. Nam Coptica lingua quantum ad plerosque characteres pariter ac ipsas voces iis expressas, nihil aliud quam corrupta est atque depravata quædam Græcæ dialectus.

Περὶ τῆς Βαβυλωνίων αἰχμαλωσίας. Balsamon hîc ex memoriæ, vel saltem calami lapsu perinde differit, ac si urbs Hierosolyma à captivitate Babylonicâ usque ad Ælium Adrianum solo æquata jacuisset, nec ante eum reparata fuisset: quòd non tantum aliis omnibus Historicis fide dignis, sed ipsi etiam S. Scripturæ apertissimè contradicit; ac proinde non opus est ut hîc refellatur.

Ο Αἴλιος Ἀδριανὸς ἀνήγειρε ταύτην. Hæc Balsamon ex communi doctorum sui temporis opinione profert: quibus nimirum in more positum erat Æliam, ab Ælio Adriano conditam, Hierosolymam vocitare. Verum Ælium Adrianum veterem Hierosolymam à Tito funditùs eversam non instaurâsse, sed aliam potiùs prope eam, quam de suo nomine Æliam vocavit, de novo extruxisse, validissimis argumentis evincatur. Quoniam autem hoc in dubium vocatur, rem totam paulo altiùs, quo clarior evadat, repetemus. In primis ergo anno Periodi Julianæ 4783. æræ Dionysianæ sive vulgaris à Christi nativitate computatæ 70. Fl. Vespasiano secundùm, & Tito Coss. mensis Augusti die 31. capta est à Romanis celeberrima olim Judæorum metropolis Hierusalem; quam Imperator protinus effodi, & funditùs everti jubebat: ut Josephus oculatus testis tradidit, dicens κελεύει Καῖσαρ ἅπαν τὸ τε πόλιν ἅπασαν καὶ τὸν νεὼν κατασκάπτειν. *Jubet Cæsar eos omnem omnino urbem, & ipsum templum funditùs evertere.* Joseph. περὶ ἁλώσ. κεφ. α. Sed tres fateor, turres Phasalem, Hippicum, & Mariamnem cum aliquâ muri urbem cingentis parte excipit, & mox addit, τὸν τε ἄλλον ἅπαντα τὸ πόλεως περίβολον, ὅσοις ἐξωμάλισαν οἱ κατασκάπτοντες, ὡς μηδὲ πώποτ' οἰκισθῆναι πίστιν ἂν ἔτι φθέγξασθαι τοῖς προσελθοῦσι, *Alium autem totum civitatis ambitum ita complanavêre dirruentes, ut qui ad eam accederent, unquam habitatam fuisse credere non possent.* ibid. Per vocem κατασκάπτειν hîc utrobique usurpatam, Josephus aratrum solo æquato inductum indigitare videtur. Neminem enim latere potest, veteres Romanos in diruendis pariter atque excitandis urbibus aratro usos fuisse, ut Cato in originibus asseruit, atque etiam Servius in 5. Ænead. *Nam ideo*, inquit, *ad exaugurandas vel diruendas civitates aratrum adhibitum, ut eodem ritu quo condita subvertantur.* Excitandis quidem civitatibus aut coloniis aratrum circumducere solebant. Unde Cicero, *Tu autem insolentiâ elatus, omni auspiciorum jure turbato, Casilinum coloniam deduxisti, quo erat paucis annis ante deducta, ut vexillum videres, & aratrum circumduceres;*



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

*ceres; cujus quidem vomere portam Capuæ penè perſtrinxiſti.* Cicer. Philip. 2. n. 40. Hinc & illud Virgilii Æneid. l. 5.

*Interea Æneas urbem deſignat aratro.*

Et illa Ovidii Faſtor. l. 4.

*Apta dies legitur, qua mœnia ſignet aratro.*

Et paulò poſt

*Inde premens ſtivam deſignat mœnia ſulco,*

*Alba jugum niveo cum bove vacca tulit.*

Diruendis autem & demoliendis urbibus aratrum inducere ſive imprimere conſueti ſunt, uti teſtatur Cœl. Rhodig. Ant. l. 26. c. 5. hinc Horat. Carm. l. 1. Od. 16.

*Iræ Thyeſten exitio gravi*

*Stravêre, & altis urbibus ultimæ*

*Stetêre cauſæ, cur perirent*

*Funditùs, imprimeretque muris*

*Hoſtile aratrum exercitus inſolens.*

Hinc etiam Imperator Valens Conſtantinopolitanis offenſus urbi iſti aratrum ſe inducturum minatus eſt, ἐρημόν τε καταστῆσαι τὴν πόλιν, καὶ ἄροτρον ἐπῶν βαλεῖν ἐπ' αὐτῇ, Socrat. Hiſt. Eccl. l. 4. c. 38. edit. Valeſ. Cum hoc itaque Romanis in more poſitum fuiſſet, ut complanato urbium rebellium cum caperentur, ſolo aratrum imprimerent, dubium nemini eſſe poteſt, quin idem Hieroſolymis fecerunt: quod etiam à D. Hieronymo diſertè affirmatur, *In hoc*, inquit, *menſe* Auguſto *& à Nabuchodonoſor, & multa poſt ſecula à Tito & Veſpaſiano, templum Hieroſolymis incenſum eſt, atque deſtructum: Capta urbs Bethel, ad quam multa millia confugerant Judæorum: aratum templum, in ignominiam gentis oppreſſæ à Tito Annio Ruffo.* Hieron. in Zach. cap. 8. Idem ipſi quoque Judæi à majoribus traditum, in Talmude ſuo agnoſcunt. Nam in Miſna dicitur בתשעה באב נגזר על אבותינו שלא יכנסו לארץ וחרב הבית בראשונה ובשנייה ונלכדה ביתר ונחרשה העיר *Nono die menſis Ab decretum eſt contra Patres noſtros, ut terram non ingrediantur, & domus deſolata eſt primo & ſecundo, & Bitter capta, & urbs arata.* Taanith cap. 4. fol. 26. 2. ad quæ Miſnæ verba, Gemara fol. 28. 1. hæc obſervat, כשחרש טורנוס רופוס הרשע את האולם ננזרה גזירה על רבן ליהרג *Cum improbus Turanus Rufus arabat porticum, decretum factum eſt ut R. Gamaliel interficeretur.* Quiſnam hic eſſet Turanus Rufus, qui aratrum Hieroſolymis inducebat, non facile eſt conjecturis aſſequi. Suſpicor tamen eundem eſſe, quem Joſephus Terentium Rufum vocat, & militiæ tunc temporis Hieroſolymis præfectum, & à Tito ibi relictum aſſerit, ἵνα, inquit, Τερέντιος Ῥοῦφος· ἔτος γὰρ ἄρχων τῶν σφετέρων κατελέλειπτο. Joſeph. περὶ ἁλωσ. λογ. ζ'. κεφ. ζ'. qui etiam in loco D. Hieronymi ante citato Titus Annius Rufus vocatur: *Tito Annio* pro *Terentio* mendosè, ut opinor, ſcripto; ſed de nomine ejus, qui aratrum Hieroſolymis induxit, alii viderint: Hoc ſaltem è præmiſſis colligitur, urbem illam aratrum ſibi à Romanis impreſſum habuiſſe, ac proinde Urbem eſſe deſiiſſe, ut ipſe etiam Romanæ leges edicunt, his verbis, *Si uſusfructus civitati legetur, & aratrum in ea inducatur, civitas eſſe deſinit, ut paſſa eſt Carthago: ideoque quaſi morte deſinit habere uſumfructum.* l. 21. ff. *Quibus modis uſusfructus.* Et ab iſto itaque tempore Hieruſalem urbs eſſe deſiit. Unde Eleazarus ſtatim poſt dictum urbis excidium à ſociis meritò quæſivit, ποῦ δ' ἡ μεγάλη πόλις ἡ τῶν παντὸς Ἰουδαίων ἔθους μητρόπολις; *ubi modo eſt magna illa civitas, totius Judæorum gentis metropolis?* Joſeph. περὶ ἁλωσ. l. 7. κεφ. λε. Sane nullibi terrarum etiam tunc temporis exiſtebat, & propterea Solinus etiam rectè dicit, *Judææ caput fuit Hieroſolyma, ſed exciſa eſt.* Solin. Polyph. c. 37. Fuit itaque non eſt. Et Plinius, *Oxinen, in quâ fuere Hieroſolyma, longè clariſſima urbium Orientis non Judææ modo.* Plin. nat. Hiſt. l. 5. c. 14. Ut eadem nos de Hieroſolymis dicamus, quæ Ovidius olim de Trojâ cecinit, *Jam ſeges eſt ubi Troja fuit.* Ovid. epiſt. 1. & Virgilius, *Et campos ubi Troja fuit.* Virg. Æneid. l. 3. Sic enim Euſebius teſtatur, ſe vidiſſe Montem Sionem, celeberrimam olim Hieroſolymæ partem, aratum & ſeminatum, ὡς καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς ὀφθαλμοῖς φθάσαι δοκεῖν ἀροῦμενον, καὶ καταπιεζόμενον τὸν τόπον. Euſeb. de demonſt. Evang. l. 8. juxta quod prædictum fuit à Prophetâ Mich. 3. v. 12. Quod autem idem Euſebius, ibid. l. 6. c. 18. & D. Hieronymus in comment. in Zachar. c. 14. aſſerunt, viz. dimidium, ut ille, mediam tantum civitatis partem, ut hic ait, à Tito, reliquam ab Adriano dirutam, è ſupradictis, & præcipuè ex oculato teſte Joſepho refellitur. Verumtamen nullus dubito, quin ſtatim poſt ultimum iſtud urbis Hieroſolymæ excidium, nonnulla ſaltem domicilia, partim à Chriſtianis, partim à Judæis eodem in loco, quo olim urbs ſteterat, erecta ſunt. Poſt annos enim quinquaginta plus minus elapſos, Adrianus Imperator, ut verbis Epiphanii utar, Ἐλθὼν τὴν πόλιν πᾶσαν κεκαθαρικυῖαν, καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Θεοῦ κατεπατημένον, πλὴν τῶν ὀλίγων οἰκημάτων, καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας μικρᾶς οὔσης, *Urbem invenit totam ſolo æquatam, & ipſum Dei templum proculcatum, paucis ædibus exceptis, & parvâ Dei Eccleſiâ.* Epiph. de pond. & menſ. Addit autem Epiphanius ſeptem etiam Judæorum Synagogas in monte Sionis, & aliquot alia ædificia ei propinqua perſtitiſſe, quæ nobis poſtea extructa videntur: cùm ipſe quoque Joſephus teſtetur, nihil excidio ſuperfuiſſe præter tres turres & aliquam muri partem. Quæcunque autem ædificia Adrianus ibi excitata reperit, eadem demolitus eſt: quod Euſebio, Hieronymo, aliiſque occaſionem aſſerendi præbuit, urbem ab Adriano etiam funditus everſam eſſe: quod tunc temporis fieri non potuit, cùm longe antea à Tito factum fuiſſet. Cæterum idem Ælius Adrianus novam eodem fere in loco urbem condidit, eamque ſuo de nomine *Æliam* nuncupavit: cujus occaſione Judæi ſub Barchochebâ ſeditiones movebant: ut Dion. Caſſius teſtatur, dicens, Ἐς δὲ τὸ ἱεροσόλυμα πάλιν ἄλλην ἀντὶ τῆς καταστραφείσης οἰκίσαντα, ἣν καὶ Αἰλίαν Καπιτωλίαν ὠνόμασε, καὶ ἐς τὸν τοῦ θεοῦ τόπον, ναὸν τῷ Διὶ ἕτερον ἀντεγείραντα, πόλεμος ἦν οὐ μικρὸς, οὐδὲ ὀλιγοχρόνιος ἐκινήθη. Ἰουδαῖοι γὰρ δεινὸν τι ποιούμενοι τὸ ἀλλοφύλους πανταχοῦ ἐς τὴν πόλιν σφῶν οἰκισθῆναι, καὶ τὸ ἱερὸν ἀλλόφυλον ἐν αὐτῇ ἱδρυθῆναι. *Cùm ipſe autem Adrianus, Hieroſolyma profectus, urbem pro eâ quæ everſa fuerat, condidiſſet, quam etiam Æliam Capitolinam nominavit, & in loco templi Dei, alterum Jovi templum excitâſſet, bellum nec parvum nec exiguo temporis ſpatio durans movebatur. Judæi enim ægrè ferebant, quod exteræ nationes ſuam in urbem habitatum veniſſent, quodque in eâ externa ſacra facta fuiſſent.* Dion. Caſ. in Adrian. Etiamſi autem, quod in urbibus inſtaurandis ſæpius uſu venit, hæc urbs ab Adriano condita prope priſtinam Hieroſolymæ ſedem ſita fuerit, non tamen iiſdem, quibus illa, veſtigiis conſtitit. Nonnulla enim loca, quæ intra Hieroſolymam fuerunt, extra Æliam jacent. Verbi gratiâ Mons Sion, ut aulâ Regiâ decoratus, ſuperiorem ac præcipuam urbis Hieroſolymæ partem conſtituebat, Septentrionale illius latus occupans, unde Ab. Ezra ציון בצפון ירושלם *Sion è Septentrionali latere Hieroſolymæ.* Ab. Ezr. in Pſal. 48. v. 3. Verùm idem mons extra Æliam ſive urbem ab Adriano conditam jacet. Hoc ipſi etiam Judæi in libro cui titulus יחוס האבות וסמוך לירושלם ציון שם היכל דוד העד *Propinquus Hieroſolymæ eſt Sion, ubi palatium Davidis, cui ſit pax.* Sion igitur prope quidem, non intra urbem eſt, quæ hodiè Hieruſalem vocatur. Idem colligatur etiam è Benjaminis itinerario, in quo dicitur, ולפני ירושלם הר ציון ואין בנין בהר ציון כי אם במה אחת לנוצרים *Et è regione Hieroſolymæ eſt mons Sion: & nulla eſt in monte Sione ſtructura præter unum Chriſtianorum fanum.* Benjam. itin. p. 44. Ergo non tantum extra urbem, ſed & nullum in eo ædificium, præter Chriſtianorum fanum fuit, ab Adriano haud dubiè nunquam extructum. Quod etiam ex iis, quæ ex Euſebio ante citavimus, egregiè confirmatur. Hic enim poſt Adrianum claruit; & tamen ſuis etiam temporibus ſe montem Sionem aratum & ſeminatum vidiſſe teſtatus eſt. Porro alia loca, quæ extra Hieroſolyma ſita fuerunt, intra Æliæ, ſive urbis quæ hodiè Hieruſalem vocatur, muros includi, teſtis eſt, ut alios taceam, Hieronymus, ſive quiſquis autor fuit expoſitionis locorum & urbium, quarum mentio fit in Actibus Apoſtolorum, *Hieruſalem*, inquit, *metropolis quondam Judææ, quæ nunc ab Ælio Adriano Cæſare, quod eam à Tito deſtructam latiore ſitu inſtauraverit, Ælia cognominata eſt:*

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

*est: cujus opere factum est, ut loca sancta, id est, dominicæ passionis & resurrectionis, quondam extra urbem jacentia, nunc ejusdem urbis muro septentrionali circundentur.* Non itaque in ipsâ veteris veræque Hierosolymæ sede, sed tantum propè eam extructa est ab Adriano Ælia, quod etiam Abulpharagius olim observavit his verbis, وفي هذه السنة ظهر باورشليم رجل يقال له بن الكوكب واضل اليهود مدعيا انه نزل من السما كالكوكب ويخلصهم من عبودية الروم فتبعه خلق كثير منهم وبلغ الخبر الي ادريانس فوجه اليه جيوشا فقتلوه وغزوا باورشليم واهلكوا اليهود وخربوا اورشليم غاية الخراب وبنوا قريبا منها مدينة سموها هيليا ادريانس واسكنوها قوما غريبا *Hoc anno* (quarto imperii Adriani) *prodiit Hierosolymis quidam nomine Ben Cocab* (filius stellæ) *qui Judæos seduxit, pretendens se è cœlo instar stellæ descendisse, quo ipsos à servitute Romanorum liberaret: quem eorum multi secuti sunt. Cujus rei nuncio ad Adrianum delato, misit ille copias, quæ ipsum interfecerunt, & expugnatis Hierosolymis Judæos perdiderunt, urbemque Hierosolymitanam penitus diruerunt, propè eam extructâ urbe, quam Ælium Adriani appellarunt; in quâ alienigenas collocarunt.* Abulph. Dynast. 7. Adrianus itaque Hierosolymam propriè sic dictam non instauravit, sed aliam urbem, quæ civium Romanorum colonia esset, prope eam funditùs eversam de novo condidit, eamque suo de nomine Ælium appellavit: quo factum est, ut una cum urbe ipsum etiam Hierosolymæ nomen penitùs deletum sit: usque adeo ut ipse Firmilianus, qui centum circiter post Adriani tempora annis Palæstinæ præses fuit, de urbe Hierosolyma nunquam inaudiverat; nec scivit ubi gentium sita fuerat. Cum iste enim Pamphilum Martyrem interrogâsset, quænam ei patria esset, hic Hierusalem sibi patriam esse respondebat, supernam scilicet sive cœlestem Hierusalem, ut notat Eusebius; Firmilianus autem ἥτις αὕτη εἴη ϗ ποῖ γῆς κειμένη ἀκριβῶς ἐπιλυμαινόμενος, *quænam ea urbs esset, & ubi terrarum sita, sollicitè inquirebat*, ut tradit Eusebius de Martyr. Palæst. c. 11. Et paucis interjectis, εἴτε πάλιν πολλάκις ἐρωτωμένου τὶς εἴη ϗ ποῖ κείμενη, ἣν δὴ φησὶ πόλιν, μόνων εἰδέναι τῶν θεοσεβῶν πιστῶν ἔλεγε πατρίδα, *Interrogatus iterum atque sæpius, quænam esset illa quam dicebat civitas, eorum tantum, qui veri Dei cultores essent, hanc esse patriam respondit.* ibid. Cum autem nihil aliud responderet, Firmilianus ratus est Christianos urbem aliquam Romanis infensam alicubi condituros esse, ἐχθρὰν ϗ Ρωμαίοις πολεμίαν πάντως τινὰ συνίστασθαι πόλιν χριστιανὸς οἰόμενος. ibid. unde palam est, nec nomen Hierusalem Romanis tunc dierum cognitum fuisse, nedum ipsam urbem Hierusalem ibidem extitisse. Hinc plerique Patrum, qui post Adrianum scripserunt, suis etiam temporibus Hierusalem solo æquatam & nullam esse affirmarunt. Athanasius, Σημεῖον γὰρ ϗ μέγα γνώρισμα τῆς τοῦ θεοῦ λόγου παρουσίας τὸ μηκέτι μήτε τὴν ἱερουσαλὴμ ἑστάναι, μήτε προφήτην ἐγηγέρθαι, *Signum est & magnum adventus Dei verbi documentum, quod Jerusalem non amplius consistit, neque propheta excitatur.* Athan. de incarnat. verbi. Hilarius, *Quid hic, quod David sit prorsum, continetur? Urbs illa, quæ generi ejus fuit regia, capta est à Babyloniis, & eversa regni dignitatem sub dominantium jure non tenuit. Post etiam à Romanis capta & incensa, jam nulla est.* Hilar. in Psal. 131. Et alibi, *Post primam Hierusalem subversionem, traductoque in Babyloniam populo captivo, ædificatam rursus eandem civitatem fuisse, & historia regnorum & libri Esdræ loquuntur: sed hodiè eandem nullam esse, rerum fides edocet.* Id. in psal. 146. Eusebius nihil magis de Hierusalem, quam de Sodoma superesse indigitat, cùm ejus excidium ab hujus eversione nihilo discrepare affirmat; ὁ γὰρ ἱερὸς αὐτῶν ϗ τὸ πρὶν ἄγαν τόπος, εἰς τοῦτο νῦν περιῆλθεν, ὡς ϗ μηδὲν τῆς Σοδόμων καταστροφῆς ἀποδεῖν. Euseb. demonst. Evang. l. 5. c. 23. Procopius Gazæus suis etiam diebus Hierusalem eversam jacere memorat, ταῦτα προεῖπον ὀλίγῳ τῆς Ὀζίου βασιλείας ἐπηρώθη ϗ μικρῶς μὲν ὑπὸ Βαζυλωνίων· ὀλίγῳ δὲ τῆς ὑπὸ Ρωμαίων πολιορκίας ὁλοχερῶς, ἃ μέχρι νῦν ὁρᾶται. Procop. in Isai. c. 1. & Gregorius Nazianzenus solum ejus suâ ætate vix cognitum asserit, ϗ αὐτῆς τῆς Ἱερουσαλὴμ τὸ ἔδαφος μόγις γινωσκόμενον. Naz. Orat. 12. Sane solum, quo extructa est Ælia, satis tunc temporis cognitum erat: non item quo vera Hierusalem, quæ propterea alio solo constiterat: ac proinde Patres Hierusalem suis diebus non extitisse, sive nullum fuisse summo jure asseruerunt. Cùm enim Ælia à veteri Hierosolymæ sede dissita sit, ac à Romanis non Judæis, condita, atque alio etiam nomine appellata, alia sit civitas necesse est, ac idcirco non nisi καταχρηστικῶς & valde improprie Hierusalem nuncupetur. Ut Nicolaus 1. papa Romanus observavit, *Nam vera*, inquit, *Hierusalem tantum in cœlis est, quæ est mater nostra: Illa vero Hierusalem terrestris, secundum quod Dominus prædixit, adeo funditùs ab Helio Hadriano Imperatore Romano destructa est, ut in eâ nec lapis super lapidem sit derelictus, & ab eodem Helio Hadriano in alio est loco constructa: ita ut locus Dominicæ crucis extra portam, nunc intra cernatur, & à prædicto Helio Hadriano urbs illa Helia vocetur.* Nicol. respon. ad consulta Bulg. Quod etiam Gregorii magni testimonio confirmatur, dicentis, *Hoc quoque quod additur, non relinquent in te lapidem super lapidem, etiam ipsa civitatis transmigratio testatur, quia dum in eo loco nunc constructa est, ubi extra portam Dominus fuerat crucifixus, prior illa Hierusalem, ut dicitur, funditùs est eversa.* Greg. hom. 36. Prior igitur Hierusalem, alio, ac præsens Ælia, loco constructa est, sive in alium locum transmigravit, ac proinde eadem civitas esse desiit, priori nomine prorsus indigna; vel ut Hieronymus rectè observavit, *Cassum est hodiè nomen ipsius civitatis, & ab Ælio Adriano, Ælia dicitur, & cum habitatione pristinâ, pristinum quoque nomen amisit, ad decutiendam superbiam habitatorum ejus*, Hieron. in Jerem. c. 20. Pristinâ igitur habitatione sive sede hujus civitatis amissa, pristinum etiam nomen meritò amittitur. Neque sanè credibile est Ælium Adrianum in animo unquam habuisse, veterem Judæorum rebellium, & Romanis infensorum Metropolim instaurare: nihil minus quam hoc sibi proposuit. Civitatem quidem non procul à veteri Hierosolymâ condidit, sed Romanis habitandam, non Judæis, quos eam vel ingredi prohibuit; & ne vetus esse Hierusalem censeretur, sed nova civitas ab ipso de integro excitata, novum etiam ei nomen, viz. Ælium imposuit; de quo in proximum Canonem plura dicturi sumus.

## In Can. VII.

Τὸν ἐν Αἰλίᾳ. Ælium Adrianum Hierusalem à Tito subversam non instauraſſe, ſed aliam alio in loco ei propinquo civitatem de novo condidiſſe, in ultimis ad præcedentem Canonem annotationibus ſatis ſuperque oſtenſum eſt. Reſtat adhuc, ut de nomine hujus urbis ab eo conſtructæ pauca annotemus. Itaque Dion Caſſius in vitâ Ælii Adriani, eum hanc urbem à ſe conditam Αἰλίαν Καπιτωλίναν *Ælium Capitolinam* nominaſſe ſcribit. Sic etiam à Ptolemæo vocata traditur, ἱεροσόλυμα ἡ νῦν καλουμένη Αἰλία Καπιτωλίνα. Sic etiam in Pandectis dicitur, *In Palæstinâ duæ fuerunt coloniæ, & Cæsariensis & Ælia Capitolina.* l. 1. ſect. 6. ff. *De Cenſibus.* Nimirum *Ælia* ab Ælio Adriano conditore; *Capitolina* autem à templo Jovi *Capitolino* ibi dedicato vocatur. Sæpiùs autem hæc civitas ſimpliciter *Ælia* appellatur, & ita à conditore nominatam plerique tradunt. Epiphanius, ὡς γὰρ ἐκεῖνος ὠνόμασεν Αἴλιος Ἀδριανὸς, ἤτοι ϗ τὼ πόλιν ὠνόμασεν Αἰλίαν. Epiph. de pond. & menſ. Euſebius, Ἡ μητέρα συγκλητικὴ πόλις τὼ ἐπωνυμίαν ἀμείψασα, εἰς τὼ τῦ κρατοῦντος Αἰλίου Ἀδριανῦ τιμὼ, Αἰλία προσηγορεύετο. Euſeb. hiſt. Eccleſ. l. 4. c. 6. Hieronymus, *Ab Ælio Adriano, Ælia dicitur*, Hieron. in Jer. cap. 20. Theodoretus, Ἀλλὰ πάλιν Ἀδριανὸς αὐτοῖς ταπεινοῖ πατρίδι ἐπάγαγον ὄλεθρον· ϗ αὐτίκα ϗ τῆς πόλεως τὼ προσηγορίαν ἐνήλλαξεν, ἐκ τῆς οἰκείας ἐπωνυμίας τοῦτο καλέσας· Αἰλία γὰρ ἐκεῖθεν προσηγορεύθη· Αἴλιος γὰρ ἐκεῖνο ὠνομάζετο. Theodoret. in Eſai. cap. 6. prope finem. Cedrenus, κτίζει νέαν ἱερουσαλὴμ, ἣν δὴ ϗ Αἰλίαν προσηγόρευσε. Cedr. Chronichon Alexandrinum, ϗ ἐπέθηκε τὸ ὄνομα τῇ πόλει, Αἰλίαν αὐτὼ ὀνομάσας, ἐπειδὴ Αἴλιος Ἀδριανὸς ἐκέλευσε. Chron. Alex. ad olymp. 224. Mitto Zonaram, in annal. Nicephorum C P. alioſque cum Balſamone in præcedentem Canonem ſentientes. Nonnunquam corruptè Helia dicitur. Hieronymus, *Et Templum toto orbe celebratum in ſterquilinium urbis novæ, quæ à conditore appellatur Helia.* Hieron. in Eſai. cap. 64. Nicolaus. 1. *Et à prædicto Helio Hadriano urbs illa Helia vocetur.* Nic. reſp. ad conſult. Bulgar. Et quidem ut hæc civitas Ælia primo à conditore appellata eſt, ſic & diu poſtea ab aliis audivit. Euſebius, Εἰσὶν νῦν ἕτεραι διαφανεῖς ἐν προαστείοις διάκωμαι τῆς νῦν Αἰλίας. Euſeb. hiſt. Eccleſ. l. 2. c. 12. & alibi, Αἱ ϗ εἰς ἡμᾶς ἐφυλάχθησαν ἐν τῇ ϗ τὼ Αἰλίαν βιβλιοθήκῃ. ibid. l. 6. c. 20. Sic Mazabanem dicit Epiſcopum fuiſſe ἐν Αἰλίᾳ. l. 7. c. 5. & Valentem ἀπὸ Αἰλίας

λίας διάκονον. Id. de Martyr. Palæstinæ. cap. 11. ita etiam Chrysostomi ætate vocata est, qui hæc habet, Επφδὴ δὲ Αἰλιᾶ Ἀδριανὸς ἐκαινούργησεν, ὅπου καὶ τὸν πάλαι καλούμενον ἀνομοθέτησαν. ἐκεῖθεν Αἰλία μέχρι τοῦ νῦν ἀνομάζεται, ἀπὸ τοῦ ἐπωνυμίας τοῦ κρατήσαντος καὶ καθελόντος αὐτῶν. Chrysost. adv. Judæos λογ. γ'. & diutius adhuc usque ad Eutychii Patriarchæ Alexandrini tempora, ut ipse testatur, dicens Adrianum jussisse وان تسما باسم الملك ايليا فسميت بيت المقدس منن ذلك الوقت الي هذه الغاية مدينة ايليا *Urbem de imperatoris nomine Æliam appellari. Quare ab eo tempore usque ad hunc diem Ælia vocatur.* Eutych. annal. tom. 1. p. 354. Et quod imprimis observandum est, ab universâ Ecclesiâ hoc Canone ita nuncupatur. Unde etiam colligatur, hoc commune tunc temporis ac ubique receptum esse hujus civitatis nomen; quod ab ipso urbis exordio, usque ad conventus hujus Nicæni tempora solum obtinuit; neque enim antea aliter à quopiam appellatam memini. Quandoquidem autem honor Episcopo hujus civitatis disertis verbis hîc tribuatur, ut celeberrimum illud Martyrium ibidem in Dominicæ resurrectionis loco iisdem temporibus à Constantino extructum sit, hinc paulatim evenit, ut Episcopi hujus urbis se altiùs extollere cœperint, & sedem suam non Æliam, sed Hierusalem, cui propinqua erat, vocitarunt: ut majorem nimirum reverentiam & honorem sibi conciliarent. Quo factum est, ut pristinum ejus nomen Ælia pedetentim evanuerit, & alterum Hierusalem, sæpiùs quidem, sed magis impropriè à recentioribus usurpatum fuerit.

Τὴν ἀκολουθίαν τῶν πατέρων. Non soli præsentes Canonum interpretes Balsamon, Zonaras, & Aristenus, sed & alii propemodum omnes, recentiores præsertim, qui rem Canonicam tractarunt, hæc verba ita interpretati sunt, ac si Patriarchalis dignitas Episcopo Æliæ, sive, ut vulgò vocatur, Hierosolymæ, iis sanciatur. Inter alios clarissimus vir Petrus de Marca, non modo quartum inter Patriarchas honoris gradum Episcopo Hierosolymitano hîc confirmari contendit; verum etiam ex eo probare nititur, Patriarchalem potestatem in præcedenti etiam Canone Episcopis ibi nominatim commemoratis constitutam esse. Sic enim scribit, *Non solùm enim Canonibus Nicænis Patriarcharum potestas sancita est, sed etiam ordo dignitatis constitutus. Id eximiè docet Canon* VII. *quo quartus honoris gradus tribuitur Æliæ sive Hierosolymorum Episcopo, id est, post tres Patriarchas, Romanum, Alexandrinum, & Antiochenum. Quia Consuetudo obtinuit & antiqua traditio* &c. *Quod in Græco textu habetur* ἐχόμενον τῆς πατρὸς ἀκολουθίαν, *Dionysius Exiguus vertit,* honoris consequentiam, *antiqua verò Teïlonis versio relata in Concilio Carthaginensi* VI. ordinem honoris, *id est, primum gradum post tres Patriarchas, de quibus actum est Canone sexto, Hierosolymorum Episcopus obtineat. Si Concilium curam ordinis gessit, in assignando hujus Episcopi loco, intelligere nos oportet id actum quoque Canone* VI. *inter priores Patriarchas, ita ut ordine scriptura Antiochenus sit tertius, Alexandrinus autem secundus, primus verò Romanus.* Marc. de concord. Sacerd. & imp. l. 5. c. 12. Præterquam autem, quòd non Patriarchica, sed Metropolitica potestas Episcopis quibusvis Canone sexto asseratur, uti in annotationibus ad eundem fusè ostensum est; hæc hujus Canonis interpretatio ab ipso Canone refutatur, utpote in quo etiamsi Episcopo Æliæ ἀκολουθία τῶν πατέρων attribuatur, Metropolitano tamen ejus, sive Cæsarienſi Episcopo οἰκεῖον ἀξίωμα conservatur, ut ex proximis verbis constat, τῇ μητροπόλει σωζομένῃ τὸ οἰκεῖον ἀξιώμα. Adeò ut, si demus Episcopum Hierosolymitanum Patriarcham hîc constitui, istiusmodi Patriarcha erit, qui Metropolitano subest; ac proinde non omnino Patriarcha propriè sic dictus. Hic enim honor quidem, seu potiùs pristini honoris consequentia, Æliæ Episcopo confirmatur; sed nihil de Metrapoliticâ Cæsarienſis Episcopi potestate demitur. Sed potiùs quicquid Metropolitici juris ac privilegii antea habuerat, idem hîc ei asseritur, cui propterea Ecclesiam Hierosolymitanam subjectam esse, idque ex hoc ipso Canone constat. Et sic quidem D. Hieronymum Canonem hunc intellexisse ex ipsius verbis clarissimè colligatur. Johannes Hierosolymitanus Episcopus, de Arii & Origenis opinionibus suspectus, ab Hieronymo aliisque sæpius efflagitatus est, ut de hæreseos infamiâ se purgaret. Iste autem ad Theophilum Episcopum Alexandrinum provocat, & Apologiam scribit: de quâ re Hieronymus hæc habet, ad eum loquens, *Tu qui regulas queris Ecclesiasticas, & Nicæni Concilii Canonibus uteris; & alienos Clericos & cum suis Episcopis commorantes tibi niteris usurpare; Responde mihi, ad Alexandrinum Episcopum Palæstina quid pertinet? Ni fallor hoc ibi decernitur, ut Palæstinæ Metropolis Cæsaria sit, & totius orientis Antiochia. Aut igitur ad Cæsariensem Episcopum referre debueras, cui spretâ communione tuâ communicare nos noveras: aut si procul expetendum judicium erat, Antiochiam potiùs litera dirigenda. Sed novi cur Cæsariam, cur Antiochiam nolueris mittere. Sciebas quid fugeres, quid vitares. Maluisti occupatis auribus molestiam facere, quam debitum Metropolitano tuo honorem reddere.* Hieron. ad Pammach. adversus errores Joh. Hierosol. Ubi videre licet, ut doctissimus Pater affirmet, à Concilio Nicæno, præsenti nimirum Canone, decretum esse, *ut Palæstinæ Metropolis Cæsaria sit*, ac proinde Johannem Episcopum Hierosolymæ ad Cæsariensem Episcopum causam suam prius referre, & *sic Metropolitano suo* debitum honorem reddere debuisse; Unde etiam satis patet Episcopum Æliæ sive Hierosolymæ, etiam post Concilii hujus Nicæni tempora, ipsis nimirum D. Hieronymi diebus, non Metropolitanum, nedum Patriarcham, sed Episcopo Cæsarienſi tanquam Metropolitano subjectum fuisse. Verùm cùm frequentes ad Hierosolymam peregrinationes à Christianis susceptæ sunt, Episcopus istius loci majori quam Cæsarienſis honore haberi cœpit: quo factum est, ut supra Cæsariam se paulatim extollere, & universam in Palæstinam potestatem, Cæsarienſi Episcopo ex antiquâ consuetudine & præsenti Canone debitam, sibi arripuere conatus sit. Primus, qui hoc tentâsse legitur, fuit Juvenalis Episcopus Hierosolymitanus, qui Palæstinæ Primatum, magno cum Cæsarienſis præjudicio, in Concilio Ephesino sibi vendicabat, & ab œcumenico Concilio confirmari cupiebat. Sed Cyrillus Alexandrinus non minori successu, quam jure, ei restitit, atque etiam Leo. 1. papa Romanus facinus ejus, tanquam huic Canoni adversum, condemnavit; ut ex ipsius ad Maximum Antiochenum Episcopum Epistolâ constat, quâ, *sicut*, inquit, *etiam in Ephesinâ Synodo, quæ impium Nestorium cum dogmate suo perculit, Juvenalis Episcopus ad obtinendum Palæstinæ provinciæ principatum credidit se posse sufficere, & insolentes ausus per commentitia scripta firmare. Quod sanctæ memoriæ Cyrillus Alexandrinus meritò perhorrescens, scriptis suis mihi, quid prædicta cupiditas ausa sit, indicavit, & sollicitâ prece multum popoposcit, ut nulla illicitis conatibus præberetur assensio.* Et paucis interjectis, de istâ Cyrilli Epistolâ, *Hoc tamen*, inquit, *proprium definitionis meæ est, ut quantumlibet numerus sacerdotum amplior, aliquid per quorumdam subreptionem decernat, quod illis trecentorum decem & octo patrum constitutionibus inveniatur adversum, id justitiæ consideratione cassetur.* Leo. ad Max. Epist. 62. Ergo ipsius etiam Ephesini Concilii temporibus Episcopus Hierosolymitanus Palæstinæ principatum non habebat, neque eum, ut à Cæsarienſi Episcopo jure occupatum, sine hujus Canonis violatione arrogare poterat. Postea autem idem Juvenalis, non tantum cum Cæsarienſi, sed etiam cum ipso Antiocheno Episcopo pro principatu contendit. Gravis diu controversia agitata fuit, tandem autem inter ipsos convenit, ut Maximus Antiochenus Episcopus duas Phœnices, & Arabiam, Juvenalis autem Hierosolymitanus tres Palæstinas sibi subjectas haberet. Quod etiam à Concilio Chalcedonensi confirmatum est; à quo decretum est, his verbis conceptum, Η ἁγία σύνοδος πάντων Μαξίμου τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου τῆς Ἀντιοχέων, καὶ Ιουβεναλίου τοῦ ὁσιωτάτου ἐπισκόπου τῆς ἱεροσολυμιτῶν γενομένων ζωλύσεως, ὑπὲρ ἃ ἐκράτουν κατάστασις ἐδίλωσε, βεβαίαν καὶ ἐξ ὑμετέρας ἀποφάσεως, καὶ ἀπὸ τοῦ ψήφου τῆς ἁγίας Συνόδου, εἰς τὸ ἅπαντα χρόνον διαμένει· τυτέστιν, ὅτι Μάξιμός τε ὁ ὁσιώτατος ἐπίσκοπος, εἶτουν τοῦ ἁγιωτάτου Ἀντιοχέων ἐκκλησίαν, τὰς δύο Φοινίκας καὶ τὴν Ἀραβίαν ἔχει ὑπὸ τὴν ἰδίαν ἐξουσίαν· Ιουβενάλιος δὲ ὁ ὁσιώτατος ἐπίσκοπος τῆς ἱεροσολυμιτῶν, εἶτουν τοῦ ὑπ' αὐτὸν ἁγιωτάτου ἐκκλησίαν, τὰς τρεῖς Παλαιστίνας ὑπὸ τὴν ἰδίαν ἐξουσίαν ἔχειν, *Per placitum igitur Maximi sanctissimi Antiochensium Ecclesiæ Episcopi, & Juvenalis sanctissimi Hierosolymitarum Episcopi facta consensio, sicut utriusque attestatio declaravit, firma etiam per nostrum decretum, & sententiam sanctæ Synodi, in omni tempore permanebit, hoc est, ut Maximus quidem sanctissimus Episcopus, seu sanctissima Antiochensium Ecclesia duas Phœnicias, & Arabiam sub propria habeat potestate; Juvenalis autem sanctissimus Hierosolymorum Episcopus, sive sanctissima Ecclesia quæ sub eo est, tres Palæstinas itidem sub propriâ habeat potestate.* Concil. Chalced. Act. 7. Ab hoc demum tempore, quo vulgatum est hoc decretum, Episcopus Hierosolymitanus tres Palæstinas sibi subjectas habuit: ut patet etiam ex Hierosolymitano Concilio anno Dom. 536. celebrato, quod sic incipit, Μετὰ τὴν ὑπήκοον φιλοχρίστου βασιλείαν τὴν ἐνδοξοτάτην περὶ δικαίων κλαυδίων ὀκτωβρίων χρόνων, πανευφημοτάτης ἰνδικτῶνος, ἐν κολωνίᾳ Αἰλίᾳ μητροπόλει, τῇ καὶ ἱεροσο-

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

τριπολίμωσις· φρονεῖσθω δὲ τὰ ἀμοιπόντα καὶ μακρεισπόντα Ἀρχιεπισκόπα καὶ Πατριάρχα Πέτρα, ἐν τῷ σωφρόνῳ τῆ ἐναγοῦς ὀπαστείας τ' ἀυτῆ μακρεισότητ⊙, ζωοφρονόντων δὲ τῆ ἀυτῆ ἀγωστώῃ καὶ ὅσι ἱεροπόπων ὀπασκόπων τῆς κὴ Παλαιστίνας τρεῖς ὑπὸ τὸς ἁγίους πολίτης τόπους ἐναγεσπόπας ζωώσι. Ubi observare est, urbem Hierosolyma etiam tunc temporis dictam fuisse Æliam, & deinde urbis istius præsulem omnes trium Palæstinarum Episcopos ad Synodum convocâsse; quibus propterea eum præfuisse constat. In primâ autem Palæstinâ sita est Cæsarea, quæ proinde per hoc Concilii Chalcedonensis decretum, aliàs quam præsenti Canone constitutum est, Hierosolymis subjicitur: & idcirco Episcopus Hierosolymitanus, Ἀρχιεπίσκοπ⊙ & Πατριάρχης appellatur. Ex eo autem, quòd ante dictum Concilium Chalcedone celebratum, nec diœcesim assignatam, nec Cæsaream sibi subjectam habuit, necessariò consequitur, nihil ei potestatis vel Patriarchicæ vel etiam Metropoliticæ à Patribus Nicænis præsenti Canone attributum fuisse, neque aliquid amplius, quam ἀκολουθίαν τῆς τιμῆς, hoc est, primum inter omnes Palæstinæ Episcopos, post Metropolitanum Cæsarienſem, honorem, sine ullâ in eos autoritate, utpote quæ tota Cæsarienſi Metropolitano proximis verbis inviolata conservatur. Adeo ut Episcopus Hierosolymitanus *ἀκολουθίαν τῆς τιμῆς consequentiam honoris* post Metropolitanum suum habeat, sed nihil interim juris huic auferatur, vel illi in Coepiscopos concedatur. Nimirum non secus ac in provinciâ nostrâ Cantuarienſi, Episcopus Londinensis proximum post Metropolitani locum tenet, & primo inter cæteros Episcopos honore gaudet, etiamsi omnis in eos potestas solo in Metropolitano Cantuarienſi sita sit. Quod etiam ex præcedentis Canonis cum præsenti collatione clarè eluceſcit. Ibi enim patres Episcopis Romano, Alexandrino, & Antiocheno, cæterisque Metropolitanis πρεσβεῖα τ' ἐξωσίας asserunt: hîc autem Hierosolymitano solam ἀκολουθίαν τ' τιμῆς attribuunt, & Cæsarienſi ἰδιοῦν ἀξίωμα, sive dicta πρεσβεῖα τ' ἐξωσίας confirmant. Unde constat, Episcopum Cæsarienſem quidem æqualem esse iis, quibus jura sua Metropolitica in præcedenti Canone sanciuntur: Hierosolymitanum autem iis hoc etiam inferiorem, quippe cui nihil hîc præter ἀκολουθίαν τ' τιμῆς, nullâ τ' ἐξωσίας mentione facta, decernitur. Nec mirum cuipiam videatur honorem sine potestate Hierosolymitano Antistiti hîc concedi: hoc enim sæpius ab aliis etiam œcumenicis Conciliis factum legimus, sic enim & secunda generalis Synodus Constantinopoli celebrata, Episcopo Constantinopolitano solæ πρεσβεῖα τ' τιμῆς sine alio quovis privilegio attribuit: ut in annotationibus ad tertium illius Synodi Canonem fusiùs ostendimus; sic etiam Synodus Chalcedonensis Canone XII. constituit, ut quæcunque civitates per literas Imperiales Metropolis nomine honoratæ sint, eæ, earumque Episcopi μόνης ἀπολαυέτωσαν τ' τιμῆς, *solo honore fruantur*, additâ etiam eâdem ratione, quæ præsenti Canone subjungitur, viz. δῆλον ὅτι σωζομένων τῶν κατ' ἀλήθειαν μητροπόλεσι τῶν οἰκείων δικαίων, *Servatis scilicet veræ Metropoli suis juribus.* Eadem enim ratione & Patres Nicæni hoc Canone solam ἀκολουθίαν τ' τιμῆς Episcopo Hierosolymitano impertiuntur, nimirum ut veræ Metropoli privilegia sua integra conserventur, τῆ μητροπόλει σωζομένων τῶν οἰκείων ἀξιωμάτ⊙. Sic etiam eadem quarta generalis Synodus civitatem Chalcedonem, quâ habita est, Metropoleos quidem nomine, imperatore Marciano rogante, honoravit, salvâ tamen Metropoli Nicomediæ suâ dignitate, his verbis, τὴν Χαλκηδονίων πόλιν, ἐν ᾗ τῆς ἁγίας πίστεως ζωοδόχ⊙ διεκροτήθη, μητροπόλεως ἔχειν πρεσβεῖα ἐδικαίωσαν, ὁρίσαντι μόνῳ τιμίτλῳ τιμῶντες, σωζομένῳ δηλαδὴ τῆ Νικομηδέων μητροπόλει τῶν οἰκείων ἀξιωμάτ⊙, *Chalcedonensium civitatem, in quâ sanctæ fidei Concilium congregatum est, Metropolis privilegia habere sancimus nomine solo eam honorantes, salvâ videlicet Nicomediensium civitati propriâ dignitate.* (τῶν οἰκείων ἀξιωμάτ⊙, quæ eadem verba hoc Canone usurpantur.) Imperator quidem hoc primus sancivit; sed omnes Episcopi in Concilio congregati clamabant, δηλα ἡ κρίσις τῆ Ζαπλίου. Act. Concil. Chalced. Act. 6. Sic etiam cum controversia in eâdem Synodo inter Episcopos Nicænum & Nicomediensem orta est, utroque Metropolitica jura in eâdem provinciâ sibi vendicante, Synodus litem sic diremit, τὸν μὲν αὐθεντίαν τῆς μητροπόλεως ἐν ταῖς κὴ Βιθυνίαν ἐκκλησίαις ὁ Νικομηδείας ἐυλαβέστ⊙ ὀπασκόπ⊙ ἕξει, τῆ Νικαίας τὸν τιμὸν μόνον τῆς μητροπόλεως ἔχοντ⊙, ὑπακουόντων δὲ κὴ μέντοι καὶ ἄλλων ὀπασκόπων τῆς ἐπαρχίας τῆς Νικομηδείας. *Autoritatem quidem Metropolitani in Ecclesiis Bithyniæ, reverendissimus Nicomediensis Episcopus habebit, Nicæno Episcopo solum honorem Metropolitani habente, subjacente autem, ad exemplum aliorum provinciæ Episcoporum, Episcopo Nicomediensi.* Concil. Chalced. Act. 13. Et itidem honorem Nicæno Episcopo concessum, salvâ tamen Nicomediensis Metropolitani autoritate. Et quod imprimis observari velim, in ultimis duobus exemplis, honor Episcopis, Chalcedonensi, & Nicæno, à quarto generali Concilio sub eadem cautione attribuitur, sub quâ in præsenti Canone Episcopo Hierosolymitano sancitur, nimirum servatâ Metropoli dignitate suâ. In hisce autem exemplis vel cæcus videat, Episcopos istos, honore quidem donatos, sed tamen Metropolitano suo Nicomediensi non præpositos, sed disertè subjectos esse. Cum igitur in præsenti Canone honor seu ἀκολουθία τ' τιμῆς eodem modo, & eâdem clausulâ adjectâ, τῆ μητροπόλει σωζομένων τῶν οἰκείων ἀξιωμάτ⊙, Hierosolymitano, ac in Chalcedonensi aliis Episcopis præstituatur, cumque è supradictis constet, Episcopum Hierosolymitanum Cæsariensi tanquam Metropolitano, etiam post hujus Canonis editionem, subjectum fuisse, nihil apertius esse potest, quàm hunc etiam Canonem ita intelligendum esse, ut honorem quidem Hierosolymitano præsuli attribuat, sed solum, cum nullâ omnino vel patriarchicâ vel etiam Metropoliticâ potestate conjunctum: adeo ut Episcopus Cæsariensis eandem in Hierosolymitanum autoritatem, post emissum hunc Canonem, quam ante habuerit; non secus ac Metropolitanus Nicomediensis Nicæno, & Chalcedonensi, etiamsi à generali Concilio honoratis, præfuit. Sed nihil celabo, quod huic nostræ præsentis Canonis interpretationi refragari videatur. Regerat enim nonnemo, in subscriptionibus Episcoporum præsentis Nicænæ Synodi, Macarium Hierosolymitanum ante Eusebium Cæsarienſem collocari, quod indicio esse potest, eum huic ab ipsâ Synodo præfectum ac antepositum fuisse. Respondeo primò, nihil certi ex hujus vel alius cujuslibet Concilii subscriptionibus de Episcoporum ordine elici posse. In ipsis enim præsentis Synodi subscriptionibus, non solus Macarius Hierosolymitanus, sed alii etiam Episcopi ante Cæsarienſem ponuntur, sic enim subscriptiones Episcoporum provinciæ Palæstinæ incipiunt.

*Macarius Hierosolymitanus.*

*Germanus Neopolitanus.*

*Marius Sebastenus.*

*Cajanus Gadarensis.*

*Eusebius Cæsarienſis.*

Ita quidem se habent in vulgatis Conciliorum editionibus; atque etiam in priscâ latinâ versione ante Dionysium exiguum editâ; nisi quod in eâ pro Neopolitanus legatur, Neopolian: pro Marius, Marinus, & Gajanus Sebastenſis, pro, Cajanus Gadarensis. Hic autem, ut videre licet, tres alii, præter Hierosolymitanum, Episcopi Palæstinæ ante Cæsarienſem Metropolitanum collocantur. Sed nemo, ut opinor, hinc inferri posse asserit, eos etiam Cæsarienſi à Synodo præpositos esse, cùm eorum Synodum nuspiam disertè meminerit, hujus autem sedi dignitatem suam conceptis verbis confirmaverit. Proinde hisce non magis, quàm Arabicis subscriptionibus hujus Concilii, habenda est fides, in quibus Episcopus Hierosolymitanus quintum inter omnes Concilii Episcopos locum obtinuit. Sic enim dictæ subscriptiones in M S. Bodleiano incipiunt.

1. سلبسطرس الرومي *Sylvester Romanus.*

2. والاسكندرس الاسكندراني *Et Alexander Alexandrinus.*

3. والاسكندرس القسطنطيني *Et Alexander Constantinopolitanus.*

4. واكيطوديوس الانطاكي *Et Achitonius Antiochenus.*

5. وماكاريوس اسقف بيت المقدس *Et Macarius Episcopus Hierosolymitanus.*

Hîc autem, ut primo intuitu patet, subscriptiones ita ordinantur, ac si quinque Patriarchæ jam constituti fuissent, quorum etiam numerus ut expleretur, Alexander, nescio quis, Constantinopolitanus Synodo interfuisse fingitur, cùm in aliis quibuscumque editionibus nullus omnino Byzantii vel Constantinopoleos Episcopus subscripsisse legatur. Pro اكيطوذيوس *Achitonius* legendum videtur افسطاثيوس *Eustathius*, quemadmodum nomen Episcopi Antiocheni Josephus Ægyptius in præfatione ad suam Canonum collectionem legit: qui tamen ipse, fateor, etiamsi Constantinopolitanum Episcopum prudens omisit; Macarium tamen Hierosolymitanum Patriarcham vocat, & quarto loco collocat وماكاريوس بطريرك بيت المقدس *Et Macarius Patriarcha Hierosolymitanus*. Sed nemo, ut opinor, hinc argumentum petet, Macarium revera tunc temporis Patriarcham constitutum, aut Cæsarienses, aliisque omnibus Metropolitanis, ab ipso Concilio Nicæno antepositum fuisse. Hinc autem videre est, quanta fides subscriptionibus habenda est, in quibus Episcoporum nomina amanuensium libitu transposita sunt. Et quidem, etiamsi in posterioribus Conciliis Episcopus quisque ordine suo plerunque subscripsisse videatur, in antiquioribus tamen de eo non adeò soliciti fuerunt: ut perquamplurimis exemplis, si opus esset, demonstrari posset; vel si alia præstò non essent, hoc ipsum, quod sub manibus habemus, istud satis evinceret, cùm Hierosolymitanus, aliique Episcopi ante Cæsarienses collocantur, etiamsi ipsa hæc Synodus ei, ut Metropoli præposito, τὸ οἰκεῖον ἀξίωμα præ aliis omnibus, & ipso etiam Hierosolymitano Episcopo asseruerit.

Τῇ μητροπόλ. Balsamon & Aristenus in suis ad hunc Canonem scholiis consentiunt, Metropolim Palæstinæ sive Judææ tunc temporis Cæsaream fuisse. Zonaras autem, πρὸς δὲ μητρόπολιν τὴν Καισάρειαν λέγουσιν ὀνομάσαι ἡ κώμην. Et hoc quidem extra dubium est, Cæsaream hujus Concilii temporibus, & diu postea, pariter atque antea, Palæstinæ, primæ præsertim, in quâ sita est Hierosolyma, Metropolim extitisse. Gregorius Nazianzenus eam suis etiam diebus Metropolim fuisse docet: quippe qui de Basilio Magno loquens, ait, Ἐπὶ τὴν Καισαρείων πόλιν ἐπείγεται, ἧς τῇ μὲν δόξῃ πεπιστευμένης, ταύτῃ δὲ λέγω τὴν περιφανῆ τε καὶ ὑμετέραν, ἐπεὶ καὶ ἧς ἐμοὶ λέγων αὐτὴ καθηγεμὼν, καὶ διδάσκαλος τὴν ἐκ τῶν λόγων μητρόπολιν, ἃ δὴ πόλεων ὧν ὑπέρκειται, *Cæsaream, ut scholarum urbis illis particeps esset, contendit, hanc inquam, illustrem civitatem, & nostram, (nam meorum quoque studiorum dux & magistra extitit) non minus literarum & doctrinæ, quam urbium, quibus, præcellit, Metropolim.* Greg. Naz. orat. 20. Ipse etiam Josephus eam μεγίστην τῆς τε Ἰουδαίας πόλιν, *Maximam Judææ civitatem* vocat, Joseph. de bell. Jud. l. 3. κεφ. κα'. Tacitus autem suo tempore *Judææ caput* fuisse affirmat. *Haud dubiâ destinatione*, inquit, *discessere Murianus Antiochiam, Vespasianus Cæsaream: Illa Syriæ, hæc Judææ caput est.* Cornel. Tacit. hist. l. 2. Quomodo autem Metropolis evasit, Justinianus haud obscurè docet; cujus dignissima sunt verba hîc ascribi. *Venit autem*, inquit, *nobis in mentem & Metropolis Cæsarea, quæ in primâ Palæstinâ principatum tenet, quam præ cæteris majore etiam honore perfrui oportebat: propterea quòd & quondam proconsul ipsam tenuit, & præfectus talis magistratus fuit, licet postea ab ampliore dignitate ad minorem transierit. Nimirum cum una prius tota Palæstina esset, ea deinde in tres divisa partes, & neque proconsulatum retinente, sed ad magistratum hunc (ut appellant) ordinarium delata. Quanquam sanè & vetusta urbs sit, & semper ampli nominis fuerit, tam cùm Stratonem in formam urbis redegit, qui mutatis sedibus excedens Græciâ hujus conditor extitit: quam cum divæ memoriæ Vespasianus, celebratissimus ille Imperator, qui piæ memoriæ Titi pater fuit, quod illi ad summam gloriam vel solum potuit sufficere, ipsorum Cæsarum appellatione eam nominavit, cum antea Stratonis turris vocaretur: hoc illi honore impenso, eo quod in eâ post Judaicas victorias inter Imperatores adscriptus esset.* Justin. novel. 103. in præf. Sanè communis est constansque veterum historicorum traditio, non Vespasianum, sed Herodem hanc civitatem *Cæsaream* primum nominasse, ut fusiùs mox ostendemus. Sed Vespasianus eo postea Coloniam deduxit, unde in pandectis, *Divus Vespasianus Cæsarienses colonos fecit.* L. ult. *sect.* 7. F. *de censibus*: & idcirco tunc temporis, post Hierosolyma nimirum diruta, eam in Metropolis honorem evexit. Antea enim non Cæsarea, sed Hierosolyma totius Judææ Metropolis erat, nam μεγάλη πόλις καὶ ἅπασης Ἰουδαίων ἔθνους μητρόπολις dicitur, Joseph. de bello Jud. l. 7. κεφ. λβ'. & à Philone Judæo, Μητρόπολις ἡ μὲν χώρας Ἰουδαίας, ἀλλὰ καὶ ἧς πολίων. Phil. de legat. ad Caium. Cùm autem hæc pristina Judææ Metropolis funditùs eversa fuisset, vel saltem excidio devota, nova crearetur necesse erat. Verum Cæsarea μετὰ τὴν Ἰουδαίας πόλις erat, ut Josephus loco ante citato tradidit, ac proinde aptissima pariter ac dignissima, quæ Hierosolymæ Metropolis honore succederet. Cùm Vespasianus itaque, ut è Justiniani verbis supra laudatis constat, in ea post Judaicas victorias inter Imperatores adscriptus esset, eam non Cæsaris appellatione, quam ante habuit, sed potiùs Metropolis nomine honorasse videtur; quod ex eo etiam magis elucescit, quòd Vespasiani ipsius temporibus *Caput Judææ* à Tacito nuncupetur, loco supra laudato.

Στράτωνος ἐκάλεῖτο. Stratonem hanc urbem primum extruxisse, vel saltem *in formam urbis* redegisse, testis est Justinianus novel. 103. Hinc non simpliciter Stratonis, uti Zonaras hîc asserit; sed Στράτωνος πύργος *Stratonis turris* cognominata est. Quod quidem istius nomen usque ad Herodem solùm obtinuit; unde Strabo nullo alio eam nomine appellat: dicens, μετὰ τὴν Ἄκκων Στράτωνος πύργος, σφόδρα μικρὸν ὄντα. Strab. Geogr. l. 16. Sic Josephus usque ad Herodis ætatem eam perpetuò Στράτωνος πύργον vocat. Cùm autem Herodes eam ampliorem feciisset, & contra vim maris præmuniviisset, in Cæsaris Augusti honorem eam *Cæsaream* cognominavit: ut veteres historici unanimes tradiderunt. Plinius, *Inde Apollonia, Stratonis turris, eadem Cæsarea, ab Herode Rege condita.* Plin. nat. hist. l. 5. c. 13. Ammianus Marcellinus, *Cæsaream, quam in honorem Octaviani principis exedificavit Herodes.* Ammian. Marcel. l. 14. Eusebius, Ἡρώδης Καισάρειαν εἰς ὄνομα κράτος Αὐγούστου ἔκτισεν, Στράτωνος πύργου τὸ πρὶν καλούμενον. Euseb. Chron. ad An. MMIV. Josephus, κατιδὼν ἡ πρὸς τῇ θαλάττῃ χωρίον ἐπιτηδείως ἔχοντα πόλιν, ἣ πάλαι Στράτωνος ἐκαλεῖτο πύργος, τῇ τε διαφορᾷ μεγαλοψύχως ἐπιβάλλεται, καὶ τῆς οἰκοδομίας ἀνίησι λαμπρὸν, ὅ περ ἦν, ἀλλ' ἐκ λευκῆς πέτρας, καὶ διακόσμων βασιλείοις τε πλουσιοπρεπέσι, καὶ οἰκήσεσι πολυτελῶς, "Ergo cùm animadvertisset Herodes in maritimis locum condendæ urbi opportunissimum, cui pridem Stratonis turris nomen fuerat, & formam ejus magnificè descripsit, & ædificiis marmoreis totam exornavit accuratissimè, tam Regiis palatiis, quàm privatorum civium ædibus. Et nonnullis interjectis, Κεῖται μέσῳ κόλπου τινὸς ἐφ' ἑπτὰ νεὼς κώπαις ἀπὸ τοῦ εἰσπλόου, ἔχων ἀγάλματα, τὸ μὲν Ῥώμης, τὸ δὲ Καίσαρος, ὅπερ πόλις αὐτὴ Καισάρεια κέκληται. "Et in medio est tumulus, in quo templum Cæsaris à longè conspicuum adnavigantibus, & in eo statuæ, una Romæ, altera Cæsaris, unde & ipsa urbs Cæsarea appellatur. Joseph. antiq. Jud. l. 15 c. 13. & de bell. Jud. l. 1. cap. 16. Abulpharagius, وفي ايامه جدد هيرودس مدينة نابلس وعظم قصر اسطراطون وسماها قيصرية *Et eo* [Cæsare Augusto] "imperante, Herodes urbem Neapolim extruxit, & Stratonis arcem auctam Cæsaream appellavit. Abulph. dynast. 7. Hieronymus, "Et vice versâ Stratonis turrim ab Herode Rege Judææ in honorem Cæsaris Augusti Cæsaream "nuncupatam. Hieron. ad Eustoch. Et alibi, "Imitatus Herodem patrem, qui in honorem Anguſti Cæsaris appellavit Cæsaream, quæ prius Turris Stratonis vocabatur. Id. in Matth. c. 16. Idem, seu quis alius, qui loca Actorum Apostolorum explicuit, "Cæsareæ civitates duæ sunt "in terrâ promissionis, una Cæsarea Palæstinæ, in littore magni maris sita est: quæ quondam Pyrgos, id est, "Turris Stratonis dicta est: sed ab Herode Rege Judææ, "nobiliùs, & pulchriùs, & contra vim maris multo utiliùs, instructa, in honorem Cæsaris Augusti Cæsarea cognominata est. Cui etiam templum in eâ marmore albo "construxit; in quâ Nepos ejus Herodes ab Angelo percussus; Cornelius Centurio baptizatus; & Agabus propheta Zonâ Pauli legatus est. Porro Plinius hanc urbem etiam Apolloniam, & suâ ætate Coloniam primam Flaviam dictam asserit, *Nunc*, inquit, *colonia prima Flavia à Vespasiano Imperatore deducta.* Plin. nat. hist. l. 5. c. 13. Benjamin eam olim Gad. Philistim, & suâ ætate Schizeriam vocatam tradit, dicens, ומשם ששה פרסאות לשיזריא היא גר אשר לפלשתים ושם כמו עשרה יהודים ומאתים כותיים הם היהודי השומרונים הנקראי שמרטניש והיא עיר יפה וטובה טאר על הים מבנין קיסר אינפרדור המלך

המלך יקרא שמרה קיסריה *Inde ſex paraſangis abeſt Schizeria, dicta quondam Gad Philiſtim, ubi decem circiter Judei, & Cuthæi ducenti. Hi ſunt Judæi Schomronita, qui vulgò Samaritani audiunt. Urbs ipſa pulcherrima eſt, atque elegantiſſima, ad mare ſita, ſtructurâ Cæſaris Imperatoris & Regis, qui eam de ſuo nomine Cæſaream vocavit.* Benjam. Itiner. p. 37. Balbea etiam & Beline, Theveto eſt, ut obſervant Ortelius in theſ. Geogr. & Dionyſius Gothofredus in Pandect. l. ult. & Gothofr. loc. cit. ſect. 7. *de Cenſibus.* Poſtellus in ſuâ Syriâ, & Ortelius, Hieronymum eam Accaron etiam vocâſſe affirmant: ſed falsò. Nuſpiam enim hoc pater aſſeruit. Sed dicit tantummodo, *Quidam dicunt Accaron turrim Stratonis, poſtea Cæſaream nuncupatam*, Hieron. de loc. Hebraicis. Ipſe itaque hoc non dicit; ſed tantum alios dixiſſe aſſerit. Et ſic quidem Judæi dicunt, qui illa verba Zeph. 2. 4. עקרון תעקר *Ekron eradicabitur*, de Cæſareâ interpretantur, Talm. Bab. Megil. fol. 6. 1. Denique interpres Arabs vocem חצור *Hazor* per قيسرية *Cæſaream* interpretatur, Joſh. 11. 1. Hæc civitas Hieroſolymis diſtat ſtadiis 600. Joſephus, χωλον δε απ' αυτης προς σταγιων, Στρατωνος πυργος ειμαση. ἡ τουτο μεν δε εξακοσιων σταδιων εντος εστιν. Joſeph. de bell. Jud. l. 1. c. 3.

## In Can. VIII.

Περι των ονομαζοντων μεν εαυτους καθαρους. Scholiaſtes per hæc verba Novatianos indigitari conſentiunt: & rectè quidem. Ex omnibus enim hæreticis vel potius ſciſmaticis iſti ſoli ſe καθαρους *Mundos* nominarunt: nimirum idcirco, quia ſe omnibus tam corporis quam animæ ſceleribus puros jactitârunt. Et hos quidem ſe καθαρους cognominâſſe, ac proinde hoc canone intelligendos eſſe, omnes antiqui ſcriptores, Patreſque conſentiunt. D. Ambroſius, *Ut ſunt Doctores Novatianorum, qui ſe Mundos appellant.* Ambroſ. de Pœnitentiâ l. 1. c. 1. Hieronymus, *Non quòd cuſtodes ſint legis ejus, ſed quòd hoc eſſe ſe dicant, in ſimilitudinem ſciſmatis Novatianorum, qui & ipſi καθαρους, id eſt, Mundos ſe vocant, cùm ſint omnium immundiſſimi*, Hieron. in Hoſ. c. 13. Euſebius de Novato (à quo Novatiani dicuntur) *Hic, iδίας αιρέσεως, ὅθεν κ' λογισμῷ φυσιουν καθαρους εαυτους καταγνάντων, ἀρχηγὸς καθίσταται. Propriæ cujuſdam ſectæ eorum, qui tumore mentis elati ſeipſos καθαρους (mundos) cognominarunt, auctor extitit*, Euſeb. Hiſt. Eccleſ. l. 6. c. 43. Auguſtinus, *Cathari, qui ſeipſos iſto nomine, quaſi propter mundiciam ſuperbiſſimè atque odioſiſſimè nominant: ſecundas nuptias non admittunt, pœnitentiam denegant: Novatum ſectantes hæreticum, unde etiam Novatiani appellantur.* Auguſt. de hæreſ. ut alios mittam, Epiphanius ſuam contra Catharos diſſertationem ſic exorditur, Καθεξῆς δ' τούτων Καθαροί τινες λεγόμενοι ἐφύησαν, ἀπὸ Ναυάτου τινὸς ὡς πολὺς ἔδοξεν λόγος. *Proximi ab illis quidam exorti ſunt, Cathari dicti, à Novato quodam, ut fama percrebuit.* Epiphan. hær. 59. Ita quidem dicti ſunt, ſed à ſe, non ab aliis, niſi κατ' εἰρωνειαν; ut obſervat Balſamon in canonem: in quo ipſi etiam Patres Nicæni eos καθαρους non vocant, ſed tantùm τους ονομαζοντας μὲν ἑαυτους καθαρους. Cyprianus autem, cujus temporibus exorti ſunt, quique in eos ſæpiùs invehitur, nec ipſe eos uſpiam καθαρους *mundoſve* vocat, nec ita ſe vocatos ſcribit; ſed eos *nomina adulterata finxiſſe* tradit, Epiſt. 76. ad Magnum. Et hoc quidem inter iſtiuſmodi nomina merito recenſeatur. Vel forte non ipſe Novatus, ſed ſectatores ejus hoc ſibi nomen poſtea arrogarunt. Et hoc certe nobis veri propterea ſimilius videtur, quòd in teſtimoniis ſupra citatis, aliiſque quæ proferri poterant, Novatianos quidem, ſed non ipſum Novatum, ita ſe nominâſſe tradatur: quodque nec Dionyſius Alexandrinus, nec Cornelius Romanus, nec alii quivis, qui ipſius Novati ætate claruerunt, etiamſi contra eum ſcripſerint, de hoc nomine, ut ab eo ſibi vendicato, meminerint.

Καθολικῆ. Hæc verba in Joh. Antiocheni collectione deſiderantur. Neque etiam à Dionyſio Exiguo, nec à veteri interprete lecta ſunt: ambo enim vertunt, *ad Catholicam Eccleſiam.*

Χειροθετουμένους. Fateor equidem hæreticos reſipiſcentes, per manuum impoſitionem in Eccleſiam Catholicam antiquitùs receptos fuiſſe. Sed ſatis mirari nequeo, quare Chryſtophorus Juſtellus, aliique hunc canonem de iſtiuſmodi χειροθεσία interpretarentur. Patres enim non de quibuſvis, ſed de ſolis Clericis Novatianis, qui canonicam nimirum ordinationem ante acceperant, per totum hunc canonem agunt: ſtatuuntque ad Eccleſiam converſos in eodem Clericatûs gradu manere, quo inter Novatianos conſtituti fuerant: ut ex ipſis etiam canonis verbis, ritè perpenſis, eluceſcit. Hîc enim de Novatianis decernitur, ὡστε χειροθετουμένους αὐτοὺς, μένειν ὕπως ἐν τῷ κλήρῳ. Quo autem referatur illud ὕπως, niſi ad χειροθετουμένους? & quomodo illuc referatur, niſi χειροθεσία iſta præceſſiſſet? neque enim *ita* in clero manere poſſunt, niſi priùs in clero fuiſſent: neque prius in clero eſſe poterant, niſi χειροθετούμενοι eſſent, ac proinde hæc Novatianorum χειροθεσία ipſorum ad Catholicam Eccleſiam converſionem præcedat neceſſe eſt, non ſequatur: neque ea eſt, quâ in Eccleſiam à Catholicis, ſed quâ in Clerum à Novatianis admiſſi ſunt. Et ſic quidem Balſamon & Zonaras hunc canonem interpretantur. Nam neuter eorum de reconciliativâ iſtâ manuum impoſitione vel ſemel meminit. Balſamon autem è contra, ὡστε χειροθετουμένους αὐτοὺς, μένειν ὕπως ἐν τῷ κλήρῳ, rectè interpretatur, εἰ μὲν εἰσι κληρικοὶ, ἔξουσι πάντως τοὺς οἰκείους βαθμοὺς, *Si quidem ſint Clerici proprios gradus habebunt*: ſive, ut poſtea ſubjungit, ἐφ' ᾧ προεχειροτονήθησαν gradum *in quo prius ordinati fuerant.* Zonaras autem, ἡ εἰ κεχειροτονημένοι εἰσὶν, in præterito tempore. Sic etiam & ipſi Patres hæc ſua verba exponunt, dicentes, οἱ δεκαληθέντες ἐν τῷ αὐτῷ ῥήματι. E Latinis interpretibus Ruffinus hanc veram canonis mentem aſſecutus eſt, quippe qui ſic breviter explicat, *Et Catharos (qui apud nos Novatiani ſunt) ſi fortè pœnitentes ad Eccleſiam convertantur, confeſſos Eccleſiaſtica dogmata, Clericos in ordine quidem ſuo ſuſcipi debere.* Ruffin. Hiſt. Eccleſ. l. 1. cap. 6. ubi χειροθετουμένους diſertè interpretatur *Clericos*: ſed Dionyſius Exiguus hæc verba altero, fateor, ſenſu exponit, *Ut impoſitionem manûs accipientes, ſic in clero permaneant*; & vetus interpres, *ut per manus impoſitionem Sacerdotum maneant in clero.* Necnon Iſidorus Mercator, *ut ordinentur, & ſic maneant in clero.* Quâ verò ratione hi iſtum ſenſum ex his verbis elicere potuerunt, me prorſus fugit. Nullum enim hîc verbum ante χειροθετουμένους, vel de χειροτονία ipſorum vel χειροθεσία. Sed tamen *ita eos in clero manere* decernitur; quòd fieri non poteſt, niſi prius in clero conſtituti ſint; quæ ipſorum in clero conſtitutio per nullum aliud vocabulum præter χειροθετουμένους hîc exprimitur: quo itaque eorum χειροθεσίαν à Novatianis, non à Catholicis, collatam indigitari conſtat. Verum Joſephus Ægyptius canonem de repetendâ eorum ordinatione diſertè interpretatur, hæc in ſuam hujus canonis verſionem inſerens ومن كان من هولاء قسيس او شمس فليعطا الشرطونية ثانية *Et qui ex iis Presbyter fuit, aut Diaconus, ordinationem denuò recipiat.* Nihil autem hujuſmodi à Patribus hîc decernitur: ſed potius contrarium. Priſtinam enim eorum à Novatianis Epiſcopis collatam ordinationem confirmant potius, quam irritam faciunt. Eos enim denuo ordinari non præcipiunt, ſed ſtatuunt nihilominus, ut ad Eccleſiam converſi in eodem, quo prius conſtituti ſunt, gradu permaneant. Hoc autem ordinationem eorum canonicam fuiſſe & ſupponit, & confirmat. Nimirum Novatiani, non hæretici propriè ſic dicti, ſed ſciſmatici potius erant. Neque enim in fide errârunt, ut Balſamon & Zonaras rectè obſervant: atque ideo ordines ab iis ritè conferri poterant, quos propterea repeti non licuit. Nec hoc quidem Patribus in conſtituendo hoc canone vel ſemel in mentem venit. In toto enim canonis contextu, nec de χειροθεσία, nedum χειροτονία, iis à Catholicis conferendâ vel verbum habent: ſed, ut mentem eorum breviter explicem, conſtituunt tantum, ut ſi qui Novatiani, pœnitentiâ ſciſmatis ducti, ad Catholicam Eccleſiam revertantur, ſinguli eoſdem ordines apud Catholicos retineant, quos apud Novatianos ante acceperant: ut Epiſcopus adhuc Epiſcopus maneat, & Presbyter, Presbyter, & ſic deinceps; ita ut ubi nullus eſt Catholicus Epiſcopus, ſed ſolus Novatianus jam converſus, hîc iſtius loci ordinarius maneat Epiſcopus, ſin Catholicus ibidem conſtitutus fuerit Novatianus, ne duo ſimul eodem in loco Epiſcopi poteſtatem habeant, cum conſenſu Catholici, nudo Epiſcopi nomine fruatur, vel Chorepiſcopus conſtituatur, vel ſaltem inter Presbyteros locum teneat, ne ordinatio ejus irrita reddi videatur. Et cùm hic ſit ſcopus, hæc mens ſanctorum Patrum in hoc canone ſanciendo, egregiè hallucinantur, qui eum vel de Novatia-



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

nis manuum impositione recipiendis, vel de repetendâ eorum ordinatione interpretantur.

τῶτ' ἔστι τὴ δηγάμοις κοινωνεῖν. In hiſce duobus capitibus Novatiani à Catholicâ Eccleſiâ diſſederunt, nimirum quòd nec cum Digamis, nec cum iis qui in perſecutione lapſi ſunt, communicare voluerunt; addo ut pœnitentiam iis indulgendam negârint. Auguſtinus, *Cathari, qui ſeipſos iſto nomine, quaſi propter munditiam, ſuperbiſſimè, atque odioſiſſimè nominant, ſecundas nuptias non admittunt, pœnitentiam denegant.* Aug. de hæreſ. Hieronymus, *Montanus & qui Novati ſciſma ſectantur, nomen ſibi munditiæ præſumpſere, putantque ſecunda matrimonia ab Eccleſiæ communione prohibenda.* Hieron. in epiſtola ad Titum cap. 1. Et alibi, *Si autem poſt pœnitentiam tantam ubertatem Deus rerum omnium pollicetur, Quid reſpondebit Novatus, negans pœnitentiam, & reformari poſſe peccatores in priſtinum ſtatum, ſi digna fecerint opera pœnitentiæ?* Id. in Joel. cap. 2. Epiphanius de Novato ait, ἀπὸ δὲ τ προφάσεως τ ἐν τῷ διωγμῷ ἀθετηθέντων ἐπέρματι ἀρξάμενος, ἅμα τοῖς ἐπιγαμβροις αὐτῷ μὴ θελήσας κοινωνῆσαι τοῖς μετανοοῦσιν ἀπὸ τ διωγμοῦ, εἰς αἵρεσιν ταύτην τέτραφθαι, λέγων μὴ δεῖ συνήθειαν, ἀλλὰ μίαν μετάνοιαν, μ δὲ τὸ λουτρὸν μηδὲν δύνασθαι ἐλλείπειν παραπλησίως τοῖς. *Quamobrem propter eos, qui in iſtâ perſecutione lapſi ſunt, cùm arrogantiâ inflatus, unà cum ſuis eos in communionem nollet admittere, qui poſt perſecutionem pœnitentiam ſuſceperant, ad eam ſe convertit hereſim, ut nullam eſſe ſpem ſalutis aſſereret, atque unam duntaxat eſſe pœnitentiam. Qui autem poſt Baptiſmum delinqueret, nullam erga eum miſericordiam adhiberi poſſe.* Et poſtea de Novatianis, ὅτι δὲ ἃ βούλονται δηγάμοις ἐπικοινωνεῖν, *Iſti cum digamis communicare nolunt.* Epiph. hær. 59. Hîc obſervare licet, hoc ultimum de Novatianis quidem dici, non item de ipſo ſectæ autore Novato. Unde ſuſpicor non ipſum Novatum, ſed ejus duntaxat ſectatores ſecundas nuptias condemnâſſe. Quæ noſtra conjectura exinde etiam egregiè confirmatur, quòd nec ipſe Cyprianus hoc Novato objicit: & quod nonnulli etiam Novatiani aliter ſenſerunt; ut teſtatur Socrates, dicens, οἱ Νοβατιανοὶ, οἱ περὶ Φρυγίαν, δηγάμους μ δέχονται· οἱ δὲ ἐν τῇ Κωνσταντίνου πόλει, ὅτι φανερῶς ἐκβάλλουσι· ἐν δὲ ταῖς ἐπισκοπαῖς μέρεσι φανερῶς δέχονται· αὐτοὶ γὰρ, ὡς ἤρξαντο, τ πταίσης διαφωνίας οἱ κατ' ἐμὲ τῆδε ἐκκλησιῶν προεστῶτες, *Novatiani, qui Phrygiam incolunt, Bigamos non admittunt: qui vero Conſtantinopoli degunt, nec admittunt apertè, nec apertè rejiciunt: Verùm in Occidentis partibus apertè admittunt: hujus porro diſcrepantiæ, ut opinor, auctores fuerunt Epiſcopi, qui Eccleſiis, ſuo quiſque tempore præfuerunt.* Socrat. Hiſt. Eccleſ. l. 5. c. 22. Nimirum à Novato nomen ſortiti ſunt Novatiani: ac proinde etiamſi nonnulli eorum pravâ hac opinione non imbuti ſunt, eo tamen nomine appellantur, propterea quòd Novatum ſectæ autorem in hoc ſaltem ſequantur, Novatianum propriè conſtituente, nimirum quod lapſis, omnibusque indiſcriminatim poſt Baptiſmum delinquentibus, Eccleſiæ communionem negent: Eccleſiæ, inquam, communionem negent; neque enim Novatiani eâ, quæ iis vulgò adſcribitur, opinione fuerunt, ut iſtis, qui lapſi ſunt, aut graviora delicta admiſerunt, nullam ſalutis à Domino conſequendæ ſpem ſupereſſe exiſtimarent. Namque ipſi eos ad pœnitentiam agendam ſæpiùs hortari ſoliti fuerunt, & admonere, ut ſe colligerent, & divinam indulgentiam ſupplices implorarent. Sed hoc tantum iis perſuaſum erat, & prædicatum, in Eccleſiæ poteſtate non ſitum eſſe, ut quosvis poſt Baptiſmum (quod unicum pœnitentiæ genus ſtatuerunt) delinquentes ad fidelium communionem admitteret. Hoc è Socrate (qui & ipſe de improbâ Novatianorum opinione, nec immeritò, ſuſpectus eſt) abundè conſtat; apud quem Aſclepiades Novatianorum Epiſcopus cum Attico Catholico diſputans, ἐκτὸς, ἔφη, τῆ ἐπιθύμει, καὶ ἄλλαι πολλαὶ κατὰ τὰς γραφὰς εἰσὶν ἁμαρτίαι πρὸς θάνατον, δι' ἃς ὑμεῖς μὲν (φησὶ) τοὺς κληρικοὺς, ἡμεῖς δὲ καὶ τοὺς λαϊκοὺς ἀποκλείομεν, Θεῷ μόνῳ τὴν συγχώρησιν αὐτῶν ἐπιτρέποντες, *Præter idolorum, inquit, ſacrificium, ſunt & alia multa peccata ad mortem, ut loquuntur ſcripturæ, propter quæ vos quidem Clericos, nos verò etiam Laicos communione excludimus, ſoli Deo poteſtatem illis condonandi relinquentes.* Socrat. Hiſt. Eccleſ. l. 7. cap. 25. Etiamſi itaque ipſi eos Eccleſiæ communione excluderent, & ab aliis excludendos eſſe judicarent; Deum tamen iis, ſi reſipiſcerent, peccatorum impunitatem daturum non negabant: ac propterea eos ad pœnitentiam ſæpe exhortabantur, ut ex D. Ambroſio diſcimus, dicente, *Quid autem durius, quam ut indicant pœnitentiam* (Novatiani) *quam non relaxent, cum utique veniam negando, incentivum auferant pœnitentiæ? Nemo enim poteſt bene agere pœnitentiam, niſi qui ſperaverit indulgentiam.* Ambroſ. de pœnit. l. 1. cap. 1. Ergo pœnitentiam indicere ſoliti ſunt, etiamſi ipſi eam non admitterent, ſed Dei judicio relinquerent, *Nam aiunt, ſe*, ut cum eodem patre loquar, *Domino deferre reverentiam, cui ſoli remittendorum criminum poteſtatem reſervent.* ibid. cap. 2. Non itaque Deo, ſed Eccleſiæ peccata remittendi, & peccatores reconciliandi poteſtatem denegârunt; ac propterea à Catholicâ Eccleſiâ jure proſcripti ſunt, & damnati; quòd clavium, ut vocant, poteſtatem Sacerdotibus detraherent. Et hinc eſt, quòd hoc canone cautum ſit, ut qui inter Novatianos in clero conſtituti ſunt, priusquam ad priſtinum gradum reſtituantur, ſcriptis profiteantur τὴ δηγάμοις κοινωνεῖν καὶ τοῖς ἐν τῷ διωγμῷ ἀθετηθεῖσιν.

Ἐφ' οἷς καὶ χρὴ πίστευε. Hæc verba de lapſis intelligenda ſunt, ut rectè obſervat Balſamon; quibus itaque præcipitur, ut Novatiani profiteantur ſe cum iſtis communicaturos, cùm ſtatuta criminibus expiandis pœnitentiæ tempora expleverint, vel, ut ea Zonaras explicat, κατὰ τοὺς χρόνους διορισθέντας τῇ μετανοίᾳ τῇ ἀθετηθεῖσιν. Nec enim ante elapſa iſta pœnitentiæ eorum præſcripta tempora ab ipſis Catholicis in communionem recepti ſunt. Quænam fuit hæc tempora à lapſis in pœnitentiâ tranſigenda, ab ipſis his Nicænis Patribus conſtituta, ac proinde in hoc canone intelligenda, ex can. XI. & XII. conſtat. Quod autem Balſamon hæc verba de Digamis etiam dicta aſſeverat, à Patrum mente abhorrere videtur: utpote qui digamiam nuſpiam condemnant, nedum eâ implicitis pœnitentiæ tempora præfiniunt.

Τῆς τιμῆς τῆ ὀνόματ☉. In annotationibus ad præcedentem canonem obſervatum eſt à nobis, atque exemplis adſtructum, nonnullis antiquitùs Epiſcopis nomen Metropolitani ac honorem ſine jure atque poteſtate ab œcumenicis etiam Conciliis indultum eſſe. Simili quidem ratione Patres Nicæni hoc canone Novatianis Epiſcopis ad Eccleſiam Catholicam reverſis honorem ac nomen Epiſcopi, vel ut ipſi loquuntur, τὴν τιμὴν τῆ ὀνόματ☉ *honorem nominis* concedunt, etiam ubi Catholicus Epiſcopus conſtitutus eſt, modo hoc ipſi placuerit. Sic etiam in Epiſtolâ Synodicâ iidem hi Patres ſe Meletio ſciſmatico, dempta poteſtate, nudum Epiſcopi nomen & honorem reliquiſſe teſtantur, dicentes ſe conſtituiſſe μένειν ἐν τῇ πόλει ἑαυτῶν, καὶ μηδεμίαν ἐξουσίαν ἔχειν αὐτὸν, μήτε χειροτονεῖν, μήτε προχειρίζεσθαι, μήτε ἐν χώρᾳ, μήτε ἐν πόλει ἑτέρᾳ φαίνεσθαι, ταύτης τ προφάσεως ἕνεκα· φιλὸν δὲ τὸ ὄνομα τ τιμῆς κεκτῆσθαι, *Ut is in civitate ſuâ maneat, nec ullam habeat aut manus impovendi aut eligendi poteſtatem, nec hujus rei cauſâ aut in vîco aut in urbe ullâ compareat, ſed nudum honoris ſui nomen retineat.* Socrat. Hiſt. Eccleſ. l. 1. c. 9. Idem etiam à Sozomeno traditur, dicente, Ἐξεπεδήτων δὲ καὶ περὶ τ Μελίτιον ἀνὰ τὴν Αἴγυπτον συμβάντων, κατέλιπεν αὐτὸν ἡ σύνοδος ἐν τῇ Λυκῷ διατρίβειν, φιλὸν ὄνομα ὅπερ εἶχε, τῆ δὲ λοιπῆ μήτε ἐν πόλει μήτε ἐν κώμῃ χειροτονεῖν, *Porro eadem Synodus* [Nicæna] *cum ea, quæ per Melitium in Ægypto acciderant, examinâſſet, contra illum ſententiam tulit, ut in urbe Lyco degeret, ſolo Epiſcopi nomine contentus: nec deinceps ſive in urbe ſive in vico ordinationem ullam faceret.* Sozom. Hiſt. Eccleſ. l. 1. c. 24. Idem etiam Patres Epheſini in Epiſtolâ Synodicâ ad Synodum in Pamphiliâ, Euſtathio illud poſtulanti, indulſerunt, dicentes, ἐδικαιώσαμεν καὶ ἠξιώσαμεν δίκαιον εἶναι ἀπολογίας ἔχειν αὐτὸν τό τε τ ἐπισκοπῆς ὄνομα, καὶ τὴν τιμὴν, καὶ κοινωνίαν, ὅπου μέντοι ὥστε μὴ χειροτονεῖν αὐτὸν, μήτε μὴν ἐκκλησίαν κατακλύσαντα ἱερουργεῖν ἐξ ἰδίας αὐθεντίας, *Æquum cenſuimus, & ſtatuimus ſine omni contradictione, ut Epiſcopatûs nomen habeat, & honorem, & communionem, ita tamen, ut neque ipſe ordinet, neque Eccleſiam occupans propriâ autoritate ſacra obeat*: Extat hæc Epiſtola in hoc opere, ad calcem canonum Concilii Epheſini, unà cum Balſamonis, Zonaræ, atque Ariſteni in eam ſcholiis, quæ conſulas.

Ἵνα μὴ ἐν τῇ πόλει δύο ἐπίσκοποι ὦσιν. Ut Eccleſia Chriſtiana ab ipſâ origine Epiſcopis ſuis gaviſa eſt, ſic & nihilo unquam magis ſolicita fuit, quam ut eodem in loco, eodemque tempore unus ſolus Epiſcopus clero plebique præficeretur. Hinc cum Cornelius Epiſcopus Romanus canonicè creatus fuiſſet, & Novatianus poſtea eundem in Epiſcopatum à ſectatoribus ſuis electus eſt, D. Cyprianus in hanc Novatiani irregularem ordinationem acerrimè invehitur, eamque ſæpiſſimè condemnat, aſſeveratque "E-"piſcopo ſemel facto & collegarum ac plebis teſtimonio & "judicio comprobato, alium conſtitui non poſſe. Cypr. Epiſt. 41. ad Cornel. Et alibi dicit, "Gravat enim me "atque contriſtat, & inſolerabilis perculſi ac pene proſtra-"ti pectoris mœſtitia perſtringit, cum vos illic comperiſſem

"contra

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

" contra Ecclesiasticam dispositionem, contra Evangelicam " legem, contra institutionis Catholicæ unitatem, alium " Episcopum fieri consensisse, id est, quod nec fas est, nec " licet fieri, Ecclesiam alteram institui, Christi membra dis- " cerpi, Dominici gregis animum & corpus unum discissâ " æmulatione lacerari. Id. Epist. 44. ad Maxim. & Nicost. Et alibi, " Quisquis jam Episcopus fieri voluerit, foris " fiat necesse est, nec habeat Ecclesiasticam ordinationem, " qui Ecclesiæ non tenet unitatem, quisquis ille fuerit; " multum de se licet jactans, & sibi plurimum vendi- " cans, profanus est, alienus est, foris est. Et cum post pri- " mum secundus esse non possit, quisquis post unum, qui " solus esse debeat, factus est, non jam secundus ille, sed " nullus est. Id. Epist. 52. ad Autonian. de Cornel. & No- vatian. Quinetiam Cornelius eadem ad Cyprianum scripsit, " Nec enim, inquit, ignoramus unum Deum esse, unum " Christum esse Dominum, quem confessi sumus, unum Spi- " ritum sanctum, unum Episcopum in Catholicâ Ecclesiâ " esse debere. Cornel. Epist. ad Cyprian. Et in Epistolâ ad Fabium, ὁ ἐκδικητὴς ἐν τῇ ἐναγγελίῳ ἐκ ἠπίστατο ἕνα ἐπίσκοπον δεῖν εἶ ἐν καθολικῇ ἐκκλησίᾳ· ἐν ᾗ ἐκ ἠγνόει, πῶς γὰρ; πρεσβυτέρους εἶ πεντηκοντα ἓξ. " Ergo ille Evangelii vindex igno- " rabat unum Episcopum esse oportere in Catholicâ Eccle- " siâ, in quâ tamen sinebat (quomodo enim illud nescire " potuit?) quadraginta sex Presbyteros esse, &c. Cornel. E- pist. ad Fab. apud Euseb. Hist. Eccles. l. 6. cap. 43. Et sic etiam cùm Constantius Felicem Liberio ab exilio reduci, in Episcopatu Romano conjungeret, idque per literas suas significâsset, Imperatoris literis irrisioni habitis, omnes e- tiam populi hoc satis edocti exclamabant, εἷς Θεὸς, εἷς Χρι- στὸς, εἷς ἐπίσκοπος. Theodoret. Hist. Eccles. l. 2. c. 17. Sed nihilo secius ambo hi Episcopi Romanam sedem aliquandiu simul gubernabant. Verùm modico post tempore Felix diem obiit: de cujus obitu Sozomenus hæc observat, ταύτῃ δὴ τῇ Θεοῦ διοικήσαντος, ὥστε τὸ Πέτρου θρόνον μὴ ἀδόξων, ὑπὸ δύο ἡγεμόσιν ἐθνικοῖς φέρεσθαι, ὃ διχοστασίας σύμβολόν ἐστι, καὶ ἐκκλησιαστικοῦ ἤθους ἀλλότριον, " Quod quidem divina providentia ista dispensa- " vit, ne sedes Petri dehonestaretur, à duobus præsulibus " simul gubernata; quod discordiæ signum est, & Ecclesia- " sticis legibus alienum. Sozom. Hist. Eccles. l. 4. c. 15. Idem docuit etiam Pacianus Episcopus Barcinonensis, dicens, " Nec jus nec fas sacerdotii singularis patitur, ut uno eo- " demque tempore duo sint ejusdem Ecclesiæ Episcopi. Pacian. Epist. ad Sympronian. Epiphanius, ἐ γάρ ποτε ἡ Ἀλεξάνδρεια δύο ἐπισκόπους ἔσχεν, ὡς αἱ ἄλλαι πόλεις. Epiph. hær. 68. Ado Viennensis, " Canonica autoritas est, in una ci- " vitate duos Episcopos non esse. Ad Vien. Chron. an. 810. Johannes VIII. Episcopus Romanus, " Præcipua sancto- " rum Patrum autoritas jubet, duos simul in unâ civitate " non debere esse Episcopos. Joh. Epist. 243. ad Carol. Reg. Et quidem, ne longiùs abeamus, istud hoc ipso præ- senti canone apertè satis prohibetur: ad quem igitur In- nocentius Episcopus Romanus in Epistolâ ad Constantino- politanos respexisse videtur, ubi ait, οὐδὲ γὰρ πώποτε ὑφ' ὑμῶν ἢ πατέρων ἢ ἡμετέρων τοιαῦτα πεπλημμέλησται ἐγνώσθη, ἀλλὰ μᾶλλον κεκωλύσθαι, τῷ μηδενὶ ἐν τόπῳ ζῶντος χειροτονεῖν ἄλλον ἀντὶ δόξαι ἐξουσίαν, " Neque enim talia unquam a Patribus nostris " gesta comperimus, sed potius prohibita, cum nemini " licentia data sit in locum viventis alium ordinandi. apud Sozom. Hist. Eccles. lib. 8. c. 26. Sic etiam D. Augusti- nus se excusat, quòd insçius hujus à Concilio Nicæno edi- ti canonis ipse, Valerio Episcopo Hipponensi antecessore suo adhuc vivente, ordinatus fuit, " Adhuc, inquit, in " corpore posito beatæ memoriæ patre & Coepiscopo meo " Sene Valerio, Episcopus ordinatus sum, & sedi cum illo; " quod Concilio Nicæno prohibitum fuisse nesciebam: nec " ipse sciebat. Augustin. Epist. 110. Hic autem canon non ita intelligendus est, ac si uno verè Episcopo in aliquâ urbe existente, alius ibidem non nominetur Episcopus; hoc enim canon permittit: sed prohibet tantum duos eodem in loco Episcopalem simul potestatem exercere; ut Josephus Ægy- ptius hæc ultima canonis verba rectâ paraphrasi explicat,

لیلا یظن بنا انا امرنا بان یکون اسقفین
علي کورة واحدة او کنیسة اوحدة او شعب
واحد لکل منهم حکم *Ne opinio de no-*

*bis concipiatur, quòd præcepimus, ut duo essent super unam ci- vitatem, aut unam Ecclesiam, aut unum populum Episcopi, quo- rum uterque potestatem habeat.* Etiamsi enim Patres hic per- mittunt duos eodem in loco Episcopos habitare, uni ta- men eorum omnem Episcopalem autoritatem detrahunt; qui propterea nomine quidem, sed non reipsâ Episcopus ha- beatur.

Ὁ Νοβάτου ἐκεῖνος πρεσβύτερος ἦν τῆς Ῥωμαίων. Non quidem diffiteor, quin Eusebius, à Balsamone hîc citatus, Novatum Ecclesiæ Romanæ Presbyterum fuisse scribat, Ἐπειδὴ γὰρ τῇ τῶν τούτων ἀρχῇ εἰς ὑπηρεσίαν Νοβάτου τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας πρεσ- βύτερος. Euseb. Hist. Eccles. l. 6. c. 43. Sic etiam Epipha- nius, οὗτος ὁ Νοβάτος ἦν τῆς Ῥώμης ὑπῆρχεν. Epiph. hær. 59. Socrates, Νοβάτου πρεσβύτερος ὢν τῆς ἐν Ῥώμῃ ἐκκλησίας διεχρίσθη. Socrat. Hist. Eccles. l. 4. c. 28. quibus jungantur etiam Theodoretus, Gregorius Nazianzenus, Zonaras in hunc canonem, aliique complures, Græci præsertim, qui unà cùm Balsamone nostro supradicti Eusebii verbis decep- ti, Novatum Romanæ Ecclesiæ Presbyterum, eumque so- lum Novatianorum sectæ autorem, fuisse tradiderunt. Ve- rum ex ipso etiam Cypriano, cujus diebus orta est, liquet duos fuisse hujus sectæ architectos, Novatum, & Nova- tianum: è quibus hic quidem Romanæ, iste autem Afri- canæ Ecclesiæ Presbyter fuit: de quo Cyprianus ait, *Idem est Novatus, qui apud nos* (Carthagine) *primum discordiæ & scismatis incendium seminavit.* Cyprian. Epist. 49. ad Cor- nel. Novatianum autem Romanæ Ecclesiæ Presbyterum fuis- se exinde constat, quòd istæ Epistolæ à Romano clero ad Cyprianum missæ subscripsit, Cyprian. Epist. 52. ad Au- tonian. Et idem quoque doctissimus Pater Cyprianus, utri- que horum initia hujus sectæ adscribit, " Et cum diligen- " tiâ, inquit, & cum dilectione fecisti, frater charissime, " festinato ad nos mittendo Nicephorum Acoluthum, qui " nobis & de confessoribus regressis, gloriosam lætitiam " nunciaret, & adversus Novatiani, & Novati novas & " pernicioşas ad impugnandam Christi Ecclesiam machinas " plenissimè instrueret. Cyprian. Epist. 49. ad Cornel. Et alibi, " Et religiosum vobis & necessarium existimavi, fra- " ter charissime, ad confessores, qui illic sunt, & Novatia- " ni, & Novati obstinatione & pravitate seducti, de Ecclesiâ " recesserunt, literas breves facere. Id. Epist. 43. ad Cornel. Nimirum Novatus opiniones suas in Africâ primus seminavit: deinde Romam navigans, ibi Novatianum sedi Romanæ jam vacanti inhiantem comperit: hunc itaque ad partes suas tra- xit, & ambo simul sectam ab ipsis denominatam propagare moliti sunt. Hinc ipse etiam Eusebius in Chronico ad Ο- ΛΥΜΠ. ΣΝΖ. Novatum Cypriani Presbyterum agnos- cit, dicens, Νοβᾶτος αἱρεσιάρχης πρεσβύτερος Κυπριανοῦ ἐγνω- ρίζετο· ὃς τοὺς ἐπιδόντας ἐν διωγμῷ μετανοοῦντας οὐ δέχετο. Hieronymus autem ibidem hæc notat, *Novatus Presbyter Cypriani Romam veniens, Novatianum, & cæteros confessores sibi sociat, eo quod Cornelius pœnitentes apostatas recepisset.* Et apertiùs adhuc in catalogo, ait, *Novatianus Romanæ urbis Presbyter, adversus Cornelium cathedram Sacerdotalem conatus invadere, Novatianorum, quod Græcè dicitur κατὰ μέρος, dogma constituit, nolens apostatas suscipere pœnitentes. Hujus autor Novatus Cypriani Presbyter fuit.* Hieron. in catal. script. Eccles. Eusebio autem hæc duo nomina eundem virum indigitare visæ sunt. Hoc ex eo colligimus, quòd ubi dixisset Dio- nysium Alexandrinum in Epistolâ suâ ad Dionysium Ro- manum de *Novato* loqui, in ipsâ Epistolâ, quam mox sub- jungit, eum *Novatianum* vocat: dicit enim, χαίρει δὲ αὐτῷ μαθ' ἕτερα ὧν ἔχει ἡ Νοβατιανοῦ μεμανθάνων ἐν τύποις. Et verba quæ, nihilo interjecto, ex eadem Epistolâ citat, sic incipiunt, Νοβατιανῷ μὲν γὰρ εὐλόγως ἀπεχθανόμεθα. Euseb. Hist. Eccl. l. 7. c. 7. 8. Hinc enim liquet eum, nominum similitudine deceptum, Novatianum eundem ac Novatum existimâsse: usque adeò ut ubi res etiam, quæ ad Novatianum solum propriè pertinent, describit, eum perpetuò *Novatum* vo- cat, præterquam in unico isto loco antea laudato; nisi for- te dicamus Ναυάτου, vel Ναβάτου, vel Νυάτου vel Νουάτου (sic enim multipliciter hæc vox Latina à Græcis scribitur) hoc est, *Novatum* pro *Novatiano* hodiè mendosè scribi. Et hoc quidem nobis verisimilus videtur, quam ipsum Eusebium ea nomina confudisse: præsertim cùm pro comperto ha- beamus, D. Hieronymum alicubi *Novatianum* legisse, ubi hodie *Novatus* scribitur. Ubi enim Eusebius asserit Diony- sium Alexandrinum, Epistolam ad Novatum misisse, sic in- scriptam, Διονύσιος Νουάτῳ τῷ ἀδελφῷ χαίρειν. Hist. Eccles. l. 6. c. 45. Hieronymus, qui omnes Ecclesiasticos scripto- res ex Ecclesiasticâ Eusebii Historiâ in catalogum suum col- legit, ait hanc Dionysii Alexandrini Epistolam ad Nova- tianum directam fuisse, ejusque exordium sive titulum esse



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

*Dionyſius Novatiano fratri ſalutem.* Hieron. in catal. Quomodo etiam Freculphus Lexovienſis in Chronico dictam Epiſtolam inſcriptam fuiſſe tradidit. Et ubi Euſebius Cornelium Romanum Epiſtolam de *Novato* ſcripſiſſe refert, ut in vulgatis codicibus legitur, Hiſt. Eccleſ. l. 6. c. 43. Hieronymus in catalogo eandem de *Novatiano* ſcriptam affirmat: unde pluſquam veriſimile cuipiam videatur, D. Hieronymum *Novatianum* in pleriſque Euſebii locis legiſſe, in quibus hodie *Novatus* legitur. Adhæc Novatianum pariter ac Novatum hujus ſectæ autorem fuiſſe D. Ambroſius docet; qui contra Novatianos diſputans, ait, *Non hoc quidem author veſtri erroris Novatianus ait, qui nemini pœnitentiam dandam putavit.* Ambroſ. de pœnit. l. 1. c. 2. Iſte autem Novatianus Stoicis ſe ſtudiis & Philoſophiæ addixit; quo factum eſt, ut ſectatores ſuos Stoicum illud dogma *omnia vitia æqualia eſſe*, docuerit: unde D. Ambroſius de iis loquens, ait, " At cum omnia peccata Stoicorum quodam more pa-
" ribus putent æſtimanda menſuris, & æque eum qui gal-
" lum (ut aiunt) gallinaceum, atque illum qui patrem ſuffo-
" caverit, in perpetuum aſſerant cœleſtibus abdicandum my-
" ſteriis; quomodo unius criminis abjiciunt reos, cum indi-
" gniſſimum eſſe non poſſint etiam ipſi negare; ut paucorum
" pœna veniat ad multos. ibid. cap. 1. Enimvero hæc peculiaris eſt Stoicorum opinio, ab omnibus aliis Philoſophis æque ac Chriſtianis exploſa: unde illud D. Auguſtini, *Hoc autem de paritate peccatorum ſoli Stoici auſi ſunt diſputare, contra omnem ſenſum generis humani.* Aug. Epiſt. 29. ad Hieron. Hanc eorum ſententiam Marcus Antoninus, ſummi inter Stoicos nominis, indigitat, ubi ait, Φιλοσόφως ὁ Θεόφραστος ἐν τῇ συγκρίσει περὶ ἁμαρτημάτων, ὡς ἂν τις κοινότερον τὰ τοιαῦτα συγκρίνοι, φησὶ, *Philoſophicè Theophraſtus in peccatis inter ſe conferendis, prout vulgò conferri ſolent, dicit.* Antonin. de reb. ſuis lib. 2. nimirum prout vulgò, non ut ab ipſo Marco, aliiſque Stoicis conferri ſolent, à quibus nunquam conferuntur: ſed omnia æqualia exiſtimantur: vel ſi cum Cicerone loquar, *Placet Stoicis omnia peccata eſſe paria*, Cicer. Acad. quæſt. l. 2. qui etiam alibi cum iis diſputans, ait, *Nulla erit controverſia: Omnia peccata paria dicitis.* Id. de finib. bon. l. 4. Ubi etiam hoc eorum ſcitum refellit. Novatianus igitur hac Stoicorum opinione imbutus, non gravioribus tantum, ſed omnibus omnino peccatis, ut paribus, veniam ab Eccleſiâ indulgendam denegavit. Sectatores autem ejus tandem peccatorum imparitatem agnoſcentes, hoc ſeverum nimis rigidumque magiſtri decretum eo modo temperarunt, ut veniam atrocioribus tantum flagitiis denegatam, levioribus peccatis indulgerent. D. Ambroſius, *ſed aiunt* (Novatiani) *ſe exceptis gravioribus criminibus, relaxare veniam levioribus. Non hoc quidem author veſtri erroris Novatianus ait, qui nemini pœnitentiam dandam putavit, eâ ſcilicet contemplatione, ut quod ipſe non poſſet ſolvere, non ligaret, ne ligando ſperari à ſe faceret ſolutionem. In eo igitur patrem veſtrum propriâ damnatis ſententiâ, qui diſtinctionem peccatorum facitis, quæ ſolvenda à vobis putetis, & quæ ſine remedio eſſe arbitremini.* Ambroſ. de pœnit. l. 1. c. 2. Ubi obiter obſervatum velim, quòd in nonnullis D. Ambroſii codicibus pro *Novatianus* hoc in loco *Novatus* perperam legitur: quod in Euſebianis ſæpè factum ante obſervavimus. Ex iis, quæ hucuſque commentati ſumus, ſatis, ut opinor, apertè conſtat, duos fuiſſe ſectæ iſtius, de quâ hoc canone agitur, conditores, Novatum, & Novatianum; de quorum primo vocantur *Novatiani*; ab altero, à D. Cypriano *Novatianenſes*, Cyprian. Epiſt. 73. ad Jubaian.

## IN CAN. IX.

Τὰ ἁμαρτήματα αὐτοῖς. Johannes Antiochenus legit τὰ ἁμαρτήμαθ' αὐτοῖς collect. can. tit. 25. & ſic quidem legendum videtur; niſi forſitan αὐτοῖς mendosè legatur, pro αὐτῶν, quomodo vetus interpres legiſſe videtur, qui, *delicta ſua*, & Dionyſius Exiguus, qui *peccata ſua* vertit. Hîc autem iſtiuſmodi peccata ſunt intelligenda, quæ impedimento cuipiam ſunt, quo minus ordines ei conferantur, vel etiam quæ excommunicationem inducunt; quemadmodum Joſephus Ægyptius ea interpretatur, qui hæc verba ſic vertit,

واقرف بذنوب شتا وخطايا كبار واقر بخطاياه
القديمة وكانت خطايا مما ينفي صاحبها
وجلوسه منها التوبة الشديدة *Et de diverſis*
*criminibus, magniſque peccatis ſuſpectus, priora ſua peccata confeſſus fuerit, eaque ex iis ſunt peccatis, quæ eos qui eorum rei ſunt excommunicationi ſubjiciunt, & quibus ſeverâ opus eſt pœnitentiâ.* Qualia nimirum ſunt bigamia, blaſphemia, hæreſis, idololatria, magia, & iſtiuſmodi, quæ ab eodem Joſepho recenſentur. Porro vetus Interpres hunc canonem de Epiſcopis etiam non minus quam Presbyteris exponit, totum ſic vertens, *Si qui inexaminati promoti ſunt Epiſcopi, vel Presbyteri, & poſtea interrogati confeſſi ſunt delicta ſua, vel ab aliis convicti, & præterea confitentibus citra ordinem ac diſciplinam moti homines manus eis temerè impoſuerunt; Tales enim canon non ſuſcipit: quod autem irreprehenſibile eſt defendit Catholica & Apoſtolica Eccleſia.* Et ſic etiam Alexius Ariſtenus interpretatur. Verum nec Dionyſius Exiguus, nec Iſidorus Mercator, nec Joſephus Ægyptus, nec Johannes Antiochenus, nec alii quivis Græci codices vel MSS. vel impreſſi Epiſcopos interſerunt, ſed communem lectionem retinent.

Ἔλεγόν γάρ τινες. Nonnullos ſuâ etiam ætate ita ſenſiſſe, teſtatus eſt Innocentius I. Papa Romanus, qui etiam optimè obſervavit, quot mala ex iſtâ opinione ſemel admiſſâ conſequerentur. *At dicitur*, inquit, *vera ac juſta legitimi Sacerdotis benedictio, auferre omne vitium, quod à vitioſo fuerat injectum. Ergo ſi ita eſt, applicentur ad ordinationem ſacrilegi, adulteri, atque omnium criminum rei, quia benedictione ordinationis crimina vel vitia putantur auferri. Nullus ſit pœnitentiæ locus, quia id poteſt præſtare ordinatio, quod longa ſatisfactio præſtare conſuevit. Noſtræ verò lex Eccleſia eſt, venientibus ab hæreticis, qui tamen illic baptizati ſint, per manus impoſitionem laicam tantum tribuere communionem, nec ex his aliquem in clericatûs honorem vel exiguum ſubrogare.* Innocent. Epiſt. XXII. ad Epiſc. Macedoniæ.

## IN CAN. X.

Προχειρίσασθαι. Hi ipſi Patres Nicæni in Epiſtolâ Synodicâ apud Socrat. Hiſt. Eccleſ. l. 1. c. 9. diſtinguunt inter χειροθετεῖν & προχειρίζεσθαι. De Meletio enim ibi decernunt, μηδεμίαν ἐξουσίαν ἔχειν αὐτὸν μήτε χειροθετεῖν μήτε προχειρίζεσθαι. Nimirum προχειρίζεσθαι ſignificat primò nomina eorum, quos quiſque ordinari cupit, proponere. Sic uſurpatur à Conſtantino M. in Epiſtolâ ad Synodum Antiochiæ ad eligendum in ſedem iſtam tunc temporis vacantem Epiſcopum congregatam, ubi ait, Καλῶς ἂν εἶχε διαλῦσαι τῇ συνόδῳ ὑμῶν, τίνες τε προχειρισαμένους, καὶ ἑτέρους ἂν ἀξίους ἐγνώσθη πρὸς τὸ τῆς ὁσιοτάτης ἀξίωμα. apud Euſeb. de vitâ Conſtant. l. 3. c. 62. Necnon à Nicetâ, cognomento David, in vitâ Ignatii Conſtantinopolitani, dicente, πολλῶν τοιγαροῦν εἰς προεδρείαν τῆς ἐκκλησίας προχειριζομένων, καὶ ἄλλων δ' ἄλλας αἰτίας διαμαρτανόντων τοῦ σκοποῦ. Hanc vocis hujus ſignificationem Suidas innuere videtur; utpote qui προχειρίζω exponit per πᾶσι γνώριμον ποιῶ. Sic enim qui nomina proponebat, ſuam de ordinandis ſententiam omnibus notam faciebat. Nonnunquam autem verbum προχειρίζεσθαι ſignificat etiam *eligere*, *deligere*. Heſychius προχειρίσω, ἐκλέξω. Sic uſurpatur à Polybio de captivis Romanis, dicente, τοὺς δὲ προχειρισαμένων Νῦν τοὺς ἐμφανεστάτους, & paulò poſt, οὓς τοὺς προχειρισθέντων ἐκπορεύομαι ἐκ τοῦ χάρακος πάλιν ἀνήγαγεν. Hoc etiam ſenſu in dictâ Synodicâ hujus Concilii Epiſtolâ uſurpari videtur, ubi Patres de Sacerdotibus à Meletio conſtitutis ſtatuunt, ὡς προὸς τύπους δὲ μηδεμίαν ἐξουσίαν ἔχοντας τοὺς ἀριθμουμένους αὐτοῖς προχειρίζεσθαι, ἢ ὑποβάλλειν ὀνόματα, ἢ ὅλως ποιεῖν τι χωρὶς γνώμης τοῦ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐπισκόπου. Hîc enim apertè diſtinguunt inter προχειρίζεσθαι & ὑποβάλλειν ὀνόματα, quemadmodum & in verbis mox ſequentibus, καὶ ἐξουσίαν ἔχειν προχειρίζεσθαι καὶ ὀνόματα ὑποβάλλειν. Enimvero in Epiſcoporum ordinationibus canonicè celebrandis, primò quiſque eorum nomina, quos ipſe ordinari velit, Synodo eâ cauſâ congregatæ proponebat, & deinde omnibus propoſitis ad ſuffragia ferunda, ſive ad electionem peragendam, Synodus procedebat: προχειρισμὸς autem utrumque viz. tam nominum propoſitionem, quàm ipſam electionem, nonnunquam ſignificat. Adhæc cum aliquis à Synodo, vel majori ſaltem illius parte electus eſſet, ordinatio ſive conſecratio ejus celebranda erat: quæ & ipſa nonnunquam προχειρισμὸς vocatur. Sic enim & in eâdem Epiſtolâ Synodicâ, in quâ propterea omnes hæ ſignificationes hujus verbi occurrunt, ſtatuitur Sacerdotes à Meletio conſtitutos διδίεσθαι τῇ ἐξαπάντων πάντων τῶν ἐν ἑκάστῃ παροικίᾳ τε καὶ ἐκκλησίᾳ ἐξεταζομένων, τῶν

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE LYON

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ICHNOGRAPHIA
Pag. 71. Annot.

Templorum Veterum.
in Can. XI.




Ψηφιοποιήθηκε από την Google

τῶν ὑπὸ τῦ πμιωπάτυ καὶ συλλήτκρχῦ ἡμῶν Αλεξάνδρυ προκχειρισμένων. Hìc enim προκχειρισμένοι *ante ordinati* sint necesse est; unde & Theodoretus eodem loco pro προκχειρισμένων legit προκχειροτονημένων. hist. Eccles. l. 1. c. 9. nimirum propterea quòd hæc verba hoc in loco Synonyma sint. Et ne longiùs abeamus, eodem sensu hoc ipso Canone usurpatur: hìc enim illi dicuntur προκχειρίζοντες, qui deponi possunt; at nec is, cujus tantum nomen proponitur, nec qui eligitur, & nondum consecratur, aut promovetur, depositioni subesse potest. Unde vetus Interpres hæc prima hujus Canonis verba ὅσοι προεκχειρίσθησαν interpretatur, *Quicunque ordinati sunt.* Dionysius Exiguus, *Quicunque ad ordinem Cleri promoti sunt.* Isidorus Mercator *Quicunque sunt ordinati.* Josephus Ægyptius ايما رجل كاهن كان *Quicunque vir sacerdos fuit.*

Et sic etiam προκχειρίζοντες hìc memorati, Balsamon & Zonaræ iidem sunt, qui χειροτονηθέντες, Alexio Aristeno iidem, qui προαχθέντες. Quo etiam sensu hæc vox sæpiùs in hoc opere occurrit & quantum memini nullo alio.

Οὐ προκρίνει τῷ χαιρῷ τῷ ἐκκλησιαστικῷ. Ex his verbis satis apertè constat aliquem Canonem Ecclesiasticum ante hanc Synodum constitutum esse, quo cautum fuerat, ut Clerici lapsi gradibus suis deponerentur. Hoc autem nullo alio præsentem antecedente, præterquam sexagesimo secundo Apostolorum Canone sancitum legimus: ad quem propterea Patres hoc loco respectum habuisse, cuipiam nisi, nimio partium studio occæcato, primo intuitu patet; usque adeo, ut antiquus iste Canon Ecclesiasticus hìc denuò confirmatus & ulteriùs explicatus videatur (quemadmodum in præfatione ad Apostolicos Canones prænotavimus) quem consulas velim, unà cum annotationibus ad dictam Apost. can. 62.

Οἱ ἐξαπόστολοι. Hæc Alexii Aristeni hujus Canonis Epitome in Justelli Codice desideratur. Verum in Symeonis Logothetæ Synopsi iisdem verbis concipitur, quæ hìc imprimuntur, nisi quòd καὶ ante πρεσβύτερος in eâ omittatur,

## In Can. XI.

Ἐπὶ τῆς τοιαύτης Λικιννίυ. Licinius à Galerio lethali morbo laboranti in imperii consortium assumptus est, & Carnunti imperator factus, & Galerio defuncto, ejus in locum suffectus. Et primò quidem, una cum Constantino, cujus filiam Constantiam sibi desponderat, ad Maximinum misit, ut Christianis parceret; & sic aliquandiu Christianis favit. Postea autem gravissimo in ipsum Constantinum odio incensus, crudeles ejus gratiâ in Christianos persecutiones excitavit: uti testatus est ejusdem ætatis scriptor Eusebius hist. Eccles. l. 10. cap. 8. & de vitâ Constantini l. 2. c. 1. &c. Hæc autem persecutio paucis tantum annis præsentem Synodam Nicææ congregatam antecessit. Anteaquam enim alia contra Christianos Licinius perpetraverit, eos omnes domo suâ primus expulit, καὶ πρῶτα μὲν τῆς οἰκίας τῆς ἀυτῦ πάντα χρηματὸν ἀπελαύνει, ut scribit dictus Eusebius, Hist. Eccles. l. 10. c. 8. Hoc autem in ejusdem Eusebii Chronico, ab Hieronymo latinè verso, in annum Constantini decimum quartum conjicitur, ad quem hæc notantur, *Licinius Christianos de palatio suo pellit: Basileus Amasiæ Episcopus, sub Licinio martyrio coronatur.* Constantinus autem regnare cœpit anno Christi 306. Ergo cœpta est hæc persecutio anno 320. & duravit quidem usque ad exauctorationem Licinii. Hic autem in ordinem non redactus fuit, prius quam à Constantino ultimò victus, hoc est anno Christi 324. ut inter omnes convenit. At proxime anno celebrata est hæc Synodus; quæ propterea de rebus in ista persecutione gestis hoc & tribus Canonibus proximè sequentibus agit; ad quos proinde interpretandos, hæc necessariò præmittenda duximus, utpote quæ lucis quamplurimum iis fœnerantur; neque rectè exponi possunt, nisi dictâ eorum occasione cognitâ. Et patres quidem de istâ Licinii tyrannide disertè hoc loco meminisse videntur, ut mentem ipsorum clariùs intelligamus, pro comperto habentes quænam hisce Canonibus condendis occasio præbita fuit. Præsenti autem Canone (de reliquis enim suo loco agemus) de iis in genere, qui grassanti dictâ persecutione lapsi sunt, edicunt, ut tribus quidem annis inter audientes sint, septem annis inter subſtratos, & duobus orationum tantum participes. Quid autem per Ecclesiastica hæc suplicia intelligendum est, proximo loco explicandum venit.

Ἐν ἀκροωμένοις. Hìc primo sancti patres de tribus pœnitentiæ gradibus meminerunt; meminerunt inquam, neque enim eos constituunt, sed antea constitutos, ubique receptos, & cuique cognitos supponunt, mandantque, ut qui sponte suâ lapsi sunt, eos omnes pertranseant, priusquam ad Ecclesiæ communionem recipiantur: ut tres nimirum annos inter ἀκροωμένους *audientes* transigant, & septem inter ὑποπίπτοντας *Subjacentes*, vel *subſtratos*, & duobus præterea orationum cum fidelibus, sed sine oblatione, participes sint, hoc est, inter συνιστάμένους *Consistentes* recensentur. Ubi obiter observare licet Patres Nicænos, tres solos pœnitentium gradus agnoviſse. At S. Basilius M. Canonibus XXIV. LVI. & quamplurimis aliis, quatuor pœnitentium gradus numerare videtur, tribus nimirum hìc memoratis τοὺς προκλαίοντας *deflentes*, sive *lugentes* præstituens. Hi autem nobis non proprie pœnitentes, sed potiùs pœnitentiæ Candidati videntur: utpote qui nondum ab Ecclesiâ inter pœnitentes admittuntur, sed tantum ad Ecclesiæ fores stantes, luctu & lacrymis eos, qui ingrediuntur, supplices exorant, ne sacris Ecclesiæ liminibus diutiùs arceantur; sed pœnitentiam suam publicè professi, ab Ecclesiâ etiam pro pœnitentibus habeantur; & sic in eorum censum relati, sacras istas portas ingredi saltem permittantur. Quando quidem autem usu venit, ut hi etiam in eorum numerum recensentur, quatuor per me licet, pœnitentium gradus numerentur, προκλαίοντες, ἀκροώμενοι, ὑποπίπτοντες, & συνιστάμενοι. quos omnes, ut pristinam Ecclesiæ disciplinam in hoc opere, si quo alio, comprehensam exhibentes distinctè explicemus, necesse est. Hoc autem nunquam quâ par est perspicuitate effectum demus, nisi præmissâ veterum templorum descriptione: quæ etiam non huic soli, aliisque similibus statutis, quibus pœnitentium gradus commemorantur; verum etiam quamplurimis aliis hujus operis locis atque sententiis lucem feret. Et quidem nullum unquam in lucem opus emissum fuit, ex quo veterum Ecclesiarum forma clarius certiusque eliciatur, quàm ex eo quod jam edimus: usque adeo, ut ipsum ferè solum iis describendis sufficeret, si nullum aliud extaret. Quæ autem huc spectant, per totum opus dispersa sunt, & ut seorsim occurrunt, obscura satis videntur, nec facilè intelligantur; collecta autem se invicem mirum in modum patefacient, atque illustrabunt. Ea igitur in unum hìc colligemus, aliundè etiam petentes, quæ hisce rebus explicandis, necessaria ducimus: ut quamplurima hujus operis loca hìc simul & conjunctim unâ operâ explicemus, quæ separatim à reliquis eâdem nec perspicuitate, nec facilitate explicare possumus.

I. Veteres igitur Ecclesiæ sive templa à Christianis antiquitùs extructa in tres præcipuas partes divisa sunt, quarum prima ab ingressu vocata fuit Νάρθηξ, media Ναὸς, sive Ἐκκλησία propriè sic dicta, & tertia, omniumque sacerrima, Βῆμα, & Ἀναπαίεσον. Hoc à Symeone Thessalonicensi olim observatum est, καὶ ἐπ' ἄλλον δ' οὐκοῦν ὁ θεῖος ἅπας ναὸς τριαδικῶς διαιρεῖται, τοῖς περὶ τὸν ναὸν φημὶ, καὶ τὸν ναὸν, καὶ τὸν βῆμαν. *Alio Concilio universum divinum templum, ut trifariam divisum consideretur, in loca ante templum, in ipsum templum, & in bema, sive sacrarium.* Sym. Thes. de Templo. Et hæc quidem Ecclesiæ cujusvis distributio non forte fortuna, sed summâ prudentiâ primò excogitata est, atque in vulgarem usum introducta. Eorum enim, quibus sacras hasce ædes statis temporibus ingredi incumbit, tria sunt genera. Nonnulli enim sacris initiati sunt, ac proinde eo ingrediuntur, ut muneribus suis fungantur, & sacra peragant: alii non sunt consecrati, sed tamen fideles; qui eo se conferunt, ut sacris celebrandis intersint, & optatum exinde fructum percipiant: aliis autem fidelium cœtu interdicitur, quippe qui nondum baptizantur, vel ob graviora aliqua, quibus tenentur, crimina excommunicantur. Quamobrem ne tres isti personarum ordines confunderentur, & sic confusio in ipsa sacrorum celebratione oriretur, propria loca singulis ordinibus assignentur, necesse est. Sacerdotes itaque Βῆμα, ut sacratissimum locum, sibi vendicarunt: Fideles in ipsa Ecclesia congregati sunt. Reliquis autem, qui vel segregati sunt, vel nondum baptizati, infima saltem Ecclesiæ pars, narthex dicta indulgetur, ut lectum Dei verbum audiant, & sic tandem digni evadant, qui in ipsum fidelium cœtum recipiantur. Ut veram itaque veteris Ecclesiæ formam delineemus, eam in tres partes distinguamus oportet. Eas autem & alia, quæcunque ad pleniorem veteris Ecclesiæ descriptionem pertinent, hæc Ichnographia repræsentat.

II. In hac veteris Ecclesiæ ichnographiâ, ut magis per-



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ſpicua fiat ac aperta, ipſa etiam nomina inſcripſimus, quæ veteres Chriſtiani cuique loco indiderunt. Ut totam autem, & ſingulas ejus partes diſtinctiùs explicemus, ab ipſo communi introitu exordium ducemus. In extremâ itaque ichnographiâ primùm occurrit προπύλαιον, quo nomine porticus Eccleſiæ vocatur à Zonarâ in Syn. Carthag. can. 46. Hîc extra primùm Eccleſiæ ingreſſum, ſtabant οἱ προσκλαίοντες, *lugentes*, viliori habitu amicti, & omnes fideles qui Eccleſiam intrabant, luctu & lachrymis obſecrantes, ut Deo pro ipſis preces effunderent, & ut ipſi Eccleſiam ſaltem ingredi permitterentur. Eos enim extra portas non tantum Eccleſiæ propriè ſic dictæ, ſed totius oratorii ſtetiſſe flentes, docet Gregorius Thaumaturgus, qui pœnitentiæ gradus deſcribens, ait, Η προσκλαυσις ἔξω τῆς πύλης τῦ οἰκητηρίυ ἔξω, ἔνθα ἑστῶτα τὸν ἁμαρτάνοντα χρὴ τῆς εἰσιόντων δεῖσθαι παρ' ὑμῶν ὑπὲρ αὐτῦ εὔχεσθαι. *Luctus eſt extra portam oratorii, ubi peccatorem ſtantem oportet fideles introeuntes orare, ut pro ſe precentur.* Greg. Thaumat. can. 11. Idem atteſtatur Baſilius Magnus, can. 56. & 57. Scholiaſtes Harmenopuli, Προσκλαίων, ἤγουν ἔξω τῆς ἐκκλησίας ἑστώς, καὶ τῆς εἰσιόντων δεόμενος, ὑπὲρ αὐτῦ εὔχεσθαι, *Lugens, hoc eſt, ſtans extra Eccleſiam ingredientes orans, ut pro ſe precentur.* Harmen. epit. can. ſect. 5. tit. 3. Hinc Baſilius magnus de iis, qui Græca ſacramenta jurarunt, dicit, ἐκβαλλέσθωσαν μὲν ἐν ὡρισμένοις ἔτεσι, *Ejiciantur quidem tribus annis* hoc eſt, προσκλαίοντες ſint, qui ſoli Eccleſiâ totâ ejiciuntur; unde ibidem etiam eos ἀπέκλειστους vocat. can. 81. & Gregorius Nyſſenus καθόλυ τῆς ἐυχῆς ἀποκλείοντες. can. 4. & ἀπηγορευμένους τῆς ἐκκλησίας. can. 5. De hujuſmodi quidem pœnitentibus ipſe quoque Tertullianus meminiſſe videtur, ubi ait, "Et tu quidem pœnitentiam Mœchi ad exorandam fraternitatem in Eccleſiam inducens Conciliatum, & conciliatum, cum dedecore, & horrore compoſitum proſternens in medium ante viduas, ante Presbyteros omnium lachrymas ſuadentem, omnium veſtigia lambentem, omnium genua detinentem. Tertul. de pudic. c. 13. Et alibi, "De ipſo quoque habitu atque victu mandat, ſacro & cineri incubare, corpus ſordibus obſcurare, animum mœroribus dejicere, illa quæ peccavit, triſti tractatione mutare: cæterùm paſtum & potum pura noſſe, non ventris ſcilicet, ſed animæ causâ: plerunque vero jejuniis preces "alere, ingemiſcere, lachrymari, & mugire dies noctesque "ad dominum Deum tuum: Presbyteris advolvi, & charis Dei adgeniculari, omnibus fratribus legationes depre"cationis tuæ injungere. Id. de pœnit. cap. 9. Sic enim & lugentes, legationes deprecationis ſuæ fratribus Eccleſiam ingredientibus injungebant. Exemplum hujuſmodi fletus Euſebius quoque tradidit, hiſt. Eccleſ. l. 5. c. 28. Stabant igitur hi lugentes extra Eccleſiam, & ipſum etiam πρόναον, ut obſervat Baſamon, qui eos dicit προσκλαίειν ἔξω τῦ προνάυ, In can. Trull. 87. & in Dionyſii Alexand. can. 2. nimirum in propylæo, vel etiam nonnunquam ante illud, ut colligere eſt ex Zonaræ ſcholiis in Syn. Carthag. can. 46. ubi ait, διὰ τῆς τοιαύτης καὶ ἔξω τῆς ἐκκλησίας τὰς χεῖρας ἐπιπλέκειν, καὶ πολλὴν αὐτὸς μετανοοῦντας ὁ καιρὸν διατρίβειν, ὥσπερ ἔξω τῆς ἱερῶν περιβόλων ἑστάναι, καὶ προσκλαίειν. τὸ γὰρ πρὸ τῆς ἀψῖδος πρὸ τῦ προπυλαίυ ἐστί. "Quamobrem & illis extra Eccleſiam ma"nus imponi, & in ordine pœnitentium, ut extra ſacra "ſepta conſiſtant & lugeant, collocari Canon jubet. Illud "enim ante apſidem, idem eſt ac ante propylæum. Ubi etiam obſervare licet, προπύλαιον, etiam ἀψῖδα vocatum eſſe, quemadmodum etiam, προαύλιον, & πρόδυρον τῦ ναῦ, necnon ſimpliciter αὐλὴ nonnunquam appellatur. Hic autem locus non propriè ſacer erat, ſed omnibus communis. Balſamon, ἃ γάρ εἰσιν οἱ πρόναοι κοινὰ, ὡς τὰ τῆς ἐκκλησιῶν περαύλια. Balſ. in Dionyſ. Alex. can. 2. Fuit itaque ambulacrum quoddam, aut veſtibulum, in quod etiam Catechumeni, & pœnitentes ab Eccleſiâ dimiſſi ſe conferre, & fidelium egreſſum expectare ſoliti fuerunt: ac proinde tectum perpetuò fuit, quo illuc confugientes tam à ſolis ardore, quam à pluviis ſe defenderent.

III. Peragrato propylæo, proximè in Ichnographiâ occurrunt αἱ μεγάλαι πύλαι, omnium ſcilicet maximæ portæ, quæ in primam ducunt infimamque oratorii partem, quæ Νάρθηξ *Narthex* dicitur, & πρόναος: cujus in Triodio, Typico, Euchologio, aliiſque ejuſmodi libris frequentiſſima fit mentio. Hic locus aliàs intra, aliàs extra Eccleſiam collocatus dicitur, nimirùm prout vox Eccleſia alio atque alio ſenſu uſurpatur. Nonnunquam enim Eccleſia totum oratorium ſignificat, & ſic quidem Narthex eſt pars illius: at Eccleſia nonnunquam ſtrictè ſumitur, pro loco quo Fideles congregantur, ut mox oſtendemus; & in eo ſenſu Narthex extra Eccleſiam meritò cenſeatur. Hic proximè ad portas, ac propterea in infimo Narthecis loco, erat στάσις τῶν κατηχυμένων. Cùm hi autem ſacras Scripturas lectas, & concionem iis docendis præparatam audiiſſent, clamatum eſt à Diacono, οἱ κατηχύμενοι προέλθετε, *Catechumeni exite.* Et protinus Eccleſiæ liminibus egrediebantur. De his autem fuſiùs agemus in decimum quartum hujus Synodi Canonem.

IV. Hîc etiam in Narthece, propè Catechumenos, χειμαζόμενοι antiquitùs ſtationem ſuam habuiſſe videntur. Synodus enim Ancyrana eos, qui rationis expertia animalia inierunt, & leproſi ſunt, pœnæ loco juſſit, εἰς τὰς χειμαζομένας εὐχὰς, *inter Hybernantes orare.* Syn. Ancyr. can. 17. Unde nemini ſit dubium, quin iſti χειμαζόμενοι extra Eccleſiam propriè ſic dictam, ac proinde in Narthece ſteterint. Quinam autem ibi χειμαζόμενοι nominentur, inter doctos nondum convenit. Balſamon omnes, qui in Narthece ſtant, χειμαζομένους ibi vocatos contendit, χειμαζόμενοι τύπῳ καθιστάντες κυρίως οἱ ἐν τῷ νάρθηκι ἱστάμενοι, καὶ ἀκροώμενοι τῆς θείας γραφῆς, τόπον ἐπέχοντες τῆς χειμαζομένων, καὶ εἰς τὸ ἐκκλησιαστικὸν λειμῶνα τὸ σωτείας εἰσιλθεῖν μὴ δυναμένους. Nimirum ac ſi χειμαζόμενοι hic Metaphoricè idem ſignificaret ac ἀκροωμένους. Nonnulli autem, ut Balſamon & Zonaras ibidem obſervarunt, χειμαζομένους ibi eoſdem eſſe ac δαιμονῶντας, aſſeruerunt: quæ quidem opinio eis non placet, ſed nobis maximè; ſic enim Ariſtenus, χειμαζόμενοι δέ εἰσι, κατ' ἐμὲ μείζων Διονύσιος, οἱ ὑπὸ πνευμάτων πονηρῶν κατεχύμενοι. Sic enim & Maximus in Scholiis ad librum de Eccleſiaſticâ Hierarchiâ Dionyſio Areopagitæ falſò adſcriptum, ἐνεργυμένους ſæpè explicat per χειμαζομένους. Et Scholiaſtes Harmenopuli ad dictum Syn. Ancyranæ Canonem ait, χειμαζομένους ἤτοι τοὺς δαιμονῶντας λέγει, ὅς τινες φασίν. Harmen. epit. can. ſect. 5. tit. 3. Et ſic quidem Dæmoniaci ſive Energumeni in ipſo Euchologio vocantur, ὑπὸ τῶν πνευμάτων ἀκαθάρτων χειμαζόμενοι. Ut non mirum ſit eos contractiùs nonnunquam vocari χειμαζομένους, reliquis nimirum ſubintellectis; quemadmodum in vocibus etiam ἐνεργούμενος & *Arreptitii.* Et ſic quidem χειμαζομένους in dicto Canone Dionyſius Exiguus vertit, *Qui ſpiritu periclitantur immundo*, & Iſidorus Mercator, *Qui tempeſtate jactantur, qui à nobis Energumeni appellantur.* Et ne ejuſmodi viri unà cum fidelibus orarent, à Canone Apoſt. 79. cautum eſt, dicente, Εάν τις διάκονος ᾖ, κλινικὸς μὴ γινέσθω, ἀλλὰ μετὰ τῆς πρώτης τάξεως. Cùm igitur iis unà cum fidelibus orare non permiſſum eſt, alius iis locus, quo orare poſſunt, in Eccleſiâ aſſignetur neceſſe eſt. At in Eccleſiâ propriè ſic dictâ fideles orant: dæmoniaci itaque nullibi præterquam in Narthece ſtationem habere poterant. In Narthece autem, ad magnas quidem portas Catechumeni, ad ſpecioſas, de quibus poſtea, Audientes ſtabant. Nullus igitur alius in Narthece locus χειμαζομένοις ſive dæmoniacis, præter medium inter Catechumenos & Audientes relinquitur, ubi itaque στάσιν τῶν χειμαζομένων in Ichnographiâ jure meritò poſuimus. Et hæc quidem noſtra de χειμαζομένων ſive ἐνεργυμένων in Narthece ſtatione ſententia eximie confirmatur, ab autore libri Eccleſiaſticæ Hierarchiæ dicti; quicunque demum ille fuit. Librum enim iſtum hujus Concilii temporibus, vel ſtatim poſtea editum fuiſſe, æque certum eſt, ac eum à Dionyſio Areopagitâ cui non minus falſo, quam vulgo attribuitur, non conſcriptum eſſe: in eo enim tria eorum genera, qui ad ſacra myſteria participanda non admittuntur, & in eodem quidem perpetuo ordine, recenſentur, Catechumeni, Energumeni, & pœnitentes, τοὺς δὴ κατηχυμένους, ἐνεργυμένους τε καὶ τοὺς ἐν μετανοίᾳ ὄντας ὁ τῆς ἁγίας ἱεραρχίας θεσμὸς ἐφίησι μὲν ἐπακοῦσαι τῆς ψαλμικῆς ἱερολογίας, καὶ τῆς ἐνθέου τῶν παντίερων γραφῶν ἀναγνώσεως, εἰς δὲ τὰς ἐξῆς ἱερουργίας καὶ θεωρίας οὐ συγκαλεῖται τούτους, ἀλλὰ τοὺς τελείους τῶν τελεσιουργῶν ὀφθαλμούς. "Catechumenos autem & energumenos, quique in pœnitentiâ ſunt, ſanctæ hierarchiæ mos patitur quidem audire "ſacram pſalmorum modulationem, divinamque ſacrarum "ſcripturarum recitationem, ad ſacra autem opera, quæ "deinceps ſequuntur, atque myſteria ſpectanda, non eos "convocat, ſed perfectos oculos eorum qui digni ſunt. Eccleſ. Hierarch. c. 3. & paulo ante cum dixiſſet in ſacramento collectionis ſive communionis ſacrorum librorum lectionem à miniſtris recitatam eſſe, addit, καὶ μετὰ ταῦτα ἔξω γίνονται τῆς ἱερᾶς πομπῆς οἱ κατηχύμενοι, καὶ σὺν αὐτοῖς οἱ ἐνεργύμενοι, καὶ οἱ ἐν μετανοίᾳ ὄντες· μένυσι δὲ οἱ τῶν θείων ἐπόψιες καὶ κοινωνίας ἄξιοι. *Poſt eam ſacro ambitu ejiciuntur Catechumeni, & poſt eos Energumeni, & ii qui ſunt in pœnitentiâ, manent autem qui divinarum rerum aſpectu & communione digni ſunt.* ibid. E quibus non modò colligimus tria hominum genera, cùm myſteria celebrari cœperint, narthece exterminata eſſe, Catechumenos, Energumenos, & pœnitentes; verùm

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

verùm etiam, quo ordine egrediebantur, primò scilicet Catechumeni, deinde energumeni, & ultimò pœnitentes, at eodem haud dubiè ordine egrediebantur, quo collocati sunt, itaque Catechumeni portis proximi, atque ideo primi egressi sunt, quos sequebantur Energumeni, & hos pœnitentes, ut à portis remotiores. Ubi igitur Synodus Ancyrana leprosos inter χειμαζομένους orare jubet, eos in medio Narthecis inter pœnitentes & Catechumenos collocat. Hic enim locus τῶν χειμαζομένων sive ἐνεργουμένων proprius fuit; & idcirco iis à nobis in Ichnographia adscribitur; eamque αἴθουσαν τῶν χειμαζομένων potiùs quàm τῶν ἐνεργουμένων vocamus; quoniam nulla fit in hoc opere, quantum memini, horum in Ecclesiâ stationis mentio, præterquam in dicto Canone Ancyrano, quo χειμαζόμενοι appellantur; ubi etiamsi non disertè commemoretur, apertè tamen indigitatur extra Ecclesiam propriè sic dictam esse, alioquin enim nulla fuisset pœna ibi commorari, & precari: quanam autem Narthecis parte fuit, è supra dictis constat. Verum eodem ferè loco baptisterium etiam collocare soliti fuerant: quod etiam à nobis ibidem repræsentatum, & κολυμβήθρα dictum est; propterea quòd ita à Græcis vulgò vocatur, atque etiam ab ipso Zonarâ in can. Apost. 50. nec non antiquitùs à Cyrillo Hierosolymitano, dicente, μὴ πάντα ὁμοῦ τὸν ἀγέλαον τῶν θείων βαπτίσματος ἐπὶ ἐκφορηγεῖον κολυμβήθραν. Cyr. Hier. Catech. myst. 2. & alibi, καὶ ὑμῖν ὁμοίως ἀναβεβηκόσιν ἀπὸ τῆς κολυμβήθρας τῶν ἱερῶν ναμάτων, ἐδόθη χρῖσμα τὸ ἀντίτυπον τῆς ἐγχρίσεως χρίσις. Id. Catech. mystag. 3. Hoc autem nomen sortitum videtur à celebri illâ κολυμβήθρα sive *piscina*, in qua cæcus Christi jussu lotus rediit videns. Joh. IX. 7. vel ab illa Hierosolymis, ibid. cap. v. 2.

V. Remotissimus ab introitu, ac proinde præcipuus in Narthece locus τῶν ἀκροωμένων *Audientibus* assignatur; iis nimirum pœnitentibus, de quibus patres Nicæni præsenti Canone primo loco meminerunt. Eos autem in Narthece collocatos fuisse, docet Gregorius Thaumaturgus, dicens, Ἡ ἀκρόασις ἔνδοθέ ἐστι τῆς πύλης ἐν τῷ Νάρθηκι, ἑστάναι χρὴ τὸν ἡμαρτηκότα ἕως ἂν κατηχουμένων, καὶ ἐντεῦθεν ἐξιέναι, ἀκούσαντα μόνα, φησὶ, τῶν γραφῶν καὶ τῆς διδασκαλίας ἐκβαλλέσθω, καὶ μὲ ἀξιούσθω προσευχῆς, *Auditio est intra portam in Narthece, ubi oportet eum qui peccavit stare, usque dum Catechumeni, & illinc egredi. Audiens enim, inquit, scripturas & doctrinam, ejiciatur, & precatione dignus non censeatur.* Greg. Thaumat. can. XI. ἕως ἂν κατηχουμένων, hoc est, quousque Catechumeni in Narthece manent, quibuscum jis exeundum erat. Matthæus Monachus sive Blastares, Ἀκροώμενοι δὲ οἱ ἔνδοθεν τῆς θύρας ἑστῶτες ἐν τῷ λεγομένῳ νάρθηκι, καὶ τῶν θείων γραφῶν, καὶ τῆς χειροτονίας ἀποκύοντες διδασκαλίας, ἕως ὅτου μὴ τῶν κατηχουμένων ἐξιέναι κέλευσις, Blast. in lit. M. περὶ τῶν τόπων τῆς μετανοίας. Hinc Zonaras in hunc Canonem, Audientes, dicit, ἔξω τῆς ἐκκλησίας ἑστῶτας ἐν τῷ νάρθηκι. Nimirùm extra Ecclesiam propriè sic dictam, sive quatenus à narthece distinguitur. Et eodem modo Balsamon in præsentem etiam Canonem eos asserit, & rectè quidem, ἔξω ἱστῶτα τοῦ ναοῦ. Etiamsi enim ναὸς nonnunquam totum templum significet, ubi tamen strictè & accuratè loquimur, quemadmodum sanè loquendum est, cùm de his rebus agimus, mediam tantum illius partem, fidelibus assignatam, & tam à narthece quàm bemate diversam, denotat. Et eodem etiam sensu Balsamon voce ναὸς utitur in hujus Syn. can. 14. & sæpe alibi. Narthecem autem πρόναον vocat, dicens, ὁ δὲ πρόναος τύπος ἐστὶ μετανοίας, ὁ τῶν ἀκροωμένων λειμών, Balsam. in Dionys. Alex. can. 2. Audientes autem proximos stetisse τῷ ναῷ sive Ecclesiæ propriè sic dictæ, etiam ex Aristeni hujus Canonis interpretatione discimus, ubi dicitur Audientes ἐν ταῖς βασιλικαῖς ἑστάναι πυλῶσι, *in Basilicis foribus stare.* Sic enim vocantur illæ fores, (uti mox ostendemus) quæ ex narthece in ναὸν ducunt; adeo ut Audientibus in ipso etiam ingressu *Ecclesiæ* stare licuit, quod Energumenis, & Catechumenis vetitum est. Unde etiam αἴθουσα τῶν ἀκροωμένων rectè à nobis in Ichnographiâ proximam ad τὸν ναὸν collocatam esse patet.

VI. Si ex Narthece in ναὸν transeamus, per ἁγίας πύλας *speciosas portas* procedendum est. Unde Codinus, ἐκτὸς τῶν ἁγίων λεγομένων πυλῶν, ἤτοι ἐν τῷ προνάῳ. *Extra portas speciosas dictas, sive in Narthece.* Cod. de off. Cur. Const. aut cap. 15. In Euchologio frequens fit harum portarum mentio: ut ὁ ἱερεὺς ἅμα τῷ διακόνῳ ἵστασιν ἔνδοθεν τῶν ἁγίων πυλῶν. Euch. in ord. S. Minist. & postea καὶ πιῶν ταυτὸν ἐξέρχεται εἰς τὸν νάρθηκα, καὶ δυμιάσας κύκλῳ πάντας, εἰσέρχεται διὰ τῶν ἁγίων πυλῶν. ibid. Vocantur autem & βασιλικαὶ θύραι, sive πύλαι, & in singulari numero, βασιλικὴ πύλη. In Typico, ἐξελθὼν ἐκ τοῦ ναοῦ νάρθηκα, καὶ δυμιάσας κύκλῳ τοὺς ἀδελφοὺς καὶ πάντα, ὑποστρέφει, καὶ εἰσελθὼν ἕως τῆς βασιλικῆς πύλης. Et Marcus Hieromonachus, καὶ δυμιᾷ τὸν ἱερέα ἐκτὸς ἀπὸ τῶν ἁγίων θυρῶν, καὶ κατέρχεται ἕως τῶν βασιλικῶν πυλῶν. Marc. Hierom. de dub. Typic. c. 46. Et sic hæc duo harum portarum nomina promiscuè usurpantur, nunc enim ἁγίας, nunc βασιλικὰς appellantur. Aristenus eas βασιλικὰς αὐλαίας vocat; ut ante observatum est.

VII. Ecclesiam propriè sic dictam sive ναὸν ingressis primò occurrit χώρα τοῦ ὑπερπαίτου post *ambonem*. Hunc autem, ut de eo prius aliqua delibemus, in medio Ecclesiæ inter speciosas & sanctas fores, & altari directè oppositum esse, quemadmodum à nobis in Ichnographiâ describitur, fidem facit Symeon Thessalonicensis dicens, ὁ ἄμβων ἀφ' ὁδοῦ τοῦ βήματος ἵσταται, *Ambon è conspectu parte bematis statuitur*, & postea, τὸ ἱερώτατον βῆμα καὶ ἀναπλὰς ἑστὸς καὶ πρὸς ἀνατολὰς βλέπον, *Sacratissimum bema ad orientem statuitur, & ex opposito ambon ponitur.* Sym. Thess. de sacram. Et Codinus, καὶ κατέρχεται ὁ βασιλεὺς τοῦ ἄμβωνος, οὐκ ἐκ μέρους μόνου, ὅπερ ἀνῆλθεν, ἤτοι τοῦ πρὸς τὰς ἁγίας πύλας ἐρῶντος, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἑτέρου πρὸς τὸν σολέαν καὶ τὸ ἅγιον βῆμα, *Et descendit Imperator ex ambone, non eâ parte quâ ascendit, eâ scilicet qua ad speciosas portas respicit, sed ex alterâ parte solee & sancto bemati obversâ.* Codin. de off. Cur. Const. c. 17. ubi etiam observare licet, duplicem fuisse ascensum in ambonem, unum ad speciosas, alterum ad sanctas portas respicientem; & Imperatorem etiam nonnunquam ambonem ascendisse; quod etiam Canonicis cantoribus licuit ex Syn. Laodic. can. 15. Porro in posticâ hujus ambonis parte sive inter Ambonem & speciosas portas erat χώρα τοῦ ὑπερπαίτου, ut observat Balsamon in Scholiis ad hunc Canonem, ὑπερπαίτου, ἤτοι ἵστασθαι ἐντὸς τῆς ἐκκλησίας, ὅπισθεν μέντοι τοῦ ἄμβωνος, καὶ ἐξέρχεσθαι μὴ δεῖ κατηχουμένων, *Substerni, sive stare intra Ecclesiam, post ambonem, & exire cum Catechumenis.* cui consentiunt Zonaras & Aristenus in præsentem etiam Canonem; & Matthæus Blastares, ὑπερπαίοντες δέ εἰσιν οἱ ἔνδον τῆς ἐκκλησίας ἑστῶτες, κατόπιν δὲ τοῦ ἄμβωνος, καὶ μὴ δεῖ κατηχουμένων, καὶ ἅτινα ἐξιόντες ἀνίασι τὸ ὅσιοι κατηχούμενοι ἐκφωνηθείη ὑπὸ τοῦ διακόνου, *Substrati sunt, qui intra Ecclesiam stant, verùm post ambonem, & ipsi etiam cum Catechumenis exeunt, cùm à Diacono acclamatum est, Quicumque Catechumeni.* Blast. in lit. M. Scholiastes Harmenopuli, ὑπερπαίοντες, ἤγουν ἐντὸς τῆς ἐκκλησίας ἑστῶτες, ὅπισθεν τοῦ ἄμβωνος καὶ ἐξερχόμενοι μὴ δεῖ κατηχουμένων, Harmen. epit. can. sect. 5. tit. 3. Et ante hos omnes Gregorius Thaumaturgus, Ἡ δὲ ὑπόστασις ἵνα ἔσωθεν τῆς πύλης τοῦ ναοῦ ἑστῶσι, μὴ δεῖ κατηχουμένων ἐξέρχεται, Greg. Thaumat. can. XI. Hi autem ὑπερπαίοντες idcirco dicti videntur, quia priusquam dimitterentur, ὑπέπιπτον, procidebant coram Episcopo, qui & ipse cum populo procidens & statim exurgens, manus iis imponebat. Hoc enim & Sozomenus in occidentalibus præsertim Ecclesiis olim observatum fuisse tradidit, dicens, ἐνταῦθά γὰρ ἐκκλησίᾳ ἔστιν ὁ τόπος δεῖ ἐν μετανοίᾳ ὄντων, ἐπεὶ δὲ κατηφεῖς, καὶ οἱονεὶ πενθοῦντες, ὅθεν δὲ παρρησίας τῆς τοῦ θεοῦ λειτουργίας, μὴ μετασχόντες ὧν μύσταις δεῖ, σὺν οἰμωγῇ καὶ ὀδυρμῷ πρηνεῖς ἐπὶ γῆς βίπτουσι σφᾶς, ἀνυποκρίτου δὲ καὶ διακρινοῦς ὁ ἐπίσκοπος προσδραμὼν ὁμοίως ἐπὶ τὸ ἐδάφος πίπτει σὺν ὁλολυγῇ, καὶ τὸ πᾶν τῆς ἐκκλησίας πλῆθος δακρύων ἐμπίπλαται. τὸ μὲν οὖν δὴ πρῶτον ὁ ἐπίσκοπος ἐξανίστησι, καὶ τοὺς κειμένους ἀνίστησι καὶ ἃ πρέπει ὑπὲρ ἡμαρτηκότων μεταμελουμένων εὐξάμενος ἀπολύει. *Illic enim palam est pœnitentium locus in quo illi stant mœsti, ac veluti lugentes. Peractâ autem Dei liturgiâ, exclusi à communione sacrorum quæ initiatis præberi mos est, cum gemitu ac lamentis pronos se in terram abjiciunt: tum Episcopus cum lachrymis ex adverso occurrens, pariter ipse humi cum ejulatu provolvitur, & universa Ecclesiæ multitudo simul confitens, lachrymis perfunditur. Posthæc verò primus exurgit Episcopus, ac prostratos erigit, factaque ut decet precatione, pro peccatoribus pœnitentiam agentibus, eos dimittit.* Sozom. hist. Eccles. l. 7. c. 16. Pœnitentes hîc à Sozomeno commemoratos verè ὑπερπαίοντας fuisse nemo ambigat. Siquidem autem hoc nomen ὑπόστασις *Substratio*, huic tertio soli pœnitentium gradui attribuatur, apertum exinde redditur, eos solos pœnitentes à Sozomeno indigitari, qui hoc tertio gradu constituti sunt, eosque etiam idcirco peculiari nomine ὑπερπαίοντας dictos esse, quia isti soli coram Episcopo & Ecclesiâ publicè ὑπέπιπτον. Et hic quidem idem videtur gradus pœnitentium, quem D. Cyprianus ἐξομολόγησιν sæpè vocat. Hic enim ad pœnitentem quemlibet Ecclesiæ communioni reconciliandum tria suis temporibus requisita tradidit, pœnitentiam ipsam, exomologesim, & manus impositionem. *Nam cùm in minoribus*, inquit, *peccatis agant peccatores pœnitentiam justo tempore, & secundum disciplinæ ordinem, ad exomologesim veniant, & per manus impositionem*

*onem Episcopi & cleri jus communicationis accipiant : Nunc erudo tempore persecutione adhuc perseverante, nondum restitutâ Ecclesiæ ipsius pace ad communicationem admittuntur, & offertur nomen eorum ; & nondum pœnitentiâ actâ, nondum exomologesi factâ, nondum manu eis ab Episcopo & Clero imposita, Eucharistia illis datur.* Cypr. epist. 10. ad clerum. Et alibi, *Illi contra Evangelii legem, contra vestram quoque honorificam petitionem, ante actam pœnitentiam, ante exomologesin gravissimi atque extremi delicti factam, ante manum ab Episcopo & clero in pœnitentiam impositam, offerre lapsis pacem, & Eucharistiam dare, id est sanctum Domini corpus profanare, audeant.* Id. epist. 11. ad Martyres & confess. Et rursus, *Nam cùm in minoribus delictis, quæ non in Dominum committuntur, pœnitentia agatur justo tempore, & exomologesis fiat, inspectâ vitâ ejus, qui agit pœnitentiam, nec ad communicationem venire quis possit, nisi prius illi ab Episcopo & clero manus fuerit imposita.* In. epist. 12. ad fratres in plebe. In omnibus hisce D. Cypriani locis observare licet, à peccatoribus olim exactam ab Ecclesiâ fuisse, primò quidem pœnitentiam, deinde exomologesin, quâ etiam factâ ad communicationem non admissi sunt, priusquam Episcopus clericusque manus suas eis imposuissent. Ubi per *pœnitentiam* tam προσκλαυσις quàm ἀκρόασις intelligenda videtur : per exomologesin autem ὑπόπτωσις, propterea quòd exomologesis illa, sive publica delictorum in Ecclesiâ confessio, à pœnitentibus humi prostratis coram Episcopo ac clero totaque Ecclesiâ fieri consueta est ; atque etiam propterea quòd in D. Cypriani verbis exomologesis perpetuò pœnitentiam sequitur, non minus quam ὑπόπτωσις ἀκρόασιν. Ex eo autem, quòd communio eis post exomologesin illicò non indulta est, nec ante manus impositionem ab Episcopo cleroque factam, quæ aliquot dies vel menses deferri potuit, ex eo, inquam, colligimus quartum pœnitentium gradum, σύστασιν nimirum, istis etiam temporibus in usu fuisse : statim enim post exomologesin cum fidelibus in Ecclesiâ consistere poterant, etiamsi communicare eis nondum licuerat ; ac proinde tunc temporis verè συνεστῶτες erant.

VII. Ad ingressum igitur Ecclesiæ sive τῦ ναῦ, post ambonem nimirum usque ad exitum Catechumenorum steterunt ὑποπίπτοντες, in reliquâ Ecclesiæ propriè sic dictæ parte orantes stabant fideles, & unà cum iis illi qui quarto pœnitentium gradu constituti sunt, qui propterea vocantur συνεστῶτες, sive συνεστῶτες, ut unà cum fidelibus consistentes, nec cum Catechumenis reliquorum instar pœnitentium exeuntes. Gregorius Thaumaturgus, Ἡ σύστασις, ἵνα ζωίζωσι τοῖς πιστοῖς, καὶ μὴ ἐξίωσι μετὰ τῶν κατηχουμένων, *Consistentia est, ut cum fidelibus consistat, & cum Catechumenis non egrediatur.* Greg. Thaumat. can. 11. Scholiastes Harmenopuli, Ζωίζωσι, ἤγουν τοῖς πιστοῖς ζωοδοχούμενος, τ' ἁγιασμάτων μὴπω ἀξιούμενος, *Consistens, hoc est cum fidelibus orans, sacramentis autem dignus non habitus.* Harmenop. epit. can. sect. 5. tit. 3. Blastares, Συνεστῶμενοι δέ, οἱ τοῖς πιστοῖς μὲν ζωοδοχούμενοι καὶ συμψάλλοντες, τῆς δὲ τῶν ἁγιασμάτων ἀποχῆς μεταλήψεως, μέχρις ἂν ἐξήκοσι τὸν νενομισμένον χρόνον τὸ τέλειον αὐτοῖς τῆς θείας ἐπιλάβηται κοινωνίας. *Consistentes autem sunt, qui simul cum fidelibus orant, canuntque, a sacrorum autem sacramentorum participatione abstinentes, donec adveniente secundum leges illis præscripto tempore, perfectio eos in divinam communionem recipiat.* Blast. in Syntagm. lit. M. Hisce consentiunt. Interpretes in præsentem Canonem. Unde constat, quòd etiamsi συνεστῶμενοι hoc Canone disertè non nominentur, apertè tamen ultimis istis verbis, Νῦν δὲ ὅτι χρεὶς προσφορᾶς κοινωνήσωσι τῷ λαῷ μὴ ἐυχῶν indigitentur. Ea enim verba perfectam μὴ ζωιζωμένων definitionem continent : quemadmodum etiam & illa Synodi Ancyranæ, Νῦν ὅτι ἐυχῆς χρεὶς προσφορᾶς. Syn. Ancyr. can. 24. necnon illa Hincmari Rhemensis, *Quidam jubentur usque ad missam Catechumenorum manere in Ecclesiâ ; quidam autem solà intra Ecclesiam fidelium oratione jungi sacra mysteriorum celebritati, à dominicæ autem mensæ convivio segregari.* Hinc. Rhem. epist. ad Hincm. Laudun. cap. 24. à Justello cit. Συνεστῶμενοι itaque unà cum fidelibus communicantibus consistebant ; ipsis autem unà communicare non licuit.

IX. Ad utrumque Ecclesiæ latus, dextrum & sinistrum, in Ichnographiâ ἔμβολον exhibetur. Nec mirum cuipiam videatur, quòd ἔμβολοι ita à nobis, contra ac omnes alii tradiderunt, constituti sint. Iis enim locis à nobis collocantur, propterea quòd in Euchologio legimus, quòd cùm Pontifex sanctam mensam abluisset, ἐξελθὼν δὲ πάλιν ἐκ τῶ δεξιῶ μέρους κατέρχεται διὰ τῦ δεξιῦ ἐμβόλου εἰς τ' νάρθηκα, *Rursumque dextra parte bematis egressus per dextrum embolum in Narthecem se confert.* Quæ verba habentur in ordine fieri solito magnâ feriâ quintâ in ablutione sanctæ mensæ : è quibus perspicuum redditur, duplicem fuisse embolum, dextrum & sinistrum, atque etiam utrumque ita collocatum fuisse, ut per eos Pontifex ex Bemate in Narthecem migraret, & quidem ex dextrâ vel sinistrâ bematis portâ, de quibus mox agemus, ac proinde ipsâ Ecclesiâ non peragratâ, utpote in quam non per dextram aut sinistram, sed per sanctas portas transire solitus est. Hoc autem fieri non potuit, nisi ἔμβολοι iis locis, in quibus à nobis repræsentantur, statuti fuissent. Dextri emboli mentio fit etiam in Actis octavæ generalis Synodi, ubi dicitur, τόμος ἐφέρετο ἐν συνόμῳ τ' ἐγγὺς ἑνὸς τῶν ἐμβόλων τῶν μεγάλης ἐκκλησίας. Et ea quidem Synodus in uno ex hisce embolis, eoquè dextro, celebrata fuisse videtur. Nam in qualibet propemodum Actione Imperator in Synodo præsedisse dicitur, ἐν τῷ δεξιῷ μέρει τῦ ναῦ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, *In dextra parte Templi Ecclesiæ magnæ,* ( ubi etiam obiter notandum est, τ' ναὸν ab Ecclesiâ late sumptâ distinctum esse. ) In ipso itaque ναῷ non celebrata est ; sed ἐν δεξιῷ μέρει τῦ ναῦ, quod nullibi esse potuit, præterquam ubi dexter ἔμβολος à nobis exhibetur.

X. Ex Ecclesiâ ad Bema jam transeamus. Hoc autem ab illâ tabulatis quibusdam ligneis separatur, quæ vulgò vocantur κιγκλίδες, & κιγκλίδες, A Nicephoro Callisto, τῦ ἱερατείου κιγκλίδες, hist. Eccles. l. 12. c. 41. à Cantacuzeno ἱερεῖ κιγκλίδες, à Cyrillo Scythopolitano κάγκελα in vitâ S. Sabæ : & in vitâ S. Euthymii singulariter κάγκελον. Vocantur etiam δίκτυα ἀπὸ ξύλε, Euseb. hist. Eccles. l. 10. c. 4. à Germano autem in Mystagogiâ, κίονια, & σίδηρα. dicit enim, κίονια ἅπερ τὰ σίδηρα διαχωρίζοντα τὸ σῶμα ἀπὸ τῦ λειτῦ ναῦ, καὶ κάγκελα εἴη τῆς προσιόντες τόπον διηλέγετο. appellantur & καγκελωταὶ, vulgò *Cancelli*, à Sozomeno autem Δρύφακτα τῦ ἱερατείε. Sed observatu dignissima sunt ejus verba. Ἐθος ἦν, inquit, τὸς βασιλεῖς ἐν τῷ ἱερατείῳ ἐκκληπάζειν, κατ' ὄχλον δῆθ' οἷον τῦ λαῦ κεχωρισμένε· κολακείας δὲ ἢ ἀταξίας εἵ τινος ζωιδῶν, πόθεν εἵ βασιλέως ἐν ἐκκλησίᾳ τύχοι, τ' ἀεὶ δῆθ' δρυφάκτων τῦ ἱερατείε ὄντε τῦ μὲν λαῦ τ' κρατῦντα τῶν θεωρίαν ἔχειν, αὐτῦ δ' τὸς ἱερέας θεωρεῖσθαι· ταύτην δ' τῶν ἀείσιν Θεοδόσιον ἐτήρησε Θεοδόσιος ὁ Σαλμὸς, καὶ οἱ μὴ ταύτα ἐφύλαξαν, καὶ ὑφ' ἐκείνε νυνὶ φυλαττομένοις ὁρῶμεν. *Moris erat, ut Imperatores intra septa altaris in Ecclesiâ consisterent, honoris causâ à populi multitudine separati. Quod ex assentatione, vel ex disciplinæ corruptione profectum esse* Ambrosius *animadvertens, locum Imperatori in Ecclesiâ assignavit, ante cancellos altaris : ita ut Imperator quidem plebem, ipsum verò Imperatorem Sacerdotes in Ecclesiâ præcederent. Hanc egregiam ordinationem Imperator Theodosius comprobavit, & successores ejus postea confirmarunt : atque ex eo tempore in hunc usque diem observari eam videmus,* Sozom. hist. Eccles. l. 7. c. 25. Ex his enim verbis finis, ni fallor, tandem imponatur tortuosæ isti quæstioni, quæ doctorum ingenia hucusque exercuit, quidnam nimirum esset soleus ille à recentioribus græcis toties decantatus, & quem in Ecclesiâ usum habuerit ? Inter omnes enim convenit, aliquid fuisse in recentiorum præsertim Græcorum Ecclesiis, σωλείαν, σωλίαν, σωλεῖον atque etiam σολίαν, σολίαν vel σολεῖον, dictum, idque prope cancellos collocatum fuisse. Consentiunt itidem omnes, hoc Latinum esse vocabulum, & plerique nihil aliud esse quàm *solium*, & tamen quidnam esset istud solium se ignorare ingenuè fatentur ; nisi quòd Jacobus Goar solium Christi per nomen illud designari affirmat. Sed miror nemini de hac re agenti, eorum, quæ supra citantur, Sozomeni verborum in mentem venisse, quibus D. Ambrosius locum Imperatoribus in Ecclesiâ assignasse traditur, ante cancellos altaris. Ubi enim Imperator sedere solitus est *Solium* meritissimo jure nominetur. Ab Ambrosii autem temporibus & deinceps, ut è dictis verbis constat, Imperatoris sedes erat ante cancellos, ubi omnes uno ore concinunt σωλεῖον vel σωλίαν collocatum esse ; quod haud dubiè itaque ipsum erat Imperatoris solium sive sedes ; quod etiam solii instar erectum fuisse, fidem facit Cedrenus dicens, Ἡ πρύλλα τ' ἁγίας τῦ θεῦ μεγάλης ἐκκλησίας, φυτικὸν ἦσα ἔπιπτε, τὸν τε ἄμβωνα, καὶ τὰς σωλείας ἐξ ὀνυχίτε λίθε ὄντας ζωίπριψε, καὶ εἰς χῦν ἀπετίλεσεν, *Trulla Sancta Dei magnæ Ecclesiæ fornicata cum esset, lapsu suo ambonem & soleas, qui ex Onychite lapide erant, contrivit, & in pulverem convertit.* Ergo soleas unà cum ambone præ cæteris Ecclesiæ partibus lapsu tunc temporis Trullæ contritus fuit : quod fieri non potuit, nisi ambonis ad instar erectus fuisset. Sed ex onychite etiam erat, ut Imperatoris Majestati magis conveniret ; verum aliud etiam in istis Cedreni verbis observari dignum Dicitur enim τὰς σωλείας in plurali : unde constat non unum, sed plures fuisse in istâ Ecclesiâ σωλείας, duos minimum ; nimirum solium Imperatoris ante cancellos ad dextrum

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

trum ſanctarum portarum latus; aliud autem in ejus imitationem ad ſiniſtrum collocatum videtur, & Subdiaconis & Lectoribus aſſignatum. Et hos enim σολέαν ſuum habuiſſe, teſtis eſt Symeon Theſſalonicenſis, dicens, Ὑποδιακόνους καὶ ἀναγνώστας ἐκδέδυκε χρὴ ἔξωθεν τοῦ βήματος ἐπὶ τὴν σολέαν, ὃς δὴ καὶ δῆμα καλεῖται τῶν ἀναγνωστῶν. *Subdiaconos & Lectores extra bema ſedere convenit, circa ſoleam, qui etiam tribunal vocatur Lectorum.* Sym. Theſſal. de Sacram. Et Euchologium, Ἐξελθόντες δύο διάκονοι ἐκ τοῦ ἁγίου βήματος λαμβάνουσι τὸν χειροτονεῖσθαι μέλλοντα διάκονον, ἑστῶτα ἐν τῇ σολέᾳ. *Duo Diaconi è ſancto bemate exeuntes, accipiunt ordinandum Diaconum ſtantem in ſoleâ.* Nimirum cum ſedes Imperatori ante Cancellos inter ſanctam & borealem portam à D. Ambroſio aſſignata, *Solium* jure nominari obtinuiſſet, ſedem etiam Lectorum adverſâ Cancellorum parte, ſive inter portam ſanctam & Auſtralem, σολεῖον ſive σολέαν etiam nuncupari uſu venit, quippe quæ ejus ad inſtar erecta fuit. Soleas autem Lectorum nihil aliud fuiſſe videtur, quàm locus iſte in Eccleſiâ, ex quo illi ſacras Scripturas populo recitare conſueti ſunt.

XI. Porro in ipſis cancellis ſive feneſtratis partitionibus ingreſſum quidem, ſed non viſum prohibentibus, relictæ ſunt fores è Nao ad Bema ducentes, quæ dicuntur ἅγιαι πύλαι, & ἅγιαι θύραι, necnon ἅγια θύρια. Euchologium in ordine ſacri miniſterii, καὶ θυμάσας πάλιν τὰς ἁγίας εἰκόνας, εἰσέρχεται διὰ τῶν ἁγίων θυρῶν, καὶ θυμιᾷ τὸ ἅγιον τράπεζαν, & paucis interſertis, ὁ δὲ ἱερεὺς κλείσας τὰ ἅγια θύρια, ἵσταται ἐντὸς τοῦ ἁγίου βήματος. Hæ fores non perpetuò aperiuntur, ſed certis tantùm quibuſdam temporibus, quæ in Euchologio ſic enumerantur, ἴσιον ὅτι τὰ ἅγια θύρια κλείονται ἀνοίγονται, εἰ μὴ εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς μεγάλης ἑσπερινῆς, ὅτε θυμιᾷ μόνον ὁ ἱερεὺς, εἰς τὰς εἰσόδους πάσας, ἤγουν τῶν ἑσπερινῶν, καὶ τῆς λιτουργίας τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον. ἀσαύτως ἀνοίγονται καὶ ἀπὸ τῆς ἀναστάσεως, μέχρι συμπληρώσεως τῆς θείας λειτουργίας, *Sciendum ſacras fores nunquam aperiri niſi in celebrium veſperarum initio, cum thus adolet Sacerdos, in quocunque ſolenni introitu, veſperarum videlicet, & Liturgiæ pro ſancto Evangelio: Similiter à verbo, Accedite, ad finem uſque Liturgiæ, manent aperte.* Et antiqua quidem obtinuit conſuetudo, ut hiſce præſertim foribus velum appenderetur, quod in Euchologio vocatur βηλόθυρον, quippe quo dictum eſt, ὁ δὲ ἱερεὺς εἰσελθὼν ἐντὸς τοῦ ἁγίου βήματος, καὶ βαλὼν ἐκτενῆ ἐκτενῆ ἀνοίξας τὸ βηλόθυρον μόνον. Euch. ibid. Sic etiam Manuel Malaxus in Hiſt. Eccl. Jeremiam Patriarcham in templo παμμακαρίστου inter alia perfeciſſe aſſerit, βηλόθυρον μέγα, ἐκλεκτὸν, πολλῶν τιμῆς. Sæpiùs autem, & verius quidem, ſcribitur βηλόθυρον. Codinus, χρυσῶν δὲ βηλοθύρων ἀναβάθρας σκιπόντων, Cod de offic. Aul. C P. c. 17. Guilielmus Bibliothecarius in Stephano ſexto, *Fecit & in eâdem Baſilicâ egregii doctoris gentium belothyra quatuor, ex quibus unum auro textum.* Nimirum recentiores Græci vocem latinam, *velum*, ſuam fecerunt, ſcribentes eam βῆλον. Suidas, Παραπέτασμα, ἐξαπτέλυμμα· τὸ λεγόμενον βῆλον. Ex adſcititiâ igitur voce βῆλον, *velum*, & propriâ θύρα, compoſitam hanc efformarunt βηλόθυρον. Scholiaſtes Ariſtophanis in Ranas utriuſque tam βῆλα quàm βηλοθύρου meminit, dicens, ἐξαπετάσμασι τοῖς σκιωαῖς, τοῖς περικειμένοις βήλοις ἢ βηλοθύροις. Hujuſmodi fuit velum, quod Epiphanius, Anablethæ in foribus Eccleſiæ inveniens, ſcidit, propterea quòd depictum fuit, *& imaginem quaſi Chriſti vel ſancti cujuſdam haberet*; ut ipſe teſtatur, in Epiſtolâ ad Johannem Epiſcopum Hieroſolymitanum, quæ inter D. Hieronymi opera etiamnum extat.

XII. Remotiſſimus à primo introitu, & ſacerrimus omnium in totâ Eccleſiâ locus vocatur Βῆμα, *Tribunal.* Sic quidem appellatur à Balſamone in Syn. Trul. can. 69. dicente Ἀλλὰ καὶ γυναῖκες εἰς τὸ ἅγιον βῆμα. Sic etiam in can. Chalced. 15. Necnon ab ipsâ Synodo Laodicenâ canone 56. ita nominatur, & in Balſamonis & Ariſteni in eundem canonem ſcholiis, & alibi ſæpe per totum hoc opus atque etiam in Euchologio, ὁ δὲ ἱερεὺς κλείσας τὰ ἅγια θύρια ἵσταται ἐντὸς τοῦ ἁγίου βήματος. Euch. in ord. ſ. miniſt. Et ſic quidem communiter à Græcis appellatur: appellatur autem & θυσιαστήριον *Altare*, à potiore nimirum illius parte denominatum; idque à Syn. Laod. can. 44. à Synodo Trullanâ ἱερὸν θυσιαστήριον, can. 69. Et alibi in hoc opere in canonibus pariter ac ſcholiis quam ſæpiſſimè, & ſæpius quidem quam ipſum Βῆμα. Sed hæc duo celeberrimæ hujus Eccleſiæ partis nomina promiſcuè uſurpantur. Unde Theodorus Studita carmina ſua in hunc locum compoſita inſcribit quidem εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον, in ipſis tamen carminibus voce βῆμα utitur, eleganter canens

Φέρει τὸν βῆμα τοῦτο, καὶ πλῆρες φόβου,
Ναὸς Θεοῦ φωτεινὸς, ἁγνοῖς ἀπλέος.
Περσέλθε θείως, καὶ μεθίξεις ἀξίως,
Πῦρ γὰρ ὁ δῶρον τοὺς ἀναξίους φλέγει.

Vocatur etiam ἱερατεῖον, in Euchologio, & à Sozom. Hiſt. Eccleſ. l. 7. c. 25. Et Niceph. Calliſt. l. 12. c. 41. item ἱλαστήριον, Typicum Sabæ, θυμιᾷ τῷ ἁγίᾳ τράπεζαν φαινομένῳ, ὅσαύτως καὶ τὸ ἱλαστήριον ἅπαν. Typh. Sab. c. 5. Appellatur denique & θεῖον ἅδυτον, à Balſamone in Syn. Trull. can. 69. & ſimpliciter τὸ ἅδυτον à Nicephoro Calliſto in loco ante citato. Nec aberraveris, ſi *ſanctum ſanctorum* dixeris. Neque enim mulieribus ſacratiſſimum hunc locum ingredi permittitur, Syn. Laod. can. 44. nec Laico cuipiam, neque ipſi Imperatori, niſi quando voluerit Creatori dona offerre, Syn. Trul. can. 69. ſed Sacerdotibus, ſive ſacratis perſonis ſolis, Syn. Laod. can. 19. Adeo ut meritò cum Symeone Theſſalonicenſi dicamus, quòd Templum, ὃ πάντα τῶν πάντων ἔχει βατὰ, ἀλλὰ τὸ μὲν ἱερατεῖον, τὸ δὲ λαϊκοῖς. Sym. Theſſal. de Templo. Noſtris autem proh dolor! diebus, quibus cœlum & terra commiſceri videntur, omnes pro libitu ſacrum hoc bema ingrediuntur, contra ac à primitivâ Eccleſiâ religiosè conſtitutum eſt. Sed miſerandam hanc in rebus divinis ἀταξίαν Balſamon etiam ſuis temporibus admiſſam obſervavit, at rationem ejus ſe ignorare fatetur, ὅπως ἦν εἰς τὸ θεῖον ἅδυτον τῆς θείας ἡμῶν καὶ Κυρίας ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τῆς ἐν τῷ χάλκῃ ἀκωλύτως εἰσέρχεται ὁ βελόμενος, ἀγνοῶ. Balſ. in Syn. Trull. can. 69.

XIII. Quanto Bema in totâ Eccleſiâ, tanto ἡ ἁγία τράπεζα in ipſo bemate locos ſupereminet omnes: quippe quæ ſacratiſſimis omnium myſteriorum peragendis peculiari modo conſecratur, & inſervit. Nonnunquam ſanè in hoc etiam opere θυσιαστήριον *Altare* vocatur, ut Apoſt. can. 3. Syn. Carthag. can. 10. Sic etiam vocatur à S. Baſilio M. Epiſt. 72. ad Euaiſenos. Sæpiùs autem ἱερὰ τράπεζα, ut Syn. Trull. can. 32. & ἁγία τράπεζα à Græcis appellatur. Euchologium, ὁ δὲ διάκονος εἰσελθὼν ἐντὸς τοῦ ἁγίου βήματος, θυμιᾷ τὴν ἁγίαν τράπεζαν. Euch. in ord. ſ. miniſt. Marcus Hieromonachus, καὶ ὅπως εἰσέρχεται διὰ τῶν ἀναστάσεως, πάλιν πάλιν ἐκεῖθεν ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ, Marc. Hier. de dub. typ. c. 46. Symeon Theſſalonicenſis, Εἰσελθόντος καὶ κύκλῳ τὴν ἱερὰν θυμιάσαντος τράπεζαν. Sym. Theſ. de templo. Alia exempla paſſim occurrunt. Nicephorus Calliſtus etiam τὴν θείαν τράπεζαν vocat, Hiſt. Eccleſ. l. 12. c. 41. S. Athanaſius, ſeu quis alius, antiquus ſanè ſcriptor, ſi non ejuſdem ætatis, qui diſputationis contra Arium in Concilio Nicæno habitæ autor, τράπεζαν per θυσιαστήριον, tanquam per nomen magis notum, exponit, dicens, ἀφικόμενοι τράπεζαν, τουτέστι τὸ ἅγιον θυσιαστήριον, καὶ ἐπ' αὐτῇ ἄρτον ὑφέντες καὶ εὐξάμενοι. Hanc porro ſacram, ſanctam, divinamve menſam, ſive altare, veteres ex lapide conflare ſoliti ſunt; cujus rei rationem reddit Symeon Theſſalonicenſis, dicens, ἀπὸ λίθου ἡ τὸ θυσιαστήριον, ὅτι χριστὸν εἰκονίζει, ὃς καὶ Πέτρα ὠνόμασται, ὡς Παῦλος ἡμῖν, καὶ κεφαλὴ γωνίας, καὶ λίθος ἀκρογωνιαῖος, καὶ ὅτι Πέτρα πᾶλαι ταύτῃ ἐμιμεῖτο τὴν τράπεζαν, ἡ τὸ πᾶλαι ποτίζουσα Ἰσραήλ, *E lapide autem eſt altare, quia Chriſtum refert, qui etiam petra nominatur, tanquam fundamentum noſtrum, & caput anguli, & lapis angularis: & quia petra, quæ olim Iſraelem potavit, hujus menſæ imago fuit.* Sym. Theſ. de Templo. Adhæc ſuſtentata eſt olim hæc ἁγία τράπεζα nonnunquam ab arâ ſuppoſitâ, vel una lapide excitatâ, vel à pluribus coagmentatâ: ſæpiùs autem ab unâ pluribuſve (plerunque quatuor) columnis, ut ex officio in dedicatione templi uſurpari ſolito colligere eſt, quo dictum legimus, οἱ μὲν κίονες βαστάζουσι τὴν τράπεζαν εἰς τὸν κατρεπομένον ἔδει τὰ ἐδάφη ὁποιονοῦν τόπον, μεταξὺ δὲ αὐτῶν ἀναπαλὰς κίονος· εἰ δὲ βωμὸς ἀνέκειτο ταύτῃ, εἴτε μονόλιθος, εἴτε συντιθεμένος ἐκ πολλῶν λίθων εἰς τὸν γενομένον ἐκ τῆς τετμημένου ὄχλου ἐν τῷ μέσῳ τοῦ βωμοῦ καὶ τὸν πλησίον αὐτοῦ τὸν αὐτὸν τὸ σωλήνιον, *Et columnæ quidem in præparato velut ſepulchro menſam ſuſtentant, in ſolo, columnarum videlicet interſtitio ad Orientem vergente. Sin autem illam fuerit ara, ſive unico lapide excitata, ſive pluribus coagmentata ex facto ab Artifice loculo, in aræ medio, ad illam ejus partem, quæ recta ſynthronon reſpicit.* Et mox poſtea, ταῦτα δὲ γίνεται πάντα τῶν τραπέζων ἢ κίονι ἑνὶ ἢ κίοσιν ἐνίοις βαστζομένων, *Hæc autem omnia fiunt, cum pluribus vel unâ ſolâ columnâ menſa ſuſtentatur.* De quatuor columnis diſertè meminit Germanus Conſtantinopolitanus,



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

politanus, dicens, οἱ ἅγιοι πατέρες, ὡς ἐφικτὸν μοὶ, τὸ ἐπέκεινα τῆς ἁγίας τραπέζης ἱερεῖον ἀπαρτίζουσιν. ὡς ὅλιον δὲ γλῶ ὀφθὲν εἶζοντα τὸ ὑπὸ πασέρων κιονίον, τὸ εἰρημένον κιβωτίον συγκειμένον ἢ ἀναγραφόμενον ἱερὸν ἔδαφος, *Sancti Patres fornicem, qui ſupra ſacram menſam eſt, tanquam cœlum efficiunt: Quod à quatuor autem columnis ejus (quod ciborium appellatur) conclusum eſt ſacrum ſolum & circumſcriptum, ut totam terram præſiniunt.* Germ. in myſtag. Et quidem ſanctam hanc menſam proximo ſaltem poſt iſtud, quo habita eſt præſens Nicææ Synodus, ſæculo columnis ſuſtentari in uſu fuiſſe, teſtis eſt Syneſius, qui in Cataſtaſi miſeram pentapoleos calamitatem non minus eleganti quam lugubri oratione deſcribens, ait, Περιφύσομαι δὴ κίονας ἱερὰς, αἳ τὸν ἄσυλον ἀπὸ γῆς ἀνέχουσι τράπεζαν, ἐνταῦ κἀγὼ ζῶν καθεδοῦμαι, καὶ ἀποθανὼν κείσομαι, *Sacratas amplectar columnas, quæ incontaminatam à terrâ menſam ſuſtinent; illic ego & ſedebo vivus, & mortuus jacebo.* Syneſ. in Cataſt. Has itaque columnas ſacram menſam ſuſtentantes, rudi, ut aiunt, minervâ, & quo in plano licuit modo, in Ichnographiâ repræſentamus. Et inſuper crucem ei appoſuimus; ſine quâ nullum unquam in quavis ferè Eccleſiâ, Græcâ præſertim, per multa retrò ſæcula erectum altare legitur; etiamſi nullam antiquam Synodum id conſtituiſſe meminerim.

XIV. A tergo altaris, in ipſo bematis ſinu, collocatus in Ichnographiâ exhibetur θρόνος, viz. τῆς ἀρχιερέως. In quo nimirum ipſe Epiſcopus ſedet, iſque ſolus ſedere poteſt. De hoc plura diximus in annotationibus ad can. Apoſt. 59. ubi in Balſamonis ſcholiis dicitur, quòd τοῖς ὀκτακόσμοις ἐν τῷ δυπαστηρίῳ καθέδρα ἀφ' ὕψους ἵδρυται. Videſis quæ ad ea verba commentati ſumus. Hìc inſuper obſervatum velim, ad utrumque Epiſcopalis illius throni latus, Sacerdotibus etiam ſuum σύνθρονον conſtitutum eſſe; ſub quo tamen nomine ipſe ſuum θρόνος plerumque comprehenditur, adeo ut σύνθρονον quoque θρόνος plerumque comprehenditur tam ipſam Epiſcopi ſedem, quam Sacerdotum ſubſellia ſignificet; quo ſenſu in Euchologio ſæpiſſimè uſurpatur, ut in ritu ordinandi Epiſcopi, Εἶτα ἡ χειροτονηθέντα ἀναβάλλεται ὁ χειροτονήσας, καὶ οἱ λοιποὶ ὅσιοι, καὶ τῆς σωτῆρος εὐχαμένας τελουμένης ἀνίρχονται εἰς τὸ σωτῆρον, ubi etiam videre eſt, totam Epiſcoporum Synodum ordinationi Epiſcopi congregatam εἰς τὸ σωτῆρον aſcendiſſe. Et Sacerdotes autem ἐν τῷ σωτῆρῳ conſediſſe, è plurimis Euchologii locis patet, ſuffragantibus Balſamone in can. Apoſt. 58. & Blaſtare in lit. Δ. c. 7. & ut alios taceam, Symeone Theſſalonicenſi, dicente, Καθίσας δὲ τῷ σωτῆρῳ ἡ χειρὶ ἐκμιμεῖται, συνεδρους ἔχει καὶ τοὺς συνιερεῖς μιμουμένους τοὺς ἀποστόλους, *In ſacro verò σωτῆρῳ ſedens Epiſcopus Chriſtum imitatus, conſeſſores habet Coepiſcopos & Sacerdotes, qui Apoſtolos imitantur.* Sym. Theſſal. de templo. Et de hoc quidem conſeſſu intelligendus eſt Syn. Laod. canon 56. quo cautum eſt, ne Presbyteri ante Epiſcopi introitum ἐν τῷ βήματι ſedeant. Hoc enim σωτῆρον ibi indigitari exinde liquet, quòd ἐν τῷ βήματι eſſe dicitur: quod propterea ἱερὸν σωτῆρον nonnunquam vocatur, ut ab alio conſeſſu in Eccleſiâ ſive ναῷ diſtinguatur. Et hæc quidem omnia (quod ſummâ obſervatione dignum eſt) quæ hucuſque in bemate deſcripſimus, in Eccleſiâ Pentapolitanâ olim extitiſſe, ex Syneſii ipſius verbis abundè conſtat; dicit enim, Βαδίζω γὰρ πρῶτον ὀδὸν ἐπὶ τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, κυλίσομαι τὸ δυπαστήριον· δάκρυσι βρέξω τὸ τιμαλφίσαντα ἔδαφος. ἐκ δεσμεύσομαι περὶ δέρρι ἐκεῖνον ἀπάσασθαι. ὦ πολλὰς ἀσπασμοῦ τε, καὶ μετεμφάσομαι, ὦ πολλὰς τοῖς κιγκλίσι τῷ χεῖρε ἐπερείσομαι; *Primùm enim ad Dei templum accedam, tum altare circumibo; pretioſiſſimum pavimentum lachrymis pertundam. Non priùs abſcedam, quàm jamdiu illam thronumque illum oſculatus fuero. O quoties Dei ſidem appellabo, ac vultum convertam? O quoties cancellis manus injiciam?* Syneſ. in Cataſtaſi. Egregia ſanè verba, quibus quicquid ferè ad bema pertinet, commemoratur, θύρα ſive *ſancta Porta*, illuc ducens, κιγκλίδες, *Cancelli*, δυπαστήριον, *altare*, & ipſe quoque Pontificis *thronus*. Unde, ea omnia, ibi commemorata, ipſius quoque Syneſii diebus uſu publico & communi recepta fuiſſe palam eſt.

XV. Duo alia adhuc ſuperſunt loca bemati adjuncta, Διακόνικον, & Πρόθεσις, de quibus breviter agendum eſt. Et διακόνικον quidem ad dextram Pontificis in throno ſedentis, & occidentem reſpicientis collocatur, πρόθεσις ad ſiniſtram. Unde & pars iſta Eccleſiæ, qua διακόνικον ſtatuitur, δεξιὸν μέρος, & βορεῖον κλίτος vocatur; quâ πρόθεσις, ἀριστερὸν μέρος, & νότιον κλίτος. Et quidem βορεία κλίτους, & δεξιὰ μέρους paſſim in Euchologio mentio occurrit: ut ἐξέρχεται ἅμα τῷ ἱερεῖ διὰ τῆς βορείου κλίτους, *Egreditur* [*ex bemate*] *unà cum Sacerdote per boreale latus*, in ord. S. miniſt. Et in lyturgiâ Chryſoſtomi, ὁ ἱερεὺς καὶ ὁ διάκονος ἔμπροσθεν τῆς ἁγίας τραπέζης ποιοῦσι προσκυνήματα τρία, εἶτα λαβὼν ὁ ἱερεὺς τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον, πέμπει τῷ διακόνῳ, καὶ οὕτως ἐξελθόντες διὰ τῆς βορείου μέρους ἔρχονται εἰς τὸ σωτῆρον τόπον. *Sacerdos & Diaconus ante ſanctam menſam tres adorationes faciunt: Tum vero Sacerdos acceptum ſanctum Evangelium tradit Diacono, atque ita per portam Septentrionalis partis egreſſi, ad conſuetum locum veniunt.* E quibus ſimul perſpicuum redditur, in dictâ Septentrionali parte portam etiam fuiſſe ex bemate, ubi ſancta menſa, ducentem. Quandoquidem autem Bema perpetuò ad Orientalem Eccleſiæ partem extructum eſt, & Epiſcopus in eo ſedet reſpiciens Occidentem, hic Septentrionem ad dextram, & auſtrum ad ſiniſtram ſemper habeat neceſſe eſt; quo factum ut δεξιὸν μέρος idem ſignificet, quòd βορεῖον κλίτος, & ἀριστερὸν μέρος, idem quòd νότιον κλίτος. Secundùm hæc ad dextram ſive Septentrionalem Bematis partem collocatum eſt in Ichnographiâ Διακόνικον, ut colligimus ex Symeone Theſſalonicenſi, qui de Epiſcopo conſecrando verba faciens, ait, Ἀπὸ τοῦ διακονικοῦ ἐξέρχεται, καὶ περιχυμβᾷ ἁπλῶ διακόνῳ, θρακεπιπώτων δύο πρεσβυτέρων, διὰ τοῦ δεξιοῦ μέρους τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ σολέως, ἄχρι τοῦ βήματος, *Educitur ille ex Diaconico, & præcedente eum Diacono, & duobus Presbyteris deducentibus, per dextram templi partem & ſoleam uſque ad Bema.* Sym. Theſſ. de Sacram. E diaconico igitur per dextram Templi partem, & per ſoleam (quam etiam dextrâ Templi parte ante cancellos collocatam eſſe, antè obſervavimus) ad ipſum Bema educitur; nimirum è diaconico in dextrum κλῖτος, uti à nobis deſcribitur, & ſic ſtatim per portam ibi relictam, in ipſum templum, & ſic tandem per ſoleam, & ſanctas portas in ipſum Bema. Idem confirmatur ex ipſo Euchologio, quo in ordine fieri ſolito in ablutione altaris, dicitur, Καταίρχεται ὁ ἀρχιερεὺς παρεδρεύων ἐν τῷ μετατωρίῳ, ἤγουν τῷ διακονικῷ, καὶ ἐξέρχεται εἰς τὸ ἅγιον δυπαστήριον ἐκ τοῦ μέρους τοῦ δεξιοῦ, καὶ γίνεται ἔκπυνσις τῆς ἁγίας τραπέζης, *Deſcendit ſanctiſſimus Patriarcha in meſatorium, ſive Diaconicum, & egreditur in ſanctum altare ſive bema dextra parte, & facta eſt ſanctæ menſæ ablutio.* In verbis Symeonis Theſſalonicenſis ante citatis Epiſcopus deſcendit ex Diaconico per dextram partem templi in bema, in his autem ex ipſo Diaconico in bema directè itur, idque dextra bematis parte; ubi igitur in Ichnographiâ janua rectè exhibetur. Ex Euchologii autem verbis conſtat etiam διακόνικον dici nonnunquam μετατώριον: unde à Cedreno vocatur & μητατώριον; dicit enim in Leone Baſilii Macedonis filio, Διὰ ταύτην τὴν τοῦ αἰτίαν ὁ Πατριάρχης εἶς τὴν ἐκκλησίαν εἰσέρχεσθαι μὴ ἐδίδου ἡ βασιλεὺς, ὅθεν διὰ τοῦ δεξιοῦ μέρους διήρχετο εἰς τὸ μητατώριον, *ob hanc itaque cauſam Imperatori Patriarcha introitu templi interdicebat: quamobrem per dextram partem in mitatorium intrabat*: & infra, τοῦ δὲ βασιλέως δημοσίαν ποιουμένου εἴσοδον εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν, καὶ τὸ μητατώριον εἰσιόντος, καὶ ἐν ᾧ τόπῳ εὐχατο τότε, *Imperatore publicè in magnam Eccleſiam progrediente, & in mitatorium veniente, quo etiam loco precabatur.* Cedr. in Leon. Etiamſi itaque Imperatori nec Eccleſiam nedum bema ingredi licuerit, per dextram tamen templi partem (hoc eſt per dextrum κλῖτος) in mitatorium ſive Diaconicum ſe contulit, ibique precatus eſt. Unde palam fit Diaconicum, tam ab ipſo bemate quàm ab Eccleſiâ propriè dictâ, ſejunctum eſſe, uti etiam à nobis deſcribitur. Sed dicet aliquis, cuinam igitur uſui inſervit hoc Diaconicum? hìc, fateor, in diverſum tendunt doctorum ſententiæ; quod tamen ſatis mirari nequeo, cum ex ipſo nomine conſtet, locum iſtum Diaconis aſſignatum eſſe: At quorſum Diaconis, niſi ut muneribus ſuis in eo fungantur? nimirum ut ſacra veſtimenta atque vaſa, quibus in myſteriis celebrandis opus eſt, ibi reponant. Hoc etiam ex eo adſtruitur, quòd in diverſis Liturgiarum editionibus Διακόνικον & σκευοφυλάκιον promiſcuè tanquam ſynonyma uſurpentur. Et de hujuſmodi proculdubiò Diaconico, quicquid alii in contrarium prodiderunt, intelligendus eſt Synodi Laodicenæ canon 21. quo ſtatutum eſt, ὅτι οὐ δεῖ ὑπηρέτας ἔχειν χώραν ἐν τῷ διακονικῷ, καὶ ἅπτεσθαι τῶν ἱερῶν σκευῶν, *Quòd non oportet miniſtros locum habere in Diaconico, & ſacra vaſa tangere.* Quibus ultimis verbis primorum ratio redditur: idcirco nimirum in Diaconico locum habere non debent, quòd ſacra vaſa ibi repoſita iis tangere non licet. Hinc Dionyſius Exiguus canonem iſtum de ſecretario interpretatur, eum ſic inſcribens, *Quòd Subdiaconi à Diaconico, id eſt, à Secretario ſint remoti.* Et Concilium Agathenſe, eundem quaſi canonem explicans renovanſque, decrevit, *Quoniam non oportet inſacratos miniſtros licentiam habere in Secretarium, quod Græci Diaconion appellant, ingredi,*

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

& *contingere vasa Dominica.* Concil. Agath. can. 66. Hæc autem ipsissima sunt verba, quibus Isidorus Mercator dictum Laodicenæ Synodi canonem Latinè vertit; nisi quòd hic pro *Diaconion*, rectiùs legit Diaconicon. Secretarium autem idem fuit, quod nos Diaconicon esse diximus, quo videlicet vestes & vasa sacra reponebantur. Et sic usurpatur à Fortunato lib. 1. de vitâ S. Radegundis Reginæ, dicente, *Intrans Secretarium monacha veste induitur.* Et à Beda, ubi ait, *Sepultus verò est* Gregorius *corpore in Ecclesiâ beati Petri Apostoli, ante Secretarium die quarto iduum Martiarum.* Bed. hist. gent. Angl. l. 2. c. 1. ubi Rex Aluredus *Secretarium* Saxonicè interpretatur hupel popvice q. d. *Eucharistia Porticum*, sic enim vocarunt Saxones locum, quo Eucharistiæ utensilia reponi solent: quem Anglicè vocamus **the Uestry**, à Latinâ voce *Vestiarium*, quâ etiam D. Augustinus utitur, dicens, *Et sicut pascimini ex uno cellario, sic indumini ex uno vestiario.* August. Epist. 109. ad sanctimon. A recentioribus Latinis vulgò nuncupatur *Sacristia*, in quâ, quæ res juxta Ecclesiæ Romanæ usum reponendæ sunt, à Concilio Mediolanensi quarto sigillatim enumerantur.

XVI. Ad australem denique partem Bematis, in Ichnographiâ collocavimus Πρόθεσιν. Eam enim, contra ac alii senserunt, locum esse ab ipso bemate distinctum, non minus quam Διακόνικον, evidenter colligitur ex his Liturgiæ S. Chrysostomi verbis, Καὶ εὐλογῶν ὁ λαὸν, εἰσέρχεται· μὴ ὢν ἐκεῖ ἀπόλυειν, εἰ μὴ ἔστι διάκονος, εἰσέρχεται ὁ ἱερεὺς εἰς τὸ ἱερατεῖον, καὶ μεταλαμβάνει τὸ ὑπολειφθὲν ἐν τῷ ἁγίῳ ποτηρίῳ θερμηρῶς καὶ ἐναλίως, καὶ διατάσσει τὸ ἅγιον ποτήριον τρὶς, καὶ ἕως μὲν μίσης τὸ λεγόμενον μαργαρίτης, *Et benedicens populum, ingreditur* bema. *Post dimissionem autem, si non est Diaconus, ingreditur in prothesin Sacerdos, & quod residuum est in sancto calice cum attentione & devotione consumit, & ter sanctum calicem abluit, & attendit ne remaneat particula aliqua, margarita vocata.* Sacerdos igitur ingressus est prothesin, idque ex ipso bemate, unde non modo constat prothesin à bemate separatam esse, verumetiam aditum patuisse à bemate ad prothesin ducentem; quemadmodum à nobis describitur: immo quidem ex ipso nao in bema per prothesin nonnunquam itur. Marcus Hieromonachus hoc confirmat, dicens, Καὶ θυμιᾷ τὸ ἕτερον, ἀρχόμενος ἀπὸ τῶν ἁγίων θυρῶν, καὶ ἐκπορευόμενος μέχρι τῶν βασιλικῶν πυλῶν, πάντων καὶ ἐν τῷ ναῷ, πληρώσας δὲ τὸ θυμιᾶν καὶ μέλλων εἰσιέναι ἐν τῷ ναῷ χαράττει σημεῖον ὅμοιον τῶν βασιλικῶν πυλῶν· ὡσαύτως καὶ εἰς τὸ ὁμφαλὸν, ἄρχων ἐν τῷ μέσῳ τοῦ ναοῦ, καὶ εἰς τὰ ἄλλα θύεια ὁμοίως· ἀφθυμιῶν πάλιν τὸ ἡμιθύμιον ἐν τῷ εἰσιέναι, καὶ ὅπως εἰσέρχεται διὰ τῶν ἁγιασμάτων πυλῶν πάλιν σημεῖον ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ, *Et alterum incensat incipiens à sanctis portis, & procedens usque ad Basilicas portas, idipsum in eo faciens, quod altero. Postea egreditur per borealem portam incensans iisdem omnes, quemadmodum etiam in templo. Cum incensandi autem finem fecerit, & ingressurus sit in templum, crucem designat ante basilicas portas, similiter & in umbelico sive medio templi, atque etiam ad alias portas similiter. Cum ingressurus autem est* bema, *incensat rursus præsidentem, & sic per prothesin ingreditur, faciens de novo crucem in sanctâ mensâ.* Marc. Hierom. de dub Typ. cap. 46. Ex templo itaque in Bema per prothesin ingressus est, nimirum διὰ τῶν ἀγιασμῶν πυλῶν, ubi aditus propterea à nobis in Ichnographia relinquitur, quo primo ex templo in embolum, & deinde ex embolo in prothesin, & sic ultimo ex prothesi in bema ingressus fiat. Porro in hoc loco Sacerdos, aut Diaconus quod reliquum est in sancto Calice, postquam omnes fideles communicaverint, ebibit; ut è verbis Liturgiæ S. Chrysostomi ante laudatis constat: hîc etiam Diaconus sanctum discum deponit, priusquam populo distribuitur; ut ex eadem Liturgiâ discimus, dicente, Εἶτα λαβὼν ὁ ἄγιον δίσκον τίθησιν ἐπὶ κεφαλὴν τοῦ διακόνου· καὶ ὁ διάκονος λαβὼν αὐτὸν μετ' εὐλαβείας, διακρατῶν ἔξω φέρει τῶν θυρῶν, ἐκεῖ λέγων οὐδὲν εἰσέρχεται εἰς τὸ ἱερατεῖον καὶ ἀποτίθησιν αὐτόν. *Accipiens deinde sanctum discum ponit eum super caput Diaconi, & Diaconus suscipiens ipsum cum veneratione respiciens extra versus januam, nihil loquens, in prothesin abit, & ipsum deponit.* Atque etiam ex Symeone Thessalonicensi, dicente, ἐπὶ πάντες τὴν ἱερὰν δύσιν ἐν τῇ προθέσει ἀποτιθέντων. Sym. Thessal. de Templo. Hîc etiam Sacerdotes & Diaconi ante Eucharistiæ consecrationem manus suas lavant. Liturgia S. Chrysostomi, Εἶτα ἀπελθόντες εἰς τὸ ἱερατεῖον νίπτουσι τὰς χεῖρας. Hîc denique sacra præparantur; ut ex eadem Liturgiâ constat. Hunc locum Latini *Oblationarium* vocârunt; unde in Ordine Romano legimus, *In quo Archidiaconus suscipit oblatas Pontificis de oblationario, id est, Prothesi, & dat Pontifici.* Et quidem aliquis hujusmodi locus, prothesis olim dictus, & oblationarium, ad unam bematis partem, non minus quam διακόνικον sive vestiarium ad alteram, in nostris etiamnum Ecclesiis, celebrioribus præsertim, collocari solet: quas etiam ad veterum, uti à nobis descriptæ sunt ac delineatæ, formam extructas esse, cuivis eas, cum iis quæ hucusque commentati sumus, conferenti, patebit.

Διακονικὸν. Quid propriè sit διακόνικον in antecedentibus annotationibus fusè explicuimus. Hîc autem vox ista latè sumitur pro omni pœnâ pœnitentibus impositâ, usque dum ad communionem recipiantur: adeo ut διακονικὸν hîc idem significat, quòd ἀφορίζεσθαι. Quo quidem sensu autor Epitomes canonum eâ voce sæpius utitur. Unde ubi Patres Nicæni in proximo canone dicunt, Μὴ ἐν διακονικῷ, in epitome ejusdem canonis vis istorum verborum exprimitur per ἀφορίζεσθαι.

## In Can. XII.

Καὶ ἀποτίθησι τὰς ζώνας. Hîc ἀποτίθεσθαι τὰς ζώνας, idem est, quod *militiæ renunciare*, hæc autem loquendi formula exinde orta est, quòd cùm quis in militiam conscriptus, milesque factus fuit, cingulum, sive zona, quâ cingebatur, ei data est: unde Julianus nullos in exercitum suum Christianos admittere statuens, *Militiæ cingulum non dari, nisi immolantibus jubet*, ut tradidit Ruffinus, Hist. Eccles. l. 1. c. 32. quo etiam usu venit, ut ζώννυσθαι idem sit atque ἐνδύεσθαι τὰ ὅπλα *arma induere*, ut scribit Cælius Rhodeginus, l. 22. c. 19. ut & ζώννυσθαι idem quod ἐπιζώσασθαι, ut scribit Eustathius in Homerum, ubi eo sensu sæpe usurpatur, ut Iliad. Λ. initio.

Ἀτρεΐδης δ' ἐκέλευσεν, ἰὼν ζώννυσθαι ἄνωγεν
Ἀργείους, αὐτὸς δ' ἐδύσατο νώροπα χαλκόν.
*Atrides autem clamavit, atque armari jussit*
*Græcos, & ipse induit splendidum ferrum.*

Et odyss. Ω.

Ὅτε κεν πότ' ἀποφθιμένοιο βασιλῆος
Ζώννυνταί τε νέοι, καὶ ἐπεντύνωνται ἄεθλα.
*Quando autem mortuo Rege*
*Armanturque juvenes, & parant certamina.*

Sic etiam tam Hesychius, quam Suidas ζώννυσθαι exponit per καθοπλίζεσθαι. Et in politicis etiam legibus, *Cingi*, idem sonat, quod in militum numeros referri & armari, ubi dicitur, *Filius-familias equestri militiâ exornatus, & in comitatu principum retentus, cingi confestim jussus, testamentum de castrensi peculio facere potest.* l. 43. ff. De testamento militis. Ut igitur Zonâ cingitur, qui in militum delectum recipitur, & operam militarem navare aggreditur, sic etiam qui à militiâ recedit, ἀποτίθεται τὴν ζώνην, *Zonam deponere*, meritò dicatur. Unde vetus interpres ζώνας hoc loco *baltea* rectè vertit, & Dionysius Exiguus *Militia Cingulum.*

Προηγουμένως ἀναφαίνεται. In primis ad præcedentem canonem annotationibus observatum est, Licinium Imperatorem, paulò ante præsentem Synodum Nicææ celebratam, gravissimis Christianos persecutionibus exagitâsse. De hujus tyrannide Patres Nicæni in dicto præcedente canone disertè meminerunt, eam isti condendo materiam sibi præbuisse indigitantes. Eandem autem & præsenti sanciendo canoni occasionem dedisse exinde liquet, quòd hîc, æque ac illic, de lapsis agatur; illic nimirum de omnibus in genere, qui sponte suâ & sine necessitate tunc temporis lapsi sunt; hîc autem de militibus speciatim, qui cingula semel deposita resumpserant; hoc est, qui militiæ primò renunciaverant, & eandem postmodum sub eodem tyranno receperant. Quandoquidem autem hæc observatio hunc canonem egregiè illustrabit, eumque à perversis aliorum commentariis perspicuè vindicabit, rem ab ipsâ origine repetemus, ut cognitâ canonis occasione, ipsissimus ejus sensus simul innotescat.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Licinius itaque, quo in Christianos odio flagrabat, inter alia edictum edidit, quo cautum fuit, ut nemo militum honore militiæ suæ frueretur, nisi qui dæmonibus sacrificaret: ut testatur Eusebius, qui eodem tempore claruit, dicens, Εἶτα τοὺς κατ' πόλιν στρατῶται ἐκκρίνεσθαι καὶ ἀποδύεσθαι τῆ τῆς τιμῆς ἀξιώματος, εἰ μὴ τοῖς δαίμοσι θύειν αἱροῖντο, ἐκκελεύεται, *Posthæc cunctos in urbibus militantes, nisi dæmonibus sacrificare mallent, exauctorari, & honore militiæ spoliari jubet.* Euseb. Hist. Eccles. l. 10. c. 8. Quod idem & alibi fusius sic repetit, ὡς δ' οὐκ εἶχεν ὑδὲ ἐν τούτῳ τοὺς ὑπακούοντας, γυμνῆ λοιπὸν τῆ κεφαλῆ, τοὺς κατ' πόλιν στρατῶτας, ἀγελαιοκόμων τισὶ δόγμασιν ἀποδύεσθαι, εἰ μὴ τοῖς δαίμοσιν αἱροῖντο θύειν, παρεκελεύετο, *Verùm cum nec in hoc sibi illos obsequi videret, nudo deinde capite decrevit, ut qui in urbibus erant milites, nisi dæmonibus sacrificare mallent, à præsidialibus ordinibus removerentur.* Id. de vitâ Constant. l. 1. c. 54. Henricus Valesius in annotationibus ad priorem locum observat duplicem fuisse apud Romanos militiam, alteram Castrensem seu legionariam; alteram civilem, Cohortalem etiam dictam in Codice Theodosii: eos autem, qui in hanc cohortalem militiam adscripti erant, vulgò à Latinis officiales, seu apparitores vocari, à Græcis autem communi vocabulo στρατῶται; istos autem στρατῶτας κατ' πόλιν, ab Eusebio commemoratos, eosdem esse, quos Themistius orat. 17. ἀγυιοὺς στρατῶτας vocat, Apparitores nimirum sive Officiales, qui sub præsidibus & præfectis prætorio fiscalia tributa exigebant; non autem eos qui à Castrensi seu legionariâ militiâ erant. Sed vereor, ut hæc distinctio in supra laudatis Eusebii locis admittatur. Licinius enim proculdubiò non eos solos, qui in cohortali, verumetiam qui in Castrensi militiâ, ad honores & dignitates evecti sunt, exauctorari jussit. Quod etiam ex eventu patet. Vi enim istius edicti, quicunque militari aliquâ dignitate decorati sunt, eâdem exciderunt. Cùm enim Constantinus postea libertatem iis ad dignitates suas redeundi indulgeret, de militaribus dignitatibus in genere nullâ adhibitâ distinctione meminit. Sic enim idem Eusebius, ὁ μὲν ἀλλὰ καὶ τοῖς ὀξυτομωτέροις μᾶλλον ἐπὶ στρατηγικῆς ἀξίαις πατρὶ, πίστιν δὲ διὰ τοῦ ἀπυροῦ καὶ ἄδικον φόβου ἀπαιτοῦσι, ὅτι τὸ χριστιανίζειν τὸ κρεῖττον ὁμολογοῦντες, μεμνήμεθα ἧς εἶχον ἀξίας, αἰρετὸν ἦν περὶ βίλησιν, ἢ στρατικὰ τέρψεων ἐφ' ὅπερ ἦσαν ἡδέως μᾶλλον, ἢ μὴ ἀφίσιως ἐντίμου ἐλευθέρων ἄγειν σχολῆ. *Illis præterea, qui militaribus olim dignitatibus decorati, crudeli quodam atque iniquo prætextu iis exciderunt; ideo scilicet, quòd cultum Dei profitentes, dignitati suæ anteponerent; liberum sit eligere, utrum malint militiam repetentes in eodem, quo prius fuerant, statu permanere, an cum honesta missione liberè agere.* Euseb. de vitâ Constant. l. 2. c. 33. Et clarius adhuc Sozomenus, qui hoc Constantini edictum sic breviter exprimit, τοῖς δὲ στρατίας τινὸς ἀφαιρεθῆσαν, ἐν γνώμῃ ἑκάστου, ἢ ἐφ' ὅπερ ἦσαν ἡδέως τάττεσθαι, ἢ μὴ ἀφίσιως ἐντίμου ἐλευθέρων ἄγειν σχολῆ. *Quibus verò ordo cujuslibet militiæ ademptus est, liberum iis reliquit, ut vel pristinum locum recuperarent, vel cum honestâ missione otio liberali fruerentur.* Sozom. Hist. Eccles. l. 1. c. 1. Non igitur in civili solâ, sed in qualibet militiâ ad dignitatem promoti, à Licinio depositi, & à Constantino restituti sunt. Etiamsi autem post emissum Licinii edictum plures militaribus suis dignitatibus spoliari maluerint, quàm dæmonibus sacrificare: nonnulli tamen, ut videtur, easdem postea pecuniâ & beneficiis recuperare conati sunt. Contra quos propterea Patres Nicæni præsentem canonem ediderunt, decennalem ab iis pœnitentiam exigentes, etiam post triennium in auditione transactum. Nec quidem immeritò. Cùm isti enim cingula priùs deposuissent, Christum dignitatibus suis præferentes, postea autem reversi, militiam suam rursus assecuti essent, & dignitates suas vice versâ Christo præposuissent, ipsis etiam dæmonibus potiùs sacrificare, quàm dignitatibus spoliari eligentes: rationi pariter atque religioni summè consentaneum fuit, ut diutiùs in pœnitentiâ versarentur, quo se firmiores esse atque constantiores quàm antea demonstrarent. Neque etiam atrocius in sese facinus admittere potuerant, quàm, cùm Christianam religionem priùs professi essent, militares suas dignitates ipsi Christo apertè coram paganis anteponendo, quo nihil à religione remotius, nihil Christo injuriosius effingi potuit, aut perpetrari; adeo ut, si vel prima veræ religionis rudimenta ritè imbibissent, cum Marcello Centurione sane dixissent, *Si talis est conditio militantium, ut diis & Imperatoribus sacra facere compellantur; Ecce projicio vitem, & cingulum, renuncio signis & militare recuso.* apud Baron. ad an. 298. Hoc argumentum fusiùs idcirco prosecuti sumus, quia Scultetus in medul. Patr. p. 419. & nescio quot alii, toto Patrum horum Nicænorum choro sibi sapientiores visi, ex ipso hoc canone sacratissimo huic Concilio errorem inferre non erubuerunt; ex eo nimirum, quòd militiam à Patribus hîc condemnatam esse somniârunt, quod quidem sanctissimis hisce Patribus nunquam in mentem venit. Militiam enim in genere nequaquam improbant; sed ab iis tantùm, qui militares suas dignitates ipsi Christo prætulerunt, & cùm illis semel depositi fuissent, dæmonibus potiùs sacrificare, quàm eas non recuperare maluerant, pœnitentiam summo jure requirunt, tempusque in eâ transigendum definiunt. Hoc ex ipsâ canonis hujus constituendi occasione, uti ostensum est, abundè constat. Etiamsi enim Licinii persecutio, in hoc æque ac in præcedenti canone non commemoretur; ex eo tamen, quòd in præcedenti Patres disertè asserant, se de iis, qui sub Licinii tyrannide lapsi sunt, loqui, eandem & in hoc canone intelligendam esse necessariò consequitur; in quo sc. æque ac in eo de lapsis agunt: usque adeo ut vetus canonum interpres Latinus præcedentem & præsentem in unum canonem conjungat; idque sub hoc titulo, *De his, qui prævaricati sunt præter necessitatem, aut præter ablationem facultatum, aut pericula, aut tale aliquid, quòd factum est sub Tyran. Diocl.* Diocletiano nimirum pro Licinio malè posito; & quidem in titulo, unde in ipso canone omittitur. Verùm & hinc saltem efficitur, dicto interpreti visum esse, eandem tyrannidem ambobus hisce sanciendis canonibus occasionem dedisse. Istud autem & ex ipso præterea canone confirmetur, in quo militia tacitè approbatur. Non enim eos condemnat, qui militant; sed eos solos, qui, cùm cingula Christi causâ deposuissent, eadem rursus pecuniâ assequerentur. Quòd si militia absolutè sumpta Patribus hisce improbata fuisset, eos qui cingula priùs receperant, non minus quàm qui eadem adempta repetierant, condemnâssent. Nihil autem de primâ cingulorum acceptione, sive militiæ susceptione loquuntur; quam proinde non tantùm non condemnâsse, sed & approbâsse censendi sunt. Hinc autem colligere est, quantum veræ horum canonum interpretationi conducit, ipsam eos constituendi occasionem perspectam habere, quâ antehac incognitâ, tot docti viri in tantum errorem prolapsi sunt, dum Patres Nicænos in præsenti canone erroris insimularent. Quo etiam factum est, ut Josephus Ægyptius hunc canonem metaphoricè interpretetur, de abstinentiâ videlicet à mundo, & ad eundem reditu. Sic enim canonem inscribit,

منحل من زهد في الدنيا وخلاها وترهب ورجع بدالة وقلع الرهبانية ورجع في الدنيا

*De eo, qui abstinentiam à mundo professus est, eique renunciavit, & monachus factus est; postea autem retroversus religiosam vitam relinquit, & ad mundum redit.* Cui titulo totam etiam paraphrasim suam accommodat. Et ab istâ quidem præsentis canonis expositione, nec ipse Johannes Scholasticus sive Antiochenus multum abhorruisse videtur; quippe qui in titulo 35. qui inscribitur, Περὶ τῶν μοναχῶν καὶ μοναχῶν ἀθετούντων τὸν ἐπαγγελίαν τῆ σχήματι, *De monachis & monialibus professionem religiosæ vitæ irritam facientibus*, hunc canonem inter alios & quidem primo in loco citat. Hanc autem metaphoricam interpretationem meritò appellavimus. Patres enim nihil hîc de monachis vel monialibus statuerunt; sed tantum de militibus. Quæ autem hîc constituta sunt, per metaphoram quidem, sed longè petitam, iis applicentur. Ut enim milites, qui, ne dæmonibus sacrificârent, cingula deposuerunt, & postea ea requisiverant, ab hoc; sic monachi & moniales, qui mundo renunciârunt, & ad eum postea rediêrunt ab aliis canonibus puniuntur; ab hoc autem nequaquam.

ἐξεῖναι τῷ ἐπισκόπῳ καὶ φιλανθρωπότερον. Hinc summa Episcoporum dignitas eluceſcit: utpote quorum in potestate situm est, idque celeberrimæ hujus generalis Synodi autoritate, etiam inflictas delinquentibus pœnas remittere, vel diminuere; quod quidem majus est, quàm quod ulli politici judices sibi vendicare possunt. Hi enim in sententiâ quidem ferendâ, in levioribus delictis lenitate, in gravioribus benignitate, ut loquuntur Jurisconsulti, uti possunt, nam *Judex postea quam semel sententiam dixit, postea judex esse desinit: Et hoc jure utimur, ut judex, qui semel vel pluris vel minoris condemnavit, amplius corrigere sententiam suam non possit; semel enim malè seu benè officio functus est*, l. 55. ff. *de re judicata & de effectu sententiarum*, &c. vid. & l. 2. c. *de sententiis ex periculo recitandis.* Pœnas igitur minuere non judex, sed solum Princeps potest, l. 27. ff. *de pœnis.* Imo quidem

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

quidem, etiamsi de rei innocentiâ postea certior sit factus, αὐτὸς γὰρ ὁ κρατήσας δι᾽ αἶνόν τινα ἢ δίωξιν ἀναίτιον ἐνεσπούδασεν· ἔστι γάρ τις τῷ αἰτίαν ἄξιον ἀναγκαῖον κἂν γενόμενον εἶναι, *Judex enim, qui aliquem condemnavit tanquam sontem, liberare insontem compertum non potest. Neque enim quispiam sententiam suam revocat, etiamsi pecuniaria sit.* Basilic. l. 60. tit 50. c. 1. Hoc autem Episcopis licet; quod iis speciale esse, Photius doctè observavit, qui cùm dixisset, leges civiles Episcopo, videnti pœnitentiam clerici, qui alea lusit, aut spectaculis se immiscuit, potestatem facere ut pœnam minuat, & antequam statutum tempus completum sit, ipsum sacro ministerio restituat, addit, τοῦτο δὲ οὐκ ἐπιτρέπων ἰδιώτῃ ἐστί, Phot. nomoc. tit. 9. cap. 39. ubi etiam fusè ostendit, hoc publicis judicibus illicitum esse. Idem autem Episcopis confirmavit etiam Synodus Ancyrana can. 5.

## In Can. XIII.

Περὶ τῶν ἐξοδίων τινῶν. Cùm Patres Nicæni duobus Canonibus proximè antecedentibus de iis, qui grassante Licinii persecutione lapsi sunt, egissent, & istis quidem duodecim, his autem tredecim annorum pœnitentiam transigendam definiissent, injecta est iis cogitatio, vel forsitan quæstio, ab aliquo ibi congregato proposita, quid faciendum sit, si quem ante completum istud pœnitentiæ tempus mortem obire contigerit? respondent itaque, statuuntque hoc Canone, antiquam & Canonicam legem adhuc observandam esse; ut si quis ex istis pœnitentibus animam egerit, & vitâ excessurus fuerit, viatico sive Eucharistiâ non privetur. Vox autem ista ἐξόδιον viaticum, peculiaris est Eucharistiæ moribundis datæ, eos nempe longo itinere ad cœlum faciendo corroboranti. Ut hoc autem etiam pœnitentibus morti vicinis concedatur, statutum est à Concilio Ancyrano can. 6. necnon à Concilio Carthaginensi quarto, *Pœnitentes, qui in infirmitate sunt, viaticum accipiant.* can. 77. Sic etiam Aurelianense secundum, *De his, qui in pœnitentiâ positi vitâ excesserunt, placuit nullum communione vacuum debere dimitti.* Conc. Aurel. 2. c. 12. Arausicanum primum, *Qui recedunt de corpore, pœnitentiâ acceptâ, placuit sine reconciliatoriâ manus impositione eos communicare, quod morientis sufficit consolationi, secundum definitiones Patrum, qui hujusmodi communionem congruenter Viaticum nominaverunt.* Concil. Arausic. 1. can. 3. Et quidem post celebratam hanc Nicææ Synodum, etiamsi pœnitentia per totum vitæ delinquentis decursum transigenda sæpiùs constituta sit, cautè tamen perpetuò provisum est, ut animam agentibus communio non denegetur; sed hoc viaticum omnibus decessuris indulgeatur. Sic statuit S. Basilius can. 73. Concilium Toletanum primum, *Si qua vidua Episcopi, aut Diaconi maritum acceperit, nullus Clericus, nulla religiosa cum eâ convivium sumat, nunquam communicet: morienti tantum ei sacramentum subveniat.* Concil. Tol. 1. can. 18. " Mulier autem non admittatur " ad communionem, nisi marito defuncto egerit pœnitentiam; " si autem vivente eo secesserit, & pœnituerit, nullo modo, " nisi vitâ deficiens, accipiat communionem, ibid. c. 19. Carthaginense quartum, " Is qui pœnitentiam in infirmi- " tate petit, si casu, dum ad eum sacerdos venit, oppressus in- " firmitate obmutuerit, vel in phrenesim versus fuerit, dent " testimonium, qui eum audierunt, & accipiat pœnitenti- " am; & si continuò creditur moriturus, reconcilietur per " manus impositionem, & infundatur ori ejus Eucharistia. Concil. Carth. 4. c. 76. Toletanum XI. " Qui pœniten- " tiam in mortis agit periculo, non diutinè à reconcili- " ationis gratiâ differendus est; sed si præcincto mortis " urgeatur periculo, pœnitentiâ per manus impositionem " acceptâ, statim ei reconciliatio adhibenda est, ne priùs " humanis rebus æger abscedat, quàm donum reconciliationis " accipiat. Tolet. XI. c. 12. Vide & Concil. Valentini sub Damaso can. 3. Agathense, " Viaticum tamen omnibus " in morte positis non est negandum. Concil. Agath. can. 15.

Ὁ παλαιὸς καὶ κανονικὸς νόμος διαφυλαχθήσεται. Ex his verbis constat, patres Nicænos nihil hîc de novo constituisse, sed veterem quandam de hâc re legem renovasse, & suâ demum autoritate Posteritati confirmatam tradidisse. Et hoc quidem à Concilio Ancyrano, ante hoc Nicænum habito, statutum est, περὶ ἐκείνων φόνων ἐπιτιμίοις μὲν, τῷ δὲ πλείω ἀπὸ τῆς πίλου τῶν ἓξ κατεξιώθησαν. Syn. Ancyr. can. 23. Et Concilium Arelatense primum decrevit, *De his, qui falsò accusant fratres suos, placuit eos usque ad exitum non communicare*; Arel. 1. c. 14. In ipso igitur exitu iis communione non interdicit, sed tantum usque ad exitum. Sed neuter horum Canonum iste παλαιὸς νόμος esse potest, à patribus Nicænis hîc commemoratus; namque ambo hæc Concilia paulò ante Nicænum celebrata sunt. Quocirca παλαιὸς iste νόμος altiùs petendus est: ubi tamen figendus sit difficillimum est determinare. Hoc saltem pro comperto habemus, multis ante hoc Concilium annis sacramentum pœnitentibus morituris dari solitum fuisse: & quidem Dionysius Alexandrinus, qui ipsius Cypriani diebus, centum ferè annis ante sacrum hoc conventum claruit, aperte fatetur se hoc Presbyteris suis in mandatis dedisse, ut pœnitentibus ultimum trahentibus spiritum venia, ac proinde Eucharistia etiam, indulgeretur. In Epistola enim ad Fabium Antiochenum scriptâ Serapionem quendam senem, in persecutione lapsum tradit veniam & communionem ab Ecclesiâ sæpe postulâsse, sed nunquam admissum fuisse usque quo animam efflaturus erat, cùm autem se Deo anteactæ vitæ rationem illico redditurum esse persentiscebat, puerum protinus ad se vocatum mittebat, unum ex Presbyteris accersitum; contigit autem, ut Presbyter, ad quem se puer conferebat, tunc temporis ægrotaret, qui nihilominus exiguam Eucharistiæ partem in os senis infundendam mittebat, vel ut ipsa se habent Dionysii verba, ἔδραμέν ὁ παῖς ἐπὶ τὸ πρεσβύτερον, νὺξ δ᾽ ἦν, κἀκεῖνος ἀσθένει· ἀφικόμενος μὲν οὖν οὐκ ἐδυνάσθη. ἐσπλὼς δὲ ὑπ᾽ ἐμοῦ διδομένους τοὺς ἀπολλαγησομένους τοῦ βίου, εἰ δύναιτο, καὶ μάλιστα εἰ καὶ πρόσθεν ἱκετεύσαντες τύχοιεν, ἀξιώσας, ἵνα εὐέλπιδες ἀπολλάτωσι· βεβαρὺ τῆς εὐγενείας ἐπέδωκεν τῷ παιδείῳ, ὑποζεύξαι κελεύσας, καὶ τῇ πρεσβύτῃ καὶ τῷ σώματι ὑποσβέσαι. *Puer ad Presbyterum cucurrit; jam nox erat; Presbyter autem ægrotabat, proindeque venire non potuit. Sed quoniam in mandatis dederam, ut morituris, si peterent, & maximè si antea suppliciter postulâssent, venia indulgeretur, quo bonæ spei pleni ex hac vitâ migrarent; exiguam Eucharistiæ partem puero tradidit, jubens ut in aquâ intinctam seni in os instillaret.* Dionys. Alex. epist. ad Fab. apud Euseb. hist. Eccles. l. 6. c. 44. In his verbis observatum velim primò quidem sub veniæ tunc temporis indultæ nomine etiam Eucharistiam comprehensum esse, Presbyter enim in mandatis ab Episcopo suo Dionysio acceperat, pœnitentes morituros illud exposcentes ἐφόδιον *absolvere*, sive *veniam iis indulgere*; hîc autem & Eucharistiam ad eum misit, quod ei non licitum fuisset, nisi sub voce ἐφόδιον ei injunctum esset: & deindè hoc à Dionysio Alexandrino mandatum fuisse, ut Eucharistia pœnitentibus extremum profusuris habitum indulgeretur. Utrum ipse primus hoc statuerit incertum est; certissimum autem ex ipsis verbis, eum statuisse. Idem verò, & iisdem etiam diebus, à Concilio quodam Romæ, sede istâ tunc temporis vacante, post mortem Fabiani habito constitutum est; ut constat ex Epistolâ cleri Romani ad Cyprianum scripta, ubi hæc habentur, *Cujus temperamenti moderamen nos hic tenere querentes, diu, & quidem multi, & quidem cum quibusdam Episcopis vicinis nobis, & appropinquantibus, & quos ex aliis provinciis longe positis persecutionis istius ardor ejecerat, ante constitutionem Episcopi nihil innovandum putavimus; sed lapsorum curam mediocriter temperandam esse credimus: ut interim, dum Episcopus dari a Deo nobis sustinetur, in suspenso eorum, qui moras possunt dilationis sustinere, causa teneatur. Eorum autem, quorum vitæ finem urgens exitus dilationem non potest ferre, actâ pœnitentiâ, & professâ frequenter suorum detestatione factorum, si lachrymis, si gemitibus, si fletibus dolentis & verè pœnitentis animi signa prodiderint, cùm spes vivendi secundùm hominem nulla subsiterit, ita demum cautè & sollicitè subveniri.* Cyprian. epist. 31. & in aliâ itidem Epistolâ, ejusdem cleri Romani ad clerum Carthaginensem conscriptâ, legimus, *Et alia, quæ incumbunt nobis, etiam ipsa subdidimus, ut si, qui in hanc tentationem inciderunt, cœperint adprehendi infirmitate, & agant pœnitentiam facti sui, & desiderent communionem, utique subveniri iis debet.* ibid. Epist. 3. Unde palam est, tale aliquod Romæ tunc temporis obtinuisse statutum, quo lapsi pœnitentes & lethali morbo correpti communionem sibi concessam haberent. Nullum autem hujusmodi decretum Carthagine istis diebus vel observatum fuisse, vel constitutum, ex ipsis D. Cypriani Epistolis colligere licet, ille enim ad clerum suum scribit, eos solos lapsos, diem obeuntes, ad pacem recipiendos esse, qui libellos à martyribus acceperunt, & eorum prærogativâ apud Deum adjuvari possunt, epist. 13, & 14. Et nec in hoc se legem dare, aut autorem temerè constituere asserit, epist. 15. ad cler. Rom. ubi etiam pleniorem hujus rei discrepationem ad majorem Episcoporum conventum reservandam esse dicit: adeò ut nihil certius esse potest, quàm legem in præsenti Canone com-

memoratam, D. Cypriano, cùm iſtas Epiſtolas ſcriberet, prorſus incognitam eſſe. Et, ni fallor, ultra ejus ætatem deduci nequit; quâ lapſorum cauſæ ſummo vigore diſcuti cœperunt. Hujuſmodi autem legem duobus locis iis temporibus editam fuiſſe, è ſupradictis patet, Romæ videlicet, & Alexandriæ; illic quidem à Clero; hîc ab Epiſcopo Dionyſio: quam propterea utroque in loco ab iſtis uſque ad præſentis Concilii tempora obſervatam fuiſſe, pluſquam veriſimile eſt. Hanc igitur παλαιὸν καὶ κανονικὸν νόμον patres hîc appellant, & ſuâ demum autoritate corroborant; quoniam ut videtur, plurimis in locis nondum recepta fuit. Sanè Concilium Eliberitanum, viginti plus minus annis ante hoc Nicænum habitum, communionem etiam in fine ſive exitu vitæ quàm plurimis peccatoribus denegandam decrevit. "Placuit, ut quicunque poſt fidem baptiſmi ſaluturis, adultâ "ætate, ad templum idoli idololatraturus acceſſerit, & fecerit "quod eſt crimen capitale, nec in fine eum ad communionem "ſuſcipere, Concil. Elib. c. 1. Si quis maleficio interficiat alte- "rum, eo quod ſine idololatriâ perficere ſcelus non potuit, "nec in fine impertiendam illi eſſe communionem, ibid. can. "6. Si quis fortè fidelis poſt lapſum mœchiæ, poſt tem- "pora conſtituta, actâ pœnitentiâ denuò fuerit fornicatus, "placuit eum nec in fine habere communionem, ibid. can. 7. vide & can. 2. 3. 8. &c. In Hiſpaniâ igitur contraria adhuc ſententia prævaluit, ubi communio nonnullis pœnitentibus in extremo etiam halitu præciſa eſt. Innocentius primus, Epiſcopus Romanus, in epiſtolâ ad Exuperium Tholoſanum ambas haſce ſententias ſive leges commemoravit, & utriuſque rationem non contemnendam reddidit. Verba ejus, ut hiſce rebus explicandis quamplurimum conducentia, tota tranſcribemus. "Et hoc quæſitum eſt, inquit, quid de "his obſervare oporteat, qui poſt baptiſmum omni tempo- "re incontinentiæ voluptatibus dediti in extremo fine vitæ "ſuæ pœnitentiam ſimul & reconciliationem communionis "expoſcant: De his obſervatio prior durior, poſterior in- "terveniente miſericordiâ inclinatior eſt. Nam conſuetudo "prior tenuit, ut concederetur iis pœnitentia, ſed com- "munio negaretur. Nam cùm illis temporibus crebræ perſe- "cutiones eſſent, ne communionis conceſſa facilitas homi- "nes de reconciliatione ſecuros non revocaret à lapſu, me- "ritò negata communio eſt conceſsâ pœnitentiâ, ne totum "penitùs negaretur, & duriorem remiſſionem fecit temporis "ratio. Sed poſtquam Dominus noſter pacem Eccleſiis ſuis "reddidit, jam terrore depulſo communionem dari abeun- "tibus placuit, & propter Domini miſericordiam, quaſi "viaticum profecturis; ne Novatiani hæretici, negantis ve- "niam, aſperitatem & duritiam ſubſequi videamur. Tri- "buetur igitur cum pœnitentiâ extrema communio, ut "homines hujuſmodi vel in ſupremis ſuis, permittente ſal- "vatore noſtro, perpetuo exitio vindicentur. Innocent. 1. epiſt. 3. ad Exup. cap. 2. Hîc, ut videre eſt, Innocentius duas commemorat obſervationes, quarum prior pœnitentiam ſine communione, poſterior communionem unà cùm pœnitentiâ lapſis in extremo vitæ fine indulſit; priorem nonnulli Concilii Eliberitani decreta eum indigitaſſe opinantur; quod nobis nequicquam viſum eſt: iſta enim decreta Hiſpaniæ tantum obſervata leguntur. Et præterea Eliberitani iſti Canones peccatoribus ibi commemoratis, non tantum ad extremam metam, ſed & per totum vitæ curriculum communionem denegandam edicunt: Innocentius autem de iis ſolis loquitur, qui in extremo fine vitæ ſuæ pœnitentiam & reconciliationem communionis ſimul depoſcunt; ac proinde ad antiquiora reſpexiſſe tempora videtur, cum nimirum (ut ipſe ſubdit) crebræ perſecutiones eſſent; ad Cypriani nimirum, vel iis etiam priora tempora, quibus ſeverior viguit Eccleſiæ diſciplina, quâ fideles à lapſu meliùs coercerentur. Per poſteriorem obſervationem præſentem haud dubiè Canonem intellexit. Hoc exinde liquet, quòd extremam iſtam Communionem *viaticum* vocet; quemadmodum hîc appellatur: atque etiam quòd eam poſt pacem Eccleſiæ redditam ſancitam fuiſſe aſſerat. Et quidem poſt editum hunc Canonem, poſterior iſta obſervatio, in eo confirmata, quâ viaticum nemini morituro illud expoſcenti denegatur, ab eo uſque tempore ubique & perpetuò recepta eſt, & quâ par eſt religione uſitata uſque adeò, ut Epiſcopis olim in more poſitum fuerit, Presbyteris ſuis in mandatis dare, ut nemo, quod fieri poteſt, ſine viatico ſuo hinc migraret. Cujus rei egregium habemus exemplum in doctiſſimo illo pientiſſimoque Ptolemaidis Epiſcopo Syneſio, qui hæc de ſeipſo nobis tradidit, ποῦπον ἔν ἐμαυτῷ ζωγράφηται, εἰ προσπλάσῃς Λαμπωνιανῷ τὸ χρέων, καὶ ἡ νυὸς παρῇναι δόξειε, πᾶσιν ἐφῆκε τοῖς τότε παρουσίοις φρίσσουσιν, κοινωνίας ἅπαξ μεταλαβεῖν· μοῦνος γὰρ ἀπεδόκουν ἀναιμώτῳ καὶ ἐμοί. "Tantum "tulum hoc ergo mihi ſumpſi, ſi Lamponiano (Eccleſiâ "ſegregato) fatalis neceſſitas immaneret, & præſtituta "mortis dies adeſſe videretur, tum omnibus, qui eo tempore "intereſſent, Presbyteris conceſſi, eum communionis par- "ticipem facere. Nullus enim, quantum in me erat, Ec- "cleſiaſticis vinculis obſtrictus morietur. Syneſ. epiſt. 67. ad Theophilum.

Εἰ ἦ ἀπογνωσθεὶς καὶ κοινωνίας πάλιν τυχών. In Johannis Antiocheni collectione Canonum πάλιν hîc non legitur: & poſt τυχὼν additur καὶ προσφορᾶς μετασχών, Joh. Antioch. coll. can. tit. 18. quæ verba vetus etiam interpres legit, vertitque & *oblatione percepta* can. 12. necnon Dionyſius Exiguus, qui tranſtulit, *oblationiſque particeps factus.*

Μετὰ τ κοινωνήσαντα τ εὐχῆς μόνῃ ἴσα. verbum ἴσα, quod hîc in fine, in Joh. Antioch. collectione tit. 18. initio horum verborum collocatur, quibus etiam alia adduntur, hîc deſiderata nimirum, ἄχρις ἂν πληρωθῇ ὁ ὁσιώτατος ἅπαν τ μεγάλης καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου χρόνον, *quouſque adimpleatur tempus à magno & univerſali Concilio definitum.* Hæc autem, nec à veteri interprete, nec à Dionyſio Exiguo, nec ab Iſidoro Mercatore leguntur: ſed Balſamon ea legiſſe videtur, eo quòd conſtitutum hîc aſſerat, cum qui poſt receptam communionem convaleſcit, ſacramenta non aſſequi, εἰ μὴ πληρωθῇ πάντως ὁ νενομισμένος χρόνος τῆς ὀπτασίας. Et quidem, etiamſi lecta non eſſent, neceſſario tamen intelligenda ſunt. Sacramenta enim tunc temporis recepta, nulli eſſe poſſunt pœnitentibus impedimento, quo minus poſt elapſum pœnitentiæ tempus ad communionem admittantur.

Πᾶς πρός. Hîc erratum in Ariſteni ſcholia irrepſiſſe nemo ambigat. Canon enim, non de fidelibus, ſed tantùm de lapſis, & pœnitentiam in exitu vitæ agentibus loquitur. Et præterea πᾶς πρὸς, *omnes fideles* etiam ſanitati reſtituti ſacramentorum participes erunt; contra ac hic aſſeritur: quod itaque codici M S. quo uſi ſumus, potiùs quàm ipſi Ariſteno attribuendum eſt. Neque enim hæc tam obvia Ariſtenum latere potuerunt.

## In Can. XIV.

Περὶ τῶν κατηχουμένων. Huic etiam ſanciendo Canoni Licinii tyrannis ſive perſecutio occaſionem præbuit. Cùm enim nonnulli fideles, idque ſuâ ſponte, nulla cogente neceſſitate tunc temporis lapſi fuerint, ut ex can. XI. conſtat, non mirum eſt Catechumenos in idololatriam præcipites abjiſſe, quippe qui nondum in Chriſtianâ religione confirmati ſunt, in quos nihilo ſecius lapſos animadverteretur neceſſe erat. Catechumeni autem adhuc pagani erant; qui tamen de Chriſtianæ religionis veritate certiores facti, ſe quoque Chriſtianos fieri, & ſacro baptiſmate à peccatis ſuis ablui cupiebant. Hoc autem iis conferri non potuit, priuſquam primis ſaltem religionis iſtius elementis κατηχούμενοι, hoc eſt, initiati ſunt, & ſufficienter inſtructi; qui proinde à prima ipſorum converſione uſque ad baptiſmum κατηχούμενοι appellati ſunt: propterea quod totum iſtud tempus ἐν τῷ κατηχεῖν, in erudiendis iis & admonendis abſumptum eſt. Horum duo fuiſſe genere ex hoc ipſo Canone demonſtrari poteſt, alios nimirum ἀκροωμένους fuiſſe, alios ὑποπίπτοντας. Hîc enim decernitur, ut ſiquis Catechumenus lapſus ſit, tribus ille annis ſit inter ἀκροωμένους *Audientes*, poſtea autem σύγκειται oret cum Catechumenis, viz. orantibus, qui etiam γονυκλίνοντες *genu flectentes* vocantur à Concilio Nepcæſarienſi can. 5. In quem Canonem omnes ſcholiaſtes, Balſamon, Zonaras, & Ariſtenus, hanc Catechumenorum in duas claſſes diſtributionem agnoſcunt, & explicant. Nonnullos enim obſervant Catechumenos nuper acceſſiſſe, ac proinde imperfectiores eſſe; qui propterea κατηχούμενοι ἀκροώμενοι, *Catechumeni audientes* merito appellentur, quibus nihil amplius quàm audire permiſſum eſt; alios autem jampridem acceſſiſſe, ac proinde perfectiores evaſiſſe, & baptiſmo aptiores: qui idcirco orationem, quæ fit ſuper Catechumenos, expectabant, & dum ea recitaretur, genua flectebant, nec Eccleſiâ priùs exibant, quàm à Diacono, οἱ κατηχούμενοι προέλθετε, pronunciatum eſt; Quos propterea ὑποπίπτοντας jure nuncupemus, quibus nempe ſolis ὑποπίπτειν in Eccleſiâ licuit. Hiſce ſuffragatur & Matthæus Blaſtares, atque etiam Scholiaſtes Harmenopuli: dicens, Δύο τῶν κατηχουμένων εἶναι τάξεις· ἡ μὲν τῶν γόνυ κλινόντων ἡ πιλουμένων· ἡ δὲ τῶν ἀκροωμένων ἡ ἀπιλήτων. Schol. Harmen. epit. can.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

can. sect. 5. tit. 3. De audientibus Catechumenis in antiquioribus etiam patribus frequens occurrit mentio. Tertullianus, " Nemo ergo sibi aduletur, quia inter auditorum tyrocinia " deputatur, quasi eo etiam nunc sibi delinquere liceat. Et mox postea, " An alius est intinctis Christus, alius audientibus? Tertul. de pœnitentiâ cap. 6. Cyprianus, " Audi- " entibus etiam, si qui fuerint, periculo prævenți, & in exitu " constituti, vigilantia vestra non desit: Implorantibus divi- " nam gratiam misericordia Domini non denegetur. Cypr. epist. 13. ad Clerum. Et alibi, " Optatum inter lectores " doctorem Audientium constituimus. Id. Epist. 24. ad Cler. Ubi etiam observare licet Catechistam vocatum *Audientium* doctorem, quales insignes olim claruerunt Alexandriæ, Origines, Pantænus, Clemens, & Dionysius. D. Ambrosius hos *Audientes* simpliciter *Catechumenos* vocat; genuflectentes autem, sive perfectiores, *Competentes* appellat. " Sequenti, inquit, die, erat autem dominica, post lecti- " ones atque tractatum, dimissis Catechumenis, symbolum " aliquibus competentibus in baptisteriis tradebam basilicæ, Ambros. l. 5. epist. 33. Et hoc quidem à Concilio Agathensi statutum est, " Symbolum etiam placuit ab omnibus Eccle- " sius unâ die, id est, ante octo dies dominicæ resurrectionis, " publicè in Ecclesiâ Competentibus prædicari. Concil. Agath. can. 13. De Competentibus meminit etiam D. Augustinus, " Deinde ut à me baptizaretur admonitus, jam " factum esse respondit: cui rursus ille, qui cum eo loque- " batur; vade, inquit, verè baptizare; nam illud in visi- " one vidisti: post ista convaluit, perrexit Hipponem; " pascha jam appropinquabat. Dedit nomen inter alios " competentes, pariter cum plurimis incognitus nobis, nec " ille mihi visionem, nec cuiquam conservorum indicare " curavit, baptizatus est. Aug. de curâ pro mortuis gerendâ, cap. 12. E quibus etiam verbis clarissimè constat, quinam propriè dicti sunt competentes: isti nimirum Catechumeni, qui in articulis fidei satis instructi baptismum petebant: unde & nomen istud sortiti sunt; ut idem doctissimus pater alibi docuit, dicens, " An usque adeò dissimula- " mus à sensibus nostris, ut vel nosipsos non recordemur, " quàm fuerimus attenti atque solliciti, quid nobis præci- " perent, à quibus catechizabamur, cum fontis illius sacramenta peteremus, atque ab hoc competentes etiam vocaremur. Id. de fide & operibus cap. 6. Eandem vocis hujus etymologiam Isidorus etiam tradidit, dicens. " Competens " vocatur, qui post institutionem fidei competit gratiam " Christi; unde & à petendo competens vocatur. Isidor. Orig. l. 7. cap. 14. Et alibi supradictam Catechumenorum distinctionem planissimè tradit. " Post Catechumenos, *inquiens*, " secundus competentium gradus est. Competentes autem " sunt, qui jam post doctrinam fidei ad gratiam Christi " percipiendam festinant, ideoque appellantur Competen- " tes, id est, gratiam Christi petentes. Nam Catechume- " ni tantùm audiunt, necdum petunt. Sunt enim quasi " hospites & vicini fidelium; de foris audiunt mysteria, " audiunt gratiam, sed adhuc non appellantur fide- " les. Competentes autem jam petunt, jam accipiunt, jam " catechizantur, id est, imbuuntur institutione sacramentorum. Id. de Eccles. offic. l. 2. c. 22. Hîc enim apertè distinguit inter Catechumenos audientes, & competentes; quos etiam distincto à reliquis gradu constitutos asserit. His inter se collatis, perspicuum redditur, quid sibi vellent Patres Nicæni in præsenti Canone ab iis edito; cujus summa huc redit: quòd si quis Catechumenus durante Licinii persecutione lapsus sit, tres annos cum imperfectioribus Catechumenis verbum dei audiat; sed nec cum perfectioribus Catechumenis oret, nedum baptismi sacramentum petat, quousque dicti tres anni elapsi fuerint. Etiamsi autem Catechumenorum alii perfectiores fuerint, alii imperfectiores; omnes tamen eodem in Ecclesiâ, vel potius Narthece, loco simul stare consueti sunt, ad magnas nimirum portas: ibi enim erat στάσις τῶν κατηχουμένων, uti observatum est in annotationibus ad undecimum præsentis Concilii Canonem; quod insuper etiam ex eo hîc confirmetur, quòd Dionysius Areopagita, vel quicunque demum autor fuit Ecclesiasticæ Hierarchiæ, dicat, Η μὲν ἔν ἐσμεν τῶν κατηχουμένων ἀπογεύσασθαι τάξις. εἰσὶ γὰρ ἀμέτοχοι, καὶ ἀμύητοι πάντες ἱεραρχικῆς τελεσιουργίας, μηδὲ τὸν καθ' ἑαυτὸν ἀπόπτειν ἔνδοθεν ἐφικόντες ὑπάρξιν. *Ac postremus quidem ordo Catechumenis tributus est. Aditus enim iis ad omne id, quod in Hierarchiâ perficitur, præclusus est; neque secundum divinam parturitionem substistentiam sanctam consecuti sunt.* Eccles. Hierarch. c. 7. unde Maximus observavit, ἐν κατηχούμενοι ἔχρηζε εἶναι, *Catechumeni postremi sunt*, nimirum quòd omnium eorum quibus permissum est in Ecclesiam latè sumptam ingredi, ultimi fuerint, steterintque Catechumeni, utpote sacro baptismo nondum initiati. Hoc autem ab ipso etiam Origene indigitatum videtur, dicente, Καὶ ἐπὶν ἴδωμεν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ ἀλλοτρίους ἐμπεμβάντας μὴ τοῖς πλοκάμοις αὐτῶν, εἰσιτὲ δὴ ἐκεῖ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ σπαίρειν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοὺς κατηχουμένους ἀφοσιλούντας μὴ ἐν καθότι, &c. Orig. in Mat. cap. 15. Hîc enim Catechumenos, etiam tunc dicerum, μὴ τοῖς πλοκάμοις, & insuper ἐκεῖ τοὺς πόδας τῆς ἐκκλησίας, *ad pedes Ecclesiæ*, collocatos videre est.

Περὶ τῶν κατηχουμένων καὶ ἐξομολογουμένων. Johannes Antiochenus Coll. can. tit. 35. legit περὶ τῶν ἐξομολογουμένων κατηχουμένων. Sic etiam vetus interpres can 13. legisse videtur, qui vertit *De Catechumenis lapsis.* Et Dionysius Exiguus Canonem hunc inscribit quidem, *De Catechumenis lapsis*; sed in ipso Canone de lapsis non meminit, sed tantum de Catechumenis. Isidorus Mercator, *De Catechumenis, qui lapsi sunt.* Unde liquet, particulam καὶ saltem in textu nostro superfluam esse.

## In Can. XV.

Ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν μὴ μεταβαίνειν. Hanc disciplinam, quâ Episcopi, Clericique, in ea quâ constituti sunt, Ecclesiâ permanere tenentur, veteres Christiani religiosè admodum observarunt. Damasus in confessione fidei ad Paulinum Episcopum Thessalonicensem missâ, τοὺς γάρ, inquit, ἀπὸ ἐκκλησιῶν εἰς ἑτέρας ἐκκλησίας μεταβάντας ἄχρι νῦν ἀπὸ τῆς ἀκριβοῦς κανονίας ἀλλοτρίους ὁρίζω, ἄχρις ἂν αὐτοὺς ἐπανέλθωσι τοὺς τόπους, ἐν οἷς πρῶτον ἐχειροτονήθησαν. Ἐὰν δέ τις ἄλλα ἀπὸ τόπου εἰς τόπον μεταβὰς καὶ ἐν τόπῳ τῷ ζῶσῃ ἐχειροτονήθη, ἄχρι νοήσει ἀπὸ τῆς ἱερατικῆς ἀξιώματος ὁ τῶν ἰδίαν πόλιν καταλείψας, ἄχρις ἂν ὁ διαδεξάμενος αὐτὸν ἀναπαύσηται ἐν κυρίῳ. *Eos autem, qui ab Ecclesiis suis ad alias se transtulerint, usque eo sint à nostrâ communione alieni, quoad ipsas ad urbes redierint, in quibus primo ordinati sunt. Quòd si quis in alterius locum, qui sedem mutavit, cooptatus sit, tantisper à sacerdotali dignitate vacet ille, qui civitatem propriam deseruit, dum, qui ei successit, in domino obdormierit.* Dam. apud Theodoret. hist. Eccles. l. 5. c. 11. Et ante eum Julius, Romanus itidem Episcopus, in Epistolâ ad Orientales, Eusebianis exprobat, quòd ἀπὸ τόπου εἰς τόπον μεταβεβήκασιν ἐπίσκοποι διαταῦτα. apud Athanas. apol. 2. Ipse autem Eusebius, Cæsareæ Episcopus, thronum Antiochenum à clero populoque sibi oblatum recusavit, idque eo nomine, quòd ab unâ ad aliam migrare civitatem Canonibus contrarium esset; & ob id à Constantino magno commendatur. Euseb. de vitâ Constant. l. 3. c. 61. D. Hieronymus de præsenti etiam hujus Concilii decreto meminit, dicens, *In Nicænâ Synodo à Patribus decretum, ne de aliâ in aliam Ecclesia Episcopus transferatur.* Hieron. epist ad Oceanum. Nonnunquam autem si Ecclesiæ utilitas illud postulaverit, Episcoporum translationes superiorum autoritate permissæ sunt: de quâ re videsis quæ diximus in annotationibus ad Apost. can. 14. Et quidem Heraclius Imperator peculiarem edidit novellam de Clericorum translationibus, quas fieri permittit, sed non sine consensu atque approbatione Patriarchæ Constantinopolitani. Inscriptio summam novellæ continens sic se habet, Περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι τινὰ χῶρον ἀφιερωθέντα ἱερατικὸν, οἱουδήποτε βαθμοῦ ἢ πράγματος ὄντα, ἐξ ἑτέρας πόλεως, ἢ κώμης, ἢ ἑτέρου τοῦ ζωοῦντος τόπου, τῇ βασιλίδι ταύτῃ ἐξαγορεύεσθαι πόλει, ἵν' ὅτι ἐξ αὐτῆς ἐκκλησιῶν, ἢ τῶν ἐνοικίας αὐτῆς, χορεῖς δυσμαθίας καὶ ἐπιπράγματος τοῦ τῶν ἀποστολικῶν ταύτης διατάξεως ὅρους οἰκειοφυοῦς παροικίαν καταπήσασθαι, ἢ διαλογὸν ἀξιοῦσθαι εἴτε ἐν τῷ θείῳ οἴκῳ, εἴτε ἐν τῇ ἐναγοῦς ὀρφανοτροφείῳ, ἢ ξενῶνος, ἢ μοναστηρίου, ἢ ἑτέρου τινὸς τούτου οἱουδήποτε μήτε μὴν ἐν δύο ἐκκλησίαις κληρικὸν καθ' οἱονδήποτε τρόπον. Extat novella in Juris Græco-Romano lib. 2. p. 83.

Ἐν ᾧ ὁ ἐπίσκοπος ἢ ὁ πρεσβύτερος ἐχειροτονήθη. In Johannis Antiocheni collectione, tit. 12. πρεσβύτερος additur ἢ ὁ διάκονος, & rectiùs quidem; sic enim & Dionysius exiguus, *Cui fuit Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus ordinatus*: & ante eum vetus interpres, (can. 14.) *Cujus Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus fuerat ordinatus.* Diaconos autem hîc comprehensos esse ex ipso etiam Canone constat, quo constituitur, ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν μὴ μεταβαίνειν μήτε ἐπίσκοπον, μήτε πρεσβύτερον, μήτε διάκονον.

Ἀπὸ τῆς Σασίμων εἰς Κωνσταντινούπολιν. Sasima urbs fuit, sive potiùs oppidum, Cappadociæ, inter Cæsaream & Tyana situm, & Archiepiscopo Cæsariensi subjectum. Cùm autem Basilius Magnus, Archiepiscopalem istam sedem tenens, oppidis nonnullis spoliatus fuisset, hoc, sasima dictum, in Episcopatum primus evexit, primumque in eo constituit Episcopum Gregorium Nazianzenum hîc & ubique κατ' ἐξοχὴν



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ὀξοχλῶ *Theologum* cognominatum; qui Episcopatum sibi oblatum, primò quidem respuit, privatam publicæ vitæ præferens, atque etiam quòd ipsum oppidum, cui præfectus esset, sibi perincomodum existimaret; quale autem fuit, Gregorius Presbyter in vitâ Gregorii hujusce Nazianzeni descripsit, dicens, πρὸς ᾧ καὶ τὸ χωρίον, τὰ Σάσιμα λέγω, ἦν ἀυτῷ ἀνεπιτήδειον, οἷα ζάλης τε καὶ ἀσπίδων ἀτρύβων πεπληρωμένον. Λεωφόρῳ γὰρ βασιλικῇ μέσον κείμενον, καὶ τὸ δημόσιον δρόμιον ἔχον τὰ ἱπποτροφεῖα, πολλῷ μᾶλλον ἀνίαν φέρον τοῖς ἤσυχίοις, ἀπόλαυσιν ἢ ὠφέλειαν οὐδὲ τὴν τυχοῦσαν ἡδὺν παρεχόμενον. *Huc accedebat loci, Sasimorum videlicet, incommoditas, utpote procellis, urbicisque tumultibus pleni. Oppidum enim in Regiæ medio situm, ac verè dariorum equorum stationes habens, ingentem quidem molestiam hominibus tranquillæ vitæ studiosis, fructum autem ac utilitatem ne minimam quidem propemodum affert.* Greg. Presbyt. in vit. Gr. Naz. Fusiùs autem ab ipso Theologo in carminibus de vitâ suâ describitur, hunc in modum.

Σταθμὸς τίς ἐστιν ὃν μέσῃ Λεωφόρῳ
Τῆς Καππαδοκῶν, ὃς χίζεται εἰς τριοδίαν ὁδὸν,
Ἀνυδρος, ἄχλυς, ἠδόλως ἐλεύθερος,
Δεινῶς ἀπευκτὸν, καὶ κενὸν καμεῖν ἅριον,
Κόνις τὰ πάντα, καὶ ψόφοι σὺν ἅρμασι,
Θρῆνοι, στεναγμοὶ, φρίκτορες, σφίβλαι πέδαι,
Λαὸς ξένοι τε καὶ πλανώμενοι
Αὕτη Σασίμων τῶν ἐμῶν ἐκκλησία.

*In Regiæ medio viæ est vicus situs,*
*Qui scindit in tres sevias, lymphis carens,*
*Exors viroris, libero indignus viro,*
*Arctumque prorsus oppidum, triste & nimis,*
*Hic cuncta strepitus, pulvis hîc cum curribus,*
*Lamenta, fletus, Carnifex, & compedes,*
*Tormenta, cives hospites hîc & vagi,*
*Erat hæc meorum Sasimorum Ecclesia.*

In ultimis hisce verbis observare licet, Gregorium Sasimensem Ecclesiam suam appellare. Et hic quidem Pater ejus eum manere admonuit; ut ipse ait,

Πρῶτον μὲν οὖν ἀγῶνα ποιεῖται πατὴρ
Ἐνιδρῦσαι με Σασίμοις.

Cùm autem tantos pertæsus tumultus alio se conferre in animo haberet, pater ejus Nazianzi Episcopus, jam senio confectus, eum sibi in Episcopatu suo coadjutorem adsciscere studuit. Et in hoc quidem Filius patri morem gessit: sub hac tamen cautione, ut patre vitâ defuncto ipse sedem istam non retineret. Patrem enim hoc suadentem sic allocutus est, Γινώσκω δέ σε ἡ ἱερὰ καὶ θεοφιλὴς σωφροσύνη, ὡς οὐκ οἶδν τέ μοι σοῦ τοῦτόδε βίου χωριζομένῳ τῆς ἐκκλησίας ἀντέχεσθαι, ut tradidit Gregorius Presbyter in ejus vitâ. Hinc nihilominus factum videtur, ut ipse Patri in throno Nazianzeno successisse dicatur à Socrate, Γρηγορίῳ δὲ τῷ Ναζιανζοῦ πόλεως ἐυτυχῶς ἐν Καππαδοκίᾳ, ὃς καὶ ὁ αὐτῷ πατὴρ πρότερον ἐκκλησίας ἐφέστη. Socrat. hist. Eccles. l. 4. c. 26. & à Ruffino, dicente, *Gregorius verò apud Nazianzon oppidum in locum Patris Episcopus subrogatus, hæreticorum turbinem fideliter tulit*, Ruffin. hist. l. 11. c. 9. quibus D. Hieronymus suffragatur, dicens, *Gregorius primum Sasimorum, deinde Nazianzenus Episcopus.* Hieron. in Catalogo. Et hinc etiam vulgò Nazianzenus audit. Postea autem uti hîc asseritur, Constantinopolim translatus est: sed istum etiam thronum nolens volens accipere coactus est; ut Gregorius Presbyter in vitâ ejus asserit, dicens, πλὴν γὲ οὐκ εἰς πόλιν σωφρονῆσαι μὲν ἐνιδρυθῆναι τῷ θρόνῳ. καὶ πῦρ γὰρ οὐκ ἐθέλοντα, καὶ ἰσχυρῶς ἀναινόμενον, ὅμως ἐνίδρυσε τῆς Ἀγχιροσύνης τῆς δυσκόλου ἀρχιερέων πανδύς. Quin & ipse etiam de suâ ibidem enthronizatione ait in carminibus de suâ vitâ.

Οὗτοι μ' ἐνιδρύουσι τοῖς σεμνοῖς θρόνοις,
Βοῶντα κἀ στένοντα.

Quandoquidem autem Sasimorum quidem, sed non item Nazianzi, superstite adhuc patre, Episcopus constitutus fuerit; hinc non à Nazianzo, sed Sasimis Constantinopolim translatus traditur; idque non à Balsamone solo, verbis quæ sub manibus habemus; sed & in ipsâ Episcoporum Byzantii sive Constantinopoleos serie, ubi dicitur, Γρηγόριος ὁ Θεολόγος πρότερον Σασίμων γενόμενος ἐπίσκοπος, ὕστερον Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου Κωνσταντινουπόλεως ἐπικηρύχθη, ἐπικρωθέντος αὐτῷ τοῦ θρόνου καὶ τοῦ σωιδότου, ὡς πολλὰ καμόντι, καὶ τὸ λαβεῖν τὴν ἐκκλησίαν ἐλευθερώσαντι. ὡς δέ τινας περὶ ὧν ἐξ Αἰγύπτου ἀρχιερέων μάθοι ὁ μακαριώτατος τὴν πρόγνωσιν φθονήσαντας τὸ σωτηρίου ἐξέβαλε λόγον, καὶ ἑκουσίως τοῦ τοῦ βασιλίδος θρόνου ἐξέστη ἔτη ιβ'. ἀρχιεπατεύσας. Extat hæc series in Juris Græco Romani lib. 4. p. 296. Sasimis itaque Constantinopolim, nullâ Nazianzi interpositâ mentione, translatus est, istumque Archiepiscopalem thronum duodecim annos tenuit, priusquam illinc ad solitariam se vitam Nazianzi rursus transigendam contulit.

## In Can. XVI.

Ἀκοινωνήτους τῇ προσευχῇ. Duplicem ab antiquis patribus & Conciliis memoratam observare licet excommunicationem, Eucharisticam, & Ecclesiasticam. Eucharisticam appello excommunicationem, quâ quis ab Eucharistiâ percipiendâ arcetur: Ecclesiasticam autem, qua quis ab Ecclesiasticis obeundis muneribus suspenditur. Et priore quidem Laici soli, non Clerici puniuntur: posteriore autem Clerici, non Laici. Neque enim Clericus Eucharisticâ communione unquam privatus est, nisi in Laicorum prius ordinem redactus: neque Laicus ab Ecclesiasticâ communione arceri potest, utpote quam nunquam habuit. Ubicunque igitur in veterum Conciliorum Canonibus Clericos ἀκοινωνήτους, *communione motos* legimus, Ecclesiastica illa, non Eucharistica, intelligenda est excommunicatio: ut Concilium Milevitanum, *Placuit, ut quicunque Clericus propter necessitatem suam alicubi ad comitatum ire voluerit, formatam ab Episcopo suo accipiat, quod si sine formatâ voluerit pergere, à communione removeatur.* Conc. Milev. c. 20. Hispalense 2. *Qui verò eum susceperit, nec statim sine ullo nisu exceptionis ad propriam Ecclesiam remittendum elegerit, quamdiu eum restituat, communione se privatum agnoscat.* Conc. Hispal. 2. can. 3. Et ut alia omittam, Concilium Veneticum, *Clericis aut Monachis, sine commendatitiis Epistolis Episcopi sui licentia non pateat ambulandi, aut evagandi; & in omni loco, ad quem sine Epistolis Episcopi sui, ut dictum est, venerint, à communione habeantur alieni*, Concil. Venet. c. 5. In his, inquam, & similibus Canonibus, quibus Clerici, sine commendatitiis epistolis vagantes, à communione removentur, isti non Eucharistiam accipere, sed Ecclesiasticis suis fungi officiis prohibentur; quod Concilium Chalcedonense clariùs explicat, decernens istiusmodi Clericos, μηδὲ ὅλως μεθαμῶς λειτουργεῖν, *nusquam ullo modo sacra peragere*, Concil. Chalced. c. 13. & Concilium Antiochenum, μηκέτι λειτουργεῖν. can. 3. Quæ phrasis in eâdem causâ usurpatur etiam Apost. can. 15. Hanc Ecclesiasticam excommunicationem Concilium Lugdunense primum vocat, *à Charitate Ecclesiastica sequestrationem*, can. 4. Sic etiam Balsamon in præsenti Canone vocem ἀκοινωνήτους interpretatur, ἀκοινωνήτους τῇ explicans per μὴ ἐφιέναι συλειτουργεῖν *non permitti iis, ut simul sacrificent*, hoc est, ut unà cum reliquis sacra peragant. Et sic etiam Zonaras hîc observat, Patres Nicænos per κοινωνίαν hoc in loco indigitare, οὐχὶ τὴν μετάληψιν τῶν ἁγιασμάτων ὀνομαστὶ, ἀλλὰ τὴν τῶν ἱερῶν συμμετοχείαν, καὶ κοινουργίαν, καὶ τὸ συλλειτουργεῖν τοῖς οἰκείοις προσέλθοι. Et sic etiam Josephus Ægyptius verba hæc interpretatur, فان هم ابوا يرجعون فليمنعون من خلطة ابنا الكنيسة *Quòd si redire noluerint, à filiorum Ecclesiæ societate arceantur.* Nam ابنا الكنيسة *Filii Ecclesiæ* dicuntur *Ecclesiæ ministri, vel personæ Ecclesiasticæ*, quemadmodum ابنا الحرب *Filii belli*, vocantur viri militares, & bellicosi.

χαρα-

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Χαρτοφύλαξ. De hujus officio fusiùs agimus in annotationibus ad Syn. Nic. 2. can. 9. Hic autem obiter observatum esse velim, Chartophylaci inter alia incubuisse, ut in extraneos Clericos inspiciat, iisque qui extra ordinati sunt, non permittere, ut sacra peragant, nisi commendatitias & dimissorias secum literas afferant; ut ex hoc Balsamonis loco constat.

## In Can. XVII.

Ἑκατοστύς. Apud veteres Græcos, pariter ac Latinos, antiqua obtinuit consuetudo, ut qui pecunias fœnori dederint, singulis mensibus centesimam sortis sive summæ, quanta fuit, partem à debitoribus exigerent: adeo ut centum elapsis mensibus usura ipsam sortem adæquaret. Et hinc est, quòd S. Basilius M. dicat, quòd qui nummos fœnore accepit, φοβεῖται τοὺς μηνὰς ὡς τόκων τοκετούς, *expavescit menses tanquam usurarum parentes.* Basil. in Psal. 14. De hâc menstruâ fœnoris solutione Aristophanes sæpè meminit, apud quem Strepsiades, qui multùm pecuniæ mutuò acceperat, cum Socrate deliberans, quâ demum ratione creditores suos circumscriberet, egregium se commentum excogitâsse ait, quo rem sibi statim effectam daret, ut Lunam nimirum cœlo direptam in loculo veneficæ ope concluderet; Lunâ enim non oriente, nec creditores ejus noscere potuissent, quando exigenda esset usura; sic enim illi colloquuntur in Aristoph. nubibus, Act. 2. scen. 1.

Στρ. Γυναῖκα φαρμακίδ' εἰ πριάμενος Θετταλὴν,
Καθέλοιμι νύκτωρ τὴν σελήνην· εἶτα δὴ
Αὐτὴν καθείρξαιμ' ἐς λοφνον στρογγύλον,
Ὥσπερ κάτοπτρον κατὰ περίπλου ἔχων.
Σω. Τί δῆτα τοῦτ' ἂν ὠφελήσειέ σ'; Στρ. ὅτι
Εἰ μηνέτ' ἀπόλλοι σελήνη μηδαμοῦ,
Οὐκ ἂν γ' ἀποδοίην τοὺς τόκους. Σω. τίη τί δή;
Στρ. Ὅτιὴ κατ' μιᾶσ' γ' ἀργύριον δανείζεται.

*Str. Si Thessalicam mihi quandam emam veneficam*
*Et nocte Lunam ipsam diripiam cælitùs,*
*Atque in rotundum loculum concludam, velut*
*Spectrum: ac posteà sic asservans custodiam.*
*So. Quid vero hoc commodaverit tibi? Str. Quia*
*Si Luna nunquam terræ oriatur amplius.*
*Nulli persolvam usuras. So. Quid ita? mi senex.*
*Str. Quia argentum secundùm mensem fœnerat.*

In quem locum Scholiastes observat, πλημμήνου γὰρ σελήνης οἱ τόκοι ἐδίδοντο. εἰ γοῦν ἐκ ἀνατείλοι, πῶς ἂν οἱ δανεισαὶ γνόντες τὸν μῆνα πλήμμηνον ἀπαιτήσειν τοὺς τόκους; *Nam confectâ Lunâ usuræ pendebantur; si igitur ea non oriretur, quomodo creditores ex eo, quòd vertentem mensem cognoscerent, usuras repeterent?* Hinc etiam constat, non qualibet mensis die, sed πλημμήνου σελήνης, ultimâ nimirum die, quæ ἕνη καὶ νέα dicta est, usuras exactas esse. Unde & idem Strepsiades alibi ait, Act. 4. scen. 1.

Πέμπτη, τετράς, τρίτη, μεθ' ταύτην δευτέρα,
Εἶθ' ἣν ἐγὼ μάλιστα πασῶν ἡμερῶν
Διέδικα, καὶ πέφευγα, καὶ βδελύττομαι,
Εὐθὺς μεθ' ταύτην ἐστὶν ἕνη καὶ νέα.
Πᾶς γάρ τις ὄμνυσ' οἷς ὀφείλων τυγχάνω
Θεὶς μοι τρυτήμεθ' ἅπλεθ' με φησὶ κἀξολεῖν.

*En quinta, quarta, tertia, & secunda: & quam ego*
*Ex omnibus diebus timeo maximè*
*Planèque horreo, & abominor, mox imminet*
*Vetus, & nova, mensium dies tricesima.*
*Nam omnes, quibus ego aliquid argenti debeo,*
*Depositâ in judicio pecuniâ mihi minantur,*
*Ac jurant, quod funditùs velint*
*Me perdere, & omnibus bonis evertere.*

Hinc Pasias Danista eundem Strepsiadem vocat ἐς τὸν ἕνλω καὶ νέαν. ibid. scen. 4. Alibi etiam Solon hanc legem primus tulisse dicitur, ἵνα πᾶσι γίγνηται τῇ νουμηνίᾳ, *ut depositiones fierent neòmeniâ.* ibid. scen. 3. Creditor igitur usuras suas ἕνῃ καὶ νέᾳ, hoc est, ultimâ die mensis exigebat, ἕνη καὶ νέα vocata, ἐπὶ μετέχει τῆς παλαιᾶς καὶ τῆς νέας φαύσης, *quòd tam de vetere quàm novo lumine participet*: ut ait ibidem Scholiastes. Deponendæ autem erant usuræ à debitore τῇ νουμηνίᾳ, proximâ die, Kalendis Latinè dictis. Hoc autem & Latinis in more positum fuisse, ut fœneratores usuram à debitoribus, Kalendis cujusque mensis repeterent, testis est Horatius, Satyr. l. 1. sat. 3.

*Odisti & fugis, ut Drusonem debitor æris,*
*Qui nisi cum tristes misero venêre Kalendæ*
*Mercedem, & nummos unde unde extricat.*

Et hinc etiam est, quòd Kalendis nummos in fœnore ponere consueti sunt, Horat. Epod. 2.

*Hæc ubi locutus fœnerator Alphius*
*Jam jam futurus rusticus,*
*Omnem redegit Idibus pecuniam;*
*Quærit Kalendis ponere.*

Porro Fœnerator non indefinitam aliquam, sed centesimam nummi locati partem singulorum mensium Kalendis exigere solitus est; adeo ut centum librarum fors, singulis mensibus unam, & consequenter singulis annis vertentibus duodecim libras pareret. Hinc τόκος ἑκατοστὸς appellatur à D. Chrysostomo, in Matt. hom. 56. p. 362. sed frequentiùs simpliciter Græcis ἑκατοστὴ, Latinis, *centesima*; ut apud Chrysostomum loco ante citato, ὅτε μὲν γὰρ ἑκατοστὴν ἀπαιτοῦσι, εὑρίσκει δ' (Θεὸς) ἑκατονταπλασίονα καὶ ζωὴν αἰώνιον. Et alibi, ὅτι δεῖ τοῦτο τῶν δανείων μὴ ἔξω ἀγνωμοσύνης γίνεσθαι, μηδὲ ἑτέραν τινὰ ζημίαν· μηδὲ γὰρ κἀκεῖνα ἑκατοστὴν μόνον ἀποσχοῦσι δώσειν, ἀλλὰ ἑκατονταπλασίονα αὖθις ἀπολήψονται, καὶ μηδὲ μέχρι τούτου ἴσασιν. Id. in Gen. λογ. γ'. p. 16. rursus, ἢ μᾶλλον εὐγνωμονοῦσιν Θεὸν καὶ ἡμᾶς ἑκατονταπλασίονα παρέχοντα ἀφιέμενον. Id. in Rom. λογ'. ξ'. p. 52. Plinius secundus, *Proinde primâ quaque occasione mitte, appositis quidem usuris, quas ego (non possum parciùs) centesimas computabo.* Plin. epist. 205. Cicero, *Postquam tu es profectus in creditorum causâ, ut centesimæ perpetuo fœnore ducerentur.* Cicer. ad Att. l. 5. Epist. 21. *Interim cum ego in edicto Tralaticio centesimas me observaturum haberem, cum anatociis anniversario.* ibid. *Nam à Cæcilio propinqui minore centesimis nummum movere non possunt.* ibid. l. 1. 12. Justinianus, *In trajectitiis autem contractibus, vel specierum fœnori dationibus, usque ad centesimam tantummodo licere stipulari. l.* 26. c. *de usuris.* Sed ut alia, quæ passim occurrunt, hujusmodi testimonia mittam, D. Ambrosius centesimarum harum rationem optimè explicat, dicens, *Unde etiam τόκους Graci appellaverunt usuras, eo quòd dolores partus animæ debitoris excitare videantur. Veniunt Kalendæ, parit sors centesimam. Veniunt menses singuli, generantur usuræ. Malorum parentum mala proles; hæc est generatio viperarum. Crevit centesima, petitur, nec solvitur, applicatur ad sortem. Fit maledictum propheticum, dolus in dolo, usura improbi fœnoris fœtura deterior. Itaque non jam centesima incipit esse, sed summa, id est, non fœnoris centesima, sed fœnus centesima.* D. Ambros. de Tobiâ, c. 12. Ex his enim verbis liquet, singulis mensibus centesimas è sorte qualibet generari; adeo ut è sorte centum librarum duodecim fœnebres libræ quotannis oriantur. Unde illud Plinii secundi, *Nec inveniuntur, qui velint debere reipublicæ, præsertim duodenis assibus, quanti à privatis*

*mutuantur.* Plin. Epist. l. 10. 62. Et disertiùs Zonaras in hunc canonem, Καὶ διὰ τοῦτο ὁ κανὼν τῶν ἑκατὸν νομισμάτων, νομίσματα δέκα, videlicet annuatim. Hæc igitur est illa usuræ species, quâ accipiendâ in præsenti canone clericis nominatim interdicitur: nec à præsenti solo, sed etiam à Syn. Trull. can. 10. Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος ἢ τῶν λεγομένων ἑκατοστὰς λαμβάνων, ἢ παυσάσθω, ἢ καθαιρείσθω. Quinetiam lex civilis Laicis quoque centesimalem hanc usuram moderata est: sic enim statuit. Justinianus, "Super usurarum vera quantitate, etiam generalem sanctionem facere necessarium esse duximus, veterem duram, & gravissimam earum molem ad mediocritatem deducentes. Ideoque jubemus illustribus quidem personis, sive eas præcedentibus, minimè licere ultra tertiam partem centesimæ, usurarum nomine, in quocunque contractu, vili, vel maximo stipulari. Illos verò, qui ergasteriis præsunt, vel aliquam licitam negotiationem gerunt, usque ad bessem centesimæ, usurarum nomine, in quocunque contractu suam stipulationem moderari. In trajectitiis autem contractibus, vel specierum fœnori dationibus, usque ad centesimam tantummodo licere stipulari, nec eam excedere; licet veteribus legibus hoc erat concessum. Cæteros autem omnes homines dimidium tantummodo centesimæ usurarum nomine posse stipulari, & eam quantitatem usurarum, etiam in aliis omnibus casibus, nullo modo amplari, in quibus citra stipulationem exigi usuræ solent, l. 26. par. 1. c. *de usuris.* Ubi obiter observatum velim leges civiles eandem admittere usuræ quantitatem, quæ in nostrâ hâc natione etiamnum obtinet. Nam dimidia centesimæ, est 6. per centum. Vide etiam Balsamonis responsum ad interrog. quart. Marci Alexandr. in Juris Græco-Romani l. 5. p. 364. Attaliatæ synopsin, tit. 20. & Basilic. l. 23. tit. 3.

ἡμιολίους. Hemiolius propriè significat sesquialterum, hoc est, totum alicujus rei, & dimidiam insuper illius partem. Suidas, Ἡμιόλιός ἐστιν ἀριθμὸς ὁ ἔχων ὅλον καὶ τὸ ἥμισυ ἀυτοῦ. Hesychius, Ἡμιόλιος, τριακοντάπους δὲ καὶ ἀριθμός τις, καὶ λόγος ὁ τὸ ὅλον καὶ ἥμισυ ἔχων. Aulus Gellius. *Est autem Hemiolius, qui numerum aliquem totum in se habet, dimidiumque habet ejus; ut tres ad duo: quindecim ad decem; triginta ad viginti.* Aul. Gell. noct. Att. l. 18. c. 14. Macrobius, *Hemiolius est, cùm de duobus numeris, major habet totum minorem, & insuper ejus medietatem, ut sunt tria ad duo: nam in tribus sunt duo, & media pars eorum, id est, unum. Et ex hoc numero, qui Hemiolius dicitur, nascitur symphonia, quæ appellatur διὰ πέντε.* Macrob. in somn. Scipionis l. 2. c. 1. unde & alibi dicit, *Tria verò ad duo hemiolium numerum faciunt*, ibid. cap. 2. *Et est primus hemiolius tria, primus epitritus quatuor.* ibid. l. 1. c. 6. Primus enim numerus, qui alium totum & dimidiam etiam illius partem continet, est tria, in quibus sunt duo, & media pars duorum, sive unum; quod etiam ex Platone colligitur, dicente, μὴ δὲ ταύτῃ ἀρθῇ διπλασίαν ταύτης, τριῶν δ' αὖ τρίτῳ, ἡμιολίαν μὲν τῆς διπλεύρας. Plat. in Timæo. Hîc enim τρίτῳ, ut videre est, vocat ἡμιολίαν ἡ διπλεύρας, juxta quæ à Macrobio dicuntur. Alibi etiam Plato ait, ὃν μέσῳ μὲν τῶν ἓξ ἀφῇς τὰ διάστημα ξυνάδειν πάντ ἡμιόλιον καὶ ἐπίτριτον τούτων αὐτῶν ἐν τῷ μέσῳ ἑκάτερα φερομένων. Plat. in epinom. Hemiolius igitur numeri sex est novem, in quibus sex cum dimidio, hoc est, tribus, continentur; novem autem medius est numerus inter sex & duodecim: ac proinde idem, quem Plato ibi indigitat. In præsenti autem canone pro ἡμιολίους nonnunquam legitur ἡμιολίους, ut in Joh. Antiocheni collectione, tit. 14. & in scholiis hîc editis: sic etiam scribitur in Syn. Laod. can. 5. Verùm quantum ad sensum nihil interest inter duas hasce lectiones: utraque enim eundem exhibet; nimirum, quòd Clericis nec totum cum dimidiâ sui parte ex pecuniis vel potius speciebus in fœnore datis exigere liceat. Hîc autem difficilis oritur controversia, quo ἡμιόλιοι, aut ἡμιολίαι hîc memoratæ referantur, ad pecunias fœnori locatas, an ad usuras exinde exurgentes? & qualis usuræ species hîc intelligenda est? Scholiastes Balsamon, Zonaras, & Aristenus hîc consentiunt, τὰς ἡμιολίας significare τὸ ἥμισυ τοῦ ὅλου τόκου, ἤγουν λίτρας ἕξ, *dimidiam partem totius usuræ, sive libras* 6. Sic etiam Josephus Ægyptius vertit نصف الربا ac si ἡμιόλιος hîc nihil aliud esset, quàm τὸ ἥμισυ τῆ ἑκατοστῆς, *dimidia pars centesimæ*, quæ, ut ante observatum est, erat 12. per cent. Sed vera vocis hujus ἡμιόλιος notio jam explicata huic interpretationi contradicit, eamque evertit. Neque enim ἡμιόλιος dimidiam tantum alicujus rei partem, sed totum cum dimidio significat, uti ostensum est. Et si hæc fuisset Patrum Nicænorum in hoc canone sanciendo mens, non ἡμιολίους, sed τὸ ἥμισυ τῆ ἑκατοστῆς prohibuissent, hoc est, *dimidiam centesimæ partem*, ut à lege civili appellatur, dicente, *ut ipse etiam fiscus ultra dimidiam centesimæ partem à debitoribus suis minimè exigat.* l. 3. c. *de Fiscalibus usuris*; & simpliciter, *Dimidia centesimæ*, l. 26. par. 1. c. *de usuris.* Cum itaque dimidiæ centesimæ nullo modo dicantur ἡμιόλιοι, sive ἡμιολίαι, alii, quos inter Scaliger de re nummariâ p. 95. ἡμιολίους hoc loco usuras sesquialteras interpretantur: adeo ut vox ἡμιόλιοι ad ipsas usuras referatur, denotetque non dimidiam centesimæ, sed totam centesimam, & dimidiam insuper illius partem: cum igitur centesima usura sit 12. in centum, vox ἡμιόλιοι hoc sensu accepta erit 18. in centum. Verum Patres hoc loco leviores aliquas usuras intelligere videntur, quàm ἑκατοστὰς, sive centesimas, ἑκατοστὰ enim durissimæ erant, atque ideo primo in loco hîc prohibitæ usuræ. ἡμιόλιοι autem posteriori loco nominantur, atque insuper inter istas usurarum species recensentur, quæ astu, & technâ excogitantur: quapropter etiamsi ista interpretatio rectam hujus vocis notionem exhibeat; nobis tamen ἡμιόλιοι hoc loco ad ipsam sortem potius, quàm ad usuras referendi, ut & non de pecuniis, sed speciebus fœnori datis intelligendi videantur: adeo ut si quis aliquam speciem, verbi gratiâ frumentum, in fœnore posuit, eandem, & dimidiam insuper ejus partem tempore præstituto exigere hîc prohibeatur. Hoc enim usuræ genus fœneratoribus olim in more positum fuisse, testis est D. Hieronymus, dicens, *Solent in agris frumenti, & milii, vini, & olei, cæterarumque specierum, usuræ exigi, sive ut appellat sermo divinus abundantia. Verbi gratiâ, ut hyemis tempore demus decem modios, & in messe recipiamus quindecim, hoc est, amplius partem mediam.* Hieron. in Ezechiel. c. 18. Hîc enim, ut videre est, tota sors in specie, & dimidia insuper ejus pars exacta est, quæ propterea ipsissima est usura ἡμιολία dicta. Et eo quidem magis adducor, ut huic loci hujus interpretationi adhæream, quòd qui hoc usi sunt usurarum genere, vix sibi fœneratores visi sunt, sed per callidum hoc commentum se leges contra usuram latas elusisse crediderunt; ut ex proximis ejusdem Patris verbis colligimus, addit enim, *Qui justissimum se putaverit, quartam plus accipiet portionem. Et solent argumentari, ac dicere, Dedi unum modium, qui satus fecit decem modios, Nonne justum est, ut medium modium de meo plus accipiam, cum ille meâ liberalitate novem & semis de meo habuit?* Hieron. ibid. Cùm itaque Patres post ἑκατοστὰς disertè vetitas, hoc loco ejusmodi usuris interdicunt Clericis, quæ hujusmodi fallaciis excogitantur, & inter eas ἡμιολίους nominatim recensent, nullus relinquitur dubitationi locus, quin ejusmodi ἡμιόλιοι Clericis hîc prohibeantur, in quos D. Hieronymus loco ante citato invehitur: præsertim cùm ipse etiam Dionysius Exiguus vocem hanc ita interpretetur, dicens, *Hemiolia, id est, Sesquipla exigens*; & ante eum Ruffinus sensum totius canonis breviter sic expressit, *Et ne quis Clericus aut usuras accipiat, aut frumenti vel vini ampliationem, quod solet in novo datum, vel sesquiplum, vel etiam duplum recipi; quòd si faciat tanquam turpis lucri rerum abjiciendum.* Ruff. Hist. Eccles. l. 1. c. 6. Et hic enim *sesquiplum* veræ τῆ ἡμιολίου notioni, à nobis explicatæ, respondet. Et ipse Ruffinus juxtà nobiscum ultimam hanc canonis partem, de speciebus, ut frugibus, &c. fœnori datis, intelligit. De hujusmodi frugum usuris ἡμιολίοις, videsis etiam l. 1. Cod. Theod. *de usuris*, in Comment.

Τῶν ἑκατὸν ὑπερπύρων λίτρας ὑπέρπυρα 11 διδους. Ex his verbis perspicuum redditur, quàm egregiè hallucinantur, qui ὑπέρπυρα *Igvita*, cum Leunclavio, aut *vela caloris ignei*, cum aliis interpretantur. Ex hoc enim loco apertissimè constat, ὑπέρπυρον, non tantum nummi genus esse, sed & centesimam esse litræ sive libræ partem. Hîc enim Balsamon docet, pro singulis Hyperpyrorum libris duodecim hyperpyra accipere, esse τόκους ἑκατοστιαίους, *centesimas usuras*; quæ, ut antè ostensum est, erant 12. in centum; ac proinde centum fuisse ὑπέρπυρα in quavis libra, cuique obvium est; alioquin enim duodecim ὑπέρπυρα pro singulis libris exigere, τόκος ἑκατοστιαῖος esse non potuit. Proximis autem verbis observatur, libram olim etiam ex centum exagiis constitisse. Unde constat ὑξάγια etiam ejusdem fuisse valoris atque ὑπέρπυρα. Dicta sunt autem & νομίσματα, in ejusdem Balsamonis responsis ad Marcum Alexandrinum, ὅπως δὲ κελεύωσι οἱ τόκοι ἑκατοστιαῖοι, ἢ λίτρας μὴ συμπεσουμένης εἰς νομίσματα ς'. ἀλλ' εἰς οβ'. κατὰ ὃν δεῖ λόγον. Balsam. ad Marci interrog. 4. Ergo ὑπέρπυρα, ὑξάγια, & νομίσματα hoc sensu accepta, ejusdem cujus drachmæ, ponderis fuerunt. Nonnunquam enim & centum drachmæ

drachmæ in unâ libra numeratæ sunt. Πότε μὲν γὰρ ἀντὶ τ λίτρας ϙ'. δραχμὰς χιλίους αὐτοὺς, πότε δ' ἀντὶ τ μνᾶς. Galen. περὶ χρ ἡμῶν lib. 6. Propriè autem libra tantum 96. drachmas continuit. Ubi itaque centum habuisse traditur, pro μνᾶ *mina* usurpata est. Et minam quidem nonnunquam idem esse ac libram, testis est Kimchius, dicens, המנא הוא ליטרא *Mina est* λίτρα. Kimch. in 1. Sam. 25. Mina autem centum drachmas pependit. Suidas, ἡ δὲ μνᾶ δραχμὰς ϙ'. Suid. in τάλαντον ἐστὶν δραχμαὶ ϖοῦσι μνᾶν μία. Id. in μνᾶ. Plinius, *Mna, quam nostri minam vocant, pendet drachmas Atticas centum.* Plin. nat. Hist. l. 21. c. 34. Drachma autem Attica *denarii argentei habet pondus*, uti ibidem scribit Plinius, unde Talmudistæ, המנה מאה דינרין *Mina centum sunt denarii*, Bava kama. cap. 4. sect. 1. ὑπέρπυρα igitur ejusdem olim ponderis fuerunt, atque drachmæ, & denarii, nimirum centesima pars libræ; quo factum est ut quemadmodum centum drachmæ, in Galeni verbis ante laudatis, sic & centum hyperpyra nonnunquam pro libra scribantur. Scholiastes Harmenopuli, Καὶ ἐντεῦθεν γὰρ δῆλόν ἐστιν, ὅτι τῷ Πάππῳ παρ' ἡμῶν ἠριθμήθησαν τὰ ϙ'. ὑπέρπυρα, ἤτοι ἡμεῖς παρ' ἐκείνοις. Schol. Harmenop. lib. 1. tit. 15. Sic & in Chronico Constantinopolitano ut à Meursio laudato & correcto, ὅπερ καλεῖ ὁ βασιλεὺς καὶ διανομὰς δίδωκε τῷ κομήτῃ ὑπέρπυρα ἑκατόν. Utrobique enim τὰ ϙ'. ὑπέρπυρα unam libram designant. Et ubi Wilhelmus Tyrius ait, *Dotis autem quantitas erat in centum millibus hyperorum justi ponderis, exceptis decem aliis ejusdem monetæ millibus.* Wilhel. Tyr. de bell. sacro lib. 18. c. 12. *hyperorum* mendosè scribitur, pro *hyperpyrorum*, quorum centum millia constituunt mille libras: decem millia, centum libras. Secundum hæc in præsenti Balsamonis loco observandum est, post vocem ὑπέρπυρα notam hanc 11 occurrere, quæ ipsorum hyperpyrorum nota est, ac propterea hoc in loco redundat, quo vox ipsa ὑπέρπυρα tota scribitur. Paucis autem interjectis eadem recurrit, ὑπέρπυρα significans, ut ζητεῖ δὲ τὸ ἥμισυ τῆς ὅλης τόκου, ἤγουν 11 ἐξ. & postea, ἐκ φαινόντος 11 ιβ'. ἀλλὰ τὸ ἀναλογοῦν. Utrobique enim ista figura ὑπέρπυρα denotat, ut ex ipso verborum sensu constat. Gentianus Hervetus ὑπέρπυρα hic *solidos* vertit; quam etiam versionem nos admittimus, quoniam usus obtinuit, ut libra in solidos primò distribuatur. Solidus autem hoc in loco non vicesimam, sed centesimam libræ partem significat.

οἱ μὲν ὅλῳ ἐπιμορίῳ δίτριτοι. Quisnam propriè sit ἐπιμόριος δίτριτος docuit olim Aulus Gellius, dicens, *Epitritos autem est, qui habet totum aliquem numerum, & ejusdem partem tertiam; ut quatuor ad tres: duodecim ad novem: quadraginta ad triginta.* Aul. Gell. noct. Att. l. 18. c. 14. necnon Macrobius, *Et est epitritus*, inquit, *cum de duobus numeris major habet totum minorem, & insuper ejus tertiam partem: ut sunt quatuor ad tria, nam in quatuor sunt tria & tertia pars trium, id est, unum. Et is numerus appellatur Epitritus, de que ex eo nascitur Symphonia, quæ appellatur διὰ τεσσάρων.* Macrob. in somn. Scip. l. 2. c. 1. Eâdem itaque ratione & ἐπιτέταρτος est major ille numerus, qui minorem habet, & quartam insuper istius partem: ut decem sunt ad octo; nam in decem sunt octo, & quarta pars octo, sive duo. Sic etiam quinque, quindecem, viginti, &c. sunt numeri ἐπιτέταρτοι. Idem & de numeris ἐπιπέμπτοις & ἐφέκτοις dicendum est: nam ἐπιπέμπτος est, qui minorem cum quinta, ἔφεκτος qui minorem cum sextâ illius parte continet. Sic duodecim ad decem est ἐπιπέμπτος, quatuordecim ad duodecim ἔφεκτος.

## In Can. XVIII.

Τοὺς ἐξουσίαν μὴ ἔχοντας ϖροσφέρειν. Hinc constat, Diaconos Eucharistiam offerendi, & consecrandi potestatem antiquitùs etiam non habuisse. Quod confirmat etiam D. Hieronymus, *Audio quendam*, inquit, *ad tantam erupisse vecordiam, ut Diaconos Presbyteris, id est, Episcopis anteferret. Quid patitur mensarum & viduarum minister, ut supra eos tumidus se efferat, ad quorum preces Christi corpus & sanguis conficitur?* Hieron. Epist. 85. Non itaque Diaconorum, sed Presbyterorum est corpus sanguinemque Christi precibus suis conficere, sive Eucharistiam consecrare. Symeon Thessalonicensis, ὁ δέ, inquit, διακόνους μελέσθαι ϖροσφέρειν· οἱ διάκονοι δὲ ϖάντες δεῖ ϖρὸς ϖρεσβυτέρων, *Non oportet Diaconos particulas offerre. Omnes autem Diaconi per ipsos Presbyteros offerunt.* Et mox rationem addit, ἐπεὶ καὶ τὸ χρέος τῆς ϖροσφορᾶς τῷ Θεῷ οὐκ ἔχουσι. διάκονοι γὰρ εἰσι τῷ λειτουργικῷ ἀξίωμα ἔχοντες μόνον. εἰ γοῦν ὁ δυνατὸν αὐτοῖς ἱερατικὸν ἐνδύσασθαι ἀμφίον ἢ ζωνὴν ἐυλογίας ἀρχιερέως, ἢ ἱερᾶσθαι, ἢ ἐπάρξασθαι ποτὲ ἱερᾶς πολιτείας ἄνευ ϖρεσβυτέρου, ϖῶς ἂν ἔτι δὲ ἑαυτοῖς ϖροσκαίσουσι; *Quoniam Deo offerendi munus non habent. Diaconi enim solâ ministrandi potestate pradti sunt. Siquidem enim non licet iis, nec sacrum indumentum sine Pontificis, aut Sacerdotis benedictione induere, nec sacrum aliquod officium sine Presbytero aggredi, quomodo per seipsos offerent?* Sym. Thessal. de Sacrament.

Ἀλλὰ μὴ καθῆσθαι ἐν μέσῳ τῶν ϖρεσβυτέρων. Hîc Diaconis vetitum est, ne in medio Presbyterorum sedeant, nimirum in sacris conventibus, ἐν τῇ συνάξει, ut explicat Balsamon; في الخدمة الالهية *In divino ministerio*, ut Josephus Ægyptius. In sacratissimo enim Ecclesiæ cujusvis loco, bemate dicto, συνέδριον antiquitùs Presbyteris assignatum & collocatum fuisse, in annotationibus ad undecimum præsentis Concilii canonem ostensum est. In eo itaque Diaconis in medio Presbyterorum, vel unà cum iis sedere, hoc canone prohibetur, in quo toto de Eucharistiâ celebrandâ agitur. Sic etiam Gelasius Papa I. constituit, Diaconos *non in Presbyterio residere, cum divina celebrantur, vel Ecclesiasticus habetur quicunque tractatus.* Gelas. epist. 9. ad Episcopos Lucaniæ cap. 8. ubi *Presbyterium* haud dubiè nihil aliud est, quàm συνέδριον iste, sive Presbyterorum sedes, & consessus. Huc etiam respexisse videtur D. Hieronymus, ubi ait, *Caterum etiam in Ecclesiâ Romæ, Presbyteri sedent, & stant Diaconi: licet paulatim increbrescentibus vitiis, inter Presbyteros absente Episcopo sedere Diaconum viderim, & in domesticis conviviis benedictiones Presbyteris dare.* Hieron. Epist. ad Evagrium. Et Concilium Arelatense secundum, *In Secretario Diacono inter Presbyteros sedere non liceat; vel corpus Christi præsente Presbytero tradere non præsumat.* Concil. Arel. 2. c. 15. Hic Secretarium non, ut vulgò accipitur, pro Diaconico, sed pro ipso bemate usurpatur. In Diaconico enim Presbyteri sedere non solent, nec Diaconis ibi sedere prohibetur. Presbyterorum autem consessus intra ipsa bematis septa constitutus est: ubi proinde Diaconis ex dicto Concilii Arelatensis canone sedere non licet. Sed Concilium Laodicenum latius decrevit, ὅτι οὐ δεῖ διάκονον ὑπερβῆναι ϖρεσβυτέρου καθέζεσθαι, ἀλλὰ μὴ καθίσαντος τοῦ ϖρεσβυτέρου καθέζεσθαι. Syn. Laod. c. 20.

Ἡ βασιλεία μου. Extat hæc Novella Alexii Comneni in Juris Græco-Romani libro 2. p. 143. sed, ni fallor, ex hoc ipso Balsamonis loco traducta. Ibi autem Leunclavius per totam hanc Novellam χαρτοφύλακα *Chartularium* vertit, quod satis mirari nequeo; si quidem Chartophylacis & Chartularii officia multum inter sese distiterunt, ut alibi ostendemus.

Οἱ διάκονοι ἐν τοῖς ἰδίοις μένοιεν. In Bibliothecâ Juris Canonici veteris, hæc præsentis canonis epitome tam sub ipsius hujusce Alexii Aristeni, quam Symeonis Logothetæ nomine aliter legitur, videlicet, Οἱ διάκονοι τοῖς ἰδίοις μένουσι μετὰ μόνον ϖρεσβυτέρου καθέζεσθωσαν· οὕτω γὰρ κανὼν καὶ εὐταξία ἔσται, εἴ τι καὶ τοῦτο ἄλλοτε, *Diaconi in suis terminis maneant, neque inter Presbyteros sedeant. Nam contra canonem & decentem ordinem est, siquid tale fiat.* Ubi, ut leviores discrepantias mittam, hæc verba in nostris codicibus MSS. lecta, καὶ μήτε διδόσθωσαν εὐχαριστίαν τοῖς ϖρεσβυτέροις, μήτε ἀξίωσιν τοιαύτας ἀπαιτείσθωσαν, tota desiderantur; quæ tamen universæ canonis menti exprimendæ necessaria sunt, ideoque ibi perperam omissa.

## In Can. XIX.

Περὶ Παυλιανιστῶν. Quandoquidem vera hujus canonis intelligentia non nisi ex præcognitâ Paulianistarum hæresi eliciatur, (uti mox patebit) in eam paucis hîc inquirendum est. Primus igitur hujus hæreseos seminator, & magister fuit Paulus Samosatenus, ita dictus, quod Samosatis, Mesopotamiæ ad Euphratem urbe, natus sit. Postea Demetriano in Episcopatu Antiocheno successit, idque anno quarto Olymp. CCLIX. Hoc est, anno Dom. 260. ut testatur Eusebius in Chronico. Hæresis ejus in hoc præcipuè versata est, quòd antiquam Artemonis opinionem renovans, æternam Christi divinitatem, & personarum pro-



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

inde Trinitatem denegavit. Hoc si palam faciamus, hic canon à malevolorum hominum calumniis clarissimè vindicabitur. Paulum autem Samosatenum, Dominum nostrum Jesum Christum merum prædicâsse hominem, luculentissimos habemus testes. Eusebius enim de eo loquens, ait, τούτου δὲ ταπεινὰ καὶ χαμαιπετῆ περὶ τῆς Χριστοῦ θεότητος τὸν ἐκκλησιαστικὸν διδασκαλίαν φρονήσαντος, ὡς κοινῆ τῷ φύσιν ἀνθρώπου γεγενῆσθαι, ὁ μὲν κατ' Αλεξάνδρειαν Διονύσιος θεμελιώσεις, ὡς ἂν ἐπὶ τῷ σωτῆρι ἀφίκοιτο, *Hic cùm adversus Ecclesiæ doctrinam nimis abjectè & humiliter de Christo sentiret, quasi is nihil supra communem hominum naturam habuisset, Dionysius Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopus rogatus ut ad Concilium veniret*, &c. Euseb. Hist. Eccl. l. 7. c. 27. Concilium Antiochenum contra hunc hæresiarcham anno Dom. 272. congregatum, in Epistolâ Synodicâ disertè asserit, quod iste Paulus τὸν μὲν ὑὸν τῷ Θεῷ ἐ βέλεται συμολογεῖν ἐξ ἐρανῦ κατελυθέναι, *Filium Dei à cœlo descendisse confiteri renuit.* apud Euseb. Hist. Eccl. l. 7. c. 30. Et quod λέγει Ιησοῦν Χριστὸν κάτωθεν. *Jesum Christum à terrâ ortum dicit.* ibid. Theodoretus, Αρτέμων δὲ καὶ Θεόδοτος, καὶ Σαβέλλιος, καὶ Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς, καὶ Μαρκέλλος, καὶ Φωτεινὸς εἰς τὸ ἐναντίαν ἐκ διαμέτρου βλασφημίαν κατέπεσιν. Ανθρωπον γὰ μόνον κεράτιστον τὸν Χριστὸν, τῷ δὲ θεῷ τῶν ἁπάντων ὑπάρχουσαν ἀρνοῦνται θεότητα. *Artemon autem, & Theodotus, & Sabellius, & Paulus Samosatenus, & Marcellus, & Photinus in oppositam ex diametro blasphemiam inciderunt: Hominem enim duntaxat prædicant Christum, æternam verò ejus divinitatem negant.* Theodor. inconfus. dial. 2. Et alibi, Φωτεινὸς γὰρ καὶ Μάρκελλος, καὶ ὁ ἐκ Σαμοσάτων Παῦλος, ἄνθρωπον μόνον εἶναι λέγουσι τὸν κύριον ἡμῶν καὶ Θεόν. Id. Epist. 104. ad Flavian. Eutychius Patriarcha Alexandrinus, وكانت مقالة بولص السميساطي ان سيدنا المسيح انسان خلق من اللاهوت كواحد منا في جوهره وان ابتدا الابن من مريم *Sententia autem Pauli Samosateni hæc fuit, Dominum nostrum Christum hominem fuisse à Deitate creatum, ejusdem cum nostrûm aliquo substantiæ, & principium filii à Mariâ fuisse.* Eutych. Alex. annal. tom. 1. p. 397. Abulpharagius, وفي هذا الزمان ظهر من المبتدعة فولي الشميشاطي وكان يقول ان جميع معلولات الله تعالي ارادية وليس له معلول ذاتي بته ولذلك لم يلد ولم يولد ولهذا لم يكن المسيح كلمة الله ولا ابضا ولد من عذرا كما ورد في ظاهر وانما حصل له الكمال بالاجتهاد فكل من تعاطي رياضته نال درجته *Hoc tempore ex hæreticis prodiit Paulus Samosatenus, qui dixit omnia Dei effecta spontanea esse, nec esse ipsi omnino effectum aliquod essentiale, ideoque nec gignere, nec gigni: ac proinde Christum non esse verbum Dei neque ex virgine natum, uti præ se fert* (Christianorum) *doctrina, verùm studio perfectionem consecutum: Et si quis eandem exercuerit disciplinam, eundem gradum assecuturum.* Abulph. dynast. 7. p. 129. Cùm autem Paulus hîc Samosatenus Christum non Deum esse, sed merum hominem affirmaverit, necessariò exinde sequitur, eum Trinitatem personarum simul denegâsse, & unam solummodo divinam personam, Patrem videlicet, asseruisse; quod etiam Epiphanius de eodem Paulo scribens tradidit, dicens, οὗτος δὲ ὁ λέγω μόνον Θεὸν, διὰ τὸ πατρὸς εἶναι τὸν πατέρα, ἀλλὰ μόνον Θεὸν, ἀνωτάτω, ὅσον τὸ κατ' αὐτὸν, τῷ τῆς Τριάδος καὶ ὁμοούσιον, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματος. Epiph. hæres. 65. Et Eutychius, ويقولون الله جوهر والقيوم واحد ويسمونه بثلثة اسماء ولا يومنون بالكلمة ولا بروح القدس وهي مقالة بولص السميساطي بطرك انطاكية واشياعه وهم البوليقانيون *Nonnulli etiam dicebant*, Deum *substantiam unam esse, & personam unam, quæ tribus nominibus appellatur, nec in Verbum, nec in Spiritum sanctum credentes. Erat hæc sententia Pauli Samosateni Patriarchæ Antiocheni, ejusque sectatorum, qui Pauliciani audiunt.* Eutych. Alex. annal. tom. 1. p. 441. 442. Hinc est, quod Epiphanius Pauli hujus gregales de Deo idem ac Judæos prædicâsse, & Judæos propterea vocari posse affirmet, ὅτι δὲ ἡ Ιουδαϊσμὸν ἀποφθεγγεται, οὐδὲν ἀποκρύπτειν ἔχει Ιουδαίων κακτημένοι, διὸ τοῦτοι Ιουδαῖοι καλοῦνται, καὶ Σαμοσατῆται, μηδὲν ἕτερον ὄντες, ἢ τῷ ὀνόματι μόνον εἶναι ἀφιερωμένοι: Et nonnullis interjectis, Διὰ τοῦτο ἀφήκαμεν ἐν τῷ Θεῷ ἅμα τῷ λόγῳ φασὶν, ὡς ἄνθρωπον ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν λόγον· ἓν πλέον τῶν Ιουδαίων, ὡς ἔφην, δοξάζοντες. Epiph. hær. 65. Et ipsum quidem Paulum hæresiarcham impiam hanc opinionem in Judæorum gratiam amplexum esse, testatur Nicetas, dicens, *Zenobiæ Syriam Phœniciamque regenti, cùm Paulus obsequi vellet, ut quæ Judaismum profiteretur, ipse quoque unum esse Deum docuit, qui Pater, Filius, & Spiritus sanctus unus idemque diceretur; Unus enim inquit Deus est, & filius ejus in eo, quemadmodum in homine sermo.* Nicet. in thesaur. orthod. fid. l. 4. hær. 32.

ἀναβαπτίζεσθαι. Christophorus Sandius, Enucleatæ Historiæ scriptor, Arianus, quo summam celeberrimi hujus Concilii autoritatem elevaret, hoc loco *hæresim rebaptizandorum, quam olim damnaverant Papæ Romani, stabiliri*, suo more, hoc est, impudenter, & ridiculè effutit. Enucl. Hist. l. 2. p. 26. Et postea idem repetere non erubescit, *Nos saltem*, inquit, *monemus canone* 19. *al.* 21. *hæresim rebaptizandorum stabiliri.* ibid. p. 30. Et ut alios taceam, Abrahamus Scultetus erroris saltem Patres Nicænos insimulat, quod *canone* 19. τοὺς παυλιανίσαντας, *id est, eos qui secuti sunt Paulum Samosatenum, jubent* ἀναβαπτίζεσθαι, *iterum baptizari: qui error*, inquit, *illis cum Cypriano fuit communis.* Scult. medull. Pat. part. 1. lib. 12. p. 419. Ut nos itaque sacrum hunc canonem non ab hæresi duntaxat à Sandio, sed & ab errore à Sculteto ei objecto vindicemus, primo tenendum est, Dominum nostrum Jesum Christum à mortuis suscitatum, priusquam ad Patrem suum ascenderet, in mandatis dedisse, ut ad Christianam religionem conversi in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs sancti baptizarentur, Mat. 28. 19. Hinc Catholica Ecclesia, idque summo quidem jure, perpetuò consentit, Baptismum nemini ritè collatum esse, nisi juxta Domini institutionem, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti celebratus fuerit. Quod etiam in Synodo Anglorum olim constitutum est, ut testatur Zacharias Papa, cujus verba dignissima sunt observari: *In Synodo*, inquit, *Anglorum decretum, & judicium firmissimè præceptum, & diligenter demonstratum esse dignoscitur, ut quicunque sine invocatione Trinitatis mersus fuisset, Sacramentum regenerationis non haberet. Quod omnino verum est: quia si lotus in fonte baptismatis quis fuerit sine invocatione Trinitatis, perfectus Christianus non est: nisi in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti fuerit baptizatus. Hoc quoque observari in prædictâ Synodo Sacerdotes voluerunt, ut qui vel unam de Trinitate personam non nominaret, illud baptisma esse verum non posset. Quod pro certo verum est: quia qui unam ex sanctâ Trinitate confessus non fuerit, perfectus Christianus esse non potest.* Zachar. cap. in Synodo de Consecratione distinct. 4. Et ob hanc haud dubiè causam fuit, quod Concilium Arelatense primum hunc canonem edidit, *De Arianis* (al. *Afris*) *qui propriâ suâ lege utuntur, ut baptizentur placuit. Si ad Ecclesiam aliqui de hâc hæresi venerint, interrogent eos fidei nostræ Sacerdotes symbolum. Et si perviderint in Patre, Filio, & Spiritu sancto eos baptizatos, manus eis tantum imponatur, ut accipiant Spiritum sanctum. Quòd si interrogati non responderint hanc Trinitatem, baptizentur.* Conc. Arel. 1. c. 8. Idem constituitur de omnibus hæreticis ad Ecclesiam Catholicam conversis à Gelasio Papa cap. *Si revera.* de consecratione distinct. 4. Videsis etiam Augustin. de Baptismo contra Donatist. l. 3. cap. 15. & annotationes nostras ad can. Apost. 49. & 50. Hinc igitur est, quòd Patres hi Nicæni Catharos quidem ad Ecclesiam accedentes baptizari non præcipiant, can. 8. quippe qui antea in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti baptizati fuerint: Paulianistas autem in præsenti canone ἀναβαπτίζεσθαι decernunt. Cum hi enim, uti paulò ante ostensum est, divinam filii naturam denegarent, ac proinde in sanctam Trinitatem non crederent, in nomine Patris, Filii, & Spiritus sancti baptizare non poterant: atque ideò Baptismus ab iis collatus nomen illud immeritò sortitus est. Cùm enim juxta Domini præceptum non celebratus fuerit, nec per eum quispiam verè Christianus fieri potuit. Et hanc quidem sanctionis hujus rationem Josephus Ægyptius suæ hujus paraphrasi disertè interseruit: primam canonis hujus partem sic interpretans, رات الجماعة المقدسة ان تصنع حدا وقانونا في امر كل من كان ارايس بولص

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

بولص الشا الشميساطي فقالت انه ان دخل احد منهم فليعمدون ثانية فان معموديتهم ليس هي شيا ولا هي علي الاستقامة *Visum est sanctæ Synodo, ut statutum & canon fiat de iis omnibus, qui Pauli Samosateni hæresi imbuti sunt: & ab eâ decretum est, ut si quis ex iis ad nos accedat, denuò baptizetur: quoniam Baptismus eorum nihil est, nec rectè constituitur.* Et D. Augustinus ex eo ipso, quòd Paulianistas sive Paulianos hoc canone baptizandos jubetur, conclusionem infert, eos regulam baptismatis non tenere, *Istos sanè Paulianos*, inquit, *baptizandos esse in Ecclesiâ Catholica Nicæno Concilio constitutum est. Unde credendam est eos regulam baptismatis non tenere, quam secum multi hæretici, cùm de Catholicâ discederent, abstulerunt, eamque custodiunt.* Aug. hæresi 44. ubi simul observatum velim, ex D. Augustini sententiâ hîc decerni, ut Pauliani baptizentur, non propriè rebaptizentur. Vox enim ἀναβαπτίζεσθαι hîc καταχρηστικῶς usurpatur, non secus ac vox καθαιρεῖσθαι, paulò post. Enimverò qui ordinatus est à Paulianistis Clericus hîc καθαιρεῖσθαι jubetur, si à Catholicis clericatu indignus deprehensus fuerit, idque etiamsi ille solus propriè καθαιρεῖσθαι potest, qui antea propriè Clericus fuit, qualis nemo à Paulianistis ordinatus habetur. Et idcirco tam Balsamon quam Zonaras καθαιρεῖσθαι hîc impropriè dici observat. Idem etiam in voce ἀναβαπτίζεσθαι tenendum est. Qui enim à Paulianistis baptizantur, ab iis pro verè baptizatis existimantur: ab iis inquam, sed non item à Catholicis; qui proinde eos ἀναβαπτίζεσθαι jubent; tametsi antea non fuerant propriè baptizati. Et idcirco Patres Nicæni hoc in loco Paulianistas conversos ἀναβαπτίζεσθαι decernentes, nec in errorem, nedum in hæresim lapsi sunt. Cùm enim ipse Christus omnes, qui ad suam conversi sunt religionem, in nomine Patris, Filii, & Spiritus sancti baptizari præceperit, & cùm Paulianistæ tunc primùm eam amplectantur religionem, cùm à Judaicis suis opinionibus ad Christianam Ecclesiam se convertunt, propriè Christiani fieri non potuerunt, usque dum juxta Christi ipsius præscriptum baptizantur. Ex eo autem, quòd Navatianos baptizari non præcipiant, sed tantum Paulianistas, palam est, sanctos hosce Patres, neminem ad Ecclesiam conversum baptizari voluisse, nisi qui antea verè, hoc est, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti non baptizatus est. Unde Anabaptistarum errorem, ab hisce Patribus non tantum non stabiliri, sed & everti constat.

Παυλιανισταὶ λέγονται οἱ Παυλικιανοί. Pauli Samosateni assectæ ab Epiphanio Σαμοσατῆται, appellantur; ab aliis Pauliani, ut ab Augustino, *Pauliani à Paulo Samosateno.* hær. 44. sic etiam vocantur Παυλιανοὶ à Suidâ in Μάνης. Et ab Harmenopulo, libro de sectis, ubi ait, οἱ Παυλιανοὶ οἱ ἀπὸ Παύλου τῆ Σαμοσατέα. Harm. de sect. 6. A Patribus Nicænis hoc canone Παυλιανίσαντες nominantur, & ab aliis Παυλιανισταὶ, ut ab Aristeno in hunc canonem. A Balsamone hîc vocantur Παυλικιανοὶ, ut & à Zonarâ in suis ad præsentem canonem scholiis. Sic etiam ab Eutychio audiunt البليقاديون *Pauliciani.* Annal. tom. 1. p. 442. Pauliciani autem sæpius dicti sunt Manichæi. Cedrenus, Παυλικιανοὶ οἱ καὶ Μανιχαῖοι· μεταγραφέντων δὲ ἀντὶ Μανιχαίων Παυλικιανοὶ ἀπὸ Παύλου τινὸς Σαμοσατέως, οὗ γυναικὸς Μανιχαίας Καλλινίκης τέκνον· ἦτις δύο υἱοὺς ἔσχε τοὺς τὸν Παῦλον καὶ Ἰωάννην. Blastares, Παυλικιανοὶ δὲ οἱ Μανιχαῖοι, μεταγραφέντων ἀπό τινων ἀδελφῶν δύο, Παύλου καὶ Ἰωάννου, ἐρμηνέων ὄντων Σαμοσατέων, ὧν γυναικὸς τοῦ Μανιχαίας Καλλινίκης τέκνον. Blast. Epit. in lit. A. Eadem Balsamon in hunc canonem ἐν διαφόροις βιβλίοις se invenisse testatur. Sic etiam Historia Miscella in Nicephoro, *Manichæorum verò, qui nunc Pauliciani, & Atingani dicuntur, quique in Phrygiâ & Lycaoniâ constituti confines eis habebantur, amicus ferventissimus erat.* Hist. Misc. in Niceph. c. 24. Hos à Michaele Imperatore damnatos eadem Historia in ejus vitâ testatur, his verbis, *Multo sanè divino zelo Imperator piissimus motus, contra Manichæos, qui nunc Pauliciani dicuntur, & Atinganos in Phrygiâ & Lycaoniâ degentes capitalem animadversionem promulgavit.* Ex dictis autem constat vel duos fuisse Paulos Samosatenos, diversarum hæresium autores, vel saltem Manichæos cum Paulianistis confusos, Paulicianos idcirco barbarè nuncupatos esse. Sanè Pauliciani non à vetustioribus, sed recentioribus duntaxat Scriptoribus commemorantur; ac proinde à Paulianistis propriè sic dictis Pauli Samosateni discipulis diversi fuisse videntur; etiamsi Balsamon hoc in loco dicat παυλικιανισταὶ λέγονται οἱ Παυλικιανοί.

τὰ τῆς Διακονισσῶν. Ex ipso canone liquet duo olim fuisse Diaconissarum genera, τῆς ἐν τῷ κλήρῳ, & τῆς ἐν τῷ χείματι. De quibus consule hæc Balsamonis & Zonaræ commentaria in præsentem canonem. De Diaconissarum autem χειροτονία & λειτουργία, videsis annotationes ad Syn. Chalcedon. can. 15.

Σαμοσατεὺς ἢ ἐκλήθη ὡς χρηματίσας ἐπίσκοπος Σαμοσατέων. Si Paulus iste à quo Pauliciani cognominati sunt, Samosatensium Episcopus fuerit, alius sit necesse est ab eo, qui Paulianistarum magister extitit. Hic enim Samosatenus dictus est, non quòd Samosatorum Episcopus fuit, sed quod ibi, ubi & Lucianus, natus. Hic enim ἀπὸ Σαμοσάτων τοῦ, τῆς ὑπὸ τὴν μίτρ. Μεσοποταμίας ἢ Εὐφράτου, ut ait Epiphanius hær. 65. Ideoque Eusebius eum vocat τὸν ἐκ Σαμοσάτων Παῦλον, Euseb. Hist. Eccles. l. 5. c. 28. & l. 7. c. 37. Samosatis igitur ortus est, sed non ibi, verum Antiochiæ Episcopus constitutus est, Demetriani nimirum Antiocheni vitâ defuncti loco. Quapropter Σαμοσατεὺς idcirco tantum vocatur, quia Samosatis oriundus. Suidas. Σαμόσατα Πόλις, ἢ Σαμοσατεὺς ὁ ἐκ τούτων. Suid. in Σαμόσατα. Adhæc Balsamon hoc loco, ut & Cedrenus, Blastaresque antè laudati, Paulicianos dictos esse à Paulo quodam Samosateno mulieris Manichææ, Callinices vocatæ, filio tradunt. Hoc autem de Paulo Paulianistarum magistro dici non potest. Nam Paulus Samosatenus ob hæresin suam sede Antiochenâ prius depositus est, quam Manichæorum hæresis exorta fuit; ut ex Eusebii Chronico constat: quo Pauli depositio refertur ad an. 2. Olymp. 261. sive an. Dom. 267. at Manichæorum hæreseos exortus ad an. 1. Olymp. 264. sive ad annum Dom. 278. Quomodo itaque Paulus iste Manichææ mulieris filius esse potuit, cum multis annis ante ipsam Manichæorum hæresin natus fuerit? His igitur adducor, ut credam Paulum istum Samosatenum, cujus Balsamon hîc aliique meminerunt, alium fuisse Paulum, Samosatensium Episcopum, (nam Samosata metropolis fuit Antiocheno Patriarchæ subdita), & ab eo novos quosdam Manichæos exortos Paulicianos dictos fuisse, quos Balsamon & Zonaras cum Paulianistis hoc canone commemoratis malè confundunt; ut & antea observatum est.

Μουσουλμανίσαντες. Sic vocantur Muhammedani, sive Pseudoprophetæ Muhammedis sectatores. Petrus Cartophylax, ὁ εἰς ἔθνη χρηματίσας, καὶ μαχαίρας, καὶ ἐν τούτῳ μαχητὴς, μᾶλλον δὲ μουσουλμανίσας, μυρίους τινάς. Pet. Chart. in respons. Juris Græco Rom. l. 6. initio. Georgius Logotheta in Chronico Constantinopolitano μουσουλμάνους eos vocat. Vox Arabica est, مسلمين *Muslemin* à singulari مسلم quod participium est ab اسلم *Aslama, fidelis factus est, salutem & pacem ingressus est*, quæ quarta conjugatio est vocis سلم *Salama.* Eorum qui hoc nomine appellati sunt, ipse Muhammedes se primum asserit, انا اول المسلمين *Ego primus sum Muslemannorum.* In Alcor. Surat. 6. Alibi tamen sui oblitus Abrahamum inducit precantem, ربنا واجعلنا مسلمين لك *Domine noster, fac nos muslemannos tibi.* Surat. 2. & alibi ait ما كان ابرهيم يهوديا ولا نصرانيا ولكن كان حنيفا مسلما *Non fuit Abrahamus Judæus, nec Christianus, sed verus muslemannus.* Surat. 3. Vocantur nonnunquam & امة مسلمة *Populus muslemiticus*, & ipsa religio nuncupatur الاسلام *Islamismus*, & nonnunquam دين الاسلام *Religio Islamismi.* Elmacinus, اول من اظهر دين الاسلام وقام بامره ابو القاسم محمد *Primus qui religionem Islamismi professus est, & observavit, erat Muhammed Abulcasimus.* Elmacin. Hist. Sarac. l. 1. initio. Item الشريعة الاسلامية *Lex Islamitica.* Abulpharagius صاحب الشريعة الاسلامية محمد بن عبد الله *Author legis Islamiticæ Muhammed Ebn Abdallah.* Abulphar. dynast. 9. Hinc Judæi eos transpositis literis *Ismaelitas*

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

*maelitas & religionem ipsorum Ismaelissmum*, per contemptum appellant; ut observat doctissimus noster Edvardus Pocockius in notis ad specimen Historiæ Arabum, pag. 53. Hæc religio in quinque præsertim capitulis versatur, ut ipse Muhammedes autor istius docuit: quippe qui (referente Sharestanio ab eodem Clarissimo Viro ibid. p. 52. laudato) roganti Gabrieli speciem ac habitum Arabis induto, quid esset Islamismus, respondit ان وتشهد ان لا اله الا الله واني رسول الله وان تقيم الصلوة وتوتي الزكوة تصوم شهر رمضان وتحج البيت استطعت اليه سبيلا *Ut confitearis non esse Deum prater Deum illum, & me esse Apostolum Dei; & tempora precum statuta diligenter observes: & eleemosynam prestes: & mense Ramadani jejunes: & ut ad Caabam* (templum Meccanum) *si commodè possis, peregrinationem religionis ergò instituas.* Elmacinus in Historiæ Saracenicæ initio plura hujus religionis capita recenset; quem consulas. Qui à verâ itaque & Christianâ nostrâ ad impiam hanc Mussemiticam religionem seducti, postea reversi sunt, non rebaptizari, sed inungi tantum antiquitùs soliti fuerunt, ut ex hoc ipso Balsamonis loco constat.

ἐμοὶ δοκεῖ. Hìc aliud nobis atque Balsamoni videtur. Neque enim qui semel ritè baptizatus est, in quamcunque hæresim lapsus fuit, à Catholicis rebaptizatur. Quod autem de voce ἀναβαπτίζεσθαι infert, nullius est momenti: idem enim περὶ τῦ ἀναβαπτίζεσθαι nos dicimus, quod περὶ τῦ καθαιρεῖσθαι, istam nimirum vocem in hoc canone καταχρηστικῶς usurpari, ut ante observatum est. Hìc itaque agitur de Paulianistis, non factis, sed genitis, sive de iis, qui à Paulianistis, non item à Catholicis, baptizati sunt.

## In Can. XX.

Ἔπεδὴ πολὺς ἐστιν ἐν τῇ κυριακῇ γόνυ κλίνοντας. Usus obtinuit & antiquâ in primitivâ Ecclesiâ traditio, ut publicæ preces à fidelibus genuflexis peragerentur, idque per totum annum, præterquam diebus dominicis, & quinquaginta illis, qui Pascha & Pentecosten interfluunt. His autem diebus genu inter orandum flectere nefas existimatum est. Tertullianus, *Die Dominico jejunium nefas dicimus, vel de geniculis adorare. Eadem immunitate à die Paschæ in Pentecosten usque gaudemus.* Tertul. de cor. mil. cap. 3. Ambrosius, *Scire debet sanctitas vestra, fratres, hanc sanctam Pentecosten diem, quâ ratione curemus, vel cur istorum quinquaginta dierum numero sit nobis jugis & continuata festivitas, ita ut ab hoc omni tempore, neque ad observandum indicamus jejunia, neque ad exorandum Deum genibus succidamus, sed sicut Dominica solemus facere, erecti & feriati resurrectionem Domini celebramus*, Ambros. Serm. 61. Epiphanius, Καὶ δὴ ὅλη μὲν τῦ ἔτους ἡ ὑγιεία φυλάττεται ἐν τῇ αὐτῇ ἁγίᾳ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, φημὶ δὲ πεντηκοστὴ καὶ ἀναστάσιμος, ἕως ἄρκτε ἑνάτης, δίχα μόνης τῆς πεντηκοστῆς ὅλης τῆς πεντήκοντα ἡμερῶν ἐν αἷς ὅτε γονυκλισίαν γίνονται, ὅτε ὑγιεία παρέστακεν. Epiph. in expositione fidei. Augustinus, *Ut autem stantes illis diebus* (quinquaginta) *& omnibus Dominicis oremus, utrum ubique servetur ignoro: tamen quid in eo sequatur Ecclesia, dixi, ut potui, & arbitror esse manifestum.* August. Epist. 119. ad Januarium. c. 17. Hieronymus, *Nam & multa alia, quæ per traditionem in Ecclesiis observantur, autoritatem sibi scriptæ legis usurpaverunt: velut in lavacro ter caput mergitare; deinde egressos lactis & mellis pragustare concordiam, ad infantiæ significationem: die Dominico & per omnem Pentecosten nec de geniculis adorare, & jejunium solvere.* Hieron. adverss. Luciferian. Antiquæ hujus observationis rationem Augustinus non obscurè reddit, ubi ait, *Quinquaginta complentur, qui celebrantur post Domini resurrectionem, jam in figurâ non laboris, sed quietis & lætitiæ. Propter hoc & jejunia relaxantur, & stantes oramus, quod est signum resurrectionis. Unde etiam omnibus diebus Dominicis id ad altare observatur.* Aug. Epist. 119. ad Jan. c. 15. Eadem ratio fusius explicatur in libro Quæstionum & responsionum ad orthodoxos, Justino Martyri perperam adscripto, ubi quæstio sic instituitur, διὰ τί ἐν ταῖς κυριακαῖς ἡμέραις καὶ ἀπὸ τῦ πάσχα ἕως τῆς πεντηκοστῆς γόνυ οὐ κλίνουσιν οἱ εὐχόμενοι, πόθεν δὲ καὶ ἡ παράδοσις ἐν ταῖς ἐκκλησίαις εἰσῆλθε σωμάτεια; cui sic respondetur. Τὸ δὲ ἐν τῇ κυριακῇ μὴ κλίνειν γόνυ σύμβολόν ἐστι τῆς ἀναστάσεως, δι' ἧς τῇ τῦ Χριστῦ χάριτι ἠλευθερώθημεν τῶν τε ἁμαρτημάτων, καὶ τῦ ἐπ' αὐτοῖς πεθνεκέναι θανάτου ἠλευθερώθημεν. ἐπὶ δὲ πεντηκοστῆς δὲ χρόνον ἡ παράδοσις σωμάτεια ἔλαβε παρὰ ἀγγέλων, καθώς φησιν ὁ μακάριος Εὐρωπᾶς ὁ μάρτυς καὶ ὁπίσκοπος Λαοδικείας ἐν τῷ περὶ τῦ πάσχα λόγῳ, ἐν ᾧ μέμνηται καὶ περὶ τῆς πεντηκοστῆς, ἐν ᾗ οὐ κλίνομεν γόνυ, ἐπειδὴ ἐσυναπαμεῖ τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἀναστάσεως, καὶ παρὰ ῥηθῆσαν περὶ αὐτῆς αἰτίαν. Quæst. & respon. ad orthod. 115. Et Basilius magnus, Ἀναγκαίως ἂν τοὺς ἐν αὐτῇ σεσυνχάς ἑαυτῶν ὑποθήσεται τοὺς ἑαυτῆς τροφίμους ἡ ἐκκλησία παιδεύει, ἵνα τῇ συνεχεῖ ὑπομνήσει τῆς ἀτελευτήτου ζωῆς τῆς μετὰ τὸν μετάστασιν οἰκείαν ἐφοδίων μὴ ἀμελῶμεν. καὶ πᾶσα δὲ ἡ πεντηκοστὴ τῆς ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι σεσεβασμένης ἀναστάσεως ἔχει ὑπόμνημα. *Necessarium igitur in hoc die* (Dominico) *Ecclesia suos alumnos docet, stantes absolvere preces suas, ut assiduâ commonitione vitæ illius nunquam desituræ, non negligamus ad eam demigrationem parare viaticum. Quin & tota Pentecoste admonitio est resurrectionis quam in isto seculo expectamus.* Basil. de Spiritu sancto cap. 27. Vide plura ibidem hâc de re à doctissimo Patre scripta, & à Zonarâ suis in hunc canonem scholiis laudata. Isidorus Hispalensis, *Idcirco autem totius quinquagesimæ dies post Domini resurrectionem resolutâ abstinentiâ in solâ lætitiâ celebrantur, propter figuram futuræ resurrectionis, ubi jam non labor, sed requies erit lætitiæ. Ideoque his diebus nec genua in oratione flectuntur, quia sicut quidam sapiens ait, Inflexio genuum pœnitentiæ & luctûs indicium est. Unde etiam per omnia eandem in illis solennitatem, quàm die Dominico, custodimus, in quâ majores nostri nec jejunium agendum, nec genua esse flectenda ob reverentiam Dominicæ resurrectionis tradiderunt.* Isidor. Eccles. Offic. l. 1. c. 31.

Τοὺς τὰ πάντα ἐν πάσῃ παροικίᾳ ὁμοίως διατυπῦσθαι. Primitivos Christianos juxta traditionem ab ipsis Apostolis vel saltem Apostolicis viris acceptam, diebus Dominicis, & per totam Pentecosten, non genuflexos, sed stantes precari solitos fuisse, ex iis quæ hactenus in hunc canonem commentati sumus, abundè constat. Cùm antiqua autem ista consuetudo nonnullis, uti videtur, locis, hujus Concilii temporibus, quâ par est religione non observata fuerit (forsitan quod D. Paulum Pentecoste, hoc est, diebus à Pascha ad Pentecosten interlabentibus, genibus flexis orâsse traditur, Act. Apostol. cap. xx. 36. & xxi. 5.) hinc Patres Nicæni hoc canone eandem confirmant, & ubique observari præcipiunt, additâ insuper hâc ratione, ὁμοίως τὰ πάντα ἐν πάσῃ παροικίᾳ ὁμοίως διατυπῦσθαι, *ut omnia similiter in omni Parochiâ observentur*, hoc est, ut eadem precandi formula ubique obtineat, & omnia sacra uniformiter peragantur. Unde colligere licet, quantæ curæ sanctissimis hisce Patribus uniformitas in sacris celebrandis fuit, cùm rem adeò in se prorsus indifferentem, & nullibi in sacris Scripturis vel directè vel indirectè præceptam, suâ demum autoritate sancirent, idque hâc solâ ratione moti, ut omnia Christianorum sacra, summâ quoad ejus fieri potest, uniformitate, ubique terrarum peragerentur.

GUILIELMI

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

# GUILIELMI BEVEREGII
# ANNOTATIONES
## IN CANONES CONCILII
## CONSTANTINOPOL. II.

Επι βασιλεως Θεοδοσιου τω μεγαλου. Scholiastes, Balsamon & Zonaras, (quorum utrique commune est hoc proœnium) rectè hìc consentiunt, secundum hoc œcumenicum Concilium, Theodosio magno imperante, Constantinopolitani habitum fuisse; quem etiam illud indixisse luculentissimos habemus testes. Socrates enim ejusdem ferè ætatis scriptor, disertè ait, Μετὰ τὴν ὁ βασιλεὺς ἀναμιμνήσκεται τε συνόδου ἐπισκόπων τὴν ὑπὸ πίστεως συγκαλεῖ, ὅπως τὸ κρατοῦσαν τῶν ἐν Νικαίᾳ πίστιν, ἡ χειροτονήσῃ τῇ Κωνσταντινουπόλει ἐπίσκοπον. *Posthæc Imperator* Theodosius *nihil cunctatus suæ fidei Episcoporum Concilium convocat, quo & Nicæna fides confirmaretur, & Constantinopoli ordinaretur Episcopus.* Socrat. Hist. Eccles. l. 5. c. 8. Cui suffragatur Sozomenus, dicens, Ἐν τάχει τε συνόδου ἐπισκόπων ἀμοιβὴν ἀπῆ συναγαγεῖν, βεβαιότητός τε ἕνεκα τῆς ἐν Νικαίᾳ δόξαντων, ἡ χειροτονίας τῶ μέλλοντ ἐπίσκοπον ἐν Κωνσταντινουπόλει ἔσεσθαι. Sozom. l. 7. c. 7. ut alios taceam, Eutychius Patriarcha Alexandrinus ait, فكتب ثاودوسيوس الملك الي تيموثاوس بطريرك الاسكندرية والي ملاتيوس بطريرك انطاكية والي داماسيوس بطريرك رومية والي كيرللس اسقف بيت المقدس ان يشخصوا مع اساقفتهم الي مدينة القسطنطينية. ليتظروا في امانة النصرانية ويوضحوها للناس *Theodosius ergo Rex scriptis ad Timotheum Patriarcham Alexandrinum, Meletium Patriarcham Antiochenum, Damasum Patriarcham Romanum, & Cyrillum Episcopum Hierosolymitanum, literis, ipsos unà cum Episcopis suis Constantinopoli adesse jussit, ut de fide Christianâ disquirerent, eamque explicatam hominibus darent.* Eutych. Alex. annal. tom. 1. p. 509. & Josephus Ægyptius التي اجتمعتى بنعمة الله تقدس اسمه من كل المواضع الي مدينة القسطنطينية حيث دعاهم المحب لله سجاده ثاودوسيوس ملك الروم في شرطونية فكطاريوس اسقفها *Synodus, quæ gratiâ Dei (cujus nomen sanctificetur) ex omnibus locis Constantinopoli congregata est, quo dilectus Deo glorioso Theodosius Imperator Romanus eos convocavit ad celebrandam Nectarii Episcopi istius loci ordinationem.* Joseph. Ægypt. præf. ad Syn. C P. Hoc etiam ex antiquo isto codice M S. Bibliothecæ Thuanæ, cujus frequens fit mentio in margine ad veterem Latinum canonum interpretem in Bibliothecâ Juris canonici veteris ulteriùs confirmetur; utpote in quo canones hujus Concilii sic inscribuntur, *Hi canones prolati sunt ab Episcopis* CL. *congregatis in unum Constantinopolim, quos inclytæ recordationis Theodosius Imperator, Pater Arcadii & Honorii principum, convocavit, quando beatus Nectarius Constantinopolitanæ Ecclesiæ, damnato Maximo, sortitus est Pontificatûs officium.* Quo autem anno ab eo indictum fuit, docet Socrates, dicens, συνῆλθον ἐν τῇ ὑπατείᾳ Εὐαγρίου καὶ Εὐαγρίου, τῷ μετὰ μετὰ. Socrat. l. 5. c. 8. Et titulus canonum in Actis hujus Concilii, Κανόνες τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει συνελθόντων, ἐν ὑπατείᾳ Φλαβίου Εὐαγρίου, καὶ Φλαβίου Εὐαγρίου, τῶν ἐκλαμπροτάτων ἀπὸ ἐπαρχῶν ἰλλυρίων. Chronicon Marcellini Comitis, *Indictione* IX. *Eucherio & Syagrio* (leg. Evagrio) *Coss. sanctis* CL. *Patribus in urbe Augustâ congregatis adversus Macedonium in Spiritum sanctum naufragantem.* Congregata est igitur hæc Synodus Eucherio & Evagrio Coss. hoc est anno Dom. 381. Sic etiam Josephus Ægyptius dicit canones ab hoc Concilio editos fuisse في شهر اب لاربع مائة وتسعة وعشرون من حساب الاسطاكيين *Mense Ab, anno æræ Antiochenæ* 429. Æra Antiochena cœpit ab autumno, anno periodi Julianæ 4665. Ergo ad annos completos 4664. adde 429. & colligentur anni 5093. aufer 4713. & reliquus fiet annus æræ Christianæ 380. à cujus autumno annus supradictus æræ Antiochenæ 429. incipit. Sed mensis Ab in annis Antiochenis idem est ac Augustus in Julianis; qui propterea incurrit in annum Dom. 381. De mense autem, quo celebrata est hæc Synodus, inter veteres non convenit. Ut enim Josephus Ægyptius mense Ab, sive Augusto, sic Socrates τῷ μαΐῳ μηνὶ, titulus canonum περὶ ἐπτὰ εἰδῶν Ἰουλίων, & vetus interpres Latinus III. *Kal. Novemb.* habitam affirmat. Forsitan ergo mense Majo incepta, usque ad Octobrem desinentem continuata est. Sed Nilus in tractatu de Synodis ab hisce omnibus quamplurimùm dissentire videtur, quippe qui de tempore hujus Synodi loquens, ait, ὧν ἡ ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἔτη ϛωοϛ'. ἀπὸ δὲ Χριστοῦ τοβ'. *Erat autem annus mundi* 5872. *Christi* 372. Verùm Nilus hoc in loco Historicâ Græcorum ærâ utitur, quæ Christi natalem in annum octavum post vulgarem epocham incidisse supponit: ut docuimus in Institut. Chronol. l. 2. c. 11. Ergo si addas 8. ad 372. annus à verâ Christi Nativitate, juxta ejus etiam computum, quo celebrata est hæc Synodus, erit 380. qui ab autumno itidem incipiens, in annum Julianum 381. incurret. Adhæc Theodosius Imperator factus est XIV. Kal. Februar. Ausonio, & Olybrio Coss. hoc est anno Christi 379. Tertio igitur imperii anno currente, Synodum præsentem convocabat, quam etiam postea imperatoriâ suâ autoritate confirmavit; quod etiam ipsi Patres ibi congregati obnixè petierunt, in Epistolâ Synodicâ ad eum missâ, dicentes, Δεόμεθα τοίνυν σου τῆς ὑμετέρας γράμμασι τῆς εἰς εὐσεβείας ἐπικυρωθῆναι τῆς συνόδου τῷ ζήτει· ἵν' ὥσπερ τοῖς τῆς κλήσεως γράμμασι τῆς ἐκκλησίαν τετίμηκας, οὕτω καὶ τοῖς δόξασι ἐπισφραγίσῃς τὸ πλῆθος, *Rogamus igitur tuam clementiam, ut per literas tuæ pietatis Synodi decretum confirmetur: ut sicuti literis, quibus nos convocâsti, Ecclesiam honorâsti, ita etiam finem eorum, quæ decreta sunt, obsignes,* Syn. C P. in epist. Synod.

Ἐν Κωνσταντινουπόλει. Hæc urbs, in quâ celebratum est præsens Concilium, *Byzantium*, primò nominata est, à Byzante primò conditore. Stephanus, Βυζάντιον ἡ ἀπὸ Βύζαντος τοῦ Κτίσαντος τῆς Ἰδίας Θυγατρὸς καὶ Ποσειδῶνος, ἢ ὅτι τὰ τείχη τῆς Βύζης ὑπὸ ἡγεμόνος, ἢ ὅτι ἐχθροὶ αἰσθησάμενοι ἦλθον ἀνέμων ἐκεῖ. Claudianus etiam Byzantis, tanquam conditoris, ante Constantinum meminit, dicens,

*Quòd tertius urbis*
*Conditor, hoc Byzas, Constantinusque videbunt.*

Abulpharagius Byzum quendam, Manassis Judæorum Regis diebus, hanc urbem condidisse refert: Eo enim imperante dicit وبني بورس مدينة بوزنطيا وبعد تسعماية وسبعين سنة عظمها قوسطنطينوس وسماها قوسطنطينوفوليس. *Extruxit etiam Byzus urbem Byzantium, quam post nongentos & septuaginta annos auctam, Constantinopolim appellavit Constantinus,* Abulph. Dyn. 3. Sic etiam Eusebius in Chronico ad ultimum annum ejusdem Regis, sive tertium Olymp. 30. hæc observat, Βυζάντιον ὑπὸ Βύζου βασιλέως τῆς Θρᾴκης· οἱ δὲ πρὸς, Μεγαρέων. Portro qualis



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ro qualis fuerit hæc civitas Ciceronis diebus, ex ejus de Provinciis consularibus oratione constat, ubi eam *Imperio Romano fidelissimam, liberam, & refertissimam & ornatissimam signis fuisse testatur.* orat. 35. n. 3. & 4. Herodianus eam πόλιν ἀξίᾳ ὄντα Θράκης μητρόπολιν, πόπῳ τε εὐδαίμονα, πλήθει τε ἀνδρῶν καὶ χρημάτων ἀκμάζουσαν, *Urbem Thraciæ maximam, felicissimamque, viris, atque opibus eâ tempestate florentem.* Herodian. l. 3. c. 2. Cum hæc autem antiquissima pariter ac olim celeberrima civitas à Severo aliisque subversa fuisset, & in vici formam redacta, Constantinus M. rerum Romanarum potitus, eam mirum in modum restauravit, & auxit, & suo de nomine Κωνσταντίνου πόλιν, sive Κωνσταντινούπολιν appellavit. De anno autem, quo egregium hoc opus absolutum est, & encænia urbis celebrata, veteres scriptores diversa tradiderunt. Verisimilior autem eorum est sententia, qui id anno Christi 333. accidisse affirmant; quo consulatum gerebant Gallicanus & Symmachus: utpote ad quos Idatius in fastis notat, *His Coss. dedicata est Constantinopolis, die* v. *idus Majas.* Et ad eosdem in Chronico Alexandrino hæc observantur, Ἔτους τα'. τῆς εἰς ἁγαθὰς ἀναλήψεως τοῦ κυρίου, καὶ κδ'. τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας, Κωνσταντῖνος ὁ εὐσεβέστατος παῖς Κωνσταντίνου τοῦ Λυκούσου, καὶ Κωνσταντίου, καὶ Κώνστος Καισάρων, πόλιν μεγίστην, λαμπρὰν καὶ εὐδαίμονα κτίσας, συγκλήτῳ τε τιμήσας, Κωνσταντίνου πόλιν κέκληκε, ἐπὶ πόπου εἰδῶν Μαΐων, ἡμέρᾳ δευτέρᾳ τῆς ἑβδομάδος, ἰνδικτιῶνος τρίτης, τὸ ἀρχαῖον ἠκολούθησε Βυζάντιον. *Anno* 301. *post assumptum in cœlos Dominum, imperii ipsius* 25. *Constantinus religiosissimus Constantini junioris Augusti, & Constantii Constantisque Cæsarum pater, urbem maximam, illustrem & beatam condidit, Senatu illustravit, & Constantinopolin appellavit, a. d. v. idus Majas, feriâ* 2. *indictione* 3. *quæ prius vocata fuerat Byzantium.* Omnes hi characteres in annum Dom. 330. supradictum optimè conveniunt: namque eo currente, Indictio erat 3. & Cyclus Solis 3. litera Dominicalis, D. ac proinde undecima dies sive idus mensis Maii isto anno in secundam hebdomadis feriam incidebat. Et quidem de isto die inter omnes convenit; ad eum enim & in Menologio Græcorum scribitur, τὰ ἐγκαίνια τῆς Κωνσταντίνου πόλεως, καὶ τὴν ἁγίαν ἱερομάρτυρος Μανίου. Cum Constantinus itaque dicto tempore celeberrimam hanc urbem dedicâsset, eandemque omnium ferè aliarum, per totum imperium suum, spoliis locupletâsset, Romanorum Imperatorum sedes evasit, (unde *nova Roma* sæpe appellatur) & Græcorum etiam post imperii divisionem; quo factum est, ut plures in hâc, quàm in ullâ aliâ civitate, universales Synodi habitæ fuerint. Nam præter præsentem, quæ secunda est, etiam quinta, sexta, atque octava, Synodi œcumenicæ in eâ celebratæ sunt.

Ἑκατὸν πεντήκοντα. Episcopos centum quinquaginta in hoc Concilio congregatos fuisse, pro conceſſo ab omnibus habetur: ut alios taceam, Socrates ait, Πάντες δὲ ἦσαν ἑκατὸν πεντήκοντα. Socr. l. 5. c. 8. Sozomenus, Σωβῖλλος ἦν, ὃν μὲν ἐπὶ ὁμοίοις τῷ πρόσθε δεξαζόντων, ἀμφὶ ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα. Sozom. Hist. Eccles. l. 7. c. 7. In Actis Concilii Chalcedonensis Symbolum ab hoc Concilio editum vocatur, Ἡ ἁγία πίστις, ἣν ἐξέθεντο οἱ ἅγιοι πατέρες ρν'. συμφωνοῦσα τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ τῇ ἐν Νικαίᾳ. Concil. Chalced. Act. 2. & Gregorii Nazianzeni oratio, coram hac Synodo prolata, inscribitur, τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Ναζιανζήνου συμπαθεῖος εἰς τοὺς ἐπὶ ἑκατὸν πεντήκοντα ὁσιωτάτους πατέρας. Act. Concil. C P. 1. Eutychius Patriarcha Alexandrinus, واجتمع في القسطنطينية وخمسون اسقفا مائة *Et congregati sunt Constantinopoli Episcopi centum quinquaginta.* Eutych. annal. tom. 1. p. 510. & alibi, فمن المجمع الاول الثلثماية وثمانية عشر اسقف الذين اجتمعوا في مدينة نيقية الي هذا المجمع الثاني المائة وخمسين اسقفا الذين اجتمعوا في القسطنطينية ولعنوا مكدونيوس واشياعه ثمانية وخمسون سنة *Jam à Concilio primo Episcoporum trecentorum octodecim, qui in urbe Nicænâ convenerunt, ad secundum hoc, in quo Constantinopoli congregati sunt Episcopi centum quinquaginta, qui Macedonio ejusque sequacibus maledixerunt, anni sunt quinquaginta octo.* ibid. p. 514. Josephus Ægyptius, اجتمع هذا المجمع الثاني المقدس من المجمع الكبار في مدينة القسطنطينية وكان عدة الاساقفة الذين اجتمعوا فيه مائة وخمسون اسقفا اباء قديسين *Congregatum est sanctum hoc secundum ex œcumenicis Conciliis, in urbe Constantinopoli, & numerus Episcoporum, qui in eo collecti sunt, erat centum quinquaginta Episcopi sanctique Patres.* Joseph. Ægypt. in Præf. ad hoc Concil. Dionysius Exiguus, in præfatione suâ ad canones hujus Concilii, *Hæ definitiones*, inquit, *expositæ sunt, ab Episcopis* CL. *qui in id ipsum apud Constantinopolim convenerunt, quando beatus Nectarius Episcopus est ordinatus.* Et ante eum vetus interpres in suâ itidem præfatione, *Hi canones expositi sunt ab Episcopis* CL. *congregatis in unum Constantinopolim, quando ordinatus beatus Nectarius Episcopus.* Idem asserit Matthæus Blastares in suâ ad Syntagma præfatione. Idem etiam à Photio, & Nilo de Synodis, aliisque quamplurimis, nemine contradicente traditur. Adeo ut de Episcoporum numero, qui in hanc Synodum convenerunt, nihil dubii superesse potest.

Τῶν ἁγιοπατρικῶν κανόνας. De numero Episcoporum, qui in hâc Synodo congregati sunt, bene, ut ostensum est, inter veteres scriptores convenit: sed non item de numero canonum, quos ediderunt. Primò enim Dionysius Exiguus tres tantùm ab hoc Concilio sancitos tradit, *sub Theodosio*, inquit, *piissimo Imperatore apud Constantinopolim expositi sunt canones tres.* Dionys. Exig. præf. ad canones Syn. CP. ubi tamen observandum est, eum tertium canonem, de honore Episcopis Constantinopolitanis indulto, ad calcem secundi appendere; qui si seorsim, ut hîc, recenseatur, quatuor primi canones ab eo Latinè versi sunt. In priscâ etiam editione Latinâ quinque numerantur: sed ultimus eorum non ad hanc, sed ad Chalcedonensem Synodum jure pertinet; reliqui quatuor iidem sunt, quos vertit Dionysius Exiguus. Sed hîc etiam tertius secundo annectitur, & primus in duos distribuitur. Josephus Ægyptius in suâ ad hanc Synodum præfatione unum alium addit; sed nihilominus quatuor tantum recenset: dicit enim وفي هذا المجمع المقدسة جماعة القسطنطينية وضعوا اربعة قوانين *Et in sanctâ hac Synodo Constantinopolitanâ quatuor canones constituti sunt.* Ipse autem, non minus quàm vetus interpres & Dionysius Exiguus, tertium secundo adjungit; qui si distinctè numerentur, quinque canones ab eo agnoscentur, videlicet, primus, secundus, tertius, quartus, & sextus. Nam quintus & septimus in ejus etiam paraphrasi desiderantur. Johannes Antiochenus in ordine canonum collectioni præfixo, sex canones ab hoc Concilio editos fuisse scribit, ἧς ὁ Κωνσταντινουπόλεως σωτηρίου πατέρων, ὑφ' ὧν ἐξετέθησαν κανόνες ς'. Cum autem & ipse primo collectionis titulo definitionem de honorando Episcopo Constantinopolitano appendicem secundi canonis fecerit, dubium nemini esse potest, quin ipse legerit quicquid in septem canonibus, huic Synodo vulgò adscriptis, continetur; etiamsi, quantum memini, septimum canonem nullibi citaverit. Et sic quidem in omnibus Balsamonis, Zonaræ, & Aristeni codicibus, septem perpetuò explicantur: quibus etiam suffragatur Matthæus Blastares, dicens, φέρει δ' οὖν τὸ πᾶν σωτήριμα, ὡς καὶ μόνον ἐκδεδόσθαι, κανόνας ἑπτά. Blast. præf. ad Syntag.

## In Can. I.

Καὶ ἀναθεματισθέντα πᾶσαν αἵρεσιν. Etiamsi Nicæna Synodus Arium ejusque hæresim anathemati subjecerit, ipseque Arius non longo post tempore in Latrinâ vitam miserè impleverit, ut Athanasius, Socrates, Sozomenus, aliique tradiderunt: hæresis tamen ejus unà cum ipso autore non extincta est; sed in majorem potiùs flammam erupit; usque adeo ut alias etiam complures hæreses accenderit, iisque excitandis fomitem ac materiam suppeditaverit; quas omnes Patres Constantinopolitani in præsenti canone, anathemate injecto, restinguere moliuntur. Quamobrem primò quidem fidem, à Concilio Nicæno stabilitam, suâ etiam autoritate confirmant; Et deinde omnes ei contrarias opiniones anathemate feriunt, idque sub hæreseos nomine. Ut autem fides confirmata, & hæreses ab ipsis condemnatæ clariùs elucescerent, nonnullos nominatim commemorant hæreticos, quibus maledicendum est, videlicet, Eunomianos, sive

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

sive Eudoxianos, Semiarianos, sive Spiritus sancti adversarios, Sabellianos, Marcellianos, Photinianos, & Apolinarianos; de quibus propterea singulis, ordine quo occurrunt, breviter agemus, quo ex cognitis opinionibus hìc condemnatis, de verâ fide, à sanctis hisce Patribus assertâ, certiores fiamus.

Καὶ εἰδικῶς τῶν πνευματομάχων. Eunomius, undè Eunomiani, primò quidem Aetii (à quo etiam Aetiani dicti sunt) notarius fuit; ut tradit Socrates l. 2. c. 35. postea Cyzici Episcopus ordinatus est, idque sub Valente Imperatore, ut scribit idem Socrates l. 4. c. 7. atque etiam Sozomenus, l. 6. c. 8. vel potiùs, Constantio Imperante; ut Theodoretus. l. 2. c. 27. & Philostorgius. lib. 5. c. 3. Hujus hæresis in eo versata est, quòd Christum præcipuam tantùm Patris creaturam, & Spiritum sanctum à Filio creatum asseruerit. Theodoretus, Οὗτος (Εὐνόμιος) τῶν θεολογίαν τεχνολογίαν ἀπίφλως, καὶ σφοδρῶς τὰς κατὰ τὸ μονογενὲς καὶ τὸ πανάγιον πνεῦμα βλασφημίας, καὶ ὁ μὲν τὸν ἕτερον κτίσμα τοῦ πατρὸς καὶ ὑπερέτην ἔφησεν εἶναι· τὸ δὲ πανάγιον πνεῦμα καὶ τοῦ ἑνὸς ἄλλον φῦλον τοῦ ὑπὸ δημιουργηθῆναι παπεμάτων. Theodoret. hæret. fab. l. 4. c. 3. Et hanc quidem ipsissimam fuisse istius opinionem, ex propriis ejus dictis clarissimè colligatur. Dicit enim, Εἰ ἐκ τῶν δημιουργημάτων ἀνάγοιτό τις περὶ τῶν τῆς οὐσίας κατάληψιν, φήσει τὸ μὲν ἀγέννητον ἢ ἴδιον ποίημα, τὸν δὲ μονογενῆ, τὸν προάγοντα. Eunom. apud Basil. adv. Eunom. l. 2. Hinc etiam Filium Patri æqualem esse negat. τί δὲ, inquit, ὅπως ἀνόητε, ἢ περὶ ἀσέβειαν πλημμελὲς, ὅτι ἴσον εἰπεῖν τὸ ὑὸν τῷ πατρί; ibid. l. 1. Et de Spiritu sancto apertè dicit, eum naturâ æque ac ordine tertium à Patre esse, Filii operatione factum, deitate & omni creandi potestate destitutum; eum enim asserit, τρίτον τάξει καὶ φύσει, προσκύσμα μὲν τοῦ πατρὸς, ἐνεργείᾳ δὲ τοῦ υἱοῦ γεγενόμενον, τρίτην χώραν τετιμῆσθαι, ὡς προῆκεν καὶ μεῖζον ἁπάντων καὶ μόνον πιστὸν τοῦ μονογενοῦς ποίημα, θεότητος καὶ δημιουργικῆς δυνάμεως ἐπιλελοιπέναι. ibid. l. 3. Hoc autem, quòd Spiritus sanctus à Filio creatus sit, Ariani etiam affirmârunt; de quibus Epiphanius ait, Παντὶ τούτῳ δῆλον, ὅτι ὁμολογοῦσι τοὺς ἀγγέλους ὑπὸ τοῦ υἱοῦ γεγονέναι· Καὶ γὰρ καὶ οὗτοι τὸ πνεῦματος βλασφημοῦσι, καὶ τολμῶσι λέγειν κτίσμα ὑπὸ τοῦ υἱοῦ. Epiph. hær. 69. sect. 52. Et Augustinus, *Ariani ab Ario, in eo sunt notissimi errore, quo Patrem & Filium & Spiritum sanctum nolunt esse unius ejusdemque naturæ atque substantiæ, aut, ut expressiùs dicatur, essentiæ; quæ οὐσία Græcè appellatur: sed esse Filium creaturam, Spiritum verò sanctum creaturam creaturæ: hoc est, ab ipso Filio creatum volunt.* August. hær. 49. Hinc D. Ambrosius Eunomium *ex impietatis Ariane fonte progressum* rectè asserit, l. de Incarn. Dom. Sacram. c. 2. præsertim cùm Eunomius, æque ac Arius, Christum corpus humanum sine animâ assumpsisse finxerit; Theodoretus, Ἀρειος μὲν καὶ Εὐνόμιος, κτίσιν καλοῦσι τὸν μονογενῆ τῶν θεότητα, σῶμα δὲ μόνον αὐτὸν ἀνειληφέναι φασίν. Theodor. inconfus. dial. 2. & alibi, Ἀρειος μὲν καὶ Εὐνόμιος, σῶμα μὲν αὐτὸν ἔφασαν εἰληφέναι, τῶν θεότητα δὲ τῆς ψυχῆς ἐνεργηκέναι τῶν λόγον. Id. hær. fab. l. 5. c. 11. De Arrianis idem testatur Augustinus, hær. 49. Ex eo autem, quòd Eunomius (ut ex ante dictis constat) Christi essentiam creatam esse asseruerit, palam est, Christum (ex istius opinione) nec ὁμοούσιον τῷ πατρὶ esse, sed potiùs ὑπερούσιον, diversæ à Patre essentiæ, sive substantiæ, eique prorsus dissimilem: ut S. Augustinus observavit, dicens, *Eunomius quippe à dialecticâ prævalens, acutiùs & celebriùs defendit hanc heresim, dissimilem per omnia Patri asserens Filium, & Filio Spiritum sanctum.* Aug. hær. 54. Et hoc quidem impium dogma à præceptore suo Aetio edoctus est; de quo Epiphanius, τούτῳ δὲ τῷ ψευδάδᾳ Αετίῳ ὑπὸ τὸ ὅμοιον κατὰ πάντα τὸν υἱὸν εἶπεν. Epiph. hær. 76. sect. 2. Hinc Balsamon & Zonaras in hunc canonem rectè consentiunt, Eunomium asseruisse Christum Patri πάντα ἀνόμοιον, *omninò dissimilem* esse; unde & sectatores ejus, non tantum Eunomiani, sed sæpiùs Ἀνόμοιοι, *Anomœi* audiant. Et sic quidem Epiphanius eos nusquam Εὐνομιανὸς, sed ubique Ἀνομοίους appellat. Eandem autem, quam nos, Balsamon & Zonaras, necnon Harmenopolus etiam nominis hujus rationem reddit. Οἱ αὐτοὶ καὶ Ἀνόμοιοι καλοῦνται, διὰ τὸ λέγειν, μηδεμίαν ἔχειν ὁμοιότητα κατ' οὐσίαν τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα πρὸς τὸν πατέρα. Harmenop. de sect. 13. Adhæc usque adeo Filii & Spiritûs sancti divinitatem oppugnabant, ut eos qui in nomine Patris, Filii, & Spiritus sancti baptizati sunt, quasi seductos denuò baptizarent, idque tantum unâ mersione in mortem Christi; ut præter Balsamonem & Zonaram in præsentem canonem, etiam Sozomenus tradidit, l. 6. c. 26. & Socrates l. 5. c. 24. & Theodoret. hær. fab. l. 4. c. 3. Balsamon insuper & Zonaras in præsentem canonem addunt, Eunomium asseruisse, Gehennam revera non existere. Sic etiam Harmenopulus de Eunomianis ait, quòd, τὸν κόλασιν τῶν μέλλοντων, καὶ τὸν γέενναν, οὐ κατ' ἀλήθειαν, ἀλλὰ διὰ φόβον, λέγειν ἀπειλεῖσθαι. Harmenop. de sect. 13. idem tradit & Blastares lit. A. c. 2. Et in hoc quidem nuperrimus Eunomii sectator, Socinus, præceptorem suum ad amussim secutus est, etiamsi ob horrendas tam nefariæ opinionis consequentias, cautè admodum, & quantâ potuit obscuritate istud discipulis suis instillaverit, ut è scriptis suis colligeretur potius, quàm ipse illud disertè asseruisse censeretur. ut ex ipsius ad Volkelium verbis patet, ubi ait, *Quòd ais, eâ in disputatione meâ cum Puccio, tum de Christianorum resurrectione, tum de morte impiorum, passim contineri, quæ à multis sine magnâ offensione, tum nostris, tum alienis, legi non possunt; scio equidem ista ibi contineri; sed, meo judicio, non passim, nec ita apertè (cavi enim illud quantum potui) ut quisquam vir pius facile offendi possit. Adeò ut, quòd nominatim attinet ad impiorum mortem, in quo dogmate majus est multùm offensionis periculum, ea potiùs ex iis colligi potest, quæ ibi disputantur, quàm expressè literis consignata extet.* Socin. Epist. 6. ad Volkel.

Εἶτ' ὁ Εὐδόξιανῶν. Eudoxius primò Germanicis, postea Antiochiæ, & ultimo Constantinopoleos Episcopus ordinatus est. Socrat. Hist. Eccles. l. 2. c. 37. 42. Theodoret. hæret. fab. l. 4. c. 2. Sozom. Hist. Eccles. l. 3. c. 5. Hìc eadem omnino omnia, quæ Eunomius docuit; ut patet ex Theodoret. hæret. fab. l. 4. c. 3. ac proinde hoc in loco hæc duo, tanquam Synonyma, eorundem hæreticorum nomina usurpantur, Εὐνομιανῶν εἶτ' οὖν Εὐδοξιανῶν. Theodoretus autem, Arianos etiam Eudoxianos ipsius Eudoxii temporibus audiisse tradidit, Οἱ δὲ Ἀρειανοὶ καὶ Εὐδοξιανοὶ προσηγορεύθησαν ἐπὶ τῆς Εὐδοξίου χρόνου. Theodoret. ibid. Statim autem post Eudoxii obitum hoc nomen usurpari desiit, & posteris penè inauditum est: unde Gregorius magnus in Epistolâ ad Eulogium Alexandrinum, *Præterea*, inquit, *idem frater noster omnia in suis Synodicis Deo autore Catholicè locutus est. Quendam verò Eudoxium damnavit, quem neque in Synodis damnatum invenimus, neque à decessoribus suis in suis Synodis reprobatum.* Greg. Epist. lib. 6. Epist. 125. Sanè non ipse Eudoxius, sed tamen Eudoxiani præsenti canone disertè damnantur.

Καὶ τῶν ἁγίου Ἡμιαρείων, εἴτ' ἐν Πνευματομάχων. Semiariani propriè fuerunt, qui Christum nec ὁμοούσιον cum Catholicis, nec ἀνόμοιον cum Eunomianis, sed ὅμοιον τῷ πατρὶ asseruerunt. Hoc ex ipsorum fidei expositione, in Conciliabulo Seleuciensi editâ, constat, ubi dicunt, τὸ ὁμοούσιον ὡς ἀλλότριον ἁγίων γραφῶν ἐκβάλλομεν, τὸ δὲ ἀνόμοιον ἀναθεματίζομεν, καὶ πάντας ὅσοι τοῦτο τολμῶσι λέγειν, ἀλλοτρίους ἡγούμεθα τῆς ἐκκλησίας. τὸ δὲ ὅμοιον τοῦ υἱοῦ κατὰ πάντα σαφῶς ὁμολογοῦμεν. apud Epiphan. hær. 73. sect. 25. Eadem eorum verba recitantur à Socrate Hist. Eccles. l. 2. cap. 40. Sed & ὁμοιούσιον filium antesignani eorum prædicârunt. Epiphanius, ἵνα δὲ καὶ ὅμοιον τούτῳ φῶμα προσάλλοιντο, οἱ περὶ Βασίλειον, φησὶ, καὶ Γεώργιον, οὓς τῶν Ἡμιαρείων τινὲς τῶν αἱρέσιων προστάτας φασὶν, οὐ λέγομεν ὁμοούσιον, ἀλλὰ ὁμοιούσιον. ibid. sect. 1. Filium nimirum creaturam, sed ab aliarum conditione diversam, affirmarunt; adeo ut peculiari modo Patri similis esset: sed Spiritum sanctum omnimodo creaturam esse docuerunt. Idem, Περὶ δὲ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὡς ἔφαμεν, οὐ διαπαντὸς ὡμολόγησαν, ἀλλὰ ὡς λυσιτελοῦς κρίσεως, ἀφειδῶς κτίσμα αὐτὸ παντάπασιν ὀνείζοντες, καὶ ὕστερον διαβεβαιούμενοι, καὶ ἀλλότριον τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ ὑπάρχον. Epiph. ibid. Cùm igitur Semiariani de Spiritu sancto eadem, quæ ipsius oppugnatores, tenuerint, vel, si ejusdem doctissimi Patris verbis utar, περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἴσως τῶν πνευματομάχων εἰσὶν ἔχοντες, meritò hoc canone dicitur Ἡμιαρείων ἢ πνευματομάχων. Epiphanius autem πνευματομάχους distinctè à Semiarianis recenset, refutatque. πνευματομάχους autem usque adeò divinitatem Spiritûs sancti respuisse asserit, ut eum nec in Trinitate commemorandâ urâ cum Patre & Filio connumerarent. εἰς τὸ πνεῦμα ἢ τὸ ἅγιον οὔτε βλασφημοῦσι, μὴ σωφρονοῦντες αὐτὸ πατρὶ καὶ υἱῷ ἐν τῇ θεότητι. Epiph. hær. 74. sect. 1. Præcipuus hujus hæreseos propugnator fuit Macedonius Episcopus Constantinopolitanus, quem etiam Spiritum sanctum à Trinitatis consortio expulisse testatur Socrates; dicens, ὃς δὲ ὁ Μακεδόνιος τὸ ἅγιον πνεῦμα σωπαλαζεῖν ἐκ τῆς θεολογίας τῆς τριάδος ἐξέτεμνε. Socrat. Hist. Eccl. l. 2. c. 45. Hinc Macedoniani etiam appellantur, de quibus S. Augustinus, *Macedoniani sunt à Macedoniano Constantinopolitanæ Ecclesiæ Episcopo, qui & πνευματομάχοι Græci vocant, eo quòd de Spiritu sancto litigent. Nam de Patre & Filio rectè sentiunt, quòd unius sint ejusdemque substantiæ vel essentiæ; sed de Spiritu sancto hoc nolunt credere, creaturam eum esse dicen-*



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

*tes. Hos quidam Semiarrianos vocant, quod in hâc quæstione ex parte cum illis sint, ex parte nobiscum.* Aug. hær. 52. Contra hos Macedonianos sive πνευματομάχους præcipuè congregatum est à Theodosio præsens Concilium; cui etiam intererant duo partis Macedonianæ Principes, Eleusius Cyzicenus, & Marcianus Lampsaci Episcopus, Socrat. Hist. Eccles. l. 5. c. 8.

Καὶ τῶν ἁγίων Σαβελλιανῶν. Sabellianorum, quæ hîc condemnatur, sententia fuit, Filium & Spiritum sanctum, non solùm eundem esse Deum, atque Patrem, sed eandem etiam personam, ut istæ tres appellationes Pater, Filius, & Spiritus sanctus, eandem etiam hypostasim designent. Epiphanius, Δοξματίζουσι δὲ ἕτεροι καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ Σαβελλιανοὶ τὸν αὐτὸν εἶναι πατέρα, τὸν αὐτὸν υἱὸν, τὸν αὐτὸν εἶναι ἅγιον πνεῦμα, ὡς εἶναι ἐν μιᾷ ὑποστάσει τρεῖς ὀνομασίας, ἃ ὡς ἐν ἀνθρώπῳ σῶμα, καὶ ψυχὴ, καὶ πνεῦμα. Epiph. hær. 62. sect. 2. Theodoretus, Σαβέλλιος δὲ ὁ Λίβυς ὁ πατροπολίτης τοιαῦτης ἦρξεν αἱρέσεως· μίαν ὑπάρχειν ἔφησεν εἶναι τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, καὶ ἓν πρόσωπον ἀφώρισεν, καὶ τὸν αὐτὸν, ποτὲ μὲν ὡς πατέρα καλεῖ, ποτὲ δὲ ὡς υἱὸν, ποτὲ δὲ ὡς ἅγιον πνεῦμα. Theodoret. hæret. fab. lib. 2. c. 9. A Latinis Patribus, *Patripassiani* etiam nuncupantur, quòd Filium eandem personam atque Patrem prædicantes, Patrem etiam passum asseruerint. Augustinus, *Nam Sabelliani dicti sunt quidam hæretici, qui vocantur & Patri-passiani, qui dicunt ipsum Patrem passum fuisse.* Aug. in Evang. Joh. tract. 36. Leo Papa Romanus, *Quod blasphemiæ genus de Sabellii opinione (Priscillianistæ) sumpserunt, cujus discipuli etiam Patripassiani meritò nuncupantur, quia si ipse est Filius, qui & Pater, Crux Filii Patris est passio, & quicquid in formâ servi Filius Patri obediendo sustinuit, totum in se Pater ipse suscepit.* Leo. Epist. 93. c. 1. Ut Priscillianistæ autem à Sabellio, sic ipse Sabellius ab aliis improbam hanc opinionem imbibit. D. Augustinus à Noeto haustam indigitat. Dixit enim, *Sabelliani ab illo Noeto, quem supra commemoravimus defluxisse dicuntur. Nam & discipulum ejus quidam perhibent fuisse Sabellium.* Aug. hær. 41. Noetum autem eadem ac Sabellium sensisse, idem antea docuit, *Noetiani*, inquiens, *à quodam Noeto, qui docebat Christum eundem ipsum esse Patrem & Spiritum sanctum.* ibid. hær. 36. De eodem Noeto Epiphanius, ἐπίλαμπε λέγων τὸν πατέρα πεπονθέναι. hær. 57. Hunc idem Epiphanius 130. ante se annis extitisse, eumque primum hujus hæreseos autorem fuisse refert. Verùm etiam D. Cyprianus Patripassianos inter alios hæreticos recenset, Epist. 73. ad Jubajanum. Et ipse Tertullianus praxean eam intulisse hæresim tradidit, dicens, *Ita duo negotia diaboli Praxeas Romæ procuravit, Prophetiam expulit, & hæresim intulit; Paracletum fugavit, & Patrem crucifixit.* Tertul. adv. Prax. c. 1. Proinde ex Praxeæ sententiâ statim subdit, *Itaque post tempus pater natus, & pater passus, ipse Deus Dominus omnipotens Jesus Christus prædicatur.* ibid. c. 2. alibi, *Sed post hos omnes etiam Praxeas quidam hæresim introduxit, quam Victorinus corroborare curavit; hic Deum Patrem omnipotentem Jesum Christum esse dicit, hunc crucifixum passumque contendit; mortuum præterea seipsum sibi sedere ad dexteram suam cum profanâ & sacrilegâ temeritate proponit.* Id. de præscript. adv. hær. c. ult. Hermogenem etiam ejusque discipulos in eâdem hæresi fuisse docet D. Augustinus, *Noetiani*, inquit, *difficillimè ab aliquo sciuntur: Sabelliani autem sunt in ore multorum. Nam & Praxeianos à Praxeâ quidam dicunt, & Hermogeniani vocari ab Hermogene potuerunt, qui Praxeas & Hermogenes eadem sentientes in Africâ fuisse dicuntur.* Aug hær. 41.

Καὶ τῶν ἁγίων Μαρκελλιανῶν. Marcellus Ancyræ Episcopus Nicæni circiter Concilii diebus, vel paulò postea, hæresim suam divulgavit, quâ asseruit ad finem mundi, Christi & regnum, & subsistentiam desituram esse, ut nec in æternum regnaret, nec subsisteret. Hoc constat ex prolixâ illâ expositione fidei, quam Orientales Episcopi ad Episcopos Italiæ miserunt, ubi aiunt, Αλλ' ἔκπαι χρεὼν αὐτὸν γεγενῆναι καὶ εἶναι τὸν Θεὸν, ἐξ οὗ τῶν ἡμετέρων ἓν τὸ παρὸν σῶμα ἀνείληφε, καὶ πεπαχεῖαν ὅλων ἐσχ'. Ἔκπαι γὰρ τὸ χρεὼν ἀρχὴν βασιλείας ἐγκαίνια λήψουσι, καὶ τέλος ἔξειν αὐτῶν μὴ τῶν σωτηρίαν καὶ κρίσιν. τοῦτοι δέ εἰσιν οἱ ἀπὸ Μαρκέλλου καὶ Φωτεινοῦ, τῶν Ασυεργαλατῶν. apud Socrat. Hist. Eccles. l. 2. c. 19. Et ex Cyrillo Hierosolymitano dicente, Κἂν ποτὲ πρὸς ἀκούσῃς λέγοντος, ὅτι τέλος ἔχει ἡ χριστοῦ βασιλεία, φύλαττε τὸν αἵρεσιν, τῶν δράκοντος ἔθνη. Αλλὰ κεφαλὴν σεσοφότας σὲ τὸν Γαλατίαν ἀναφυῆναι, ἐπίλαμπε λέγων, ὅτι μὴ τὸ τέλος τῆς κόσμου ὁ χριστὸς ἡ βασιλεία, καὶ ἐπίλαμπεν εἰπεῖν, ὅτι ὁ λόγος ὁ παρὸς ἐξελθὼν, ὅτος εἰς πατέρα πάλιν ἀναλυθεὶς ἐκεῖ ἔσι. Cyrill. catech. 15. ubi hanc hæresim σὲ Γαλατίαν ἀναφυῆναι dicit, eo quod Marcellus autor ejus Ancyræ in Galatiâ Episcopus fuit. Hoc ex ipsis etiam Marcelli verbis apertè satis conficitur, quibus opinionem suam ex D. Pauli scriptis malè intellectis probare nititur; dicit enim, σαφῶς ὢν καὶ διαῤῥήδην ἐν βραχεῖ τινι χρόνῳ, τοῦ τε παρελευθότος καὶ τοῦ μελλόντος αἰῶνος, τὸν κύριον εἰκονομίας τοῦ λόγου δι' ἡμᾶς γεγωνῶσι συμβέβηκε, καὶ ταύτῃ ὥσπερ ἀρχὴν, οὕτω καὶ τέλος ἔχειν ὁ Παῦλος, ὅτε πῶς εἴρηκεν, εἶτα τὸ τέλος, ὅταν παραδιδῷ τὸν βασιλείαν τῷ θεῷ καὶ πατρί. Et paucis interjectis, ἐν τῷ χρυσῷ ὁ κύριος τέλος τάξεται, ἐκεῖ ἀρχὴ ταύτης τῆς ἐν μέρει βασιλείας ἔχει χρεία. apud Euseb. contra Marcell. l. 2. cap. 4. vide plura ibidem. Et apud Theodoret. hær. fab. l. 2. c. 10. & Basil. Mag. Epist. 52. ad Athanas. Et ob hanc proculdubiò hæresim Symbolo Nicæno hæc verba interjecta sunt, ἧς τῆς βασιλείας οὐκ ἔσαι τέλος. Non tamen ab ipso Concilio Nicæno, sed à præsenti Constantinopolitano inserta videntur; à quo & reliqua de Spiritu sancto additamenta, post, καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. Dicta enim verba in nullis editionibus hujus Symboli, ut à Concilio Nicæno expositi, extant: reperiuntur autem in omnibus editionibus ejusdem Symboli, ut à præsenti Concilio aucti, & unà cum hac inter alias accessiones confirmati. Hæc nostra conjectura egregiè ex eo confirmatur, quòd ipse Marcellus in suâ fidei expositione profiteatur se fidei à Concilio Nicæno expositæ per omnia assentiri: dicit enim, ὡς ὅτι ὅτι φρονοῦμεν, ὅτι προφωνήκαμεν τί ποτε ἐκτὸς τῆς κατὰ Νικαίαν ἀσεβείσης εἰκουμενικῆς καὶ ἀποστολικῆς πίστεως, ἥτις ὁμολογοῦμεν διαμένειν ταύτην φρονεῖν. apud Epiphan. hær. 72. sect. x. Si autem ista verba; ἧς τῆς βασιλείας οὐκ ἔσαι τέλος, fidei à Synodo Nicænâ expositæ interserta tunc temporis fuissent, Marcellus, qui regnum Christi æternum fore negabat, isti fidei suum præbere assensum non potuit: unde palam est, ista verba à præsenti Concilio addita fuisse, idque propter ipsam Marcellianorum hæresim hîc condemnatam, quæ tempore à Concilio Nicæno ad præsens Constantinopoli habitum interlabente divulgari cœpit.

Καὶ τῶν ἁγίων Φωτεινιανῶν. Photinus, hujus hæreseos magister, discipulus fuit Marcelli, & postea Sirmii Episcopus creatus est. D. Hieronymus *Photinus de Gallograciâ Marcelli discipulus, Sirmii Episcopus ordinatus, Hebionis hæresim instaurare conatus est: postea à Valentiniano Principe pulsus Ecclesiâ.* Hieron. in catal. Philaster asseruit hunc *in omnibus Pauli Samosateni secutum fuisse doctrinam.* Sic & D. Augustinus, hær. 44. 45. Et Epiphanius, quòd ὅμοια καὶ ἐπίσαντα τῷ Παύλῳ τῷ Σαμοσατεῖ effutiit, hær. 71. Episcopi Orientales, quòd iste unà cum Marcello φρονεῖν ὑπάρξαι τι καὶ θεότητα τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὸν ἀπολλώτιον ἀπὸ βασιλείας ἀμοίρους ἰδιώτου ἀθετῆσαι. apud Socr. Hist. Eccles. l. 2. c. 19. Theodoretus autem, quòd iste Sabellii hæresim prædicavit; ὁ δὲ Φωτεινὸς μίαν εἰσήγαγε πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος οὐσίαν, ἑτέρως ὀνόμασι τὸν αὐτὸν Σαβελλίῳ δογμάτων κηρύττων διάνοιαν. Theodor. hær. fab. l. 2. c. x1. Plures autem consentiunt blasphemam ejus opinionem fuisse, Christum ab æterno non extitisse, sed à beatâ Virgine initium sumpsisse. Vincentius Lirinensis, *Photini ergo secta hæc est, Dicit Deum singulum esse & solitarium, & more Judaico confitendum. Trinitatis plenitudinem negat; neque ullam Dei Verbi, aut ullam Spiritûs sancti putat esse personam. Christum verò hominem tantummodo solitarium adserit, cui principium adscribit ex Mariâ.* Vinc. Lir. adv. hær. c. 17. Epiphanius, φάσκει δὲ ἕτερος (ὁ Φωτεινὸς) ἀπ' ἀρχῆς ἢ χειρὸν μὴ εἶναι, ἀπὸ δὲ Μαρίας καὶ δεῦρο αὐτὸν ἀνάρχειν. Epiph. hær. 71. sect. 1. Leo, Photinus *mentis cæcitate deceptus est, in Christo verum & substantiæ nostræ confessus est hominem, sed eundem Deum de Deo ante omnia sæcula genitum esse non credidit.* Leo de nativit. Christi serm. 4. Sozomenus λέγει δὲ (Φωτεινὸς) ὡς θεὸς μὲν ἓν πανταχοῦ εἷς, ὁ τῷ ἰδίῳ λόγῳ τὰ πάντα δημιουργήσας· τὸν δὲ πρὸ αἰώνων γέννησίν τε καὶ ὕπαρξιν τοῦ υἱοῦ ὁ προφήτης, ἀλλ' ἐκ Μαρίας γεγενῆσθαι τὸν χριστὸν εἰσηγεῖτο, Sozom. Hist. Eccl. l. 4. c. 6. Fulgentius Ruspensis, *Ignorat etiam Photinus magnum pietatis, quod Apostolus memorat, Sacramentum, qui Christi ex Virgine fatetur exordium, ignorans in uno Christo sic esse credendam veritatem carnis ex tempore, ut neganda non sit naturalis veritas sempiternæ divinitatis ex Patre.* Fulg. ad Thrasim. l. 1. Et ut alios mittam, Damasus, *Anathematizamus Photinum, qui Hebionis hæresim instaurans, Dominum Jesum Christum tantum ex Mariâ Virgine confitetur.* Damas. profes. fid. Vide etiam Greg. Naz. orat. 26. & Hilar. de Synodis adversus Arianos.

Καὶ τῶν ἁγίων Απολιναριανῶν. Apolinarius Laodicenus, unde Apolinarianorum, sive Apolinaristarum magister, docuit Dominum nostrum corpus humanum sine animâ rationali & intellectuali assumpsisse, & divinam ejus naturam animæ

vel

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

vel saltem mentis vicem supplere. D. Augustinus, *Apollinaristas Apollinarius instituit, qui de animâ Christi à Catholica dissenserunt, dicentes sicut Ariani Deum Christum carnem sine animâ suscepisse, in quæstione testimoniis Evangelicis victi, mentem, quæ rationalis est anima hominis, non fuisse in animâ Christi, sed pro hâc ipsum verbum in eâ fuisse dixerunt.* Aug. hær. 55. Vincentius Lirinensis, *Apollinarius in Domini incarnatione apertâ professione blasphemat: dicit enim in ipsâ salvatoris nostri carne, aut animam humanam penitus non fuisse, aut certè talem fuisse, cui mens & ratio non esset.* Vinc. Lic. adv. hæres. cap. 17. Theodoretus, ὁ δὴ Ἀπολινάριος ἤμφιγνοεν μὲν ὅμοιον τὸ σωτῆρος τὸ σῶμα, ἀ μέντοι τῷ λογικῷ ἐψυχῶσθαι ψυχῇ· ἀνοήτου δὲ ὄντος, φησὶν, ὁ νοῦς τοῦ θεοῦ λόγου παρῆν. Theodoret. hæret. fab. l. 5. c. xi. vide etiam l. 4. cap. 8. Eutychius Patriarcha Alexandrinus de præsenti Concilio loquens,

ولعنوا ابوليناريوس واشياعه لانهم كانوا يقول ان جسد سيدنا المسيح بلا عقل

*Maledixerunt etiam Apolinario, ejusque sequacibus, quòd affirmaret corpus Domino nostri Christi intellectûs expers esse,* Eutych. Alex. Annal. tom. 1. p. 513. Et primò sanè nec animam à Domino assumptam asseruerunt; postea autem animam quidem, sed sine mente, assumptam prædicârunt: ut observat Socrates, ὃς ἀνθρωπον μὲν ἔλεγον ἀναληφθῆναι τὸν ἄνθρωπον ὑπὸ τοῦ θεοῦ λόγου ἐν τῇ εἰκονομένῃ τῆς ἀνθρωπότητος ψυχῇ· εἶτα ὡς ἐν μυστηρίοις ἐπιλοιφθέντος φρονήσεως ψυχῇ μὲν ἀνειληφέναι, νοῦν δὲ οὐκ ἔχειν αὐτῷ, ἀλλ' εἶναι τὸν λόγον ἀντὶ νοῦ καὶ τὸν ἀναληφθέντα ἄνθρωπον. Socrat hist. Eccles. l. 2. c. 46. Et in hoc Apollinaristæ ab Arianis distinguuntur; ut observat Facundus, *Nam Apollinaristæ carnis & animæ naturam sine mente assumpsisse Dominum credunt; Ariani verò carnis tantummodo,* Facund. *l.* 9. c. 3. & Josephus Ægyptius,

ولم يكن بين هولاي وبين الارياديين اختلاف الا هذا لان الاراديين كانوا يقولون ان جسد الرب ليس هو البتة بمتنفس وان اللاهوت فيه بدل النفس واما اصحاب ابوللينارييوس فقالوا نعم قد اتخذ نفسا ولكنه لم يتخذ عقلا

*Et nihil inter hos* Apollinaristas, *& Arianos interest, nisi quòd Ariani affirmant corpus Domini non omnino animatum esse, sed divinitatem in eo animæ vicem supplere. Sed Apollinarii gregales asserunt, eum animam quidem assumpsisse, verùm non accepisse intellectum.* Jos. Ægypt. præf. ad syn. CP.

Cognitis igitur hæresibus hîc condemnatis, facile est cuipiam colligere, quænam fuit fides catholica & orthodoxa, quam Patres Constantinopolitani à majoribus traditam professi sunt, & suâ autoritate confirmarunt.

Ἡ περὶ αὐτὰ σχόλη Βαλσάμωνος. Hæc Scholia Balsamon αὐτολεξεὶ propemodum ex Zonarâ transcripsit: sed sub utroque nihilominus nomine eadem imprimere necessarium duximus, quoniam & nonnullæ hîc illic dispersæ sunt variæ lectiones, & quòd sub utriusque nomine circumferantur.

Εἷς δὲ τῶν Σαβελλίου ἀδογμάτων. Hîc inter Balsamonem & Zonaram convenit, Marcellum Sabellii hæresim amplexum esse: quod etiam nonnulli ipsis Epiphanii diebus suspicati sunt; hic enim ait, ὅτι δὲ καὶ τῶν βλασφημιῶν (Μαρκελλου) ἀπὸ μέρους, οὐκ ἔρρω, Σαβελλιανῶν ἐχόμενός τῶν ἐφημερίαν. Epiph. hær. 72. sect. 1. Verum Marcelli hæresis in hoc præcipuè versata est, quod Christi regnum & subsistentiam ut à cum mundo desituram affirmaret, ut ante ostensum est: quæ quidem à blasphema Sabellii opinione quamplurimùm abhorret.

## In Can. II.

Τοὺς ὑπὲρ διοικήσεως ἐπισκόπους. Quid διοικήσεως nomine hîc intelligendum sit, ex ipso Canone constat. Cùm enim patres in primâ hâc Canonis parte de diœcesibus disseruissent, addunt protinus, φυλαττομένου δὲ τοῦ περιγεγραμμένου καὶ ἐπὶ τῶν διοικήσεων κανόνος δῆλον ὡς τὰ κατὰ ἑκάστην ἐπαρχίαν ἢ τὰ ἐπαρχίας ζητοῦσι διοικηταί. Hinc enim perspicuum redditur, διοίκησιν ab ἐπαρχία hîc distingui, eamque plures in sese ἐπαρχίας comprehendere. Ambigitur autem, quosnam hic Canon vocet τοὺς ὑπὲρ διοίκησιν ἐπισκόπους. Hanc enim veram esse horum verborum lectionem, non tantum omnes Canonum horum codices in eâdem consentientes evincunt, verùm etiam ex Socrate constat, qui dicit præsentem Synodum constituisse τοὺς ὑπὲρ διοίκησιν ἐπισκόπους τῶν ὑπερορίων ἐκκλησιῶν μὴ ὑπερβαίνειν. Socrat. hist. Eccl. l. 5. c. 8. quæ ipsissima sunt prima hujus Canonis verba, nisi quòd pro ἐπίνευε, iste legat ὑπερβαίνειν. Hæc autem verba duplici sensu intelliguntur. Nam Dionysius Exiguus τοὺς ὑπὲρ διοίκησιν ἐπισκόπους vertit, *Qui sunt super diœcesim Episcopi*, quo sensu οἱ ὑπὲρ διοίκησιν ἐπίσκοποι ii sunt, qui toti alicui diœcesi præsunt, quales sunt, Episcopus Alexandrinus, Antiochenus, &c. qui non unam solummodo provinciam, sed totam diœcesim ex multis provinciis conflatam sibi subjectam habent: alio autem sensu οἱ ὑπὲρ διοίκησιν iidem esse possunt, qui ὑπερόριοι ἐπίσκοποι, qui extra diœcesim nimirum suam commorantur. Sic Zonaras in præsentem Canonem, Ἐπίσκοπος ὑπὲρ διοίκησιν, ἤγουν ὑπὲρ τὴν ἀνήκουσαν αὐτῷ ἐπαρχίαν ἐν ταῖς ὑπερορίοις ἐκκλησίαις, ταῖς ἔξωθεν δηλαδὴ ὑπὸ τὸ ἀφορισθέντα ἔχοντος ὅριον. Et hoc quidem sensu ipsi hi patres eadem in sequentibus verba usurpant. Dicunt enim, ἀκόλουθος δὲ ἐπισκόπους ὑπὲρ διοίκησιν μὴ ὑπερβαίνειν. Hunc autem posteriorem sensum alteri præferendum esse, exinde etiam liquet, quòd Patres hoc Canone non de iis solis, qui toti diœcesi præfecti erant, sed de omnibus agant Episcopis, qui ad diœcesim aliquam pertinent; statuantque ne extra ejusdem, in quâ constituti sunt, diœceseos limites, ad Ecclesiasticas peragendas administrationes se conferant.

Τὸν μὲν Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον τὰ ἐν Αἰγύπτῳ. Paulò ante celebratum hoc Constantinopoli Concilium, Meletius orientis Episcopus Constantinopolim profectus, ibi ipse inter alios Gregorium Nazianzenum ad sedem Constantinopolitanam evexerat. Sozom. l. 7. c. 3. & c. 7. Item Petrus Alexandrinus Episcopos quosdam paulo post ex Ægypto Constantinopolim miserat, qui Maximum Cynicum Episcopum Constantinopolitanum ordinabant, ibid. c. 19. quòd fusiùs etiam patet ex Gregorii Nazianzeni vitâ à Gregorio Presbytero conscriptâ, & ex ipsius Gregorii de vitâ suâ carminibus Iambicis. Verùm in politicâ imperii Romani dispositione, hæc tria loca in diversis diœcesibus constituta sunt. Nam Oriens, unde Meletius, in orientali diœcesi; Ægyptus, unde Episcopi à Petro missi, in Ægyptiacâ; Constantinopolis autem, ubi isti ordinationes Episcopales celebrabant, in Thracicâ diœcesi sita est. Cum hoc verò plurimum ἀταξίας & confusionis in Ecclesiâ pareret, atque etiam peperisset, patribus in præsenti synodo congregatis, cum de rebus istis nuper perpetratis certiores facti essent, visum est Ecclesiasticas administrationes ad politicarum normam redigere; ac proinde hoc Canone constituunt, ut Ecclesiasticæ diœceses iisdem, quibus politicæ, limitibus circumscribantur, sive ut Ecclesia, quippe quæ in imperio est, ejus etiam dispositionem in administrationibus suis imitetur: adeo ut quas Imperatores descripserant diœceses, eædem & in Ecclesiæ notitiâ accuratè observentur, neque Ecclesiasticis magis quàm politicis ministris extra diœcesim, quâ constituti sunt, munia sua obire liceat. Hæc autem ut dilucidiora fiant, imprimis tenendum est, anteriores quidem Imperatores summam rerum politicarum in imperio Romano administrationem uni vel saltem duobus profectis prætorio commisisse, sed Constantinum magnum (ut refert Zozimus de eodem loquens l. 2.) eandem inter quatuor præfectos prætorio distribuisse; quorum unus erat *Præfectus prætorio orientis*, alter Illyrici, tertius Italiæ, & quartus Galliarum. Præfectus prætorio orientis (de reliquis non opus est hîc differere) quinque diœceses sibi subjectas habuit, quæ singulæ ex multis provinciis constiterunt. Quænam istæ fuerint diœceses, & quot, quasque singulæ provincias incluserunt, ex antiquâ imperii orientalis notitiâ, à Guido Pancirolo editâ, satis superque constat; cujus sub initio hæc, præsenti dilucidando Canoni imprimis necessaria, leguntur.

*Sub dispositione virorum illustrium præfectorum Prætorio per orientem, diœceses infra scriptæ,*

*Oriens, Ægyptus, Asiana, Pontica, Thracia.*

*Provinciæ orientis XV.*

*Palæstina, phœnice, Syria,*
*Cilicia, Cyprus, Arabia. Et dux & comes rei militaris.*
*Isauria, Palæstina Salutaris, Palæstina secunda.*



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

*Phœnice Libani, Euphratensis, Syria Salutaris.*

*Osrhoena, Mesopotamia, Cilicia secunda.*

*Ægypti VI.*

*Libya superior, Libya inferior.*

*Thebais, Ægyptus.*

*Arcadia, Augustanica.*

*Asianæ X.*

*Pamphylia, Hellespontus,*

*Lydia, Pisidia.*

*Lycaonia, Phrygia Pacatiana.*

*Phrygia Salutaris.*

*Lycia, Caria, insulæ.*

*Ponticæ XI.*

*Galatia, Bithynia, Honorias.*

*Cappadocia prima, Cappadocia secunda, Paphlagonia,*

*Pontus Polemaniacus, Hellenopontus, Armenia prima,*

*Armenia secunda, Galatia Salutaris.*

*Thraciæ VI.*

*Europa, Thracia,*

*Hæmimontis, Rhodope,*

*Mœsia secunda, Scythia.*

Hîc, ut videre licet, quinque diœceses Præfecto prætorio orientis subditæ, unâ cum provinciis ipsarum enumerantur, Oriens, Ægyptus, Asiana, Pontica, Thracia. De hisce quinque diœcesibus, iisque solis, Patres Constantinopolitani in præsenti Canone diserte & nominatim agunt, præcipiuntque, ut Ægyptus quidem ab Alexandrino, & reliquæ quatuor diœceses, à suis quæque Episcopis gubernentur, nec fas sit cuipiam ab unâ in aliam transilire diœcesim, ut ordinationes, aut alias quascunque Ecclesiasticas administrationes ibi celebret: sed ut omnes Episcopi intra suam se provinciam, in quâ constituti sunt, contineant. Hoc autem antehac non observatum fuit; ut patet, non modo ab exemplis supra allatis, ubi Meletius orientalis, & alii Episcopi Ægyptiacæ diœceseos, Episcopum in Thraciâ ordinarunt; verùm etiam ex Socratis Scholiastici, qui statim post habitum hoc Concilium vixit, testimonio; de constitutis enim à præsenti Synodo loquens: ait, Καὶ παροικίας κατέστησαν, διανειμάμενοι τὰς ἐπαρχίας, ὥστε τὰς ὑπὸ διοίκησιν ὄντας τῶν ὑπερορίων ἐκκλησίας μὴ ὑπερβαίνειν· τοῦτο γὰρ πρότερον διὰ τοὺς διωγμοὺς ἐγίνετο ἀδιαφόρως, *sed & Patriarchas constituerunt provinciarum divisione factâ, ita ut nullus Episcopus ultra propriam diœcesim alienas Ecclesias invaderet. Id enim antea propter persecutiones promiscuè factum fuerat.* Socrat. hist. Eccles. l. 5. cap. 8. Et sanè quandoquidem hoc Concilium diœceses in Ecclesiâ ad imperii imitationem primùm constituerit, easque à suis singulas provinciis administrandas esse sanxerit, Patriarchas etiam primùm constituisse jure merito censeatur; quòd etiam à Socrate hîc asseritur, dicente, καὶ παροικίας κατέστησαν. Non equidem diffiteor, quin docti admodum viri, ut Petrus de Marca, Henricus Valesius, aliique gnaviter contenderunt, Patriarchas propriè sic dictos hic non intelligendos esse. Verùm rationes, quas proferunt, illud haudquaquam probant. Dicunt enim primò, Patriarchicam autoritatem sexto Canone Concilii Nicæni confirmatam esse, ac proinde à præsenti synodo non primùm institutam. Sed in annotationibus ad dictum Synodi Nicænæ Canonem fusè ostendimus, patres non omnino de patriarchis ibi egisse; sed de pristinis tantummodo privilegiis, provinciæ cuique & Metropolitano asserendis. Alterum, quod solum addunt, est, vocem παροικίαν à Socrate eodem in loco pro regimine & gubernatione usurpari, ubi nimirum ait, καὶ Ὀρσίσιος ὁ τῆς ἐν Λαρίσσῃ Μελιτινῆς τὴν παροικίαν ἐκληρώσατο, ideoque eum ibi non egisse de patriarchis propriè sic dictis, sed de istis Episcopis, à quibus communionis consortium penderet: quales etiam duo in eâdem diœcesi ibidem numerantur, in Ponticâ nimirum Helladius, & Gregorius, in Asianâ Amphilochius, & Optimus. Respondeo primò, quòd etiamsi verba, è quibus hoc argumentum petitur, superiùs laudata proximè sequantur, ad eundem tamen rem non pertinere videntur. Cùm enim dixisset Patriarchas ab hoc Concilio constitutos esse, nonnullos eorum Episcoporum commemorat, qui in singulis quinque diœcesibus ante dictis tunc dierum celebriores erant; neque enim existimandum est eos, quos nominat, à Concilio constitutos esse, cum pleroſque eorum, si non omnes, dempto Nectario, ante celebratum hoc Concilium locis ibi memoratis præfuisse constet; ac propterea hæc verba ad constitutionem patriarcharum nullo modo referantur, neque ii omnes inter Patriarchas, quos tunc temporis constitutos asserit, recenseantur; præsertim cùm Episcopi hîc à Socrate commemorati, iidem sint, de quibus Theodosius Imperator lege speciali sanxit, ut Ecclesia quævis nemini committeretur, nisi qui iis communicaret; ut testatur Sozomenus, hist. Eccl. l. 7. c. 9. quin & ipsa lex etiamnum extat in Codice Theodosiano, titulo de fide catholica l. 3. Quocirca Episcopi à Socrate dicto loco relati, iidem esse non poterant, quos ipse Patriarchas à Synodo constitutos asserit, quomodocunque in iis recensendis voce παροικίαν utatur. Ubi enim dicit καὶ παροικίας κατέστησαν, eum Patriarchas proprie sic dictos intelligere, è sequentibus verbis palam est; sic enim loquitur, καὶ παροικίας κατέστησαν διανειμάμενοι τὰς ἐπαρχίας, *Et factâ provinciarum divisione, sive distributione, Patriarchas constituerunt.* Hinc enim perspicuum redditur, eos tales constituisse Patriarchas, inter quos provinciæ distributæ sunt; &, quod imprimis observandum est, hos ipsos Patres Constantinopolitanos provinciarum distributionem fecisse, ex quâ tota Patriarcharum constitutio pendet. Ex factâ enim hâc provinciarum distributione diœceses exortæ sunt, quibus Patriarchæ præficiuntur. Sic etiam Theodoretus, de iisdem hisce patribus loquens, ait, τὰς διοικήσεις διέχειναν, καὶ, ἑκάστη διοικήσει τὰ ἑαυτῆς ἀπένειμαν. Theodor. epist. 86 ad Flavianum. Et hinc etiam est, quòd à nullo, quantum memini, Concilio ante hoc præsens, vocis διοικήσεως hoc sensu, quatenus multas intra se provincias comprehendit, mentio occurrat. Sanè Concilium Nicænum illius nuspiam meminit. A præsenti itaque Concilio ex imperio in Ecclesiam primò translata videtur: quippe cui Socrates provinciarum in Ecclesiâ distributionem attribuit. Idem autem etiam ex præsenti Canone evincitur. Ut Nicæna enim, aliæque Synodi ante hanc, de Episcopis intra provincias suas coercendis plures Canones ediderunt, Patres Constantinopolitani in præsenti Canone, primò quidem de diœcesibus, & postea de provinciis administrandis agunt; quibus proinde & diœcesium, & idcirco Patriarcharum etiam, qui iis præsunt, constitutio jure attribuatur. Pleraque autem privilegia, quæ dicti Patriarchæ sibi postea vendicarunt, ab aliis Conciliis indulta sunt, ut alibi ostendimus.

Πρεσβεῖον τῇ Ἀντιοχέων ἐκκλησίᾳ. Nihil hîc de novo, ut ex ipsis verbis constat, Antiocheno Episcopo attribuitur; sed eadem sola hoc Canone, quæ à Concilio Nicæno, privilegia isti Ecclesiæ confirmantur. Quinetiam ipsi patres Nicæni nihil in specie ei asserunt, sed tantum in genere, quæ antiquitùs obtinuerant. Dictum autem Episcopum Antiochenum jus administrandi totam diœcesim Orientalem, nec Concilii Nicæni, nec hujus Canonis autoritate habuisse, ex eo liquet, quòd etiamsi Patres in præsenti Canone privilegia à Concilio Nicæno firmata Antiochenæ Ecclesiæ hîc confirment, ipsam nihilominus diœcesim orientalem, in quâ sita est Antiochia, ab Episcopis, sive Episcoporum suorum Synodo administrandam hîc præcipiunt. Sed quidnam ergo per πρεσβεῖα hîc intelligendum est? Certo certius nihil aliud, quàm præsidentia in dictâ diœceseos synodo, & primatus inter cæteros Episcopos, citra omnem in eos Patriarchicam istiusmodi potestatem, quæ postea introducta est: qualis nimirum honor Episcopo Constantinopolitano à præsenti Synodo asseritur; ut in proximum Canonem ostendimus. Sed Episcopo Alexandrino majora hoc Canone privilegia sanciuntur; ipsi enim, non tantùm Ægyptus, Libya, & Pentapolis, ut in sexto Nicæno Canone; sed tota Ægyptiaca diœcesis, ex sex provinciis, Libyâ superiori, Libyâ inferiori, Thebaide, Ægypto, Arcadiâ, & Augustanicâ constituta, committitur; hoc autem majus est, quàm quod cuilibet Episcopo in reliquis quatuor diœcesibus, Orien-

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

orientali, Asianâ, Ponticâ, & Thracicâ indulgetur; quippe quas singulas non à singulari aliquo Episcopo, sed ab omnibus regendas esse hic constituitur.

Μὴ ὑπερβαίνειν. Sic legit Codex noster MS. in bibliothecâ Bodleiana, Socrates etiam ita legisse videtur, scribit enim præsentem Synodum constituisse, ὥστε τὸν ὑπὲρ Διοίκησιν ἐπισκόπους τῶν ὑποκειμένων ἐκκλησιῶν μὴ ὑπερβαίνειν. hist. Eccles. l. 5. cap. 8. Johannes Antiochenus autem, cum impressis antehac Codicibus, legit, μὴ ἐπιβαίνειν, pro quo in initio Canonis verbum ἐπιέναι usurpatur.

Ἐν τοῖς βαρβάροις ἔθνεσιν. Codices antehac editi, & Johannes Antiochenus legunt ἐν τοῖς Καρδαικοῖς ἔθνεσιν. Sic etiam vetus interpres Latinus, & Dionysius Exiguus; vertunt enim *In Barbaricis gentibus*. Sed Balsamon & Zonaras in commentariis suis cum codice nostro MS. legunt ἐν βαρβάροις ἔθνεσιν. v. Syn. Chalced. can. 28.

Πάντες οἱ τὴν ἐπαρχίαν μητροπολίτην αὐτοκέφαλοι ὄντες. Balsamon ex præsenti canone rectè hîc observat omnes Provinciarum metropolitanos olim, & hujus Concilii temporibus, αὐτοκέφαλοι sui juris, & per se suarum Provinciarum capita, & nulli proin alii tanquam capiti subjectos. Hoc autem posito, & concesso, quid fiet de illius aliorumque opinione contendentium, Patriarchas etiam à Concilio Nicæno constitutos esse? Si omnes enim Metropolitani fuerint αὐτοκέφαλοι, & à suis Synodis ordinati, omnis Patriarcharum potestas evanescit; Et sic quidem se res habuit, non modo Synodi Nicænæ, sed & præsentis diebus. Etiamsi enim diœceses Ecclesiasticæ juxta politicas hîc determinentur, nulli tamen Episcopo in Provinciæ cujusvis metropolitam autoritas attribuitur, sed singulas potiùs Provincias à suis Synodis administrari decernitur; adeo ut, qui toti alicui diœcesi præessent Episcopi, Primatum tantum honoris haberent. Reliqua omnia privilegia posterioribus Conciliis accepta ferunt.

## In Can. III.

Τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον ἔχειν τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς. Hoc à præsenti Concilio constitutum esse, ut Episcopus Constantinopolitanus πρεσβεῖα τῆς τιμῆς habeat post Romanum, quoniam Constantinopolis est nova Roma, atteștatur Socrates, atque hunc canonem citat, dicens à Patribus tunc temporis sancitum esse, ὥστε τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον τὰ πρεσβεῖα ἔχειν τῆς τιμῆς, μετὰ τὸν Ρώμης ἐπίσκοπον, διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν νέαν Ρώμην. Socrat. Hist. Eccl. l. 5. c. 8. Necnon Sozomenus eos decreviśse ait, μετὰ δὲ τὸν Ρώμης, τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον τὰ πρεσβεῖα ἔχειν, ὡς νέας Ρώμης τὸν δήμιον ἐπιτροπεύοντα. Sozom. l. 7. c. 9. Sic etiam Nicephorus Callistus, l. 12. c. 13. Hîc autem animadvertendum est, non πρεσβεῖα in genere, sed tantum πρεσβεῖα τῆς τιμῆς Episcopo Constantinopolitano post Romanum hoc in loco concessa esse; nimirum quemadmodum Patres Nicæni Episcopo Ælio sive Hierosolymorum solam ἀκολουθίαν τῆς τιμῆς, sine qualibet vel metropoliticâ in alios Episcopos potestate, indulserunt; ut in septimum ejusdem Synodi canonem ostendimus; sic etiam Constantinopolitani in præsenti canone πρεσβεῖα τῆς τιμῆς, id est, ut vetus interpres & Dionysius Exiguus vertunt, *primatum honoris*, Episcopo Constantinopolitano hîc impertiuntur; cui tamen nihil potestatis, vel Patriarchicæ, vel Metropoliticæ, contribuunt. Hoc, ne longiùs abeamus, ex ipsis his verbis, cum præcedenti canone collatis, egregiè confirmetur. Hîc enim cautè admodum loquuntur Patres; nam neque τὰ πρεσβεῖα τῆς ἐξουσίας, neque πρεσβεῖα in genere ei asserunt; sed tantum πρεσβεῖα τῆς τιμῆς. Quorsum hoc, nisi ut mentem eorum clariùs assequamur, eosque πρεσβείαν quidem, sed non πρωτείαν, sive primatum honoris, sed non jura potestatis, dicto Episcopo confirmâsse intelligamus. Cum omnia enim Metropolitarum privilegia ad hæc duo capita reducantur, ut alia sint πρεσβεῖα τῆς ἐξουσίας, alia τῆς τιμῆς, Patres posteriora à prioribus apertè secernunt, eaque Episcopo Constantinopolitano sola adjudicant. Nec quidem plus quam honorarium aliquod privilegium ei indulgere poterant, postquam præcedentem canonem edidissent. In eo enim directè præceperant diœcesim à suis Episcopis, sive ab omnium ejusdem diœceseos Episcoporum Synodo administrari, eosdemque in istâ solâ diœcesi Ecclesiasticam suam potestatem exercere, καὶ τοὺς τῆς Θρᾴκης τὰ τῆς Θρᾴκης μόνον οἰκονομεῖν. Neminem autem latet, Constantinopolim in eadem Thraciæ diœcesi sitam esse. Cùm præsentes itaque Patres totam diœceseos Thraciæ administrationem omnium in eâdem Episcoporum Synodo commisissent, nihil restitit quod singulari alicui in dictâ diœcesi Episcopo præ cæteris assignare poterant, præterquam nuda honoris prærogativa; quam itaque solam in sedem Constantinopolitanam in eâdem diœcesi sitam contulerunt. Et sic quidem ex hujus canonis præscripto in subscriptionibus Concilii Chalcedonensis Anatolius Constantinopolitanus proximus post Leonis Romani legatos collocatur. Hujus etiam honoris, Episcopo Constantinopolitano ex hoc canone debiti, aliud egregium occurrit exemplum in Actis ejusdem quartæ generalis Synodi. Cùm enim lecta fuissent Conciliabuli Ephesini sub Dioscoro habiti Acta, & Patres Chalcedonenses in iisdem deprehendissent Flavianum Constantinopolitanum quinto loco, sive post Juvenalem Hierosolymitanum, & Domnum Antiochenum collocatum esse, de injuriâ dicto Episcopo Constantinopolitano illatâ conquesti sunt, secundum ei locum ex canonibus deberi clamitantes, Καὶ ἐν τῇ ἀναγνώσει τῶν, οἱ ἀναπλικοὶ, καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς ἐκλαΐσαντες ἐπίσκοποι ἐζήτουν, Φλαυιανὸς ὡς κατέκριτο ἐκάθιζεν· αὖθις ὁμολογουμένου συνοφανίτα. Φλαυιανὸς ἐν τῷ ἰδίῳ τόπῳ διὰ τί οὐκ ἐκαθέζετο; ὁ Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπος διὰ τί πέμπτον ἔταξαν; Παρεκάθητο ὁ ἐκλαΐσας ἐπίσκοπος εἶπον, ἵνα, φασὶ, Θεῖος Διόσκορος, χείρων ὁ Ἀνατόλιον ἀφῶσιν ἔχωμεν· ἕνα πέμπτον ἔταξαν ὁ μακάριον Φλαυιανόν. Διοσκόρου ὁ ἐκλαΐσας ἐπίσκοπος ἐκκλησίας Κυζίκου ἐστὶν, ἐπειδὴ ὑμεῖς τοὺς κανόνας εἴδετε. Act. 1. Syn. Chalced. Hujus itaque canonis virtute, Constantinopolitanus, secundus omnium Episcopus habetur; nullam autem Ecclesiastica negotia administrandi potestatem ex eo sibi unquam vendicare potuit; usque adeo ut Act. 4. Syn. Chalced. Anatolius ejusdem sedis Episcopus, nec suum ἐνδημοῦσης σωθῆναι in ipsâ Imperiali sede convocandi privilegium huic canoni, sed tantum consuetudini acceptum referat. Cæterùm non diffitendum est, quin honor in Episcopum Constantinopolitanum hîc collatus viam stravit, quâ ad potestatem etiam tandem pervenit; adeo ut non longo post tempore Metropolitanos in diœcesibus Ponticâ, Asianâ, & Thracicâ ordinaret; quam etiam postea Chalcedonense Concilium ei confirmavit. can. 28. Ex eo autem, quòd hoc ei privilegium à quartâ generali Synodo confirmatur, manifestum fit, id non antea, ac proinde nec à præsenti Concilio præstitutum fuisse. Si fuisset enim, frustraneum esset atque superfluum istud Concilii Chalcedonensis decretum. Quinetiam ipsi Patres Chalcedonenses in Epistolâ Synodicâ ad Leonem Papam Romanum, testantur se antiquam tantum consuetudinem Synodali decreto confirmâsse, cùm jus illud Metropolitanorum, in Asianâ, Ponticâ, & Thracicâ diœcesibus ordinandi, Episcopo Constantinopolitano asseruerint; etiamsi ipsum præsentem canonem, de honore ei præstando, ipsi etiam confirmârunt. Dicunt enim τὸ γὰρ ἐν πολλοῖς κρατῆσαν ἔθος, ὅπως ἔχῃ ὁ Κωνσταντινουπόλεως ἀγία τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία εἰς τὸ γενέσθαι μητροπολίτας τοὺς διοικήσεως τῆς τε Ἀσιανῆς, καὶ Ποντικῆς, καὶ Θρᾳκικῆς, καὶ τοὺς μετ' αὐτοδικίας ἐκεῖσε βαρβαρίζοντας ψήφου. Et paucis interjectis ἐκεκανόνιστο καὶ τὸν περὶ οὗ. ἀγίων πατέρων περὶ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως συμπροεδρεύειν διὰ τὸ τῆς βασιλίδος μένειν τῷ μεγάλῳ Θεοδοσίου κανόνι, ὁ διαγορεύοντα μετὰ τὸν ὑμέτερον ἁγιώτατον καὶ Ἀποστολικὸν, τὰ πρεσβεῖα τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἔχειν. Act. Concil. Chalced. part. 3. Hîc observatum velim, Patres Chalcedonenses πρεσβεῖα quidem Episcopi Constantinopolitani, sive honorem & primatum ad præsentem canonem, jus tamen alios ordinandi Metropolitanos ad consuetudinem retulisse; eosque primatum ejus, ut hoc canone sancitum, potestatem autem ut consuetudine introductâm, confirmâsse: adeo ut nihil apertius esse queat, quàm Patres Chalcedonenses præsentem canonem de honore solo intellexisse, non item de Patriarchali, sive metropolitanos ordinandi potestate, quam propterea usu tantum receptam, ipsis confirmare visum est. Honor autem à præsenti canone Episcopo Constantinopolitano ascriptus, à Justiniano etiam Imperatore ei confirmatur, dicente, Θεσπίζομεν καὶ τοὺς [ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας ] ὁρίσαι τὸν ἁγιώτατον τῆς πρεσβυτέρας Ρώμης πάπαν πρῶτον εἶναι πάντων τοὺς ἱερέων, τὸν δὲ μακαριώτατον Ἀρχιεπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως τῆς νέας Ρώμης δεύτερον τάξιν ἐπέχειν, μετὰ τὸν ἁγιώτατον ἀποστολικὸν θρόνον τῆς πρεσβυτέρας Ρώμης, τοὺς δὲ ἄλλους πάντας πρωτεύειν. Justin. Novel. 131. cap. 2.

Διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν νέαν Ρώμην. Constantinopolis ab ipsis propemodum encæniis appellata est *nova Roma*; idque non tantum, quòd imperii sedes facta sit, verùm etiam quòd omnia jura atque privilegia veteri Romæ æqualia haberet; Sozomenus, de præsenti Concilio loquens, Μετὰ δὲ τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον τὰ πρεσβεῖα ἔχειν, ὡς νέας Ρώμης, τὸν θρόνον ἐπιτροπεύοντα. ἦδη γὰρ ἡ μέσον ἔχε πωτέω τῶν πρωτευούσαν



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ἡ πόλις, καὶ γερουσίᾳ καὶ πάγμασι δήμων, καὶ ἀρχαῖς ὁμοίως ἐχρῆτο· ἀλλὰ καὶ τὰ συμβόλαια, καὶ τὰ νόμιμα ἅπερ ἐν Ἰταλίᾳ Ῥωμαίων ἐκείνοις, καὶ τὰ δίκαια καὶ τὰ γένη ἀεὶ πάντα ἐκατέρᾳ ἰσάζετο. Sozom. Hist. Eccl. l. 7. c. 9.

Παρὰ τῆς μητροπόλεως Ἡρακλείας. Heraclea, quæ & Perinthus, præcipua olim fuit Europæ, unius & quidem primæ è Thraciæ Provinciis, urbs. Procopius, Ἡράκλεια ἡ ἡ πόλις, ἣν καὶ ἡ Πέρινθος, ἦ πάλαι μὲν ἀκρόπολις ἦν Εὐρώπης ἐδείματο. Procop. de ædif. Justin. l. 4. Huic igitur urbi Severus Imperator Byzantium, à se deletum, & in vici formam redactum, adjudicavit & subjecit. Herodianus, Πᾶσα ἡ πόλις κατασκάπτει, καὶ θεάτρων τε καὶ λυτρῶν, παντός τε κόσμου καὶ τιμῆς ἀφαιρεῖται τὸ Βυζάντιον, κώμη δουλεύειν Περινθίοις δίκην εἰδότα, ὥσπερ καὶ Ἀσπόγκεια Λαοδικεῦσιν. Herod. l. 3. Hinc factum est, quòd cùm Constantinus Byzantium istud excitaverat, & suo de nomine Constantinopolim appellaverat, antiquum hoc privilegium Heracleæ à Severo concessum omnino detrahere noluit; sed in Ecclesiasticis præsertim negotiis dignitatem suam, & Episcopi Constantinopolitani etiam ordinandi privilegium ei reservavit; ut observat Nicephorus Gregoras, τούτῳ γὰρ (τῷ Θρᾳκικῆς Ἡρακλείας μητροπολίτῃ) καὶ τὰ πάλαι ἀρεῖται προνόμια, χειροτονεῖν τὸν Κωνσταντινουπόλεως, εἴτι καὶ τῶν μεγάλης Κωνσταντίνου τῆσδε Βυζάντιον εἰς νέαν καὶ μείζω κατασκευὴν Ῥώμῃ, μὴ καταλύειν ἐθελήσαντος τὴν ἧς πάλαι βασιλέων προνόμια, ἀλλ' ἀποκυρώσαντος μᾶλλον, αἰδοῖ τῆς μακρᾶς χρόνου, καὶ τῶν τὸν νόμον δόντος Σεβήρου τοῦ Αὐτοκράτορος, ὑπότε σωὶ μάλα τοῖς πλείστοις ἱεροῖς καὶ πόροις ἀκεῖνος αὐτίκα περιέκοπτο, Βυζάντιον ὅσον ἔτι, καὶ τότε ἄλλα προὶς ἄμμασιν κατοχύρας αὐτίκα, καὶ τὰ τείχη καθυγιαίνων, τὸ τελεστήριον τύποις δὲ τοῖς τῆς Θρᾴκης Ἡρακλειώτης, ὅτε καὶ κώμη χρῆσθαι αὐτῇ ἐκέλευσεν, εἴτε ἦν διὰ τοῦτο τὸ αἴτιον παρεῖται διλωκὸς τὸ πεῦστον προνόμιον, εἴτ' ἐκ αἰδοῦς ὅπως, πάρεσκεν δ' ἔν ἔμοις καὶ δεῖ τῆς δι τοῦ χρόνου τοιά γε ὡς εἴρηται, καὶ ἐς διάκονόν τι καὶ ἱερεῖα ὀξὺ ἀναγκάσαι περιδιάσας ὁ ῥηθεὶς Ἡρακλείας Γρηγόριον ἦ ἐκ Κύπρου, εἴτε καὶ παρεδρεύων κεχειροτόνηκε τοῦτον. Niceph. Greg. Hist. Rom. l. 6. E quibus verbis simul conficitur, dictum ordinandi Episcopi Constantinopolitani privilegium usque ad ipsa Gregoræ tempora, hoc est, ad decimum quartum à Christi Nativitate seculum, Episcopo Heraclienfi conservatum esse.

Τινὲς τῶν μὴ σφάλεσθαι. Idem nonnullos sensisse Zonaras etiam attestatur. Inter alios autem ipse Aristenus ita opinatus est, ut ex ejus in hunc canonem scholiis constat, ubi ait, τὸ γὰρ, μὴ, ἐπιτῶδες ἢ τὸ πᾶσι ἀλλὰ τῷ χρόνῳ διλωτικόν ἐστι. Unde veri non admodum dissimile est, tam Zonaram quàm Balsamonem ea, quæ jam edimus, Aristeni scholia vidisse, & ad eum inter alios hoc loco respexisse.

Σε. Σύγκελλ. Hìc σύγκελλος non est proprium nomen viri sed officii. Σύγκελλ enim antiquitùs dictus est Episcopus, Patriarchæ vivo quidem proximus, & mortuo successor. Zonaras, ὡς γὰρ ὁ Σύγκελλ τὸ παρεδρεύον ζῶντος εἰς τὸν ἐκείνου τύπον ἀντικαθίστατο. Zon. annal. tom. 3. Sed quòdnam igitur esset hujus Patriarchæ nomen? Hoc Gentianum Hervetum latuit; qui propterea edidit Græcè Σε. Σύγκελλ, Latinè, Se. Syncellus. Et nos quidem errorem ejus antehac corrigere non potuimus. In MS. enim Bodleiano, quemadmodum & in eo, ni fallor, quem usus est Gentianus Hervetus, sic contractè scribitur, Σ̄ σύγκελλ. Istam autem abbreviaturam attentiùs modo perpendentes, eam tandem deprehendimus nihil aliud significare, quàm Στέφανον. Et sic enim vocatus est Leonis Sapientis Imperatoris frater, qui in thronum Constantinopolitanum Photii expulsi loco suffectus est: ut constat ex serie Episcoporum Byzantii, ubi legimus, Φώτιος πάλιν ὅδε Λέοντ τῷ Φιλοσόφῳ. Στέφανος ὁ ἀδελφὸς Λέοντ, ὅδε ἡ βασιλείας τῷ αὐτῷ Λέοντ ἔτη γ'. Et in appendice ad octavam Synodum, post Epistolam Stephani Papæ Romanæ ad Imperatorem Basilium, hæc annotantur, Αὕτη ἡ ἐπιστολὴ σφὸς βασιλέα μὲν ἀπεστάλη ἡ Βασίλειον, ἐλέξατο δὲ πρώτῳ Λέων ὁ υἱὸς αὐτῷ διὰ τὸ τελευτῆσαι ἡ πατέρα, καὶ μαθὼν τῷ διώκειν αὐτῆς, καὶ ἐρώνυσας πόσας τὰς κακοφαγίας φατίν, εὐθέως ἀνεκαλέσατο πάντας τοὺς ἱερεῖς ἡ ἀληθείας, τὰς ὑπὸ Φωτίου ἀναθεματισθέντα πρᾶξις διωχθέντας, ἐκδιώξας ἡ πρῶτον καὶ ἐπισίπορα Φατίον, καὶ εἰσαγαγὼν Στέφανον ἡ γνήσιον ἀδελφὸν αὐτῷ τῷ Λέοντ. Append. ad Syn. octav. His itaque perpensis, pro Σε. Σύγκελλ scribendum est, Στέφαν σύγκελλ, & pro Se. Syncellus, *Stephanus Syncellus*. Longè postquam nos hæc commentati fueramus, ad manus nostras pervenerunt variantes Lectiones Balsamonis & Zonaræ ex MS Amerbachiano per doctissimum Virum Joh. Rodolphum Wetstenium fil. collectæ, & nobis communicatæ, quibus hæc nostra conjectura indubia redditur: in iis enim pro verbis impressis Παρεδρεύοντα Σε. Σύγκελλ legitur Παρεδρεύοντα Στέφαν ξύγκελλ, quemadmodum à nobis conjectum est.

Ἡμεῖς δὲ εὑδοῦμεν. Hæc usque ad finem hujus commentarii in priori editione omissa, ex Bibliothecâ Bodleianâ restituimus.

Λεόντιός τις μετατίθεται. Hic Leontius Nicetæ Mantanæ in throno Constantinopolitano successit; ut constat ex serie Episcoporum Byzantii à Leunclavio editâ, quâ post dictum Nicetam dicitur, Καὶ μετ' αὐτὸν ὁ ἐν τῇ κγ' τοῦ βουνὸν τῆς ἁγίας Αὐξεντίου μονῆς τῆς ἁγίων ἀποστόλων ἡγουμενεύων μοναχῶν Λεόντιος, ὅστις διάκονος τῆς ἐκκλησίας γέγονε, καὶ διαδεξάσης μῆνας ζ' παρῃτήσατο. De ejus ab Isaacio Angelo promotione sic Nicetas Choniates, φροντιστικώτερον ἢ διατριβὰς ἀεὶ τῆς τῆς κυβερνήσεως τῆς ἐκκλησίας ἡγοῦν, ἀρχαιρεσίας μέγας πυθόμενος Λέοντιον τινὰ μοναχὸν, διαδεξαμένους δὴ συλλόγων καὶ διομνύμους δὴ βασιλικοῦ βήματος καὶ ὁμηγύρεων, ὡς ἐκ ἦν ἀνδρὶ ἀφέστερον, νυκτὸς δὲ ἡ δεσμώτης τῶν ἱερῶν κιβωτίδων ἔλυξε, τὸ εἶδος καὶ τῷ ἀρετῷ ἀποχρέψασα, ἀλλὰ καὶ τὸ τύπον διασαφήσασα, καθ' ὃν τῷ οἴκοθεν ἔλαχεν. Nicet. Chron. in Isaac. Ang. l. 2. Eum autem ab Archiepiscopo Cæsarienfi, præmortuo Heraclienfi, ordinatum esse, non est quòd dubitemus; etiamsi alium non habeamus testem præter unicum Balsamonem, quippe quem latere non potuit à quonam Leontius ordinatus fuit, cùm ipse non solùm iisdem temporibus claruerit, verumetiam post dicti Leontii renunciationem, eundem Constantinopoleos thronum ab Isaacio Angelo sibi oblatum habuerit, uti Nicetas Choniates loco ante laudato tradidit.

## In Can. IV.

Περὶ Μαξίμου τοῦ κυνικοῦ. Totam hujus Maximi historiam in vitâ Gregorii Nazianzeni à Gregorio Presbytero conscriptâ, & in ipsis Iambicis Gregorii ipsius Theologi versibus de vitâ suâ traditam habes. Hìc autem observes velim, præsentem Synodum eum non depositisse, sed declarâsse tantummodo istum Episcopum nunquam fuisse, nec adhuc esse, ac proinde nec eos esse clericos, quibus ipse manus imposuerat. Hoc non solùm ex ipsis canonis verbis, sed etiam ex Sozomeni testimonio liquet, qui hos Patres decrevisse ait, Μάξιμον μήτε γενέσθαι ἢ εἶναι ἐπίσκοπον, μήτε κληρικοὺς τοὺς παρ' αὐτοῦ χειροτονηθέντας, καὶ τὰ ἐπ' αὐτῷ ἢ παρ' αὐτοῦ πραχθέντα ἄκυρα ἐνομίσθησαν. Sozom. Hist. Eccl. l. 7. c. 9. Hoc autem duas præcipuè ob causas decrevisse videntur. Primò, quòd Maximus iste ordinationem suam ad thronum Constantinopolitanum ab Episcopo Alexandrino pecuniâ conciliavit. Hanc hujus decreti rationem Balsamon & Zonaras in commentariis suis reddiderunt: quibus suffragatur Scholiastes Harmenopuli, dicens, Οὔτε Μάξιμος, κυνικὸς ὢν φιλόσοφος, ὅτε διελέγχου βασιλικοῦ ἱερατείου, διὰ χρημάτων ὅτε παρὰ τῶν Κωνσταντινουπόλεως κεχειροτόνηται, καὶ γνώσεις ἀποδεκμάζει. Schol. in Harmen. epit. can. sect. 1. tit. 8. Altera ratio fuit, quòd non ab Episcopis ejusdem Provinciæ, nec diœceseos electus fuit, sed ab Exoticis quibusdam Alexandriâ missis: Provincialibus interim Episcopis non tantum non suffragantibus, sed etiam refragantibus (ut ex Theologi vitâ constat) contra ac à Patribus Nicænis canone quarto constitutum est. Quinetiam ex canone sexto ejusdem Nicæni Concilii, Maximus etiamsi ordinatus, propriè tamen Episcopus non fuit. Ibi enim cautum est, qui præter sententiam Metropolitani ordinatur, ἡ τοῦτον μὴ δεῖν εἶναι ἐπίσκοπον. Verùm metropolitanus Heracleensis, cui suberat tunc temporis Episcopus Constantinopolitanus, nec Maximum ordinavit, nec ordinationi ejus consensit: quæ propterea eo nomine irrita fuit; quemadmodum hoc canone pronunciatur.

Κυνικοὶ δὲ ἐκλήθησαν διὰ τὸ αὐθάδες. Diogenes Laertius Cynicos Philosophos nomen istud ἀπὸ τῆς σκυμμάτων fortitos dicit, οἱ δὲ ἀπὸ τόπων (ἐφηνορεύθησαν) ὡς οἱ Ἀκαδημαϊκοὶ, καὶ Στωϊκοί· ἀπὸ συμπτωμάτων δέ, ὡς οἱ ἀπαπαπαῖ· καὶ ἀπὸ σκυμμάτων, ὡς οἱ Κυνικοί. Diog. Laert. in proœmio. Alibi autem ait, alios asserere eos ita dictos esse, quòd Antisthenes magister eorum ἐν τῷ κυνοσάργει γυμνασίῳ disputare solitus est. Id. l. 5. in Antisth. Abulpharagius Cynicos dictos scribit, quòd canum ad instar vixerunt. فقال اهل زمانهم هذه الافعال تشبه الكلاب فسموهم الكلبيين

*Dixerunt ergo istius temporis homines, hæc facta, facta canum referunt, eosque Cynicos vel Caninos appellârunt.* Abulph. Dynast. 5. Pollux à Balsamone hoc loco non multum abludit. Dicit enim, Διογένης δὲ ὁ Κυδιμάχου ὢν διὰ τὴν τόλμαν ἐκλήθη,

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

λεῖτο, καὶ κυὼν εἰ ἀπ' Ἀντισθένους. Poll. l. 5. c. 11. Antisthenes nimirum primus hujus sectæ magister perhibetur. Hic enim ἤκουσε Σωκράτους, παρ' ὃ καὶ τὸ καρτερικὸν λαβὼν, καὶ τὸ ἀπαθὲς ζηλώσας κατῆξε σφόδρα τῆ κυνισμῶ, ut ait Diogenes Laertius, l. 5. in Antisthene. Sic etiam Cicero, *Deinde ab Antisthene, qui patientiam & duritiam in Socratico sermone maximè adamârat, Cynici primum, deinde Stoici.* Cic. de oratore l. 3. n. 17. & ipse Antisthenes apud Ausonium,

*Inventor primus Cynices ego: quæ ratio isthæc?*

*Alcides multo dicitur esse prior.*

*Alcida quondam fueram doctore secundus,*

*Nunc ego sum Cynices primus, & ille deus.*

De eodem sic etiam Suidas, Ἀντισθένης Ἀθηναῖος, ἀπὸ μητρὸς φιλόσοφος Σωκρατικὸς, ὅστις σφόδρα πατητικὸς ἐκλήθη σφόδρα, εἶτα ἐκωμώθη. Suid. in Ἀντισθένης. Alii hujus sectæ institutionem ad Diogenem, alii ad ipsum Herculem referunt, & sic quidem Julianus Imperator, ubi ait, Ἡρακλέα μὲν ὁ μῦθος ἀναγράφει τὸν ἄριστον ἄνδρα γενέσθαι, ἐφ' ὃν ἐσπούδακε καὶ αὐτὸς ἐκεῖνος. εἰ καί τινες ὑπολαμβάνουσιν Ἀντισθένει τῶν τοῦ Διογένους ἑταίρων, καὶ Διογένη φασὶ κύνα γενέσθαι· τοῦτο γοῦν ἔοικεν Οἰνόμαος οὐκ ἀτόπως λέγειν, ὁ κυνισμὸς ὅτι Ἀντισθενισμὸς ὅτι Διογενισμός. λέγουσι μὲν γὰρ οἱ γλυκύτεροι τῆς κυνῶν, ὅτι καὶ ὁ μέγας Ἡρακλῆς, ὥσπερ ἂν τῆς ἄλλων ἀρετῶν ἡμῖν τις αὐτῷ κρατύνῃ, ὕστατα δὴ καὶ τοῦτον τὸν βίου ἆθλόν τε μέγιστον ἔτι καὶ κατάληπτον ἀνθρώποις. Julian. orat. 6.

## In Can. V.

Περὶ τοῦ τόμου τῆς Δυτικῆς. Hunc canonem nec vetus interpres Latinus, nec Dionysius Exiguus agnoscunt. Neque etiam Josephus Ægyptius; nisi forsitan præcedenti canoni annexerit, his verbis, وقد يقبل كل من اقر بالوهية واحد الاب والابن والروح القدس *In posterum autem recipiatur omnis, qui unam divinitatem Patris, Filii, & Spiritus sancti confitetur.* Hæc enim ad præcedentem canonem nequaquam pertinent, sed summam præsentis continent. In omnibus autem Græcis codicibus Balsamonis, Zonaræ, Alexii Aristeni, Simeonis Logothetæ, &c. hic canon extat; ut etiam in Johannis Antiocheni collectione canonum. tit. 36. Quid autem hîc Patres per tomum τῆς Δυτικῆς velint, inter doctos nondum convenit. Balsamon & Zonaras, & Scholiastes Harmenopuli in epit. can. sect. 1. tit. 8. tomum istum nihil aliud esse consentiunt, quàm definitionem de Nicænâ fide ab Episcopis Occidentalibus in Synodo Sardicensi editam, & ab Antiochenis susceptam. Verùm cum Synodus Sardicensis, ut testantur Socrates & Sozomenus, Ruffino & Eusebio Coss. hoc est, anno Christi 347. celebrata fuerit, præsentem plusquam triginta annis antecessit, ac proinde Patres præsentes non ad eam, sed ad aliam aliquam non ita multis ante diebus coactam, retrospexisse videntur. Et præterea, quid Synodus Sardicensis ad Antiochenos? non enim sola Antiochena, sed plures aliæ Ecclesiæ fidei professionem hîc assertam amplexæ sunt.

O has itaque, aliasque, quibus non opus est immoremur, rationes istâ interpretatione meritò explosâ, alii alias excogitârunt. Vir admodum doctus Petitus var. lect. l. 3. c. 2. Δυτικῶν hîc mendosè pro Διοσπόλων scriptum conjicit: Διοσπόλους autem Antiochenos dictos affirmat, Syriacè quasi *lucis cultores*, à luco Daphnensi quo Antiochia ornata est. Verùm præterquam quòd Antiocheni nusquam alibi sic appellati leguntur, ipsaque vox Διοσπόλης nec Syriacâ nec ullâ aliâ in linguâ invenitur, nedum in Græcâ, quâ hi canones conscripti sunt, omnes codices miram istam & antehâc inauditam loci hujus lectionem, quam commentus est Petitus, constanter rejiciunt, leguntque περὶ τοῦ τόμου τῆς Δυτικῶν. Nec quispiam vel ante vel post Petitum aliter legendum censuit. Ex eo autem quòd vox Δυτικοὶ *Occidentales* perpetuò significet, nihil dubii esse potest, quin hîc τόμος τῆς Δυτικῶν ab aliquibus in Occidente Episcopis conscriptus fuerit, & ad Orientales missus: non è contra ab Orientalibus ad Occidentales scriptus; quemadmodum Christophorus Justellus verba hæc interpretatus est, per tomum Occidentalium affirmans intelligendam esse fidei expositionem in Synodo Antiochenâ sub Meletio celebratâ anno 378. ad Damasum urbis Rom. Episcopum cæterosque Occidentis Episcopos missam. Tomus enim ab Antiochenis sive Orientalibus scriptus τόμος τῆς Δυτικῶν nequaquam dici potuit. Baronius igitur ad an. 381. Damasi Epistolam Synodicam ad Paulinum Antiochenum scriptam hîc intelligendam esse existimat, eam nimirum quæ apud Theodoretum extat Hist. Eccles. l. 5. c. 11. sed Henricus Valesius in annotationibus ad Sozomeni Hist. Eccl. l. 6. c. 25. hunc canonem accipiendum esse putat de aliâ Epistolâ sive expositione fidei à Synodo Romanâ anno 377. vel 378. habitâ, ad Orientem transmissâ, & cui Orientales Episcopi factâ Synodo apud Antiochiam subscripserunt, ut legitur in collectione Romanâ L. Holstenii pag. 166. Clarissimus vir Petrus de Marca suam de rectâ hujus canonis intelligentiâ opinionem sic explicat, *Tenebras*, inquit, *illas discutiet vera & sincera mens illius canonis, quæ ita constitui & enarrari paucis verbis potest. Quod attinet ad Epistolam Occidentalium, quâ docent se communionem Antiochenorum amplecti, quia rectam fidem profitentur, etsi Meletii & Paulini scismate laborent: nos etiam eosdem Antiochenos jam antea suscepisse testamur, quia nobis constitit eos unam Patris & Filii & Spiritus sancti confiteri divinitatem. Unde sequitur alium esse tomum Occidentalium, qui commemoratur in hoc canone, ab Epistolâ Synodicâ Damasi ad Paulinum Antiochenum, vel saltem cum illâ Epistolâ aliam adjunctam fuisse ad Orientales Episcopos Constantinopoli congregatos. Nihil enim vetat, quin eodem tempore & eodem exemplo perscripta & missa fuerit ad Paulinum & ad Synodum Constantinopolitanam.* Marc. de conc. sac. & imp. l. 1. cap. 4. Si post tot, tantosque viros, nostram de vero hujus canonis sensu rogemur sententiam, paucis sic expediatur. Proximâ post præsentem Synodum Constantinopoli celebratam æstate, quamplurimi ex iisdem Episcopis ad eandem urbem regressi, aliud ibidem Concilium peragebant; ut omnes Ecclesiastici Historici tradiderunt. Dicti autem Episcopi rursus ibi congregati Epistolam ab Episcopis quibusdam Occidentalibus Romæ sub Damaso in Synodo congregatis acceperunt, quâ ipsi ad Synodum istam Romanam invitati sunt. Theodoretus, τῶν δ' ἐσπουσθέντων ἦσαν εἰς ἐκείνου αὖθις τοῦ πάλιν οἱ πλεῖστοι τούτων ἀφικνούμενοι (ἐκελεύσθησαν γὰρ αὐτοὺς πάλιν συνιέναι χεῖρα) συνοδικὴν ἐπιστολὴν ἅπ' ἐκείνης ἐπισκόπων ἐδέξαντο, εἰς τοῦ Ῥώμης αὐτοὺς ἀφικέσθαι ἀφηγούσης, εἰς συνόδου μέλλοις αὐτόθι συγκροτουμένης. Theodor. Hist. Eccl. l. 5. c. 8. Episcopi autem Constantinopolitani tam longum iter suscipere recusabant, sed Epistolam nihilominus ad dictos Episcopos Romæ congregatos rescribebant, quâ rationes, quare Romam proficisci non poterant, explicârunt, & suam insuper sententiam de fide Christianâ in isto Concilio Romano, ut visum est, discutiendâ, exposuerunt, inter alia asseverantes unam esse omnino Patris & Filii & Spiritus sancti divinitatem; Δηλαδὴ, inquiunt, ἀδιαίρετόν τε καὶ ἀσύμφυτον καὶ ἰσότιμον μίαν τὴν πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος πεφυκέναι, ὁμοτίμου τε τῆς ἀξίας καὶ συναϊδίου τῆς βασιλείας, ἐν τρισὶ τελείαις ὑποστάσιν, ἤγουν τρισὶ τελείοις προσώποις. Epist. Synod. Syn. C P. apud Theodor. Hist. Eccles. l. 5. c. 9. Et paucis intersertis addunt, hanc suam de Trinitate sententiam, à Concilio quidem generali, anno superiore ibidem convocato, sed in primis in tomo sive libello à Synodo quadam Antiochiæ istis diebus habitâ, conscripto uberiùs explicatam esse; dicunt enim, τὸ μὲν οὖν καὶ τῶν πάντων τῶν παρ' ἡμῖν ἀνυποστόλως κηρυττομένων, ὡς ἐν κεφαλαίῳ τυποῦται δεῖ δὴ καὶ δεῖ πλέον ψυχαγωγηθῆναι διωκόντων, τῷ τε ἐν Ἀντιοχείᾳ τόμῳ ἅπερ ἐκεῖ συνελθόντες συνόδου γνησιόφρονες, κατεξιάσαντες ἐπιτυχεῖν, καὶ τῷ πέμψαι ἐν Κωνσταντινουπόλει ἅπερ ἡ οἰκουμενικὴς ἐκτεθῆναι συνόδου, ἐν οἷς πανταχοῦ τῶν πάντων ὁμολογούμενον. ibid. Hujus igitur Epistolæ Synodicæ ab Orientalibus Constantinopoli, ad Occidentales Episcopos Romæ convocatos missæ, præsens canon, quantum ad fidem spectat, epitome quædam & compendium fuisse videtur. Nam τόμος Δυτικῶν hîc commemoratus nihil aliud fuit, quàm libellus iste sive Epistola Synodica, quam Occidentales Episcopi Româ Constantinopolim miserunt. Adeo ut verus canonis sensus huc summatim redeat, *Quantum ad volumen istud attinet, quod ab Occidentalibus Episcopis accepimus, respondemus, nos fidem ab Episcopis Antiochiâ non ita pridem congregatis expositam amplexos esse, quâ nimirum unam Patris, Filii & Spiritus sancti divinitatem professi sunt: ac proinde non opus esse, ut Romam pro istâ fide stabiliendâ proficiscamur, quippe quæ hîc à nobis asserta & confirmata est.* Huic præsentis canonis interpretationi non video quid opponatur, nisi quòd ea hunc



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

canonem, non ſecundæ generali Synodo Conſtantinopoli anno Dom. 381. celebratæ, ſed alii ibidem anno ſequente ſive 312. habitæ, adſcribat; ſecus ac Balſamoni, Zonaræ & pleriſque aliis antehac viſum eſt. Reſpondeo primò, multo veriſimilius eſt, hunc canonem à ſecundâ generali Synodo non fuiſſe, quàm fuiſſe conditum. Nam Socrates, Sozomenus, & Theodoretus, qui quæ geſta ſunt in iſto œcumenico Concilio accuratè deſcripſerunt, nihil ab eo conſtitutum referunt, præterquam quod in quatuor prioribus canonibus continetur. De præſenti autem & duobus reliquis canonibus, ſexto & ſeptimo, altum apud eos ſilentium. Quorſum hoc, niſi quòd quatuor iſti priores canones ſoli, non item hi tres poſteriores, ab iſto Concilio conſtituti fuerint? Quinetiam nec vetus interpres Latinûs, nec Dionyſius Exiguus, ut ante obſervatum eſt, tres hoſce poſteriores canones latinè verterunt; quibus proinde eos incognitos fuiſſe conſtat, & in veris ſecundi univerſalis Concilii Actis, (quæ jam perierunt) non comprehenſos eſſe. Ex eo autem, quòd hoc decretum eodem in loco, & ab iiſdem ferè Patribus, qui ſecundæ generali Synodo interfuerant, conſtitutum eſt, facile evenire potuit, ut poſtea genuinis iſtius Concilii Canonibus adjungeretur; unde etiam Johannes Antiochenus ſuæ iſtum collectioni, tanquam quintum illius Concilii canonem, interſeruit; etiamſi revera non ab eâ, ſed alterâ ſequente anno ibidem celebratâ, Synodo conſtitutus fuerit.

Καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι θέσπ. Poſt iſta ultima hujus canonis verba in Johannis Antiocheni collect. can. tit. 36. hæc adduntur, οἱ δὲ συναλθόντες ἐπίσκοποί εἰσιν ὧδε· Νεκτάριος ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως, Τιμόθεος Ἀλεξανδρεὺς, καὶ οἱ λοιποὶ ἐπίσκοποι ρν'. quæ, fateor, verba ſubindicare videantur, præſentem canonem à ſecundâ generali Synodo ſancitum eſſe, contra ac à nobis aſſertum eſt. Verum iſte Epiſcoporum catalogus ibi collocari potuit, poſtquam hic canon quatuor prioribus adjectus fuerit. Et præterea, cum maxima pars Epiſcoporum, qui in ſecundâ generali Synodo congregati fuerant, huic etiam condendo canoni intereſſent, iiſdem centum quinquaginta Patribus iſte non immeritò attribuatur: præſertim cùm in Epiſtolâ illâ Synodicâ, ex quâ præſens hic canon deſumptus nobis videtur, Patres, qui eam conſcripſerunt, diſertè teſtati fuerint, ſe eandem fidem in œcumenicâ Synodo præcedente anno uberiùs explicuiſſe, Καὶ τὴν πέρυσιν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἁγίᾳ οἰκουμενικῇ ἐκτεθεῖσαν συνόδου, ἐν οἷς πλατύτερον περὶ πίστεως ὡμολογήσαμεν. Hinc enim conſtat, eoſdem fuiſſe Epiſcopos, qui ſequente, ac qui præcedente anno Conſtantinopoli congregati ſunt. Unde quod in alterâ illâ Synodo decretum eſt, priori facillimè adſcribatur; ac ſi ab ipſis centum quinquaginta Epiſcopis, in œcumenicâ Synodo congregatis, definitum fuiſſet.

## In Can. VI.

Ἐπειδὴ πολλοί. Etiamſi in Joh. Antiocheni collectione can. tit. 16. aliiſque Græcis canonum codicibus, præſens canon tanquam ſextus ſecundæ œcumenicæ Synodi legatur; tamen in veteris interpretis, Dionyſii Exigui, aliiſque omnibus Latinis editionibus unà cum præcedente & ſequente deſideratur. Unde Nicolaus Papa I. ſuis etiam temporibus, qui an. 858. ad ſedem Romanam promotus eſt, hunc canonem apud Latinos non inventum eſſe teſtatur. *Igitur*, inquit, *quia ſuſpecti & inimici judices eſſe non debeant, & ipſa ratio dictat, & plurimis probatur exemplis. Nam quid gratius & amabilius dare quis inimico poteſt, quum ſi ei ad impetendum commiſerit, quem ledere fortè voluerit? Quod proinde Conſtantinopolitana Synodus canonum ſuorum ſexto dignoſcitur prohibere capitulo: quod tamen non apud nos inventum, ſed apud vos haberi perhibetur.* Nic. 1. Epiſt. 8. ad Michael. Imperator. Hìc autem iſta verba, *quòd tamen non apud nos inventum, ſed apud vos haberi perhibetur.* Nic. 1. Epiſt. 1. ad Michal. Imperat. non ita intelligenda ſunt, ac ſi Nicolaus hunc canonem nunquam viderit, quippe quem ipſe ſæpè citat: ſed quòd Latinè tunc dierum non extiterit, nec ab Eccleſiâ Romanâ tanquam ſecundæ generalis Synodi canòn receptus fuerit, neque in corpore Canonici Latinorum juris inventus. Et meritò quidem ambigatur, quo jure, quave ratione ab ipſi Græcis præſenti Synodo attributus eſt. Verum enimvero non modo omnes Latinæ editiones, ſed & ipſi etiam hiſtorici Græci, Socrates, Theodoretus, Sozomenus, qui iiſdem ferè diebus claruerunt, & hujus Concilii acta poſteritati fideliter tradiderunt, de iſtis tantummodo rebus, quæ in quatuor primis canonibus ab eo decreta ſunt, mentionem faciunt; quemadmodum & antea obſervatum eſt. Non equidem diffiteor, quin hic etiam canon ab aliquo Concilio Conſtantinopoli celebrato conſtitutus fuerit. Hoc enim ex ipſo canone palam eſt; in quo dictum legimus πρότερον ἔνιοι ἔθεσαν ἢ ἁγία συνόδος ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει συνελθοῦσα ἐποίησεν. Iſtud autem aliquanto ſaltem poſt præſens œcumenicum celebratum fuiſſe, ex eo etiam patet, quòd in hoc canone κοινωνικῶν ἐπισκόπων mentio occurrat, uti mox oſtendemus. Quinam enim κοινωνικοὶ ἐπίσκοποι habendi eſſent, poſt ſecundam hanc generalem Conſtantinopoli congregatam Synodum, ab Imperatore Theodoſio primùm conſtitutum eſt. Adhæc etiamſi Johannes Antiochenus hunc canonum loco ante citato τὸ ἐν Κωνσταντινουπόλει κανόνα ς'. appellet, ac ſi à præſenti Synodo editus fuiſſet; veruntamen ex eâdem ipſius collectione non leve eliciatur argumentum, eundem poſtea ſancitum eſſe, nec ad canones hujus Concilii propriè pertinere. Enimvero in ejuſdem ipſius collectionis canonum titulo 36. proximè poſt præcedentem canonem ibi laudatum, eorum qui in hâc Synodo convenerunt Patrum ſubſcriptiones ſubjiciuntur, ut ante etiam obſervatum eſt. At ſubſcriptiones non niſi ad finem canonum collocari ſolent. Unde conſtat, præſentem canonem poſt iſtum, in codice quo uſus eſt Johannes, ex abundanti præſentis generalis Synodi canonibus ſuperadditum eſſe; idcirco forſitan, quòd iſtis temporibus obtinebat, & cum ab antiquo aliquo Conſtantinopolitano Concilio definitus fuiſſet, nec ſatis liqueret, à quonam poſt hujus canones poſitus eſt, & inter eos propterea tandem aliquando recenſitus.

Αἱρετικοὺς δὲ λέγομεν. S. Baſilius in Epiſtolâ ad Amphilochium canone 1. aliud dicit eſſe αἵρεσιν, aliud σχίσμα, & aliud denique συναγωγήν. Hæreſim definit eſſe, cùm quis in ipſâ fide ab Eccleſiâ abalienatus eſt, & contrarium aliquem fidei errorem pertinaciter tuetur. Schiſma autem diſſidium δι' αἰτίας τινὰς ἐκκλησιαστικὰς καὶ ζητήματα ἴδια exortum. συναγωγὴν denique, cùm contumaces Epiſcopi, vel Presbyteri, vel etiam Laici illegitimos conventus celebrant. Hìc autem Patres Conſtantinopolitani, quicunque tandem illi fuerint, ſub hæreſeos nomine ſchiſmata etiam & συναγωγὰς comprehendunt: ac proinde cum S. Baſilio pugnare videantur. Balſamon, ut rem componat, Baſilii canonem de ſchiſmaticis, verè orthodoxis; præſentem autem de iis, qui ſpecie quidem orthodoxi, ſed revera hæretici ſunt, intelligendum eſſe contendit. Si iſta autem vera eſſet præſentis canonis interpretatio, ſuperfluum foret additamentum illud de iſtiuſmodi ſchiſmaticis, quippe qui ſtrictiſſimo ſenſu hæretici ſunt, & ſub eo nomine ab Epiſcoporum accuſatione ante remoti. Nobis itaque præſens cum Baſilii canone nequaquam pugnare, ſed eundem potiùs confirmare videtur. Patres enim hoc in loco apertè ſatis indicant hæreticos propriè ſic dictos, tam à ſchiſmaticis quàm ab iſtis, qui privata & illegitima peragunt conventicula, diſtingui; eo quòd iſtos omnes ſigillatim enumerent. Sed aſſerunt interea, ſe vocem αἱρετικοὺς hoc in loco non ſtricto illo atque vulgari, ſed latiori ſenſu uſurpare; quatenus nimirum non hæreticos tantum, propriè ſic dictos, ſed σχισματικοὺς etiam & συναγωγοὺς comprehendat. Ac ſi dixiſſent, omnes hæreticos ab Epiſcoporum accuſatione arcemus; per hæreticos autem, non eos ſolos intelligimus, qui vulgò & propriè ſic dicuntur, ſive qui pravis iſtis opinionibus imbuuntur, quas Patres noſtri noſque condemnavimus; verum etiam iſtos omnes, qui vel ſchiſmatici ſunt, vel adverſus Catholicos noſtros Epiſcopos conventicula faciunt, utcunque veram confiteri fidem præ ſe ferant. Et quidem ſchiſmatici hæreticorum nomine nonnunquam meritò inſigniantur. Pleraque enim ſchiſmata, pertinacia præſertim & inveterata, hæreſeos naturam ſæpe induunt, & ab eâ raro ſeparantur. Ut rectè enim obſervat D. Hieronymus, *Inter hereſim & ſchiſma hoc eſſe arbitrantur, quòd hereſis perverſum dogma habeat; ſchiſma propter Epiſcopalem diſſenſionem ab Eccleſiâ ſeparetur. Quod quidem in principio aliquâ ex parte intelligi poteſt. Cæterum nullum ſchiſma non ſibi aliquam confingit hereſim, ut rectè ab Eccleſiâ receſſiſſe videatur* Hieron. comment. in Epiſt. ad Tit. c. 3. tom. 9. p. 113. ed. Pariſ. an. 1534. Et D. Auguſtinus, *Neque enim ſciſſio vel ſchiſma fieri poteſt, niſi diverſum aliquid ſequantur, qui faciunt: Hæreſis autem ſchiſma inveteratum.* Aug. contr. Creſcon. grammat. l. 2. c. 7. Adhæc ſchiſmaticos æque ac hæreticos ab orthodoxi Epiſcopi accuſatione procul abigendos eſſe, cautè hic atque ſummo jure conſtituitur. Nam & ipſi etiam Epiſcopos, à quorum

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

quorum communione se abscindunt, falsis insimilare criminibus perpetuò consueti sunt. Unde D. Athanasius etiam contra Meletianos accusatores suos objecit; quòd schismatici essent. Μελιτιανοὶ μὲν γὰρ, inquit, εἰσὶν οἱ κατηγοροῦντες, κἂν ὅλα πανδέωσι μὴ ὀφείλοντες· σχισματικοὶ γὰρ καὶ ἐχθροὶ τῆς ἐκκλησίας γεγόνασιν, ὡς νῦν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ μακαρίου Πέτρου, ἐπισκόπου καὶ μάρτυρος· ἡμεῖς δέ, οἱ καὶ ὑπὸ Πέτρου ἐπισκοπήσαντες, καὶ Ἀχιλλᾶν τὸν μετ' ἐκεῖνον διαδεξάντες, καὶ Ἀλεξάνδρῳ κατηγορήσαντες μίαν ἐκ τούτων βασιλίως· ὅπως γὰρ δὴ μελετήσαντες, λοιπὸν καὶ εἰς Ἀθανάσιον δίκαιον ἐλθεῖν ξένον τῆς πονηρίας ἑαυτοῖς ποιοῦντες. Athanas. apol. 2. tom. 1. p. 731. ed. Paris. an. 1627. De hæreticis autem Justinianus Imperator legem tulit, qua iis nec testimonium dicere contra orthodoxos litigantes licere sanxit. l. 21. c. de hæret. & Manich.

Τοῖς κανονικοῖς ἡμῶν ἐπισκόποις. Etiamsi non modo in Græcis Balsamonis & Zonaræ editionibus, verumetiam in ipsâ Johannis Antiocheni collectione canonum tit. 16. hæc constans sit loci hujusce lectio; mendosam tamen esse, ex eo quispiam suspicetur, quòd Canonicorum Episcoporum nuspiam alibi occurrat mentio. Neque enim Episcopi unquam, sed tantum Presbyteri, Diaconi, reliquique inferiores Clerici, Canonici appellantur: sic Synodus Laodicena can. 15. κανονικῶν φαλῶν meminit, ubi Zonaras φάλτας τοὺς κανονικοὺς, τοὺς ἐν τῷ κλήρῳ δηλαδὴ τεταγμένους, τοὺς ἐν ὑφέσει ἐκκλησίας καθεστῶτας. Idcirco nimirum Canonici vocantur, quia canoni sive laterculo Ecclesiæ adscribuntur, & inter Clericos ejus recensentur, ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζόμενοι, ut loquitur Synodus Nicæna can. 16. Sic etiam S. Basilius hâc voce utitur, edicens, ὅτι κανονικῶν τοὺς πορείας εἰς γάμον μὴ καταλογίζεσθαι. Basil. can. 6. in quem Balsamon & Zonaras unanimes rectè observant, quòd Κανονικοὺς τοὺς ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζομένους φησὶ, ἤγουν κληρικοὺς, μοναχοὺς, μοναρχίας, καὶ τοὺς παρθενίαν ἐπαγγελλομένους. Et sic quidem Clerici in canone recensiti, tam apud Græcos quàm Latinos, κανονικοὶ *Canonici* sæpe passim audiunt: sed non item Episcopi. Non equidem diffiteor, quin in controversiâ inter Bassianum & Stephanum de Episcopatu Ephesi à Concilio Chalcedonensi discutiendâ, Eusebius Dorilæi Episcopus dixerit, ἔδοξεν, εἰ δοκεῖ, ἀμφοτέρους μὲν χηλάζειν τὸ ἐπισκοπεῖν τὴν Ἐφεσίων μητροπόλεως, χειροτονεῖσθαι δὲ κανονικὸν ἐπίσκοπον τῇ ἁγιωτάτῃ μητροπόλει. Concil. Chalced. Act. XI. tom. 2. part. 1. pag. 304. edit. Colon. Agrip. ann. 1618. sed antiqua latina versio verba ista sic reddit; *Unde, si videtur, ambo debent Ephesiorum Metropolis Episcopatu vacare: ordinari autem regulariter debet Episcopus prædictæ Metropoli.* Unde constat in Græcis editionibus κανονικὸν mendosè scriptum pro κανονικῶς: quomodo etiam legendum esse non leve exinde petatur argumentum, quòd in totâ illâ actione de Bassiani & Stephani ordinationibus, ut contra canones, sive irregulariter celebratis agatur. Sed quid itaque dicendum est de præsenti loco; quo κανονικοὶ ἐπίσκοποι disertè commemorantur? nimirum mendum in eum irrepsisse, quod melius non corrigatur quàm ex Nicolai I. Epistolâ ad Michaelem Imperatorem, in quâ maxima pars præsentis canonis Latinè vertitur. Ibi autem hæc verba ἀποχωδίζοντας ἢ καὶ ἀνατιθέντας τῶν κανονικοῖς ἡμῶν ἐπισκόποις, ille sic interpretatur, *Schismaticos etiam, & eos qui seorsum à communicantibus nobis Episcopis collectas faciunt.* Nicol. I. epist. 8. ad Michael. Imperat. Concil. tom. 3. part. 1. sect. 2. p. 431. ed. Col. Agr. an. 1611. Hîc primo cuipiam intuitu pateat, Nicolaum legisse non κανονικοῖς, sed κοινωνικοῖς ἡμῶν ἐπισκόποις, quæ haud dubiè genuina est loci præsentis lectio. Κοινωνικοὶ enim Episcopi, aliique olim dicti sunt, qui nullâ hæreseos, schismatisve labe aspersi, cum Ecclesiâ & Episcopis Catholicis communicârunt; & propterea vocati sunt etiam κοινωνικοὶ τῆς ἐκκλησίας, in libello ab Isaaco Episcopo contra Johannem Chrysostomum in Synodo ad Quercum habitâ prolato, apud Phot. Biblioth. tmem. 59. p. 57. edit. Rothomag. an. 1653. necnon κοινωνικοὶ τῆς εἰκουμένης ibidem p. 56. in libello nimirum accusatorio à Johanne Diacono tunc temporis contra eundem exhibito; & hoc quidem sensu vox ista in Ecclesiasticis scriptoribus, & Conciliorum, Chalcedonensis præsertim, Actis sæpiùs usitatur. Primò autem, ut opinor, isto sensu in Synodicâ Concilii, proximo post secundum generale, cui præsens canon vulgò adscribitur, anno Constantinopoli celebrati, Epistolâ ad Damasum Synodumque Romæ tunc dierum habitam occurrit, in qua Patres se Romam proficisci non posse asserunt, quoniam in tantâ temporis angustiâ nec tam longum iter suscipere, nec reliquos κοινωνικοὺς *suæ communionis* Episcopos de eâ re commonefacere, eorumque consensum obtinere poterant, ὡς δὲ πάντες, καὶ ὁ ἀφορισμὸς διὰ τινὸς πάθος μακροτέρας ἀποδημίας ὀφειλόντως κωλύῃ, μήτε πρὸς ὁμόφρονα μακροτέρας ἀποδημίας ὀφειλούσης κοινωνικοὺς ἐπισκόπους ὑπομνηματίσαι καὶ τὴν περὶ αὐτῆς συγκατάθεσιν λαβεῖν. apud Theodoret. Hist. Eccl. l. 5. c. 9. ut ipsam autem originem veramque hujus vocis significationem assequamur, tenendum est, Imperatorem Theodosium legem ad Auxonium Proconsulem Asiæ dedisse, 3. Kal. Aug. Heracleæ, Eucherio & Syagrio Coss. quæ sic se habuit, *Episcopis traditi omnes Ecclesias mox jubemus, qui unius majestatis atque virtutis Patrem & Filium, & Spiritum sanctum confitentur, ejusdem gloriæ, claritatis unius: nihil dissonum profanâ divisione facientes, sed Trinitatis ordinem, personarum assertionem, & divinitatis unitatem. Quos constabit communioni Nectarii Episcopi Constantinopolitanæ Ecclesiæ, Timothei, necnon intra Ægyptum Alexandrinæ urbis Episcopi esse sociatos. Quos etiam in Orientis partibus Pelagio Episcopo Laodicensi, & Diodoro Episcopo Tarsensi: in Asiâ necnon Proconsulari, atque Asianâ diœcesi Amphilochio Episcopo Iconiensi, & Optimo Episcopo Antiocheno, in Ponticâ diœcesi Helladio Episcopo Cæsariensi, & Otreio Melitenæ, & Gregorio Episcopo Nyssenæ: Terentio Episcopo Scythiæ, Martyrio Episcopo Marcianopolis communicare constiterit. Hos ad obtinendas Catholicas Ecclesias ex communione & consortio probabilium Sacerdotum oportebit admitti. Omnes autem qui ab eorum, quos commemoratio specialis expressit, fidei communione dissentiunt, ut manifestos hæreticos ab Ecclesiis expelli, neque his penitus posthac obtinendarum Ecclesiarum Pontificium facultatemque permitti.* l. C. Th. *de fide Catholicâ.* Hîc primò observatum velim, hanc legem latam fuisse 3. Kal. Aug. Eucherio & Syagrio Coss. ac proinde eodem anno, quo coactum est secundum generale Concilium. Eam autem post dimissum istud Concilium editam fuisse, multa evincunt. Primò enim Sozomenus Imperatorem Concilii decreta confirmâsse priùs scribit, quàm hanc legem promulgâsse. Hist. Eccles. l. 7. c. 9. Adhæc Meletius Episcopus Antiochenus unus ex iis fuit, qui Catholicis in isto Concilio præsidebant (ut inter omnes Ecclesiasticos historicos convenit) & propterea inter primos hâc in lege commemori debuit. Is autem penitus hîc omittitur: nec alius quispiam istius Antiochiæ ejus loco Episcopus nominatur (nam Optimus erat Episcopus Antiochiæ Pisidiæ:) Unde plusquam verisimile est, eum ante latam hanc legem diem obiisse, non mortuus est autem ante dimissum Concilium, utpote cujus decretis subscripserit. Cum igitur lex ista post ejus obitum lata fuerit, & ille post dimissum Concilium obierit, legem etiam istam post generale istud Concilium dimissum latam fuisse palam est. Denique quod maximum mihi videtur, Imperator in dictâ lege jussit iis solis Episcopis Ecclesias tradi, qui trium in divinâ naturâ personarum consubstantialitatem confessi sunt. Secundum autem generale Concilium eo ipso nomine convocavit, ut istam fidem confirmâret: ac proinde omni procul dubio sententiam Concilii expectabat, priusquam talem legem ederet; quam itaque post absolutum Concilium editam fuisse, nemini dubium esse potest: ut nec eam idcirco tantum latam fuisse, quia fides ista à Concilio stabilita fuisset; usque adeo ut ista lex una cum Imperiali ejus decretorum istius Concilii confirmatione nobis promulgata videatur. Quod etiam Sozomenus, loco ante laudato, haud obscurè tradidit. Secundùm hæc ex lege istâ Theodosianâ elucescit, quinam propriè κοινωνικοὶ ἐπίσκοποι cognominati sunt. Cùm ibi enim cautum sit, istis solis Episcopis Ecclesias committendas esse, qui cum Episcopis ibi disertè nominatis in fide communicarent, hinc usu tandem evenit, ut qui cum istis aliisque postea Catholicis Episcopis communionem habuerint, κοινωνικοὶ ἐπίσκοποι propterea appellarentur. Et cùm hæc ipsissima fuerit vocis hujus origo, ista autem non nisi post finitum secundum œcumenicum Concilium introducta sit; necessariò consequitur præsentem canonem, in quo rectè lecto ista vox occurrit, non ab isto Concilio, sed postea editum fuisse; quemadmodum & ante observatum est.

Πεῖν ἢ ἐσχάτως αὐτοὺς ἐπιτιμήσασθαι κινδύνων. Johannes Antiochenus plenius, rectiùsque legit, πεῖν ἐσχάτως αὐτοὺς τὸν ἴσον αὐτοῖς ἐπιτιμήσασθαι (leg. ἐπιτιμήσεσθαι) κίνδυνον, *prinsquam æquale sibi periculum statuant.* Quomodo etiam Gentianum Hervetum legisse ex eo patet, quòd ipse iisdem verbis Latinis in suâ versione utitur. Et quidem utraque lex, Canonica & Civilis, hoc ab accusatoribus exigunt, ut si crimen, quod objiciunt, non probaverint, eidem ipsi subjiciantur pœnæ, quam accusato inferre conantur. Canonica ex decreto Hadriani Papæ, *Qui non probaverit, quod objicit, pœnam, quam intulerit, ipse patiatur.* Gratian. decret.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

part. 2. cauſ. 2. q. 3. cap. 3. Et ex Epiſtolâ Damaſi Papæ ad Stephanum, *Calumniator, ſi in accuſatione defecerit, talionem recipiat*, ibid. cap. 2. ſed verba ipſa Damaſi pleniùs ſic referuntur, *Nam inſcriptio primò ſemper fiat, ut talionem calumniator recipiat, quia ante inſcriptionem nemo debet judicari vel damnari, cum & ſeculi leges hæc eadem retineant.* ibid. c. 4. q. 4. c. 2. Hæc habentur in quartâ Damaſi Epiſtolâ ad Stephanum Archiepiſcopum cap. 7. Lege etiam civili Honorius & Theodoſius ſic ſtatuerunt, *Quiſquis crimen intendit, non impunitam fore noverit licentiam mentiendi, cùm calumniantes ad vindictam poſcat ſimilitudo ſupplicii.* l. 10. c. de calumniatoribus. Baſilica, ὁ μηδόλως ἀγαθὸς τὴν ἰδίαν κατηγορίαν δεῖ παντελῶς ἁμάρτημα, πῶς πανεῖαν ὑφίσαται, ὡς ὁ ἐναντίως ἔμελλεν ὑποστῆναι. Baſil. l. 60. tit. 26. c. 6. vide etiam Dionyſii Gothofredi notas in l. 7. ff. de accuſationibus & inſcriptionibus.

τὸ φανερὸν βλάπτει, τὸ ὑπεπιπλόκιον ὠ βλάπτει. Modeſtinus, *Nonnunquam contingit, ut quædam nominatim expreſſa officiant, quamvis omiſſa tacitè intelligi potuiſſent, nec eſſent obfutura; quod evenit, ſi alicui ita legatur*, Titio decem do, lego, ſi Mævius Capitolium aſcenderit. *Nam quamvis in arbitrio Mevii ſit, an Capitolium aſcendat, & velit efficere, ut Titio legatum debeatur; non tamen poterit aliis verbis utiliter legari:* ſi Mævius voluerit, Titio decem do. *Nam in alienam voluntatem conferri legatum non poteſt. Inde dictum eſt, Expreſſa nocent, non expreſſa non nocent.* l. 52. ff. de condition. & demonſtrat. ultima iſta verba repetuntur itidem l. 195. D. de diverſis reg. juris.

Τὰς ὑπὸ διοικήσεως ὅλης ἐπισκόπους. Vox διοίκησις in notitiâ imperii plurium Provinciarum collectionem, Præfecto Prætorio aut vicario ejus ſubjectam, ſignificat. Et eo quidem ſenſu in Eccleſiæ notitiâ ſæpius uſurpatur: quatenus nimirum plures ſub ſe includit Provincias Exarcho alicui aut Patriarchæ ſubditas. Sic etiam hoc loco & ubique per hunc librum accipienda eſt, ut ab ἐπαρχία diſtincta, quemadmodum Zonaras hîc interpretatur. Et quidem, ut Eccleſiaſticæ controverſiæ à Synodo diœceſeos hoc ſenſu acceptæ (in quâ emergunt) determinentur, etiam in Codice Theodoſiano ſtatuitur, ubi hæc lex occurrit, *Qui mos eſt cauſarum civilium iidem in negotiis Eccleſiaſticis obtinendi ſunt: ut ſi qua ſint ex quibuſdam diſſenſionibus, levibuſque delictis ad religionis obſervantiam pertinentia, locis ſuis, & à ſuæ diœceſeos Synodis audiantur.* l. 23. C. Th. de Epiſc. & Cler. Et hujuſmodi ſanè Synodorum, ad quas ὅλης τῆς διοικήσεως ἐπίσκοποι convocantur, in Actis Conciliorum mentio paſſim occurrit. Hodiè vox diœceſis apud nos alio ſenſu uſurpatur; pro territorio nimirum ſingularis alicujus Epiſcopi, vel pro tractu, in quem Epiſcopus aliquis jus exercet: de quâ re videſis annotationes noſtras in Canones Concilii Carthaginenſis.

## In Can. VII.

Τοὺς φρονοῦντας τῆς ὀρθοδοξίας. Hic, fateor, canon in omnibus Balſamonis & Zonaræ commentariorum editionibus habetur: Citatur etiam à Photio in Nomocanone, tit. 12. cap. 14. necnon in Alexii Ariſteni Epitome contractus extat. Sed in omnibus Latinis canonum verſionibus, ut veteris interpretis, Dionyſii Exigui, Iſidori Mercatoris, &c. item in Symeonis Logothetæ Epitome, & Arabicâ Joſephi Ægyptii paraphraſi, & quod in primis obſervandum eſt, in ipsâ Johannis Antiocheni collectione, & nomocanone deſideratur: idque non ipſius incuriâ, ut ex eo patet, quòd in ordine canonum à ſe deſcripto ſex ſolùm canones huic ſecundo generali Synodo attribuat; dicens, Ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει συνελθοῦσα πανήγυρις, ἐφ' ἧς ἐξετέθησαν κανόνες ς'. ut extra dubium ſit, præſentem inter hujus Concilii canones his diebus non recenſitum fuiſſe. Quinetiam tota canonis hujus compoſitio eum, nec præſenti, nec alii cuivis Synodo (niſi forſitan Trullanæ, de quâ mox agemus) adſcribendam eſſe non obſcurè indicat: Nihil enim in eo conſtituitur, nihil confirmatur; ſed tantùm antiqua quædam hæreticos converſos recipiendi conſuetudo hîc recitatur. Et ubi de nonnullis ſignandis verba fiunt, nihil præcipitur de modo, quo celebrandum eſt, nec de verbis in ritu iſto pronunciandis; ſed tantùm quæ verba pronunciari ſolent; Καὶ σφραγίζοντες αὐτοὺς λέγομεν, Σφραγὶς δωρεᾶς πνεύματος ἁγίου, quæ quidem loquendi formula Synodali cuilibet conſtitutioni non convenit. Dum in hiſce meditandis toti eſſemus, commodè accidit, ut doctus admodum amicus noſter Edvardus Bernardus de Collegio S. Johannis Oxon. chartas quaſdam ab erudito viro Henrico Dodwell Dublinienſi ex clariſſimi illius viri Jacobi Armachani MSS. Græcorum canonum codicibus tranſcriptas, benignè nobiſcum communicavit; quæ priùs conceptam noſtram de præſenti canone opinionem egregiè confirmant. In iis enim, præter alia nonnulla, Epiſtola quædam extat, Conſtantinopoli ad Martyrium Epiſcopum Antiochenum miſſa, quam, ut Græcè ſcriptam, & Latinè etiam à nobis verſam hic apponere viſum eſt.

Ἐπιστολὴ γραφεῖσα ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως μαρτυρίῳ Ἐπισκόπῳ Ἀντιοχείας: περὶ τοῦ ὅπως χρὴ δέχεσθαι τοὺς αἱρετικοὺς προσερχομένους τῇ ἁγίᾳ καὶ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ.

Τινὰ διελέχθη μοι ὁ θεοφιλέστατος πρεσβύτερος Ἀντώνιος περὶ τῶν προσιόντων τῇ ὀρθοδοξίᾳ καὶ τῇ μετὰ τῶν σωζομένων ἀπὸ αἱρετικῶν, τὸ πῶς δεχόμεθα αὐτοὺς καὶ χρὴ προσοπτὸν μὲν αὐτῷ διελέχθαι. πᾶσαν γὰρ ἐντεῦθεν ἀκολουθίαν καὶ συνήθειαν καὶ τῇ ὑμετέρᾳ δι' ἀγαπωμένῃ ἀναγκαῖον ἐνόμισα σημῆναι, περὶ μὲν τῶν ἀπίστων τοῦ ἀσεβοῦς τῶν Ἀρειανῶν καὶ Μακεδονιανῶν, καὶ Ναυατιανῶν τοὺς λέγοντας ἑαυτοὺς Καθαροὺς καὶ Καθαρτίους, καὶ τοὺς τεσσαρεσκαιδεκατίτας, εἴτουν πασχαλίτας, καὶ Ἀπολιναριστὰς δεχόμεθα δίδοντας λιβέλλους, καὶ ἀναθεματίζοντας πᾶσαν αἵρεσιν τὴν μὴ φρονοῦσαν ὡς φρονεῖ ἡ ἁγία ὑμῶν καὶ καθολικὴ ἐκκλησία, ἣς φρόνησις καὶ κεφαλὴ ὑπάρχεις μακαριότατε, σφραγιζομένους, ὅτε χρισθέντες ἅγιον τὸ ἅγιον μύρον τὸ μέτωπον, καὶ τὰς ῥῖνας, καὶ τὰ ὦτα, καὶ τὸ στόμα, καὶ πάσας τὰς αἰσθήσεις, καὶ σφραγίζοντες αὐτοὺς λέγομεν, Σφραγὶς δωρεᾶς πνεύματος ἁγίου· καὶ μετὰ ταῦτα, ὡς ἀποδεδοκίμοι λαϊκοὶ, χειροτονοῦνται ἐκεῖνοι, οἵ ἦσαν πρὸ αὐτῶν τὸ πρότερον εἴτε πρεσβύτεροι, εἴτε διάκονοι, εἴτε ὑποδιάκονοι, εἴτε ψάλται, εἴτε ἀναγνῶσται. Εὐνομιανοὺς μὲν τοὺς εἰς μίαν κατάδυσιν βαπτιζομένους, καὶ Μοντανιστὰς, τοὺς ἐντεῦθεν λεγομένους Φρύγας, καὶ Σαβελλιανοὺς, τοὺς ὑποπτείαν διδάσκοντας, καὶ ἕτερά πρὸς κακεπὶ πλεῖστα, καὶ πάσας τὰς ἄλλας αἱρέσεις (ἐπειδὴ πολλαί εἰσιν ἐντεῦθεν, μάλιστα ἀπὸ τῆς Γαλατῶν χώρας ἐξελθοῦσαι) πάντας τοὺς ἀπ' αὐτῆς θέλοντας προσέρχεσθαι τῇ ἀληθείᾳ, ὡς Ἕλληνας δεχόμεθα· καὶ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ ποιοῦμεν αὐτοὺς χριστιανοὺς, καὶ τῇ δευτέρᾳ κατηχουμένους, εἶτα τῇ τρίτῃ ὁρκίζομεν αὐτοὺς, μετὰ τὸ ἐμφυσῆσαι τρὶς εἰς τὸ πρόσωπον, καὶ εἰς τὰ ὦτα, καὶ ὕστερον κατηχοῦμεν αὐτοὺς, καὶ ποιοῦμεν χρονίζειν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ ἀκροᾶσθαι τῶν γραφῶν, καὶ τότε αὐτοὺς βαπτίζομεν. ταῦτα ὡς ὑμῖν ἐπιτρέπεται σημῆναι.

*Epiſtola à Conſtantinopoli ad Martyrium Epiſcopum Antiochiæ ſcripta, de modo, quo hæreticos, qui ad ſanctam & Catholicam Eccleſiam accedunt, recipere oportet.*

*Nonnulla mecum verba habuit Deo dilectiſſimus Presbyter Antonius, de iis qui ex hæreticis veræ fidei & illorum qui ſervantur parti ſe adjungunt, quomodo nimirum eos recipimus. Et cum eo quidem coram diſſerui. Totam autem hîc conſequentiam & conſuetudinem, veſtræ etiam ſanctitati, ut Patri Patrum, ſancti Johannis Theologi Archiepiſcopi noſtri (Chryſoſtomi) nepoti ſignificare neceſſarium duxi. Quòd Arianos quidem, & Macedonianos, & Novatianos, qui ſe Puros, & Puriores dicunt, & Quartadecimanos, ſive Tetraditas, & Apolinariſtas recipimus, libellos dantes, & omnem hæreſim anathematizantes, quæ non ſentit, ſicut ſancta noſtra & Catholica Eccleſia, cujus tu præſes & caput, beatiſſime, exiſtis, ſentit, ſignatos ſive unctos primùm ſancto chriſmate frontem, & nares, & aures, & pectus, & omnes ſenſus: Et eos ſignantes dicimus, Signaculum doni Spiritus ſancti: & poſtea, ut probati Laici, ordinantur illi, qui inter eos prius ſive Presbyteri, ſive Diaconi, ſive Subdiaconi, ſive Cantores, ſive Lectores fuerant. Eunomianos autem, unâ merſione baptizatos, & Montaniſtas, qui hîc dicuntur Phryges, & Sabellianos, qui idem eſſe Patrem & Filium docent, & alia quædam pernicioſa faciunt, & omnes alias hæreſes (quoniam hîc multæ ſunt, maximè quæ ex Galatarum regione prodierunt) omnes qui ex iis rectè fidei ſe adjungere cupiunt, ut Græcos admittimus; & primo quidem die eos Chriſtianos facimus, & ſecundo, Catechumenos, deinde tertio exorcizamus eos, in faciem eorum atque aures ter inſufflando. Et ſic eos in religione inſtituimus, & curamus ut aliquamdiu in Eccleſiâ*

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

*in Ecclesiâ versentur & scripturas audiant : & tunc ipsos baptizamus. Hæc, ut vester, significare volui.*

Martyrius, ad quem conscripta est hæc Epistola, Patriarcha Antiochenus constitutus est, anno quinto Imperatoris Marciani, ut inter alios Eutychius Patriarcha Alexandrinus tradidit, dicens, وفي خمس سنين من ملكه صير مرطوريوس بطريركا علي انطاكية اقام ثمان سنين ومات *Et anno regni ejusdem* ( Marciani ) *quinto constitutus est Martyrius Patriarcha Antiochenus, qui octo annos sedit, deinde mortuus est.* Eutych. annal. Alex. tom. 2. p. 101. Marcianus autem imperare cœpit anno Christi 450. Secundum generale Concilium anno 381. habitum est. Post istud ergo Concilium Constantinopoli celebratum scripta est hæc Epistola annis plus minus 80. Verùm etiamsi eadem hæreticos recipiendi consuetudo in hâc Epistolâ, quæ in præsenti canone, & iisdem ferè verbis recitetur; nulla tamen canonis hujus mentio hìc occurrit; idque etiamsi ab ipsâ urbe, ubi coactum est præsens Concilium, conscripta fuerit. Et quod majus adhuc videtur, dictus hæreticos recipiendi ritus non ad Synodum aliquam, sed tantum ad σωμάτειαν in hâc Epistolâ, quemadmodum & in ipso canone, refertur; quod non levi nobis est argumento, nullum adhuc de hâc re canonem extitisse cùm hæc Epistola conscripta est. Et præterea, si quis istiusmodi canon a quavis Synodo, generali præsertim, sancitus tunc temporis fuisset, autor hujus Epistolæ, quicunque demum ille fuit, nec cùm Presbytero Antonio de hâc re disputare, nedum eam Patriarchæ Antiocheno significare necessum habuisset. Quæ enim ab universali istâ Synodo constituta fuerant, nec Presbyterum Constantinopoleos, ubi habita est Synodus, multo minus Patriarcham Antiochiæ, cujus antecessor ei interfuerat, latere poterant. Et denique cùm eadem ferè verba in hâc Epistolâ, quæ in ipso canone occurrant, ut cuivis conferenti facile patebit, nihil dubii esse potest, quin vel Epistola ex canone, vel canon ex Epistolâ desumptus fuerit. Epistolam autem ex canone non desumptam fuisse, eædem evincunt rationes, quibus nullum tunc dierum hujusmodi extitisse canonem à generali Synodo editum, ante probavimus; quibus etiam adjiciamus veri prorsus dissimile esse ut quisquam consuetudinem à generali Synodo confirmatam describeret, & una non indicaret, à quâ Synodo eadem confirmata fuerat. Quapropter re utrinque perpensâ, eo se nostra convertit sententia, ut meritò suspicemur, præsentem canonem nihil aliud esse, quàm hanc Epistolam decurtatam aliquantulum, & immutatam, ut aliquam saltem canonis speciem præ se ferat. Nimirum siquidem antiquus hæreticos recipiendi ritus, ab Ecclesiâ Constantinopolitanâ usitatus, accuratè in eâ exhibeatur, digna nonnullis visa est hæc Epistola, quæ post canones Concilii ibi celebrati describeretur. Unde & in Usseriano Græcorum canonum MS. Baroc. fol. 160. extat, quemadmodum in chartis supradictis notatum invenimus : quo tandem factum est, ut ab aliis proœmio & epilogo mutilata, inter ipsos hujus Concilii canones recensita fuerit; idque ut nobis visum est, post an. Dom. 560. & ante ann. 860. quoniam Johannes Antiochenus hunc canonem omittit, & tamen à Photio, qui anno circiter 860. claruit, commemoratur. Sed ut ut illud sit, hoc saltem è prædictis, ut opinor, constat, præsentem nimirum canonem à secundâ generali Synodo non constitutum esse.

Μακεδονιανούς. Etiamsi Macedonius Episcopus Constantinopolitanus primus vel saltem præcipuus fuerit hæreseos, quæ Spiritum sanctum creatum asserit, autor & seminator, & ab eo hæreseos istius propugnatores Macedoniani postea dicti fuerint, præsertim S. Augustini & Socratis temporibus, Aug. hær. 52. Socrat. Hist. Eccles. l. 2. c. 45. tamen à secundâ generali Synodi, cui hic canon vulgò adscribitur, non Μακεδονιανοὶ, sed Ἡμίσεοι, & Πνευματομάχοι canone primo appellantur : quibus etiam nominibus ab Epiphanio vocantur; sed nusquam Macedoniani. Unde constat hoc nomen non nisi post istud Concilium iis impositum fuisse. Quo etiam nostra ulterius confirmatur opinio, quæ præsentem è numero canonum istius Concilii rejiciat. Neque etiam credibile est, ut Patres Constantinopolitani eos aliter in uno atque in alio canone appellarent.

Καθαροὺς καὶ ἀποστόλους. Legendum haud dubiè ἀποστόλους vel saltem ὀρθοδόξους, ut in Epistolâ ad Martyrium, è quâ hic canon descriptus videtur, ut ante dictum est. Sane Novatiani nusquam leguntur se Ἀποστόλους *Sinistros* vocâsse : sed potiùs se ἀποστόλους optimos omnium & præstantissimos esse jactitarunt. Vide infra.

Διόδοντας λαϊκούς. Prima generalis Synodus decrevit, ut Novatiani, priusquam in Ecclesiæ sinum reciperentur, non tantum verbo, sed & scripto profiterentur se omnia Ecclesiæ Catholicæ dogmata secuturos esse, Περὶ πάντων ὧν τοῦτο ὁμολογοῦσι αὐτοὺς ἐγγράφους ποιεῖσθαι, ὅτι συνθήσονται καὶ ἀκολουθήσουσι τοῖς τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας δόγμασι. Syn. Nic. can. 8. Sic etiam Liberius P. R. à Macedonii sectatoribus libellum exegit, quo assensum suum orthodoxæ fidei testarentur, τινὰ λέγοντας Λαϊκοὺς ἔγγραφον τὴν ὁμολογίαν τῆς γνώμης ἐκτιθέναι· οἱ δὲ αὐτῷ βιβλίον ὤρεξαν, ἐν ᾧ καὶ τὰ ῥήματα τῆς τοῦ Νικαίων ἀποδείξεως πίστεως ἐγεγράφατο. Socrat. Hist. Eccles. l. 4. c. 11. Valens etiam & Ursacius suam Arianæ hæreseos anathematizationem, & veræ fidei professionem, in Epistolâ ad Julium P. R. scriptâ confirmârunt, ut tradit Sozomenus, Hist. Eccl. l. 3. c. 23. Secundum hæc S. Basilius ait, Εἰ δὲ λέγουσιν ὅτι μετενόησαν, δεξάσθωσαν αὐτοὺς ἔγγραφον τὴν μετάνοιαν, καὶ ἀναθεματισάτω τοὺς ἐν Κωνσταντινουπόλει πίστεως, καὶ χρισμὸν τὸν αἱρετικὸν, καὶ μὴ ἐξαπατάτωσαν τοὺς ἀκριβοῦντας. Basil. Epist. 72. ad Evaisenos. Hujusmodi igitur λαϊκοὶ in præsenti loco intelligendi veniunt; quibus nimirum hæretici hìc commemorati fidem suam professi sunt, priusquam in Ecclesiam orthodoxam admitti potuerunt. Idem exigunt Patres Trullani à Nestorianis, τοὺς δὲ Νεστοριανοὺς καὶ πρὸ πάντων λαϊκοὺς καὶ ἀναθεματίζειν τὴν αἵρεσιν. Syn. Trull. can. 95. Hìc autem præterea notandum est, præsentem canonem totum αὐτολεξεὶ in isto Trullano comprehendi, nullâ secundi generalis Concilii mentione additâ. Unde nostra de hoc canone sententia ulteriùs adhuc confirmatur. Si scissent enim Patres Trullani hunc canonem à priori œcumenicâ Synodo constitutum fuisse, ipsi haud dubiè eo constituendo supersedissent, ne actum agere viderentur : vel saltem eum priùs constitutum fuisse indigitâssent. Sed quid si addamus, supra laudatam ad Martyrium Epistolam, ut canonibus antiquitùs interseri solitam, à dictâ Trullanâ Synodo canonem primò factam fuisse? Hoc sanè nobis plusquam verisimile videtur : atque etiam ex eo factum fuisse, ut ipsa Epistolæ verba in canonem istum transcripta fuerint, etiamsi à propriâ canonis compositione abhorreant. Quod autem ad calcem istius canonis adjicitur, Synodalis sanctionis formulam exactè refert. τοὺς δὲ Νεστοριανοὺς καὶ πρὸ πάντων λαϊκοὺς, &c. Unde etiam colligitur, priorem canonis istius partem, in quâ præsens totus contineatur, ex antiquâ potiùs Epistolâ, quàm canone traductam esse : quippe quæ ad Epistolæ conscribendæ magis, quàm ad constituendi canonis modum componitur.

Σφραγιζομένους, ὅτινα χρισθέντες. Lucas Holstenius in dissertatione de formâ Sacramenti Confirmationis apud Græcos, Sacramentalem hìc Chrismationem intelligendam esse contendit, quam nimirum Orientalis, ut ipsius verbis utar, Ecclesia baptismo semper conjunxit. Ad hanc etiam suam adstruendam opinionem veteres nonnullos Patres profert, quos de chrismatione loquentes præsentem canonem, tanquam à secundâ generali Synodo constitutum, indigitâsse asserit; quæ quidem assertio si vera esset, nostram de hoc canone sententiam priùs explicatam destrueret. Consequeretur enim eum ab istâ Synodo revera editum fuisse, contra ac à nobis ante affirmatum est. Quocirca testimonia ab eo prolata paucis discutiamus necesse est. Primò itaque ex Theodoreto, quem quadraginta circiter post Synodum CP. annis scripsisse observat, lib. 3. de fabulis hæreticorum cap. quod est de Novatianis, hæc verba citat, *Iis, quos baptizant, sanctissimum chrisma non conferunt; ideoque ab hac hæresi ad Ecclesiæ corpus revertentes, venerandi illi Patres ungi præceperunt.* Et proximè addit, *Quis Theodoretum hoc CP. Synodi decretum de Novatianis chrismandis intelligere dubitet?* Quis? ipse quidem non tantùm dubito, verumetiam contrarium affirmo. Theodoreti enim verba Græcè sic se habent, Καὶ τοὺς ὑπὸ σφῶν βαπτιζομένους τὸ παιδίον ἀ θεσφέγγει χρίσματι· διά τε τοῦτο καὶ τὰς ἐν ταύταις τῆς αἱρέσεως τὸ σῶμα τῆς ἐκκλησίας συναπτομένους χρίειν οἱ παμμάκαρες πατέρες προσέταξαν, Quæ à nobis paulo aliter ac ab Holstenio, sic vertantur, *Iis etiam, qui ab ipsis baptizantur, sanctissimum chrisma non addunt : ac proinde eos, qui ab istâ hæresi Ecclesiæ corpori adjunguntur, laudatissimi Patres ungere præceperunt.* Ubi advertas velim, Theodoretum non dicere, *venerandos illos Patres*, viz. Constantinopolitanos, ut interpretatus est Holstenius; sed indefinitè παμμάκαρες πατέρες hoc præcepisse.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Quinam autem essent *παράξενοι* illi *αἱρετικοὶ* non obvium est determinare. Hoc saltem constat, præsentem canonem istis verbis intelligi non posse, quippe in quo nihil omnino præcipitur; quemadmodum & ante observatum est: At Theodoretus illud à laudatissimis istis Patribus præceptum asserit; qui propterea Laodiceni potius censendi sunt, qui canone septimo idem præcipiunt; vel etiam Nicæni, quorum canonem octavum de Novatianis agentem Theodoretus forsitan ita interpretatus est, ac si hoc decrevisset; vel denique siquidem indefinitè loquitur, antiquos nescio quos, Patres intelligit, à quibus consuetudo hoc canone descripta primo in Ecclesiam introducta est. Proximus, quem Holstenius producit, est Siricius Papa Romanus, qui in primo capitulo Epistolæ decretalis ad Himerium Tarraconensem ait, *Arianos nos cum Novatianis, aliisque hæreticis, sic ut est in Synodo constitutum, per invocationem septiformis spiritus Episcopalis manus impositione Catholicorum conventui sociamus. Quod etiam totus Oriens Occidensque custodit.* Ad quæ verba Holstenius, *Dico*, inquit, *Siricium non aliam intelligere Synodum, quàm C P. cujus hoc celebre tum decretum erat.* Sed ipse è contra dico, Siricium istam Synodum non intelligere. Utri itaque nostrûm contraria asserentium credendum est? totum istud capitulum perleganus, & controversia facillimè dirimetur. Sic igitur dictum Siricii capitulum sese habet. *Prima itaque pagina tuæ fronte signâsti baptizatos ab impiis Arianis plurimos ad fidem Catholicam festinare, & quosdam de fratribus nostris eosdem dennò baptizare velle, quod non licet, cùm hoc fieri & Apostolus vetet, & canones contradicant, & post cassatum Ariminense Concilium, missa ad Provincias, à venerandæ memoriæ Prædecessore meo Liberio, generalia decreta prohibeant, quos nos cum Novatianis, aliisque hæreticis, sicut est in Synodo constitutum, per invocationem solam septiformis Spiritus, Episcopalis manus impositione, Catholicorum conventui sociamus, quod etiam totus Orient, Occidensque custodit, à quo tramite vos quoque posthac minimè convenit deviare: si non vultis à nostro Collegio Synodali sententiâ separari.* Hîc quilibet, me tacente, videat, Siricium aliquam Synodum intelligere, cujus decreta à Liberio prædecessore ejus ad Provincias missa sunt. Verùm Liberius iste viginti ferè annis priùs mortuus est, quàm secunda ista generalis Synodus Constantinopoli celebrata fuerit, (Damaso Liberii successore Romanum Episcopatum tunc temporis tenente.) Unde nihil apertius esse potest, quàm decreta Synodi C P. inter ea, quæ Liberius ad Provincias misit, recensèri non potuisse: ac proinde nec istam Synodum à Siricio ibidem indigitari; sed potiùs Synodum Nicænam, cujus canone octavo decretum est Novatianos conversos *χειροθετουμένους* sic in clero manere. Ubi vocem *χειροθετουμένους* Latini interpretes, vetus, & Dionysius Exiguus, de manuum impositione à Catholicis Episcopis conferendâ interpretati sunt. Adhæc præsentem Synodum C P. in isto Siricii loco non intelligendam esse, exinde etiam constat, quòd Siricius dicat *sicut est in Synodo constitutum*; at hoc canone nihil constitutum est, sed consuetudo tantùm quædam tradita, ut & sæpiùs observatum est. Et præterea Siricius de solâ manuum impositione meminit, non item de Chrismatione hæreticorum: at præsens è contra canon de Chrismandis quidem hæreticis, sed non de Episcoporum manibus iis imponendis loquitur; adeo ut nihil dubii esse potest, quin Siricius nihil minus quàm præsentem Synodum aut canonem in animo habuerit, dum istam Epistolam scriberet. Alia nonnulla de eadem re ab Holstenio veterum testimonia proferuntur, sed quæ huc nihil spectant, & propterea à nobis omittuntur. Sed hæc adnotare visum est, ne quis Holstenii dictis persuasus sententiam nostram de hoc canone verbis ab eo prolatis labefactatam opinaretur.

*Σαββατιανοὶ ἀπὸ πρεσβυτέρου τινὸς Σαββατίου.* Hujus Sabbatii, à quo Sabbatiani dicti sunt Novati sectatores, historiam fusè tradiderunt Socrates Hist. Eccl. l. 5. c. 21. & Sozomenus, l. 7. c. 18. Ex iisdem etiam historicis abundè constat, aliquot annos, octo minimum, à tempore, quo celebrata est secunda generalis Synodus, ad Sabbatii istius exòrtum elapsos esse. Unde aliud exurgit argumentum sententiam nostram, de præsenti canone è numero decretorum Synodi C P. rejiciendo, indubitatam reddens. In hoc enim canone Sabbatiani etiam commemorantur, quorum nec magister notus fuit, cum ista Synodus habebatur. Unde solis luce clarius videtur, hunc canonem, (modo nomen istud mereatur) non nisi multos post annos ab istâ Synodo elapsos, scriptum fuisse.

*Καλοῦνται δὲ οἱ αὐτοὶ καὶ δεισιδαίμονες.* Antiquiores, ni fallor, scriptores Novatianos nusquam hoc nomine appellant. Et quod in primis observandum est, Novatiani non ab aliis, sed tantum à seipsis dicti sunt *καθαροὶ*, atque etiam *δεισιδαίμονες*, quemadmodum alibi notavimus, & ex hoc ipso etiam canone patet, dicente, *Ναυατιανοὺς τοὺς λέγοντας ἑαυτοὺς καθαροὺς καὶ δεισιδαίμονας.* Sed haud dubiè se *δεισιδαίμονας* vulgari sensu, hoc est, *Superstitiosos*, non appellarent. Quapropter satius est conjecturam nostram ante notatam amplecti, *δεισιδαίμονας* nimirum hic pro *δεισιδαίμονας* mendosè scriptum esse, vel fortè pro *καθαρτικοὺς*, ut in Epistolâ ad Martyrium supra laudatâ legitur. Et quidem, qui se *καθαροὺς* vocitârunt, eadem ratione & *δεισιδαίμονας*, & *καθαρτικοὺς* vocare potuerunt. Quod autem ad rationem spectat, quam Balsamon & Zonaras reddunt, quare Novatiani *δεισιδαίμονες* dicti sunt, eo tantum nomine excogitata videtur, quòd eos ita sic dictos mendosè legerint. Neque enim Novatianos, quantum memini, sinistram manum unquam abhorruisse, ab antiquo quovis scriptore traditur: vel si abhorruissent, se saltem exinde *δεισιδαίμονας* haud dubiè non vocâssent, qui sibi *δεισιτα* visi sunt.

GUILIELMI

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

# GUILIELMI BEVEREGII
# ANNOTATIONES
## IN CANONES CONCILII
## EPHESINI.

ΕΠΙ βασιλέως Θεοδοσίου τὸ μέρῳ. De anno, quo celebrata est hæc tertia generalis Synodus, non est ut dubitemus; quandoquidem ipsa Acta ejus hoc edocent, quorum partis secundæ initio, hæc legimus, Μετὰ τὸν ὑπατείαν τῆς διαπρεπεστάτου ἡμῶν Φλαυίου Θεοδοσίου τὸ πρωτοκαθίκαπον, καὶ Ουαλεντινιανοῦ τὸ πρίτον, τῆς αἰωνίου Αυγούστων, ἐν δὲ τῇ καλανδῶν Ιουλίων σωβόθου συλλεγομένης ἐν τῇ Εφεσίων μητροπόλει. Flavius Theodosius decimùm tertiùm & Valentinianus tertiùm consules erant, ut fasti testantur, anno Dom. 430. sed habita est hæc Synodus non ipso anno, quo illi consulatum gerebant, verum μετὰ τὸν ὑπατείαν αὐτῶν, hoc est, anno sequente, Basso & Antiocho Coss. sic Socrates Concilio suppar, de eo loquens, Καὶ πέμπτον μὲν τοῦτο ἐν ὑπατείᾳ Βάσσου καὶ Ἀντιόχου, τῇ εἰκάδι ὀγδόῃ τοῦ Ιουνίου μηνός. Socrat. Hist. Eccl. l. 7. c. 34. edit. Vales. Bassus autem & Antiochus consules erant anno D. 431. De die, quo incepta est, aliquantulum dissensionis videtur. Nam acta eam congregatam tradunt Jun. 22. Socrates autem Jun. 28. sed Actis potiùs adhærendum est. Quamvis suffragatur Cyrillus in Epist. ad Clerum populumque Alexandrinum, quæ inter Acta Synodi hujus extat in Concil. tom. 1. part. 2. p. 216. ed. Colon. dicit enim Synodum hanc habitam fuisse κατὰ τὸν ὀγδόῳ καὶ εἰκάδα τοῦ Παυνὶ μηνός. Verum neomemia Pauni in anno Actiaco incidit in Maii 26. Ergo dies Pauni 28. erat Jun. 22. sive x. Kal. Jul. Adhæc Arcadius Theodosii junioris, à quo indicta est hæc Synodus, pater diem obiit, ac proinde Theodosius imperare cœpit, Basso & Philippo Coss. ut testatur Socrates, Hist. Eccles. l. 6. 23. hoc est, anno D. 408. Ergo vicesimus quartus imperii ejus annus agebatur, cum præsentem Synodum convocabat.

Εν Εφέσῳ. Ephesus urbs Ioniæ maritimæ ab Amazonibus condita perhibetur. Strab. Geogr. l. 11. Justin. Hist. l. 2. c. 4. Unde *Amazonum opus* à Plinio vocatur, nat. hist. l. 5. c. 29. sed Pherecydes apud Strabonem Androclum urbis hujus conditorem fuisse tradit, Αρξαι δέ φησιν Ανδροκλον τὸν τῆς Ιάνων ἀποικίας, ὕστερον δὲ Αἰολικῆς, ὃν γνήσιον Κόδρου τοῦ βασιλέως Αθηνῶν. ἡγήσασθαι τῆσδε Ἐφέσου κτίσεως. Strab. Geogr. l. 14. initio. Pausanias rem componit, totamque hujus verbis historiam optimè narrat. Κρῆσσαι δὲ Αυτόχθονες τε καὶ Εφεσσαι (Καύστρου δὲ τοῦ ποταμοῦ τὸν Ἔφεσον παῖδα ἔνιοι νομίζουσιν) ὕστερα τοῦ ἱεροῦ εἶσιν οἱ ἱδρυσάμενοι, καὶ ἀπὸ τοῦ Ἐφέσου τὸ ὄνομα ἔσχε τῇ πόλει. Λέλεγες δὲ τοῦ Καρικοῦ μοῖρα, καὶ Λυδῶν τὸ πολὺ οἱ νεμόμενοι τοῦτο χώραν ἔσχον. ἥκουσι δὲ καὶ τοῦτο τὸ ἱερὸν ἄλλοι τε ἱκεσίας ἕνεκα, καὶ γυναῖκες τοῦ Αμαζόνων γένους. Ανδροκλῆς δὲ ὁ Κόδρου (ἦτε γὰρ ἀποδέκτο Αἰόνων τῆς ἐς Εφεσον πλεύσαντων βασιλεὺς) Λέλεγας μὲν Λυδοὺς τοῦτο ἄγαν πόλιν ἔχοντας ὀξύβαλον ἐκ τῆς χώρας. Pausan. in Achaicis. Eusebius ad annum Abrahami 968. qui est Davidis 28. notat, Εφεσος ἐκτίσθη ὑπὸ Ασίᾳ ὑπὸ Ανδρονίκου, ubi legendum est, haud dubiè, Ανδρόκλου. Sic enim Hieronymus vertit, *Ephesus condita ab Androclo.* De tempore consentit Abulpharagius, وفي سنة ثمان وعشرين من ملك داود بنيت مدينة افسوس ومدينة سامسوس *Anno autem vicesimo octavo regni Davidis condita est urbs Ephesus, necnon urbs Samos.* Abulph. dynast. 3. p. 50. Et quidem adeo magna celebrisque fuit olim hæc Ephesiorum urbs, ut sedes Proconsulis in eâ constituta fuerit. l. 4. sect. 5. ff. *de Officio Proconsulis.* Fuit μητρόπολις τῆς Ασίας, ut ait S. Chrysostomus, in epist. ad Ephesios λογ. α'. præf. tom. 3. pag. 763. edit. Savil. Nec tantum in imperii, sed & Ecclesiæ notitiâ metropoliticam dignitatem assecuta est, idque jure merito. Ibi enim Ecclesia à D. Paulo fundata, & à D. Johanne Apostolo & Evangelistâ extructa est: ut ipse Irenæus tradidit, Αλλὰ καὶ ἡ ἐν Ἐφέσῳ ἐκκλησία ὑπὸ Παύλου μὲν πεποιμανμένη, Ιωάννου δὲ διαμείναντος αὐτοῖς μέχρι τῶν Τραϊανοῦ χρόνων, μάρτυς ἀληθὴς ἔστι τῆς τῶν ἀποστόλων παραδόσεως. Iren. apud Euseb. Hist. Eccl. l. 3. cap. 23, edit. Vales. D. Johannem istam Ecclesiam diù rexisse testatur etiam martyrium Timothei à Photio relatum, ubi hæc lecta sunt, τῇ Ἐφεσίων ὑπάτῃ (Ιωάννης) μητροπόλει, καὶ αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ, ἐπλὴ συμπαρόντων ἐπισκόπων, τῆς Ἐφεσίων ἀπολαμβάσης μητροπόλεως. apud Phot. Biblioth. Cod. 254. Ibi etiam diem obiit Eusebius, Ιωάννης τῶν Ἀσίας· ἐφ' οὗ καὶ διαπρέψας ἐν Ἐφέσῳ τελευτᾷ. Euseb. Hist. Eccl. l. 3. c. 1. Hinc Ephesus inter Apostolicas Ecclesias, in quibus Apostolorum cathedræ constitutæ sunt, à Tertulliano recensetur, de præscript. adv. hær. c. 36. Unde & jus Patriarchicum olim habuit, ut constat ex Evagrii Hist. Eccles. l. 3. c. 6. Hîc celebre illud Dianæ templum quondam consecratum est, quod Amazones condidisse perhibentur. Pomponius Mela, *Ibi Ephesus & Dianæ clarissimum templum, quod Amazones Asiâ potitæ consecrâsse traduntur.* Mel. l. 1. c. 17. cui concinit Dionysius Periegetes.

Παρράλιον Ἔφεσον μεγάλην πόλιν Ιοχεαίρης·
Ἔνθα θεῇ ποτε νηὸν Ἀμαζονίδες πετύχοντο
Πρέμνῳ ἐνὶ πελέης, θέσφατον ἀνδράσι θαῦμα.

Describitur hoc templum, à Plinio, Nat. Hist. l. 36. c. 14. Incensum est ab Herostrato, famam ex facinore isto sibi quærente, idque eâdem die quâ Alexander magnus Pellæ natus est, Marco Fabio Ambusto, & T. Quinctio Capitolino Coss. anno ab urbe conditâ 399. ut Julius Solinus scribit, Polyh. c. 43. Sed longo post tempore multo celebrius templum ibidem extructum est, Christianum nimirum, & non Dianæ sed Deiparæ, beatæ Virginis Mariæ, nomini consecratum & ab eâ denominatum, in quo etiam præsens sive tertium Oecumenicum Concilium celebratum est: ut colligimus ex Epistolâ Cyrilli Episcopi ad Clerum populumque Alexandriæ, ubi ait, ἴστε πίνων, ὅτι κατὰ τὸν ὀγδόῳ καὶ εἰκάδα τοῦ Παυνὶ μηνὸς, ἡ ἁγία συνόδος γέγονεν ἐν τῇ Ἐφέσῳ, ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ τῆς πόλεως, ἥτις κεκλῆται Μαρία θεοτόκος. Extat hæc Epistola in Actis Concilii hujus Ephesini, pag. 216. edit. Colon. Ipsa etiam Acta Concilii idem confirmant, quorum pars secunda sic incipit, Μετὰ τὸν ὑπατείαν τῆς διαπρεπεστάτου ἡμῶν Φλαυίου Θεοδοσίου, τὸ πρωτοκαθίκαπον καὶ Ουαλεντινιανοῦ τὸ πρίτον, τῆς αἰωνίου Αὐγούστων, ἐν δὲ τῇ καλανδῶν Ιουλίων, σωβόθου συλλεγομένης ἐν τῇ Εφεσίων μητροπόλει, ἐν διαπρέπατος τῆς θεοφιλεστάτων καὶ φιλοχρίστων βασιλέων· καὶ καθεδόντων ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ τῇ κεκλημένῃ Μαρίᾳ, τῆς θεοφιλεστάτων, καὶ ὁσιωτάτων ἐπισκόπων. ibid. pag. 168. Quasi nimirum ex condicto hoc factum esset, ut beata Virgo Maria, in Ecclesiâ ipsius nomini dedicatâ, Deipara à generali Synodo pronunciaretur.

Θεοτόκον. Hæc vox præsenti indicendæ Synodo occasionem præbuit. Enimvero dum Nestorius thronum Constantinopolitanum occupavit, Anastasius Presbyter, quem, ut intimum sibi amicum, ipse Antiochiâ secum abduxerat, in Ecclesiâ publicè docens beatam Virginem Mariam θεοτόκον non appellandam esse, aperto ore affirmavit, his verbis, Θεοτόκον τὴν Μαρίαν κακείσθω μηδείς· Μαρία γὰρ ἄνθρωπος ἦν· ὑπὸ ἀνθρώπου δὲ Θεὸν τυχεῖν ἀδύνατον. Socrat. Hist. Eccl. l. 7. c. 32. Hinc Clerus populusque tumultuari cœperunt. Nestorius autem Presbytero suo favens, dicta ejus approbabat; alios etiam sibi adhærentes habens: quos inter Episcopus quidam, nomine Dorotheus, anathema in eos, qui con-



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

trarium assererent, palam in Ecclesiâ pronunciare non erubuit, dicens, Εἴ τις λέγει θεοτόκον τὴν Μαρίαν, ἀνάθεμα ἔστω. ut Cyrillus Alexandrinus in Epistolâ ad Acacium Beroensem tradidit. Act. Concil. Ephes. part. 1. c. 22. Res eo tandem pervenit, ut non nisi à generali Concilio determinari potuit; quod propterea Ephesi congregatum est: à quo Nestorius Episcopatu depositus, & improba ista opinio tanquam hæretica damnata fuit. Patres enim, qui in Concilio conveniebant, hanc B. Virginis appellationem, & scripturis convenire, & ab antiquis Patribus olim usitatam fuisse, comprobârunt. Inprimis autem Cyrillus Alexandrinus, acerrimus Nestorii oppugnator, qui Concilio etiam præsidebat, in Epistolâ ad Reginas, (ibid. cap. 4.) non pauciores quàm novem antiquiores laudat Patres, quibus hanc vocem in usu fuisse dicit, nimirum Athanasium Alexandrinum; Atticum; Antiochum; Amphilochium Iconii Episcopum; Ammonem Adrianopoleos; Johannem Constantinopolitanum; Severianum; Vitalium; & Theophilum: quorum omnium verba producit. Verùm etiamsi ratio illius è reliquis etiam facilè deducatur, ipsa tamen vox θεοτόκος non nisi à tribus è novem illis, ut ab eo prolatis, commemoratur, ab Athanasio videlicet, Antiocho, & Ammone. Sed in Epistolâ ipsius ad Acaciam Beroensem supra laudatâ, Gregorium etiam & Basilium hanc vocem usurpâsse affirmat. Εὑρίσκω γὰρ, inquit, ἐν συγγράμμασι, καὶ τὴν τοῦ μακαρίου μνήμης διδάσκαλον Ἀθανάσιον πεποιημένους αὐτῷ ὀνομάσαντα θεοτόκον· καὶ τὸν μακάριον Ἰούλιον τὸν πατέρα ἡμῶν Θεόφιλον, καὶ ἑτέρους πολλοὺς τῆς ἁγίας καὶ καθ' ἡμᾶς ἐπισκόπων· τοῦτο μὲν Βασίλειον, τοῦτο δὲ Γρηγόριον, καὶ αὐτὸν δὲ τὸν μακάριον Ἀτταλικόν. Et rectè quidem. Nam S. Basilius M. eâ disertè utitur, dicens, Ὅμως διὰ τὸ μὴ καταδέχεσθαι τῆς φιλοχρίστου τῶν ἀκοῆς, ὅτι ποτὲ ἐπιτρέπομεν τῇ παρθένῳ ἡ θεοτόκῳ, ἐκείνας ἠρνήμεθα τὰς μαρτυρίας αὐτάρκεις. Basil. de humanâ Christi generatione. Et Gregorius Nazianzenus, Εἴ τις ὁ θεοτόκον τὴν Μαρίαν ἀπολαμβάνει, χρεὼν ἔστι τῆς θεότητος. Greg. Naz. Epist. 1. ad Chelidonium Presbyt. Et alibi, πῶς γὰρ ἐν τῇσδε ἔγνως θεοτόκον παρθένον; Id. Orat. 1. de Filio. Hisce à se citatis, Cyrillus, alios complures, eosque antiquiores, adjicere potuit, in quorum scriptis B. Virgo θεοτόκος disertè appellatur. Sic enim & Eusebius Pamphili, de Helenâ loquens, ait, Διὸ δὴ βασιλὶς ἡ θεοσεβεστάτη τῆς θεοτόκου τοῦ κύριον μνήμασι θαυμασίοις κατακόσμει. Euseb. de vitâ Constant. l. 3. c. 43. edit. Vales. quæ verba eo ipso nomine à Socrate etiam citantur, ut veteres hâc voce usos fuisse probet, Hist. Eccles. l. 7. cap. 32. Sic etiam Alexander Alexandrinus in Epistolâ ad Alexandrum Constantinopolitanum, μὴ τοῦτο τοῦ ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν οὐδαμοῦ, ἧς ἀπαρχὴ γέγονεν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς σῶμα φορέσας ἀληθῶς, καὶ ὁ λαὸς ἐκ τῆς θεοτόκου Μαρίας. apud Theodoret. Hist. Eccles. l. 1. c. 4. Et ante eum Dionysius Alexandrinus Sospitatorem nostrum vocavit ὁ σαρκωθέντα ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου καὶ θεοτόκου Μαρίας. Epist. ad Paulum Samosatenum. Et Gregorius Thaumaturgus, πῶς οὖν τῆς εὐαγγελίας τοῦ υἱὸν ἡ ἁγία θεοτόκος ἀνθρώπινον, λέγουσα, μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν κύριον. Greg. Thaumat. Serm. 2. de Annunciatione S. Virginis Mariæ. Ipsum etiam Origenem, in primo tomo commentariorum in Epistolam Pauli ad Romanos, fusè exposuisse quâ ratione B. Virgo Θεοτόκος dicatur, testis est Socrates, Hist. Eccles. l. 7. c. 32. Et ut in singulis recitandis diutiùs non immoremur, Johannes Episcopus Antiochenus in Epistolâ ad ipsum Nestorium asserit, hanc vocem à quamplurimis Patribus usurpatam, à nullo unquam repudiatam fuisse. τοῦτο γὰρ τὸ ὄνομα οὐδὲς ἐκκλησιαστικῶν διδασκάλων παρήτησαι· οἵ τε γὰρ χρησάμενοι αὐτῷ πολλοὶ καὶ ἐπίσημοι, οἵ τε μὴ χρησάμενοι οὐκ ἐπολάβοντο τῆς χρησαμένων. in Act. Concil. Ephes. part. 1. cap. 25. pag. 149. 150. edit. Colon. an. 1618. Et ipse etiam Theodoretus, etiamsi à Nestorii parte primò steterit, postea tamen conversus, non potuit non confiteri, antiquissimos orthodoxæ fidei prædicatores docuisse B. Virginem θεοτόκον nominandam esse, τῆς πάλαι καὶ ἀρχαίαν τῆς ὀρθοδόξου πίστεως κήρυκων καὶ τῶν ἀποστολικῶν φθόγγων θεοτόκον διδαξάντων ὀνομάζειν τε καὶ πιστεύειν τὸν τοῦ κυρίου μυστῆρα. Theodoret. Epist. ad Sporacium, quæ extat in Parisiensi operum ejus editione tom. 4. pag. 697. an. 1642. Adeò ut primus, qui B. Virginem θεοτόκον propriè vocari posse negavit, Nestorius, vel saltem Anastasius Presbyter ipsius videatur. Patres autem in præsenti Synodo ad controversiam istam dirimendam congregati, S. Scripturæ & antiquiorum Patrum autoritate ducti, Beatam Virginem, quæ Christum, qui verè Deus æque ac homo in unâ eademque personâ est, peperit, θεοτόκον propterea summo jure appellandam esse pronunciârunt. Et ab eo demum tempore B. Virgo ab omnibus orthodoxis credita est, & frequenter appellata, à Græcis quidem Θεοτόκῳ, à Latinis autem tandem nomen istud suâ, quantum potuerunt, linguâ imitantibus, *Deipara*. Hîc autem notandum est, vocem hanc, *Deipara*, veteribus inauditam, à recentioribus solis usurpatam esse. Neque enim apud antiquiores occurrit, nec ipsa purioris linguæ Latinæ natura hujusmodi compositiones facilè admittit. Et idcirco veteres Latini ipsam Græcam vocem aliquandiu retinuerunt. Vincentius Lirinensis, *Atque ideo asserit*, Nestorius, *Mariam non Theotocon, sed Christotocon esse dicendam; quia scilicet ex eâ, non ille Christus, qui Deus, sed ille qui erat homo, sit natus.* Vinc. Lir. adv. hær. cap. 17. vel Θεοτόκον *Dei genitricem* interpretati sunt, ut Petrus Diaconus, *Propriè & secundum veritatem* B. Virginem *credimus theotocon, id est Dei genitricem.* Pet. Diac. &c. de Incarnat. & gratiâ D. N. Iesu Christi. cap. 3. Sic etiam Leo I. Papa Romanus, *Anathematizetur ergo Nestorius, qui beatam Virginem Mariam, non Dei, sed hominis tantummodo crediderit genitricem.* Leo Epist. 97. c. 1. Quæ verba Ephraim Theopolitanus Græcè sic vertit, Ἀναθεματιζέσθω Νεστόριος, ὁ τὴν μακαρίαν καὶ θεοτόκον Μαρίαν, οὐχὶ τὸν Θεόν, ἀνθρώπου δὲ μόνον πεπόνθει τὴν μητέρα. Epist. ad Leon. Imp. ubi observandum est, eum *Genitricem* per μητέρα exponere. Unde etiam idem Ephraim alibi dictum Leonem B. Virginem μητέρα τοῦ Θεοῦ primùm vocâsse observat, Πρῶτος ὁ ἁγιώτατος Λέων, ἰδιικῶς εἶπεν αὐτὸς λέξειν, ὡς μήτηρ Θεοῦ ἔστιν ἡ ἁγία θεοτόκος, ἅμα ὀφθῆναι πατέρων διαφυσίους ῥήμασι μὴ τόπον φαυλίσαι. Ephr. Epist. ad Zenobium. Adeo ut primò Græci B. Virginem θεοτόκον vocârint, & Latini postea θεοτόκον *Dei genitricem* verterint: Græci itidem *Dei genitricem* μητέρα τοῦ Θεοῦ interpretati fuerint, à quibus vicissim Latini eam *Matrem Dei* disertè nuncupârunt.

## In Can. I.

Ἐπειδὴ δὲ ἐκρίθη. Nec hic, nec ulli è sequentibus hujus Concilii canonibus, in Latinis quibuscunque ut veteris interpretis, Dionysii Exigui, Isidori Mercatoris, aliisve editionibus, ut neque in Arabicâ Josephi Ægypti collectione) habentur. Hinc etiam in Latino codice canonum Ecclesiæ Romanæ desiderantur. Et sanè nemo in hosce canones oculos suos convertat, quin primo statim intuitu deprehendet, eos non seorsim, aliorum ad instar canonum editos fuisse, sed aliis, quæcunque fuerint, verbis annexos. Hoc ex particulâ δὲ in ipso limine positâ probè constat. Sequentia autem, ubi dicitur, γνωρίζομεν τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ, hos canones Epistolæ cujusdam partem fuisse, apertè satis evincunt. Et sic quidem se res habuit. In Actis enim hujus Concilii extat Epistola quædam Synodica, quâ sequentes sex primi canones, (nam de duobus ultimis suo loco agemus) αὐτολεξεὶ, & ordine quisque suo continentur. Quæ in istâ Epistolâ (quæ extat in Actis hujus Concilii pag. 306. edit. Colon. an. 1618,) hisce canonibus præmittantur, plurimum lucis iis ferent, ac propterea hîc necessariò apponenda sunt. Primò itaque Epistola sic inscribitur, Ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ συνοδος ἡ ἐν Ἐφέσῳ συγκροτηθεῖσα ἐκ διατάγματος τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων, τοῖς κατ' ἐπαρχίαν τε καὶ πόλιν ἐπισκόποις, πρεσβυτέροις, διακόνοις, καὶ παντὶ τῷ λαῷ. *Sancta & Oecumenica Synodus ex decreto piissimorum Imperatorum Ephesi congregata singularum Provinciarum ac civitatum Episcopis, Presbyteris, Diaconis, & universo populo.* His præmissis, Epistola sic incipit, Συναχθέντων ἡμῶν καὶ τὸ ἐνθεσθὲν γράμμα ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει, ἀπέστησάν τινες ἐξ ἡμῶν, ὄντες τὸν ἀριθμὸν τριάκοντα, μικρῷ πρὸς, ἔξαρχον τὸν ἑαυτῶν ἐπισκοπίας ἐχοντες τὸν τῶν Ἀντιοχέων ἐπίσκοπον Ἰωάννην, ὃν καὶ τὰ ὀνόματα ἔχει τοῦτο. φησὶ δὲ ὅτι ὁ Ἰωάννης ὁ Ἀντιοχείας τῆς Συρίας, καὶ Ἰωάννης Δαμασκοῦ, Ἀλέξανδρος Ἀπαμείας..... οἵτινες τῆς ἐκκλησιαστικῆς κοινωνίας μηδεμίαν ἔχοντες ἄδειαν, ὡς ἐξ αὐθεντίας ἐξεπέμφθησαν, εἰς τὸ διαιτᾶσθαί τινας ἐκ τούτου βλάπτειν ἢ ὠφελεῖν, διὰ τὸ καὶ τινας ἐν αὐτοῖς εἶναι καθηρημένους, περὶ πάντων δὲ τὸ Νεστορίου καὶ τὰ Κελεστίου φρονήματα ἐπιφερόμενοι σαφέστατα ἀπελέγχθησαν, ἐν τῷ μὴ ἐλέσθαι μεθ' ἡμῶν Νεστορίου καταψηφίσασθαι, ὡς τινας δόγματα καινῷ ἢ ἀγίᾳ συνόδῳ πάσῃ ὑφὶ ἐκκλησιαστικῆς καινοτομίας ἀλλοτρίους ἐπάγοντα, πᾶσαν δὲ αὐτῶν ἐπιχεῖραν ἀσεβοῦσιν ἀφεῖλε, δι' ἧς ἐδύναντο βλάπτειν ἢ ὠφελεῖν. *Cùm essemus Ephesi secundum pias (Imperatorum) literas congregati, defecerunt quidam à nobis numero paulo plus triginta, defectionis suæ antesignanum Johannem Antiochenum Episcopum habentes. Horum nomina hæc sunt: Primus ipse Johannes Antiochiæ Syriæ Episcopus; Johannes Damasci Episcopus, Alexander Apamea, &c. Hi nullam omnino Ecclesiasticæ communionis facultatem habentes, ut ex autoritate*

*Sacerdotali*

*Sacerdotali cuipiam nocere vel prodeſſe poſſint, propterea quòd etiam quidam ex ipſis ſunt depoſiti, cum primis Neſtorii, & Celeſtii ſequi ſententias manifeſtè ex eo ſint deprehenſi, quòd Neſtorium nobiſcum condemnare noluerint: Quos ſancta Synodus communi decreto ab omni Eccleſiaſticâ communione alienos eſſe ſtatuit, & omnem Sacerdotii efficaciam illis ademit, per quam aliquibus nocere, vel prodeſſe poterant.* Poſt hæc ſex canones, iiſdem verbis quibus hîc editi, proximè ſequuntur, quibus abſolutis ſubditur, Καὶ ὑπέγραψαν πάντες οἱ ἐν τῇ συνόδῳ ἐπίσκοποι. Quantum hæc ad præſentes canones dilucidandos conducunt, poſtea videbimus. Hîc interim obſervandum eſt, quòd ſi proœmium ſupra ſcriptum hiſce canonibus præfigitur, Synodica iſta Epiſtola hîc integra exhibeatur. Et quòd ſex priores canones, qui ſoli in iſtâ Epiſtolâ continentur, Neſtorii ſolius & ejus aſſeclarum cauſâ conſtituti ſunt. Nihil enim in iis decernitur, quòd eos non directè reſpicit.

Εἰπὲ μητροπολίτης. In codice canonum Eccleſiæ univerſæ, à Chriſtophoro Juſtello edito, præſens canon ab his verbis incipit; & rectè quidem: quæ enim præcedunt, ad proœmium Epiſtolæ ſupra laudatum, potiùs quàm ad decreta Concilii pertinent.

Προεστὼτο τῆς τῶν ἀντιοχέων συνόδου. Dies huic peragendæ Synodo præſtituta fuit ipſa Pentecoſte. Cyrillus Alexandrinus, aliique numero plus minus ducenti Epheſum ante iſtam diem adveniebant; ubi poſt elapſum præfinitum diem quindecem alios Johannis Antiocheni cum ſuis Epiſcopis adventum expectabant, priuſquam Concilium celebrarent. Dicto autem Johanne nec intra iſtos dies veniente, Epiſcopi, qui præſentes erant, in unum convocati Neſtorii cauſam diſcutiebant, eumque hæreſeos condemnabant. Paulo poſt latam contra Neſtorium ſententiam, Johannes Antiochenus adveniens ægrè ferebat Neſtorium ſe abſente & inconſulto condemnatum eſſe, ac proinde ipſe, cum Epiſcopis paulo plus triginta in conciliabuluni congregatis, Cyrillum Alexandrinum & Memnonem Epheſinum deponebat, reliquoſque, qui Synodo intererant, injuſtè excommunicabat: ut conſtat ex Evagr. Hiſt. Eccl. l. 1. c. 4. 5. Act. 1. hujus Concilii, non procul ab initio; & è Synodicâ relatione ad Celeſtinum P. R. Quinetiam in proœmio ad hoſce canones ſupra commemorato, qui ab Oecumenicâ Synodo ad conciliabulum à Johanne coactum defecerant diſertè nominantur: ubi etiam dictus Johannes Ἔξαρχος τῆς ἀνατολῆς appellatur. In præſenti igitur loco Patres Epheſini per τὸ τῆς ἀνατολῆς συνέδριον nihil aliud intelligunt, quam conciliabulum iſtud à Johanne Antiocheno ex Neſtorianis, Pelagianis, aliiſque improbis, uti mox patebit, Epiſcopis congregatum.

Τὰ τῆς Κελεστίου. Celeſtius diſcipulus fuit Pelagii hæreſiarchæ, & ejuſdem etiam hæreſeos magiſter, cujus propterea ſectatores Celeſtiani non minus quam Pelagiani audiunt. *Pelagianorum*, inquit S. Auguſtinus, *eſt hæreſis hoc tempore omnium recentiſſima à Pelagio Monacho exorta. Quem magiſtrum Celeſtius ſic ſecutus eſt, ut ſectatores eorum Celeſtiani etiam nuncupentur.* Aug. adv. hær. cap. 88. Communis utrique eorum opinio fuit, quòd peccatum Adæ ipſum ſolum læſerit, & non genus humanum: Et quòd infantes, qui naſcuntur, in eo ſunt ſtatu, in quo Adam fuit ante prævaricationem: in quâ quidem quæſtione nihil inter Pelagium & Celeſtium diſtitit, *niſi quòd ille apertior, iſte occultior fuit: ille pertinacior, iſte mendacior; vel certè ille liberior, hic aſtutior*, ut idem obſervat Auguſtinus, contra Pelag. & Celeſt. lib. 2. cap. 12. Porro nonnulli ex horum ſectatoribus iis ſe adjunxerunt, qui unà cum Johanne Antiocheno à præſenti Concilio defecerunt (de quibus proximè antea locuti ſumus.) Hoc ipſa Acta hujus Concilii apertè docent. Nam in Synodicâ relatione ad Celeſtinum Epiſcopum Romanum triginta iſti defectores ſic deſcribuntur, ὧν οἱ μὲν εἰσιν ἀπόλιδες, φλαδζοντες ὄντες, καὶ ἀκλησίαστοι μὴ ἔχοντες· ἔτεροι δὲ καὶ σὺν πολλῶν ἐπὶ δεῖ ἀιτιῶν αἰσίων καθηρημένοι ἀπὸ τῆς ἰδίων μητροπολιτῶν· σὺν αὐτοῖς δὲ καὶ Πελαγιανοὶ, καὶ Κελεστιανοὶ, καὶ τῆς ἀπὸ Θεσσαλίας ἐκδεδλημένων πνὲς. Act. Concil. Epheſ. part. 2. Act. 5. p. 253. ed. Colon. an. 1618. Et in exemplo relationis à Synodo ad Imperatores de Orientalibus transmiſſæ de iiſdem triginta dicitur, quòd οἱ μὲν ἤδη πάλαι καθηρημένοι τυγχάνουν, οἱ δὲ καὶ τῆς Κελεστίου κακοδοξίας εἰσὶν. ibid. pag. 251. Et in ipſo etiam ſupra tranſcripto ad hos canones proœmio, nonnullos eorum Neſtorii & Celeſtii ſententias ſequi diſertè traditur. Cùm hæc igitur ita ſe habuerint, & Pelagiani ſive Celeſtiani cum Neſtorio in oppugnandâ præſenti Synodo vires ſuas conjunxerint, hinc tandem evenit, ut tertia hæc generalis Synodus, etiamſi contra Neſtorium ſolùm convocata, Pelagianorum etiam hæreſim unà condemnârit; & quidem in hoc canone ſeorſim, in quarto autem cum Neſtoriano conjunctam, & utriuſque hæreſes ſectatores ſacratos depoſuerit. Hæc contra Pelagianos in hiſce canonibus conſtituta, in ſupra dictâ etiam ad Celeſtinum relatione ab iiſdem itidem Patribus confirmantur; ubi etiam indigitant eadem à Celeſtino antea decreta fuiſſe. Dicunt enim Ἀναγνωσθέντων ἡμῖν ἐν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῶν ὑπομνημάτων τῶν πεπραγμένων ὑπὸ τῆς μακαριότητος τοῦ ἀγιωτάτου Πελαγιανῶν, καὶ Κελεστιανῶν· Κελεστίου, Πελαγίου, Ἰουλιανῆ, Περσίδι, Φλάβιου, Μαρκελλίνῃ, Ὀρεστίνῃ, καὶ τῶν αὐτῶν τούτοις φρονούντων, ἐδικαιώσαμεν καὶ ἡμεῖς ἰσχυρὰ καὶ βέβαια μένειν τὰ ὑπ' αὐτοῖς ἀφορισθέντα παρὰ τῆς σῆς θεοσεβείας· καὶ σύμφωνα πάντες ἐσμὲν, καθηρημένους αὐτοὺς ἔχοντες. Hinc Proſper Aquitanus in continuatione Chronici Euſebii & Hieronymi ad annum tertium Olymp. 302. rectè obſervat, quòd *Congregatâ apud Epheſum plus ducentorum Synodo Sacerdotum, Neſtorius cum hæreſi nominis ſui, & cum multis Pelagianis, qui cognatum ſibi juvabant dogma, damnatur.* Quòd à Gregorio magno de ipſo etiam Pelagio aſſeritur, *Pelagius verò*, inquit, *qui in Epheſinâ Synodo damnatus eſt, eâ intentione hoc dixit, ut oſtenderet nos à Chriſto vacuè redemptos.* Greg. l. 5. Epiſt. 14. ad Narſum Comitem. Unde Photius etiam hæreſim Πελαγιανῶν, ſive Κελεστιανῶν, ut ille vocat, ab hoc Concilio anathematizatam affirmat; de eâ enim loquens ait, Ἀναθεματίζουσι δὲ αὐτὴν ἡ ἁγία καὶ ἐν τῇ Ἐφεσίνῃ ἁγίᾳ συνόδῳ. Phot. Biblioth. Cod. 54. Quod quidem ex hoc ipſo canone ſatis apertum eſt. Sed non diſſimilandum eſt, in Johannis Antiocheni collectione, titulo 37. ubi hic canon recitatur hoc loco pro τὰ τῆς Κελεστίου lectum eſſe, τὰ τῆς Ἀρείου καὶ Νεστορίου. Atque etiam in canone quarto, verba ἢ τὰ τῆς Κελεστίου deſiderari. Verum noſtra, quam hîc exhibemus, lectio non modo omnium aliorum codicum conſenſu, verumetiam ipſo ad canones proœmio, & Synodicis relationibus ſupra laudatis confirmatur: adeo ut nihil aliud ex iſtâ Johannis Antiocheni lectione probari poteſt, quàm Acta & decreta hujus Concilii ab aliquibus olim adulterata eſſe. Quod etiam ex Gregorio magno egregiè patet; qui contra Pelagianos diſputans, ait, *Epheſinam autem Synodum perſcrutantes, de Adelphio, & Savâ, & cæteris aliis, qui illic dicuntur eſſe damnati, omnino nihil invenimus, & exiſtimamus, quòd ſicut Chalcedonenſis Synodus in uno loco ab Eccleſiâ Conſtantinopolitanâ falſata eſt, ſic aliquid in Epheſinâ Synodo factum eſt.* Greg. mag. l. 5. Epiſt. 14. Et alibi ſcribit ſe Acta hujus Concilii Romæ ſervata cum vetuſto valdè codice, de Ravennati Eccleſiâ ad ſe tranſmiſſo, contuliſſe, & nihilo diſcrepare inveniſſe, Id. l. 6. Epiſt. 31. & tamen ipſe, ut ante obſervatum eſt, dicit, Pelagium ab hâc Synodo damnatum eſſe. Unde patet, Pelagianam ſive Cælestianam hæreſim in iſto etiam hujus Concilii codice, qui Gregorii mag. diebus *valdè vetuſtus* erat, improbatam fuiſſe. Ac proinde adulterina iſta Johannis Antiocheni lectio à Pelagiano aliquo veræ & vulgaris loco ſubſtituta videtur.

Ἀντὶ γὰρ Κελεστίου Κελεστῖνα μέμυνται. Sic quidem Alexius Ariſtenus, ad quem forſitan Balſamon hîc reſpicit, in epitome hujus canonis ſubſequente, pro Celeſtio, Celeſtinum legit. Idem mendum etiam in Gennadii cataloguum illuſtrium virorum irrepſit, ubi dicitur, *Celeſtinus antequam ad Pelagium concurreret, imo adhuc adoleſcens, ſcripſit ad parentes ſuos de monaſterio Epiſtolas in modum libellorum tres.* Non enim Celeſtinus ſed Celeſtius ad Pelagium concurrit. Celeſtinus autem orthodoxus fuit Romæ Epiſcopus, acerrimus Celeſtii & Pelagii ſectatorum antagoniſta. Vide etiam annotationes in quartum hujus Concilii canonem.

Ἐὰν ἁπλοῦς. Simeon Logotheta hanc canonis epitomen ſic legit, Ἐὰν ἁπλοῦς ὁ μητροπολίτης τῆς Κελεστίνου ἀντέχηται, ἢ ἀνδέξηται, ἀπόβλητος, καὶ τὸ ἑξῆς ἀλλοίωτος, *Si Metropolitanus, relictâ Synodo, Celeſtini ſectatoribus adhæret, vel adhæſerit, rejiciendus, ac deinceps ab adminiſtratione Eccleſiæ removendus eſt.* Ubi ultima illa verba καὶ τὸ ἑξῆς ἀλλοίωτος, in Ariſteni Epitome deſiderata, ad plenum canonis ſenſum exprimendum rectè adduntur. Hîc etiam advertas nomen Κελεστῖνα pro Κελεστίου mendosè ſcriptum eſt.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

## In Can. IV.

Ἡ τὰ τῦ Κελεσίν. Hæc verba in Johannis Antiocheni collectione, titulo 37. ubi hic canon citatur, desiderantur, De quâ re videsis annotationes in primum hujus Concilii canonem.

Εἴ τινες τῶν κληρικῶν. Leo Allatius de Occidentalis & Orientalis Ecclesiæ perpetuâ consensione lib. 1. cap. 21. scholium ex Nicolao Hydruntino in principio Codicis Græci Manuscripti Barberini descriptum num. 78. citat, in quo hæc ipsa canonis hujus Epitome recitatur: verba dignissima sunt, quæ hîc apponantur. Σχόλιον Νικολάυ Ἱδρουντῖ περὶ Κελεσίνυ καὶ Κελεσίυ, πατῶν Ῥώμης. ὁ μὲν ἐν τῷ τέλει τῦ πρώτου κανόνος τῆ ἐν Ἐφέσῳ ἁγίας συνόδυ, οἵ τινες τῶν κληρικῶν Κελεσίνῳ ἢ Νεσορίῳ συμφρονήσωσιν καθαιρετέοι, μὴ ἀναγινωσκόμυ Κελεσίνῳ μῦ τῦ ν. ἀλλὰ Κελεσίῳ χωρὶς τῦ ν. ὁ μὲν Κελεσῖνος ἅγιος ἦν καὶ ὀρθόδοξος Πάπας Ῥώμης· ὁ δὲ Κελέσιος ἦν αἱρετικός. Εὗρον δέ τινας καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐν τῇ ΣΙΣλῳ Θεοδώρυ τῦ Βαλσαμῶν Πατριάρχυ Ἀντιοχείας. φησὶ γὰρ ἐκεῖνος ἐν τῇ κατ' αὐτὸν ἑρμηνείᾳ τῦ νομοκάνονος ταῦτας· Σὺ δὲ εὑρὼν ἔν τισιν ἀντιγράφοις σφάλμα χαρακτὸν τὸ περὶ Κελεσίνυ, ἀντὶ γὰρ Κελεσίυ, Κελεσίνυ μέμνηται, μὴ προσχῶν τοῖς ὕστερον γεγραμμένοις· ὁ μὲν Κελεσῖνος Πάπας ἦν Ῥώμης ὀρθόδοξος, ὡς ἄνωθεν εἴρηται· ὁ δὲ Κελέσιος ὁμώνυμος τῦ Νεστορίυ, ἦν καὶ αἱρετικὸς ἦν. *Scholium Nicolai Hydruntini de Celestino & Celestio, Papis Romanis; qui invenit in fine quarti canonis sanctæ Ephesinæ Synodi, Clerici qui Celestino sive Nestorio consentiunt, deponendi sunt, hic ne legat Celestino cum n, sed Celestio sine n. namque Celestinus sanctus erat & orthodoxus Papa Romæ: Celestius autem hæreticus, & sic quidem Constantinopoli inveni, in libro Theodori Balsamonis Patriarchæ Antiocheni. Ille enim in suâ nomocanonis expositione dicit, Tu vero inveniens in aliquibus codicibus errorem Scripturæ de Celestino (pro Celestio enim Celestini meminit) ne attenderis iis quæ sic scripta sunt. Celestinus enim Papa Romanus erat orthodoxus, ut superius dictum est; Celestius autem idem quod Nestorius sentiens, sive hæreticus.* Hîc observes velim, præsentem canonis epitomen hîc laudari, idque sine ullâ ferè varietate, ut in nostris enim codicibus legitur, Εἴ τινες τῶν κληρικῶν Κελεσίνῳ ἢ Νεσορίῳ συμφρονήσωσιν, καθαιρετέοι. Hîc levi tantum mutatione legitur, οἵ τινες τῶν κληρικῶν Κελεσίνῳ ἢ Νεσορίῳ συμφρονήσωσιν, καθαιρετέοι. Et deinde, hanc epitomen pro ipso canone à Græcis habitam esse. Verba quæ ex Balsamonis commentariis citat, extant in fine ipsius commentariorum ad primum hujus Concilii canonem. Ubi autem Celestium æque ac Celestinum Papam Romanum vocat, egregie fallitur. Celestinus enim Papa Romanus fuit, sed non item Celestius. Hoc autem scriptori alicui, potius quam ipsi Nicolao ascribendum videtur.

## In Can. V.

Καὶ τῷ Κελεσίνυ τῷ τῆ Ῥώμης. Ex his verbis palam est Aristenum revera existimasse Celestium à præsenti Synodo damnatum, eundem fuisse atque Celestinum Papam Romanum. Quod tamen satis mirari nequeo, cùm in ipsis etiam Græcorum Menæis, octavo Aprilis, Celestini Papæ Romani tanquam sancti, & Nestorianæ hæreseos oppugnatoris, memoria recolatur.

## In Can. VII.

Τούτων ἀναγνωσθέντων. Hic præsens, & ultimus horum canonum non extant in Synodicâ istâ Epistolâ, quâ sex priores divulgatos esse ostendimus. Sed sunt decreta quædam hujus Concilii aliis occasionibus Synodo emergentibus edita. Quod ad præsentem spectat canonem, Charisius Presbyter ei condendo materiam præbuit. Ille enim Patres in Synodo congregatos, per libellum iis exhibitum, certiores fecit, Jacobum quendam per Nestorianos, Anastasium, & Photium Presbyteros, Episcopis Lydiæ tanquam orthodoxum commendatum, in sanctâ Philadelphensium Ecclesiâ (cujus dictus Charisius œconomus fuit) spreto Concilii Nicæni Symbolo, aliam fidei expositionem composuisse, & nonnullis etiam è simplicioribus persuasisse Clericis, ut eidem subscriberent: usque adeo, ut ab iis etiam, qui ex hæresi ad veram & Catholicam conversi sunt Ecclesiam, huic à se obtruso & hæreticis referto opinionibus Symbolo subscriptionem exigeret, priusquam admitterentur: ut videre est Actione sextâ secundæ Actorum hujus Concilii partis, p. 257. 258. edit. Colon. an. 1618. His auditis, Patres in Synodo considentes hoc præsens decretum protinus edebant, quod etiam in canonum hujus Concilii censum tandem relatum est, & ita quidem citatur à Photio in nomocanone, tit. 1. cap. 1. E prædictis patet, quid sibi vellent hæc verba in principio canonis posita, τούτων ἀναγνωσθέντων, *His lectis*; lectis nimirum libello ipsius Charisii, & novo Nestoriano Symbolo, Patres decreverunt, quæ hoc canone continentur.

Τῷ γεγονότῳ ἰδίῳ. Hîc Balsamon egregiè hallucinatur. Non enim post edicti alicujus, & Symboli Nicæni lectionem, editus est hic canon, ut Balsamon hîc affirmat; sed post lectum Charisii libellum, & Symbolum Nestorianum, ut ex iis, quæ ex ipsis Concilii Actis mox antea collegimus, abundè constat. Hinc autem patet, Balsamonem Acta Concilii hujus non vidisse, vel saltem non accuratè satis consuluisse, cum hæc commentabatur.

Χαρίσιος τὰ μιαρὰ τῦ Νεστορίυ δόγματα εἰσκυκλήσας. Hîc alium Balsamonis errorem animadvertere est. Charisius enim non solum pravis Nestorii opinionibus non infectus fuit, verùm etiam libellum suum contra Nestorianos Synodo exhibuit: in quo etiam ipsum Nestorium non ὀρθόδοξον, sed κακόδοξον fuisse asserit; dicit enim, ἐπεὶ οὖν εἷς τούτων ὑπάρχει Νεσόριος, ὁ τῆς ἰδίας κακοδοξίας τὰς καρπὰς ἀποτίμνυος, κάκιστα φέρει τῆς εἰς Χριστὸν πίστως διακειμένῳ, διδάξας τι πολλάκις ἃ μὴ προσῆκε. Act. Concil. Ephes. p. 258. edit. Col. an. 1618.

## In Can. VIII.

Πρᾶγμα οὐδαμῆ τῆς ἐκκλησιαστικῆς. Hunc canonem Photius non agnoscit. Nam in præfatione ad nomocanonem septem tantum à Synodo Ephesina constitutos canones scribit, Συνόδου τῆς ἐν Ἐφέσῳ τῆς ϛ'. ἁγίων πατέρων κανόνες ζ'. & in primo capite primi tituli præcedentem canonem sub nomine septimi citat. Sed Johannes Antiochenus etiamsi ipse quoque in proœmio ad suam canonum collectionem, septem solos hujus Concilii canones esse tradiderit, in primo tamen ejus titulo hunc canonem laudat, ubi etiam vocatur τῆς ἐν Ἐφέσῳ συνόδου κανὼν η'. *Synodi Ephesinæ canon* 8. Hoc autem scriptoris alicujus injuriâ accidit. Ipse enim Johannes in primo titulo nomocanonis hunc septimum disertè vocat, dicens, τῆς ἐν Ἐφέσῳ συνόδου κανὼν ζ'. Quomodo haud dubiè & in collectione scribi debuit. Ex eo autem, quòd ille septem solos hujus Concilii canones numeret, & tamen hunc septimum appellet, necessariò sequitur, præcedentem ab eo canonem è numero excluSum esse; quem etiam propterea nuspiam citat. Quod autem ad præsentem canonem sive potiùs decretum hujus Concilii spectat, Episcopus Antiochenus, qui sex prioribus, huic etiam edendo occasionem dedit: quippe qui jus ordinationis, contra ac prius habuerat, in insulâ Cypro sibi tunc temporis vendicabat. De quâ re cùm Episcopi ejusdem insulæ, in canone commemorati, libellum Synodo exhibuissent, editum est illico præsens decretum, quo cautum est, ne quid in Ecclesiasticâ administratione, vel in Cypro, vel alibi innovetur; sed omnibus Diœcesibus & Provinciis antiqua sua jura & privilegia inviolata serventur. Extat hoc decretum in Actis hujus Concilii editionis supra scriptæ, pag. 306. ubi etiam occasio constitutionis uberiùs explicatur.

Καὶ τοὺς κανόνας τῶν ἁγίων πατέρων. In Græcis, tam Balsamonis quam Zonaræ, codicibus antehac impressis, pro πατέρων legitur ἀποστόλων, quam lectionem Elias Ehingerus Augustanus, in suâ Græcorum canonum editione, anno 1614. retinuit. Sed non solus Codex M S. Bodleianus hîc impressus legit τῶν πατέρων, verùm etiam Johannes Antiochenus, in collectione canonum, titulo 1. & codex canonum Ecclesiæ universæ à Christophoro Justello editus, & ipsa etiam Acta hujus Concilii, loco supra laudato, quo hoc decretum extat. Sic etiam legit Gentianus Hervetus, quippe qui per vocem *Patrum* vertit. Et hæc quidem verior videtur lectio. Etiamsi enim non negandum est, quin Patres Ephesini hoc loco ad canones Apostolicos respectum habuerint, dicentes, πρᾶγμα οὐδαμῆ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς θεσμοῖς καὶ τοῖς κανόσι τῶν ἁγίων πατέρων κεκοινωνηκός. Ii tamen ἐκκλησιαστικοὶ θεσμοὶ potiùs hîc dicuntur, & κανόνες τῶν ἁγίων πατέρων sunt Canones Nicæni. Sic enim & in libello Episcoporum Cypri, qui huic decreto occasionem dedit, hoc idem dicitur esse *contra Apostolicos Canones & definitiones sanctissimæ Nicænæ Synodi.*

GUILIELMI

# GUILIELMI BEVEREGII
## ANNOTATIONES
## IN CANONES CONCILII
## CHALCEDONENSIS.

Ἐν τοῖς χρόνοις τῆς βασιλείας τοῦ Μαρκιανοῦ. In Actis hujus Concilii, initio cujusque fere sessionis, celebratum dicitur ὑπατείᾳ τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ φιλοχρίστου ἡμῶν βασιλέως Μαρκιανοῦ τὸ ἕκτον, καὶ Ἀνικιανοῦ, *Consulatu pientissimi & Christi amantissimi Imperatoris Marciani, & ejus qui renunciatus fuerit.* Quis iste alter fuit, qui postea forsitan renunciatus est, Marcellinus Comes in chronico docet, dicens, *Indictione* 1111. *Marciano Aug. & Adelfio Coss. Leone Pontifice sedem B. Petri regente* DCXXX. *Patrum sancta & universalis Synodus contra Eutychetem nefandissimorum presulem monachorum apud Chalcedonem in basilicâ sancta Euphemiæ firmata est.* Hinc facile est colligere, quonam anno celebrata fuerit hæc Synodus, anno nimirum æræ Dionysianæ 451. quippe quo Marcianus primùm & Adelfius consules erant, & Indictio IV. Quibus etiam suffragatur Nilus tractatu de Synodis, ubi de præsenti ait, ἦν δὲ ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἐτῶν ϛφμγ'. (scribendum potiùs ϛϡμγ'.) *Erat annus mundi* 5943. auser 5493. quo finito in Ecclesiasticâ Græcorum æra, ab Adamo computatâ, cœptus est primus æræ Dionysianæ, & residuus erit annus 450. quo currente, dictus annus 5943. iniit, Aug. 29. qui propterea in annum 451. incurrit, & terminatur Aug. 29. & paucis post diebus habitam fuisse Synodum mox ostendemus. Sed miror eundem autorem de Synodo tertiâ loquentem dixisse, ἀπὸ δὲ τρίτης ἕως πεντάρτης ἔτη ρκδ'. Nam tertia Synodus indicta est anno 431. ut ibi palam fecimus: ac proinde viginti tantum, non triginta anni ab eâ ad præsentem elapsi sunt. Adeo ut Eutychius Patriarcha Alexandrinus à scopo multo minus aberraverit, ubi ait, فمن المجمع الثالث بافسس المايتين اسقف الذين اجتمعوا بافسس اول مرة ولعنوا نسطور الي هذا المجمع الرابع الذي كان بمدينة خلقيدونية واحد وعشرون سنة *Jam à Concilio tertio, Ephesino sc. Episcoporum ducentorum, qui primâ vice Ephesi convenientes Nestorium anathemate percusserunt, ad quartum hoc Concilium, quod Chalcedoni habitum est, anni sunt viginti unus.* Eutych. Alex. annal. tom. 2. p. 97. Et quidem, si ab initio Concilii Ephesini computemus, vicesimus primus ab eo annus agebatur, cùm hoc cœptum est. Illud enim cœpit anno 431. Jun. 22. hoc anno 451. Octob. 8. E præmissis constat, quânam ærâ usus est vetus Latinus canonum interpres, ubi in initio hujus Concilii dicit, *Quingentesimo anno sub Imperatore piissimo Marciano statuta, quæ per singulas Synodus (leg. Synodos) à sanctis Patribus constituta sunt, hactenus habere firmitatem censuerunt, dicentes.* Perspicuum est enim, Antiochenâ eum æra hîc usum esse; quippe quæ cœpit anno Periodi Julianæ 4665. Igitur ad 500. adde annos completos 4664. à summâ 5164. auser annos periodi Julianæ ante initium æræ Christianæ elapsos, 4713. & residuus fiet annus 451. quo currente, cœpit hæc quarta generalis Synodus, VIII. Id. Octob. Sic enim in ipsis Actis, prima sessio celebrata dicitur τῇ πρὸ ὀκτὼ ἰδῶν Ὀκτωβρίων. Et continuatus est conventus usque ad Kalendas Novembris, per sedecim sessiones, quarum decima tertia habita est, τῇ πρὸ Μαΐας Καλανδῶν Νοεμβρίων, a. d. III. Kal. Nov. decima quarta τῇ πρὸ τριῶν Καλανδῶν Νοεμβρίων pridie Kal. Nov. ultima autem sive decima sexta in Actis, fateor, celebrata dicitur πρὸ πέντε καλανδῶν Νοεμβρίων, a. d. *v. Kal. Novemb.* sed mendosè haud dubiè pro *Kal. Novemb.* siquidem decima quarta, ut & decima quinta sessio pridiè Kalendas Novembris habita fuit.

Ἑξακοσίων τριάκοντα ἁγίων πατέρων. De numero Episcoporum, qui quartæ huic Synodo interfuerunt, inter omnes convenit. Eundem enim, quem Balsamon & Zonaras hoc loco, numerum etiam Marcellinus Comes in Chronico tradidit, cujus verba in notis proximè antecedentibus laudantur. Item Photius in tractatu de Synodis, de præsenti loquens, ait, quòd ἐν τριάκοντα Ν καὶ ἑξακοσίοις τὸν ἀριθμὸν ὑπερτίνοντα. Et Nilus in libello itidem de Synodis, ait, Ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ τετάρτη συνόδος, ἡ ἐν Χαλκηδόνι γέγονεν ὧν τὸ βασιλείας Μαρκιανοῦ, συλλειτουργοῦσα ὑπὲρ ἑξακοσίων τριάκοντα ἁγίων πατέρων. Adstipulantur Arabes. Eutychius Patriarcha Alexandrinus, الذي كان فيه ستماية وثلثون اسقف ولعنوا ديسقورس واوتيشيوس *In quo* (Concilio Chalcedonensi) *convenerunt Episcopi sexcenti triginta, qui Dioscorum & Eutychetem anathemate devoverunt.* Eutych. Alex. annal. tom. 2. pag. 97. 98. Abulpharagius, وفي السنة الثانية لمرقيانوس اجتمع ستماية وثلثون اسقفا بمدينة خلقيدونيا وحرموا ديسقوورس بطرك السكندرية *Anno Mariani secundo convenerunt in urbe Chalcedone sexcenti triginta Episcopi, qui Dioscorum Patriarcham Alexandrinum excommunicârunt.* Abulph. dynast. 7. p. 146. Sic etiam Josephus Ægyptius, initio præfationis ad hoc Concilium ait, هذا كتاب المجمع الرابع المقدس من المجامع الكبار المذكورة الذي اجتمع في مدينة خلكيدونية وعددهم ستماية وثلثون ابا قديسا من اختيار *Hic est liber sancti Concilii quarti ex œcumenicis commemoratis, quod in urbe Chalcedone ex triginta & sexcentis sanctis, electisque Patribus congregatum est.* Hisce omnibus assentitur autor libelli Synodici, dicens, Ἀλλὰ καὶ Πυλχερία ἡ εὐσεβὴς Αὐγοῦστα διεχώρισεν τὴν συνόδον ἡ ἐν τριάκοντα, συνόδου οἰκουμενικὴ τετάρτη ἐν Χαλκηδόνι, ἧς ἑξακοσίων τριάκοντα θεοφόρων πατέρων ἀθροίσματα. In Justelli Biblioth. pag. 1195.

ἐν Χαλκηδόνι. Hæc Synodus Nicæam primo convocata est: ut è literis à Valentiniano & Marciano ad omnes ubique Episcopos scriptis patet, in quibus dicunt, τὸν ἰδιαίτατον τῆς ἡμετέρας ὑπάρξιν ἡμερότητα, ἵνα ἁγία σύνοδος ἐν τῇ Νικαίων πόλει ἐκ Βιθυνῶν ἐπαρχίας συγκροτηθῇ. In Actis Concil. Chalced. part. 1. pag. 29. edit. Colon. an. 1618. Postea autem iisdem Augustis placuit, ut Chalcedonem transferretur. Idque propterea, quòd Episcopi eos Synodo unà interesse petiissent, ut patet ex aliâ itidem Epistolâ ab iisdem ad Synodum Nicææ congregatam missâ, ubi aiunt, χρὴ ἡμᾶς πάντων τὸ ὑμετέρας θεοσεβείας καὶ αὐτὴ σφόδρα ἐπιζητοῦσης πλήσιον τῶν ἀγιωτάτων ὑμῶν συνόδων συγκροτεῖσθαι, εὐσεβέστατοι βασιλῆς ὑμᾶς ἀξιοῦμεν· ὅπερ εἰ βεβαιοῖτο τῇ ὑμετέρᾳ θεοσεβείᾳ, εἰς τὴν Χαλκηδονίων πόλιν μεταβῆναι κατεξεύξαιτ' ἂν εἶναι γὰρ ἐκδημοῦμεν, εἰ καὶ ἐντεῦθεν διαμένοιμεν ὑμᾶς ἐπόψονται χρεών. ibid. pag. 32. Nimirum urbs Chalcedon Constantinopoli longè propinquior, quàm Nicæa, fuit: ac proinde Imperatores eo citius quàm Nicæam se conferre poterant. Namque Chalcedon ex adverso Byzantii condita fuit, Bosphoro Thracio solo intercedente, adeo ut hæ urbes minus milliario à se invicem distarent; unde & ipsi canum latratus, & gallorum cantus utrinque exaudiri poterant. Hinc etiam incolæ hujus urbis *Caci* olim dicti sunt, eo quòd non oppositum potius littus elegissent, ubi Byzantium postea feliciori admodum solo, situm est. Plinius, *In iis Chalcedon libera, à Nicomedia* LXXII, CCCCC. *Proceraſtis antea dicta, deinde Compusa* (al. Celpoessa) *Postea*



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

*cæcorum oppidum, quòd locum eligere neſciſſent, ſeptem ſtadiis diſtante Byzantio, tanto feliciore omnibus modis ſede.* Plin. nat. Hiſt. l. 5. c. 32. Hæc civitas olim ignobilis fuit, ſed nihilominus à præſenti Concilio ibi celebrato, in Baſilicâ S. Euphemiæ martyris in ſuburbiis collocatâ, metropoleos nomine & honore, citra Nicomediæ præjudicium, cohoneſtata eſt.

Καὶ Εὐτυχῆς. Eutyches, cùm acerrimus fuiſſet Neſtorianæ hæreſeos in Concilio Epheſino oppugnator, eò tandem incautus proſiliit, ut *incidit in Scyllam cupiens vitare Charybdim*: non enim duas modò perſonas, verùm duas etiam in Chriſto naturas eſſe negavit: adeo ut eos omnes, qui unam perſonam, ſed tamen duas, Divinam & humanam, naturas inconfusè in Chriſto conjunctas aſſerunt, Neſtorianâ hæreſi imbutos pronunciaret. Ipſe autem improbam hanc & blaſphemam ipſius opinionem ita explicuit, ut confiteretur Chriſtum ante Incarnationem duas habuiſſe naturas, ſed eaſdem poſt Incarnationem unitas eſſe, ſive in unam coaluiſſe, humanâ nimirum naturâ in divinam abſorptâ. Sic enim Flavianus Epiſcopus Conſtantinopolitanus, qui eidem uſque ad necem oppugnavit, opinionem iſtius deſcribit, *Iſte enim Eutyches abſconditum in ſe languorem male ſecta retinens, inſiliens noſtræ manſuetudini inverecundè & impudenter in multos impietatem propriam præſumpſit inferre, dicens, ante inhumationem quidem Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti duas naturas eſſe, divinitatis & humanitatis, poſt unitatem* (al. unitionem) *verò unam naturam factam.* Flavian. epiſt. ad Leon. P. R. Act. Concil. Chalced. part. 1. pag. 7. edit. Col. an. 1618. Et Eutychius Patriarcha Alexandrinus, وكان في القسطنطينية رجل راهب يقال له افتيشيوس وكان يقول ان جسد المسيح ليس هو مع اجساداتنا في الطبيعة وان المسيح قبل التجسد من طبيعتين وبعد التجسد طبيعة واحدة *Fuit verò Conſtantinopoli monachus quidam Medicus, nomine Eutyches, qui aſſeruit, non eſſe Chriſto corpus ejuſdem cum corporibus noſtris naturæ, Chriſtumque ante Incarnationem è duabus conſtitiſſe naturis, poſt Incarnationem autem unam (habuiſſe) naturam.* Eutych. Alex. annal. tom. 2. pag. 85. Sic etiam Joſephus Ægyptius de eodem loquens, ait, ولكنه كان يقول من طبيعتين قبل التجسد ثم صار طبيعة واحدة بعد التجسد *Dicebat autem* (Chriſtum) *duas habuiſſe naturas ante Incarnationem, & deinde poſt Incarnationem unam factum eſſe naturam.* Joſeph. Ægypt. præfat. ad can. Syn. Chalced. Et hanc quidem ipſiſſimam fuiſſe Eutychetis opinionem, ex ipſius verbis conſtat, qui diſertè dixit, ὁμολογῶ ἐκ δύο φύσεων γεγενῆσθαι τὸ κύριον ἡμῶν πρὸ τῆς ἑνώσεως· μετὰ δὲ τὴν ἕνωσιν μίαν φύσιν ὁμολογῶ. Act. Concil. Chalced. act. 1. pag. 92.

Ἀρχιμανδρίτου. Ἀρχιμανδρίτης idem fuit, qui Abbas. Sic enim Juſtinianus, Κελεύομεν τίνων ἡ ἡ ΑΣΣΩΝ ἢ ἡ Ἀρχιμανδρίτου τὸν ἐν ἑκάστῳ μοναστηρίῳ προεδρεύοντα μὴ πλείους τῶν βαθμοὺς τῆς μοναχῆς. Juſtinian. novel. 123. cap. 34. Cum igitur Eutyches Archimandrita fuerit, Marcellinus Comes eum *Neſandiſſimorum præſulem monachorum* non immeritò nuncupavit, in Chronico ad annum 451. Hinc etiam Eutychius eum راهب *Monachum* vocat, loco mox ante citato. Enimvero Græcis monaſterium nonnunquam μάνδρα vocatur, unde præfectus ejus Ἀρχιμανδρίτης dicitur. Monaſterium autem ita vocatur vel à voce Syriacâ ܡܕܒܪܐ *Medbaro manſiuncula*, vel ab Arabicâ دير *dair monaſterium.* Unde راس الدير *Caput monaſterii*, idem eſt quod ἡγούμενος, ſive Ἀρχιμανδρίτης.

## In Can. I.

Τοὺς ὁσίους πατέρας καθ' ἑκάστην συνόδους. Priuſquam quarta hæc generalis Synodus Chalcedone celebrata fuerit, omnes canones à primo generali, & à quinque localibus Conciliis, Ancyrano, Neocæſarienſi, Gangrenſi, Antiocheno & Laodiceno, conſtituti, in unum codicem collecti ſunt, juxta ſeriem & conſequentiam cujuſque canonis, eodem etiam Synodorum ordine obſervato, quo à nobis recitantur. Hic codex à Patribus in præſenti Synodo congregatis ſæpè laudatur. Namque in quartâ Actione hujus Concilii Aetius Archidiaconus verbatim citavit relegitque ex eodem codice canonem octogeſimum tertium & octogeſimum quartum, qui quidem ſunt quartus & quintus Concilii Antiocheni: & in undecima Actione, Leontius Epiſcopus Magneſiæ canones ejuſdem codicis nonageſimum quintum & nonageſimum ſextum recitat, qui ſunt ejuſdem Antiocheni Concilii canones 16. & 17. Unde conſtat canones in dicto codice collectos vim Eccleſiaſticarum legum tunc temporis obtinuiſſe, aliter enim fruſtra prolati fuiſſent. Quandoquidem autem major pars canonum in iſto codice, non à generali aliquo, ſed à Provincialibus tantum Conciliis editi ſunt, Patribus Chalcedonenſibus, eos omnes ſuâ, hoc eſt, Oecumenici Concilii autoritate, in præſenti canone confirmare viſum eſt. Neque enim aliter intelligi poſſunt hæc verba, τοὺς ὑπὸ τῶν ἁγίων πατέρων καθ' ἑκάστην συνόδους ἄχρι τοῦ νῦν ἐκτεθέντας κανόνας κρατεῖν ὡρισάμεθα. Patres enim eos haud dubiè canones intelligunt, quos ipſi citant; neque ad generales tantum Synodos verba iſta coerceri poſſunt, quæ canones καθ' ἑκάστην συνόδον expoſitos confirmant; & quod majus adhuc eſt, in dicto codice, qui iſtis diebus ſolus obtinuit, ut ex Actis hujus Concilii ante citatis conſtat, canones unius tantum generalis Synodi, Nicænæ videlicet, collecti ſunt, reliqui omnes Provincialium fuerunt Synodorum; ad quos propterea neceſſe eſt reſpectum habeant, cùm dicunt καθ' ἑκάστην συνόδον. Et ſic quidem Juſtinianus Imperator hunc canonem intellexit, ubi ait, Θεσπίζομεν πάντα τάξιν κρίνειν τοὺς ἁγίους ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας, τοὺς ὑπὸ τῶν ἁγίων τ'. συνόδων ἐκτεθέντας, ἢ βεβαιωθέντας· τουτέστι τοὺς ἐν Νικαίᾳ τῶν τιη'. καὶ τοὺς ἐν Κωνσταντινουπόλει τῶν ρν'. πατέρων, καὶ τοὺς ἐν Ἐφέσῳ πρώτης, ἐν ᾗ Νεστόριος κατεκρίθη, καὶ τοὺς ἐν Χαλκηδόνι ὁμοίως, *Sancimus itaque legum vicem obtinere ſanctos Eccleſiaſticos canones, à ſanctis quatuor Synodis editos vel confirmatos, hoc eſt, eos qui Nicæa à* CCCXVIII. *& Conſtantinopoli à* CL. *Patribus; tum in Epheſinâ Synodo primâ, in quâ Neſtorius condemnatus eſt; tum eos etiam, qui Chalcedone expoſiti ſunt*; Juſtin. Novel. 131. cap. 1. Hìc, ut videre eſt, non eos modo canones, qui à quatuor iſtis conſtituti, verum etiam qui ab iiſdem confirmati ſunt, legum vicem obtinere præcipitur. Verum enimvero nulli omnino canones à quovis è quatuor iſtis Conciliis confirmantur, præterquam à quarto, in præſenti canone; ac propterea qui hic confirmantur, alii ſint neceſſe eſt ab iis, qui à reliquis tribus expoſiti ſunt; neque alii eſſe poſſunt, quàm qui à Provincialibus Synodis conſtituti fuerunt, & in codicem ſupradictum collecti. Hoc Balſamon jamdudum vidit; quippe qui iſta Novellæ citat verba ἢ βεβαιωθέντας, interpretatus eſt, τοὺς κανόνας τῶν πατέρων συνόδων. Balſam. in Phot. nomocan. tit. 1. cap. 2. Hiſce ritè perpenſis, ceſſabit in poſterum controverſia, de numero canonum Synodi Nicænæ. Cùm in iſto enim codice, qui hìc confirmatur, ſoli viginti iſtius Concilii canones contineantur luce meridianâ clarius eſt, præſentem Synodum iſtos viginti ſolos canones dicti Concilii agnoviſſe; adeo ut numerus iſtorum canonum æquali autoritate, generalis nimirum Synodi, confirmetur, quâ ipſi canones conſtituti ſunt. Nec video quid dubii in hâc quæſtione poſthæc oriatur, cum generalis Synodus viginti ſolos canones, tanquam à Concilio Nicæno ſancitos, confirmaverit, & alios propterea omnes, eidem perperam affictos, tanquam nothos & ſuppoſititios rejecerit.

## In Can. II.

Τὴν ἄφατον χάριν. Hìc χάρις non gratiam gratum facientem, ut cum Scholaſticis loquar, ſed gratiam gratis datam ſignificat: non χάριν eam, qua quis ſanctificatur, ſed χάρισμα illud, quo quis in officio aliquo conſtituitur, eidemque fungendo idoneus redditur. Unde idem hìc eſt εἰς ἱερέων καταξίωσιν τὴν ἄφατον χάριν, atque χειροτονῆσαι δὲ χάρισμα ἔλαττον, &c. Sic etiam *Gratia* apud Latinos ſæpè uſurpatur pro ordine ſive gradu aliquo Sacerdotali. Ut ex iſtis D. Ambroſii verbis patet, *Sancti Epiſcopatûs gratiam pecuniis coemerunt, nequaquam timentes, cùm honorem Sacerdotalem pecuniis emerent, à beato Petro Apoſtolo ſe cum Simone fuiſſe damnatos.* Et paucis interjectis, *Qui gradum Sacerdotalem eſtimant*

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

*æstimant pecuniis comparare.* Ambros. de dignit. Sacerdot. c. 5. ubi videre est, *sancti Episcopatûs gratiam, & honorem Sacerdotalem*, tanquam Synonyma usurpari. De ordinibus autem pecuniâ non conferendis, videsis annotationes in Apostol. can. 29.

Η χωρεπισκοπων. In Johannis Antiocheni collectione, tit. 11. ubi hic canon citatur, nulla fit mentio τῶ χωρεπισκόπου, uti nec in versione Dionysii Exigui, nec in priscâ editione Latinâ legitur. Unde nobis videtur è Scholiis Balsamonis in ipsum textum irrepsisse, quoniam nimirum Chorepiscopi ibi recensentur inter eos, qui ordinantur. Inde autem nequaquam conficiatur, Balsamonem hanc vocem in codice suo legisse, siquidem ipse hypodiaconos etiam reliquis adjungit, quos tamen in textu non diserte condemnatos esse, inter omnes codices convenit.

Η οἰκονόμων. Hæc vox raro occurrit. Vetus interpres hoc loco vertit, *Ostiarium*. Dionysius Exiguus Mansionarium, Justinianus autem *Paramonarios* inter rerum Ecclesiasticarum administratores recenset, dicens, *Deo amabiles Episcopi, si quidem aliquos diserte hi, qui defecerunt, præposuerint rebus (veluti Xenodochos, Ptochotrophos, aut Nosocomos, aut Orphanotrophos, aut Gerontocomos, aut Paramonarios, aut Oeconomos, aut simpliciter dicendo, piarum actionum administratores) illos quidem permittant habere administrationem.* l. 46. sect. 3. c. de Episcopis & Clericis. Ad quem locum Dionysius Gothofredus observat, οἰκονόμους esse villicos, sive actores possessionum, ex eorum genere qui res Ecclesiasticas administrant, quamvis aliàs hi videantur appellari, Satellites, adsectæ, buccellarii: est enim Nicetæ οἰκονόμος, πλειστηρίῳ βάζοντες. Villicus autem olim agri colendi causâ constitutus est, atque appellatus à villâ, quòd ab eo in eam convehantur fructus, & evehantur cum væneunt: ut testatur Varro de re rustica l. 1. c. 2. Isidorus autem ait, quod, *Villicus propriè villæ gubernator est, unde & à villâ villicus nomen accepit. Interdùm autem villicus non gubernationem villæ, sed dispensationem universæ domus, Tullio interprete, significat; quod est universarum possessionum & villarum dispensator.* Isidor. Etymol. l. 9. c. 4. Et hoc quidem sensu vox οἰκονόμος Luc. 16. 1. à veteri Bibliorum interprete non ineptè redditur *Villicus*, ubi à Syro vertitur ܕܒܝܬܐ *Magister domus*, ab Arabe وكيل *Administrator, Procurator.*

Et sic quidem οἰκονόμους hoc in loco hujusmodi fuisse *villici* videntur, qui nimirum possessiones & pecunias, præcipuè ad monasteria, *piæ* dicta, pertinentes administrârunt, & dispensârunt. Sed Dionysius Exiguus hîc *mansionarium* vertit, ut ante etiam observatum est. Quod tamen non intelligendum est de versione ejus, in Bibliothecâ Juris Canonici veteris, ex M S. Christophori Justelli editâ, quippe in quâ nulla Latina vox loco Græcæ οἰκονόμους occurrit: sed de aliis istius versionis editionibus in tomis Conciliorum & alibi impressis, ubi οἰκονόμους *Mansionarium* vertit; quomodo etiam in nonnullis Isidori Mercatoris codicibus redditur: in aliis ipsa vox Græca *Paramonarius* retinetur. Mansionarius autem unus fuit ex officialibus Regiis, cui incubuit, mansiones Regi, vel homini Regio, vel cuivis Rege misso, unà cum viatico pro personæ dignitate præparare; quo sensu Hincmarus hâc voce sæpe utitur. Epist. 3. cap. 16. 23. Aliter usurpatur hæc vox mansionarius pro eo, cujus erat lampadas in templo accendere, & extinguere: ut constat ex Gregorii Dialog. l. 1. c. 5. Ab hoc sensu vetus interpres non multum abludit, ubi *Ostiarium* vertit. Sed neuter horum sensuum præsenti loco quadrat. Nam οἰκονόμος omni procul dubio aliquem rerum Ecclesiasticarum administratorem significat. Quod etiam è supra laudato Justiniani loco egregiè confirmatur: utpote in quo Paramonarii inter Xenodochos, Ptochotrophos, Oeconomos, aliosque qui omnes administrationem aliquam sibi commissam habuerunt, recensiti sunt: quemadmodum etiam in hoc canone Defensoribus, & œconomis connumerantur.

Μέχρι τῆς οἰκονομείου. Hæc præsentis canonis epitome in Justelli Bibliothecâ tam sub Alexii Aristeni quàm Simeonis Logothetæ nomine edita, multo aliter legitur. Sic, ὁ ἐξωνούμενος, καὶ πωλήσων χειροτονίαν, εἰς τοὺς βαθμοὺς ὑποπίπτουσι. ὁ δὲ νόμος, ἕως καὶ οἰκονομείου. *Qui evenit, & qui vendit ordinationem, circa gradus periclitatur: Lex autem etiam usque ad Paramonarium* (non *defensorem*, ut Justellus vertit) ubi, ut videre est, vox οἰκονόμους retinetur, pro quâ in nostris Codicibus οἰκονόμος substituitur. Et sic quidem ipse Balsamon in nonnullis codicibus legisse videtur. Ille enim in responsis ad Marci Alexandrini interrogationem XXVIII. hunc canonem citans, οἰκονομεῖον loco τῶ οἰκονομείου ponit Johannes Meursius in Glossario (& ex eo Christophorus in præsentem canonem) locum quendam ex Gregorii dialog. lib. 3. citat, in quo hæc vox occurrit, his verbis, ὁ δὲ ἀπόστολος φανεὶς αὐτῷ νυκτὶ ἔναρ εἶπε πρὸς αὐτόν, ἔπελθε εἰς τὸ οἰκονομεῖον τὸ ἐκκλησίας, τὸ λεγόμενον Σακκουδίων τὸν μανσιονάριον, καὶ αὐτὸς σοὶ τὴν ὑγίειαν. Locus quem citat, est in lib. 3. cap. 25. ubi tamen in nostrâ editione Parisiensi anno 1605. verba longè aliter se habent. viz. ἐν μιᾷ δὲ νυκτὶ παρέστη αὐτῷ ὁ ἀπόστολος, καὶ εἶπεν, ἄπελθε πρὸς Ἀκουίδιον τὸ μανσιονάριον, καὶ θεράπευσον αὐτὸν, καὶ αὐτός σοι τὴν ὑγίειαν παρέξει. quæ quidem tralatio Latino textui exactiùs admodum respondet, sic enim legitur, *Nocte quadam ei per visionem astitit* (Apostolus) *& dixit, Vade ad Abundium mansionarium, & roga illum, atque ipse tibi salutem restituet.* Nihil hîc de prosmonario, dicitur, sed tantum de mansionario, quem etiam Custodem Ecclesiæ fuisse ex eodem capite constat, nam idem Abundius, qui hîc Mansionarius, in initio capitis *Custos Ecclesiæ* dictus est. Quicunque autem tralationis istius à Meursio citatæ autor fuit, *mansionarium* hîc οἰκονομεῖον Græcè vertisse videtur; propterea quòd Dionysium Exiguum οἰκονόμους sive οἰκονομεῖον, *Mansionarium* Latinè vertisse observaverat.

## In Can. III.

Ηλθεν εἰς τὴν ἁγίαν σύνοδον. Hæc quarta generalis Synodus cœpta est octavo Idus Octobris, & octavo Kalendas Novembris ipsi Imperatori Marciano eidem interesse visum est. Cùm ille igitur coram adesset, elegantem ad Synodum orationem habuit, omnium acclamationibus exceptam. Et fide à Concilio expositâ, coram eo recitatâ, ipse tria capitula Synodo confirmanda proposuit, his verbis, πρὸ ἔτι κεφάλαιά τινα περὶ πολὺν τὸν ὑμέτερον εὐλαβείας ὑμῖν ἐφυλάξαμεν, οἰόμενοι ἁγναπάσθαι, παρ' ὑμῶν ταῦτα κανονικῶς καὶ σύνοδον τυποῦσθαι, ἃ νόμοις ἐκτυποῦσθαι ἠμείψεις, *Quædam sunt capitula, quæ ad honorem vestræ reverentiæ vobis servavimus, decorum esse judicantes à vobis hæc canonicè potius firmari per Synodum, quàm nostrâ lege sanciri.* Syn. Chalced. Action. 6. Imperatore hæc præfato, Beronicianus Secretarius divini Consistorii, ipsius jussu, tria capitula legit, quorum primum in sequenti, ultimum in vicesimo, & medium in præsenti hujus Concilii canone constituitur: non tamen iisdem verbis, quibus ab Imperatore propositum fuit. Hoc enim capitulum ab Imperatore sic conceptum est. Ἐπειδὴ δέ τινες ἤδη ἐν τῷ κλήρῳ κατειλεσμένων, καὶ ἤδη μεταζόντων, τῷ φιλοχρημάτων νοσοῦντες, εἰς φροντίδας βιωτικῶν πραγμάτων ἑαυτοὺς ἐμβάλλουσι, μισθοὺς κτημάτων, ἢ ὑπάγοντι καθιστάμενοι, ἢ οἰκίαις προσεδρεύοντες, ὡς διοικοῦντες, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ, μηδένα κληρικὸν μισθοῦσθαι κτήματα, ἢ ὑπαγωγοῦ ἀναδέχεσθαι, εἰ πότε μὴ ἄρα ἔξεστι τῷ ἰδίῳ ἐπισκόπῳ ὑπαγαπᾶσθαι ἤδη ἐκκλησιαστικῶν κλημάτων προνοίαν φροντίδα· εἰ δέ τις μὴ ὁ ἕτερον τοῦτον, ἢ αὐτὸς πλησίον μισθώσασθαι, ἢ δι' ἄλλου τινὸς τοιαύτῳ ἀναδέξασθαι φροντίδα, τῷ ἐκκλησιαστικῷ τύπῳ ὑποκείσθω ὑπευθύνῳ. εἰ δὲ ἐπιμένει φιλονεικῶν, γυμνούσθω αὐτὸν τῆς ἀξιώματος. *Quoniam verò aliqui Clericorum & Monachorum pecuniæ amore languentes, curis mundanarum rerum semetipsos injiciunt, aut possessionum conductores, aut procuratores constituti, aut in domibus* (secularium) *obversantes, tanquam dispensatores effecti: Placuit huic sancto, magnoque consilio, nullum Clericum conducere possessiones, aut procurationem suscipere: nisi fortè ei à proprio Episcopo jubeatur Ecclesiasticarum possessionum habere sollicitudinem. Si quis autem post hanc definitionem aut ipse conducere præsumpserit, aut per alium quemlibet hanc curam suscipere, Ecclesiasticæ pœnæ subjiciatur: quòd si in contentione perstiterit, dignitate privetur.* Nemo hoc capitulum cum præsenti canone conferat, qui facilè non deprehendet, eundem utrique esse sensum, sed diversis verbis conceptum. Imperator enim rem solam à Synodo sanciendam proposuit, quibus autem verbis res ea sanciretur, ipse non determinavit, sed eorum arbitrio reliquit. Hic autem obiter observemus, quàm cautè, quam prudenter & religiosè se hâc in re Imperator gessit. Ille enim nonnulla à Clericis Monachisque admissa observârat crimina, quæ necesse fuit ut corrigerentur: Ipse tamen eorum reformationem sibi arrogare noluit, sed Synodo commisit, disertè in verbis supra citatis asserens, magis decorum esse, ut Ecclesiastica hujusmodi capitula, ab Ecclesiasticis quam à civilibus legibus, & à Synodo quam à se sancirentur.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Nimirum Clerici, quà Clerici, à legibus & judiciis principum immunes habiti, & Ecclesiasticæ quæcunque causæ, non à politicis, sed Ecclesiasticis judicibus discussæ & determinatæ perpetuò fuerunt. Nec ipsi quidem principes hoc ægrè tulerunt, sed suâ potiùs autoritate confirmârunt, suoque suffragio comprobârunt. Marcianus suam de hâc re sententiam verbis supra laudatis protulit, & exemplo suo corroboravit, cùm Ecclesiastica hæc capitula Synodo soli sancienda relinqueret, nihil jûris in istiusmodi rebus sibi vendicans. Marciano consensit Basilius Imperator, qui coram octavâ generali Synodo Constantinopoli habitâ, hæc disertè dixit, *De vobis autem Laicis, tam qui in dignitatibus, quam qui absolutè conversamini, quid amplius dicam non habeo, quam quod nullo modo vobis licet de Ecclesiasticis causis sermonem movere, neque penitus resistere integritati Ecclesiæ, & universali Synodo adversari. Hoc enim investigare & quærere, Patriarcharum, Pontificum, & Sacerdotum est, qui regiminis officium sortiti sunt, qui sanctificandi, qui ligandi, & solvendi potestatem habent, qui Ecclesiasticas & cœlestes adepti sunt claves: non nostrum, qui paciscì debemus, qui sanctificari, qui ligari, vel à ligamento solvi egemus. Quantacunque enim religionis & sapientiæ Laicus existat, vel etiam si universâ virtute interius polleat, donec Laicus est, ovis vocari non desinet: rursusque quantacunque Episcopus sit irreverentiâ & irreligiositate plenus, & nudus omni virtute, donec antistes est, & veritatis verbum rectè prædicaverit, pastoris mentionis & dignitatis damna non patietur.* Basil. Imp. in octavæ Synod. Act. 10. pag. 682 edit. Colon. an. 1618. Hæc ab Imperatore Basilio prolata, in Græcis etiam ejusdem Concilii Actis commemorantur, & contractiùs citantur his verbis, Λαϊκῷ δ᾽ οἰῳδήποτε κατ᾽ ἐκεῖνα τρόπον ἐξεῖναι λέγω περὶ ἐκκλησιαστικῶν ὑποθέσεων λόγον ἀναπτύσσειν, ἢ ἀντέχεσθαι ὁπωσοῦν ἐκκλησίας, ἢ εἰκονομαχικῆ σωιδῆναι· πῶς γὰρ ἀνέγκλητόν τι καὶ ζητεῖν παρ᾽ ἑαυτῶν ἔργον ὄφελος, καὶ ἱερέων, καὶ διδασκάλων, οἷς τὸ λύειν τε καὶ δεσμεῖν δέδοται ἐκ Θεοῦ. ὁ γὰρ λαϊκὸς κἂν πάσης ὄφειν ἐυλαβείας, καὶ σοφίας μυστὴς, ἀλλὰ λαϊκὸς, καὶ πρόβατον, ὑ ποιμήν. ὁ δ᾽ ἀρχιερεὺς κἂν πᾶσαν ὀπισθίκην ἀνδιλάβειαν, ἀλλὰ ποιμὴν ὄφει, ἐς᾽ ἂν ἐν ἀρχιερεῦσι τιλῇ· καὶ ὑ χρὴ κατηξιῶσθαι ὑφ᾽ ποιμένων τὰ πρόβατα. ibid. pag. 773. Nemo in Imperatoris verba observatu dignissima oculos conjiciat, quin primo statim intuitu videbit, quam longè ille Laicos quoscunque, & semet etiam inter alios, ab Ecclesiasticis causis dijudicandis aut discutiendis removet. Sed ante eum Honorius quoque idem asseruit, qui cùm ipse esset Imperator Occidentis, ad Arcadium Imperatorem Orientis hæc scripsit; *Cùm si quid de causâ religionis inter Antistites agere tur, Episcopale oportuerit esse judicium. Ad illos enim divinarum rerum interpretatio, ad nos religionis expectat* (leg. *spectat*) *obsequium. Sed esto, sibi de mysticis & catholicis quæstionibus amplius aliquid Principalis cura præsumpserit, itane usque ad exilia Sacerdotum, usque ad hominum cædes debuit indignatio concitata procedere, ut ubi cæstæ preces, ubi vota sincera, ubi sacrificia illibata solvuntur, illic se gladius, haud facilè etiam in jugulum noxiorum distringendus, exerceret?* Honor. epist. ad Arcad. Concil. tom. 1. part. 1. p. 629. Valentinianus senior in eâdem quoque opinione fuit, cujus hæc verba à D. Ambrosio referuntur, *In causâ fidei vel Ecclesiastici alicujus ordinis, cum judicare debere, qui nec munere impar sit, nec jure dissimilis*, & alio tempore, *Non est meum judicare inter Episcopos.* Ambros. lib. 5. Epist. 32. ad Valentinianum Imp. Nec aliter visum est ipsi Constantino magno, qui cum culpæ quorundam Episcoporum ei delatæ essent, & ipse ab Episcopis causas inter ipsos motas dijudicare postulatus, respondit eis, *Deus vos constituit Sacerdotes, & potestatem vobis dedit, de vobis quoque judicandi, & ideo nos à vobis rectè judicamur. Vos autem non potestis ab hominibus judicari. Propter quod Dei solius inter vos expectate judicium, & vestra jurgia, quæcunque sint, ad illud divinum reserventur examen. Vos etenim nobis à Deo dati estis dii, & conveniens non est, ut homo judicet Deos, sed ille solus, de quo scriptum est, Deus stetit in Synagoga deorum, in medio autem Deos discernit.* Ruffin. Hist. Eccles. l. 1. cap. 2. Sed quid sentiamus de Justiniano, isne adeo se totum politicis addixit legibus, ut Ecclesiasticas infregerit, aut violaverit? nihil minus: sed potius hoc idem, quod alii Imperatores asseruerunt, ille autoritate suâ confirmavit. Sic enim ipse statuit, *Si verò Ecclesiasticum sit delictum, egens castigatione & multâ, Deo amabilis Episcopus hoc discernat, nihil communicantibus clarissimis Provinciæ Judicibus, neque enim volumus talia negotia omnino scire civiles Judices: cùm oporteat talia Ecclesiasticè examinari, & emendari animas delinquentium per Ecclesiasticam multam, secundum sacras & divinas regulas, quas etiam nostræ sequi non dedignantur leges.* Justinian. Novel. 83. cap. 1. Imò quidem si civili aliquo crimine teneatur Sacerdos, idem Imperator non permittit eum ad civilia judicia trahi, priusquam Sacerdotio spoliatur, & sic Clericus sive Sacerdos esse definit. Hoc ex præfatione ejus ad eandem constitutionem patet, ubi ait, *Illud palam est, si reum esse putaverit eum, qui convenitur, Provinciæ Præses, & pœnâ judicaverit dignum, prius hunc spoliari à Deo amabili Episcopo Sacerdotali dignitate, & ita sub legum fieri manu.* Ex hisce omnibus ipsorum Imperatorum testimoniis perspicuum redditur & indubitatum, eos omnes Clericorum, quatenus Clericorum, censuras, & omnes Ecclesiasticas inter Clericos agitatas causas, & omnia denique Ecclesiastica negotia, quæcunque demum fuerint, Ecclesiasticis Judicibus, Episcopis nimirum, quibus etiam ab ipso Deo eadem judicandi potestas commissa est, discutienda & determinanda reliquisse. Et hinc etiam est, quòd Imperatores nullas unquam de Ecclesiasticis quibuscunque vel personis vel rebus leges ediderunt, nisi quæ prius à Synodo aliquâ Episcoporum sancitæ fuerant: ut nirum nemini videatur Marcianum, cum tria hæc capitula obtinere voluit, eadem non consensui soli & judicio, sed ipsi præsentis Synodi decreto commisisse. Quod etiam rationi summè consentaneum est. Cum enim personæ in his capitulis commemoratæ sint Ecclesiasticæ, & pœnæ etiam eorum transgressoribus intentatæ tales sint, quæ ab Ecclesiasticis solis judicibus infligi possunt, ipsa ratio postulat, ut ab iisdem etiam decernerentur. Civiles enim magistratus Ecclesiasticas hujusmodi pœnas frustra intentarent, cùm easdem exigere non sit in ipsorum potestate situm.

Η μισθώσεως κτήματα. Hæc à præsenti Concilio prius sancita, Justinianus etiam promulgavit his verbis, *Sed neque fieri susceptorem, aut exactorem fiscalium functionum, aut conductorem publicarum aut alienarum possessionum, aut curatorem domûs, aut procuratorem litis, aut fidejussorem pro talibus causis, Episcopum, aut Oeconomum, aut alium Clericum cujuslibet gradus, aut monachum, proprio nomine, aut Ecclesiæ, aut monasterii finimus, ut non per hanc occasionem, & sanctis domibus damnum fiat, & sacra ministeria impediantur.* Justinian. Novel. 123. cap. 6.

Η ἐπισκέψεων ἑαυτὸν κοσμικῆς διοικήσεων. In Johannis Antiocheni collectione, tit. 14. hic locus sic legitur, ἢ πραγμάτων κοσμικῶν περισκέψων ἑαυτὸν διοικητάς. Ac proinde ἢ πράγματα, quæ in nostris codicibus præcedunt, hîc omittuntur.

Πλὴν εἰ μήπου ἐν νόμων κελεύοι εἰς ἀρτιλίκων ἀνδρῶν ἐπιτροπάς. Hanc clausulam in capitulo, quod Marcianus Synodo proposuit, omissam, ipsi Patres interseruerunt. Sed Justinianus etiam Clericis, viz. Presbyteris, Diaconis, & Hypodiaconis, idem quod Patres hîc, permittit. *Deo autem*, inquit, *amabiles Episcopos & monachos ex nullâ lege tutores, aut curatores cujuscunque personæ fieri permittimus, Presbyteros autem, & Diaconos, & Subdiaconos jure & lege cognationis tutelam aut curam suscipere hereditatis permittimus, proprio & solo gradu cognationis ad tutelam & curam vocatis, hujusmodi suscipere administrationem permittimus; si tamen intra quatuor menses, ex quo vocati sunt, apud competentem judicem scripto declarent talem administrationem propriâ voluntate suscepisse. Et si quis eorum forsitan hoc fecerit, nullum ex hoc in aliâ tutelâ aut curâ præjudicium patiatur.* Justinian. Novel. 123. cap. 5.

Επίσκοπος ἐκκλησιαστικῶν ὑποθέσεων φροντίζειν. Hanc etiam cautionem à Synodo sancitam Justinianus in suas constitutiones transtulit, ubi ait, *Si autem Ecclesiis aut monasteriis possessiones quædam adjacentes inveniantur, & volverint dispensatores ipsarum venerabilium domorum in conductionem aut emphyteusim has accipere; tunc omnibus Clericis & Monachis pro his causis in ipso instrumento sub gestis monumentorum consentientibus, & manifestantibus pro utilitate venerabilium domorum hoc fieri, talem conductionem & emphyteusim procedere sinimus: sed etiam ipsis sanctissimis Ecclesiis & aliis venerabilibus domibus damus licentiam conductiones & emphyteuses facere ad invicem, & Clericis similiter propriarum Ecclesiarum possessiones conducere & gubernare, cum voluntate tamen Episcopi & Oeconomi permittimus.* Justinian. Nov. 123. cap. 6.

Επίτροποι ἢδὲ δίδονται. Hæc tutores impuberibus dari masculis usque ad an. 14 fœminis usque ad 12. & curatores utrisque ad an. 25. Balsamon ex lege civili pronunciat. Tutores enim dati sunt impuberibus, idque ex jure naturali; ut observat Justinianus, dicens, *Impuberes autem in tutelâ esse, naturali jure conveniens est: ut is qui perfectæ ætatis non sit, alterius tutelâ regatur. Quum ergo pupillorum pupillarumque curatores negotia gerant, post pubertatem tutela judicio rationem*

Ψηφιοποιήθηκε από την Cosmote

*tionem reddunt.* sect. 6. & Instit. de Atiliano tutore. Pubertas autem masculis an. 14. fœminis anno 12. incipit; ac propterea illi impuberes esse desinunt, idque ex ejusdem institutione, dicentis, *Et ideo nostrâ sanctâ constitutione promulgatâ, pubertatem in masculis post decimum quartum annum completum illico initium accipere disposuimus. Antiquitatis normam in fœminis bene positam in suo ordine relinquentes, ut post duodecim annos completos, viri potentes esse credantur.* ibid. Quibus modis tutela finitur. Et hinc in Pandectis dicitur, *sed si puella duodecimum annum impleverit, tutor desinit esse.* l. 13. sect. 2. ff. de tutoribus & curatoribus datis. Post pubertatem inceptam usque ad annum 25. Curatores dati sunt utrique sexui. *Masculi quidem puberes, & fœmina viri potentes usque ad vicesimum quintum annum completum, curatores accipiunt: quia licet puberes sint, adhuc tamen ejus ætatis sunt, ut sua negotia tueri non possint.* Instit. *De Curatoribus.* Pandectæ, *Apparet minoribus annis viginti quinque eum opem poliiceri, nam post hoc tempus compleri virilem vigorem constat. Et ideo in hanc usque ætatem adolescentes curatorum auxilio reguntur, nec ante rei suæ administratio iis committi debebit, quamvis bene rem suam gerentibus.* l. 1. sect. 2. & 3. ff. de minoribus viginti quinque annis.

Οἱ ἔτλειοι ιδ'. ἐτῶν. Hoc de masculis solis, non fœminis, intelligendum est, ut ex ante dictis constat. Hìc autem observari digna est distinctio inter ἀνήβους *impuberes*, & ἀφήλικας, *minores. Impuberes* enim masculi sunt usque ad annum 14. completum, fœminæ usque ad 12. Minores autem dicuntur puberes, qui annum 25. nondum compleverunt. Istis tutores, his curatores dati sunt.

## In Can. IV.

Οἱ ἀληθῶς. Hoc etiam unum est è tribus istis capitulis, quæ Imperatorem Marcianum præsenti Synodo sanciendа commisisse, in annotationibus ad præsentem canonem à nobis observatum est. Sed quoniam hoc etiam aliis verbis à Synodo constituitur, quam ab Imperatore conceptum fuerat, ne quid harum rerum studiosis desideretur, præsentem canonem Imperatoriis verbis expressum accipe. Τὸς ἀληθῶς καὶ εἰλικρινῶς τὸν μονήρη μετιόντας βίον, τ' ὀφειλουδῆς αὐτοῖς ἀξιοῦσθαι τιμῆς. Ἐπειδὴ δέ τινες τῷ μοναχικῷ κεχρημένοι σχήματι, καὶ τὰς ἐκκλησίας καὶ τὰ κοινὰ διαταράττουσι πράγματα, ἴδιξε μηδένα μὴν οἰκοδομεῖν μοναστήριον ἔξω γνώμης τοῦ τ' πόλεως ἐπισκόπου, μήτε δὲ αὐτὸ κτίσμα ἔξω γνώμης τοῦ ἰδιοίου τοῦ κτίσματος. τὸς δὲ καθ' ἑκάστην πόλιν ἢ χώραν μοναζοντας, ὑποτετάχθαι τῷ ἐπισκόπῳ, καὶ τὴν ἡσυχίαν ἀσπάζεσθαι, καὶ προσέχειν μόνῃ τῇ νηστείᾳ καὶ τῇ προσευχῇ· μήτε δὲ ἐκκλησιαστικοῖς ἢ δημοσίοις παρενοχλεῖν πράγμασιν, εἰ μήπερ ἄρα ἐπιτραπεῖεν διὰ χρείαν ἀναγκαίαν ἀπὸ τ' πόλεως ἐπισκόπου. μήτε μὴν ἐξουσίαν ἔχειν τοὺς μοναζοντας ἁπλῶς ἐν τοῖς ἰδίοις μοναστηρίοις δούλους, ἢ ἐλευθερίας ἄνευ γνώμης τοῦ ἰδιοίου. *Eos, qui verè & sincerè solitariam aggrediuntur vitam, debito eis honore dignos judicamus. Quoniam verò quidam sub pretextu solitariæ vitæ, & Ecclesias & communes perturbant causas, placuit nullum quidem ædificare monasterium, præter voluntatem Episcopi civitatis, neque in possessionibus præter voluntatem Domini possessionis. Eos verò Monachos, qui per singulas civitates sunt, atque Provincias, subjici Episcopo, & quietem amplecti, & intendere solùm ejejunio & orationi, & neque Ecclesiasticis neque publicis importunos rebus existere; nisi forsitan jubeatur is propter necessariam causam ab Episcopo civitatis. Sed neque potestatem habere monachos suscipiendi in monasteriis suis servos, aut inscriptitios, præter voluntatem Domini.* Act. Concil. Chalced. act. 6. p. 270. Hisce ab Imperatore propositis Synodus adjecit, τ' δὲ φιλαλληλίαν τῶν ἡμῶν τ' ὅρον, δέσποτα ἀκατάγνωστον ἔσῃ, ἵνα μὴ τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ βλασφημῶνται. Et insuper decrevit, τ' μὲν ἐπίσκοπον τ' πόλεως χρὴ τῶν ἰδίων πρόνοιαν ποιεῖσθαι τῶν μοναστηρίων. Quod idcirco adjectum videtur, ne monachi aliter prætenderent, se in urbibus eo tantum nomine versari, quòd nemo necessaria ipsis provideret.

Μηδὲ σωτερὸν μοναστήριον. Concilium Agathense, *Monasterium novum, nisi Episcopo aut permittente aut probante, nullus incipere aut fundare præsumat.* Conc. Agath. can. 27. Idem à Justiniano constituitur, Novel. 5. c. 1. & Nov. 131. cap. 7.

Μοναζοντας ὑποτετάχθαι τῷ ἐπισκόπῳ. Monachos & ipsos Abbates Episcopis subesse, alia quoque Concilia decreverunt. Aurelianense 1. *Abbates, pro humilitate religionis, in Episcoporum potestate consistant. Et si quid extra regulam fecerint, ab Episcopis corrigantur. Qui semel in anno, in loco ubi Episcopus elegerit, acceptâ vocatione conveniant. Monachi autem Abbatibus omni obedientiâ & devotione subjaceant.* Concil. Aurel. 1. c. 21. Concilium Agathense, *Clericis, sine commendatitiis Episcopi sui, licentia non pateat evagandi. In Monachis quoque præsentis sententiæ forma servetur.* Concil. Agath. can. 38. Concilium Ilerdense, in Hispaniâ, *De monachis id observari placuit, quod Synodus Agathensis noscitur decrevisse.* Concil. Ilerd. can. 3. Hinc Abbates ante consecrationem suam se Episcopis obedientiam & subjectionem præstituros scriptis olim professi sunt, cujus professionis formulam edidit Jacobus Sixmondus in notis ad Epist. 7. lib. 2. Goffridi Vindocinensis. Ecclesiasticas hac etiam in re civiles secutæ sunt leges. Justinianus, *Si quis contra Clericum, aut monachum, aut diaconissam, aut monastriam, aut ascetrium habeat aliquam actionem, adeat prius sanctissimum Episcopum, cui horum unusquisque subjaceat.* Justin. Novel. 123. cap. 21. Hinc etiam constituit Abbates ab Episcopis locorum tam eligendos quàm ordinandos esse, Novel. 5. cap. 9. Alibi autem Abbatis electionem quidem Monachis permittit, sed ordinationem ejus ab Episcopo loci celebrandam statuit, *Jubemus igitur*, inquit, *Abbatem aut Archimandritam in unoquoque monasterio ordinari, non omnino secundum gradum monachorum, sed omnes monachi melioris opinionis existentes eum eligant, propositis sacro-sanctis Evangeliis, dicentes quia neque propter amicitiam, aut aliam quamlibet causam, sed scientes eum & fide rectum, & vitâ castum, & gubernatione dignum, & qui possit monachorum disciplinam & omnem monasterii statum utiliter custodire, eum elegerunt, & sanctissimum Episcopum, sub quo monasterium constitutum est, eum, qui ita electus est, modis omnibus Abbatem ordinare.* Id. Novel. 123. cap. 34. Et hoc quidem in exemptis etiam monasteriis diu observatum fuit; ut patet ex privilegio immunitatis, quod Episcopus Ambianensis cum Collegis suis Monasterio Corbeiensi anno Dom. 644. concessit; etiamsi enim omnia Monasterii illius bona ab Episcoporum jurisdictione exemerit, & monachos ab Abbate corrigi permiserit, addit tamen, *Cùm Abbas fuerit de sæculo isto evocatus, quem unanimiter congregatio ipsius Monasterii ex semetipsis bonum & dignum elegerint, datâ autoritate à præfato Principe* (Chlotario fundatore ejusdem Monasterii) *vel ejus successoribus, à nobis vel successoribus nostris absque ullo commodo secundùm sanctos canones ordinetur.* Extat hoc privilegium in Concil. Gallic. tom. 1. sed observandum est, hoc privilegium dicto monasterio non nisi Episcopi, cui subesse debuit, atque ipsius etiam Regis consensu & petitione indultum esse; ut ex ipsomet privilegio constat, in quo dicitur, *Dum tanti gloriosissimi Principis petitio intercessit.* Et per hujusmodi quidem privilegia, à Regibus & locorum Episcopis concessa, quamplurima olim & etiamnum Monasteria, contra ac præsenti canone decretum est, ab omni Episcoporum potestate exempta sunt. Cujus rei illustre exemplum extat in privilegio Monasterio Atrebanensi concesso à Concilio Vermerienſi, cui Hincmarus Rhemensis præfuit, circa annum Dom. 866. Hincmarus Rhemensis enim, qui illud conscripsit, in ipso privilegii initio testatur hoc à Rege primo quæsitum, atque etiam confirmatum postea fuisse. *Gaudendum est nobis*, inquit, *fratres charissimi, ac in Domino Jesu Christo exultandum, pro Senioris nostri Karoli serenissimi ac gloriosissimi ferventissimo studio, quod ob amorem Dei & salutem animæ suæ gerit circa Monasteria, & loca sanctorum relevanda, instauranda, atque religiosè ordinanda.* Et paucis interfertis, *Non solùm nos admonet Rex, sed etiam deprecatur in hâc re illius adjutores promptâ voluntate existamus, videlicet, ut quod ille per suum præceptum confirmavit, nos divinâ auctoritate, & nostrâ Episcopali sententiâ, ita corroboremus, ut in æternum nullus mortalium audeat temerare atque violare.* Et enumeratis villis & prædiis, quibus dictus Rex Karolus Calvus Monasterium S. Vedasti Atrebanense donaverat, proximè addit. *Unde nos omnes Episcopi, qui Synodali evocatione hìc adsumus, Senioris nostri Karoli Regis jussu, ex auctoritate Dei omnipotentis, & potestate nobis divinitùs collatâ, præcipimus & statuimus, ut nullus Rex, nullus Episcopus, nullaque persona alia, de jam factis rebus, & nominatis villis, prædiis, & mancipiis ipsis monachis deputatis, unquam in sequenti tempore aliquid agere præsumat; sed illarum ordinatio in Abbate vel Monachis pendeat.* Et postea, *Monasterium verò ipsum ejusque custodia, atque omnis ordinatio, ad ipsos Monachos, & ad Abbatem, quem sibi elegerint, pertineant.* Editum est hoc privilegium ex ipsis Archivis Monasterii S. Vedasti Atrebanensis per doctissimum Virum Stephanum Baluzium in ipsius editione Operis Petri de Marcâ,



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

de concordiâ Sacerdotii & imperii, tom. 1. pag. 215. Hìc obſervatum velim, Regem & Epiſcopos Provinciæ ſolos hoc privilegium confirmâſſe, nullâ habitâ Epiſcopi Romani mentione. Aliàs autem ille etiam, quo jure quave injuriâ ipſe viderit, ſuam hujuſmodi immunitatibus autoritatem interpoſuit. Primus ex Epiſcopis Romanis, qui hoc ſibi arrogavit, Gregorius Magnus vulgò perhibetur. Ille autem, etiamſi Abbatis electionem, & alia nonnulla, quæ ad majorem ipſorum quietem conducerent, Monachis permiſit, ipſos tamen Abbates Epiſcoporum curâ & juriſdictione minimè excepit; ſed potiùs Abbatum ordinationem, atque ipſorum etiam Monachorum correctionem iis commiſit. Prius patet ex Epiſtolâ ejus ad Caſtorium Epiſcopum Ariminenſem, cui hæc dicit, *Abbatem verò eidem Monaſterio* (S. Andreæ & Thomæ in Ariminenſi civitate conſtituto) *non alium, ſed quem dignum moribus atque actibus monaſticæ diſciplinæ communi conſenſu congregatio tota poposcerit, te volumus ordinare.* Greg. l. 5. Epiſt. 43. Atque etiam ex Epiſtolâ ipſius ad Johannem Subdiaconum Ravennæ, ubi ait, *Tua itaque experientia ſolicitè requirat, & ſi ejus vita ad locum regiminis digna eſt, à Reverendiſſimo fratre & Coepiſcopo noſtro Mariniano hunc Abbatem ordinari faciat.* Id. l. 10. Epiſt. 22. Poſterius etiam ex eâdem Epiſtolâ abundè conſtat, ubi paucis interjectis, ait, *Hoc autem prædicto fratri & Coepiſcopo noſtro omnino dicere ſtude, ut peculiaritatem à quatuor aut quinque monaſterii monachis, in quibus corrigi hactenus minimè potuit, ſtudioſiſſimè compeſcat, & hoc ipſum Monaſterium à tali peſte mundare feſtinet.* Quapropter prima potiùs Monaſterii cujusvis ab Epiſcopali juriſdictione exemptio, ab Epiſcopo quovis Romana indulta, Adeodato, qui ad ſedem iſtam anno 672. evectus eſt, attribuenda videtur. Is enim Ægyrico Abbati S. Martini Turonenſis hujuſmodi privilegium immunitatis conceſſit; ſed non ſine morſu quodam conſcientiæ exinde orto, quòd hoc contra antiquos mores & diſciplinam Eccleſiæ eſſet; ut ex ipſius verbis ad dictum privilegium à ſe conceſſum liquet, dicentis, *Parumper autem ambigimus, idcirco quòd mos atque traditio ſanctæ noſtræ Eccleſiæ plus non ſuppetat, à regimine Epiſcopalis providentiæ religioſa loca ſecernere.* Extat hoc privilegium Adeodati Concil. Gallic. tom. 1. Ex quo etiam perlecto cuivis patebit illud à Regibus Galliæ, & ipſo Crotberto Turonenſi aliiſque Epicopis, priuſquam à Romano conceſſum fuiſſe. Verum hujuſmodi ſcrupulus, quo Adeodatus laboravit, ſucceſſorum ejus animos minimè tetigit. Iſti enim, etiamſi in ipſorum conſecratione ſe canones obſervaturos polliciti ſint, eorum tamen, quæ hoc aliiſque veterum Conciliorum canonibus conſtituta ſunt, violationem non modo permiſerunt, verumetiam quantâ potuerunt autoritate confirmârunt. Hoc facilè eſt demonſtrare ex iis, quæ Epiſcopos Romanos in Galliâ, Germaniâ, aliiſque quamplurimis locis, quocunque nimirum poteſtatem ſuam extendere potuerunt hâc in re geſſiſſe traditur. Verum ad hoc probandum non opus eſt longè abeamus. Nam clarè ſatis ex iis eluceſcet, quæ in hâc noſtrâ regione, Angliâ nimirum, Epiſcopos Romanos feciſſe conſtat. Hìc enim monaſteria antiquitus, eorumque incolas Epiſcopis ſuis juxta præſentem canonem ſubjectos fuiſſe, ex conſtitutionibus Johannis Peccham, & Edmundi Archiepiſcoporum Cantuarienſium in Provinciali veteri iſtius Provinciæ, titulis de ſtatu regularium & de religioſis domibus, atque etiam è Synodo conſtat apud Celichyth habitâ anno 816. præſente Kenulpho Rege Merciorum, & Præſidente Wulfredo Archiepiſcopo Cantuariæ, à quo ſtatutum eſt, *ut habeat unuſquiſque Epiſcoporum poteſtatem in ſuâ propriâ diœceſi Abbatem vel Abbatiſſam eligere, & hoc cum conſenſu & conſultu familiæ, &c.* cap. 4. Sed nihilo ſecius, nec obſtantibus Provincialium Epiſcoporum, nec præſentis Oecumenici Concilii conſtitutionibus, Epiſcopi Romani exemptiones Monaſteriorum ab omni Epiſcoporum juriſdictione confirmârunt. Hoc primò patet ex Inæ Regis Occidentalium Saxonum Chartâ Glaſtenburiæ Monachis confectâ anno 725. in quâ ipſum privilegium his verbis concipitur. *Igitur ſummo Pontifice Gregorio* (juniori) *annuente, atque ut matrem Domini ſui in ſinum & protectionem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ meæ* (leg. forte *me*) *licet indignum cum ipſâ ſuſcipiente, conſentientibus etiam omnibus Britanniæ Regibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus atque Abbatibus, ſtatuo ego, atque confirmo, quatenus omnes terræ & loca & poſſeſſiones beatæ Mariæ Glaſteie ſint quieta, & ab omnibus Regiis exactionibus & operibus, quæ indici ſolent, viz. expeditione pontis, arciſvè conſtitutione, & ab omnium Archiepiſcoporum & Epiſcoporum promulgationibus & perturbationibus, ſicut in antiquis ejuſdem Eccleſiæ Chartis ratum eſſe invenitur: & à prædeceſſoribus meis Kenewalchio, Kentwino, Cedwalla, Baldredo confirmatum eſſe dignoſcitur, inconcuſſa & illibata permaneant; & quæcunque emerſerint cauſæ in homicidiis, ſacrilegiis, veneficiis, furtis, rapinis, in diſpoſitione Eccleſiarum, & deſcriptione & ordinatione Clericorum, in conventiculis Synodalibus, & in omnibus judiciariis examinationibus, abſque ullius hominis præjudicio, Abbatis atque Conventûs diſpoſitione diffiniantur. Sed & omnibus regni mei Regibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, & Principibus, ſuper honorem ſuum & amorem meum præcipio, & omnibus tam meis quàm eorum miniſtris ſuper ſalutem corporis ſui præcipio, ne ullus eorum in inſulâ Domini noſtri Jeſu Chriſti, & perpetuæ Virginis Mariæ Glaſteie, nec ejuſdem Eccleſiæ poſſeſſiones causâ placitandi, perſcrutandi, rapiendi, præcipiendi, interdicendi, vel aliquid faciendi, quod ibidem Deo famulantibus poſſet eſſe in ſcandalum, audeat intrare.* Et poſtea dicitur, Eodem etiam anno eundem Regem Inam Romam perſonaliter adiiſſe, & hoc privilegium *Apoſtolico ſignaculo corroboratum* redeundo Glaſtoniam apportâſſe. Sed hìc etiam videre eſt, hoc privilegium contra præſentem canonem ab Epiſcopo Romano non niſi Regis & Epiſcoporum hujus Provinciæ conſenſu confirmatum eſſe. Extat hoc privilegium Concil. Britannic. tom. 1. Ut prætereamus privilegium Monaſterio S. Edmundi indultum, quo ab omni juriſdictione Epiſcoporum exemptum eſt; quoniam nihil de eodem Romæ confirmato traditur, atque ipſum privilegium mutilatum tantummodo editur, atque etiam dubiæ fidei eſt: Aliud illuſtre hujus rei exemplum videre eſt in privilegio Monachis Weſtmonaſterii indulto, cujus Hiſtoria paucis huc redit. Edwardus Rex Anglorum, cognomento Confeſſor, Romam ſe religionis ergò peregrinaturum vovit. Cùm hoc autem optimates ejus ægrè ferrent, legati protinus ad Epiſcopum Romanum miſſi ſunt, qui tum ipſius Regis intentionem, tum contrariam optimatum ſententiam eidem indicârent. Epiſcopus autem Romanus, legatis auditis, Regem abſolvit *à peccato illius voti*, atque inſuper ab *omnibus negligentiis & iniquitatibus* ſuis: ſed hoc ei eodem tempore *ſub nomine ſanctæ obedientiæ & pœnitentiæ* præcipiens, ut expenſas, quas ad iſtud iter paraverat, pauperibus erogaret, & cœnobium Monachicum in honore S. Petri, aut novum conſtrueret, aut vetuſtum reparâret & augeret. Eodem temporis articulo opportunè admodum accidit, ut Monachus quidam, nomine Wulfinus, aſſereret B. Petrum voluntatem ſuam ſibi revelâſſe, ut Rex locum inſtauraret, quod dicitur Weſtmonaſterium, quod à tempore ſancti Auguſtini primi (ut aiunt) Anglorum Epiſcopi inſtitutum, & multorum Regum munificentiâ honoratum, jamjam collapſurum erat, vetuſtate deſtructum. Rex monacho fidem habuit. Et tam ex iſtius viſione, quàm Epiſcopi Romani literis collegit, divinitùs ſibi mandatum eſſe, ut dictum Monaſterium, Weſtmonaſterium dictum repararet. Qui proin opèri ſe totum accinxit, & veteri deſtructo, novam illico baſilicum cum monaſterio conſtruxit, & poſtea cum Concilio & decreto Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Comitum & Optimatum ejus ſtatuit, ut *pro magnificâ dignitate ſive Regali excellentiâ ipſius Eccleſiæ, & pro quiete Monachorum ibidem Deo famulantium, tantus honor eidem Eccleſiæ habeatur in perpetuum & obſervetur, ut neque nos, neque ſucceſſores noſtri, nec quilibet Epiſcopus, vel quicunque de judiciariâ poteſtate, in ipſam ſanctam Baſilicam, vel in manentes in ipſâ, vel in homines qui cum ſuis terris vel qualibuſcunque ſubſtantiis ad ipſam tradere vel devovere ſe voluerint, niſi per voluntatem Abbatis, & ſuorum Monachorum, ullam unquam habeant poteſtatem.* Priora de occaſione conſtruendi hujus templi & monaſterii ex primâ Chartâ dicti Regis Edwardi Confeſſoris Eccleſiæ S. Petri Weſtmonaſterienſi confectâ collegimus, quæ edita eſt in primo Conciliorum Britannicorum tomo. Poſteriora autem de ipſis privilegiis eidem Monaſterio conceſſis, ex ſecundâ ejuſdem Chartâ, ibidem extante, cui non ipſe Rex ſolus, ſed & Regina Editha, Stigundus Archiepiſcopus, & plurimi Epiſcopi, Abbates, aliique ſubſcripſerunt. Hiſce ſic peractis Rex Edwardus ad Nicolaum II. Epiſcopum Romanum miſit, hujus privilegii ab eo etiam confirmationem petens. Nicolaus Regi conſenſit, & bullam ad eum remiſit, quâ inter alia, ſcribit, *Ex auctoritate Dei & ſanctorum Apoſtolorum, atque hujus Romanæ Sedis, & noſtrâ, concedimus, permittimus, & ſolidiſſime confirmamus, ut amplius in perpetuum regiæ conſtitutionis & conſecrationis locus ſit, atque repoſitorium regalium inſignium, & habitatio perpetua Monachorum, qui nullis omnino perſonæ niſi Regi ſubdantur, habeantque poteſtatem ſecundum regulam ſancti Benedicti, per ſucceſſiones eligere ex ſe*

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

*ex se idoneos Abbates; neque introducatur per violentiam extranea persona, nisi quam concors congregatio esse praelegerit. Absolvimus etiam eum locum ab omni servitio & dominatione Episcopali, ut nullus Episcopus illuc introeat ordinaturus, aut praecepturus aliquid, nisi ex petitione & consensu Abbatis & Monachorum.* Hæc Nicolai II. Bulla non extat tantum in dicto tom. 1. Concil. Anglic. sed & in Binii Concil. tom. 3. part. 2. Quantum hæc præsenti, ab universali Synodo decreto, canoni adversantur, non opus est hîc adnotemus. Sed non mirum est Episcopos Romanos plenas hujusmodi immunitates atque exemptiones ab omni Episcopali potestate Monasteriis eorumque incolis indulsisse, cùm eosdem pro quibusvis etiam peccatis, contra expressa æterni Dei verba in sacris Scripturis revelata, admissis indulgentias suas passim distribuisse, & etiamnum distribuere æque apertum est, atque impium.

Καταλιμπάνοντας τὰ ἴδια μοναστήρια. Ne quis Monachus Monasterium suum relinquat, civilibus quoque legibus confirmatur. *Qui in Monasteriis degunt, potestatem inde exeundi ne habento, vel in Antiochensi civitate, seu aliis quibuscunque civitatibus conversandi, exceptis duntaxat apocrisiariis, quibus licentiam damus volentibus, ut apocriseon solarum causâ exire possint.* l. 29. c. de Episcopis & Clericis. Justinianus. *Si monachus reliquerit suum Monasterium, & in alind ingrediatur; quascunque res, tempore quo Monasterium dereliquerit, habere videbitur, proprio Monasterio, in quod ab initio ingressus est, eas competere jubemus. Providere autem sanctissimos locorum Episcopos, ut neque monachi neque monachae circumeant civitates, sed si quòd necessarium responsum habuerint, per proprios responsarios hoc agant, in propriis manentes Monasteriis.* Justin. Nov. 123. c. 42. Idem ferè à Stephano Archiepiscopo Cantuariensi statuitur, in Provinciali Lyndwodi. *Item tam à Monachis quàm canonicis regularibus & monialibus silentium praecipimus observari in locis & temporibus constitutis: nec viris aut mulieribus absque licentiâ superioris egredi liceat septa domus, nec sine certâ causâ & honestâ, egrediendi iis licentia concedatur.* de statu Regularium cap. Inhibemus.

Τὸν φήσιν ἐπίσκοπον τῆς πόλεως. Hæc verba Egbertus Archiepiscopus Eboracensis in excerptionibus ex Dionysii Exigui versione citat, ubi ait, *Convenit enim Episcopum civitatis, ut sancta & magna Synodus Chalcedonensis decrevit, competentem Monasteriorum providentiam gerere.* Egbert. excerpt. cap. 64. Hanc ultimam hujus canonis clausulam in Marciani capitulo, quod Synodo proposuit, desideratam Patres ipsi adjecerunt: cujus adjectionis rationem superiùs attigimus.

## In Can. V.

Arist. Τῶν τῆς ἁγίας πηδάλια. Legendum haud dubiè τοῦ τῆς ἁγίας συνόδου. Sic enim legitur in Syn. Antioch. can. 13. quem hîc citat Aristenus, κανηγορῶν ἐντεῦθεν ὅτι τοῦ τῆς ἁγίας συνόδου.

## In Can. VI.

Μηδένα ἀπολελυμένως χειροτονεῖσθαι. Quid per ἀπολελυμένως intelligendum est, ex ipsomet canone constat, in quo isti ἀπολελυμένως ordinari dicuntur, qui, cùm ordinantur, certum non habent locum, quo munus susceptum obeant. Sic præter Balsamonem & Zonaram, etiam Josephus Ægyptius hanc vocem interpretatus est, primam canonis hujus partem sic explicans, لا يقبلن احد الشرطونية من غير ان يعرف له موضع ومستقر لا قسيس ولا شماس ولا غيرها ولا من كان من دونهم ايضا بل ليعرف موضعه ويثبت فيه *Nemo ordinationem accipiat, nisi declaretur ei locus & sedes, in quâ resideat: non Presbyter, nec Diaconus, nec alius ab iis, nec qui istis inferior est, sed locus ejus declaretur, & in eo constans maneat.* Et Egbertus Eboracensis vim vocis hujus, & totius canonis sensum, breviter sic exprimit, *Ut nullus absolutè ordinetur, & sine pronunciatione loci, ad quem ordinandus.* Egbert. excerpt. can. 51. Hoc posterioribus est, *sine titulo* neminem ordinari. Concilium Lateranense, anno D 1179. *Episcopus, si aliquem sine certo titulo, de quo necessaria vita percipiat, in Diaconum vel Presbyterum ordinaverit, tamdiu necessaria ei administret, donec in aliquâ ei Ecclesiâ convenientia stipendia militiae Clericalis assignet: nisi forte talis, qui ordinatur, extiterit, qui de suâ vel paternâ hæreditate subsidium vitæ possit habere:* Concil. Later. cap. 5. Hoc decretum à Concilio Londonensi sub Huberto Cantuariensi Archiepiscopo anno D. 1200. celebrato confirmatum est, statuente, *Illud etiam juxta tenorem Lateranensis Concilii firmiter observari praecipimus, ut si Episcopus aliquem sine titulo certo Diaconum vel Presbyterum ordinaverit, tamdiu ei subministret, donec ei in aliquâ Ecclesiâ convenientia stipendia militiae Clericalis assignet, nisi fortè talis, qui ordinatur, extiterit, qui de suâ vel paternâ hæreditate subsidia vitæ possit habere. Idem in Subdiaconi ordinatione statuimus, adjungentes ut si Archidiaconus citra speciale mandatum Episcopi sui aliquem praedictorum ordinationi praesentaverit, & is ad ejus praesentationem ordinatus fuerit, praedicta paena subjaceat.* Concil. London. can. 6. Concil. Bin. tom. 3. part. 2. p. 666. 667. edit. Colon. 1618.

Ὁ χειροτονούμενος ἐπιπλήττοιτο. Non quidem inficias eam, quin ἐπιπλήττω sæpiùs, palam & per præconem aliquid denunciare & prædicare significet; neque etiam me latet, suffragia olim cleri populique publicè rogata esse, priusquam Episcopus ordinaretur: sed quâ tamen ratione Christophorus Justellus hanc vocem eo sensu hîc usurpari asseruerit, non video. Etiamsi enim Episcoporum nomina publicè proposita fuerint, priusquam antiquiùs ordinarentur; idem tamen in Presbyterorum, aliorumque inferiorum Clericorum ordinationibus nunquam obtinuisse, notius est, quàm ut probatione indigeat. Præsens autem canon, non de Episcopis, sed Presbyteris, aliisque Clericis loquitur: ac proinde verbum ἐπιπλήττοιτο hoc in loco nihil aliud significare potest, quam simpliciter *pronuncietur*, ut Dionysius Exiguus, vel *declaretur*, ut vetus interpres vertit: vel etiam *nominetur*, quemadmodum Patres Antiocheni verbum ἐνσημάζεσθαι hoc sensu usurpârunt, ubi dicunt, Εἴ τινες ἐπίσκοποι καταφρονήσαντες καὶ μὴ δεχόμενοι τοὺς τῆς παροικίας ἐκείνης εἰς ἣν ἐνσημάζονται. Syn. Antioch. can. 18. Ut nullus enim Episcopus ordinatus est, nisi proposito urbis alicujus aut paroeciæ nomine, cujus ipse Episcopus nominetur: sic hoc in loco cautum est, ut idem etiam de Presbyteris & aliis Clericis observetur; adeo ut nullus etiam Clericus ordinetur, nisi designato aliquo ἰδικῶς *in specie*, ut loquuntur Patres, loco, vel in Ecclesiâ civitatis aut pagi, vel in martyrio, aut monasterio, in quo ministerium sibi commissum exercere potest.

Εἰς πλοῦτον τοῦ ἐκκλησίαν. Codex Ætonensis legit, εἰς πλοῦτον ἢ πλοῦτον ἐκκλησίαν. Sed altera loquendi formula à Balsamone & Zonara magis usitatur: ut in proximâ lineâ, εἰς τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ, & εἰς τὸ οἰκεῖον τοῦ μοναστήριον. Et Zonaras, ἐν τῇ οἰκείᾳ τοῦ πόλεως.

Διὰ χειρὸς τοῦ ἀρχιερέως σιλεντίου σφραγῖδα. Σφραγὶς à Græcis Scriptoribus sæpè usurpatur pro *Signo Crucis*, ut & σφραγίζω pro *signare Cruce*, ut à Gregorio Nazienzeno, qui de Juliano loquens, ait, δεῖ τὸν σωτῆρα καταφυγεῖν, καὶ τὸ παλαιὸν φάρμακον, καὶ τούτῳ σημεῖα ποιεῖται κατὰ τῶν φόβων, καὶ βαυβὼν ποιεῖται τὸν διωκόμενον (καὶ τὸ ἐξῆς φοικωδέστερα) ἴσχυσεν ἡ σφραγὶς, ὑπεῖκουσι οἱ δαίμονες, λύονται οἱ φόβοι, *Ad crucem & vetus illud remedium confugit, hocque se adversus terrores consignat, eumque, quem persequebatur, opitulatorem ascivit (At quæ sequuntur magis tremenda) Prævalnit σφραγὶς, cedunt daemones, pelluntur timores.* Greg. Naz. orat. 3. adv. Julian. ubi palam est σφραγῖδα *signaculum crucis*, quo se consignâsse antea dictum est, significare. Idem alibi, Εἶδεν ἐμὲ ὁ αὐτῷ φίλτατον (ἐφρόντιζε γὰρ ἡμῶν ἄλλος οὐδ' ἐν ὀνείρῳ) ἀδόκητος ἐπιφάντα νυκτὸς μὴ καιροῦ καὶ ἄρτιον ἐξ λαμπρυντήριον, ἐπιδεξάμενόν τε αὐτοῦς καὶ σφραγισάντα, ὥσπερ φίλον ἡμῶν, θρέψαι τε καὶ ῥῶσαι καὶ συναγωγεῖν τοῦ δώματος. Hoc est, *Visum est ipsi, me quem charissimum habebat (neque enim quenquam alium nostrûm nec in somnis mihi præferebat) noctu repentè supervenientem, cum canistro panibusque inprimis candidis, & pro more meo benedictis, atque cruce consignatis eam aluisse, sicque convaluisse, & vires collegisse.* Id. orat. 19. In Euchologio hoc verbum passim dicto sensu occurrit; & quod in primis observandum est, in ritu de ordinatione Presbyteri, ubi una editio legit, πιστὸν τοῦς χειροὺς θεῖναι τοῦ καταλοῦ αὐτοῦ, alia habet, σφραγίσας αὐτὸν γ'. In oratione in mulierem puerperam post 40. dies, plenius dicitur, πιστεῖ ὁ ἱερεὺς τοῦ τὸ χειροῦ σφραγῖδα ἐπ' αὐτῇ Hujusmodi σφραγῖδα in ordinationibus olim æque ac baptismo usitatam esse, S. Chrysostomus docet, ubi ait, Ἀλλ' ὡς εἰπεῖν, ὅτε σφραγίσομαί σε χειροῦ· καὶ γὰρ πάντα δι' αὐτοῦ τελεῖται τὰ καθ' ἡμᾶς. κἂν ἀναγνωσθῆναι δεῖ, χειροὺς σφραγίσατε· κἂν προελθῶσι τοῦ μυστικοῦ ἐκείνου προελοῦ· κἂν χειροτονηθῆναι.

καὶ ὁπουῶν ἕπεσθαι πείθεται, παντελῶς οὖτος ἡ νίκης ἡμῖν παίσματος σύμβολον. Chryſoſt. in Mat. λογ. νδ'. tom. 2. pag. 346. edit. Savil. Et quidem in inferiorum Clericorum ordinationibus ἡ σφραγὶς ſive *Crucis conſignatio* in capite ordinati facta, præcipua, ſi non ſola, videtur χειροθεσία quæ iis, apud Græcos præſertim, uſitata eſt: ut ex hoc ipſo Balſamonis loco colligimus, de Lectoribus dicentis, φαμὲν ὅτι καὶ οἱ ἀναγνῶσται κληρικοί εἰσι καὶ χειροθεσίαν ἀρχιερέως ἔχουσι, διὰ χειρὸς ἀρχιερέως δηλαδὴ σφραγῖδα. Ubi palam eſt, eum vere Lectorum σφραγῖδα, ipſam χειροθεσίαν eorum vocare. Et clarius alibi Lectores, Cantores, alioſque ejuſmodi Clericos per ſolam σφραγῖδα miniſterium ſibi commiſſum habere dicit, ubi diſtinguit inter eos qui χειροτονίαν, & eos qui σφραγῖδα ſolam habent, dicens, κάντες κληρικοχειροτονημένοι εἰσὶν, ὡς οἱ ὑποδιάκονοι, καὶ οἱ διάκονοι, καὶ οἱ ὑποδιάκονοι. κάντες διὰ μόνης σφραγῖδος ὑπέρχουσιν ἔχοντες ἱερατικὴν, ὡς οἱ ἀναγνῶσται, καὶ ψάλται, καὶ θυρωροὶ, καὶ οἱ ὅμοιοι. Balſ. in Baſil. can. 51. Hinc idem alibi Lectoris ordinationem τὴν τοῦ ἀναγνώστου σφραγῖδα vocat, in Syn. Nicen. 2. can. 14. ibidem tamen ait Lectores ab Epiſcopo χειροθεσίαν accipere; quæ ἀσύστατα eſſent, ſi χειροθεσία aliud quàm σφραγὶς eſſet; præcipuè cum ibidem etiam idem ait, εἰ μὴ λάβῃ σφραγῖδα ὑποκουεῖδος διὰ χειροθεσίας ὑποκοπικῆς. Nimirum dicti Clerici per σφραγῖδα ordinati ſunt: ſed iſta σφραγὶς per χειροθεσίαν facta eſt, ſive manu capiti impoſitâ, & crucis ſignum ibidem faciente; quæ propterea χειροθεσία vocetur, æque ac σφραγὶς. Sed huic opinioni Euchologium adverſari videatur. Nam in ordine fieri ſolito in ordinatione Lectoris & Cantoris, de Epiſcopo ordinante dicitur, καὶ τρίτον τὸν τύπον κεφαλὴν σφραγίζων ὑποτίθησι αὐτῷ τὸν χεῖρα, καὶ εὔχεται ὕπως. Hîc enim Epiſcopus nonnullis videatur, eum primò σφραγίζειν, & poſtea manum ei imponere: ſed animadvertendum eſt, hîc non dici σφραγίσας, tanquam de re præteritâ, ſed σφραγίζων ὑποτίθησι. Adeo ut utrumque in eodem, præſenti nimirum, tempore peragendum ſit. Verùm altera editio hujus ordinis (quam etiam videre eſt in Euchologio à Jacobo Goar edito) totam hanc controverſiam tollit, quippe quâ hîc locus ſic legitur, Καὶ ὑποτιθεὶς τὸν χεῖρα ἐπὶ τὸν κεφαλὸν αὐτοῦ, σφραγίζων αὐτὸν ὑποτίθησι ὕπως. Ubi obſerves velim; nihil hîc inter χειροθεσίαν & σφραγῖδα adhibendam, nec etiam particulam καὶ interſeri: adeo ut verba poſteriora ſint priorum duntaxat exegetica, declarantia quómodo manum capiti ejus imponit, nimirum σφραγίζων *conſignans* eum. Ubi etiam præterea notandum eſt, in ordinationibus Presbyterorum & Diaconorum, quibus propria & perfecta χειροθεσία habetur, Epiſcopum non modo manum ſuam imponere, ſed etiam capiti impoſitam tenere, ut in ordinatione Presbyteri dicitur, Πάλιν οὖν σφραγίσας αὐτὸν γ'. καὶ τὸν χεῖρα ἔχων ὑποκυβίῳ. Et in ordinatione Diaconi, ὁ Ἀρχιερεὺς ἔχων ὑποκυβίῳ τὸν χεῖρα τῇ κεφαλῇ τοῦ χειροτονουμένου, εὐχεται. At in ordinatione Lectoris & Cantoris Epiſcopus non dicitur manum impoſitam tenere; ſed tantum imponere; cujus diſcriminis nulla alia occurrit ratio, quàm quòd Epiſcopus in horum ordinationibus manum ſuam aliter non impoſuit, quàm tres cruces ibi exprimendo. Ac proinde χειροθεσία eorum nihil aliud fuit, quàm ipſa crucis in capite conſignatio, ſive σφραγὶς, quemadmodum Balſamon hoc loco aſſerit. Ubi etiam obſervare licet, Gentianum Hervetum σφραγῖδα *charactéris dationem*, ut alibi ſæpiùs, *charactérem*, vertiſſe: quam ejus tralationem nos etiam admiſimus; ſed hâc cautione (quam hîc ſolum adnotare ſufficiat) ut talis intelligatur character, quo ſignum crucis repræſentatur.

Εὐείσακτον φέρειν τοῦτο βαθμόν τινα. Ariſtenus hîc à vero canonis hujus ſenſu toto cœlo errat. Vocem enim ἀπολελυμένους in canone, ἀπολύτως in epitome ita interpretatur, ac ſi hîc cautum eſſet, ne quis in Presbyteri, Diaconi, aut alio quovis ordine Eccleſiaſtico ordinetur, niſi in gradu aliquo Eccleſiaſtico prius fuerit; ac ſi nemo Presbyter, aut Diaconus fiat, niſi qui Lector priùs, aut Cantor fuerit. Cùm Patres nihil aliud hoc canone conſtituerint, quàm neminem ſine certo titulo ordinandum eſſe, niſi certum nimirum locum eodem tempore aſſignatum habeat, quo muneribus ſibi concreditis fungatur, ut ante oſtenſum eſt.

## In Can. VII.

Τοὺς ἅπαξ ἐν κλήρῳ τεταγμένους ἢ μοναστάς. Harmenopuli Epitome hujus canonis ſic ſe habet, ὁ κληρωθεὶς ἢ μοναστὴς, εἰ ὑπὲρ στρατείαν ἢ κοσμικὴν ἀξίαν ἔλθοι, καὶ μὴ μετεμέλοιτο, ἀναθεματίζεσθω. *Qui Clericus aut Monachus factus eſt, ſi ad militiam aut dignitatem mundanam acceſſerit, nec pœnitentiam egerit, anathemati ſubjicitor.* Harmen. epit. can. ſect. 3. tit. 2. In quam Epitomen Scholiaſtes hæc notat, Περὶ τούτου καὶ ῥητέον παρὰ τῷ Ἰουστινιανῷ. φησὶ γὰρ μηδεὶς ἐξ οἰκείου κλήρου ἐᾶν, γενέσθαι κοσμικὸς· ἐπεὶ καὶ ὁ σεσημειωμένος αὐτῷ ἀξίας ἢ στρατείας ἀποχωρησάτω, καὶ τῇ βελῇ τῆς οἰκείας ἀποδιδόσθω πόλεως. καὶ ἡ ζ'. καὶ ἡ η'. παρὰ τῷ κυρίῳ Λέοντι, τοὺς κληρικοὺς μοναχοὺς μεταμφιεσθέντας καὶ λαϊκοὺς γινομένους, καὶ ἄκοντας αὐτοὺς τὸ πρότερον ἀποκαθίστασθαι ῥῆμα κελεύουσιν. De hoc & 123. *Novella Juſtiniani. Dicit enim, nemo Clericatum ſuum relinquens ſecularis fiat. Nam & dignitate militiâve, quam adeptus eſt, nudabitur: & municipii ſui curiæ tradetur. Item* VII. & VIII. *Novella Domini Leonis, Clericos atque Monachos, qui habitum mutarunt, & Laici facti ſunt, etiam invitos habitui priſtino reſtitui præcipiunt.* Verba Juſtiniani Novellæ hîc citatæ ſunt hæc, *Si monachus reliquerit Monaſterium, & ad ſecularem vitam migraverit, hunc militiâ & honore, ſi quem habet, prius ſpoliatum, ab Epiſcopo locorum & Provinciæ judice in Monaſterium mitti.* Juſtin. Novel. 123. cap. 42. & Baſilic. l. 4. tit. 1. cap. 14. Leo in ſeptimâ ipſius Novellâ ſtatuit, *ut quicunque Clericorum habitum mutare profanorum habitu improbè inſtituerit, is, quotieſcunque actus fuerit in iſtiuſmodi vecordiam, ſecundum Eccleſiaſticum decretum, quantumvis invitus in Clericorum habitum reſtituatur.* Leon. Novel. 7. In octavâ autem, dicit, *Nequaquam verò id nobis eſſe fas videtur, neque qui in divinæ militiæ legiones receptus ſit, hunc in mundanis militiis placet collocari. At contra quod Eccleſiaſtico ordini obſervari debere viſum eſt, ut ſi quis ſæpius vitam monaſticam aſſernatus vagetur, huic profanum habitum recipere non concedatur, id per legem etiam nos jubemus.* Leon. Nov. 8.

Κἂν ἡ ἐνδεδειγμένη διάταξις. Neque hæc conſtitutio, neque ipſum caput ab Ariſteno hîc citatum, in Baſilicis impreſſis extat; in quibus etiam ſola 24. capita primo titulo quarti libri hîc laudati aſcribuntur, cùm Ariſtenus undecimam conſtitutionem capitis 62. citet. Ac proinde ex hoc, ut & ex ſexcentis ferè aliis hujus operis locis, abundè conſtat, Baſilica hodiè impreſſa mutila admodum & imperfecta eſſe. Quod autem ad locum hîc citatum ſpectat, hoc eſſe ſuſpicor Juſtiniani ſtatutum in Baſilica tralatum, *Si verò relinquens monaſterium ad quandam veniat militiam, aut ad aliam vitæ figuram, ſubſtantia ejus etiam ſic in monaſterio (ſecundum quod à nobis prius dictum eſt) remanente, ipſe inter officiales clariſſimi Provinciæ judicis ſtatuetur, & hunc habebit mutationis fructum, ut qui ſacrum miniſterium deſpexit, tribunalis terreni obſervet ſervitium.* Juſtinian. Novel. 5. cap. 6. Hæc enim conſtitutio, quâ monachus monaſterium deſerens inter officiales ſtatuitur, tam præſenti canoni, quam Leonis Novellæ, contraria eſt, quod Ariſtenus de conſtitutione à ſe ex Baſilicis citatâ aſſerit.

## In Can. VIII.

Οἱ κληρικοὶ ἐν μοναχείοις. Hîc denuò à generali hâc Synodo conſtitutum eſt, Clericos in monaſteriis & aliis iſtiuſmodi religioſis domibus conſtitutos, Epiſcopi illius poteſtati ſubjectos eſſe, in cùjus territorio aut paroeciâ degunt. de quâ re vide plura in annotationibus ad canonem IV. Quibus addamus illa legis civilis verba, *Monaſteria degunt ſeu cenſentur ſub Epiſcopis territoriorum ſuorum, & Abbatum quidem curam gerunt Epiſcopi, Monachorum verò Abbates.* l. 40. c. de Epiſcopis & Clericis.

Κατὰ τοὺς ἁγίους πατέρας ὥρισται. Hinc conſtat hanc conſtitutionem, quâ cautum eſt, ut Clerici, qui etiam in monaſteriis degunt, paroeciæ ſuæ Epiſcopo ſubjiciantur, non novam eſſe, ſed ab antiquis Patribus traditam, quam Patres Chalcedonenſes œcumenicæ Synodi autoritate confirmârunt.

In Can.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

## In Can. IX.

Πρότερον τοῦτον γυμνάζειν ἐπὶ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου. Adverbium πρότερον hîc inprimis obſervandum eſt. Ex eo enim conſtat, hoc canone non caveri, ne Clerici nec civiles quaſlibet cauſas apud civiles Judices agant, ſed tantummodo, ut Epiſcopus, cui ſubſunt, eas priùs audiat, & ſi fieri poteſt, determinet. Idem etiam à Juſtiniano Imperatore conſtituitur, idque non ſolum in cauſis, quæ inter, ſed etiam quæ contra ſacratas quaſlibet perſonas moventur. Statuit enim, Εἴ τις κατά τινος κληρικοῦ ἢ μοναχοῦ, ἢ διακονίσσης, ἢ μοναστρίας, ἢ ἀσκητρίας, ἔχει τινὰ ἀγῶνα, διδασκέτω πρότερον τὸν ἴδιον ἐπίσκοπον, ὅτου πρότερον τούτων ἕκαστος ὑπάρχει τυγχάνει, ὁ δὲ τὸ πρᾶγμα μεταξὺ αὐτῶν διακρινέτω. καὶ εἰ κρίνει τὰ ἀρέσκοντα τοῖς μέρεσιν ὁ ἐπίσκοπος, ὀφείλει ὁ ἄρχων ἐπιδιδόναι τὰ ἀπὸ τῆς κατηλίκης. *Si quis contra Clericum, aut Monachum, aut diaconiſſam, aut monaſtriam, aut aſcetriam, aliquam habeat actionem, adeat priùs Epiſcopum, cui eorum unuſquiſque ſubditus eſt; ille verò rem inter ipſos dijudicet: & ſi quidem utraque pars judicatis acquieverit, magiſtratus executioni ea tradere debet.* Baſilic. lib. 3. tit. 1. cap. 35. Juſtinian. Novell. 123. cap. 21. In cauſis Eccleſiaſticis aliter ſe res habet. *Nam ſi Eccleſiaſtica cauſa eſt, nullam communionem habeant judices civiles circa talem examinationem, ſed ſanctiſſimus Epiſcopus ſecundum ſacras regulas cauſæ finem imponat.* Juſtin. ibid. Εἰ δὲ ἐκκλησιαστικὸν εἴη τὸ πρᾶγμα, μηδεμίαν κοινωνίαν ἐχέτωσαν οἱ πολιτικοὶ ἄρχοντες πρὸς τὸν τοιοῦτον ὑπάτιον, ἀλλ' οἱ ἐπισκοπικοὶ δικάσκοντες καὶ τοὺς ἱεροὺς κανόνας τῷ πράγματι πέρας ἐπιτιθέτωσαν. Baſilic. l. 3. tit. 1. cap. 36.

Πρὸς τὸ ἴδιον ἢ πρὸς τὸ ἔντιμον δικάσεσθαι. Quæ hîc de cauſis contra Epiſcopos agendis decreta ſunt, à civilibus conſequenter legibus confirmantur. *Sed neque pro qualibet pecuniariâ cauſâ vel criminali Epiſcopum ad judicem civilem aut militarem, invitum producere aut exhibere citra Imperialem juſſionem permittimus.* Juſtin. Novel. 123. cap. 8. Ἐὰν ἐπίσκοπος εἴη ὁ κατηγορούμενος, ἢ πίστιν μητροπολίτην ὀφείλειν τὸ λεγόμενον καθ' οὗ δὲ μητροπολίτης εἴη, ἢ μακαριώτατον ἀρχιεπίσκοπον ὑφ' ὃν πέλει. εἰ δὲ φιλόνικος, ἢ διάκονος, ἢ ἄλλος κληρικὸς, ἢ ἡγούμενος, ἢ μοναχὸς, ἢ ὁποιοῦτον ἔθος εἴη, ὑφ' ὃν ἔτι πέλοιτο, ὀφείλειν τὸ προσαγωγὸν βιβλίδιον· καὶ τῆς ἀληθείας ὀφειλούσης καὶ ἀποδεικνυούσης, ἔκδοτον πρὸς τὸ πλαίσιμα κατανικᾶσθαι ὑπομένοντα κατὰ ἄλλου τῷ κρίματι τοῦ ὀφείλοντος. Baſilic. l. 3. tit. 1. c. 17. *Si quis autem ſanctiſſimorum Epiſcoporum ejuſdem Synodi dubitationem aliquam ad invicem habeat, ſive pro Eccleſiaſtico jure, ſive pro aliis quibuſdam rebus; priùs Metropolita eorum, cum aliis de ſuâ Synodo Epiſcopis, cauſam examinet & judicet: Et ſi non rata habuerit utraque pars, quæ judicata ſunt, tunc beatiſſimus Patriarcha diœceſeos illius inter eos audiat, & illa determinet quæ Eccleſiaſticis canonibus & legibus conſonant, nullâ parte ejus ſententiæ contradicere valente. Si autem & à Clero, aut alio quocunque aditio contra Epiſcopum fiat, propter quamlibet cauſam, apud ſanctiſſimum ejus metropolitam ſecundum ſacras regulas & noſtras leges cauſa judicetur: Et ſi quis judicatis contradixerit, ad beatiſſimum Archiepiſcopum & Patriarcham diœceſeos illius referatur cauſa, & ille ſecundum canones & leges huic præbeat finem. Si verò contra Metropolitam talis aditio fiat ab Epiſcopo, aut Clero, aut aliâ quacunque perſonâ, diœceſeos illius beatiſſimus Patriarcha ſimili modo cauſam judicet.* Juſtin. Novel. 123. cap. 22. Εἴ τινες ἢ ὁποιοῦτον ὄθνειον τῆς αὐτῆς συνόδου ἀμφισβήτησίν τινα πρὸς ἀλλήλους ἔχοιεν, πρότερον ὁ μητροπολίτης αὐτῶν μεθ' ἑτέρων δύο ἐκ τῆς ἰδίας συνόδου ἐπισκόπων τὸ πρᾶγμα κρινέτω· καὶ εἰ μὲν ἐμμείνῃ ἑκάτερον μέρος τῇ κρίσει, τοιοῦτον ὁ μακαριώτατος πατριάρχης μεταξὺ αὐτῶν ἀκροάσθω. Baſilic. l. 3. tit. 1. cap. 38.

Ἡ ἔξαρχον τῆς διοικήσεως. Vox ἔξαρχος in genere Ducem, vel Principem conficiendæ alicujus rei ſignificat. Unde ἔξαρχος θεῶν ſacrorum Princeps, Plutarch. in Numâ. Hinc cùm Johannes Antiochenus à Synodo Epheſinâ defeciſſit, alioſque ad defectionem incitâſſet, hos dictum Johannem ἔξαρχον τῆς ἑαυτῶν ἀποστασίας habuiſſe, ipſa Synodus aſſerit, Act. 7. in proœmio videlicet ad canones. Cùm de regimine Eccleſiaſtico uſurpatur, diverſa ſignificat, prout cum diverſis nominibus conjungitur. Nam ἔξαρχος τῆς ἐπαρχίας eſt, Metropolita, quippe qui Provinciæ præeſt. Synodus Sardicenſis canone 6. διὰ γραμμάτων τῶν ἐξάρχων ἐπαρχίας, λέγω δὲ τῶν ὑπερκειμένων τῆς μητροπόλεως. Præſenti autem & decimo ſeptimo hujus Concilii canone, mentio fit ἐξάρχου τῆς διοικήσεως. Cùm autem διοίκησις ad Patriarcham propriè ſpectet, ut ἔξαρχος τῆς ἐπαρχίας idem eſt ac metropolita, ſic ἔξαρχος τῆς διοικήσεως idem, qui Patriarcha, ſit neceſſe eſt. Et hinc eſt, quòd Juſtinianus Imperator, Eccleſiaſticam hanc ſanctionem ſuâ etiam autoritate confirmans, pro Exarcho, Patriarcham diœceſeos ſubſtituit, *Si verò*, inquit, *contra Metropolitam talis aditio fiat ab Epiſcopo, aut Clero, aut aliâ quacunque perſonâ; diœceſeos illius beatiſſimus Patriarcha ſimili modo cauſam judicet.* Novel. 123. c. 22. Sic etiam vocem hanc interpretatus eſt Alexius Ariſtenus, ἔξαρχος τῆς ἐξάρχου τῆς διοικήσεως, ἤτοι τοῦ πατριάρχου, ὑφ' ὃν πάλαι τῶν ἐπαρχιῶν ἑκάστην μητροπολῖται. Unde Zonaras, ἐξάρχους δὴ τῆς διοικήσεως τοὺς πατριάρχας εἴη φασὶν, ſed ſtatim ſubiungens, ἄλλοι δὲ τοὺς μητροπολίτας. Sic quidem opinatus eſt Balſamon, cui ἔξαρχος τῆς διοικήσεως idem eſt, ὁ τῆς ὅλης διοικήσεως μητροπολίτης; nimirum acſi metropolita aliquis præter Patriarcham toti diœceſi præeſſet, quod inauditum eſt. Vetus interpres Latinus ἔξαρχον τῆς διοικήσεως rectiùs exponit, *primam ſedem*, Dionyſius Exiguus, *Primatem diœceſeos*, eum nimirum, qui primam & præcipuam diœceſeos ſedem tenet, & cui tota diœceſis aliquo modo ſubjecta eſt, ita ut in conſeſſibus ipſe aliis omnibus iſtius diœceſeos Epiſcopis præſideret: quales olim Epiſcopus Antiochenus in diœceſi Orientali, Alexandrinus in Ægyptiacâ, Epheſinus in Aſianâ, Cæſarienſis in Ponticâ, & Heracleenſis in Thracicâ diœceſi fuerunt, necnon Romanus in diœceſi ſuâ Occidentali. Quin etiam Epiſcopi Hieroſolymitanus & Conſtantinopolitanus tandem aliquando diœceſes ex aliis mutilatis vel abſorptis ſibi ſubditas aſſecuti ſunt. Et quidem in ipſo hoc Chalcedonenſi Concilio, hi octo Exarchi, ſive primates primi ante alios omnes ibi congregatos Epiſcopos ſederunt. In primâ enim Actione, ubi omnes Epiſcopi, qui tunc temporis conveniebant, enumerantur, hi octo primo in loco collocantur; in primis nimirum Leo Epiſcopus Romanus per Paſchaſinum, Lucentium, & Bonifacium, locum ejus tenentes; deinde Anatolius Conſtantinopolitanus; Dioſcorus Alexandrinus; Maximus Antiochenus; Juvenalis Hieroſolymitanus; Quintillus Heracleenſis; Thalaſſius Cæſarienſis; & Stephanus Epheſinus. Et ſic in aliis etiam hujus Concilii ſeſſionibus hi octo Exarchi primi collocantur, & ſubſcribunt; niſi quòd Dioſcorus Alexandrinus poſtea omittatur, ut à Concilio depoſitus. Et ut hi octo Exarchi in generali hoc Concilio primi ſederunt, ſic etiam unuſquiſque eorum in Synodis ſuæ diœceſeos præſedit. In præſenti autem canone aliud inſuper privilegium Exarchis hujuſmodi confirmatur; ut ipſi nimirùm omnes controverſias contra Metropolitanos motas determinare poſſint. Utrum omnes Exarchi hanc poteſtatem ante hoc Concilium exercuerint necne, incertum eſt: Hoc tamen certum, eam ab hoc Concilio illis primò confirmatam eſſe. Vide plura de Exarchis in annotationibus ad decimum ſeptimum hujus Concilii canonem. Hîc autem non ſine riſu inſuper adnotare poſſum ingenioſam iſtam, vel potius ridiculam horum verborum interpretationem à Franciſco Turriano & Severino Binio excogitatam. Neque enim ille ſolus, verùm etiam hic in notis ad præſentem canonem, ex hoc ipſo loco primatum Epiſcopi Romani ſuper univerſum orbem collegit. *Primatem diœceſeos, id eſt*, inquit Binius, *Epiſcopum Romanum; nam Græca vox hujus canonis ἔξαρχος non propriè Primatem, ſed Principem ſignificat: ſolus verò Romanus Pontifex eſt Princeps Chriſtianæ diœceſeos. His verbis igitur lex conſtituitur, ut ſi quis cum Metropolitano aliquo controverſiam habeat, non alibi eum convenire poſſit, aut debeat, quàm apud Principem diœceſeos, Romanum ſcilicet Pontificem.* En quo nimia partium ſtudia miſeros perduxerunt homines! Quis in poſterum dubitabit quidlibet ex quolibet deducere, ſi hunc ſenſum ex his verbis elici poſſe concedatur? Verum nimis noſtrâ abutuntur patientiâ, qui hoc modo nobis imponi poſſe arbitrantur. Cautum eſt hoc canone ut omnes Metropolitani ab *Exarcho diœceſeos* judicentur, id eſt, inquit Binius, ab Epiſcopo Romano. Quid ita? quoniam ille ſolus eſt Exarchus diœceſeos? ita ſane argumentari debuit, ſi quid probaret. Verùm hoc adeò abſurdum eſt, ut nec ipſi Papiſtæ, qui quidlibet pro cauſâ ſuâ effutire auſi ſunt, eo audaciæ adhuc pervenerunt, quâ hoc aſſerere potuerunt. Quid itaque? nimirum quoniam eſt *Princeps Chriſtianæ diœceſeos*. hem! *Chriſtianæ diœceſeos*! ubi gentium hoc diœceſeos epitheton invenit? in ipſo canone? nihil minus; in eo enim abſolutè dicitur, ἢ ἔξαρχον τῆς διοικήσεως, nec uſpiam Chriſtianæ diœceſeos mentio apud Patres occurrit, qui non unam, ſed plures per orbem Chriſtianum diœceſes ſtatuerunt; ut ante oſtenſum eſt. Sed facile eſt ſubodorari, quid ridiculum hoc commentum iis extorſit. Nimirum cauſa ab



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

eis susceptа per fas aut nefas defendenda est. A præsenti autem canone rectè intellecto prorsus destruitur; cujus proinde autoritatem ut eluderent, contrarium omnino verbis sensum effingere, & se potius derisioni, quàm causam suam ruinæ exponere coacti sunt. Enimvero nihil apertius esse potest, quàm hoc canone cautum esse, ut Clerici ab Episcopis suis, Episcopi à Metropolitanis, & Metropolitani ab Exarchis diœcesεos suæ ultimò judicentur. Nihil hîc privilegii Episcopo Romano plusquam aliis exarchis indulgetur, imo quidem minus quàm Constantinopolitano, uti mox videbimus. Hæc Papistarum aures ferre non possunt; ac propterea nihil morantur quid dicunt, modo aliquid dicere videantur. Sane si quâ par est integritate hunc canonem inspicerent, primo statim intuitu viderent, omnes Metropolitanos cujusvis diœcesεos Exarcho ejusdem subjectos esse, ejusdem, inquam, non Christianæ in genere, vel universalis nescio cujus diœcesεos Exarcho, cujus Patribus nunquam in mentem venit. Neque etiam permittit canon, ut Metropolitani accusati Episcopum Romanum, aut alium quemcunque præterquam proprium, in cujus diœcesi constituuntur, exarchum appellent; nisi forsitan Constantinopolitanum, quòd proximo loco observandum venit.

Η ἢ ἐ βασιλεύουσης Κωνσταντινουπόλεως θρόνον. Hîc disjunctiva particula inprimis observanda est. Cautum est enim, ut si quis cum Metropolitano controversiam habeat, pro judicio adeat ἢ ἔξαρχον ἢ διοικήσεως, ἢ ἐ ἐ βασιλεύουσης Κωνσταντινουπόλεως θρόνον. Adeo ut liberûm cuivis hîc relinquatur, causam suam contra Metropolitanum aliquem, vel apud Exarchum diœcesεos cui iste Metropolitanus subjicitur, vel apud thronum Constantinopolitanum agere. Quod quidem magnum est privilegium sedi Constantinopolitanæ hîc indultum; utpote cui omnes Metropolitanos judicandi jus tribuitur; idque non solùm post appellationes à reliquorum Exarchorum, sive Patriarcharum judiciis, ut nonnullis visum est, sed ita ut pro conquerentium arbitrio ipse aliorum omnium judicia prævеniat, & inconsulto Metropolitani alicujus Exarcho, causam contra eum motam determinet. Quod quidem majus est privilegium, quàm ullum unquam universale Concilium Episcopo Romano antehac asseruerat. Unde non mirum est Papistas nullum non movisse lapidem, quo privilegium hoc sedi Constantinopolitanæ confirmatum elevarent. Ut alios in præsenti taceam, Nicolaus I. Papa Romanus difficultatem vidit, & ad miserum hoc asylum fugit, eos solummodò Metropolitanos hîc intelligendos esse, qui juxta urbem Constantinopolitanam constituuntur. Audiamus verba, *Sed ne sine auctoritate canonicâ quicquam prosequi videamur, nunc Chalcedonensis Concilii sanctiones ad memoriam reducamus, quæ ita decernunt, si Clericus habet causam adversus Episcopum proprium, vel adversus alterum, apud Synodum Provinciæ judicetur. Quòd si adversus ejusdem Provinciæ Metropolitanum Episcopus vel Clericus habet querelam, petat primatem diœcesεos, aut sedem Regiæ urbis Constantinopolitanæ. In quo hic tenor observandus est, ut si videlicet Clericus, aut Episcopus adversus Metropolitanum habet querelam, & tantâ urgetur necessitate, vel si hoc grave non ferat, ubicunque sit positus Primatem diœcesεos petat. Quòd si juxta Constantinopolitanam urbem quispiam eorum constitutus, & solius præsulis ejus judicio velit esse contentus; petat eandem Regiam urbem. Cùm enim dixisset, petat primatem diœcesεos, præceptum posuit eadem sancta Synodus, regulamque constituit. Cùm verò disjunctiva conjunctione addidisset, aut sedem Regiæ urbis Constantinopolitanæ, dignet profectò quia hoc secundùm permissionem indulsit.* Nicol. 1. Epist. 8. ad Michael. Imp. Verumenimvero Patres Chalcedonenses in præsenti canone indefinitè loquuntur, non de Clericis, vel Episcopis, vel Metropolitanis prope Constantinopolim, sed ubicunque constitutis: ut ex ipsis verbis constat. Sed satis mirari nequeo, unde Nicolaus distinctionem istam inter præceptum & permissionem hauserit. Patres decreverunt, ut si quis adversus Metropolitanum querelam habeat, petat *vel Primatem diœcesεos, vel sedem Regiæ urbis Constantinopolis.* Quæ ita, inquit Nicolaus, intelligenda sunt, ut istis verbis *petat primatem diœcesεos*, Synodus præceptum posuit; his autem, *aut sedem Regiæ urbis Constantinopolitanæ*, permissionem tantùm indulsit. Ipsa autem canonis hujus verba hanc distinctionem non modò non admittunt, sed & prorsus respuunt. Nam absolutè hîc decernitur, ut causa contra Metropolitanos agitata, vel apud primatum diœcesεos, vel apud thronum Constantinopolitanum judicetur; prout conquerentibus visum fuerit: adeo ut duo hîc non præcipiantur, neque unum præcipitur, & alterum permittitur; sed unicum est decretum, quo conquerentium arbitrio relinquitur, ubi causa audienda est, apud primatem diœcesεos, aut Constantinopoleos thronum; & cautum est, ut omnes ejusmodi causæ hîc vel illic audiantur & determinentur. Sed non omittendum est, eundem etiam Nicolaum, proximè poverba ante citata, asserere per *primatem diœcesεos* in hoc canone nullum alium intelligendum esse, quam Episcopum Romanum. *Quem autem*, inquit, *Primatem diœcesεos sancta Synodus dixerit, præter Apostoli primi Vicarium, nullus penitùs intelligitur. Ipse enim est primas, qui & primus habetur & summus.* Quibus etiam verbis videre est, quâ ratione hoc asseruit. Hæc enim verba interpretatur, non juxta Græcum ipsius Synodi textum, sed juxta Dionysii Exigui versionem, hic autem ἔξαρχον ἢ διοικήσεως vertit *Primatem diœcesεos.* Per *primatem* autem Nicolaus nullum alium intelligere potuit, quàm qui *Primus* habetur. Verùm hoc argumentum à vocum similitudine deductum, idcirco invalidum esse ipse Nicolaus suspicatus videtur, quia Synodus non simpliciter *Primatem*, sed *Primatem diœcesεos* dixit. Quocirca ad vocem istam *diœcesεos* interpretandam dicam an corrumpendam se totum accingit. En verba. *Ne verò moveat, quia singulari numero diœcesεos dictum est, sciendum est, quia tantundem valeat dixisse Primatem diœcesεos, quantum si perhibuisset diœcesεon. Plenæ sunt enim sanctæ Scripturæ tali formâ locutionis. Nimirum ut Geneseos secundo, fons è terrâ ascendisse dicitur, ubi multi, inquit, fontes intelligendi sunt. Sic hic Patres numero singulari* diœcesεos *pro plurali* diœcesεon *usi sunt.* Verum si hoc sit leges exponere, operam & oleum omnino perdunt, qui eas condunt. Si verba enim legis cujuslibet pro libitu immutentur, & numerus pluralis pro singulari substituatur, nihil ita decerni potest, ex quo hujusmodi interpretes quemlibet sensum extorquere nequeunt. Hinc autem videre licet, in quantas angustias rediguntur, qui universalem Episcopi Romani primatum cum canonibus Ecclesiasticis reconciliare studeant, quippe quos torquere, immutare, & alios facere coacti sunt, priusquam simplicioribus persuadeant, Episcopum Romanum universalem sibi primatum ab universalibus Conciliis confirmatum habuisse. Exempli gratiâ hoc loco Patres Chalcedonenses statuerunt, ut Metropolitanorum causæ judicentur apud ἔξαρχον τῆς διοικήσεως; quæ verba ut ad opinionem istam stabiliendam vel invita trahantur, Binius, ut ante ostensum est, pro ἔξαρχον τῆς διοικήσεως substituit, *primatem Christianæ diœcesεos*, Turrianus, *Primatem universalis diœcesεos*: Nicolaus autem *primatem diœcesεon.* Quid est, si hoc non est, ludere cum sanctis universalium Synodorum canonibus, & omnem iis auctoritatem detrahere, ut qui pro libitu exponantur contra naturalem & genuinum verborum sensum? Sed quid si concederemus Episcopum Romanum per primatem diœcesεos hîc intelligendum esse? hinccine consequeretur universalem primatum hoc canone ei assertum esse? nequaquam, sed omnino contrarium. Nam quicunque per primatem diœcesεos intelligatur, eadem quæ illi, etiam Episcopo Constantinopolitano potestas hîc attribuitur, & confirmatur. Si quis enim contra Metropolitanum querelam habet, optio libera ei hoc canone indulgetur eligendi, quo tribunali judicetur, Romano aut Constantinopolitano: adeo ut parilis & æqualis Metropolitanorum causas judicandi potestas utrique hîc concedatur. Quocirca hæc verba etiam falsò sic expositа isti opinioni nequaquam favent, sed destruunt potius: quanto magis si rectè intelligantur, & prout verba sonant, & quemadmodum ante interpretati sumus.

## In Can. X.

Μη ἐξεῖναι κληρικὸν ἐν δύο πόλεων. Idem ferè à Synodo Nicænâ 2. constituitur. Κληρικὸς ἀπὸ τοῦ παρόντος μὴ μεταπατείσθω ἐν δυσὶν ἐκκλησίαις. Syn. Nic. 2. can. 15.

Ὃς μείζονι δῶδεν. Justinianus, *Illud quoque adjiciendum est, ut quod hactenus indecenter fiebat, nequaquam in republicâ geratur: id est multos reverendissimorum Clericorum dedignari quidem in iis, quibus ordinati sunt, sanctissimis Ecclesiis, aut hîc aut in Provinciis deservire, ad sanctissimam verò majorem Ecclesiam, & venerabilem Clerum ejus per patrocinium quodlibet accedere. Quod de cetero omnimodo fieri prohibemus.* Justin. Nov. 3. c. 2.

Διὰ ἢ φιλοδοξίαν εἰς μείζονα. Hîc deest verbum ἐπιδιδόντα, quod Codices Augusti Gallandi, & Amerbachii post φιλοδοξίαν ponunt, legentes, διὰ δὲ φιλοδοξίαν ἐπιδιδόντα εἰς μείζονος πόλεως ἐκκλησίαν.

Διὰ

Διὰ τῦ κυρίου. Codex Amerbachianus rectiùs legit διὰ τούτου τῦ κυρίου.

Τοῖς τῆς ἀρχιερέως ἐκκλησίας. Hic locus in Epitome hujus canonis sub nomine Aristeni, & in alterâ Simeonis Logothetæ, in Justelli Bibliothecâ editis, plenius legitur, τῆς τῶν ἀρχιερέως ἀφίσμασιν ἐκκλησίας.

## In Can. XI.

Ἐπιστολίοις, ὕπερ εἰρηνικῶν. Concilium etiam Antiochenum εἰρηνικῶν meminit, statuens, Μηδένα ἄνευ εἰρηνικῶν γράμματα ἐπὶ ξένην. can. 7. Hujusmodi εἰρηνικὰ ἐπιστολαὶ, sive γράμματα, datæ sunt olim tam Clericis quam Laicis pauperibus peregrè proficiscentibus, quibus ostensis, quocunque se convertunt, hospitio excepti sunt. Εἰρηνικὰ *Pacifica litera* ab Episcopo suo indultæ sunt Clericis, qui in aliam urbem migrare, & in clerum ejus recipi cupiunt, vel etiam ab Archiepiscopo Episcopis ad Imperatorem proficisci volentibus: ut Balsamon & Zonaras in hunc canonem, atque etiam Matthæus Blastares, lit. A. cap. 9. affirmant: quibus etiam Scholiastes Harmenopuli suffragatur, Εἰρηνικὰ εἶναι ἐπιστολὰς αἱ δίδονται παρὰ ἐπισκόπων διδόμεναι τοῖς κληρικοῖς ἵνα δι' ἐνδείαν εἰς ἑτέραν ἀπαλθεῖν πόλιν, καὶ παρ' ἐκεῖ κλήρῳ καταλεγῆναι. αἱ καὶ τοῖς ἐπισκόποις παρὰ τῶν ἀρχιεπισκόπων διδόμεναι περὶ βασιλέα διά τινα χρείαν ἀπερχομένοις. Harmenop. epit. sect. 3. tit. 2. Et hæ quidem pacificæ Clericis concessæ in citato Synodi Antiochenæ canone intelligendæ sunt, quippe qui non de Laicis, sed Clericis agit. Præsens autem canon de pauperibus in genere, Laicis etiam, loquitur, statuitque ut quicunque auxilio indigent, non nisi cum pacificis literis viam ingrediantur: quæ quidem à Sozomeno optimè describuntur, ubi de Juliano ait, οὐχ ἥκιστα δὲ ζηλῶσαι λέγεται τὰ συμβάλματα τῶν ἐπισκοπικῶν γραμμάτων, οἷς ἔθος ἀμοιβαδὶν τοὺς ξένους ἅπαν δέχεσθαι ἐπιόντας, καὶ παρ' οἷς ἂν ἀφίκωνται, πάντας καταγνῶναι, καὶ ἀγαθοὺς ἀξιῶσαι, οἷά γε γνωρίμους καὶ φιλτάτους διὰ τὴν τῆς συμβόλου μαρτυρίαν. *Sed præcipuè notas ac tesseras Episcopalium literarum admiratus esse dicitur, quibus solent peregrinos sibi invicem commendare, ut undelibet venientes ad quoscunque accesserint, tanquam noti atque amici excipiantur, hospitio, & benignè curentur, ob testimonium ejusmodi notæ.* Sozom. Hist. Eccl. l. 5. c. 16. Et Gregorius Nazianzenus etiam de eodem Apostatâ verba habens, ait, Ἐπὶ δὲ καταγώγια πέπαιδευκε καὶ ξενῶνας, καὶ τὴν εἰς τοὺς ἀναγκαίους φιλανθρωπίαν, τὴν δ' ἄλλην ἐπόσην καὶ τὴν ἐν τοῖς ἐπιστολιμαίοις συμβόλοις, οἷς ἡμεῖς ἐξ ἔθνους εἰς ἔθνος τοὺς χρήζοντας ἐφοδιάζομεν. *Quinetiam diversoria & domos excipiendis hospitibus extruere constituebat, simulque humanitatem erga pauperes adjungere, cùm aliam, tum eam, quæ in tesseris Epistolaribus consistit, quibus nos egenos ex gente ad gentem transmittimus.* Greg. Naz. orat. 1. adv. Jul. E quibus constat pacificas hujusmodi literas crebro olim in usu fuisse, & vocatas esse συμβόλματα τῶν ἐπισκοπικῶν γραμμάτων, & συμβόλματα ἐπιστολιμαῖα. Easdem etiam Tertulliani temporibus usitatas fuisse, ex his ipsius verbis colligere est, *Communicatio pacis, & appellatio fraternitatis, & contesseratio hospitalitatis, quæ jura non alia ratio regit, quàm ejusdem Sacramenti una traditio.* Tertul. de præscript. adv. hæret. cap. 20. Nam verba illa *contesseratio hospitalitatis*, indicant Symbolum aliquod tunc temporis inter Christianos usurpatum fuisse, quo ostenso, hospitio à se invicem accepti sunt. Contesserationem autem vocat à tesserâ illâ hospitali, quam dimidiatam Gentiles etiam hospitibus dare soliti fuerunt, ut qui eam afferebant, agnosci illico & hospitio accipi poterant, tanquam veteres amici atque hospites. Unde Plautus in Pœnulo, Act. 5.

Ag. *Siquidem Antidamæ Demarchi quæris adoptatitium,*

*Ego sum ipsus, quem tu quæris.* Poe. *Hem quid ego audio.*

Ag. *Antidamæ gnatum me esse.* Poe. *Si ita est,*

*Tesseram*

*Conferre si vis hospitalem, Eccam attuli.*

Ag. *Agedum huc ostende. Est par probe, nam habeo domi.*

Poe. *O mi hospes, salve multum; nam mihi tuus pater,*

*Pater tuus ergo hospes Antidamas fuit.*

*Hæc mihi hospitalis tessera cum illo fuit.*

Ag. *Ergo hîc apud me hospitium tibi præbebitur.*

Hinc tesseram frangere idem est, quòd jus hospitii violare; unde idem Plautus in Cistellariâ, Act. 2.

*Hîc apud nos jam Alcesimarche confregisti tesseram:*

In pacificis autem literis, quas Episcopi pauperibus peregrinantibus dare soliti fuerunt, ut fideles iis subvenirent, hæc duo comprehensa sunt, illos nimirum, qui eas afferebant, & revera pauperes esse, & dignos quibus eleemosynæ darentur. Et sic quidem hanc primam canonis hujus partem Josephus Ægyptius interpretatus est. كـــل المساكين الذين يسالون الصدقة فقد امرنا ان يكتب لهم منشورات اذا بحث عن امرهم وانهم محقين للصدقة وان حاجتهم تنقص

*De omnibus pauperibus, qui eleemosynas rogant, mandamus modo, ut scribantur iis Epistolæ, cùm inquisitum est in negotia eorum, & quòd illi digni sunt eleemosynis, & quòd necessaria iis deficiunt.* Quicquid enim hujusmodi Epistolis necessarium est, ad hæc duo capita referatur.

Τὰς συναπτὰς ἐπιστολὰς. De his videsis annotationes in can. Apostol. 12.

Ἀπολυτικὰ γράμματα, αἱ καὶ εἰρηνικαί. Balsamon dimissorias cum pacificis literis hîc confundit. Et sic ab aliis sæpe confunduntur. Et quidem, si pacificæ Clericis datæ intelligantur, eædem propemodum fuerunt, quæ dimissoriæ; & eodem nomine meritò appellentur: quippe quibus ostensis, Clericus quilibet in alienæ parœciæ Clerum admitti potest: de quibus videsis annotationes in Syn. Trull. can. 17. Pacificæ autem propriè sic dictæ, quæque hoc canone intelliguntur, longe aliæ fuerunt; utpote quæ non Clericis, ut in Clerum; sed pauperibus, ut in hospitium alibi reciperentur, datæ sunt. Adeo ut distinctio à nobis ante observata inter pacificas Clericis & Laicis concessas hunc locum egregiè explicat. Etiamsi enim pacificæ Laicis indultæ, dimissoriæ propriè non dicantur; de iis tamen, quæ Clericis datæ sunt, rectè hîc Balsamon ait, Ἀπολυτικὰ γράμματα, αἱ καὶ εἰρηνικὰ λεγόμεναι.

Καὶ χαρῶν. Hæc verba, usque ad ἀνιόντων αὐτῶν, in MS. Amerbachiano desiderantur; quemadmodum & ea, quæ nonnullis interjectis occurrunt, ὡς εἰρηνικὰ βεκδίκτα τῶν δι' ὀρθὴν ἀφορμὴν ἢ δικαιοδότων δίκην γνώμην παρχοντι.

## In Can. XII.

Ἦλθεν εἰς ἡμᾶς. Ut veram hujus canonis occasionem, & genuinam exinde illius intelligentiam clariùs assequamur, inprimis tenendum est, controversiam inter Photium Tyri, & Eustathium Beryti Episcopum in hoc Concilio, actione quartâ, agitatam, præcipuam huic condendo canoni materiem præbuisse. Enimvero Tyrus olim Phœniciæ metropolis fuit, & inter alias propterea urbes in eâdem Provinciâ constitutas, Berytum sibi subjectam habuit. Verùm Eustathius Beryti Episcopus ab Imperatore Theodosio impetraverat, ut dicta Phœniciæ Provincia in duas divideretur, & unâ illius parte Episcopo Tyri, vero metropolitæ, reservatâ, altera sibi concederetur, cujus ipse Metropolitanus esset, quâque Episcoporum ordinationes celebraret, & reliqua metropolitica jura solus exerceret. Urbes tunc tem-



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

poris à Tyriorum metropoli reſciſſæ erant, Byblos, Botrys, Tripolis, Orthesiades, Arcæ, & Antarados. Hæc Provinciæ illius diviſio ab Imperatore impetrata, etiam à Synodo quâdam Epiſcoporum Conſtantinopoli habitâ confirmata eſt; cujus decreto ipſe etiam Photius Tyri metropolitanus, ſubſcripſit quidem, ſed invitus, nec ſine excommunicatione ei à Concilio intentatâ, niſi conſentiret: Ac proinde Marcianum poſtea Imperatorem, libello oblato, ſupplex oravit, ut pragmaticâ ſuâ formâ ad præfectos ſuos, & ad præſens Concilium Chalcedonenſe miſsâ, curaret, ut priſtina metropoli ſuæ jura juxta Eccleſiaſticos canones reſtituerentur. Marcianus cauſam ad Concilium refert, & per Judices ſive Magiſtratus ſuos, qui præſentes erant, Patres ibi congregatos certiores facit, ſibi non placere, ut Epiſcoporum negotia juxta pragmaticos typos, ſed juxta leges Eccleſiaſticas adminiſtrentur. Nam οἱ ἐνδοξότατοι Ἀρχοντες εἶπον· τῷ θειοτάτῳ δικαστῇ ἡ οἰκουμένης ἤρεσε, μὴ χρῆναι θεῖα γράμματα ἢ φραγματικοὺς τύπους τὰ περὶ ὁσιωτάτων ἐπισκόπων ἀφαιρεῖσθαι, ἀλλὰ χρῆναι τοὺς κανόνας τοὺς ἀπὸ τῶν ἁγίων πατέρων νομοθετηθέντας. Act. Concil. Chalced. act. 4. p. 245. ed. Col. an. 1618. Hinc Judices Synodum interrogabant, utrum hanc quæſtionem è ſacris pragmaticis, an è canonibus examinari velit: reſpondit Synodus, χρῆναι τοὺς κανόνας φραγματικὸν μηδὲν ἰσχύειν· οἱ κανόνες τῶν πατέρων κρατείτωσαν, *Contra canones pragmaticum nihil valebit. Canones Patrum obtineant.* Quapropter Judices paulo poſt rogârunt, ut canones de hâc re legerentur; & lectus eſt quartus Concilii Nicæni. Ex cujus præſcripto Judices dixerunt, quod Photius Tyri metropolita omnem ordinandi poteſtatem in omnibus primæ Phœnices Provinciæ civitatibus haberet, & Euſtathius Beryti Epiſcopus è ſacro pragmatico typo, quem obtinuerat, nihil amplius ſibi vindicaret, quàm reliqui Epiſcopi ejuſdem Provinciæ. οἱ μεγαλοφυεστάτοι καὶ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες εἶπον καὶ κρῖναι τοὺς κανόνας τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ ἁγίων πατέρων, καὶ κρῖναι τὸν ψῆφον καὶ δικαίαν πάσης τῆς ἁγίας συνόδου, φάσκων ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Τυρίων μητροπόλεως τὸν πᾶσαν ἐξουσίαν τοῦ χειροτονεῖν ἐν ὅλαις ταῖς πόλεσι τῆς φοίνικης ἐπαρχίας ἔχειν· Εὐσέβιος δὲ ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος ἀπὸ τοῦ θείου φραγματικοῦ τύπου μηδὲν πλέον ἑαυτῷ ἐνδοκεῖν τῆς λοιπῶν ἐπισκόπων τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας. ibid. pag. 247. Huic definitioni tota Synodus conſenſit dicens, αὕτη δικαία κρίσις· αὕτη Θεοῦ κρίσις· αὕτη δικαία ψῆφος. Et poſt alia nonnulla interſerta, Cecropius Epiſcopus Sebaſtopolis petiit, ut ejuſmodi pragmatica in poſterum ceſſarent & canones per omnia tenerent, δεόμεθα, inquit, ὥστε ἀργῆσαι ἀναπρῴτως τὰ ἐπὶ βλάβῃ τῆς κανόνων φραγματικὰ πραχθέντα παρὰ τὴν ἐν πάσῃ ἐπαρχίᾳ· κρατῆσαι δὲ τοὺς κανόνας διὰ πάντων. Cui petitioni Judices Synodum interrogabant, utrum ipſa aſſentiret. Aſſenſit autem Synodus, & exclamavit, πάντες τὰ αὐτὰ λέγομεν. ὅλα τὰ αὐτὰ λέγομεν. ὅλα τὰ φραγματικὰ ἀργήσαι· οἱ κανόνες κρατείτωσαν. Unde Judices dicebant, ſententiam Synodi confirmantes, χρῆναι τὸν ψῆφον τῆς ἁγίας συνόδου, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἁπάσαις ἐπαρχίαις τὰ τῶν κανόνων κρατεῖν. Ex his igitur perſpicuum redditur, quâ occaſione præſens hîc canon conſtitutus eſt; quippe qui nihil aliud eſt, quam iſtud decretum in canonis formam redactum, unà cum pœnâ tranſgreſſoribus interminatâ: quæ etiam ita prudenter temperata eſt, ut ipſa principum pragmatica neutiquam condemnentur, ſed tantum Epiſcopi, qui per ea Provincias dividere aggrediuntur, quos Synodus deponi ſtatuit. Et quidem hic canon non niſi ſummâ urgente neceſſitate editus fuit. Antea enim ubicunque Imperatores civitatem aliquam metropoliticâ dignitate in negotiis civilibus dignati ſunt, eandem etiam in Eccleſiaſticis Epiſcopi earum ſibi arripere conſueti ſunt: adeo ut honores Eccleſiaſtici ex politicis penderent, & ſi cui Imperatori placuerit, quivis Epiſcopus à Metropolitani ſui juriſdictione eximi, & ipſe Metropolitanus fieri potuit. Quod Innocentius I. Papa Romanus in Epiſtolâ ad Alexandrum Epiſcopum Antiochenum obſervavit olim, & condemnavit; cujus digniſſima ſunt verba, quæ adnotentur. *Nam quod ſciſcitaris*, inquit, *utrum diviſis Imperiali judicio Provinciis ut duæ metropoles fiant, ſic duo Metropolitani Epiſcopi debeant nominari. Non ergo viſum eſt ad mobilitatem neceſſitatum mundanarum Dei Eccleſiam commutari, honoreſque aut diviſiones perpeti, quas pro ſuis cauſis faciendas duxerit Imperator. Ergo ſecundum priſtinum Provinciarum morem Metropolitanos Epiſcopos convenit nominari.* Innoc. Epiſt. ad Alex. Antioch. Sed non omittendum eſt, aliam etiam cauſam ejuſdem ferè generis atque priorem in hoc Concilio agitatam fuiſſe inter Eunomium Epiſcopum Nicomedienſem, totius Bithyniæ antiquitùs Metropolitanum, & Anaſtaſium Epiſcopum Nicænum, qui ex reſcripto Imp. Valentiniani & Valentis metropoliticam dignitatem ſedi ſuæ arrogavit. Sed hæc etiam controverſia eodem modo, quo prior, à Concilio determinata eſt: nimirum ut antiqua Metropolis Nicomedienſis privilegia ſua juraque inviolata haberet; Nicæna autem ab Imperatoribus de novo honorata, nudum mettopoleos nomen & honorem ſine metropoliticâ quavis autoritate retineret: ut fusè traditur in Actione 13. hujus Concilii: videſis etiam Synodalem Epiſtolam Nicolai Patriarchæ CP. ad Alexium Comnenum, quæ multis probat, ex ſacris Canonibus atque legibus, non fas eſſe, ut Epiſcopatus à metropolibus auferantur, nec in metropoles evehantur. In Juris Græco Rom. lib. 2. pag. 271.

Ἀνάγνωθι καὶ ἐν τῷ Τρούλλῳ. Hæc uſque ad ἐν μέρει incluſivè in Codice Amerbachiano deſiderantur.

## In Can. XIV.

Ἡ Ἰουδαίῳ. Chriſtianos cum Judæis matrimonium inire leges etiam civiles vetuerunt. Μή τις Χριστιανὴ γυναῖκα ἀφῇ γάμων Ἰουδαίου λαμβάνειν· μήτε Ἰουδαῖος Χριστιανὸς εἰς συζυγίαν ἐνέσθω. εἰ γάρ τι τοιοῦτον ἁμαρτάνει, ἐν τῇ τῆς μοιχείας ποινῇ ὑπο-καλλόμενος ἦν. Baſilic. l. 1. tit. 1. c. 35. *Ne quis Chriſtianam mulierem in matrimonium Judæus accipiat, neque Judæa Chriſtianus conjugium ſortiatur. Nam ſi quis aliquid hujuſmodi admiſerit, adulterii vicem commiſſi hujuſmodi crimen obtinebit, libertate in accuſandum publicis quoque vocibus relaxatâ.* l. 6. c. de Judæis. Idem ſtatuit Concilium Aurelianenſe 2. c. 19.

## In Can. XV.

Διάκονον μὴ χειροτονεῖσθαι γυναῖκα. Τὰς διακόνους, ſive Diaconiſſas in Eccleſiâ primitivâ conſtitutas eſſe, & Eccleſiæ miniſtrâſſe, ex crebrâ earum mentione conſtat. D. Paulus Phœben commemorat Eccleſiæ Cenchrenſis diaconiſſam, Συνίστημι δὲ ὑμῖν Φοίβην τὴν ἀδελφὴν ἡμῶν, οὖσαν διάκονον τῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Κεγχρεαῖς. Epiſt. ad Rom. c. 16. 1. Plinius ſecundus etiam in Epiſtolâ ad Trajanum earum meminit. *Quo magis*, inquit, *neceſſarium credidi, ex duabus ancillis* (Chriſtianis) *quæ miniſtræ dicebantur, quid eſſet veri & per tormenta quærere.* Plin. Epiſt. l. 8. Ep. 97. Tertullianus etiam nonnullas in Eccleſia mulieres ſuis temporibus ordinatas indicat, dicens, *Quantæ igitur, & quæ in Eccleſiis, ordinari in Eccleſiâ ſolent.* Tertull. de exhort. ad Caſtitatem cap. 13. Et alibi, *Quantum fidei detrahant, quantum obſtrepant ſanctitati nuptiæ ſecundæ, diſciplina Eccleſiæ, & præſcriptio Apoſtoli declarat, cum digamos non ſinit præſidere, cum viduam allegi in ordinationem, niſi univiram non concedit.* Id. ad uxor. l. 1. cap. 7. Meminit & Clemens Alexandrinus, Οὕτω μὲν οἰκείως τῇ διακονίᾳ ἀφιερωμένῳ τῷ κηρύγματι προσκείμενος, οὐχ ὡς γαμετὴν, ἀλλ' ὡς ἀδελφὴν περιῆγεν τὰς γυναῖκας συνδιακόνους ἐσομένας πρὸς τὰς οἰκιουρούς γυναῖκας, δι' ὧν καὶ εἰς τὸν γυναικωνῖτιν ἀδιαλήπτως παρεισεδύετο ἡ τοῦ κυρίου διδασκαλία. Ἴσμεν γὰρ καὶ ὅσα περὶ διακόνων γυναικῶν ἐν τῇ ἑτέρᾳ πρὸς Τιμόθεον ἐπιστολῇ ὁ γνησίως διατύπωσε Παῦλος. Clem. Alex. Strom. l. 3. Quod ad miniſterium earum ſpectat, non exiſtimandum eſt iis unquam licitum fuiſſe Sacerdotale aliquod munus obire, ſed inſtitutæ ſunt tantummodo ad mulierum miniſteria, ut majori modeſtiâ & reverentiâ peragerentur; ut cum mulieres baptizandæ ſunt, aut corpora earum inſpicienda. Epiphanius, Παρατηρητέον δὲ, ὅτι ἔχει διακονισσῶν μόνον τὸ ἐκκλησιαστικὸν ἐπιτήδευμα, χάριτος τινὸς νοούμενος, καὶ τούτων τῶν ἐπὶ χαιετίσεως προσβύτιδας, ἁγλαΐᾳ δὲ προσευτειδίας, ἢ ἱερείαις ἀφοσιώσεως. καὶ γὰρ οὔτε διάκονος ἐν τῷ ἐκκλησιαστικῷ τάξει ἐπισκόπου τι μυστήριον ἐπιτελεῖ, ἀλλὰ μόνον διακονεῖν τὸ ἐπιτελούμενον. Epiphan. hær. 79. Collyrid. num. 4. Et plenius paulo ante, Καὶ ὅτι μὲν διακονισσῶν τέλεια ἔδει εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἀλλ' ἀγὰ εἰς τὸ ἱερατεύειν, ὑδί τι ἐπιχειρεῖν ἐπιτρέπων, ἕνεκεν δὲ σεμνότητος τῆς γυναικείου ἤθους, ἢ δι' ἄφραν λογῆς, ἢ ἐπισκέψεως πάθους, ἢ πόνου, ἢ ὅτε γυμνωθεῖν σῶμα γυναικὸς, ἵνα μὴ ὑπὸ ἀνδρῶν ἱερουργούντων θεωθείη, ἀλλ' ὑπὸ τῶν διακονίσσης, ἃ ἐπιτάσσεται ἀπὸ τοῦ ἱερέως ἐπιμελεῖσθαι πρὸς τὴν ἄφραν τῆς ἐπιδεομένης γυναικὸς ἐν τῇ ἄφρᾳ τῆς τοῦ σώματος αὐτῆς γυμνώσεως, τοῦ τέλματος τῆς ἐυταξίας, καὶ ἐκκλησιαστικῆς εὐνομίας ἐπισημένης, ἐν μέσῳ χειρὸς σφόδρα ἀσφαλισμένης. ibid. num. 3. Et in expoſitione fidei Catholicæ, Καὶ διακόνισσαι δὲ καθίστανται εἰς ὑπηρεσίαν γυναικῶν μόνον, διὰ τὴν σεμνότητα, ἀν χρεία κατεπείγῃ, λογῆς ἕνεκα, ἢ ἐπισκέψεως σωμάτων.

σαμένον. Id. expos. fid. num. 21. Si quid etiam negotii Episcopus, aliusve Sacerdos cum mulieribus habuerit, & ipse eas adire nequiverit, ne illud vitio ei ab infidelibus verteretur, id per Diaconissas mitti consuetum est, & in baptismo mulierum illæ nonnullas earum partes ungere solitæ fuerunt. Περχωρείτω ἡ κὴ διάκονον πρὸν κὴ ἁγίαν εἰς τὰς θείας γυναικῶν ἀναστάσεις· ἔτι γὰρ ἐπίτιμον ἦν παν οἰκίαις ἀνδρα διάκονον γυναῖξιν ὑ δυία τι πέμπειν διὰ τὰς θεῖ φαύλων διανοίας· κὴ γὰ εἰς πολλὰς χρείας γυναικὸς χρήζουσι διακόνε· κὴ πρῶτον μὲ ἐν τῇ φωτίζεσθαι γυναῖκας, ὁ διάκονο χρίσει μὲ μόνον τὸ μέτωπον αὐτῆ τῷ ἁγίῳ ἐλαίῳ· κὴ μετ' αὐτὸν ὑ διάκονο ἀλείφει αὐτάς. Constit. Apost. l. 3. cap. 15. In sacro etiam baptismate celebrando, Diaconus viros suscepit, mulieres autem diaconissa. Καὶ ὁ μὲ ἄνδρα ὑποδεχέσθω ὁ Διάκονο, τὰς ἢ γυναῖκας ἡ διάκονος. ib. cap. 16. His etiam januæ, quâ mulieres Ecclesiam ingrediebantur, custodia concredita est. Διακόνισσα, ὐκ εὐλογεῖ· ἀλλ' ὐδὲ τ ὧν πιστῶν οἱ προσεύχεται, ἢ εἰ διάκονοι ὑπηρετεῖ, ἀλλ' ἢ τῶ φυλάττειν τὰς θύρας, κὴ ὑξυπηρετεῖσθαι τῆς προσευχομένοις ἐν τῷ βαπτίζεσθαι τὰς γυναῖκας διὰ τὸ ἐυπρεπές. ibid. lib. 8. cap. 28. Alibi etiam eædem constitutiones, Apostolicæ vulgò dictæ, præcipiunt, nullam mulierem ad Episcopum aut Diaconum, accedere sine diaconissâ, ἵνα μὴ ἀνὰ τὰς διακόνε μαθηταὶ πρὸς τὸν γυνὴ τῇ διακόνῳ ἢ τῇ ὑποδιακόνῳ. ibid. l. 2. cap. 26. Sed in isto fateor capite egregiæ de diaconissis nugæ & inceptiæ occurrunt. Ibi enim asseritur, Episcopum esse instar Dei Patris; Diaconum instar Jesu Christi; & Diaconissam instar Spiritûs sancti: ac proinde Diaconissam nihil agere sine Diacono, sicut nec Spiritus sanctus aliquid agit sine Christo. ὡς ἐδὲ ὁ παράκλητο ἀφ' ἑαυτῦ τ λαλεῖ ἢ πνεῖ, ἀλλὰ δοξάζων τ Χριςὸν φανερὸς τὸ ἑαυτῦ θέλημα. Quæ nimis insulsa sunt, & blasphemam πνευματομάχων opinionem redolere videntur. In nonnullis porro locis Diaconissæ rudes & indoctas mulieres elementa fidei & responsa in baptismo reddenda docuerunt. Concilium Carthaginense quartum, *Viduæ vel sanctimoniales, quæ ad ministerium baptizandarum mulierum eliguntur, tam instructæ sint ad officium, ut possint apto & sano sermone docere imperitas & rusticas mulieres, quo tempore baptizandæ sunt, qualiter baptizatori interrogata respondeant, & qualiter accepto baptismate vivant.* Conc. Carthag. 4. can. 12. Justinianus etiam Diaconissas, dicit, *adorandis ministrare baptismatibus, & aliis adesse secretis, quæ in venerabilibus ministeriis per eas ritè aguntur.* Justin. Novel. 6. cap. 6. De iisdem etiam D. Hieronymus ait, *Sicut etiam nunc in Orientalibus diaconissæ mulieres in suo sexu ministrare videntur in baptismo & ministerio verbi: quia privatim docuisse fœminas invenimus, sicut Priscillam, cujus vir Aquila vocabatur.* Hieron. in Epist. ad Rom. cap. 16. unde constat hujusmodi Diaconissas, Orientalibus usitatas, in Occidentalibus partibus ferè ignotas esse; in quibus tamen anus quædam nutritæ sunt, quæ ægrotantibus ministrare poterant; ut idem D. Hieronymus docet, dicens, *Quod si hujusmodi non fuerint consanguinitatis, castimoniæque personæ, multas anus nutrit Ecclesia, quæ & officium præbeant, & beneficium accipiant ministrando* (ægrotanti) *ut infirmitas quoque tua fructum habeat eleemosynæ.* Hieron. ad Nepotianum. Diaconissas autem propriè sic dictas in Galliis olim ordinatas fuisse, ex eo constat, quòd ordinatio earum à pluribus postea Gallicanis Conciliis sublata & prohibita est. Concilium Arausicanum primum anno 441. habitum dicit, *Diaconissæ omnimodè non ordinandæ: Si quæ jam sunt, benedictioni, quæ populo impenditur, capita submittant.* Conc. Arausic. can. 26. Concilium Epaunense, anno D. 509. *Viduarum consecrationem, quas Diaconas vocant, ab omni regione nostrâ penitus abrogamus: solam iis pœnitentiæ benedictionem, si converti ambiunt, imponendo.* Conc. Epaun. can. 21. Sed cùm contra hos canones adhuc à nonnullis actum fuerit, Concilium Aurelianense secundum anno 536. celebratum, statuit, ut *fœminæ, quæ benedictionem Diaconatûs hactenus contra interdicta canonum acceperunt, si ad conjugium probantur iterum devolutæ, à communione pellantur.* Conc. Aurel. 2. can. 17. *Placuit etiam, ut nulli postmodum fœminæ diaconalis benedictio pro conditionis hujus fragilitate credatur.* ib. can. 18. In Oriente autem earum ordinatio diutiùs obtinuit: cujus formula sive ritus in Euchologio etiamnum extat. Summa huc redit. Diaconissa ordinanda Pontifici præsentatur, qui ei caput inclinanti manum imponit, tresque cruces efficit, κλινάσης αὐτῆς τὴν κεφαλὴν ἐπιτίθησι τὴν χεῖρα αὐτῆς ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῆς, κὴ πιών σαυτὸν τρεῖς, ἐπεύχεται ταῦτα. Et cum preces peractæ sunt, Pontifex diaconicam stolam, μαφόριον dictam, collo ejus circumdat, duas ejus extremitates ante pectus reducens, & postea Diaconus in ambone stans, ait, πάντων ἡμῶν μνημονεύσαντες. &c. Vide ordinationem ejus fusiùs expositam à Matthæo Blastare in Syntagmate lit. r. cap. 11. Verum Balsamon in præsentem canonem testatur diaconissas suis temporibus non ordinatas esse. Διακόνισσα γὰρ σήμερον ὐ χειροτονεῖται. Et rationem reddit, quòd mulieres ad altare ingredi vetentur. Sed & in responsis ejus ad Marcum Alexandrinum aliam addit rationem. Πάλαι πότε κὴ τάγματα διακονισσῶν τῆς χειρὸν ἐπιγινώσκετο, κὴ εἶχον κὴ αὐτὰ βαθμὸν ἐν τῷ βήματι. ἢ ἡ θεῖ ἐμβρύου κάκωσις τὸν ἀναστασιαν ταύτην ἐκ τῆς θείας κὴ ἁγίου βήματο ἀπέκρυψεν. Balsam. respons. ad Marc. Alex. interrog. 35. Addit tamen ibidem in Ecclesiâ Constantinopolitanâ etiam tunc dierum Diaconissas quasdam delectas fuisse, quæ quidem ad altare ingredi non poterant; sed muliebrem cœtum Ecclesiasticè dirigerent. Παρὰ τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ τῆς ἡμῶν θεῖ Κωνσταντινουπόλεως διακόνισσαι προχειρίζονται, μίαν μὲ μετουσίαν μὲ ἔχυσαι ἐν τῷ βήματι, ἐκκλησιάζεσθαι ἢ τὰ πολλὰ, κὴ τὸν γυναικωνῖτιν ἐκκλησιαστικῶς διορθοῦμθαι. ibid. Quæstio Marci Alexandrini, cui Balsamon his respondit, hæc fuit, εἰ θεῖοι κανόνες μέμνηνται διακονισσῶν· ζητοῦμεν ἔν μαθεῖν, ποῖόν ἐστι τὸ τοιοῦτον λειτούργημα; E quâ quæstione conficitur, Diaconissas nullas Alexandriæ tunc temporis ordinatas fuisse, quippe quarum ministerium ipsi Patriarchæ Alexandrino incognitum fuit.

Περὶ ἐνὸς παραίτητα. D. Paulus viduam minorem annis sexaginta non eligendam esse præcipit, χήρα καταλεγέσθω μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα γεγονυῖα ἑνὸς ἀνδρὸς γυνή. 1. Tim. 5. 9. Unde Tertullianus, *Ad quam sedem viduarum prater annos sexaginta, non tantum univiræ, id est, nuptæ aliquando eliguntur, sed & matres, & quidem educatores filiorum.* Tertul. de veland. virginibus cap. 9. Imperatores Valentinianus, Theodosius & Arcadius, *Nulla nisi emensis sexaginta annis secundum præceptum Apostoli ad Diaconissarum consortium transferatur.* l. 9. c. de Episcopis & Clericis. In nonnullis, fateor, codicibus pro *sexaginta* legitur *quinquaginta.* Sed *sexaginta* omnino legendum esse, ex eo patet, quòd Apostoli præceptum citatur, quo sexaginta anni iis determinantur. Eandem iis ætatem S. Basilius can. 24. definivit. Sed Justinianus eas quinquagenarias circiter constituendas edicit. *Quanta igitur*, inquit, *super venerabiles Clericos à nobis dicta sunt, hæc etiam super Deo amabilibus Diaconissis agi volumus, ut neque ipsæ citra observantiam fiant; sed primùm quidem iis ætatem, neque novellam esse, neque ex hac ad delinquendum salientem, sed super mediam constitutas ætatem, & circa quinquaginta annos secundum divinas regulas agentes, sicque sacram promereri ordinationem.* Justinian. Novel. 6. cap. 6. In præsenti autem canone ætas earum ad quadragesimum annum reducitur. Quod etiam à Concilio Agathensi admitti videtur, dicente, *Sanctimoniales quantumlibet vita earum & mores probati sint, ante annum ætatis suæ quadragesimum non velentur.* Concil. Agath. can. 19. Et quidem juxta præsentis canonis definitionem Justinianus mutatâ sententiâ sanxit. *Presbyterum autem minorem triginta quinque annorum fieri non permittimus: sed neque Diaconum aut Subdiaconum minorem viginti quinque, neque minorem lectorem decem & octo annorum. Diaconissam verò non ordinari in sanctâ Ecclesiâ, quæ minor est annorum quadraginta, aut ad secundas venerit nuptias.* Justinian. Nov. 123. cap. 13.

## In Can. XVI.

Πρῶτον ἀναθεμα. Cautum est hoc canone, ne monachi aut moniales matrimonium ineant, idque sub pœnâ excommunicationis, alii ex hujus codicis canonibus aliter eos puniunt, de quibus Scholiastes differunt. Sic etiam Concilium Valentinum anno 374. habitum, *De puellis verò quæ se Deo voverunt, si ad terrenas nuptias spontè transierint, id custodiendum esse decrevimus, ut pœnitentia his non statim detur; & cum data tamen fuerit, nisi plene satisfecerint Deo, in quantum ratio poposcerit, earundem communio differatur.* Conc. Valent. cap. 2. Nimirum etiamsi vovere liceat, præstat tamen non vovere, quàm votum non persolvere. Et quanticunque facienda sit virginitas, κρεῖττον ἐν γαμῆσαι ἢ πυροῦσθαι, ut Apostolus docet 1. Cor. VII. 9. de quâ re Theologus ille Gregorius Nazianzenus, optimè cecinit, in præceptis ad Virgines.

Ὅσσον παρθενίη φερεφερέστερη ἐστὶ γάμοιο,
Τόσσον παρθενίης ἀγνὸς γάμο ἀμφιβίοιο.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Τῆνεπαν ἢ καθαρὴν ἀσπάζεο πάμπαν ἄεικα
Παρθενίην, εἰ σοί γε μὴ θεὸς ἠδὲ δόμος θ' ὄφρεν,
Ἢ ε γάμον στέργειν καὶ ὁμήϊον, ὡς ἐσέπουσι
Δύσπεον ἐκ φορέοιο καλὸν πλόον. Ἀμφοτέρων δὲ
Φύλαξαι ἀζυγίης τε βίον, ζυγίου τε φόωσπον.
Μιγνύμεναι μέλιτί τε χόλον, καὶ βόρβορον οἴνῳ,
Καὶ Σολύμοις Σαμάρειαν ἀλιτροτάτην ἱερεύσιν.

*Quanto virginitas melior quàm vita jugalis,*
*Tanto etiam dubiam præcedit virginitatem,*
*Conjugii ſancti nexus, caſtumque cubile.*
*Ergo virgineam vel prorſus dilige vitam,*
*Si genus hoc vitæ arridet, vel membra domare*
*Si nequeas, thalamo cervicem innectere jugali.*
*Utque is qui ratibus ſecat æquora vaſta, ſecundum*
*Sic teneas curſum, primo, & meliore negato.*
*Aſt fœdam vitæ mixturam utriuſque caveto,*
*Nec cœnum vino, nec felli dulcia mella,*
*Nec ſacris Samaram Solymis miſceto nefandam.*

Si qui autem virginitatem profeſſi ſunt, & ὁμολογίαν ſuam ſemel violârunt, eos Epiphanius conſultiùs facere judicat, ſi matrimonio implicentur, ut ſuſceptâ pœnitentiâ in Eccleſiæ communionem iterum recipiantur. Κρεῖττον τοίνυν ἔχειν ἁμαρτίαν μίαν, καὶ μὴ ἀνευσπέρεκες. κρεῖττον πιστὸν ἀπὸ δρόμου φανερῶς ἑαυτῷ λαζεῖν γυναῖκα κατὰ νόμον, καὶ ἀπὸ παρθενίας πολλῷ χρόνῳ μετανοήσαντα, εἰσαχθῆναι πάλιν εἰς τὸν ἐκκλησίαν. Epiphan. hær. 61. ſive Apoſtolic. Unde conſtat hujuſmodi ὁμολογίας iſtis temporibus non tantæ religionis fuiſſe, ut irritum facerent matrimonium. Imo quidem D. Cypriani diebus licitum erat virgines Deo dicatas nubere, ſi aliter ſe continere non poterant: uti ex ipſius verbis colligere eſt, dicentis, *Quod ſi ex fide ſe Chriſto dicaverunt, pudicè & caſtè ſine ullâ fabulâ perſeverent, ita fortes & ſtabiles præmium virginitatis expectent: ſi autem perſeverare nolunt, vel non poſſunt, melius eſt nubant, quàm in ignem delictis ſuis cadant.* Cyprian. Epiſt. 62.

Κατὰ τὸν θεολόγων φανλὸν. Codex Amerbachianus legit, κατὰ τὸν τῶν θεολόγων φανλὸν.

## In Can. XVII.

Τας κατ' ἐπάρχιαν ἐπαρχίαν ἀγροικικάς. In codice Amerbachiano præſenti canoni, de ruralibus & vicariis paroeciis hoc ſcholium annectitur, Ἀγροικικὰς μὲν λέγει, τὰς ὅλαι ὅλῃ ἐσχατιῶν ἱδρυμένας, ἃς καὶ μονοίκια νῦν φασίν. ἐγχωρίας δὲ τὰς ἐν μέσοις ἄγροις ἢ κώμαις. ἃ μάλιστα ἦν τῷ κ'. κανόνι ὅλῳ ἐν Ἐφέσῳ, κελεύοντι μὲν ὅπισθεν ἀλλοτρίαν παροικίαν, ἀλλ' εἰ καὶ τυγχάνοιτό τι τοιοῦτον, ἐπιτρέπεσθαι ταύτην τῷ Λαοδίκειτ. ἄλλο γὰρ παρ' ἐκείνοις τοῖς παλαιοῖς, καὶ ἄλλο νῦν τοῦτο τὸ ἀμφισβητούμενον· οἱ μὲν γὰρ τότε ὅλῃ ὅλῃ ἤδη κατεπεμένων λαῶν, καὶ ὅλῃ ἤδη ὑφ' ἑτέρῳ ἐπισκόπῳ γεγονότων, εἶτα τότε ὅλῃ ὅλῃ πλεονεκτεῖν εἰωθότων κατεχόντων πόλεων, ἢ κωμῶν ἁπλῶς· οὗτοι δὲ τότε ἀγρῶν, οὐκ εἰκὸς μηδὲ τοιοῦτόν τί λόγον ὅλως τῷ ἐπισκόπῳ τῷ προκατειλῆφθαι διὰ τὸ ἀγροῖον καὶ μικροφερεῖς περιῳκῶσιν. *Rurales quidem paroecias vocat eas, quæ in ipſis extremitatibus ſitæ ſunt, quas etiam Monœcia nuncupant: Vicanas autem, quæ in mediis agris, aut vicis poſitæ ſunt. Neque pugnat hoc cum octavo canone Concilii Epheſini, cavente ne quis in alienam paroeciam tranſiliat, ſed ſi quid iſtiuſmodi præſumptum fuerit, eadem domino ſuo reſtituatur. Aliud enim ab iſtis Patribus, & aliud in præſenti canone diſceptatur. Illi enim de populis jam pridem coagmentatis, & de civitatibus & vicis alii olim Epiſcopo ſubjectis, poſtea autem ab iis, qui aliena uſurpare conſueti ſunt, poſſeſſis loquuntur: præſentes autem Patres, de agris, quorum ut inutilium & vilium neglectui habitorum, non tantam habuiſſe rationem Epiſcopum, qui præoccupavit, veriſimile eſt.*

Παρὰ ἰδίου μητροπολίτου. Johannes Antiochenus, in collect. canonum tit. 2. legit παρὰ τοῦ ἰδίου ὑποκόπου ἢ μητροπολίτου. Sic etiam Codices Balſamonis & Zonaræ antehac impreſſi; nec non Codex canonum Eccleſiæ univerſæ à Chriſtophoro Juſtello editus. Noſtræ è contra lectioni è MS. Bodleiano erutæ adſtipulatur Codex Amerbachianus, legens παρὰ τοῦ ἰδίου μητροπολίτου: item Dionyſius Exiguus, locum ſic vertens, *Quòd ſi quis à metropolitano leditur:* & vetus interpres Latinus, vertens, *Si quis autem à metropolitano ſuo Epiſcopo malè tractetur*, quibus non ſolùm Codex Ætonienſis, verum ipſa etiam ratio ſuffragatur. Si quis enim ab Epiſcopo quovis injuriâ afficiatur, iſte non ad Exarchum diœceſeos, vel thronum Conſtantinopolitanum adire debet, ſed ad Metropolitanum, vel Synodum Provinciæ; cui omnes contra Epiſcopos agitatas cauſas audiendi & judicandi poteſtas à præſenti Synodo, canone nono commiſſa eſt.

Παρὰ τῷ ἐξάρχῳ ὁ διοικήσεως. De Exarchis in annotationibus ad nonum hujus Concilii canonem fuſiùs commentati ſumus. Hîc inſuper obſerves in Codice Amerbachiano ἕτερον κάλιον præſenti canoni ſubjunctum eſſe, quod de Exarchis eruditè admodum agit, ſicque ſe habet. Ἐξάρχους καλεῖ ἐκείνους ὑφ' οὓς πλεῖον οἱ μητροπολίται· εἶεν δ' ἂν ἅτινες οἱ πατριάρχαι, ὑφ' ὧν καὶ κρίνεσθαι τὰς κατὰ τῶν μητροπολιτῶν κινουμένας βάλεται δίκας, ἢ ὑπὸ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως, ἐξαιρέτῳ φερομένῳ τύπῳ ὁ συνόδος τιμήσασα τὸν θρόνον. ὅτι δὲ ἐξάρχους λέγει τοὺς τῶν πρώτης καθέδρας ἐπισκόπους, οἱ εἰσιν οἱ πατριάρχαι, τεκμήριον καὶ ὁ τῶν ἐν Καρθαγένῃ λθ'. κανὼν, ἀπαγορεύων μὴ δεῖν αὐτοὺς ὀνομάζεσθαι τῷ τοῦ ἐξάρχου φερωνυμίᾳ κελεύσαν. εἰ δέ τις λέγοι τις, ὡς ὁ ς'. τῶν ἐν Σαρδικῇ κανὼν ἔξαρχον καλεῖ τὸν μητροπολίτην, ἀληθεύσει μέν, οὐδὲν δ' ἀξιόλογον ἐρεῖ πρὸς τὸ παρὸν ζήτημα. Αὐτὸς γὰρ ἔτος ὁ φερωνύμως τῶν ἐν Χαλκηδόνι κανὼν, δεῖν λέγων τὸν παρὰ τοῦ μητροπολίτου ἀδικούμενον δικάζεσθαι παρὰ τοῦ ἐξάρχου, δίκαιον ἕτερον ὄντα τῶν ἔξαρχον παρὰ τοῦ μητροπολίτου. Εἰ δ' ὑπονοήσει τις λογισμὸς, μήποτε τοὺς παρὰ τῶν πατριαρχῶν ὅτι τινας ἐκκλησιαστικὰς διοικήσεις πεπιστευμένους ἐξάρχους, ὅτου γὰρ ὀνομάζονται κατὰ τὸ πρῶτον ἐξαρχεῖον ἔτος, ὁ κανὼν σημαίνει· ἐκείνους ἐκ ἔτος ἀφίσται χρόνου λογισμός. Πρῶτον μὲν γὰρ διὰ τί τῶν ἄλλων θρόνων ἐχόντων ἐξάρχους, ὁ Κωνσταντινουπόλεως οὐκ ἔξει; ἔπειτα καὶ τ' ἐναντία καταπαλαισθήσεται τῶν ἀπαιτούντων ἐξαιρεσιμότητα κατὰ τῶν Κωνσταντινουπόλεως. Εἰ γὰρ οἱ ὑπὸ τοὺς ἄλλους θρόνους ὄντες καὶ κλητικοὶ παρὰ τοὺς μητροπολίτας ἀμφισβητοῦντες μᾶλλον τοὺς ἐκκλήτους ποιεῖσθαι παρὰ τοὺς ὑπὸ τῶν πατριαρχῶν αὐτῶν τελοῦντας ἐξάρχους, ἢ παρὰ τὸν Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχην, ἆρα ὁ Κωνσταντινουπόλεως μόνος ἔχει παρανόμων τοὺς τῶν ἄλλων πατριαρχῶν ἐπισκόπους καὶ κλητικοὺς καὶ μητροπολίτας κρίνειν καὶ λύειν τὰς ἀμφισβητήσεις, ἔπειτα δὲ καὶ τίτον ἄτοπον, τὸ τοὺς ἄλλους πατριάρχας παντελῶς εἰρηκέναι τῷ τοὺς αὐτοῦ ὑπεκκειμένους κρίνειν. καὶ μᾶλλον ἐκεῖ μείζονα τὴν αὐθεντίαν τῶν ἐξάρχων αὐτῶν, εἴπερ ἢ αὐτοὶ μέλλουσι δέχεσθαι τοὺς ἐκκλήτους, ἢ ὁ Κωνσταντινουπόλεως. ὥστε ταυτὶ τρόπῳ τὸ φερώνυμον ἐξηρημένον τοῦ Κωνσταντινουπόλεως σώζεται, διὰ τοῦ παρόντος ιζ'. κανόνος, καὶ διὰ τοῦ θ'. Quod Latine ſic verto, *Exarchos vocat eos, quibus Metropolitani ſubſunt: illi autem ſunt Patriarchæ, à quibus cauſas contra Metropolitanos motas judicari vult, vel ab Epiſcopo Conſtantinopolitano, quem thronum Synodus peculiari privilegio honoravit. Quòd autem Exarchos vocat primæ ſedis Epiſcopos, qui ſunt Patriarchæ, Synodi etiam Carthaginenſis canon* 39. oſtendit, *eos Exarchi nomine non oportere appellari ſtatuens. Si quis autem dixerit, ſextum canonem Synodi Sardicenſis Metropolitanum vocare Exarchum; verum quidem dicet, ſed nihil quod in præſenti quæſtione memoratu dignum eſt. Hic enim ipſe propoſitus Synodi Chalcedonenſis canon, dicens eum, qui à Metropolitano injuriâ afficitur, ab Exarcho judicandum eſſe, Exarchum alium eſſe à Metropolitano indigitat. Quòd ſi cogitatio aliqua ſubeat, Exarchos à Patriarchis ad Eccleſiaſticas quaſdam adminiſtrationes miſſos (ſic enim præſenti ætate nominantur) à canone fortaſſe ſignificari; neque hac etiam cogitatio locum inveniet. Primò enim, cùm alii throni Exarchos habeant, quare Conſtantinopolitanus non habebit? Deinde contraria etiam iis, quæ petuntur, contradicentibus conficientur, illinc etiam exemplo Conſtantinopolitano. Si aliis enim thronis ſubditi Epiſcopi & Clerici, cum metropolitanis litem habentes, appellationes fecerint ad Exarchos ab ipſis Patriarchis miſſos, aut ad Patriarcham Conſtantinopolitanum; tunc Conſtantinopolitanus ſolus aliorum Patriarcharum*

## In Can. XVII.

Τας κατ' ἐπάρχιαν ἐπαρχίαν ἀγροικικάς. In codice Amerbachiano præſenti canoni, de ruralibus & vicariis paroeciis hoc ſcholium annectitur, Ἀγροικικὰς μὲν λέγει, τὰς ὅλαι ὅλῃ ἐσχατιῶν ἱδρυμένας, ἃς καὶ μονοίκια νῦν φασίν. ἐγχωρίας δὲ τὰς ἐν μέσοις ἄγροις ἢ κώμαις. ἃ μάλιστα ἦν τῷ κ'. κανόνι ὅλῳ ἐν Ἐφέσῳ, κελεύοντι μὲν ὅπισθεν ἀλλοτρίαν παροικίαν, ἀλλ' εἰ καὶ τυγχάνοιτό τι τοιοῦτον, ἐπιτρέπεσθαι ταύτην τῷ Λαοδίκειτ. ἄλλο γὰρ παρ' ἐκείνοις τοῖς παλαιοῖς, καὶ ἄλλο νῦν τοῦτο τὸ ἀμφισβητούμενον· οἱ μὲν γὰρ τότε ὅλῃ ὅλῃ ἤδη κατεπεμένων λαῶν, καὶ ὅλῃ ἤδη ὑφ' ἑτέρῳ ἐπισκόπῳ γεγονότων, εἶτα τότε ὅλῃ ὅλῃ πλεονεκτεῖν εἰωθότων κατεχόντων πόλεων, ἢ κωμῶν ἁπλῶς· οὗτοι δὲ τότε ἀγρῶν, οὐκ εἰκὸς μηδὲ τοιοῦτόν τί λόγον ὅλως τῷ ἐπισκόπῳ τῷ προκατειλῆφθαι διὰ τὸ ἀγροῖον καὶ μικροφερεῖς περιῳκῶσιν. *Rurales quidem paroecias vocat eas, quæ in ipſis extremitatibus ſitæ ſunt, quas etiam Monœcia nuncupant: Vicanas autem, quæ in mediis agris, aut vicis poſitæ ſunt. Neque pugnat hoc cum octavo canone Concilii Epheſini, cavente ne quis in alienam paroeciam tranſiliat, ſed ſi quid iſtiuſmodi præſumptum fuerit, eadem domino ſuo reſtituatur. Aliud enim ab iſtis Patribus, & aliud in præſenti canone diſceptatur. Illi enim de populis jam pridem coagmentatis, & de civitatibus & vicis alii olim Epiſcopo ſubjectis, poſtea autem ab iis, qui aliena uſurpare conſueti ſunt, poſſeſſis loquuntur: præſentes autem Patres, de agris, quorum ut inutilium & vilium neglectui habitorum, non tantam habuiſſe rationem Epiſcopum, qui præoccupavit, veriſimile eſt.*

Παρὰ ἰδίου μητροπολίτου. Johannes Antiochenus, in collect. canonum tit. 2. legit παρὰ τοῦ ἰδίου ὑποκόπου ἢ μητροπολίτου. Sic etiam Codices Balſamonis & Zonaræ antehac impreſſi; nec non Codex canonum Eccleſiæ univerſæ à Chriſtophoro Juſtello editus. Noſtræ è contra lectioni è MS. Bodleiano erutæ adſtipulatur Codex Amerbachianus, legens παρὰ τοῦ ἰδίου μητροπολίτου: item Dionyſius Exiguus, locum ſic vertens, *Quòd ſi quis à metropolitano leditur:* & vetus interpres Latinus, vertens, *Si quis autem à metropolitano ſuo Epiſcopo malè tractetur*, quibus non ſolùm Codex Ætonienſis, verum ipſa etiam ratio ſuffragatur. Si quis enim ab Epiſcopo quovis injuriâ afficiatur, iſte non ad Exarchum diœceſeos, vel thronum Conſtantinopolitanum adire debet, ſed ad Metropolitanum, vel Synodum Provinciæ; cui omnes contra Epiſcopos agitatas cauſas audiendi & judicandi poteſtas à præſenti Synodo, canone nono commiſſa eſt.

Παρὰ τῷ ἐξάρχῳ ὁ διοικήσεως. De Exarchis in annotationibus ad nonum hujus Concilii canonem fuſiùs commentati ſumus. Hîc inſuper obſerves in Codice Amerbachiano ἕτερον κάλιον præſenti canoni ſubjunctum eſſe, quod de Exarchis eruditè admodum agit, ſicque ſe habet. Ἐξάρχους καλεῖ ἐκείνους ὑφ' οὓς πλεῖον οἱ μητροπολίται· εἶεν δ' ἂν ἅτινες οἱ πατριάρχαι, ὑφ' ὧν καὶ κρίνεσθαι τὰς κατὰ τῶν μητροπολιτῶν κινουμένας βάλεται δίκας, ἢ ὑπὸ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως, ἐξαιρέτῳ φερομένῳ τύπῳ ὁ συνόδος τιμήσασα τὸν θρόνον. ὅτι δὲ ἐξάρχους λέγει τοὺς τῶν πρώτης καθέδρας ἐπισκόπους, οἱ εἰσιν οἱ πατριάρχαι, τεκμήριον καὶ ὁ τῶν ἐν Καρθαγένῃ λθ'. κανὼν, ἀπαγορεύων μὴ δεῖν αὐτοὺς ὀνομάζεσθαι τῷ τοῦ ἐξάρχου φερωνυμίᾳ κελεύσαν. εἰ δέ τις λέγοι τις, ὡς ὁ ς'. τῶν ἐν Σαρδικῇ κανὼν ἔξαρχον καλεῖ τὸν μητροπολίτην, ἀληθεύσει μέν, οὐδὲν δ' ἀξιόλογον ἐρεῖ πρὸς τὸ παρὸν ζήτημα. Αὐτὸς γὰρ ἔτος ὁ φερωνύμως τῶν ἐν Χαλκηδόνι κανὼν, δεῖν λέγων τὸν παρὰ τοῦ μητροπολίτου ἀδικούμενον δικάζεσθαι παρὰ τοῦ ἐξάρχου, δίκαιον ἕτερον ὄντα τῶν ἔξαρχον παρὰ τοῦ μητροπολίτου. Εἰ δ' ὑπονοήσει τις λογισμὸς, μήποτε τοὺς παρὰ τῶν πατριαρχῶν ὅτι τινας ἐκκλησιαστικὰς διοικήσεις πεπιστευμένους ἐξάρχους, ὅτου γὰρ ὀνομάζονται κατὰ τὸ πρῶτον ἐξαρχεῖον ἔτος, ὁ κανὼν σημαίνει· ἐκείνους ἐκ ἔτος ἀφίσται χρόνου λογισμός. Πρῶτον μὲν γὰρ διὰ τί τῶν ἄλλων θρόνων ἐχόντων ἐξάρχους, ὁ Κωνσταντινουπόλεως οὐκ ἔξει; ἔπειτα καὶ τ' ἐναντία καταπαλαισθήσεται τῶν ἀπαιτούντων ἐξαιρεσιμότητα κατὰ τῶν Κωνσταντινουπόλεως. Εἰ γὰρ οἱ ὑπὸ τοὺς ἄλλους θρόνους ὄντες καὶ κλητικοὶ παρὰ τοὺς μητροπολίτας ἀμφισβητοῦντες μᾶλλον τοὺς ἐκκλήτους ποιεῖσθαι παρὰ τοὺς ὑπὸ τῶν πατριαρχῶν αὐτῶν τελοῦντας ἐξάρχους, ἢ παρὰ τὸν Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχην, ἆρα ὁ Κωνσταντινουπόλεως μόνος ἔχει παρανόμων τοὺς τῶν ἄλλων πατριαρχῶν ἐπισκόπους καὶ κλητικοὺς καὶ μητροπολίτας κρίνειν καὶ λύειν τὰς ἀμφισβητήσεις, ἔπειτα δὲ καὶ τίτον ἄτοπον, τὸ τοὺς ἄλλους πατριάρχας παντελῶς εἰρηκέναι τῷ τοὺς αὐτοῦ ὑπεκκειμένους κρίνειν. καὶ μᾶλλον ἐκεῖ μείζονα τὴν αὐθεντίαν τῶν ἐξάρχων αὐτῶν, εἴπερ ἢ αὐτοὶ μέλλουσι δέχεσθαι τοὺς ἐκκλήτους, ἢ ὁ Κωνσταντινουπόλεως. ὥστε ταυτὶ τρόπῳ τὸ φερώνυμον ἐξηρημένον τοῦ Κωνσταντινουπόλεως σώζεται, διὰ τοῦ παρόντος ιζ'. κανόνος, καὶ διὰ τοῦ θ'. Quod Latine ſic verto, *Exarchos vocat eos, quibus Metropolitani ſubſunt: illi autem ſunt Patriarchæ, à quibus cauſas contra Metropolitanos motas judicari vult, vel ab Epiſcopo Conſtantinopolitano, quem thronum Synodus peculiari privilegio honoravit. Quòd autem Exarchos vocat primæ ſedis Epiſcopos, qui ſunt Patriarchæ, Synodi etiam Carthaginenſis canon* 39. oſtendit, *eos Exarchi nomine non oportere appellari ſtatuens. Si quis autem dixerit, ſextum canonem Synodi Sardicenſis Metropolitanum vocare Exarchum; verum quidem dicet, ſed nihil quod in præſenti quæſtione memoratu dignum eſt. Hic enim ipſe propoſitus Synodi Chalcedonenſis canon, dicens eum, qui à Metropolitano injuriâ afficitur, ab Exarcho judicandum eſſe, Exarchum alium eſſe à Metropolitano indigitat. Quòd ſi cogitatio aliqua ſubeat, Exarchos à Patriarchis ad Eccleſiaſticas quaſdam adminiſtrationes miſſos (ſic enim præſenti ætate nominantur) à canone fortaſſe ſignificari; neque hac etiam cogitatio locum inveniet. Primò enim, cùm alii throni Exarchos habeant, quare Conſtantinopolitanus non habebit? Deinde contraria etiam iis, quæ petuntur, contradicentibus conficientur, illinc etiam exemplo Conſtantinopolitano. Si aliis enim thronis ſubditi Epiſcopi & Clerici, cum metropolitanis litem habentes, appellationes fecerint ad Exarchos ab ipſis Patriarchis miſſos, aut ad Patriarcham Conſtantinopolitanum; tunc Conſtantinopolitanus ſolus aliorum Patriarcharum*

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

*charum Episcopos Clericosque & Metropolitanos judicandi & controversias solvendi privilegium habebit. Quinetiam tertium consequetur absurdum, alios scilicet Patriarchas à judicando sibi subjectos penitus arceri: ac proinde majorem esse ipsorum Exarchorum autoritatem, si vel illi appellationes accipiant, vel Episcopus Constantinopolitanus. Adeo ut privilegium exempti præsulis Constantinopolitani omnimodo conservetur, & à presenti decimo septimo canone, & à nono.* Ut hoc scholium clarius intelligatur, tenendum est, Patriarchas, recentiores præsertim, Exarchos quosdam sibi constituisse, quibus jura Patriarchalia conservandi cura commissa est, qui propterea πατριαρχικῶν ἀναλων ἔξαρχοι nominati sunt; horum mentio fit in sigillo Germani Patriarchæ CP. ubi dicitur, Καὶ ὃ εἰ ἐφεξῆσι λαμβάνοντες ἐν τούτοις πατριαρχικοὶ καὶ ἔσονται καὶ ἀναμαδήσονται, καὶ τῷ ἁγιωτάτῳ πατριαρχικῶν ἐξάρχῳ ὑποκείσονται, καὶ τὰ συνήθη χαρατίζια ἀφ' ἑαυτῶν ἀποτίσουσι. ὁ δὲ αὐτὸς ἔξαρχος καὶ τινες ἐξῆς ἐφεξῆσι μέλλοντες, ἀπὸ τοῦ καθ' ἕνος βαθμοῦ εἰς τὸν αὐτὸν ἀφορίζεσθω. In Juris Græco-Romani l. 3. p. 236. Iis etiam à Patriarchis concessa est omnium Patriarchalium Monasteriorum cura, quam cùm suscipiebant, mandatum à Patriarchâ recipiebant, vocatum ἔντολα διδόμενον τῆς ἐξάρχου, ibid. lib. 6. pag. 433. Ἔξαρχοι etiam dicti sunt legati à Patriarchâ in varias Provincias ad tributum χαρατίζιον dictum colligendum missi, quod nimirum Patriarcha Turcarum Imperatori annuatim solvit. Omnes hi ἔξαρχοι summâ autoritate prædíti sunt, adeo ut excommunicandi, deponendi, & absolvendi potestatem Patriarchæ nomine sibi vendicarint; ut testatur Crusius, Turco-Græciæ. lib. 4. Dixit itaque Scholion, nonnullos forsitan hujusmodi ἐξάρχους in præsenti canone intelligere, & eam canonis interpretationem eruditè refutat; quemadmodum & Zonaræ opinionem, qui Exarchos metropolitanos esse opinatus est. Balsamonis autem sententiam de Exarchis Scholiastes non attigit. Ea in ejus commentariis ad nonum hujus Concilii canonem refertur, ubi ἔξαρχον esse ait τὸν τῆς ὅλης διοικήσεως μητροπολίτην, generalem nimirum nescio quem Metropolitanum toti diœcesi præfectum; quam sententiam amplexus est etiam Johannes Morinus, in Ecclesiasticarum Exercitationum lib. 1. cap. 15. Verum generalium hujusmodi Metropolitanorum, qui totis diœcesibus præfecti sunt, & tamen à Patriarchis distincti, nuspiam occurrit mentio. Et si unquam dati fuerint, per Exarchos in præsenti aut nono canone intelligi non possunt. Concesso enim eos hîc intelligendos esse, consequetur, hujusmodi Metropolitanos majorem in diœcesibus suis autoritatem habuisse, quàm ipsi Patriarchæ. In duobus enim hisce canonibus omnes contra Metropolitanos motas causas audiendi & judicandi potestas Exarchis committitur; nihilo de istâ re Patriarchis reservato, nisi Exarchi ipsi fuerint Patriarchæ, juxta sententiam nostram in annotationibus ad can. 9. explicatam. Et præterea omnes Metropolitani in his canonibus Exarchi diœceseos judicio subjiciuntur; adeo ut si ipsi etiam Exarchi metropolitani essent, suo ipsi judicio subjicerentur, quod absurdum est. Constans itaque firmaque manet sententia priùs exposita, nimirum ἐξάρχους διοικήσεων, nullos alios fuisse, quàm quos postea Patriarchas appellârunt. In quâ etiam opinione Scholiastem hîc laudatum, æque ac alios in annotationibus ad can. 9. citatos, fuisse ex ipsius verbis constat: quem etiam Zonaras respexisse videtur, ubi in præsentis canonis interpretatione nonnullos Exarchi diœcesani nomine Patriarchas intelligere, suamque hanc sententiam ex Syn. Carthag. can. 39. confirmare dicit; dictus enim Scholiastes & idem asserit, & eodem argumento utitur; unde non levis fiat conjectura, Scholiasten istùm ante Zonaram claruisse.

πλουτάλεια. Ita vocantur vestimenta quædam Patriarchalia, à multis crucibus, quibus respersuntur; quæ adeò Patriarchis peculiaria fuerunt, ut aliis Episcopis ea induere vel gestare non licuerit. Balsamon, ὥσπερ οὖν ὁ δηθεὶς ἐπισκόπῳ πρὸ τὰ τῆς πατριάρχας φιλονεικήσῃ διὰ ἐνδυμάτων χαρίσματα, σάκκος δηλονότι καὶ πλουτάλειον. Balf. respons. ad Marci Alex. interrog. 37. Cum itaque Cæsareæ in Cappadocia, Ephesi, Thessalonicæ, Corinthique præsules Exarchi etiam nuncupati fuerint, & propterea πλουτάλεια in suis Ecclesiis gestare potuerint, uti Zonaras hîc asserit, palam est eos aliquâ Patriarchalis dignitatis parte honoratos fuisse, cujus causâ Exarchi sive Patriarchæ nominati sunt.

Εἰ δὲ πάντες ἐντὸς οὗτοι ὑπόδικοι. Christophorus Justellus, tam in Aristeni, quàm Simeonis Logothetæ epitome, pro ὑπόδικοι hîc legit ἀνάδικοι; ut sensus sit, *judicio subjiciantur*. Verùm & in ejus & nostris codicibus, post πάντες ἐντὸς, aliquid desiderari videtur: quod ex ipsius Aristeni scholiis ita forsitan suppleatur, Εἰ δὲ ἐντὸς πάντες ἀμφισβήτησιν περὶ αὐτῶν γένοιτο, οὗτοι ὑπόδικοι, *Si autem intra illud tempus controversia de iis orta fuerit, judicio subjiciantur.*

Εἰ δὲ κατάλυσιν. In Justelli Bibliothecâ hæc ultima hujus Aristeni Epitomes pars sic legitur, εἰ δὲ κατάλυσιν βασιλικῆς ἐκκλησίας πόλις, ἢ πάξις, ἢ ὁ πάπας ἀκολουθείτω τοῖς πολιτικοῖς δικαίοις, καὶ ἡ ἐκκλησιαστικῆς περιγραφῆς. In Simeonis Logothetæ Epitome, pro κατάλυσιν, κατάλυσιν, pro καλέσωσι, ἐκκλήσωσι, & pro ἐκκλησιαστικῆς, ἐκκλησιαστικοῖς malè legitur. Quanto nostra lectio ambabus hisce præferenda sit, nemo non videat.

## In Can. XVIII.

Ἡ φεγγίας. Codex Amerbachianus in Bibliothecâ Basileensi ubique legit φαγία pro φεγγία, & φαγειάζοντες pro φεγγειάζοντες. Et neminem lateat, quàm promiscuè hæc verba scribuntur idem ubique significantia.

Παρὰ τὴν ἔξω νόμων πάντα κακούργημα. Ulpianus, *Proximum sacrilegio crimen est, quod majestatis dicitur. Majestatis autem crimen illud est, quod adversus populum Romanum, vel adversus securitatem ejus committitur, quo tenetur is, cujus opera dolo malo consilium initum erit, quo obsides injussu principis intercíderent, quo armati homines cum telis lapidibusve in urbe sint, conveniantve adversus rempublicam, locave occupentur, vel templa, quove cœtus, conventusve fiat, hominesve ad seditionem convocentur.* l. 1. D. ad leg. Jul. majestatis. plura ibidem videas; quæ etiam referuntur in Basilic. l. 6. tit. 36.

Ἡ συλλεκτικοῖς. Johannes Antiochenus addit ἢ συμμαχίαν. collect. can. tit. 32. quæ tamen vox neque ab ullo alio, quem vidimus Græco codice, nec à Latinis interpretibus agnoscitur. Verùm si non legatur, necessariò saltem subintelligenda est, quoniam canon de Monachis æque ac Clericis agit.

Ὡς ἔδει λέγειν ἐν βιβλίῳ ἑξηκοστῷ. Verba legis è Basilicis hîc citatæ, sic se habent, Καὶ ὁ συνωμοσίαν καὶ τῆς πολιτείας ἐξηκολούθησε γενέσθαι, καὶ ὁ ἐπιβουλὴν τῷ σώματι ἢ τῆς πολεμίοις αὐτὸν ἐφόδους, καὶ ὁ καὶ δόλον ἐμπεδῶσαι κατὰ Ρωμαίων γενέσθαι τοῖς πολεμίοις, ἢ ἐξηκολούθησε αὐτοὺς βεβαίαν πλήσαι, ἢ ὅπλοις, ἢ ἵπποις, ἢ χρήμασιν, ἢ ἑτέρῳ οἱῳδήποτε τρόπῳ, ἢ τοὺς φίλους τῆς πολιτείας ἐχθροὺς ποιῆσαι, ἢ κωλύσαι ἕτερόν τινα πιθαρχῆσαι τῇ πολιτείᾳ, ἢ ἐξηκολούθησε τοῖς ἐχθροῖς δοῦναι ὁμήρους, ἢ χρήματα, ἢ σιτοζύγια, καὶ ὁ τὰ συνομολογήσαντα κατηργημένων ἐξ ἀρχῆς ἰσχύειν. (τῷ νόμῳ Ἰουλίῳ ἐπίκειται.) Basilic. l. 60. tit. 36. c. 4. Extat eadem lex in Pandectis, l. 4. D. Ad leg. Juliam majestatis.

Κεφαλαίῳ ἑκτῷ δεκάτῳ τρίτῳ. Codex Basileensis legit δέκατον τρίτῳ, & pro κεφαλαίῳ ἑκτῷ, vel κεφαλαίῳ α'. legendum suspicor κεφαλαίῳ ια'. non enim in primo, sed undecimo capite tituli hîc citati de hâc re agitur, ubi dicitur, Ἐπίκειται (νόμῳ τῷ Ἰουλίῳ) καὶ ἐὰν πρὸς καὶ δόλον ἐπιχείρᾳ ἢ πόλις ἐφόδοις τοῖς πολεμίοις. Basilic. l. 60. tit. 51. c. 11. Et eadem quidem lex à Balsamone in hoc negotio laudatur, in Scholiis ad Photii nomocanonem tit. 9. cap. 37.

## In Can. XIX.

Περὶ δὲ ἐπιδόσεως. Hæc Balsamonis ἑρμηνεία in Codice Amerbachiano desideratur.

Διὰ τὸ ἐνιαυτὸν σωθῆναι. Hæc Aristeni Epitome in Bibliothecâ Juris Canonici veteris deest, tam in Aristeni ipsius, quàm in Simeonis Logothetæ Canonum Epitomis.

## In Can. XX.

Κεφαλαίων εἰς ἐκκλησίαν. Hoc ultimum est è tribus istis capitulis, quæ Martianus Imperator Synodo huic sanciendo commisit, de quibus plura diximus in annotationibus ad can. 3. In hoc autem sanciendo Synodus capitulum, ut ab Imperatore propositum, nihilo immutavit, neque quicquam ei addidit, præterquam verba ista ad ipsam constitutionem nihil pertinentia, καθὼς ἄλλοι εἰρήκασιν. Quæ idcirco interserta videntur, quia eadem in genere priùs constituta, quinto nimirum canone.

Ἀνάγνωσιν δὲ τοῦ ἐν ἐκείνῳ χαρίσματος. Hæc Balsamonis verba in MS. Basileensi desiderantur.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Κλειτὸς ἑτέρας πόλεως εἰς ἑτέραν ὰ παχθήσεται. Hæc etiam Aristeni verba in Justelli Bibliothecâ desunt.

## In Can. XXI.

Ζήτει κανόνα. Hæc Balsamonis ἐρμηνεία in MS. Basileensi non extat. Extat autem, non modo in impressis, verùm etiam in Bodleiano nostro & Ætonensi Codicibus.

## In Can. XXII.

Καλῶς καὶ τοῖς ἐκδικαμβάνουσιν ἀπηγόρευται. Hîc codices mirum in modum dissentiunt. Huic enim Bodleiani MS. lectioni, Ætonensis, Basileensis; item quo usus est Gentianus Hervetus, necnon Balsamonis & Zonaræ Codices suffragantur. Johannes Antiochenus è contra legit καλῶς καὶ τοῖς πάλαι κανόσιν ἀπηγόρευται. Collect. can. tit. 4. cui Latini Interpretes adstipulantur, ut in annotationibus ad can. Apost. 40. observatum est. Sic etiam Josephus Ægyptius legisse videtur, alioqui enim nescio quo ista ejus verba referantur, quæ suæ hujus canonis paraphrasi inseruit, فلا يستولون على ماله الا ممّا قالته الآباء وامرت به *Neque res ejus usurpabunt, nisi eas de quibus Patres locuti sunt & mandatum ediderunt.* Quinetiam in Græco Balsamonis codice antehac impresso eadem lectio retinetur. Ipsum autem Balsamonem, æque ac Zonaram, τοῖς ἐκδικαμβάνουσιν legisse, ex ipsorum scholiis constat, quibus ἐκδικαμβάνοντας Metropolitanos alioqui contendunt esse, quibus res Episcopi defuncti commendatæ sunt, vel apud quos moritur. Verùm quomodo ista vox hunc sensum ferat, me prorsus fugit. Neque enim metropolitanis solis, aliisve, apud quos Episcopus diem obit, sed omnibus omnino Clericis res Episcopi vitâ functi ἐκδικαμβάνειν *assumere* vel *sibi arripere* hîc prohibetur. Nec quidem hariolari possum, quid hæc vox hoc in loco significet. Quinetiam verbum ἀπηγόρευται in præterito ostendit hoc antea vetitum fuisse. Vetitum autem τοῖς ἐκδικαμβάνουσι fuisse, nemo, ut opinor, demonstrare aggredietur. Sed Balsamon & Zonaras locum hunc sic legerunt, ac proinde aliquem huic voci sensum affingere necessum habuerunt; præsertim cum aliter nemo eam intelligat. Cùm alii autem codices, iique longè antiquiores, aliam nobis lectionem exhibeant, eamque & intellectu facilem, & loco congruam; ea haud dubiè præferenda est, nimirum καθὼς καὶ τοῖς πάλαι κανόσιν ἀπηγόρευται. Quibus verbis Patres antiquum aliquem de eadem re priùs extitisse canonem indigitant, qualis est quadragesimus Apostolorum, ad quem propterea eos hoc loco respexisse plus quam verisimile est.

Ζήτει ἐπὶ κδ'. κανόνα. Pro his verbis, usque ad finem interpretationis, nihil aliud in priori Balsamonis editione Græcâ occurrit, quam ζήτει καὶ ἐν τῷ Τρούλλῳ κεφ. λε'. Sed nostræ lectioni suffragantur MS. Basileensis, isque quem Gentianus Hervetus transtulit. Locum etiam in priori editione corruptum esse, ex ipsis verbis cuivis ea consideranti patet.

## In Can. XXIII.

Διὰ τῦ ἐκδίκου. De generali hujus vocis ἔκδικος significatione non est ut dubitemus. Nam Dionysius Exiguus & antiquior illè Latinus Interpres, *Defensorem*, rectè verterunt: quibus suffragatur ipse Balsamon, dicens, Σὺ δὲ γίνωσκε, ὅτι ἡ δύσις ἀντὶ ἐκδίκων ἀεὶ καὶ διφενσόρων λεγομένων. Balsam. in Syn. Carthag. can. 78. Sic etiam in veteribus juris verborum glossis, Διφένσωρ, Ἔκδικος. Verum ἔκδικοι *Defensores* alii civiles fuerunt, alii Ecclesiastici. Canon de Ecclesiasticis solis loquitur, uti ex sequentibus verbis constat, διὰ τῦ ἐκδίκου ἢ καὶ Κωνσταντινουπόλεως ἀγιωτάτης ἐκκλησίας. De defensoribus civitatis Justinianus totam Novellam constitutionem edidit, quæ ordine quindecima est. Defensores Ecclesiæ sæpe commemorantur. Maxentius, *Non ergo, ut iste mentitur populus, sed defensores Ecclesiæ eos exinde egredi compulerunt.* Max. resp. ad Epit. Hormisdæ. Theodorus Anagnosta, Παῦλος ὁ ἔκδικος τῆς ἐκκλησίας, μακρὸς ὢν τὸν πλοῦτον καὶ τῇ κεφαλῇ ἀντὶ Εὐσημίου λαῶν ἐκυβέρνησεν. Theod. Anagn. eclog. 2. Justinianus Imperator eos ἐκκλησιεκδίκους, *Ecclesiæcdicos* vocat. l. 42. c. de Episcopis & Clericis. Prima autem Ecclesiasticorum defensorum origo à politicis deducta videtur. Cùm singulæ enim in imperio Romano civitates Defensores suos habuerit, Ecclesiis ibidem constitutis visum est tales etiam sibi officiales ab Imperatoribus impetrare. Et quidem eos ab Imperatoribus primò impetratos fuisse, ex Syn. Carthag. can. 78. abundè constat. Editus est iste canon à Concilio Carthaginensi anno 398. habito, his verbis, *Ab Imperatoribus universis visum est postulandum propter afflictionem pauperum, quorum molestiis sine intermissione fatigatur Ecclesia, ut Defensores iis adversus potentias divitum, cum Episcoporum provisione, delegentur.* Concil. Carthag. 5. can. 9. qui in codice canonum istius Ecclesiæ hic impresso est 78. ubi etiam in titulo Græcè vocantur ἔκδικοι τῆς ἐκκλησιῶν. Et hæc prima fuit & antiquissima, ni fallor, quæ ullibi occurrit, Ecclesiasticorum defensorum mentio; quos etiam vix credibile est Synodum Carthaginensem ab Imperatoribus postulare voluisse, si in Ecclesiam antea introducti fuerant. Ex eo autem, quòd ab Imperatoribus eos tunc temporis postulandos decerneretur, Balsamon in meditatis observat, eos Laicos fuisse, atque in præsenti Synodi Chalcedonensis canone intelligendos esse, utpote de quo ait, ὁ τοιῦτος κανὼν ἐκπεφώνηται, ὅτε λόγος ἐκ ἦν ἐκδίκων ὄντων ἀπὸ τῦ βήματος, λαϊκῶν δὲ τῆς ἐκκλησίας διδομένων ἐκδίκων πρὸς ἐκδίκησιν. καὶ τοῦτο δῆλόν ἐστιν ἀπὸ τῦ ος'. ἐν Καρθαγένῃ συνόδου, ὅπου διδίσιοτος ἦν, καὶ ἐκδίκων τῆς ἐκκλησιῶν. Balsam. medit. in Juris Græco Romani l. 7. p. 454. Et quidem eos in nullo Ecclesiastico gradu ordinatos olim fuisse, ex secundo præsentis Concilii canone colligatur; ubi non ordinati dicuntur, sed promoti; neque cum Clericis, sed cum œconomo & paramonario conjunguntur, quemadmodum & Justinianus eos, non cum Clericis cujuscunque dignitatis, sed cum Xenodochis, Nosocomis, aliisque istiusmodi officialibus recenset, qui nullo Clericatûs gradu constituti sunt. Postea autem nonnullos eorum Clericos fuisse extra dubium est, cùm ad thronum etiam Constantinopolitanum nonnunquam promoti fuerint; ut Balsamon in meditatis ante citatis tradidit. Quod ad numerum eorum spectat, Heraclius Augustus in Novellâ sancivit, decem in Constantinopolitanâ majore Ecclesiâ constitutos esse, τοὺς μὲν Θεοφιλεῖς συγκέλλους εἰς δύο ἢ δεκαμιῶν ἀριθμὸν εἶναι, Καρτουλαρίους δὲ εἰς ιβ'. ἐκδίκους δὲ εἰς δέκα. Johannes Episcopus Citri in responsis ad Constantinum Cabasilam quatuor solummodo defensores numerat. τοὺς δὲ καὶ ἕτερα ὀφφίκια, ἅπερ μᾶλλον τοῖς ἱερεῦσιν ἁρμόζοντα, ὁ δὲ τῆς πανσόφου, ὁ ὀφφικιοκράτωρ, οἱ πάππαι ἔκδικοι. Jur. Gr. Rom. l. 5. pag. 328. Euchologium à Jacobo Goar Parisiis editum duos exhibet officialium Ecclesiæ Constantinopolitanæ catalogos, in quorum primo præter ἀρχιέκδικον duodecim ἐκδίκους, in altero duos solos esse traditur; qui etiam assessores tantum fuerunt ἀρχιεκδίκῳ sive summo & propriè sic dicto Defensori. De cujus etiam officio, ut pauca delibemus, in primis observandum est ei ex hoc canone concessam esse autoritatem Clericos & Monachos ex urbe Constantinopoli expellendi, quicunque ab Episcopo suo non missi ibi commorantur. Si quidem autem Patres Chalcedonenses hoc Defensoribus injungunt, eos antea constitutos supponunt. Ac proinde hoc non primarium & principale, sed secundarium fuit eorum officium. Primò autem instituti sunt à Concilio quodam Carthaginensi, ut Pauperes contra divites defenderent. Syn. Carthag. can. 78. Cùm hoc autem aliter facere non potuerint, minores à divitibus contra pauperes, vel è contra, motas causas audiendi potestas iis commissa est, ejusmodi præsertim, quas ab Episcopo antea determinari consuetum fuit. Hoc è supradicto Synodi Carthaginensis canone palam est, utpote in quo decernitur, ut Defensores ab Imperatoribus postulentur, διὰ τὸν τῶν πενήτων κάκωσιν, ὧν τοῖς ἐπαχθέσιν ἀπαιτήσεσι ἡ ἐκκλησία παρενοχλεῖται, *propter pauperum vexationem, quorum molestiis assiduè fatigatur Ecclesia.* Instituti sunt ergo defensores, ne pauperum vexationibus Ecclesia diutiùs fatigaretur; ac propterea frustranea prorsus esset eorum institutio, nisi eas audirent & determinarent causas, quibus Ecclesia antea fatigari solita fuit. Et quidem ἀρχιέκδικον minores Ecclesiasticas audiisse causas ex ordine officialium Ecclesiæ Constantinopolitanæ constat; ubi dicitur, Ο ἀρχιέκδικος κρινὰς μὲν δεύτερος ἐκδίκων μικρὰς ὑποθέσεις τὰς εἰσερχομένας ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ· ἀναφέρει δὲ ταύτας τῷ ἀρχιερεῖ. Defensor autem hujusmodi causas, non suo nomine, sed ut Episcopi locum tenens examinavit; ut ex altero Catalogo dictorum officialium colligimus, dicente, Ο ἀρχιέκδικος κρινὰς ἐκ προσώπου τῦ ἀρχιερέως· κρίνει δὲ ὑποθέσεις μικρὰς μὲν τῆς δύο ἐκδίκων, τὰς εἰσερχομένας ἐν τῷ ἐπισκοπείῳ,

*Defensorum*

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

*Defensorum supremus in Pontificis personâ* (id est, in ejus absentiâ) *judex constituitur, & cum duobus defensoribus parvi momenti negotia ad Episcopatum delata judicat.* Quinetiam in Ecclesiâ Romanâ antiquitùs *Defensores* Episcopos adjuverunt, in causis nimirum audiendis; ut testatus est antiquus Glossarius Papias, dicens, *Defensores à Romanis Pontificibus constituti sunt Episcoporum adjutores, quibus honores inter Clericos, sicut & regionariis concedimus.* Pap. in Gloss. Hos autem non proprio, sed Episcoporum, quorum vices suppleverunt, nomine causas discussisse, & lites decidisse, colligere etiam licet ex libro de officio primi defensoris; cujus hæc verba Balsamon, in meditato de officiis Chartularii & primi defensoris, citat, Δεῖ ὑμᾶς (πρωτικλίνους) εἴ τις τῶν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων δίκλην ἔχει μετὰ τοῦ πρωτικλείνου τὸ διαγκαλεῖσθαι ἐν πρώτῳ καὶ τὸ εἰρημένον τρίτον, καὶ μὴ ἀπειθοῦντα κατασκέπτειν, *Oportet vos* (primos defensores) *si quis Presbyterorum & Diaconorum cum aliquo litem habebit, eum, qui accusatur, tertium citare, secundùm indicatum modum, & non obsequentem condemnare.* Hinc enim constat, Presbyteris & Diaconis, μετὰ τοῦ indefinito, cum quocunque vel Clerico vel Laico litem habentibus, eandem olim licuisse apud πρωτίκλινον movere; quod quidem non fas esset, nisi Defensor iste Episcopi vicem ageret, apud quem Clerici causas suas agere tenentur, ex nono canone hujus Concilii. Hæc eo nomine fusiùs prosecuti sumus, quòd ex iis ritè perpensis sole meridiano clariùs eluceseat, hodiernos Episcoporum Cancellarios in Ecclesiâ nostrâ constitutos, non nudius tertius introductos esse, ut nonnulli ridiculè asseruerunt, sed majorum instituto receptos, & antiquissimarum Synodorum decretis confirmatos. Si quis enim ea, quæ hactenus de Defensorum Ecclesiæ officio commentati sumus, cum iis contulerit, quæ ab Episcoporum Cancellariis hodiè agitantur, illicò deprehendet, hosce nullos alios esse Ecclesiasticos officiales, quàm qui olim ἔκδικοι, πρωτίκλινοι, ἐκκλησιάκλινοι, & *Defensores Ecclesiæ* nuncupati sunt.

Τῆς κατὰ Κωνσταντινούπολιν ἀγιωτάτης. Codex Amerbachianus legit τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἁγίας ἐκκλησίας. Johannes Antiochenus τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἁγίας ἐκκλησίας. Coll. can. tit. 20.

Καὶ τὸ δεξάμενον. Codex Amerbachianus, καὶ τὸν τοῦτον δεξάμενον, *& qui eum recipit.*

Κλῆρικοὶ καὶ μοναζοντες. In hac Alexii Aristeni, necnon Simeonis Logothetæ Epitome à Justello editâ, hæc verba desunt: quæ tamen ad plenum verumque canonis exprimendum sensum necessariò interferenda sunt, juxta nostrum hunc codicem.

## In Can. XXV.

Ἐπειδή τινες μητροπολίτης. Laudatur hic canon ex versione Dionysii Exigui, à Concilio Wormatiensi anno 868. habito, can. 71. quemadmodum & canones 15. 18. 22. & 27. ex eâdem versione ibidem citantur. Quod hîc solùm observasse sufficiat.

Τῶν μὲν τοι ἀρίστων τῆς χριστιάνης. Summam pristini Ecclesiæ Antistites diligentiam adhibuerunt, ne quid Deo semel consecratum in profanos usus verteretur, vel Ecclesiæ ejus concessum ullo modo intercideret. Quod tamen vacante aliqua Ecclesia difficile est evitare; nisi quæ ad eam pertinent singularis alicujus personæ pluriumve curæ & custodiæ committantur. Hoc igitur est, quod Patres hoc loco constituunt; ut omnes nimirum vacantis cujuslibet Ecclesiæ reditus per ejusdem œconomum integri & inviolati conserventur. Sed Concilium Regense, anno D. 439. habitum, statuit ut Vicinus Episcopus *vacantis Ecclesiæ curam districtissimè gereret, ne quid ante ordinationem discordantium in novitatibus Clericorum subversioni liceret.* Concil. Reg. can. 5. Quod idem & à Concilio Valentino anno D. 524. celebrato confirmatur. Concilium Ilerdense Sacerdoti, qui exequiarum tempore præsens est, omnia in domo Episcopi vitâ functi custodienda committit; additque, *Ideo nunc hæc hujus placiti constitutione, inter nos censura placuit custodiri, ut defuncto Antistite, vel etiam adhuc in supremis agente, nullus Clericorum, cujuslibet ordinis, officii gradusve sit, quicquid de domo auferre præsumat, vel de utilitate, quæ instrumenti domûs esse noscitur, id est mobili & immobili rei Ecclesiasticæ, conetur invadere; nihil furto, nihil vi, nihil dolo supprimens, auferens, atque abscondens. Sed is, cui domus commissa est, subjunctis sibi, cum consilio Cleri, uno vel duobus fidelissimis, omnia usque ad tempus Pontificis substituendi debeat conservare, vel his, qui in domo inveniuntur, Clericis consuetam alimoniam administrare.* Concil. Ilerd. can. 16. Sed Concilium Trullanum omnia Ecclesiæ vacantis bona clero ejusdem custodienda committit, vel si Clerici non fuerint, Metropolitano; qui ea omnia ordinato Episcopo reddet. Conc. Trull. can. 35. Et sic quidem usque ad decimum ferè à Christo incarnato seculum, omnia Ecclesiæ cujusvis viduatæ bona sarta tecta futuro Episcopo reservata sunt, neque cuivis Clerico, Laicove licuit, ea suos in usus vertere. Postea autem, contra ac omnibus hujusmodi veterum Conciliorum canonibus statutum est, Principes in plerisque locis Ecclesiæ vacantis reditus sibi hucusque vendicârunt. De cujus rei causâ & justitiâ hîc non est differendi locus.

## In Can. XXVI.

Διὰ εἰκονόμων. Ecclesia Primitiva per ter centum annos à Christi nativitate numeratos, ad ministros suos pauperesque alendos, nullis aliis gavisa est reditibus, quàm quos fideles sponte offerebant. Quarto autem currente seculo, post Constantini scilicet Magni Imperatoris tempora, agris etiam atque latifundiis donata fuit: uti patet ex Syn. Antioch. can. 25. quo agrorum fruges ad Ecclesiam pertinentes commemorantur. Omnes autem reditus, tam qui ex fidelium primò oblationibus, quàm qui ex agrorum postea frugibus collecti sunt, apud Episcopos depositi fuerunt, ut illi ex iis necessaria sibi providerent, & postea eosdem inter Clericos & pauperes distribuerent. Cùm hoc autem malevolis Episcopos traducendi occasionem præbuisset, cautum est ab antiquis Patribus, ut non ipsi Episcopi, sed alii quidam officiales sub iis constituti, hanc curam in se susciperent; qui proin οἰκονόμοι dicti sunt. Quando hi primo instituti fuerunt, hariolari nequeo. Neque enim eruditis hîc viris assentiri possum, eos asserentibus præsenti canone institutos. Patres enim Chalcedonenses de iis tanquam bene notis hîc loquuntur, eosque priùs institutos supponunt; atque etiam demonstrant, dicentes, ἐπειδὴ ἦν παν ἐκκλησίας δὲ ἀποτεθειμένῳ δίχα οἰκονόμων οἱ ἐπίσκοποι ἐκκλησιαστικὰ χρείζουσι, ex his enim verbis clarissimum fit Episcopos in nonnullis Ecclesiis res Ecclesiasticas per Oeconomos suos etiam tunc dierum tractavisse: & præterea œconomi in præcedenti etiam canone commemorantur: nec non secundo, ubi etiam decernunt Patres pecuniâ eos non promovendos esse, quòd quidem non decrevissent, si isti nondum instituti fuissent. Certum est ergo, eos ante hoc Concilium institutos fuisse, sed quamdiu ante, incertum. D. Augustini temporibus eos Hippone incognitos fuisse, ex eo colligimus, quòd ille invidiam illinc exortam pertæsus, plebem exoravit possessionum Ecclesiasticarum curam gerere; ut testatur Possidius in vitâ ejus, dicens, *Pauperibus erogabat vel ex reditibus possessionum Ecclesiæ, vel etiam ex oblationibus fidelium. Et dum forte, ut assolet, de possessionibus ipsis invidia Clericis fieret, alloquebatur plebem Dei, malle se ex collationibus plebis Dei vivere, quàm illarum possessionum curam & gubernationem pati.* Possid. in vit. S. August. Et proximè addit, *sed nunquam id Laici suscipere voluerunt.* Eos autem iisdem ferè diebus Alexandriæ constitutos fuisse ex nono Theophili Alexandrini canone palam est, in quo ille S. Augustino æqualis, ait, ὅτι γνώμῃ παντὸς ἱερατικὸν οἰκονόμον ἀποκηρύττεται ἔπεσιν, ἐφ' ᾧ σωτήριος καὶ ὁ θεῖος Ἀπόλλων, ὡς τὸ πᾶν τῆς ἐκκλησίας εἰς Νοῦν ἀναλίσκεσθαι. Ubi etiam, ut videre est, quomodo οἰκονόμος renunciandus est, totius nimirum Sacerdotalis ordinis sententiâ, & consensu Episcopi. Unde constat eos in Ecclesiis nonnullis institutos fuisse, etiam ante annum D. 390. quo Theophilus ille Archiepiscopus Alexandrinus claruit. Quanto temporis istud præcesserunt, alii viderint. Sanè ante Constantini Magni tempora nobis instituti non videntur; non prius nimirum, quàm latifundia Ecclesiis fidelium liberalitate data fuerunt. Sed quandocunque primò instituti sunt, eos in omnibus Ecclesiis constituendos esse, à nullâ ante præsentem universali Synodo decretum est, quam Provinciales nonnullæ secutæ sunt; ut Hispalensis secunda, quæ ex hujus canonis præscripto eos ex Clericis, non Laicis, eligendos esse decrevit, dicens, *Nonâ actione didicimus quosdam ex nostro Collegio, contra mores Ecclesiasticos, Laicos habere in rebus divitis constitutos Oeconomos. Proinde pariter tractantes eligimus, ut unusquisque nostrûm, secundum Chalcedonensium Patrum decreta, ex proprio Clero Oeconomum sibi constituat.* Concil. Hispal. 2. c. 9. Et Concilium Toletanum quartum, *Eos quos Oeconomos Graci vocant, hoc est qui*



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

*vice Episcoporum res Ecclesiasticas tractant, sicut sancta Synodus Chalcedonensis instituit, omnes Episcopos de proprio Clero ad regendas Ecclesias habere oportet. Qui autem deinceps contempserit, obnoxius ejusdem magni Concilii erit.* Concil. Tolet. 4. can. 47. Meminit etiam Gregorius Magnus, dicens, *Expensa verò, quæ necessaria fuerit, per Oeconomum, qui tempore mortis prædicti Episcopi inventus est, erogetur, quatenus rationes suas futuro Episcopo ipse, ut novit, exponat.* Greg. lib. 2. Epist. 22. Quæ quidem ille ex XXV. hujus Concilii canone rectè præcipit. Alibi etiam ait, *Volumus autem, ut memoratus frater noster Paschasius & vice dominum sibi ordinet, & majorem domûs, quatenus possit vel hospitibus supervenientibus, vel causis quæ eveniunt, idoneus & paratus existere,* Id. l. 9. Epist. 66. ubi *Vicedominus* idem videtur, ac ὕπατος, qui vicem Episcopi in causis audiendis egit: sed *major domus* idem est, qui οἰκονόμος, quæ vox etiam à Syro ܪܒ ܒܝܬܐ *Major domus*, vel *Magister domus* vertitur, Luc. 16. 2. A legibus etiam civilibus multa de Oeconomis edicuntur. videsis l. 42. c. de Episc. & Cler. Qui hoc officio in Ecclesiâ Constantinopolitanâ functus est, ὁ μέγας οἰκονόμος dictus est, utpote αὐτὸς τῆς κλησεως habitus, ut ait Malaxus in hist. Patriarch. Cujus officium in catalogo officialium istius Ecclesiæ sic describitur, Ο μέγας οἰκονόμος τῆς ἁγιωτάτου, ὀφείλει ἔχειν διάκονον. ὅταν δὲ λειτουργῇ ὁ Ἀρχιερεύς, φορῶν τὸ σταχάριον αὐτοῦ καὶ τὸ ὠμοφόριον, ἵσταται ἐν τῷ μυείῳ τοῦ ἁγίου πατρίζης, βαστάζων καὶ ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ, καὶ τὸ ἅγιον ῥιπίδιον· ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ μέλλοντα χειροτονεῖσθαι κληρικὸν τοῦ Ἀρχιερεῖ· ἔτι δὲ δεῖ πᾶν κτῆμα τῆς ἐκκλησίας ὀφείλει εἰσάγειν, καὶ ἐξάγειν, καὶ λογαριασμὸς ἀπὸ πᾶν ἀφέλημα τῆς ἐπισκοπῆς· κρατεῖ καὶ χαρτοφυλάκιον ἀναγκαῖον πᾶσι· καὶ πιττάκιον τὸ ἐνιαυτὸν ἀναφέρει καὶ Ἀρχιερεῖ· ὁπισκοπεῖον καὶ πᾶσι χειροθεσίαν ἐκκλησίαν, πάντα τὰ ἀγαθὰ αὐτῆς μέχρι τοῦ ἐλαχίστου τῆς ἐρχομένης ἐπισκόπου· ἔστι δὲ καὶ εἰς τὰς κρίσεις ἐν τῇ δεξιᾷ τοῦ Ἀρχιερέως, *Magnus Oeconomus possessionum, sacer debet esse Diaconus. Cum autem celebrat Pontifex, ornatus ille suâ tunicâ & stolâ, stat ex unâ parte sanctæ mensæ, sacrum flabellum manu suâ tenens: Offert quoque Clericum ordinandum Pontifici. Omnem quoque agrum possessionemque Ecclesiæ disquirit, census, expensas, ratiocinia de omni re, quam Episcopatus possidet, & habens sub se Chartularium cuncta illa recensetque, & quater in anno de omnibus ad Pontificem rationem refert: Et viduæ Ecclesiæ ipse curam gerit, omnia ejus bona usque ad futuri Episcopi adventum administrans. Adest insuper in judiciis ferendis à dextra Pontificis sedens.* Omnia Oeconomi munera, pleniſſimè hîc descripta habes, adeo ut iis explicandis non est ut diutius immoremur. Hîc tantum insuper observatur, omnes hujusmodi Oeconomos ab Episcopis olim juxta secundum hujus Concilii canonem promotos fuisse. Postea autem Imperatores Constantinopolitanæ Ecclesiæ Oeconomi designationem sibi vendicârunt, usque ad Isaacium Comnenum, qui eam potestatem Patriarchæ restituit, ut testatur Zonaras, qui de dicto Imperatore loquens ait, Μέχρι τότε τῆς μεγάλου οἰκονόμου προχειρίζοιτο ὁ βασιλεύων, ἀλλὰ μὴ καὶ σκηνοφύλακος, ἐκεῖνος δὲ καὶ ἄμφω ἀπὸ τῆς πατριάρχου ἔσχε τὴν ἐξουσίαν, ἀπέστησε δὲ ἄμφω τὸ δημόσιον. Zonar. in Isaac. Comn.

Κατὰ γνώμην ἐπισκόπου, δῆλον ἔθ. Codex Amerbachianus legit, κατὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου, δῆλα ἔθεν.

## In Can. XXVII.

Τοὺς ἁρπάζοντας γυναῖκας. Hic canon non solùm à Concilio Wormatiensi can. 77. Verùm etiam à Cabilonensi laudatur, dicente, *De puellis raptis nec dum desponsatis, in Concilio Chalcedonensi statutum est, eos, qui rapiunt puellas sub nomine simul habitandi, cooperantes & conniventes raptoribus, decrevit sancta Synodus, ut si quidem Clerici sint, decidant proprio gradu: si verò Laici, anathematizentur. Quibus verbis datur intelligi, qualiter hujus mali auctores damnandi sunt, quando participes consilii & conniventes tanto anathemate feriuntur, ut juxta canonicam auctoritatem ad conjugia legitima raptas sibi jure vindicare nullatenus possint.* Concil. Cabil. apud Gratian. 36. quæst. 2. vide Balsamonis responsum ad Marci Alexandrini interrog. LXIII.

Γυναῖκας. Johannnes Antiochenus in collect. can. tit. 42. legit κόρας. Sed non solùm Bodleianus noster, reliquique Græci codices, verumetiam Latini veteres Interpretes γυναῖκας legunt, nam *mulieres* vertunt.

Συμφερόντως ἢ σωφρονισμούς. Johannes Antiochenus rectiùs legit συμφερόντως ἢ σωφρονισμούς. Codex Amerbachianus, ἢ συμφερόμενος, ἢ σωφρονισμούς. Scholiastes etiam omnes σωφρονισμοὺς legisse ex ipsorum verbis constat.

Συμβαλλω ℈ κ. Hæc, usque ad ἐπιχειρήσαντας inclusivè, in codice Amerbachiano desiderantur. Sed sensus loci sine illis pessimè confunditur, vel potiùs nullus omnino est.

## In Can. XXVIII.

Παπαχοῦ τῆς ἁγίας. Hic cum duobus sequentibus canonibus nec in Johannis Antiocheni collectione, nec in Latinâ Dionysii Exigui versione, nec in Arabicâ Josephi Ægyptii paraphrasi extat. Reperitur autem in omnibus Balsamonis, Zonaræ, & Aristeni Codicibus; citatur etiam à Photio in nomocanone, tit. 1. cap. 5. & 6. Latine etiam vertitur à veteri interprete ante Dionysium Exiguum, à quo tamen, non inter præsentis, sed Constantinopolitanæ Synodi canones collocatur. In Actis etiam hujus Concilii habetur, decimâ sextâ nimirum Actione: ubi tamen Paschasinus & Lucentius, legati Episcopi Romani, hoc decretum ipsis absentibus & clanculùm editum fuisse conquesti sunt. Et quidem ipsi aberant, at quia adesse nolebant, etiamsi rogati fuerint. Patres enim diserte testantur se Romanos illos rogâsse, ut interessent, dicunt enim, Παρεκαλέσαμεν τοὺς κυρίους, τοὺς ἐπισκόπους τοὺς ἀπὸ Ῥώμης, χειρονῦν ἡμῖν δηλῶσαι τῆς ἁγιωτάτης. παρητήσαντο, λέγοντες, ἐντολὰς μὴ εἰληφέναι τοιαύτας. Et addunt, cum hoc decretum fuit, nihil in occulto, nihil furtim, sed omnia canonicè facta esse, coram ipsis legatis dicentis, Καὶ πάρεσιν ἐκτεθῆναι, ὅτι ἐν ἀθροίσει πάντα, ὅτε κλοπῆς ἦτον. καὶ ἔστιν ἡ ἁγία ἀκόλουθος, καὶ κανονική. Ac propterea unanimes omnium subscriptiones proferunt, qui etiam se non necessitate coactos, sed sponte suâ subscripsisse palâm profitentur: adeo ut si quis alius, hic legitimus hujus Concilii canon habeatur necesse est; nisi Episcopo Romano vel legatis ejus potestas concessa fuerit omnia rescindendi, quæ ab ipsis etiam Oecumenicis Conciliis acta & decreta sunt; quo semel dato, frustranea simul redderentur Oecumenica Concilia, utpote quorum decreta nullius erunt momenti nec autoritatis, nisi hoc Episcopo Romano placuerit: cujus tamen autoritatem Patres in hâc re non tanti æstimârunt, quin & ipso & legatis ipsius, volentibus nolentibus, etiam post deliberationem in utramque partem habitam, Synodus hoc decretum iterum coram legatis confirmaverit. Cum enim Judices illud, vel saltem summam ejus repetitam, confirmâssent, reclamantibus Episcopi Romani legatis, Johannes Episcopus Sebastiæ dicebat omnes in eâdem sententiâ permanere, & Judices addebant, ipsorum dictum à totâ Synodo approbatum esse. Οἱ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες εἶπον, ὅτι διαλαλήσαμεν, πάντα ἡ συνοδικὴ ἐκύρωσε. Adeo ut summa atque Apostolica Episcopi Romani autoritas, ab iis quæ tunc temporis gesta sunt, non minus quam ab ipso decreto, elevata nobis videatur. Si Patres enim Chalcedonenses credidissent, tantam à Christo autoritatem Episcopo Romano datam esse, quantam hodie sibi vendicat, ei proculdubio tantopere non restitissent; nedum æqualia privilegia alii concessissent.

Θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων. Codex Ætonensis addit, τῆς συναχθέντων ὅθι τῷ τῆ εὐσεβεῖ μνήμῃ μεγάλῳ Θεοδοσίῳ τῷ γλυκυμόρῳ βασιλεύσαντι ἐν τῇ βασιλίδι Κωνσταντινουπόλει τῇ νέᾳ Ῥώμῃ. Quæ verba leguntur etiam in Actis Concilii, nisi quòd pro ὅθι τῷ τῆ εὐσεβεῖ μνήμῃ ibi legatur ὅθι τῷ εὐσεβεῖ τῷ μνήμῃ.

Διὰ τὸ βασιλεύειν τὴν πόλιν ἐκείνην. Hîc obvium est cuipiam observare, qua ratione moti veteres tantum sedi Romanæ honorem tribuerunt, non quòd sancti Petri sedes fuit, neque quòd Episcopus ejus Christi Vicarius est; sed tantum διὰ τὸ βασιλεύειν τὴν πόλιν ἐκείνην, quòd ista nimirum civitas Imperialis fuit.

Τὰ ἴσα ψηφίσθαι. In Codice Amerbachiano duo scholia huic canoni subjunguntur, quorum primum huc pertinet, sicque se habet, τὰ ἴσα φησιν, ὥστε τὸ ἑφεξῆς εἰρημένον, δεύτερον μετ' ἐκεῖνον, καὶ οὐκ ἄλλοθεν λαμβάνειν τὸ δευτερεύειν, ἢ τῇ τιμῇ ψηφισθέν. χρὴ νοεῖν· ὅτι γὰρ ἂν αὐτὸς ἑαυτῷ διαμάχοιτο ὁ κανών, ἀλλὰ τὸ δεύτερον τὸ χρόνῳ ἀκουστέον. καὶ τὸ ἀληθὲς γὰρ ὅτως ἂν ἔχοι, καὶ ὁ κανὼν ἕξει τὸ μὴ ἀναιρεῖν ἑαυτόν. ὅπερ γὰρ ἡ βασιλεία εἰς ἴσην ἄγει τὰς δύο καθέδρας, ἡ ζημιωθεῖσα ταύτην, καὶ ἡ ἱερὰν ταύτην κρίνασα, ἐζημιώθη καὶ τὴν ἰσότητα. Æqualia dicit, adeo ut quod posthea dicitur, secundam post illam, & si alibi scriptum est, secundas partes tenere, de privilegiorum honore non intelligendum est. Sic enim ipse canon sibimet repugnabit. Sed secundum illud in tempore sentiendum est. Sic enim & verum habebit, & canon sibi non contradicet. Si enim imperium duas cathedras ad æqualitatem ducat, quæ eo privatur, juxta sacrum hunc canonem, æqualitatem etiam amittit. Hîc insuper observandum est, ψηφισθέν

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ἐᾶν non ἔξωσιν, sed πωῦς hoc loco intelligenda esse. Patres enim Chalcedonenses loquuntur hìc de privilegiis sedi Constantinopolitanæ à secundâ generali Synodo concessis: à quâ sola πρεσβεῖα τῆ πωῦς dictæ sedi indulta esse, in annotationibus ad tertium istius Synodi canonem ostendimus. Hæc itaque sola in hâc priore canonis præsentis parte confirmantur: quibus in posteriori πρεσβεῖα τῆ ἐξωσίας adjunguntur: uti mox patebit.

Δεύτερον μετ' ἐκεῖνο. Zonaras in hunc canonem observat nonnullos propositionem μετὰ post, de tempore solo interpretari: adeo ut sedes Constantinopolitana Romanæ nihilo cederet, præterquam tempore, quod hæc ante eam honorata erat. Et ita quidem Scholiastes ante citatus hæc verba interpretatus est. Unde suspicor Zonaram scholium istud vidisse, & propterea Scholiastem ante Zonaram claruisse.

Καὶ ὅτι τὸς τῆ Ποντικῆς. Hæc verba, καὶ ὅτι, vel ut legit Codex Amerbachianus, καὶ ὡς, referenda sunt ad illa in canonis ferè principio posita δείξομέν τι καὶ ψηφιζόμεθα. Præsens enim canon in duas partes distribuitur; quarum primâ vetera privilegia Sedi CP. confirmantur: alterâ nova conceduntur. Prima ad hæc usque verba exclusivè porrigitur; quâ Patres testantur se eadem confirmare, quæ a Concilio CP. constituta fuerant. Cum dixerant enim se agnovisse canonem Synodi CL. Patrum, protinus subjiciunt τὰ αὐτὰ καὶ ἡμεῖς δείξομέν καὶ ψηφιζόμεθα. *Eadem nos etiam decernimus & statuimus*; de privilegiis nimirum Ecclesiæ Constantinopolitanæ; & postea rationem addunt, quare hujusmodi πρεσβεῖα isti Ecclesiæ indulta sunt; nimirum quoniam ista Imperialis esset civitas, ac propterea digna iisdem privilegiis gaudere, quæ in sedem Romanam ob eandem rationem collata fuerant. Et nihil præter pleniorem hujus rationis explicationem in hâc primâ canonis parte prosequuntur; quâ finitâ ad alteram se convertunt. Adeo ut si omnia à verbis καὶ τὰ τῆ θρόνῳ, usque ad μετ' ἐκεῖνο ὑπολαμβάνουσι, parenthesi includantur, sensus clarissimus sic emerget, τὰ αὐτὰ καὶ ἡμεῖς δείξομέν καὶ ψηφιζόμεθα περὶ τῆ πρεσβείων τῆ ἁγιωτάτης ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως νέας Ρώμης, καὶ ὅτι τὸς τῆ Ποντικῆς &c. Cum igitur hi Patres πρεσβεῖα τῆς πωῦς Sedi Constantinopolitanæ à Concilio ibidem habito indulta adstruxissent, hìc nova construunt, honorariis istis privilegiis etiam πρεσβεῖα τῆς ἐξουσίας adjicientes: tres nimirum diœceses in unam compactas ei subjiciunt, quarum Metropolitanos ipse Episcopus dictæ Sedis Constantinopolitanæ ordinet. Et quidem etiamsi Episcopus Constantinopolitanus summo antehâc honore habitus fuerit, nullam tamen diœcesim ab universali aliquâ Synodo, ante præsentem, sibi assignatam habuit; ac propterea neque Exarchus aut Patriarcha, propriè sic dictus, fuit. Hìc autem magna satis diœcesis, ex tribus absorptis conflata, ejus ordinationi committitur. Cautum est enim, ut Ponticæ, Asianæ, & Thracicæ diœceseos metropolitani ab eo ordinentur: adeo ut, qui antea Exarchi fuerant, modo metropolitani fiunt, ut ille qui nec Metropolitanus antea fuerat ad Exarchi & Patriarchæ honorem attolleretur. Non me latet, eum antea ordinationes metropolitanorum in dictis diœcesibus nonnunquam celebrâsse: illud autem non ex canonis alicujus præscripto, sed tantùm ex consuetudine quadam fecit, ut ipsi hi Patres testantur in Synodicâ Epistolâ ad Leonem Episcopum Romanum. Omnis autem canonica eos ordinandi potestas à præsenti Synodo collata est. Si eâ enim antea præditus fuisset, quid opus esset præsenti canone? sed hoc etiam egregiè confirmatur ex iis, quæ Evagrius de Zachariâ Rhetore tradidit; qui de Timotheo Æluro loquens, ait, Ἀποδίδωσι δὲ τῆ Ἐφεσίων καὶ τὸ πατριαρχικὸν ἄξιωμα, ὅπερ αὐτοῖς ἀφεῖλεν ἡ ἐν Χαλκηδόνι συνοδος, *Reddidit Ecclesiæ Ephesiorum jus Patriarchatûs, quod Synodus Chalcedonensis ei ademerat.* Evagr. Hist. Eccles. l. 3. cap. 6. Enimvero Ephesus Asianæ diœceseos metropolis fuit; cujus propterea Episcopus fuit totius diœceseos Exarchus sive Patriarcha, dicit autem Evagrius, hoc jus Patriarchatûs à Synodo Chalcedonensi ei ademptum esse. Antea itaque non ademptum fuit, quàm Patres Chalcedonenses in præsenti canone Asianam illam, unà cum Ponticâ & Thracicâ diœcesi Episcopo Constantinopolitano subjecerunt: ut extra controversiam sit, omnem Patriarchicam potestatem Episcopo Constantinopolitano à præsenti decreto primùm confirmatam esse, à quo etiam primò diœcesis ei assignatur.

Μόνος. Alterum Scholium in Codice Amerbachiano ad hanc vocem spectat, & sic se habet, Τὸ μόνος προσκειται, ἐπειδὴ οἱ ἀπὸ Μακεδονίας καὶ Ἰλλυριῶν καὶ Θετταλίας καὶ Ἀττικῆς καὶ Πελοποννήσου καὶ παλαιᾶς Ἠπείρου καὶ τῆ τότε ἐθνῶν, ὑπὸ τῆ Ρώμης ἦσαν ὑπήκοοι τῆ τόπου, *Vox μόνος additur, quoniam qui ex Macedonià & Illyriis & Thessaliâ & Atticâ & Peloponeso & veteri Epiro, & istius gentibus erant, Romano Episcopo tunc temporis subjecti erant.* Eadem ferè habes in Aristeni Scholiis. Zonaras etiam disertè asserit, nonnullos hanc vocem ita interpretatos esse: quos inter Ecclesiastes hic laudatus meritò recensetur.

Ἐν τῆς βαρβαρικῆς. Vetus interpres legit, in *Barbaris*. Omnia nimirum loca Imperio Romano non subjecta Barbara olim & Barbarica à Romanis ipsis appellata sunt; ut totus orbis Romanus, una voce *Romania* dicta est. Isto sensu usurpatur vox βαρβαρικὸν Syn. Carthag. can. 56. item Barbaria, à S. Augustino, Epist. 178. & ὁ Βάρβαρος, à Synesio Epist. 101. Et populi ultra limites Imperii Romani degentes *Barbari* audierunt omnes. Sic Evagrius dicit omnes Zenonis Imperatoris subjectos, tam in Oriente quàm Occidente, gravibus affectos esse incommodis, ὑπὸ τῆ οἰκουμένῃ βαρβάρων πάντα κατέχοντων, *quippe Barbari, scinitæ dicti, loca omnia populati sunt.* Evagr. Eccles. Hist. l. 3. c. 2. Alia exempla passim occurrunt.

Τῶν προκειμένων διοικήσεων. Codex Ætonensis addit μετὰ τὸ ἐπαρχίας ἐπισκόπων χειροτονεῖσθαι. Quomodo etiam hic locus in Actis Concilii legitur ἐν αὐτῶν ἀναγεγράφθαι. In MS. nostro Bodleiano, post ultima hæc canonis verba hæc adduntur, Ἀπὸ τῆ παρόντος νεύσεως ἐνδέξει τὸ Κωνσταντινουπόλεως χειροτονεῖν τὸς μητροπολίτας καὶ τὸς Ἀρχιεπισκόπους τῶν ἐν τούτῳ διοικήσεων ἐπαρχιῶν· ὡς πρὸ τούτου ἐβουλήθησαν. *A præsenti canone Episcopo Constantinopolitano conceditur ordinare metropolitas & Archiepiscopos Provinciarum, quæ in eo commemorantur. Antea enim sui juris erant.* Hæc, ut neque ad ipsum canonem nec Scholium quodlibet pertinentia, hìc potiùs, quàm in ipso libro apponere visum est.

Ἀναγνοὶ οἱ ὡδὶ τῶν Ἐφεσίων. Pro his, usque ad ἴσχει χειροτονίαν, in prioribus Balsamonis editionibus hæc sola lecta sunt, Ἀναγνοὶ οἱ μέχρι τῶν παρόντων διώρθωται, quibus Codices Ætonensis & Amerbachianus consentiunt; nisi quòd in iis legatur, μέχρι τῶν παρόντων ὁρῶν διώρθωται.

## In Can. XXIX.

Ἐπίσκοπι εἰς πρεσβυτέρου καθιών. Hic, cum sequente canone, nec ab ipso Photio agnoscitur, qui in præfatione ad nomocanonem hanc Synodum solos 28. canones edidisse statuit, Συνόδου τῶν ἐν Χαλκηδόνι τῶν χλ'. ἁγίων πατέρων κανόνες κη'. Sed in omnibus Balsamonis, Zonaræ, & Aristeni codicibus extat. Verumenimvero nihil aliud est, quàm decretum hujus Concilii, quo causa inter Photium Episcopum Tyri & Eustathium Episcopum Beryti agitata finita est. Nimirum Eustathius sex civitates ad Photium pertinentes sibi arripuerat, & Episcopos earum, à Photio ordinatos, amoverat, & in Presbyterorum ordinem detruserat. De quâ re Judices in Synodo certiores facti, eam Synodo determinandam committebant, ad quam solam pertinebat, τὰ περὶ τούτου τελείως ψηφίζεσθαι καὶ τυπωῦν τῶν ἁγίων συνόδων. Quæ cum Judices dixissent, Paschasianus, Lucentius, & Bonifacius, Vicarii Sedis Romanæ, primam hujus canonis partem pronunciabant, & Anatolius Constantinopolitanus addidit, quæ in ipso canone dixisse traditur: quibus tota Synodus protinus consensit, acclamans, Δικαία ἡ κρίσις τῶν πατέρων. Hæc fusiùs explicata vide ad finem quartæ Actionis hujus Synodi, ubi etiam ipsum hoc decretum extat. Act. Syn. Chalced. pag. 247, edit. Col. an. 1618.

Ἀναπλιῶ ὁ εὐλαβέστατος. Hæc verba usque ad ἔτι inclusivè, in MS. Amerbachiano desiderantur: sed in ipsis Actis antè citatis leguntur.

## In Can. XXX.

Ἐπειδὴ οἱ εὐλαβέστατοι. Deposito Dioscoro Alexandrino, Episcopi Ægyptii, Epistolæ Leonis Romani subscribere rogati, respondebant, se eadem, quæ in Epistolâ continentur, credere; sed nihilominus ei subscribere non posse usquequò Archiepiscopum Alexandrinum ordinatum haberent; cujus sententiam in hujusmodi rebus expectare & sequi omnes istius diœceseos Episcopi ex antiquâ consuetudine constricti sunt: quibus auditis Judices illico pronunciabant, quæ hoc canone continentur; quibus etiam tota Synodus suffragata est. Et prima quidem decreti pars αὐτολεξεὶ in Actis extat, quemadmodum hìc imprimitur: ultima verba seorsum, post aliquam interlocutionem, edita sunt, & paulo aliter sic lecta, Ὅτε μέντοι δεῖ τῶν οἰκείων γράμματος οἱ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι τῆ Αἰγυπτίων, ἢ ἐσχάτως περίεσαν, εἰ δεῖ τὸ αὐτοῖς δοκοῦν, ἢ ἐξομολογεῖσθαι καταπεπλῆχθαι τὴν ἀναμφίλεκτον τιμὴν χειροτονίαν τῆ ἑστηκότος ἐπισκόπου τῆ Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως. Syn. Chalced. Act. 4. pag. 235. 236. ed. Col. an. 1618.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

# GUILIELMI BEVEREGII
# ANNOTATIONES
## IN CANONES CONCILII
## TRULLANI.

Περὶ τῆ πέμπτης συνόδου. De hâc quintâ, ut & de sextâ sequenti Synodo Oecumenicâ Balsamon eadem, atque Zonaras, verba habet: quæ nihilominus bis recitare visum est, quoniam sub utriusque nomine in MSS. extant, & vulgò circumferuntur.

Ἀσυζῆ συγχάμματα. Codex Amerbachianus legit συγχάμματα ἀλλόκοτα καὶ δόγματα.

Ἀπογόνε ἅγ Ἡρακλείου. Post ista verba in MS. Bodleiano hæc leguntur, ὅθι Ἀγάθωνος Πάπα Ῥώμης, Γεωργίου Κωνσταντινουπόλεως ..... Ἀλεξανδρείας, Μακαρίου Ἀντιοχείας καὶ Ἱεροσολύμων. Ubi nomina Episcoporum, Alexandrini & Hierosolymitani, idcirco forsitan omittuntur, quia illi non nisi per Vicarios suos aderant. Hæc autem verba nec in Amerbachiano, nec Ætonensi, nec in impressis antehac codicibus habentur; & è margine in textum traducta videntur: ac propterea hîc potiùs ea adnotare, quâm ibi interserere visum est.

Ἐν τῷ Τρούλλῳ τῶ βασιλικοῦ παλατίου. In antiquis ædificiis, sacris præsertim, & celebrioribus, οἱ Τροῦλλοι, αἱ Τροῦλλοι, & τὰ Τρούλλα sæpe commemorantur. Codinus, ἐξ ὧν ἔδειξε τῶν ἰδιωτῶν φέρεται λόγος, ὅτι ὁ Τροῦλλος κισσέινός ἐστι. Cod. in orig. Constant. Zonaras, Τροῦλλος πισσοῦται καὶ κιβώριον τὰ ἁγίας τραπέζης σκέπει. Zon. Annal. in Justiniano. Metrodorus, πίστιν εὐθέτην ὀφείλοντα φυλάττειν τῶν ἁγίων μαρτύρων τὸ ὀστᾶ, πάσῃ ἐπιμελείᾳ κατεζήτησε, καὶ ἄνωθεν μέγα Τροῦλλον, οἰκοδομὴν ἐστερέωσεν. Metrod. in martyr. S. Dionysii. Anasthasius Bibliothecarius, *Trullum verò ejusdem Ecclesiæ fusis Chartis plumbeis cooperuit, atque munivit.* Anast. in vitâ Sergii I. Trullus autem, sive Trullum propriè nihil aliud fuit, quàm fornix, vel locus quidam in rotundum concameratus. Camera sæpiùs à Latinis dictus, ut Anastasius supradictus, *Fecit Cameram basilicæ Constantianæ, & alteram Cameram B. Petri ornavit.* Anastas. in Leonis vitâ. Zonaras loco ante citato etiam σφαῖραν pro eodem usurpant, dicens, πασῶν τῶν μεγάλων σφαῖραν τῶ ναῶ. Hinc adjectivum Τρουλλατὸς, ut ἡ δὲ Τρουλλατὸν καλοῦσι Μιχαὴλ ὁ υἱὸς Θεοφίλου, κοσμήσας αὐτὸν καὶ κεραμώσας πολυτελῶς. Chron. Constantinop. Trullum itaque Palatii, ubi præsens Concilium Constantinopoli celebratum est, & Trullanum ex eo dictum, hujusmodi fuit locus in dicto Imperiali Palatio concameratus, vel forsitan domus aliqua, intra Palatii septa, ad eam formam extructa; quemadmodum Matthæus Blastares opinatus est, dicens, ἐν τῷ λεγομένῳ Τρούλλῳ, οἵτινος ἦν ἔτος ἑκατοστὸς ἐν καλῷ ἐπὶ βασιλέων Κωνσταντινουπόλεως κείμενος. Matt. Blast. præfat. ad Syntag.

Πεντάγραπτος λόγος. Hanc orationis hujus ad Imperatorem inscriptionem Codex Amerbachianus sic legit, Πεντάγραμμος ἡ ἁγίας συνόδου πρὸς τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα, ὧ ἐπέπεμψαν τὰς ἀπ' αὐτῆς ἐκτεθείσας κανόνας. Quomodo etiam inscribitur in priori Zonaræ editione; nisi quòd pro πεντάγραπτος, juxta cum nostro Balsamonis codice ibi legatur πεντάγραμμος λατεία λογική. Codex Amerbachianus legit, λατεία νομικὴ, sed perperam, Synodus enim haud dubiè verba illa à D. Paulo usitata respicit, in Epist. ad Rom. XII. 1. ubi optimè D. Chrysostomus, τί δέ ἐστι λογικὴ λατρεία; ἡ πνευματικὴ διακονία, ἡ πολιτεία ἡ κατ' ἀρετήν. Chrysost. in Epist. ad Rom. λεγ. κ'. tom. 3. pag. 174. ed. Savil.

Τὰς λαὰς ἐυθετίζοντες. Rectius Codex Amerbachianus legit τῆς λαοῖς ἐυθετίζοντες.

Λεγόντι τῶ Πάπᾳ. Hîc omnem, quâ turgent ipsorum præcordia, bilem Papistæ in Balsamonem effundunt, omnimodis eum conviciis lacerantes, quòd ille præsentem Synodum œcumenicum fuisse contendit. Si hoc autem Balsamoni vitio vertatur, idem & in ipsam Synodum conjiciatur crimen, quippe quæ ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν συνόδον se sæpe appellat; quo etiam argumento Balsamon ad opinionem suam adstruendam utitur. Quod quidem minimè spernendum est argumentum. Ipsi enim Patres, melius haud dubiè quàm hodierni Papistæ, noverunt, qualem ipsi Synodum celebrabant, & ut observat Matthæus Blastares, πρῶτον μὲν καὶ οἱ ἅγιοι οὗτοι πατέρες ἐσφαλῆς ἕτω ψεύδους ἁλῶναι, λέγοντες ἐν τοῖς ἑαυτῶν κανόσιν, ὥεσπερ ἡ ἁγία αὕτη καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος, *Primò enim sancti Patres manifesti adeò mendacii se convinci egre ferent, dicentes in suis ipsorum canonibus, sancta hæc & Oecumenica Synodus decrevit.* Matt. Blast. præf. ad Syntag. Alterum argumentum, quo Balsamon Latinorum, ut vocat, objectionem prævenions, hanc universalem fuisse Synodum probat, est, quòd non solùm reliqui Patriarchæ, verùm ipse etiam Papa Romanus per legatos suos eidem intererat. Dicit enim se in antiquis nomocanonis invenisse, Basilium Gortynæ Metropolitanum, & quendam Ravennæ Episcopum, totius Synodi Romanæ vicem gerentes, & ipsos quoque Papæ legatos, Episcopos nimirum Thessalonicæ, Sardiniæ, Heracleæ, & Corinthi, præsentes adfuisse. Et quidem Basilium Gortynæ Metropolitanum Synodi Romanæ vicem gerentem ei interfuisse, & canonibus hisce subscripsisse, extra dubium est, cùm in ipsis subscriptionibus, canonibus hisce in Actis Conciliorum annexis, disertè dicatur, Βασίλειος ὁσιώτατος τῆς Γορτυνίων μητροπόλεως, καὶ φιλοχρίστου Κρήτης νήσου, καὶ τόπον ἐπέχων πάσης τῆς συνόδου τῆς ἁγίας ἐκκλησίας Ῥώμης ὀρθόχαλκα, *Basilius Episcopus Gortyniorum metropolis, Christo amabilis Cretæ insulæ, & locum tenens totius Synodi sanctæ Ecclesiæ, definiens subscripsi.* Act. sextæ Syn. Constantinop. pag. 254. edit. Colon. an. 1618. Legatos etiam Episcopi Romani eidem interfuisse, Anastasius Bibliothecarius, qui Episcoporum Romanorum vitas conscripsit, attestatur, dicens, in vitâ Sergii I. *Hujus itaque temporibus Justinianus Imp. Concilium in Regiâ urbe jussit fieri, in quo & legati sedis Apostolicæ convenerant, & decepti subscripserant.* Utcunque igitur decepti fuerint, eos & adfuisse & subscripsisse certum est. Ipse fateor, Sergius Papa Romanus canonibus subscribere recusavit, ut Anastasius ibidem ait, *Compellebatur & ipse* (Sergius) *subscribere, sed nullatenus acquievit.* Verùm hic eo tantum nomine subscribere renuit, quòd nonnulli in iis Ecclesiæ Romanæ errores detecti sint & condemnati. Aliter enim & ipse proculdubio subscripsisset, & omnes Ecclesiæ istius assectæ Oecumenicam huic Synodo autoritatem libenter attribuissent. Hîc autem insuper notandum est, Balsamonem asserere, se in antiquis invenisse scriptis, Episcopos Thessalonicæ, Sardiniæ, Heracleæ, & Corinthi, legatos Papæ Romani tunc temporis fuisse, & Episcopum Ravennæ etiam cum Basilio Romanæ Synodi locum tenuisse: cùm in Actis, vel potiùs subscriptionibus, quæ hodie extant, nec unus ex his commemoratis, vel Episcopi Romani legatus, vel Synodi locum tenens dicitur; sed vacuus cuique istorum locus relinquitur. Proximè enim post Johannis Justinianopolitani subscriptionem, additur, πάπος τῆς Θεσσαλονίκης: & paucis interjectis, πάπος τῆς Ἡρακλείας· πάπος τῆς Σαρδινίας· πάπος τῆς Ῥαδίνης· πάπος τῆς Κορίνθου. Juxta quam propterea lectionem, Episcopi hîc memorati vel non aderant, vel saltem non subscribebant. Ex eo autem, quòd locus iis ad subscribendum relictus sit, cum Acta Concilii ad eos delata essent, apertè conficitur, eorum subscriptiones expectatas fuisse, quas detulisse videntur, usque dum Romani ipsius Episcopi sententiam de iis cognitam haberent. Sed ut ut illud sit, omnes sanè reliqui, tam Patriarchæ quàm Episcopi, numero plusquam ducenti, qui Concilio interfuerunt, hisce 102. canonibus, ab istâ Synodo editis, subscripserunt; quibus ipse etiam Imperator Justinianus

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ſtinianus meritò adjungatur, cujus ſubſcriptio primâ in fronte collocatur, his verbis concepta, Φλάβιος Ἰουστινιανὸς, πιστὸς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ θεῷ, βασιλεὺς Ῥωμαίων στεφθεὶς ἀπὸ θεοῦ, βασιλεὺς καὶ ἐμπάτωρ ἀνέγραψα.

Σημείωσαι διὰ τί ὁ λέγεται. Hæc uſque ad finem hujus interpretationis, nunc primùm ex MS. Bodleiano edimus: cui etiam codex Amerbachianus ſuffragatur; in quo eadem habentur, niſi quòd pro σημείωσαι διὰ τί ὁ λέγεται, ibi legatur, Σημείωσαι ὅτι ὁ λέγεται, & μεγάλου poſtea pro βασιλικοῦ. Hæc autem Balſamonis eſſe verba non videntur; ſed tantùm compendioſa quædam eorum, quæ Balſamon in hunc Canonem commentatus eſt recitatio, in margine primo deſcripta, & poſtea in ipſum textum tranſlata.

## In Can. I.

Κατὰ τὸν θεολόγον φωνὴν. Codex Ætonenſis rectiùs legit, κατὰ τὸν τοῦ θεολόγου φωνὴν. Verba enim hîc citata ſunt Theologi, Gregorii nimirum Nazianzeni initio orationis ejus apologeticæ, quæ & omnium prima eſt; ubi his verbis diſertè utitur, dicens, ἐπειδὴ καὶ πάντες ἀεὶ τοῖς ἀρχομένοις καὶ λόγου καὶ πράγματος, ἐκ θεοῦ τι ἄρχεσθαι καὶ εἰς θεὸν ἀναπέμπειν. Ubi, ut videre eſt, pro ἀρχομένοις meliùs legitur ἀρχομένῳ. Ante eum Demoſthenes, ipſe eadem ferè protulit; dicit enim, Πάντες ἀρχομένῳ σπουδαίου λόγου καὶ ἔργου ἀπὸ τῶν θεῶν ἐπιλαμβάνεσθαι σωφρόνων ἄρχεσθαι, Demoſt. epiſt. 1.

Διδασκάλια λόγου. Poſt hæc ultima primi hujuſce Canonis verba hanc obſervationem, tam in Amerbachiano quàm Ætonienſi codice, ſub Balſamonis nomine habemus. Σημείωσαι ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος, ὅτι ἄλλη ἐστὶν ἡ κυρίως ἕκτη Συνόδου, καὶ ἐχ ἡ παροῦσα ἐν τῷ Τρούλλῳ συναθροισθεῖσα. *Nota ex præſenti Canone, quòd alia eſt propriè ſexta ſynodus, & non præſens in Trullo congregata.* Nimirum quòd in hoc Canone fides à ſextâ ſynodo expoſita confirmatur. In Codice Amerbachiano aliud etiam hîc occurrit ſcholium, his verbis, Κατηγοροῦσι δὲ καταφερόμενοι τῶν ἁγίων εἰκονομάχων καθηρέσεως τὸ ἀναίσχυντον, οἱ διαβάλλειν τοὺς ἁγίους ἱερεῖς τούτων κανόνων ἁγίας οἰκουμενικῆς ἐπιχειροῦντες ἀκρίβειαν, διότι καὶ ἐν ἐκφύλοις αὐτῆς αἱρέσεσιν ἴσχυσαν, φασὶ τοὺς ἐκδεδομένους αὐτοὺς τῇ ἁγίᾳ μονοθελητῶν ἐνεχομένους νόσῳ, καὶ καὶ τὰ ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἕκτης Συνόδου ὑποχάλαι. οἱ δὲ, ὡς ὁρᾶν ἔνεστι πᾶσι, λαμπραῖς ταῖς φωναῖς ἀναπεμπόμενοι, τοὺς ὑπ' αὐτῶν καταχριόντας ἅμα τῇ αὐτῇ ἐναγεστάτῃ φρονήματι, ταῖς αὐτῶν εὐθυώραις καὶ ἀρχαῖς ὑποφέρουσιν. Εἰκὸς ἂν τὸ ἡμῖν τοῦτο ἁγίᾳ εἰκονομάχων τοὺς ἀφεγόνους Εὐτυχιανιστὰς καὶ Διοσκόρους μιμεῖσθαι· ὥσπερ ἐκεῖνοι τοὺς ἐν τῇ ἁγίᾳ καὶ οἰκουμενικῇ πεμπτῃ Συνόδῳ, ὅτι τῷ αὐτῇ λύσιν ὑφεκκλεισάσαι, τὰ Νεστορίου φρονεῖν, καὶ τοι λαμπρᾷ φωνῇ ἀναθεματίσαντας αὐτὸν, συκοφαντῆσαι ἀπηναχώπησαν· ἴστω καὶ οἱ ἐκείνων ἐς ἀληθῶς γνήσιοι μαθηταὶ καὶ ἀπόγονοι, τοὺς ἱερεῖς τότε καὶ ἁγίους ἄνδρας, λαμπρῶς μὲν τὰ ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς Συνόδου κατὰ τῶν δυσεβῶν μονοθελητῶν ἀνδραγαθιζομένους, τὰ ἐκείνων τότους φρονεῖν ἐκ ἐρυθριῶσι λοιδορέμενοι· ὅμοιόν τι τοῖς Ἰουδαίοις πεποίηκε, οἳ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τῶν δαιμονίων τὸ πλάσμα καθαίροντα, δαιμονιόρτην ἔχειν ἐκ ἔφριττον ἐξυβριζόντες, καὶ ἐν τῷ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων καθαιρεῖν αὐτῶν τὴν δυναστείαν, ὅτι ἀπολλύειν τὰ δαιμόνια περιτρόμενα, ἐκ ἐνεκαλύπτοντο. *Hinc etiam deprehendere licet, quàm impudens ſit Iconomachorum malitia, qui accuratam canonum iſtorum qui hîc propoſiti ſunt, rationem calumniari attentantes, quoniam barbaræ ipſorum hæreſi adverſantur, dicunt eos, qui hoſce Canones expoſuerunt, monothelitarum morbo correptos, etiam contra ſanctam atque œcumenicam ſextam ſynodum ſubſcripſiſſe. Hi autem, ut omnibus videre licet, diſertis verbis prædicantes, eos, qui ab iſtâ ſynodo condemnati ſunt, unà cum ſummè execrabili eorum opinione, iiſdem ſuppliciis diriſque ſubjiciunt. Hoc igitur Iconomachorum genus progenitores ſuos Eutychianiſtas, & Dioſcoros imitari videtur. Ut illi enim Patres, in ſanctâ & Oecumenicâ quartâ ſynodo congregatos, cùm ipſorum rabiem Eccleſiâ ejecerint, cum Neſtorio ſentire, etiamſi eum diſertè anathematizaverant, inverecundè calumniati ſunt: Sic hi, ut vere gennini iſtorum diſcipuli & nepotes, ſacros hoſce ſanctoſque viros, quos cum ſanctâ & œcumenicâ ſynodo contra impios Monothelitas ſtrenue ſe geſſiſſe palam eſt, eorum opinionibus imbutos eſſe effutire non erubuerunt: aliquid Judæis ſimile perpetrantes, qui Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, dæmonum figmenta repurgantem, dæmonem etiam habere, calumniosè aſſerere non veriti fuerunt, & per Dæmoniorum principem ipſorum abolere principatum, ſive ipſos dæmones portenta fingentes abigere, aperto capite aſſeverarunt.* Sane qui hunc primum ſynodi Trullanæ Canonem perlegit, Patres in eâ congregatos nec Monothelitarum, nec aliâ quavis hæreſi infectos fuiſſe deprehendet: quippe qui fidem à ſex primis univerſalibus Conciliis expoſitam, ſuâ hîc autoritate confirmârunt.

Ἐθνικὴν ἐπιφθείραν. Hîc aliquid deeſſe neminem fugiat. Ex ipſo autem Canone ſuppleatur, in hunc modum, Ἐθνικὴν ἐπιφθείραν, ἢ πολυθείαν, εἴτ' εἰκαιότερον, δογματίσαντας, ut verſio latina plenè ſic ſe habeat, *qui Ethnicam numinum diverſitatem, vel, aptiùs loqui, Deorum multitudinem pro dogmate habuit.*

Τῇ γαμβρῷ ἐπ' ἀδελφῇ Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ. Martianus Theodoſio juniori ex eo affinis fuit, quòd Pulcheriam, ſororem ejus, in Imperatricem aſſumpſit, etiamſi cum eâ rem nunquam habuerit. Evagrius, γνώμῃ Πουλχερίας, ἣν καὶ ἐσωφρόνησεν μόνον ὡς βασιλέα, ἢ μὴν ἔγνων, ἀείπαιδ' ἐκείνης μίσει γήρως μανθάνει. Evagr. hiſt. Eccles l. 2. cap. 1.

## In Can. II.

Ἐν δόξῃ ἡ καὶ τοῦτο. In primo Canone Patres de fide, in hoc de diſciplinâ Eccleſiæ agunt. Ibi fidem à ſex prioribus œcumenicis Conciliis contra hæreticos aſſertam confirmarunt: Hic autem Canones Chriſtianorum vitam dirigentes, quotquot ab antiquis ſynodis patribuſve editi, Clericis Laicíſve reformandis & emendandis neceſſarii viſi ſunt, ſuâ demum autoritate ratos faciunt, & obſervandos eſſe decernunt. Adeo ut hoc Canone univerſus ille codex Canonum Eccleſiæ orientalis, hîc cum commentariis impreſſus, confirmetur. Neque unus enim Canon per totum hunc librum occurrit, qui in præſenti Canone non commemoratur, in genere ſaltem, ſynodi, patriſve nomine, à quo editus eſt, expreſſo, exceptis Nicæno ſecundo, & altero Conſtantinopolitano Concilio. Utrum hic codex Canonum ante hoc Concilium collectus fuerit, necne, incertum eſt. Nobis tamen veriſimilius videtur, cum prius collectum fuiſſe, quàm ab hâc ſynodo confirmatum. Sanè S. Baſilii Canones, alioſque provincialium quarundam ſynodorum à Concilio Chalcedonenſi non confirmatos, centum ante hanc ſynodum in Trullo celebratam annis in nomocanonem receptos fuiſſe, ex eo apertè conficitur, quod Johannes Antiochenus eos ſuæ Canonum collectioni interſeruit. Sed quandocunque collecti fuerint, hoc ſaltem conſtat, eos omnes primò ab hoc Concilio ſimul confirmatos fuiſſe. Ex quo autem hîc confirmati ſunt, Eccleſia orientalis eos, eoſque ſolos, religiosè obſervandos judicavit, Quo factum eſt ut quamplurimi eruditi viri eos ſcholiis ſuis illuſtrare conati ſint. Quos inter Balſamon, Zonaras, & Ariſtenus primi meritò recenſeantur, quorum ſcholia hoc in libro ſimul primò exhibentur.

Ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων. In prioribus tam Zonaræ quàm Balſamonis editionibus, hic locus ſic lectus fuit, τὸν ὑπὸ τῶν ἐμοὶ ἁγίων καὶ ἐνδόξων ὑποθέσθαι ὀγδοήκοντα πέντε κανόνας. Adeo ut nos poſt ἐμοὶ ἁγίων, hæc verba καὶ μακαρίων πατέρων ἐνεχθέντας καὶ κυρωθέντας· ἀλλὰ μὴν καὶ περιχθέντας ἡμῖν ὑπόμνα τῶν ἁγίων καὶ, ex MS. Bodleiano reſtituimus. Leguntur autem & in Ætonienſi & Amerbachiano MSS. necnon in eo quem Gentianus Hervetus latinè vertit, uti ex ipſius verſione conſtat, ubi etiam obſervare licet, Patres Trullanos, hos Canones, à ſe confirmatos, neque ἀποστολικοὺς, neque τοὺς τῶν ἀποστόλων κανόνας appellare; ſed tantùm προβαθέντας ἡμῖν ὑπόμνα τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων ἀποστόλων.

Καὶ τῶν ἐν Λαοδικείᾳ. Poſt hæc verba adde, ἔτι μὴν καὶ τῶν ἐν Νεοκαισαρείᾳ, quæ in omnibus MSS. leguntur, etiam in Bodleiano; ſed neſcio quo fato, à typographis omiſſa ſunt, etiamſi Latina eorum verſio retineatur, viz. *& iis etiam Neocæſariæ.*

Ἐν ᾧπερ τοῦτοι, ἑπτακαιδεκάτῳ. In MSS. Bodleiano & Ætonienſi poſt hæc ultima Canonis verba, & ante Balſamonis ſcholium, hæc habentur, Σημείωσαι ὅτι πρόκειται κανόνα διὰ τοὺς Λατίνους τοὺς λέγοντας μὴ εἶναι π'. τοὺς κανόνας τῶν ἁγίων Ἀποστόλων. *Nota præſentem Canonem propter Latinos, qui dicunt non eſſe* LXXXV. *Sanctorum Apoſtolorum Canones.* Quæ etiam in MS. Amerbachiano hoc modo leguntur, Σημείωσαι διὰ τοὺς Λατίνους, λέγοντας μὴ εἶναι π'. τοὺς τῶν ἁγίων Ἀποστόλων κανόνας. Hæc autem ex Balſamonis ſcholiis excerpta videntur; ubi eadem obſervantur. Ex eo autem, quòd hi Apoſtolici Canones à præſenti ſynodo confirmentur, Matthæus Blaſtares nihil dubii de iis in poſterum moveri poſſe concludit; poſt hujus enim Canonis verba, pro iis citata, addit, Ἡ πιστὴ πίνυε αὕτη φωνὴ τῶν τοσούτων καὶ τηλικούτων ἀνδρῶν πάντα λογισμὸν ἔξω τῶν ἀποστολικῶν κανόνων ἀμείλικτον ἐκ τῆς τῶν πατέρων καρδίας μὴ πολλῷ τῷ χρίστορ ἀπειλεῖ. Blaſt. in præf. ad Syntag.

Παρὰ ζασιλέων κρατωθέντα. In Latinâ Gulielmi Morelii editione, poſt iſta ultima Balſamonis verba in hunc Canonem,

hæc leguntur, *In* LXXXV. *Canone Sanctorum Apostolorum, & in præsenti Canone, expositum est quinam libri veteris & novi Testamenti legi debeant. Quoniam autem vidi magnum hominem afferentem nomocanonum, quod habebat Sanctorum Apostolorum Canones per Clementem compositos, & diversas Imperatoris Justiniani novellas, in legum repurgationem non receptas, moneo omnes, qui nomocanonum lecturi sunt, ne antiquioribus nomocanonorum libris mentem adhibeant: sed id quod à Patriarchâ Photio est elaboratum, & in* XIIII. *titulos divisum legant. Nomocanonum autem, quod in L. tit. leges & Canones redegit, & reliqua, quæ Justiniani novellas, quæ exoleverant, ut quæ in Basilicis non recepta sunt, & alias quasdam leges ex Digestis & Codice continent, & quæ, quod plurimis verbis abundent, locupletia copiosaque putantur (innumerabiles enim tales libros vidi) multos homines, qui sunt in magnâ existimatione, nihili facere, sed ea perire permittere intelligant.* Ubi obiter observare licet, nomocanonum illud, de quo ait, *quod in L. tit. leges & Canones redegit*, nullum alium proculdubiò esse quam Johannes Antiocheni nomoCanonem, quippe in quo leges & Canones in totidem, quinquaginta nimirum, titulos rediguntur. Hæc autem in MS. Bodleiano etiam partim habentur, sed longè aliter lecta, quàm hic vertuntur. Sic enim ibi leguntur, Ἐν τῷ πέ. κανόνι τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ ἐν τῷ παρόντι κανόνι διελήφθησαν ποῖα ϛιϛλία ἡ παλαιὰ διαθήκης καὶ ἡ νέας ὀφείλουσιν ἀναγινώσκεσθαι. Ἐπειδὴ δὲ εἶδον πολλοὺς τῶν ἐν τέλει ἀξιολογωτάτων ἀναγινώσκοντα νομοκάνονα πολλά, ἔχοντα κεφαλαιοῦσθαι τοὺς διὰ Κλήμεντος κανόνας, ὡς τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, καὶ νεαρὰς τοῦ Ἰουστινιανοῦ, τὰς διαχθείσας ἀπὸ τῆς ἀνακαθάρσεως τῶν νόμων, παρῃγυῶμαι καὶ εὐτῖς, καὶ πᾶσι τοῖς ἀμφιβόλους ἀναγινώσκειν κανόνας καὶ νόμους, μὴ προσέχειν τοῖς παλαιοτέροις τῶν νομοκανόνων. Ἀλλὰ καὶ τὸ τοῦ Φωτίου, τὸ καὶ ἐξηγῆσθαι τοῦ Ζωναρᾶ ἐμμελῶς δύειν· καὶ τὸ τοῦ παρὰ τῆς Ἀντιοχείας ὡς πλατύτερον διαιρεῖν. *In* LXXXV. *Sanctorum Apostolorum Canone, & in præsenti discernuntur, quinam veteris, novique testamenti libri legi debent. Quoniam autem vidi nonnullos in dignitate præclarissimos viros legentes antiqua nomocanona, in quibus per Clementem, tanquam Sanctorum Apostolorum, Canones & novellæ Justiniani, à legum repurgatione rejectæ, ponuntur, illos, omnesque qui Canones & leges legere volunt, moneo, ne antiquioribus nomocanonis mentem adhibeant. Sed nomocanonum Photii, quod etiam Zonaras interpretatus est; & illud Patriarchæ Antiocheni, ut uberius judicatur.* Hæc autem verba nec ad Balsamonis nec Zonaræ scholia pertinere ex eo constat, quòd utriusque mentionem faciant, Zonaræ nimirum diserte, & Balsamonis sub Patriarchæ Antiocheni nomine; ac propterea à MS. Amerbachiano rectè omittuntur.

## In Can. III.

Ἔτους ἑξακισχιλιοστοῦ ἑκατοστοῦ ἐνάτου. Hîc omnes, quod miror, Græci codices manu exarati, unà cum impressis, in gravi errore conspirant. Patres enim hoc loco de ipso anno, quo hanc synodum celebrant, loquuntur, qui juxta hanc lectionem erat annus à mundo condito 6109. Indict. 4. Ex Indictionis mentione constat civilem Græcorum æram hîc usurpatam esse, quæ à mundo condito ad Christum natum, annos 5508. completos numerat. Aufer itaque 5508. ex 6109. & reliquus fiet annus Christi 601. quo juxta hanc lectionem synodus hæc in Trullo congregata est. Verùm habita fuit, ut inter omnes convenit, Justiniano secundo, Constantini Pogonati filio, imperante, qui ante annum D. 685. imperio non potitus est. Legendum est igitur haud dubiè, Ἔτους ἑξακισχιλιοστοῦ ἑκατοστοῦ ἑνενηκοστοῦ ἐνάτου, quemadmodum Elias Elimgerus, qui hunc cum aliis veterum Conciliorum Canonibus è Canonicorum Divi Hilarii Pictavienſis & Augustanâ Bibliotheca edidit, hunc locum legit. Sic etiam Gentianum Hervetum legisse ex eo constat, quòd vertit *anni* 6199. Hanc etiam lectionem Theophanes confirmat, à quo hic præsentis Canonis locus his verbis citatur, *Decernimus, ut qui bis uxorem duxerint, & ante hanc diem, quæ decima quinta mensis Januarii numeratur, quartæ indictionis, anni sexies millesimi centesimi nonagesimi noni in hac culpâ fuerint.* Apud Baron. ad an. 692. Et hæc quidem lectio cum Justiniani secundi tempore ad amussim quadrat. Si subducas enim 5508. ex 6199. residuum habebis 691. quo Christi anno currente, & imperante Justiniano secundo, præsens sub eo Concilium peragebatur: in quem etiam Indictio quarta incidebat.

Ἐξαιρέτους δὲ τοὺς χαρίσηται. Hic locus in Parisiensi editione sic legitur, μάλιστα δὲ τοὺς ἐν τῷ ιβ'. χαρίσηται ἢ ἐν Ἀσκύρᾳ Ζωσίμου. in MS. Amerbachiano totus omittitur; & rectè quidem neque enim in citato duodecimo illo synodi Ancyranæ Canone de sacerdotum matrimonio agitur; sed de iis, qui ante baptismum sacrificârunt, & postea baptizati sunt.

## In Can. VI.

Καθαιρείσθω. Harmenopulus sensum hujus Canonis breviter sic exprimit, ἱερεὺς, ἢ διάκονος, ἢ ὑποδιάκονος μὴ πρὸ χειροτονίας γήμας, καθαιρείσθω. *Sacerdos, aut Diaconus, aut subdiaconus, qui post ordinationem uxorem duxerit, deponatur.* Ubi Scholiastes ad verbum καθαιρείσθω hæc notat, ἄγαν ἡ μὲν ἱερωσύνης μετατιθείσθω· ἡ δὲ τιμῆς μετεχέτω, καὶ ἡ καθέδρας. πορνεύσας δὲ ἢ μοιχεύσας τέλεον ἐξωθείσθω, καὶ εἰς μετάνοιαν ἀγέσθω. οὕτω γὰρ ἔν τισι τῶν ἐξηγητῶν εὕρηται. *Hoc est, à sacerdotio quidem removetur; sed honoris tamen sedisque particeps esto. Qui verò scortationem vel adulterium commiserit, prorsus expellitor, & ad pœnitentiam adigitor. Sic enim in nonnullis interpretibus invenitur.* Harmenop. epit. can sect. 2. tit. 3. Sanè hæc in Interpretibus à nobis hîc impressis non inveniuntur: Unde Scholiastem istum, quicunque demum fuerit, alios vidisse palam est.

## In Can. VII.

Ὀφίκια ἐκκλησιαστικὰ. Officia Ecclesiastica, quæ & Ἀρχοντίκια, à sacris gradibus reverà distincta sunt; ut docet Balsamon, dicens, λέγομεν ὅτι τὰ ἐκκλησιαστικὰ ὀφίκια καὶ Ἀρχοντίκια καταχρηστικῶς ὀνομάζονται Καθμοί. κυρίως γὰρ βαθμοὶ ὁ τῶν ἱερέων, καὶ τῶν διακόνων, καὶ τῶν ὑποδιακόνων, καὶ τῶν ἀναγνωστῶν ἐστι· τὰ δὲ ὀφίκια καὶ τὰ Ἀρχοντίκια τιμαί εἰσι καὶ πρεσβειῶν ἀφορμαί. Balsf. in can. Apost. 17. Neque enim officiales Ecclesiastici, quatenus officiales, sacra celebrârunt; sed tantum Ecclesiasticarum quarundam rerum curam & administrationem sibi commissam habuerunt, quorum præcipui fuerunt hi sex, Magnus Oeconomus, magno Sacello præpositus, Magnus vasorum custos, Chartophylax, parvo sacello præpositus, & primus defensor: quomodo non solum in ordine officialium Ecclesiæ Constantinopolitanæ recensentur; verùm etiam à Johanne Episcopo Citri, qui ad hanc Constantini Cabasilæ interrogationem ἐν ποίᾳ ἀρχοντικῇ ἐκκλησιαστικῇ ἀξιώματι τάξει εἶ τό, καὶ τίς δεύτερος, καὶ τίς τρίτος, καὶ πῶς ἑρμηνεύεται ὁ τέταρτος τάξις; respondit, Ἀπὸ μὲν παλαιᾶς ἀρχαιότητος οὕτως ἐστὶν ὁ μέγας οἰκονόμος· δεύτερος ὁ δὲ τοῦ μεγάλου σκεύους, ἤγουν ὁ μέγας σκευοφύλαξ· τρίτος ὁ μέγας σκευοφύλαξ· τέταρτος ὁ χαρτοφύλαξ· πέμπτος, ὁ δὲ τοῦ μικροῦ σκεύους, ἤγουν σκευοφύλαξ· ὁ ἕκτος ὁ πρωτέκδικος. οἱ τινες καὶ ὑξωκατάκηλοι λέγονται. In Juris Græc-Rom. t. 5, pag. 327. Ubi observes, hos etiam ὑξωκατακήλους dictos, qui tamen ὑξωκατάκυλοι sæpius audiunt. Alii etiam quamplurimi officiales fuerunt, sed minoris dignitatis & honoris. Cum autem Diaconi, aliique inferiores Clerici, summis istis in Ecclesiâ officiis nonnunquam functi fuerint, hinc officii dignitate freti, ante ipsos presbyteros, superioris ordinis Clericos, sedere præsumpserunt. Quod quidem hoc Canone prohibetur, idque hac ratione, ἐπειδὴ τῶν χρὴ τὸ κύριον ἀξιώματον χρείστονα τὰ πνεύματικὰ ἐπιτάμεθα. Sed officiales, Episcopi sui, aut Metropolitani vicem gerentes, & tenentes locum, excipiunt. Verum Scholiastes Harmenopuli Chartularium Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ etiam ante Episcopos olim sedisse observat, in hunc Canonem hæc notans, ἰτέον ὅτι μέντοι τῷ χαρτοφύλακι τῆς μεγάλης ἐκκλησίας δίδοται καὶ ὀξὺ ὕδωρ μακρᾷ, καὶ ὀξὺ ἐπιτάγματος ἐσγεῖφι τοῦ βασιλέως κυροῦ Μιχαὴλ, καὶ ἔμπροσθεν ἀρχιερέων ἐν ταῖς ἔξω προσκαθέζεσθαι Συνόδοις, *Sciendum, soli majoris Ecclesiæ Chartophylaci concessum esse, tum ex longâ consuetudine, tum scripto jussu Imperatoris Domini Michaelis, ut in exteris synodis etiam ante Pontifices sedeat.* Harmenop. epit. can. sect. 2. tit. 4. Balsamon in hunc Canonem idem de eodem Chartophylace observat, & in syn. Nicænæ can. 18. Alexii Comneni constitutionem producit, quâ hoc ei privilegium confirmatur; vide etiam istius responsa ad Marci Alexandrini interrog. 61.

Ὀφείλοιεν ὅσοι ἢ διάκονον. Hæc usque ad εἰ μὴ ἐκτὸς exclusivè in MS. Amerbachiano desiderantur. Sed summâ descriptoris incuriâ, ut cuivis Canonem perlegenti patet.

Τολμήσει συγγενικῷ. Codex Amerbachianus legit, πλημμέλειᾳ συγγενικῆς.

Οὐ καὶ αὖθις τῶν τοιούτων. Hæc usque ad διαπαρθενεύσωσιν inclusivè in Parisiensi editione desiderata, ex MS. Bodleiano supplevimus; quæ etiam in MS. Amerbachiano habentur, ubi etiam

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

etiam pro ἀναδεκταμένων paulo ante, rectiùs legitur, ἀναδεκτομένων.

Κατὰ τὴν ὑποκαθιμωτέρων. M S. Ætonienſis legit προκαθιμωτέρων, quam lectionem ipſe etiam locus poſtulat.

## In Can. VIII.

Ἀπαξ τῷ ἐνιαυτῷ. Hæc uſque ad γίνεσθαι συνόδους inclusivè in M S. Amerbachiano non ſine ſummo canonis detrimento deſunt.

Εἶπεν δέ πε. Hæc uſque ad finem hujus interpretationis nunc primum ex M S. Bodleiano in lucem Græcè emittimus. Græcè inquam, nam Latinè antehâc in Gulielmi Morelii editione edita ſunt. Quinetiam in M S. Amerbachiano leguntur, eodem modo, quo in noſtro; niſi quòd pro ἀφορίζεις ibi legatur ἀφαιρεῖν.

Μὰ ἴσχυσε δὲ δόκιμον ἄλλως ἐπισκόπους χειροτονεῖν. Etiamſi hæc conſtans ſit loci hujuſce lectio, non modo in omnibus Balſamonis codicibus M S S. verùm etiam in ipſâ Juſtiniani Novellâ 137. cap. 4. unde in Baſilica à Balſamone citata relatus eſt (ſed hodie ibi non extat) ſuſpicor tamen mendum in eum irrepſiſſe. Juxta hanc enim lectionem juſſum eſt ab Imperatore, ut apud Patriarchas cujuſque diœceſeos Epiſcopi ab iis ordinati, & qui non habent jus alios Epiſcopos ordinandi, quotannis conveniant; Epiſcopi autem apud ſuos metropolitanos. Enimvero quinam illi Epiſcopi eſſe poſſunt, qui à Patriarchis ordinati ſunt, & tamen alios Epiſcopos ordinandi jus non habent? Et præterea quinam ex lege, tam canonicâ quàm civili, apud Patriarchas convenire debent, præter metropolitanos? at omnes metropolitani, eo ipſo nomine, quod ſunt metropolitani, alios Epiſcopos ordinandi poteſtatem habent. Non me latet, nonnullos fuiſſe Archiepiſcopos & Metropolitanos, qui nullos ſibi ſubjectos Epiſcopos habuerunt: verum Juſtiniani, à quo eſt hæc Novella, temporibus hujuſmodi Archiepiſcoporum & Metropolitanorum, quibus nulli ſuberant Epiſcopi, dignitas nondum inſtituta erat, ſed à poſterioribus Imperatoribus introducta eſt. Epiſcopi autem Derci, Meſſenæ, Parii, & Apri, à Balſamone ad ſuam adſtruendam opinionem commemorati, nec Archiepiſcopi propriè erant, nec metropolitani, ſed Epiſcopi αὐτοκέφαλοι, ut ex ipſâ Epiſcopatuum notitiâ conſtat: qui proinde nec à Patriarchâ aliquo ordinati ſunt. Vereor itaque, nè μὴ hoc loco pro καὶ mendosè ponatur; ut ſenſus ſit, eos apud Patriarchas in Synodo quotannis congregari debere *Epiſcopos, qui ab ipſis ordinati ſunt, & alios ordinandi Epiſcopos jus habent:* hoc eſt; Metropolitanos, qui & à Patriarchis ordinati ſunt, & ipſi alios Epiſcopos ordinârunt. Sic quidem Photius legiſſe videtur, eo quod hanc etiam Novellam producat ad probandum Metropolitanorum Synodos apud Patriarcham, Epiſcoporum apud Metropolitanos peragendas eſſe; γίνεσθαι συνόδους μητροπολιτῶν ἐπὶ τοῦ πατριάρχου, καὶ ὑπὸ ἐπισκόπων ἐπὶ τῶν μητροπολιτῶν. Phot. nomocan. tit. 8. cap. 8. Sed ne quid diſſimulemus, hoc ſaltem pro alterâ & vulgari lectione dici poteſt; quòd juxta eam Epiſcopi ſuffraganei, ſive Provinciales Patriarchæ alicujus, quibus non ſub Patriarchæ ſed Metropolitani nomine præeſt, apud eum convenire debent: hi enim ab eo quidem tanquam à metropolitano ordinati ſunt, ſed alios tamen Epiſcopos, Metropolitanorum more, ordinandi poteſtatem non habent. Et ipſe quidem Juſtinianus huic interpretationi favere videtur, ubi in alterâ Novellâ jubet, *unumquemque beatum Archiepiſcopum, & Patriarcham, & Metropolitam ſanctiſſimos Epiſcopos ſub ſe conſtitutos in eâdem Provinciâ ſemel aut ſecundò per ſingulos annos ad ſe convocare.* Juſtin. Novel 123. cap. 10. Hic enim, ut videre eſt, non ſolùm Archiepiſcopi, & Metropolitæ, ſed & Patriarchæ Epiſcopos habent ſub ſe in eâdem Provinciâ conſtitutos, quos ad Synodum convocare debent. Et ſic quidem Romanus, Antiochenus, & Alexandrinus habuerunt; ſed non item Conſtantinopolitanus, & Hieroſolymitanus. Illi enim metropolitani priuſquam Patriarchæ fuerunt: hi autem, priuſquam throni eorum ad Patriarchatus promoti ſunt, aliis perpetuò metropolitanis ſubjecti fuerunt, Conſtantinopolitanus quidem Heracleenſi, & Cæſarienſi Hieroſolymitanus; quo factum eſt, ut etiamſi poſtea Patriarchæ fuerint, nullam tamen Provinciam habuerunt, in quâ metropoliticam poteſtatem exercere poterant. Balſamon, fateor, hoc loco aſſerit, Epiſcopos ſupradictos, Derci, Meſſenæ, Parii, Apri, alioſque ἐπαρχιώτας τῆ πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως dictos fuiſſe: ſed haud dubiè ſummè καταχρηστικῶς ita appellati ſunt; cùm Patriarcha Conſtantinopolitanus nullam ἐπαρχίαν habuerit, nedum illos propriè ἐπαρχιώτας habere potuit, qui, ut ante dictum eſt, αὐτοκέφαλοι fuerunt. Quinetiam ipſe Balſamon indigitat alias ab aliis datas fuiſſe rationes, quare dicti Epiſcopi ἐπαρχιῶται *Provinciales* Patriarchæ Conſtantinopolitani vocati ſunt: unde conſtat veram non conſtitiſſe rationem. Quòd ſi iſti in Provinciâ, ei peculiariter tanquam metropolitano ſubjectâ, conſtituti fuiſſent, nihil dubii eſſe potuit, cur ita cognominarentur. Sed & nihil certius eſt, quàm eos in diverſis Provinciis ſitos eſſe; ac propterea Provinciales Epiſcopi omnes eorum nemini eſſe poterant. Adeo ut quæcunque demum fuerit ratio, cur ita dicerentur, hæc ſaltem à Balſamone excogitata, nulla eſt; niſi forſitan Provincialium adinſtar Epiſcoporum, illi ad Conſtantinopolitanum Patriarcham quotannis convenire compellerentur; quod Balſamon quidem aſſerit, ſed refragante veteri Epiſcopatuum notitiâ, in quâ iſti throni αὐτοκέφαλοι nominantur. Cùm autem Patriarchæ Romanus, Alexandrinus, & Antiochenus ſuffraganeos ſive Provinciales Epiſcopos propriè ſic dictos habuerint, à ſe quidem ordinatos, ſed nullam alios Epiſcopos ordinandi poteſtatem habentes: illi juxta hanc Novellam eos ad Synodum convocare poterant. Sed cum Juſtinianus Imperator Conſtantinopoli ſedem Imperialem habuerit, ad eam haud dubiè æque ac ad alias ſedes Patriarchales in Novellâ iſtâ condendâ reſpexit: quæ propterea de metropolitanis potiùs ad Patriarchas ſuos conveniendis intelligenda eſt. Sed ita intelligi nequit, niſi vulgaris hæc lectio immutetur; quandoquidem omnes metropolitani tunc temporis alios Epiſcopos ordinandi jus habebant.

## In Can. IX.

Μηδὲν ὀξῦναι κλειτῷ. Conſtantini Harmenopuli epitome hujus canonis ſic ſe habet, Κληρικὸς καπηλικὸν ἐργαστήριον ἔχων, ἢ πανδέκτην, ἢ καθιερεῖδιον. *Clericus, qui officinam canponariam habet, aut deſiſtat, aut deponatur.* In quam Scholiaſtes hæc notat, ὁ πατριάρχης Λουκᾶς καὶ μυρεψικὴ ἐργασίαν ἢ λατρικὴ ἀφῆς τοῦ κλειτικὸν ἐνεργεῖσθαι ἀπέρκτα διὰ συμπώματα, ὡς αἰσχρὸν κέρδους καὶ ψεύδους παρέκτατα. Κωλύει δὲ τοὺς διακόνους ἰατρικῆς ἀντιποιεῖσθαι, καὶ ἀφορισμῷ καθυποβάλλει τοὺς κοσμικὰς καὶ δημόσια διαπραττομένους κληρικούς. Καὶ ὁ Πατριάρχης Μιχαὴλ ὁ τοῦ Ἀγχιάλου, κοσμικὴ ἐφόλκια, ἢ φαιλοεργὰς ἐνεργείας, ἢ κυβερνητείας τοὺς κληρικοὺς ὑποπίπτειν διὰ συμπάσματος μὴ ἀναδέχεσθαι. *Patriarcha Lucas etiam ſeplaſiarias officinas, aut balnearias à Clericis curari per adnotationem vetuit: veluti quæ turpi lucro & mendacio occaſionem præbent. Interdicit etiam Diaconis, ne medicinam faciant: Et ſegregationi ſubjicit Clericos, qui mundana publicaque negotia tractant. Itidem Patriarcha Michael Anchialinus per adnotationem mandat, ut Clerici officia ſecularia, vel exactorum munia, vel curatorum non ſuſcipiant.* Harmenop. epit. Can. ſect. 3. tit. 2.

## In Can. XI.

Ἐν βαλανείοις πύπους παντελῶς συλλείβειν. M S. Amerbachianus legit ἐν βαλανείοις παντελῶς πύπους λαμβάνειν. Sed omnes reliqui Codices unà cum interpretibus in noſtrâ lectione conſentiunt.

Λειπανδέατα. Hoc, ni fallor, vocabulum alibi non occurrit. Ex hoc autem Balſamonis loco conſtat aliquod cibi ſine fermento confecti genus ita dictum fuiſſe, Græcis vulgò uſitatum.

Διὰ τὰς λαπύας. Hæc uſque ad ἀφωρισμένοι εἰσὶν inclusivè, ex M S. Bodleiano huic loco inſeruimus. Sed in Codice Amerbachiano non leguntur. Nec quidem ipſius Balſamonis, ſed deſcriptoris alicujus verba eſſe videntur, è margine in textum tranſcripta.

## In Can. XII.

Μετὰ τῶν ἐπ' αὐτοὺς ἀφηλθοῦσαν χειροτονίαν. M S. Amerbachianus hunc locum ſic legit, μὴ τῶν ἐπ' αὐτοὺς χειροτονίαν, ἢ αἰτιῶται, ἀφίσομμα εἰῶ πολλοῖς τι ἄλλοις πίθεται

χὴ παράδηλον, ἡμῶν δὲ πολλῆς ἀπουδῆς ὕσης &c. Verùm pro αὐτοῦ τε legendum proculdubio ἐξαπίστου, vel περιττόν, uti in noſtro MS. legitur; pro quo in editione Pariſienſi ſcriptum eſt ἐξαπίστου. Et quidem in variantibus Zonaræ lectionibus ex MS. etiam Amerbachiano rectè ſcribitur περιαυτόν.

Καὶ ὁ ἀρχιερεύς. Hæc in editione Pariſienſi ita lecta ſunt, χὴ ὁ δεῖ τὸ κρεῖττον ἀρχιερεῖς ὁ λαὸν ἀρχιμανδρίζοντες χὴ τὸ μὴ δοῦναι μῶμόν τινα χῳ ὁ ἱερατικὸς κανονίσαντες. Quomodo etiam in MS. Amerbachiano leguntur; niſi quòd pro ἀρχιμανδρίζοντες, ibi malè ſcribatur ἀρχιμανδρίζοντος.

Πάντα ὑποδιακόνους τοὺς Ἀρχιερεῖς. Sic etiam canonem hunc interpretatur Matthæus Monachus in cauſis matrimonialibus capite ὅτι δεῖ ἰδίων γυναικῶν χωρίζεσθαι διὰ τοὺς ἐπισκόπους. ubi ait, οἱ ἁγ. σωδόδου θεῖοι πατέρες ἐν τῷ ιβ'. κανόνι ἀπέρρησαν τοὺς ἀρχιερεῖς μὴ τῷ χειροτονίαν συναιχεῖν ὅλως τοῖς ἀφ' ἧς χειροτονίας διαμοῖς γάμου συναφθείσας αὐτοῖς γυναιξί. *Divini ſexta Synodi Patres canone duodecimo Pontifices omnino poſt ordinationem arcent ab earum mulierum contubernio, quæ ante ordinationem matrimonii lege cum iis erant copulatæ.* Idem autem paulo ante, in capite, *de Clericis uxores ſuas prætextu religionis ejicientibus*, obſervat hanc Synodum illud primo conſtituiſſe, quippe de quâ loquens ait, Αὕτη γὰρ ἡ συνοδος ἀφῆρε τοῖς γαμετοῖς ἀπορρήσθαι τοὺς ἐπισκόπους ἐξέστησεν. *Hæc enim prima Synodus fuit, quæ ſancivit ut uxoribus ſuis Epiſcopi renunciarent.* Ergo ante hanc Synodum Epiſcopis etiam poſt Epiſcopalem ſuſceptam ordinationem & uxores habere, & cum iis cohabitare licitum fuit.

Οἱ μὲν γὰρ ἴσως χὴ τὰ σωφρόνως. Rectiùs in Codice Amerbachiano legitur, οἱ μὲν γὰρ κὴ ὅτως σωφρόνως ζήσουσι.

## In Can. XIII.

Ἐπειδὴ ἐν τῇ Ρωμαίων ἐκκλησίᾳ. Hic canon etiam apud Gratianum partim extat, Latinè ſic verſus, *Quoniam in Romani ordine canonis eſſe cognovimus traditum, eos qui ordinati ſunt Diaconi vel Presbyteri debere confiteri, quòd jam ſuis non copulantur uxoribus; Nos antiquum ſequentes canonem Apoſtolicæ diligentiæ & conſtitutionis, ſacrorum virorum legales nuptias valere volumus, nullo modo cum uxoribus ſuis eorum connubia diſſolventes, aut privantes eos familiaritate ad invicem in tempore opportuno. Quicunque ergo diligens inventus fuerit in Subdiaconali ordinatione, aut Diaconali, aut Sacerdotali, hic nullo modo prohibeatur ad talem aſcendere gradum pro uxoris ſuæ legitimæ cohabitatione. Nec etiam tempore ordinationis ſuæ profiteri cogatur, quòd abſtinere debeat à legali propriæ uxoris familiaritate.* Item infra. *Oportet eos, qui altari miniſtrant, in tempore oblationis ſanctorum continentes eſſe in omnibus, ut à Deo poſſint conſequi, quæ ſimpliciter poſtulant. Si quis igitur præſumpſerit, contra Apoſtolicos canones, aliquos Presbyterorum & Diaconorum privare contactu & communione legalis uxoris, deponatur. Similiter & Presbyter aut Diaconus, qui religionis cauſâ uxorem ſuam expellit, excommunicetur. Si verò in hoc permanſerit, deponatur.* Gratian. diſtinct. 31. c. 13. ubi prima canonis verba peſſimè redduntur, *Quoniam in Romani ordine canonis eſſe cognovimus traditum*, cùm Græca verba ſic ſe habeant, ἐπειδὴ ἐν τῇ Ρωμαίων ἐκκλησίᾳ ἐν τάξει κανόνος παραδίδοται διέγνωμεν. *Quoniam in Romanorum Eccleſiâ, in canonis ordine traditum eſſe cognovimus.* Et poſtea *diligens* mendosè ſcribitur pro *dignus*; nam Græcè ἄξιος eſt. Hîc inſuper obſerves velim .1. reprobatam & condemnatam eſſe Eccleſiæ Romanæ conſtitutionem de voto abſtinentiæ, ab ordinandis Presbyteris & Diaconis exigendo .2. cautum eſſe, ne conjugia ante ordinationem contracta poſtea diſſolvantur. 3. ut Presbyteri & Diaconi poſt ordines receptos, non modo uxores ſuas retineant, ſed & cum iis cohabitent, & conjugali communione fruantur. Et denique hæc omnia ex ipſis ſcripturis confirmata eſſe.

Κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους. Omnes Papiſtæ, qui de imperando Clericorum cœlibatu agunt, uno ore, eoque apertiſſimo, in hæc verba invehuntur, ea falsò verſa, & peſſimè hîc expoſita eſſe clamitantes. Sed ſedato verborum tumultu tranquillè placideque rem introſpiciamus. Concilium Carthaginenſe quintum hunc canonem edidit, *Præterea cùm de quorundam Clericorum, quamvis erga uxores proprias, incontinentiâ referretur, Placuit Epiſcopos, & Presbyteros, & Diaconos, ſecundùm propria ſtatuta, etiam ab uxoribus continere; quod niſi fecerint, ab Eccleſiaſtico removeantur officio. Cæteros autem Clericos ad hoc non cogi, ſed ſecundùm uniuſcujuſque Eccleſiæ conſuetudinem obſervari debere.* Concil. Carthag. 5. can. 3. Concil. tom. 1. pag. 593. edit. Colon. an. 1618. Hic canon inter alios Græcè verſus eſt, & in codicem canonum Eccleſiæ Africanæ relatus, eſtque in hoc opere Syn. Carthag. can. 73. ubi verba Latina *ſecundùm propria ſtatuta*, verſa ſunt κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους. Hunc igitur canonem Patres Trullani hoc loco citant, eandem iſtorum verborum verſionem retinentes. Verum apud Gratianum diſtinct. 32. cap. 13. & diſt. 84. cap. 4. ubi hic canon citatur, pro *propria* legitur *priora*, ut verba ſint, *ſecundùm priora ſtatuta.* Quam lectionem Papiſtæ omnimodo præferendam eſſe contendunt. Verumenimvero obſervandum eſt, Græcam hanc iſtorum canonum verſionem ante Trullanum hoc Concilium elaboratam fuiſſe, ut ex hoc ipſo canone conſtat. Unde palam eſt, antiquiſſimam lectionem eſſe, *ſecundùm propria ſtatuta.* Aliter enim interpres, quicunque demum fuit, non vertiſſet κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους. Et præterea in præſenti Trullanâ Synodo, non modo alii Epiſcopi Africani, verum etiam ipſe Archiepiſcopus Petrus Alexandrinus aderat, & huic æque ac reliquis hujus Concilii canonibus ſubſcribebat. At Africanos Epiſcopos latere non potuit, quomodo ipſorum canones legebantur, juxta quos Eccleſias ipſi ſuas gubernabant. Sed hi omnes in canone hoc condendo, ac proinde in hâc etiam lectione κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους tunc temporis conſentiebant: quod ſanè nunquam feciſſent, ſi canonibus in Africâ obſervatis repugnâſſet. Et quod magis adhuc obſervandum eſt, Petrus ille Alexandrinus, cum Epiſcopis ſuis Africanis, non modo huic lectioni, ſed & expoſitioni horum verborum à Synodo conſtitutæ ſubſcripſerunt, in quâ nimirum hæc verba, ac propterea Carthaginenſem iſtum canonem, ita interpretati ſunt, ut eo jubeatur Clericis *in propriis terminis*, ſive cùm vices ſuæ redeant, in quibus ſacra tractare debent, ab uxoribus ſuis abſtinere, vel ut ipſi Patres loquuntur, ἐν τῷ καιρῷ τῆ ἰδίου μετοχῆς. Cui autem in mentem veniat, Epiſcopos Africanos ſuum ipſorum canonem ita exponere, vel huic expoſitioni ſubſcribere voluiſſe; niſi hanc revera fuiſſe iſtius mentem pro cognito certoque habuiſſent? Sanè ex eo, quòd illi, æque ac alii, hanc canonis ſui interpretationem ſuis ſuffragiis confirmârunt, fit evidens, canonem ita ab iis antea expoſitum fuiſſe, & illos, juxta eum ita expoſitum, Eccleſias ſuas adminiſtrâſſe, ideoque Presbyteros & Diaconos etiam poſt ordinationem ſuam non modo uxores in Africâ habuiſſe, verum & nunquam ab iis abſtinere juſſos fuiſſe, præterquam κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους. Aliter enim Epiſcopi Africani ſuas ipſorum conſtitutiones hoc canone evertiſſent.

Σημείωσαι ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος. Hæc uſque ad finem hujus Balſamonis interpretationis ex MS. Bodleiano ſupplevimus, neque enim in editione Pariſienſi habentur, neque etiam in Codice Amerbachiano. Sed ſuſpicor ea Balſamonis non eſſe, propterea quòd, quæ Balſamon dixit, hîc repetuntur, & canones Carthaginenſes denuò citantur, qui à Balſamone ante citati ſunt.

Ἱερωσύνα. Henricianus Zonaræ codex rectiùs legit ἱερατικά. MS. Gallandi ἱερατωσύνα.

## In Can. XVI.

Ὅτι ἀρεστὸν ἡμᾶς. Hæc ſunt ipſa Apoſtolorum verba, Act. Apoſt. cap. VI. 2. ſed in Codice Amerbachiano leguntur, ἐκ ἀρεστὸν ἔστιν ἡμᾶς. Et ubi poſtea noſter Codex legit, προσέλυπεν ἐν Ανιοχείᾳ ubi legitur, προσήλυτον Ἀντιοχέα, quæ ſunt ipſa etiam S. Scripturæ verba.

Θαυμάσιον ἄξιον. Hæc D. Chryſoſtomi verba extant in commentariis ejus in Act. Apoſt. cap. 6. tom. 4. pag. 690. edit. Savil.

Τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου ἀφειχάμεθα. In Latinâ Gentiani Herveti verſione, hæc inſuper occurrunt, huic Balſamonis ſcholio annexa, *Cùm ea enim ſit ipsâ quoque primâ Synodo antiquior, Juſtinianus Imperator invenitur in* III. *libro Imp. decernere, ut in magnâ ſint Eccleſiâ Diaconi centum: Quod non juſſiſſet, ſi aliter intellectus fuiſſet canon in Neocæſar. Syn.* Hæc autem in nullis Græcis Codicibus, quos videre contigit habentur.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

## In Can. XVII.

Απολυτικῆς ἐπιστολῆς. De literis commendatitiis, pacificis, & dimissoriis alibi sermonem habuimus. Hìc præterea notandum est ἀπολυτικὴν ἐπιστολὴν, *Epistolam dimissoriam* hìc vocari eam, quam Episcopus Clerico suo, in alienæ Ecclesiæ catalogum referri cupienti, indulget: cujus forma apud Gratianum extat, quæ etiam ibidem Epistola formata, à CCCXVIII. Episcopis, & ab Attico Constantinopolitanæ urbis Episcopo tradita dicitur; sicque se habet (nam digna est, quæ observetur.) *Sanctissimo in Christo fratri summâ dulcedine charitatis amplectendo. A. illius civitatis Episcopo V. illius Ecclesiæ Præsul, perpetuæ beatitudinis in Christo optat salutem. π. υ. α. π. De cætero noverit sancta fraternitas vestra, quòd iste Clericus, Hermannus nomine, nostrâ in parochiâ instructus, ac detonsus, parvitatem nostram rogavit, quatenus illi commendatitias literas conscriberemus, quibus vestræ celsitudini commendatus sub tuitione vestri regiminis degere posset; cujus voluntati consentientes, secundum canonicam autoritatem literas ei dimissorias dedimus, per quas & ipsi concedimus, ut sub vestro magisterio divinæ servituti insistens, suæ inserviat utilitati, & vobis licentias tribuimus, ut si dignum eum judicaveritis, ad sacros ordines promoveatis. Commendatum ergo eum curæ vestræ suscipite, & nostris ex partibus absolutum in vestrarum ovium numero custodite. Quas literas, ut vigore veritatis firmatæ indubitanter à vobis suscipiantur, literis Græcis, ut canonica docet autoritas, confirmare fategimus. Sancta Trinitas vestram beatitudinem ad regimen sanctæ suæ Ecclesiæ perpetualiter benè valere concedat. ἀμήν.* Grat. dist. 73. c. 2. ubi primò observes velim, has Dimissorias, etiam commendatitias literas dictas esse. Deinde, Græcas illas literas π. υ. α. π. designare πατὴρ. ὑπὲρ. ἄγιον πνεῦμα. videsis annotationes in Apost. can. 12. Extant etiam alia exemplaria formatarum hujusmodi Epistolarum in Reginonis Abbatis Pumiensis de Ecclesiasticis disciplinis l. 1. pag. 194. 195. 196. 197. ex Parisiensi editione à doctissimo viro Stephano Baluzio nuper elaborata.

Χωρὶς ἀπολυτικῆς. In Codice Amerbachiano additur γραφῆς.

## In Can. XIX.

Ἐξορίσωμεν δὲ τῶν χωρικῶν. Sic etiam in canonibus sub Edgaro Rege hìc olim constitutis præcipitur: Anb þe læpaþ þ̄ ppeoꝛtar ælce ꝛunuan dæȝeꝛ ꝛolce bodıꝛan ȝ ād̄ þel bıꝛnian *Docemus etiam, ut Sacerdotes in qualibet die solis populo prædicent, & exemplum bonæ vitæ se semper præbeant.* Edgar. can. 52. & in excerptionibus Egberti Eboracensis, cautum est, *Ut omnibus festis, & diebus Dominicis unusquisque Sacerdos Evangelium Christi prædicet populo.* Egbert. excerpt. c. 3.

Ἀλλὰ φερόντων τῇ διδασκαλίᾳ. Legendum juxta MS. Amerbachianum, φερόντων τῇ διδασκαλίᾳ.

Αὐτῶν ἐξαρχόντων. In MS. nostro Bodleiano post ista verba, & ante Balsamonis ἑρμηνείαν, hæc habentur, Συμβαίνει τὰ παρόντα κακὰ, καὶ θαύμασον πῶς σήμερον ἀμελεῖται. ὁ γὰρ ὁσιώτατος πατριάρχης ἐκεῖνος κύριος Ἰωάννης ὁ τῆς Χαλκηδόνος καθ' ἑκάστην κυριακὴν ἐδίδασκε· διὸ καὶ ἐξέστησαν αἱ διδασκαλίαι αὐτοῦ ἐν βιβλίῳ ἰδιαιτέρῳ. *Nota præsentem canonem, & mirare quomodo hodie negligitur. Namque sanctissimus ille Patriarcha Dominus Joannes, cognomento Chalcedonius, qualibet Dominicâ die docebat: quamobrem etiam sermones ejus in peculiari libro inveniuntur.* Joannes ille Chalcedonius Patriarcha erat Constantinopolitanus, Alexio Comneno Imperante. De eo enim in serie Episcoporum Byzantii hæc dicuntur, Ἰωάννης ὁ ἱερομνήμων ὁ ὁπλιτοκράτωρ τῆς Χαλκηδόνος· ὃς καὶ τῶν αὐτῶν Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ καὶ Ἰωάννου τοῦ Πορφυρογεννήτου, ἔτη κγ'. In Juris Gr. Rom. l. 4. p. 302. Dicta autem verba in nullo alio codice leguntur, & ab aliâ quàm Balsamonis manu scripta videntur; nam cum initio ejus interpretationis hujus canonis nequaquam cohærent.

Οἱ διδάσκαλοι τῆς μεγάλης ἐκκλησίας. Patriarcha Constantinopolitanus officialem sub se constitutum habere solitus est, qui ipsius loco Evangelium populo interpretabatur, à docendi munere διδάσκαλος dictus. Ejus officium in catalogo officialium Ecclesiæ Constantinopolitanæ sic describitur, ὁ διδάσκαλος ἑρμηνεύει τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον, εἰ δυνατός ἐστι· ὁμοίως καὶ τὸ ψαλτήριον. κρατεῖ δὲ καὶ τὰ σχολεῖα τῆς ἐπισκοπῆς· ἔστι δὲ εἰκὼν τῆς τῶν πενήτων. Balsamon autem eos plures fuisse hoc loco indigitat, dicens διδασκάλους τῆς μεγάλης ἐκκλησίας. Erant nimirum numero quatuor, ὁ τοῦ εὐαγγελίου, ὁ τοῦ ἀποστόλου, ὁ τοῦ ψαλτηρίου, & omnium præcipuus, οἰκουμενικὸς dictus, qui tamen omnes non suo sed Patriarchæ nomine populum docebant, uti Balsamon hoc loco tradidit. Dicti sunt autem & ῥήτορες τῆς ἐκκλησίας à Pachymere, in vitâ Michaelis; & sedes eorum in Ecclesiâ, unde docere consueti sunt, ῥητορικὸς θρόνος appellatur à Nicetâ Choniate in Manuel. Comnen. l. 7.

Παείσατω ἢ τέτρ. Hic locus Typographorum incuriâ mirum in modum confunditur. Sic enim legendus est Παείσατω ἢ τέτρ καὶ ἀπὸ τῆς παρόδου τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως κυροῦ Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ, τοῦ ὑποτυπώσοντος, ὅπως καὶ τίνας ὀφείλουσι φαφίζεσθαι εἰς τὰς ἐκκλησίας, καὶ τυποῦσθαι τοῖς διδασκάλοις πᾶσι, τοῖς τε ἐντὸς ὄντος θελαδὴ τῆς ἐκκλησίας καὶ τοῖς ἐκτὸς τοιμαμάτων λίτρας τρεῖς, καὶ ἀπὸ εἴκοσι μοδίους πυτάκοντα, καὶ διοικιζομένοις ἐν μέρει ταῦτα μετρεῖ. Ἐγὼ καὶ αὖτα τοῖς διδασκάλοις. &c. Omnia fateor hæc Græca verba in ipso libro imprimuntur, sed miserè transposita. Ita tamen ut Latina versio rectè se habeat, ex quâ propterea Græcus textus emendari potuit.

Ἀπὸ τοιμαμάτων λίτρας τρεῖς. In M S. nostro Bodleiano pro ἀπὸ τοιμαμάτων scribitur abbreviate ἀπὸ τ̄ quomodo etiam is, qui Parisiensem Balsamonis editionem procuravit, legisse videtur, quippe qui scripsit τχ. Eandem etiam abbreviaturam in MS. Amerbachiano hoc loco usurpatam esse testatur doctissimus vir Joan. Rodelphus Wetstenius, qui omnes variantes lectiones summâ diligentiâ ex eodem collegit; & de eâdem hæc insuper adnotavit. Sic, inquit, in can. 19. Trull. Balf. 381. A. 3. legimus ἀπὸ τχ λίτρας. MS. habet τ̄ λίτρας. Bonefidius lib. 1. Jur. Or. p. 48. legit πραχίων, quod etiam Hervetus in suo exemplari agnoscit. Idem verò interpretatur *legumina*: malè opinor. Quid enim tres leguminum libræ ad quinquaginta modios frumenti comparatæ? Bonefidius vertit, *Asperorum libras*: propiùs ad rem, ni fallor. Certè Asperi, ἄσπρα, vocantur nummi quidam argentei à Græcis hodiernis, qui dein eo nomine per Synecdochen quodlibet argentum indigitant: ut cum de opulento dicunt πολλὰ ἔχει ἄσπρα, *multos habet nummos*, seu multas pecunias. Conjecturam juvat analogia. Etenim J. Meursius in Glossario Græcobarbaro ἄσπρον interpretatur *Album*. Similiter ab ἀργὸν *album* formatur ἀργυρὸς *argentum*, pro nummis. Noti sunt *Albi*, nummuli argentei, Francofurtum & urbes ac regiones circumlustrantibus. Sed, inquis, unde πραχία illa? Fateor nec ipse scio. Nec enim occurrit mihi apud Græcos scriptores. Interim cum in Græciâ etiamnum in usu esse memorentur *Asperi*, sc. nummi, vel *aspera* numismata, & hæc vox Latina sit, verisimile est à Græcis πραχίας à πραχὺς dictos. Hactenus cl. v. Wetstenius. Cùm autem alibi non constet, aliquod nummi genus Græcè πραχίας dictum, commodè accidit, ut post Enimundum Bonefidium, qui ἀπὸ πραχίων legit, Eruditissimus vir Joannes Leunclavius Jus Græco-Romanum ex variis Europæ Asiæque Bibliothecis eruerit, ubi inter alios, hunc ipsum Balsamonis locum pag. 143. edidit, legitque ἀπὸ τοιμαμάτων λίτρας τρεῖς, & cum Latinam Bonefidii versionem retinuerit, quæ habuit, *tres asperorum libras*, in margine observat eum pro *Asperorum* vertere debuisse *Aureorum*. Quod quidem ille non fecisset, si vel πραχίων legisset, vel non legisset τοιμαμάτων. Et hinc est, quòd nos abbreviaturam istam nùmismata denotare certiores facti, pro priori lectione, ἀπὸ τοιμαμάτων λίτρας τρεῖς cum Leunclavio substituimus. Quæ etiam lectio à Codice MS. Ætonienſi indubia redditur, quippe quo diserte usitatur.

Καὶ ἀπὸ εἴκοσι μοδίους. M S. Amerbachianus legit καὶ ἀπὸ εἴκοσι μόδια.

## In Can. XX.

Τῶν Σταισίμων ὀθνείων ὄν. Legendum cum M S. Amerbachiano, τῶν Σασίμων. Urbs enim Cappadociæ, cujus Episcopus fuit Gregorius Theologus, Sasima dicta est.

Ἀπὸ τοῦ λόγου τοῦ ἔτους ἔχοντος. Nimirum ex oratione ejus decimâ quintâ, quippe quæ incipit τί λύπης πλέον ἐπιπροσωπίδιον; quam Theologus Nazianzi habuit, cum fruges ibidem jam maturæ vehementi grandine percussæ fuerant. Theologi pater tunc temporis loci Episcopus erat. Ille autem calamitatem istam ob populi scelera immissam suspicatus,



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

silebat. Quocirca populus Nazianzenus Theologum in medium prodire, etiam præsente Patre, persuadebat; uti ex ipso orationis istius initio constat, ubi ait, Τί λύετε τάξιν ἐπαινεσθῆναι; τί βιάζεσθε γλῶσσαν νόμῳ δουλεύειν; τί φειδόμενοι λόγου εἴκοσι πενθήμερα; τί πρὸ κεφαλῆς ἀφέντες ὅτι τὰς πόδας ἀπόδωσι; τί τὸ Λαρὰν φθεγξάμενοι, τὸ Ελισάβετ φθεγξάμενοι; ἢ πρόσωπα πυκνῷ φαλλοῦσθαι, καὶ χείμαῤῥον φίλεσθαι, ἥλιον κρύπτεσθαι, καὶ ἀσθενεῖ δόκησιν, τῷ πλείονι ὑπουργεῖν, καὶ τῷ κέρδει δουλεύειν. Unde constitit, τῷ σοφίαν σωπᾶν, καὶ τῷ ἀπιστίαν πιστεύειν. Unde constat hanc orationem rectè à Balsamone hoc loco citatam esse, utpote quam in alienâ Provinciâ, sed cum Episcopi istius voluntate, habitam fuisse palam est.

Παύεται μὲν τῆς ὑποκρίσεως. Codex Tilianus, quem Hervetus transtulit, cum Amerbachiano, hæc usque ad φρεσβυτέρου πρὸν, sic legit, παύεται μὲν τῆς ὑποκρίσεως, καταπάτεται δὲ εἰς φρεσβυτέρου τόπους. Reliqua ad finem hujus Scholii ex MS. Bodleiano restituimus: quæ quidem non solùm in editione Parisiensi, verumetiam in MS. Amerbachiano desiderantur. Sed in Codice Tiliano lecta fuisse, Latina Hervcti tralatio demonstrat.

## In Can. XXI.

Οἱ ἐπ' ἐγκλήμασι κανονικοῖς. Canonica crimina dicta sunt, quæ à canonibus vetantur, reosque canonicis suppliciis subjiciunt. Sed nihilominus MSS. Bodleianus & Amerbachianus rectiùs hoc loco κανονικῶς legisse videntur; ut sensus sit, οἱ ἐπ' ἐγκλήμασι κανονικῶς ἁλόντες γινόμενοι, *Qui rei criminum canonicè facti sunt*, hoc est, prout in canonibus Ecclesiasticis cautum est.

Ἀθετῶν τὸν ἁμαρτίαν. Propriè *peccatum rejiciunt*, aut *repudiant*, quo sensu & à Domino nostro hæc vox usurpatur, dicente, ὁ ἀθετῶν ὑμᾶς, ἐμὲ ἀθετεῖ· ὁ δὲ ἐμὲ ἀθετῶν, ἀθετεῖ τὸν ἀποστείλαντά με. Luc. x. 16.

## In Can. XXIV.

Ἀκόλαστον δὲ καὶ τό. In editione Parisiensi particula negativa hîc interponitur. Sic enim ibi locus hic legitur, ἀκόλαστον δ' ἂν καὶ τὸ εἰς τοιαύτας ἱππικὰς ὁμίλους κληρικοὺς ἀπίεναι. Gentianus Hervetus etiam in Tiliano MS. ita legisse videtur. Vertit enim, *Non est autem intemperantiæ ad ejusmodi equorum cursus Clericis accedere.* Verùm non solùm in MS. nostro Bodleiano, verumetiam in Amerbachiano & Ætonensi, particula ista tanquam superflua rejicitur. Neque enim locus eam admittat, quo dicitur laudabile quidem esse, hujusmodi ludis non delectari: sed tamen ἀκόλαστον *impunè* etiam Clericis erit, si ad eos accedant.

Ἐν τοῖς λοιποῖς φαυλοῖς. Legendum est, ἐν τοῖς κυριακοῖς καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς φαυλοῖς. Sic enim omnes legunt Codices. Sed nescio quo pacto, verba ista ἐν τοῖς κυριακοῖς hic omissa sunt.

Ἐκ δὲ τετραμήνων παιγνίων. MSS. Amerbachianus & Ætonensis rectiùs legunt ἐκπεντεμήνων.

## In Can. XXVI.

Εἰ καὶ ἴσχυσε τῷ ἀθέσμῳ γάμῳ. Legendum est, ἐξίσχυσε, juxta MSS. Æton. & Amerbachianum.

Καὶ ὁ ἄθεσμος γάμος λυθήσεται. Post ista verba in editione Parisiensi, hæc leguntur, καὶ ὁδὲ πρῶτος ἢ κεφάλαιος ἀξιωθήσεται. καὶ ὁ β'. ἢ κανών. Et priora quidem verba, viz. καὶ ὁδὲ πρῶτος ἢ κεφάλαιος ἀξιωθήσεται, in MSS. Amerbach. & Ætonensi leguntur; necnon in Tiliano: Posteriora, nimirum, ὁ β'. δὲ κανὼν, ab omnibus ut superflua & sensum perturbantia rejiciuntur.

Σπουδὴν κεκαιρηθέντος. MS. Amerbachianus legit σπουδὴν τὸ κεκαιρηθῆναι. Uti & mox postea, pro ἀπὸ πλείσματος, legit, ἐξ ὑποπλείσματος.

Πρεσβύτερος ἀθέσμῳ σκεπαῖ. Harmenopulus sensum hujus canonis breviter sic concipit, Εἰ κατ' ἄγνοιαν ἀθέσμῳ γάμῳ σκεπάσει φρεσβύτερος, τῶ σωματείῳ διαλυθέντος, τὸ κεκάρθαι μόνον ἐχέτω, ἢ ἐνεργειῶν πασῶν ἀπεχέσθω, *Si per ignorantiam in illicitas nuptias Presbyter inciderit, soluto matrimonio sedem duntaxat habeat, ab universis actibus abstinens.* Ubi Scholiastes ad vocem ἀθέσμῳ hæc annotavit, ἤγουν τῷ καθ' αἷμα τυχὸν φρενήκουσαν ἐξοικειούμενος, ἢ μονάστριαν τὸ ἱερὸν ἀρνησάμενος σχῆμα, ἢ τῷ παρὰ ἀπῶ ἐπιτροπεύσαν, *Videlicet si sanguinis fortasse vinculo sibi junctam in domum duxerit, vel monastriam, quæ habitum sacrum inficiata est, vel pupillam cujus tutelam pater ipsius gessit.* Harmenop. epit. can. sect. 2. tit. 3.

## In Can. XXIX.

Τῇ ὑστερᾳ ἑβδομάδι τῶν μύστων. MS. Amerbachianus legit τῇ ὑστερίᾳ ἑβδομάδι. Et in MS. Bodleiano, post μύστων, hæc interseruntur, τῶν ἡμέραν τῆς ὑστερίας ἑβδομάδος τῆς ἁγίας παρεγκοπῆς ὁ κανὼν φησὶ τῶν μεγάλων μύστων. Hæc autem verba in nullo alio codice leguntur: neque canoni necessaria sunt, sed omnimodo potius supervacanea; adeo ut in margine primò scripta, & ex eo in canonem postea descriptoris incuriâ transcripta videantur; ac proinde nos ea hîc adnotare satiùs duximus, quàm ipsi canoni interserere, ne sensus ejus perturbaretur.

Τῶν ἀναιμάκτων θυσιῶν. MS. Ætonensis rectiùs legit τῶν ἀναίμακτον θυσίαν. Quemadmodum etiam Aristenum legisse ex Scholiis ejus in hujus canonis epitomen constat.

Συμφαγοῦσιν νοσδίων. In supplemento ad Parisiensem Zonaræ editionem, post illa ultima Scholii hujus verba, hæc ex aliis MSS. exscripta addenda notantur, Τὸς ἐν Καρθαγένῃ πατέρας τὸ μὲν ὑπὸ γνησίων ὀπτηλεῖσθαι τὸ ἄζυμα ἐν τῇ μεγάλῃ πέμπτῃ ἐφασαν, ὅτι ὁ κύριος τότε φαγὼν μὲν τὸ νομικὸν πάσχα ὀπτηλάσας εἶον (leg. εἰν) τῇ μαθητῇ νομίζεται· εἶτα τὸ οἰκεῖον παραδοῦναι τὸ μυστικὸν, καὶ μὴ νήστεις εἶναι τὸς ἀποστόλους, ὅτε ἐκεῖνο ἔφαγον, ὡς φασὶ ἐκεῖνοι φαγόντας τὸ νομικόν. Κἀγὼ δὲ τύπον τοῦτον ὁρῶσι καὶ τὸς ἐν Καρθαγένῃ ὅτι τηλεῖν τὸ ἄζυμα ἐν τῇ μεγάλῃ πέμπτῃ. *Ne magnâ illâ quintâ feriâ à jejunis hominibus sacra mysteria celebrarentur, Carthaginenses Synodi Patres, exemplo discipulorum adductos, statuisse, quod Dominus tunc prius quidem legale Pascha peregisse cum discipulis censeatur, deinde propriam mysticam Cœnam tradidisse: neque Apostolos ad eam jejunos accessisse, quippe qui jam antea legali cœnâ jejunia solvissent. Eorum igitur exemplum secutos institutum illud Carthaginenses quoque Synodi Patres, sacra mysteria eodem modo magnâ quintâ feriâ peragendi, retinere voluisse.* Hæc autem cum iis, quæ Zonaras in hunc canonem commentatus est, non cohærent, ac propterea è margine in textum transcripta videntur.

## In Can. XXX.

Περὶ τῶν δεισιδαιμόνων. Codex Ætonensis legit περὶ τῶν δεισιδαιμόνων. Inter reliquos omnes & nostrum convenit.

Μικίνα τοιοῦτος συνοικεῖν. Harmenopulus hunc canonem sic contrahit, Οἱ ἐν βαρβαρικαῖς ἐκκλησίαις ἱερεῖς, εἰ ἐκ συμφώνου τῶν συμβίων ἀπέχοντο, πλέον ἀπέχεσθαι, *Barbaricarum Ecclesiarum Sacerdotes, si de mutuo consensu à conjugibus abstinent, prorsus abstineant.* Ubi Scholiastes ad verba πλέον ἀπέχεσθαι hæc notat, τοῦτο διὰ τὸ ἀπαγὲς αὐτῶν καὶ ἀσθενὲς φησὶν, *Hoc propter instabilitatem eorum & infirmitatem dicit.* Harmenop. epit. can. sect. 2. tit. 3.

## In Can. XXXI.

Ἡ βαπτίζοντες. Hæc verba in Parisiensi editione desiderata, ex MS. Bodleiano supplevimus; in omnibus enim MSS. leguntur; & Scholiastes, Balsamonem, & Zonaram, ea legisse, scholia ipsorum fidem faciunt.

Ἐπενοήθησαν καὶ τὰ ἀντιμήνσια. Cùm Græci Antistites, recentiores præsertim, templum consecrarent, pannum humi sternere, sanctæque mensæ, modo dedicatæ, circumvolvere, eundemque postea, in multas partes scissum, inter Sacerdotes distribuere soliti fuerunt, ut ipsi sanctas iis mensas, ubicunque sacra celebraverint, amicirent. Quæ propterea Ἀντιμήνσια vel Ἀντιμίνσια dici usu venit. Hæc anonymus quidam Bellæ Episcopus in quæsitis docuit, dicens, Ἀντιμήνσια ἴσμεν γινόμενα, ἐπὰν ὁ ἀρχιερεὺς δι' ἑαυτοῦ ἐνεργήσῃ ἢ ἐξαποστείλῃ, καὶ ἐν τῷ πανὶ τῷ ἁγιασθέντος καὶ ἀποτεθέντος τῷ πράπεζαν, καὶ χαραχθῇ τοῖς ἱεροῖς δίδοται: *Antimensia ea vocamus, cùm Pontifex per seipsum dedicationem templi perficit, eaque è strato panno, sacramque mensam involvente, in*

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

*ſtructa diſſecto & depilato, Sacerdotibus diſtribui.* In Jur. Gr. Rom. l. 3. pag. 239. Hinc Balſamon hoc loco aſſerit ea ab Antiſtite fieri, quo tempore Eccleſiæ enthronizationem celebrat. Cui etiam Joannes Epiſcopus Citri adſtipulatur, dicens, ὃτι ἔχει δὲ χώρεσιν ὅλως κατ' ἄλλον τρόπον ἀνὰ χειροτόνησιν νέου ναοῦ τὸ γίνεσθαι ἀντιμήνσια, *Nullo autem modo receptum eſt, ut antiminſia aliter quàm in novi Templi dedicatione fiant.* Joan. Citr. Epiſc. in Jur. Græc. Rom. l. 5. pag. 331. ubi etiam plura de Antiminſiis occurrunt ſcitu digniſſima. Nam Conſtantinus Cabaſila Dyrrachii Archiepiſcopus has de iis quæſtiones dicto Joanni Citri Epiſcopo propoſuit, Τὰ Ἀντιμήνσια ἢ ἐν ἑτέραις ἄνευ ἐπιτροπῆς παρεμπίπτοντα, ἢ ἐν μόνῃ τῇ τῆς διοικήσεως ταύτης, ἢ ὅ πως ἐνοείλατο; καὶ τί σημαίνει τοῦτο ἑλληνικῶς, καὶ πῶς δεῖ γράφεσθαι, δι' ἅπτα, ἢ δι' ἰώτα. *Antiminſia an liberè fiant in aliis Provinciis, an in ſolâ ejus qui ea perficit, & non extra Provinciam? Et quid hoc Græcè ſignificat, & quomodo ſcribendum ſit, per ἅπτα vel ἰῶτα?* Ad primam quæſtionem Joannes reſpondet, ea ritè conſecrata etiam extra terminos facta, usum ſuum citra reprehenſionem habere, Καὶ ἱερεῖσι μὲν μυρόφια, καὶδὲ καὶ τὸ θεῖον μύρον, καὶ ἄλλα ἅγια, τῷ ἑαυτῆς χεῖρον ἀντιμήνσιον ἔχουσι, μόνον ἱερουργεῖσθαι χρὴ τῷ κυριάκῳ ἐκεῖ πάντων τῶν πατέρων ἐδόξασεν. De ipſo autem hoc Græco nomine idem ſic differit, Η ἀντιμήνσια ἢ αὐτὴ φέρεται ἀπὸ τοῦ μίνσου, τοῦ καθ' Ελλήνας μὲν τοῦ χρωτὸς ἁπλουστ., παρ' δὲ τῷ Ιταλῷ γλώσσαν τὸ παρασκευαζόμενον τοῖς ὀψοποιοῖς ἐδέσμασι καὶ τοῦτο γὰρ καὶ τὰ ἐν ταῖς τραπέζαις ἁπαλύμματα ὀθόνια μανδήλια λέγουσι, εἶτα μεῖς κόσμον ἢ τραπέζης καὶ ἁπλῶς μίνσον πᾶσι ῥῆμα. καὶ κυριολεξίαν ἢ Αντιμήνσια λέγουσι, ὥσπερ ἐν ταῖς ἱματιοθήκαις τὰ ἀντίπανα, καὶ ὅσα ἐκ τοῦ ἀνάλογον ἐνεργείας τῷ πειρᾶσθαι ἐν τούτοις ἀφιερώσεις εἰλόχασιν, *Appellatio autem ipſa deducitur à menſa, quod ſecundum Græcos ſignificat Caniſtrum, & ſecundum Italicam Linguam præparatum à coquis edulium. Hâc enim ratione & in menſis explicatæ mappæ, menſalia dicuntur, ad ornatum puta menſæ miniſterumque, hoc eſt, ferculorum poſita. Vulgari autem ſermone Antiminſia dicuntur, ut in veſtimentis Antipana, & quæcunque à vi flexionis talem in his appellationem ſortita ſunt.* Poſtea autem vocem ἀντιμήνσια per ἰῶτα ſcribendam eſſe διὰ τὸ ἑβραϊκὸν, inſulsè addit. Rectiùs Balſamon in Synod. Nic. 2. can. 7. docet Αντιμήνσια dicta, quòd ſint Αντικρύσματα καὶ ἀντίπανα ἐπὶ πολλῶν τοιούτων μίνσων ἐπὶ καταπηζόντων τῷ ἁγίᾳ ἀνακλιτῷ τραπέζαι. Nimirum, ut ibidem, pariter atque in præſentem canonem obſervat, Αντιμήνσια ſupra menſas oratoriorum poſita pro conſecratione eorundem ſufficiunt, quippe quæ unà cùm novi Templi dedicatione ante conſecrata ſunt. Unde ratio nominis clarè eluceſcit. Nam ἀντιμήνσια dicuntur, quaſi ἀντὶ ἐπὶ μίνσων, *pro menſis*, vel *menſarum loco* poſita; voce partim è Græco & partim è Latino ſermone confectâ. Hinc etiam ubi non ſunt conſecratæ ſanctæ menſæ, modo Αντιμήνσια prius conſecrata præſto ſint, Sacerdotibus ſacra celebrare licet. Nec opus eſt Antimenſiis, ubi menſa eſt conſecrata: uti conſtat ex Manuelis Patriarchæ Conſtantinopolitani reſponſis ad ſupra dictum Bellæ Epiſcopum, ubi ait, τὰ Αντιμήνσια οὐκ εἰς πᾶσας ἀνάγκη χεῖσθαι τὰς ἁγίας τραπέζας, ἀλλ' εἰς ἃς ἂ γνώσιμόν ἐστι κεκοιμημένων εἶναι, εἴτ' ἔστι τὰ ἁπλούμενα τὸν ἅγιον τράπεζαν τόπον ἐπέχουσι καὶ ἔνθα εἶναι γνώσιμος κεκοιμημένων τράπεζα, ἃ χρεία Αντιμηνσίων ἐκεῖ. *Antimenſia in omnibus ſanctis menſis poni, neceſſe non eſt, ſed in iis, de quibus incertum eſt, conſecrata ſint necne. Nam Antimenſia conſecratarum menſarum locum tenent: nec iis opus eſt, ubi menſas conſecratas eſſe conſtat.* In Jur. Gr. Rom. l. 3. pag. 239. 240. Balſamoni ergo hoc loco veriſimile viſum eſt, Αντιμήνσια eo nomine inſtituta fuiſſe, ut Sacerdotes etiam in oratoriis ſacra celebrarent, ubi ea ex Epiſcopi permiſſione habentur.

Ἤγουν τῆς ἐνθρονισμοῦ καὶ ἀνοίξεων. Etiamſi inter omnes codices hîc conveniat, ſuſpicor tamen particulam καὶ deeſſe. Quid enim eſſe poteſt ἐνθρονισμὸς καὶ ἀνοίξεων καὶ καὶ ἐγκαινίων *Inthronizatio apertionum & encæniorum?* Iſtane unquam inthronizata ſunt? Quinetiam inthronizatio, apertiones, & encænia, tres diſtincti fuerunt ritus in Templi dedicatione uſitati. Inthronizatio enim eſt, quâ Epiſcopus in throno ſuo retrò altare, vel ipſum etiam altare in columnis ſuis locatur. Encænia dicta eſt ipſa altaris per proprias orationes conſecratio. Apertiones autem, cùm omnibus conſecrationis ritibus abſolutis, fores populo aperiuntur, ut liberè ibi preces fundant. Unde etiam à Balſamone alibi diſtinctè recenſentur, ἐνθρονισμῶ, καὶ ἐγκαινίων, καὶ ἀνοίξεων. Balſ. in Syn. Nic. 2. can. 7. Scribendum itaque & hoc loco, ἤγουν τῶ ἐνθρονισμῶ καὶ καὶ ἀνοίξεων, καὶ καὶ ἐγκαινίων, & Latina proin verſio ſic emendanda, *ſcilicet inthronizatione, & apertionibus, & encæniis.*

## In Can. XXXII.

Τῶ ἴνεκεν. Extant hæc D. Chryſoſtomi verba in commentarii ejus in Evangel. S. Matthæi, cap. 26. ὁμιλ. πβ'. pag. 511. edit. Savil.

Καὶ φιλῶ τεχνίζειν. In MS. Amerbachiano particula καὶ hîc non legitur, uti nec in D. Chryſoſtomi, cujus ſunt verba, operibus ante citatis.

Τατιανὸν βασκαίνει. Tatianus Juſtini Martyris diſcipulus horum, Hydroparaſtatarum videlicet, atque etiam Encratitarum magiſter perhibetur. Theodoretus, τούτους ἔχουσιν ἀρχηγὸν Τατιανὸν καὶ Ἐγκρατίτας. Τατιανὸν δὲ ὀνομάζουσι, ὡς ὕδωρ ἀντὶ οἴνου προσφέροντες· ἐγκρατεῖς δὲ, ὡς μήτε οἶνον πίνοντες, μήτε τἆλλα ἐμψύχων μεταλαμβάνοντες. *Hunc* (Tatianum) *habent ducem Hydroparaſtatæ & Encratitæ. Hydroparaſtatæ dicuntur, ut aquam pro vino offerentes. Encratitæ, quòd nec vinum bibant, nec animatis veſcantur.* Theodoret. hæret. fab. l. 1. c. 20. Idem de Encratitis tradidit Epiphanius, quòd κέχρωνται δὲ καὶ αὐτοὶ μυστηρίοις δι' ὕδατος. οἶνον δ' ὅλως οὐ μεταλαμβάνουσι, *Aquam ad myſteria ſolâm adhibent; à vino autem penitus abſtinent.* Epiph. hær. 47.

Τῆς πιεσθείσης αἰρέσεως διαδοχήν. Sic omnes legunt Codices manu exarati; ſed impreſſi Pariſiis pro διαδοχὴν, διδαχὴν, idque rectiùs fortaſſe legunt.

Καὶ γὰρ καὶ Ἰακώβου. De S. Jacobi lyturgiâ hîc commemorata ut & de aliâ illâ, cui S. Marci nomen inſcribitur, Marcus Alexandrinus hanc quæſtionem Balſamoni movit, Αἱ οὖν τὰ μέχρι τῆς Ἀλεξανδρείας καὶ τῆς Ἱεροσολύμων ἀναγραφείσας λειτουργίας, καὶ λεχθείσας συγγραφὰς εἶναι τῆς ἁγίων Ἀποστόλων Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοθέου, καὶ Μάρκου, δικαίως ἂν τῇ ἁγίᾳ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, ἢ οὔ; *Quæ uſque Alexandriæ & Hieroſolymorum partibus leguntur lyturgiæ, & conſcriptæ dicuntur fuiſſe à ſanctis Apoſtolis Jacobo fratre Dei, & Marco, recipiendæ ſunt à ſanctâ & catholicâ Eccleſiâ, necne?* Reſpondit inter alia Balſamon, Φαίνεται τοίνυν, ὡς ὕστερα ἀπὸ θείας γραφῆς, ὕστερα ἀπὸ κυρίου ἐκπορευθέντος συνοδικῶς ἀναδιδάχθησαν, ἱερουργίαν ἐκεῖ τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ Μάρκου ἀφαιδῶνας. μόνῳ γὰρ ὁ λβ'. κανὼν ἐν τῷ Τρούλλῳ τῇ μεγάλῃ παλατίῳ συνόδους ἁγίας καὶ οἰκουμενικὰς συνάδου φησὶν, ἐκεῖ τῇ ἁγίᾳ Ἰακώβου τῷ ἀδελφοθέου μυστικὴν ἱερουργίαν συντεθῆναι. *Dicimus igitur nos, neque à ſacrâ Scripturâ neque à canone Synodicè edito edoctos fuiſſe, ſacrum miniſterium à S. Apoſtolo Marco traditum. Solus enim 32. canon ſanctæ & Oecumenicæ Synodi in Trullo magni Palatii coactæ ait, à S. Jacobo Dei fratre ſacram lyturgiam compoſitam eſſe.* Et deinde obſervat, neque in Apoſt. can. 85. nec Syn. Laod. can. 59. vel S. Jacobi, vel S. Marci lyturgiam commemorari: additque, Ἀλλὰ καὶ ἡ καθολικὴ ἐκκλησία τοῦ ἀκινήτου καὶ οἰκουμενικοῦ θρόνου τῆς Κωνσταντινουπόλεως οὐδ' ὅλως ταύτας ἐπιγινώσκει. Ψηφιζόμεθα οὖν μὴ δεῖν δικαίως αὐτάς. *Neque etiam Catholica ſanctiſſimi & Oecumenici throni Conſtantinopolitani Eccleſia ullo modo eas lyturgias agnoſcit. Pronunciamus igitur has non eſſe recipiendas.* Balſam. ad Marc. interrog. 1. in Jur. Gr. Rom. l. 5. pag. 362. 363.

Οτι τὸ ζέον ἐγκαθίμβωσον. Eadem, quæ de aquâ fervidâ ſancto poculo immiſcendâ Balſamon tradidit, repetit etiam in reſponſis ad Marcum Alexandrinum, ad interrog. 18.

κώμη κάπρων. — 27 Vicus Caprorum.
κώμη σίτνης. — 29 Vicus Setnes.
νεότης. — 31 Neotes.
ὁ Αδρασός. — 2 Adraſus.
μεδάβα. — 4 Medaba.
νεύη. — 6 Neua.
ἔσβους. — 8 Esbus.
φιλιππόπολις. — 10 Philippopolis.
Κωνσταντίνη. — 12 Conſtantina.
πεντακωμία. — 14 Pentacomia.
κανώθας. — 16 Canothas.
βαταναίων. — 18 Bataneos.
ἐνακωμία. — 20 Enacomia.
κώμη χηρῶν. — 22 Vicus Cherus.
κώμη χαβέρας. — 24 Vicus Caberæ.
κώμη βιλβανῶν. — 26 Vicus Bilbanûs.
κώμη πυργαρετῶν. — 28 Vicus Pyrgoaretarum.
κώμη ἀριαχῶν. — 30 Vicus Ariacharum.
κλίμα ἀνατολικῶν καὶ δυσμῶν. — 32 Clima Orientalium & Occidentalium.
κώμη Ἀριάθας τειχέων. — 33 Vicus Ariathæ Saxoſæ.
κώμη βεβδάμους. — 34 Vicus Bebdamus.

Ἐπαρχία Ἀρμενίας μεγάλης. — *Provincia Armeniæ magnæ.*

Δεῖ εἰδέναι, ὅτι αὕτη αὐτοκεφαλός ἐστι, μὴ πεποῦσα ὑπὸ ἀποστολικὸν θρόνον, ἀλλὰ τιμηθεῖσα διὰ τὸν ἅγιον Γρηγόριον Ἀρμενίας, ἔχουσα πόλεις καὶ κάστρα σ'. ὡσαύτως καὶ ἡ ἐπαρχία τῆς Κύπρου διαμεμένηκεν, ἔχουσα ἐφ' ἑαυτῇ δεσποτείαν, διὰ δὲ εὑρέθη ἐν αὐτῇ ὁ ἅγιος ἀπόστολος Βαρνάβας, ἔχοντα τὸ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγέλιον. εἰσὶ δὲ ἐν αὐτῇ αἱ πόλεις αὗται.

Sciendum eſt, quòd hæc autocephala eſt, throno Apoſtolico non ſubjecta; ſed propter ſanctum Gregorium Armeniæ honorata, habens urbes & caſtra 200. Similiter Provincia Cypri manſit, per ſeipſam habens poteſtatem, propterea quòd in ea inventus fuit ſanctus Apoſtolus Barnabas ad pectus habens Evangelium ſecundum Matæum. Sunt autem in ea hæc civitates.

Κωνσταντία μητρόπολις. — 1 Conſtantia, metropolis.
Ἀμαθούς. — 3 Amathus.
πάφος. — 5 Paphus.
σόλοι. — 7 Soli.
κυρηνία. — 9 Cyrenia,
κύθροι. — 11 Cythri.
χάρπασον. — 13 Garpaſin.
Κίτιον. — 2 Citium.
κούριον. — 4 Curium.
ἀρσεναῖ. — 6 Arſenæ.
λάπηθος, ἐν ᾗ ἐγεννήθη Γεώργιος ὁ Κύπριος ὁ γράψας τὸ βίβλον ἐξ ἧς ταῦτα μεπλήφθησαν. — 8 Lapithus, quâ natus eſt Georgius Cyprius qui librum ſcripſit ex quo hæc ſumpta ſunt.
τάμασος. — 10 Tamaſus.
τριμυθούς. — 12 Trimithus.

In antiquâ hac & accuratâ Epiſcopatuum notitiâ multa occurrunt digniſſima, quæ obſerventur, quæque doctorum forſitan ingenia poſthæc exerceant. Quantum interim ad rem noſtram ſpectat, paucis expediamus. Primò enim obſervatum velim, omnes quinque Patriarchatus, cum metropolibus & Epiſcopatibus ſuis, nîc diſtinctè recenſeri. Quod tamen de eâdem hâc notitiâ, ut à Carolo à S. Paulo editâ, dici non poteſt; quippe quæ totâ Romanâ diœceſi, & pluſquam dimidiâ Hieroſolymitanæ parte mutilatur; neque etiam in eâ Diœceſis Orientalis, Patriarchæ Antiocheno ſubjecta, ab Ægyptiacâ, Alexandrino ſubditâ, diſcernitur: verum & tres Patriarchatus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hieroſolymitanus peſſimè confunduntur, cum in hac noſtrâ editione clariſſimè à ſeinvicem diſtinguantur; in quâ etiam nomina locorum rectiùs plerumque exprimuntur. Porro in priori iſtâ mutilaque editione, hæc notitia facta perhibetur, ſub imperio D. Leonis Sapientis Imperatoris, & Photii Patriarchæ. Ad calcem enim hæc habentur, Η παροῦσα ἔκθεσις ἐγένετο ἐπὶ τοῦ ς. τ. κ'. α. ὅτε ὁ βασιλεὺς Λέοντος τοῦ σοφοῦ, καὶ Φωτίου πατριάρχου. Sed legendum haud dubiè



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

s. t. 4. a. hoc est, 6391. (quemadmodum & ipse Carolus vertit) qui in Historicâ Græcorum ærâ, est annus Dom. 891. qui & sextus erat dicti Leonis Imperatoris. Verùm hæc verba in nostro MS. omittuntur. Sed intra diœcesim Orientalem, in Provinciâ Armeniæ alterius, Basilius quidam librum hunc Episcopatuum elaborâsse perhibetur. Quinam iste Basilius fuerit non constat. Certè nullus Imperator Basilius nominatus Armeniâ oriundus est. Nec idem esse potuit, qui Leonis Philosophi pater, quippe qui Macedo fuit. Basilius igitur hìc commemoratus non Imperator fuit, sed doctus quidam vir, qui Imperatoris, forsitan Leonis jussu, hanc notitiam collegit; isto enim imperante hujusmodi compositam fuisse notitiam inter omnes convenit. Quæ autem sub ejus nomine hodie circumfertur, quantum ad Patriarchatum Constantinopo'itanum, ab hâc nostrâ quamplurimùm discrepat. Nam in eâ longè plures sunt metropoles dicto throno subjectæ, quàm quæ hìc recensentur: sed pleræque earum tales sunt, quæ etiam post ejus tempora ad metropoliticam evectæ sunt dignitatem. Unde ejus etiam notitiam interpolatam esse, patet: ut quamplurimis exemplis, si opus esset, ostendi posset. Præsentem autem notitiam, à quocunque demum collecta fuerit, multis abhinc seculis editam fuisse certissimum est. Sanè MS. noster Bodleianus valde vetustus est, uti ex charactere ejus, tantùm non quadrato & elegantissimè exarato, constat. Eum tamen ex vetustiori descriptum esse ex eo patet, quòd extremâ quasi notitiâ, ad Episcopatum Lapithum in Cypro, hæc adnotentur, Λάπηθος ἐν ᾗ ἐφυρέθη Γεώργιος ὁ Κύπριος, ὁ χάρτας τοῦ βίβλου ἐξ οὗ ταῦτα μετελήφθησαν. Hinc enim constat, Georgium quendam Cyprium codicem illum scripsisse, ex quo hæc notitia desumpta est; quam præterea vetustam admodum esse, ex antiquis locorum nominibus & divisionibus manifestum est. Ubi etiam observetur, in Romano Patriarchatu longè pauciores hìc numerari Provincias, quàm quas Episcopus istius sedis per multa retro secula sibi usurpavit. Ut alias enim missas faciam, nec Anglia, nec Scotia, nec Hibernia throno Romano hìc annumerantur. Nam Bretannia, quæ ei subjecta commemoratur, à nostrâ, sive magnâ Brittanniâ quàm longissimè distat, utpote in Provinciâ Campaniæ sita; quæ propterea eadem videtur, cujus, tanquam inter Italiæ fines positæ, Polybius meminit, dicens, ὅτι γὰρ ἂν Ῥωμαῖοι τὸν ἐν Ἰταλίᾳ πόλεμον ἀποτελέσωσι, τοῦτο δῆλον ἐν ὀλίγῳ, ἐκκαιδεκάτῳ τὸ βρεττανίας εἰς πάνυ βραχεῖς τόπους ἀνήξει, *Quando enim Romani bellum, quod in Italia est, excusserint, id quod brevi futurum est, Hannibale exiguis Brettaniæ locis conclus.* Polyb. l. 11. Ex his enim verbis constat aliquam in Italiâ regionem Brettaniam antiquitùs dictam esse: & cum Campania sit Italiæ Provincia, eadem videtur Brettania, quæ à Polybio & in hâc notitiâ commoratur. Ut alia autem, quæ speciali observatione dignissima in hâc notitiâ passim occurrunt, in præsenti prætereamus, hoc tantum in genere addatur, quòd ex eâ pro comperto habemus, quæ olim Provinciæ & Episcopatus singulis Patriarchis in præsenti canone commemoratis subjecta fuerunt. Primò enim recensentur metropoles & Episcopatus Patriarchæ Constantinopolitani; deinde Romani; tertiò Alexandrini; quartò Antiocheni; & ultimo Hierosolymitani. Sed de Alexandrino insuper Patriarchatu aliam in Bibliothecâ Bodleianâ notitiam manu exaratam habemus, brevem quidem, sed principaliores sedes earumque inter sese ordinem continentem, à Josepho Ægyptio, in initio Arabicæ ejus in canones paraphrasis, ex Eutychii Patriarchæ Alexandrini scriptis collectam; cum etiam ad majorem hujus rei dilucidationem apponere non pigebit.

بسم الله الاب والابن والروح القدس

معرفة كراسي دورية بطريرك مدينة الاسكندرية
وترتيبها حسب ما وجدناه بخط الاب البطريرك
افتيشيوس وهو سعيد بن بطريق والقصد بذلك
ان يعرف كل مطران او اسقف رتبته والا يتعدا
علي غيره ولا يكون بينهم سجس فاذا عرف كل
احد درجته فقد اراح نفسه

الكرسي الاول ارشي ابسكوبس مريوط وكورتها
الثاني مطران برقة والخمس مدن الغربية

الثالث ارشي ابسكوبس مصر واعمالها والحيريات
ورستاقها الي ارض الصعيد الاعلا
الرابع مطران السند والهند واعمالها
الخامس مطران الحبشة وساير اعمالها
السادس اسقف المريس وساير اعمالها
السابع مطران النوبة وساير اعمالها
الثامن مطران الغرما وساير اعمالها
التاسع مطران دينس ولوبديا واعمالها
العاشر مطران دمياط وساير اعمالها
الحادي عشر اسقف شطا وقراها
الثاني عشر اسقف العريش والورادة
الثالث عشر اسقف القلزم ورايثة
الرابع عشر مطران ريف مصر المعروف باسفل
الارض وهو بلبيس اول القيروان واعمالها ولها
خمسة كراسي عليها من قبله خمسة
اساقفة

*In Nomine Dei, Patris, Filii, & Spiritûs sancti.*

*Notitia sedium Metropoliticarum sub Patriarchâ civitatis Alexandriæ, & ordinis earum: juxta quod in scripto Patris & Patriarchæ Eutychii, sive Said Ibn Batrik, invenimus. Et in eâ propositum est, ut quisque Metropolitanus, vel Episcopus, ordinem suum cognoscat, & ne in alienum transiliat, neque tumultus inter eos oriatur; sed cùm quisque gradum suum noverit, animus ejus conquiescat.*

Sedes prima. *Archiepiscopus Mareotis & urbium ejus.*

Secunda. *Metropolitanus Barcæ, & quinque urbium Occidentalium.*

Tertia. *Archiepiscopus Mesræ, & ditionum ejus, & oppidorum, & pagorum ejus, usque ad terram supremæ Thebaidis.*

Quarta. *Metropolitanus Sindiæ, & Hindiæ, & ditionum earum.*

Quinta. *Metropolitanus Habassiæ, & omnium ditionum ejus.*

Sexta. *Metropolitanus Al-maris, & omnium ditionum ejus.*

Septima. *Metropolitanus Nubiæ, & omnium ditionum ejus.*

Octava. *Metropolitanus Pharmæ, & omnium ditionum ejus.*

Nona. *Metropolitanus Tinnis, & Lybiæ, & ditionum ejus.*

Decima. *Metropolitanus Damiatæ, & omnium ditionum ejus.*

Undecima. *Episcopus Shatæ, & urbium ejus.*

Duodecima. *Episcopus Arishi, & Woradæ.*

Decima-tertia. *Episcopus Kolzumæ, & Rayæ.*

Decima-quarta. *Metropolitanus Riph Mesræ, quæ Inferior terra dicitur. Estque Biblis, prior Keiravân, una cum ditionibus ejus: & ei quinque sunt sedes, quibus ex ejus parte quinque Episcopi præfuerunt.*

Cùm

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Cùm hæc notitia ab ipso Eutychio Patriarcha Alexandrino scripta fuerit, ut ex præfatione constat, neminî dubium esse potest, quin ejus temporibus, hoc est, decimo currente seculo (nam Patriarcha factus est an. Dom. 933.) ordo hic traditus inter Metropolitanos ei subjectos observatus fuerit. Quod tamen mirum cuipiam videatur, cum in antiquiori illâ, quam ante exhibuimus, notitiâ Græcâ, longè alius Episcoporum isti throno subditorum ordo descriptus sit. Imo quidem, qui primus hîc Metropolitanus statuitur, Mareotis nimirum, ibi Episcopus tantùm Provinciæ Ægypti primæ dicitur. Sed neminem fugit, Ecclesiastici æque ac politici regiminis statum pro temporum diversitate immutatum esse: adeo ut nonnullæ metropoles penitùs dirutæ sint, aliæ de novo factæ. Et sane Episcopi in hâc notitiâ commemorati omnes Metropolitani fuisse videntur. Iste enim thronus longè plures sub se Episcopos habuit, quàm qui hîc recensentur, ut ex alterâ notitiâ patet. Quid etiam si dicamus omnes istius sedis Metropolitanos hîc non numerari, sed eos solos, qui Eutychio tunc temporis parebant? Enimvero duo istius temporibus Alexandriæ Patriarchæ erant, unus اليعاقبة *Jacobitarum*, alter الملكية *Melchitarum*, sive orthodoxorum. Eorum istis diebus Macarius Patriarcha erat; horum autem Eutychius, ut Georgius Elmacinus tradidit, dicens وفي سنة ثمان وعشرين وثلثمائة مات سعيد بن بطريق صاحب التاريخ وكان بطرك الملكية علي الاسكندرية *Anno* 328. *vitâ excessit Said Ibn Batrik, author annalium, qui erat Patriarcha Melchitarum Alexandriæ.* Elmac. Hist. Sarac. l. 3. c. 1. pag. 208. Unde non est veri admodum dissimile, eum suos solos Metropolitanos hîc enumerâsse, & statuisse quem inter sese ordinem tenerent. Cùm alius enim ibidem Patriarcha erat, ille alios etiam Metropolitanos sibi subjectos habere potuit. Hoc tamen ex præsenti notitiâ certissimum confici videtur, sedes nimirum in eâ recensitas, metropoliticas tunc dierum fuisse. Et quidem, ut de iis singulis nonnihil adjiciamus, Mareotes primo in loco statuitur, Arabicè مريوط *Marjut*, quomodo vocatur, non modo ingens illa palus, verùm etiam ampla Ægypti regio, optimi vini productione celebris. Unde illud Virgilii, Georg. l. 2.

*Sunt Thasia vites, sunt & Mareotides albæ.*

Proxima hîc sedes est برقة *Barca*, quam Alferganus in tertio climate esse observat. Est autem Regio Africæ, in Barbaria juxta mare Mediterraneum. Primaria urbs eodem nomine appellata est; cujus etiam Episcopum antiquitùs metropolitam fuisse ex annalibus supradicti Eutychii Alexandrini constat, ubi ait, واستشهد في ايامه ثاوذورس الجندي ومطران برقة *Martyrium passi sunt ejus* (Licinii) *diebus Theodorus miles & metropolita Barcæ.* Eutych. annal. Alex. tom. 1. pag. 426. Barca autem Ptolemais etiam dicitur. Eadem nimirum, quæ in Pentapolitanâ regione sita est; de quâ Plinius, *Et deinde Ptolemais, antiquo nomine Barce.* Plin. nat. hist. l. 5. c. 5. Strabo, εἶτ' ἡ Βάρκη φέρουσιν, ἣν ἔνιοι Πτολεμαΐδα. Strab. Geog. l. 17. Enimvero in Pentapolitanâ regione, de quâ isti locis citatis loquuntur, hæ quinque civitates recensitæ sunt, Berenice, Arsinoe, Ptolemais, Apollonia, & Cyrene: in antiquâ autem nostrâ notitiâ, in Provinciâ Libyæ pentapoli, sex numerantur, Sozusa, Cyrene, Ptolemais, Teuchera, Adriane, & Berenice. Verùm Sozusa vel redundat, vel civitatis nomine recens donata est. Sed reliquæ quinque eædem sunt, quæ ab aliis commemorantur. Nam Teuchera eadem est atque Arsinoe, & Adriane eadem quæ Apollonia. Et quidem Barcam in præsenti notitiæ Arabicæ loco ad Pentapolim pertinere ex sequentibus verbis conficitur, برقة والخمس مدن الغربية *Barcæ & quinque urbium Occidentalium.* Cum Barca igitur eadem sit, quæ Ptolemais in Pentapolitanâ regione, & tota ista regio etiam Barca vocetur, per Barcam hoc in loco totam istam Provinciam intelligendam esse consequitur; cujus propterea metropolitano secundus post Patriarcham locus constituitur. Huic proximus sedet Archiepiscopus Mesræ, Arabicè مصر *Mesr*, quo nomine cùm tota alibi Ægyptus, tum specialiter metropolis ejus hîc appellatur: quemadmodum etiam מצרים *Misraim* à Benjamine in Itinerario nuncupatur. Ubi etiam עיר גדולה *magna civitas* dicitur. Benjam. itiner. pag. 116. Sita fuit ad Occidentalem ripam Nili antiquitùs Memphis dicta, & postea Fustata. Sic enim de eâ Abulfeda Geographus, à Jacobo Golio, & Athanasio Kirchero citatus, منف وهي مصر القديمة وهي من غربي النيل ولما فتحها عمرو بن العاصي وخربها وبنا الفسطاط من النر الاخر بامر عمر بن الخطاب *Memphis, ipsa antiqua est Mesra, estque in Occidentali ripâ Nili. Et cum Amrus Alasi filius eam subactam vastâsset, in oppositâ continente extruxit Fustatam, Omaris f. Chatabi jussu.* Abulpharagius etiam de eâdem hæc tradidit, وكانت دار الملك والعلم بمصر في قديم الدهر امدينة منف فلما بني الاسكندرية رغب الناس في عمارتها لحسن هوايها وطيب مايها وكانت دار العلم والحكمة بمصر الي ان تغلب عليها المسلمون واختط عمرو بن العاص علي نيل مصر مدينة لمعروفة بفسطاط عمرو فانسرب الغرب والعجم اسكانها فصارت قاعدة مصر *Fuit olim sedes tam regni quàm scientiæ in Ægypto urbs Memphis: At post conditam ab Alexandro Alexandriam, hominibus eam, ob bonitatem aëris & dulcedinem aquæ, incolere cupientibus, facta est ipsa sedes scientiæ & sapientiæ in Ægypto; donec eâ à Moslemiis occupatâ, designaret Amrus Ebn Alâs juxta Nilum Mesram civitatem, Fustat Amri appellatam, quæ, confluentibus ad ipsam habitandam Arabibus & Barbaris, metropolis Ægypti evasit.* Abulph. dynast. 1. fin. Verum, ut ex Abulfedæ verbis constat, Fustata non eâdem quâ Mesra, sed alterâ, Orientali nimirum ripâ Nili extructa est; ac propterea propriè loquendo non eadem erat civitas. Quod ipse etiam Eutychius Patriarcha Alexandrinus, qui Fustatæ natus est, haud obscurè indigitat, ubi de Almunis in Ægypto progressu loquens ait, ودخل الي مصر والفسطاط يوم السبت *Et ingressus est Mesram & Fustatam die Sabbathi.* Eutych. Alex. annal. t. 2. p. 430. Nimirum nihil inter eas præter Nilum intercedebat; eo tamen intercedente, duæ civitates Mesra & Fustata distinctè ab eo nominantur. Sed nihilominus ob summam earum propinquitatem sæpiùs confunduntur, pro unâ eademque urbe habitæ. Unde Elmacinus وفيها احيط عمرو بن العاص مدينة مصر وهي الفسطاط *Eodem anno muro cinxit Amrus Ebn Alâs urbem Mesræ, quæ est Fustata.* Elmac. hist. Sarac. l. 1. c. 3. ubi etiam rationem reddit, quare الفسطاط *fustata* dicta est. Enimverò cùm Amrus Mesram obsideret, loco, ubi hæc urbs postea condita est, tentorium suum, Arabicè فسطاط *Fustât* dictum, figebat. Cum autem captâ Mesrâ Alexandriam profecturus erat, tentorium suum auferri jussit: sed fortè accidit, ut columba super eo pullos excluserat; unde Amrus dicebat, illicitum esse aliquid mense Muharrem tunc currente occidere, ac propterea jubebat, ut tentorium suum isto loco firmaretur; quod ut fieret, præfectis suis in mandatis dabat. Captâ autem Alexandriâ, & reversis Moslemiis, قالوا اين نزل قالوا الفسطاط فسميت بذلك *Dicebant, quo castra metatus est? respondebant, Fustatæ* (id est ad tentorium) *unde & ita vocata urbs est.* ibid. Verùm & hinc etiam constat, Fustatam non eodem prorsus, atque Mesram, loco extructam esse. Cùm enim Mesram obsidione cingebat, urbis Fustatæ loco tentorium suum figebat: quo tamen ibi firmato, tandem aliquando factum est, ut aliis ibidem erectis postea ædificiis, locus iste in civitatem emerserit, atque ipsi etiam propinquæ urbi nomen suum imposuerit. Sed non illico ita simpliciter vocata est. Nam in verbis Abulpharagii supra laudatis فسطاط عمرو *Fustat Amri* dicitur. Sæpius utrumque nomen conjungitur, & urbs فسطاط مصر *Fustat Mesr* vocatur. Sic enim Eutychius dicit Christodulum, cui ipse in

Patriarchatu Alexandrino succeſſit, ſepultum eſſe بفسطاط مصر *in Fuſtatâ Meſræ.* Eutych. Alex. Annal. tom. 2. pag. 525. Et mox poſtea de ſe loquens ait, وفي اول سنة من خلافته صير سعيد ابن بطريق المتطبب من اهل فسطاط مصر بطريركا علي الاسكندرية وسمي ابنا افتيشيوس *Et primo califatus ipſius*, (Alkaheri billahi) *anno conſtitutus eſt Said Ebn Batrik medicus è Fuſtate Meſræ incolis, Patriarcha Alexandrinus, & nominatus eſt, Anba Eutychius.* ibid. pag. 527. Sic etiam in vitâ ejuſdem Eutychii, ex hiſtoriâ Medicorum Ebn Abi Oſaibaæ per clariſſimum Virum Edvard. Pocockium excerptâ, dicitur سعيد بن البطريق من اهل فسطاط مصر *Said Ebno l' Batrik è fuſtatæ Meſræ incolis.* Quinetiam ab Alfergano ita vocatur hæc urbs, in Elem. Aſtron. cap. 9. Adeo ut veriſimile fuerit, فسطاط مصر *Fuſtatam Meſram* idem eſſe atque مدينة مصر *Civitatem Meſram*: quemadmodum in tabulis Ebn Xatir فسطاط اسنا *Fuſtât Aſna*, idem eſt, quòd ſimpliciter اسنا *Aſnâ*, adeo ut الفسطاط Alfuſtât κατ' ἐξοχὴν dicatur, ut المدينة *Almedina* pro مدينة النبي *Urbs Prophetæ.* Aliàs autem مصر *Meſra* ſæpe vocata eſt etiam poſt extructam *Fuſtatam*, ut in tabulis Aſtronomicis Choajæ Naſſir Ettuſæi, & Ulug Beigi, & ab aliis paſſim. Verumenimvero anno Hegiræ 360. hoc eſt, an. Dom. 970. inchoata eſt à Gieuharo liberto & Stratego Moazzi Lidin'illæ, Ægypti Domini, alia urbs propè Meſram ſive Fuſtatam, & ad eandem Nili ripam, qua condita eſt Fuſtata propriè ſic dicta, Orientalem ſcilicet; quæ etiam ab eo القاهرة *Alcahira*, hoc eſt, *victrix* nominata eſt. Quod quidem nomen modo reliqua duo ſuperavit, & ferè abolevit. Ab eo enim tempore, quo hæc nova urbs extructa eſt, altera decreſcere cœpit, vel ſaltem tanquam pars hujus reputatata eſt: ut tota hodiè vocitetur, Arabibus quidem القاهرة *Alkahira*, Hebræis קאהרה ut קאהרה היא מצרים *Kaherah eſt Miſraim.* Juchas. f. 147. & Europæis deinde *Alcairo.* Sed Nicephoras Gregoras eam πόλιν κατ' Αἴγυπτον βασιλεύουσαν vocat, Hiſt. Rom. l. 4. Sic etiam alii ejuſdem ætatis Græci ſcriptores. Sed à Chriſtianis, in rebus præſertim Eccleſiaſticis, priſtinum ejus nomen ſæpè uſitatum eſt, viz. مصر *Meſra.* Neque, ni fallor, Epiſcopus loci unquam aliter dictus eſt, quàm in hâc notitiâ, nimirum ارشي ابسكوبس مصر *Archiepiſcopus Meſræ.* Cujus etiam Provincia in hâc notitiâ porrecta dicitur uſque ad terram الصعيد الاعلا *Said ſive Thebaidis ſupremæ.* Nimirum magnus ille terræ tractus ad utramque Nili partem, qui à Meſrâ uſque ad Syenem ſive Aſnan, extremam nimirum Ægypti urbem in Æthiopiæ confinio ſitam, porrigitur, صعيد *Said*, & nonnunquam صعيد مصر *Said Ægypti*, Græcè Thebais dicitur: qui propter ſummam ejus longitudinem à Geographis in tres partes diſtribuitur, in Saidam الاعلا, الوسط, الادني *infimam, mediam & ſupremam.* Ad quam ſupremam Archiepiſcopus Meſræ poteſtatem ſuam extendit, juxta hanc notitiam. In quâ poſt eum ponitur مطران السند والهند *Metropolitanus Sindiæ & Hindiæ.* Quæ duo loca هند & سند *Sind* & *Hind*, ſæpe conjunguntur: ut Alferganus de primo climate loquens, ait, ثم ذمر علي سواحل البحر في جنوب بلاد الهند ثم بلاد السند *Tunc tendit per maris littora, in auſtrali parte regionis India, & tunc regionis Sindiæ.* Alferg. elem. Aſtron. c. 9. Sic Abulpharagius ſcribit Ptolemæum Philadelphum audiiſſe diverſa eſſe ſcientiarum genera في السند والهند *In Sindiâ & Hindiâ.* Abulph. dynaſt. 6. pag. 99. Horum locorum incolas à duobus Chami pronepotibus originem & nomen accepiſſe Arabes vulgò tradunt. Sed Eutychius Alexandrinus eos inter Semi poſteros recenſet. Eutych. Al. annal. tom. 1. pag. 53. Sindia autem, ut obſervat Jacobus Golius, in notis ad prædict. cap. Alferg. Occidentem ſeu aquilonem verſus terminatur Carmaniâ, ſeu potius regione Macran, & Segiſtanæ deſerto, reliquas fere partes Indiâ, cujus etiam quædam ſuis terminis includit. In tabulis Choajæ Naſſir Ettuſæi & Ulug Beigi منصورة قصبة سند *Manſurah Emporium Sindiæ* dicitur. In Indiâ ibidem hæ urbes recenſentur, قاندهار ساحل بحر هند ڈهلوارة سومنات مولتان قندهار لهاور قنوج دار الملك هند بادارس سرنديب *Tanah in littore maris Indici, Nehelwárah, Sumanát, Multán, Kandahár, Laháwar, Kennaug' ſedes Regis India, Bánars, Sarandib.* Heſychius etiam Sindorum in Indiâ meminit, dicens, Σίνδοι, Ἔθνος Ἰνδικόν· ἔστι δὲ πόλις ἐκεῖ σίνδιον καλουμένη. Cum autem hæc loca in Aſiâ conſtituta fuerint, ex hâc notitiâ conſtat, Patriarchæ Alexandrinæ poteſtatem intra Africæ limites non coercitam fuiſſe. Deinde ſequitur in notitiâ مطران الحبشة *Metropolitanus Habaſſiæ*, ſeu *Regionis Habaſſinorum*, quæ pars eſt Æthiopiæ ſuperioris, incipiens, ut docet Alvarez, ab inſulâ & urbe Suachen, & finita ad auſtrum ſinu Alavitico, Arabice جليج البربري *Sinu Barbarico* dicto; ubi hodie urbs Zeila claret. Incolæ hujus loci حبشة *Habaſſini*, eo dicti videntur, quòd non in tribus diſtincti, ſed promiſcuè vixerunt, & congregati ſunt. Nam حبش *Habaſha* eſt *promiſcuè congregare*, & حباشة *Mixta hominum turba, non unius tribus.* Hi Regem ſuum linguâ ſuâ Æthiopicâ, ንጉሥ *Negus* appellant (quo nomine etiam iſtâ in linguâ *Rex* in genere deſignatur) unde etiam ab Arabibus النجاشة & النجاشي *Al-nagaſha*, & *Al-nagaſhi* vocitatur. Luſitanis autem Preſter Joaon, dictus eſt, unde vulgò audit Presbyter Johannes. Quod nomen doctiſſimus vir Jacobus Golius, in notis ad Alfergan. p. 89. inde ortum exiſtimat, quod inter Orientis Mercatores inprimis Perſas, necnon Armenos, Indos & alios, qui Perſico idiomate utuntur جرستار خان *Preſter Chan* vocari intellexiſſent, quod *mancipiorum vel ſervorum principem ſonat.* Nam illi uſque adeo regibus ſuis ſervi fuerunt, ut Arabibus vox عبد *Servus*, etiam abſolutè ſumpta, Æthiopem vel Habaſſinum ſignificat. Sextam in notitiâ ſedem اسقفا المرديس Epiſcopus *Al-maris* occupat. Sed hîc in tenebris verſamur. Neque enim alibi hæc vox مرديس regionem aliquam urbemve ſignificans nobis occurrit. Alii viderint: hoc ſolùm obſervato, quòd etiamſi hîc locus *Epiſcopum* ſolum habuiſſe hîc dicatur; eum tamen Metropolitanum fuiſſe ex eo patet, quòd اعمال *Ditiones* ei hîc attribuantur. Proximus huic eſt مطران النوبة *Metropolitanus Nubiæ*, quæ ampla eſt Africæ regio juxta occiduam Nili ripam ſita, cujus primariæ urbes ſunt, جلاف, دنقاله, غلوه, نوالة *Conſha, Nuvâla, Galva, Duncâla, & Jelak.* Hæc Provincia aliquandiu Jacobitica fuit, & Epiſcopi ejus à Patriarcha Jacobitico ordinati, ut Eutychius Patriarcha Alexandrinus tradidit, dicens, واحتاجت النوبة الي اساقفة فصارت النوبة اساقفة يعقوبية فاصلح لهم بطريرك منذ ذلك الوقت يعقوبية *Cumque opus haberet Nubia Epiſcopis, ordinabat Patriarcha Jacobitarum eis Epiſcopos: atque ex eo tempore Nubia Jacobitarum ſententiam amplexa eſt.* Eut. Alex. annal. tom. 2. p. 386. ubi etiam hoc durâſſe obſervat annos 97. nimirum à tertio anno Chalifatûs Omari Ebnol Chetabi ad ſeptimum Heſhami, hoc eſt, ab an. Dom. 636. ad an. 730. qui quidem ſunt anni ſolares tantum 94. ſed lunares Arabibus obſervati 97. Hæc ab Eutychio tradita, citantur etiam à Georgio Elmacino, hiſt. Sarac. l. 1. c. 17. Ex dictis autem conficitur Nubiam orthodoxo Patriarchæ Alexandriæ reſtitutam fuiſſe ducentis circiter annis ante Eutychium Patriarcham conſtitutum, ac proinde etiam ante editam hanc notitiam: quâ proximam Nubienſi ſedem مطران الفرما *Metropolitanus Pharmæ* ſibi aſſignatam habet. Pharma autem, ſive Pharamia, uti à Gal. Tyrio vocatur, eſt urbs Ægypti ad Orientalem Nili ripam extructa, ut ex his Eutychii verbis colligimus فلما سمعت اكلاوبطرة خبر اوغسطس قيصر خافت منه وفزعت فحصنت ملكها وذلك انها بنت حايطا من بلد النوبة الى الفرما من ناحية الشرق علي شط النيل وبنت ايضا حايطا من بلد النوبة الي الاسكندرية من ناحية الغرب والحايط يسمي حايط العجور

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

العجور *Et cùm Augusti Cæsaris fama ad Cleopatram pervenisset, illa ab ipso metuens regnum suum munivit, extructo scilicet muro à Provinciâ Nubiæ usque ad Pharmam à parte Orientali ripæ Nili, necnon alio à Nubia Alexandriam usque à parte Occidentali, qui hodiè Hayet Alajuz, i. e. murus vetula vocatur.* Eutych. Alex. annal. tom. 1. p. 300. 302. ut Alexandria itaque ad Occidentalem, sic Pharma ad Orientalem Nili partem condita est; idque in arenoso Maris Mediterranei littore, non longè ab ostio Nili, quod Carabeix dicitur; ut testatur Gulielmus Tyrius lib. 11. cap. 31. Adeo ut hæc extrema fuerit eâ parte Ægypti civitas, quam Ægyptiis Amrus f. Alasi eripuit, anno Hegiræ 18. sive Christi 639. Eutych. ibid. tom. 2. p. 302. Postea autem Rex Balduinus eam à Saracenis recuperavit, an. Dom. 1117. sed hodiè penitus ferè deleta est. Porro octavus est مطران تنيس *Metropolitanus Tinis*, sive, ut nonnunquam scribitur, تنيس *Tanis*. Sed Arabes *Tinis* pronunciant. Est autem hæc infima Ægypti urbs, apud ostium Nili Taniticum, ab ipsâ ita denominatum, sita non procul à Damiata. In Græca notitiâ, superius à nobis editâ, ταάνις dicitur, inter septem Nili ostia in Provinciâ Arcadiæ. Sanè hæc antiquissima Ægypti urbs habetur; adeo ut nonnullis visum fuerit, eandem esse, quæ in sacris Scripturis תחפנחס *Tahpanhes* dicitur, eamque Regiam olim Pharaonis fuisse, ubi Moses miracula sua edidit. Celebre etiam Templum in eâ à Christianis olim extructum fuit, quod Muhammedani diruerunt. Eutych. annal. tom. 2. pag. 514. Tanensem in notitiâ excipit مطران دمياط *Metropolitanus Damiatæ*, vel, ut Arabicè sonat, *Damiyât*. Hæc eadem videtur urbs, quæ Stephano Ταμίαθις, & in antiquâ notitiâ inter 7. Nili Ostia, Ταμιάθις dicitur. Sita est autem ad ripam Orientalem Niliaci rami, qui paulo inferius mari commiscetur. Pro Pelusio sæpe sumitur: quod tamen ad alteram Niliaci illius rami partem positum fuit: ex ejus tamen eversi ruinis Damiata crevit; quo etiam, ut opinor, factum est, ut & Pelusium appelletur, atque etiam ejus loco metropolis fieret. Benjam. in Itinerario, caphtor olim dictam esse existimat, nam de Nilo loquens ait, כי היאור כשיבוא למצרים משם יפרד לארבעה ראשים שביל אחד הולך רמיאט היא כפתור *Nam fluvius Mitsraim influens, inde in quatuor capita dividitur, uno alveo tendit Damiatam, quæ est Caphtor*, Benjam. Itin. pag. 118. 119. & postea, ומשם שני ימים לרמיאט היא כפתור *Indè biduo Damiatam veni quæ est Caphtor.* ib. pag. 125. Et quidem Gen. 10. 14. etiamsi non modo Targum Hierosolymitanum & Jonathanis verùm etiam Onkelos כפתורים vertat קפוטקאי & Syrus ܩܦܛܘܩܝܐ *Cappadoces*, Arabs cum Benjamine disertè interpretatur الدمياطيين *Damiatæos*: quemadmodum & 1. Paralip. 1. 12. sed hæc obiter. Porro eversa fuit hæc urbs à Muslemiis; sed alia eodem fere loco erecta, eodemque nomine insignita est, quo etiamnum gaudet. Metropolitanum Damiatæ sequitur اسقف شطا وقراها *Episcopus Shatæ, & urbium ejus.* Autor Chamusii dicit شطا esse pagum quendam Ægypti. Hîc autem totam aliquam regionem aut Provinciam significat, in quâ plures etiam urbes fuerunt; ac propterea præsul ejus, etiamsi Episcopus simpliciter appelletur, revera tamen Metropolitanus fuit. Quem ordine excepit اسقف العريش *Episcopus Al-Arish* quæ urbs est Ægypto & Palæstinæ confinis; utpote in ultimis Ægypti confiniis sita. Unde cum Omar Ebnol-Chetâbi ad Amrum Ebno 'l-Asi misit, ut si Ægyptum nondum ingressus fuisset, non ingrederetur, sed cum exercitu ei commisso rediret, Amrus literas legere noluit priusquam Arishum pervenisset, ut Eutychius tradidit, فكتب اليه عمر ابن الخطاب وهو دون العريش فحبس الكتاب ولم يقراه حتي بلغ العريش وقراه *Scripsit ad eum Omar Ebno-'l Chetâbi, cùm adhuc citra Arishum esset; ipse verò literas apud se retentas non legit, donec Arishum perveniret, & tunc eas legit*; & mox dicebat Amrus ايت ارض هذه فقالو ارض مصر فتقدم *Quenam est hæc terra? & respondebant, Terra Ægypti, & sic profectus est.* Eutych. tom. 2. p. 201. Unde constat العريش *Al-arish* in ultimis Ægypti confiniis positam esse, quibus ea nimirum à Palæstinâ separatur. Unde etiam סכות *Succoth*, ad quam primam Israëlitæ ex Ægypto discedentes pervenerunt, Arabicè العريش *Al-arish*, vertitur. Exod. xii. 37. hæcque, ut opinor, eadem est urbs, quæ etiamnum *Larissa* dicitur; ubi etiam Rex Balduinus ex Ægypto in Syriam rediens, vitam cum morte commutavit: Larissæ Episcopus Meletius Concilio Chalcedonensis interfuit, & subscripsit. Penultimus hîc recensitus, est اسقف قلزم ورايه *Episcopus Kolzumæ & Rayæ.* Kolzum Ægypti urbs, in littore Maris rubri sita fuit. Unde in Tabulâ ulug Beigi, dicitur, قلزم ار كنار دريا *Kolzum in littore maris*, vid. Rubri; ubi etiam longitudo ejus est, س 64. latitud. ل كـط 29. 30. vel ل كـح 28. 30. secundùm Nassir. Eddinum, estque Climate tertio. Ab hâc urbe ibi positâ, totum Mare rubrum Arabicè بحر القلزم *Mare Kolzum* vocatur: ut apud Alferganum de secundo climate loquentem, ثم يقطع بحر القلزم ويمر بصعيد مصر ويقطع النيل *Tunc secat Mare Al-kolzum*, i. e. Rubrum, *& per Saïdam Ægypti transit, & secat Nilum.* Alferg. elem. Astron. cap. 9. Sic etiam in ipsis sacris Scripturis ים סוף *Mare Rubrum*, Arabicè بحر القلزم *Mare Kolzum* sæpe vertitur. v. Exod. 10. 19. Num. 14. 25. &c. nonnunquam بحر الحمر *Mare rubrum*; ut Psal. 106. v. 7. Hoc autem nomen urbi isti, atque inde Mari, veteres eo imposuisse videntur, quòd prope istum locum Pharaoh cum exercitu suo submersus perhibeatur. Nam قلزم *Absorbere, deglutire* significat, & تقلزم *Avarè agendo interire.* Græci hanc urbem levi mutatione κλύσμα nuncuparunt. Epiphanius enim Mare rubrum varios habere portus dicit, quorum unus, inquit, Ælam spectat, ὁ ἡ ἔσχατος ὅρμος ἐστὶ τὸ Κάστρον τῆς κλύσματος. Epiph. hær. 66. num. 1. Sic etiam Lucianus, Ἀναπλέοντι ὁ νεανίσκῳ εἰς Αἴγυπτον, ἄχρι τοῦ κλύσματος πολὺν ἀναχθέντι, ἐπείσθη καὶ αὐτὸς εἰς Ἰνδίαν πλεῦσαι. Quæ verba à Latino interprete non rectè intellecta, sic interpretor, *Cùm adolescentibus adverso amne in Ægyptum navigâsset, provecto usque ad Clysma navigio, ipse etiam ad Indiam navigare persuasus est.* Lucian. in Pseudom. Ita quoque hæc urbs à Ptolemæo dicitur, l. 4 cap. 5. Philostorgius eam κλῖσμα vocat, l. 3. cap. 6. Hinc locus in Actis Concilii Chalcedonensis emendetur, utpote quorum parte tertiâ habetur Epistola Episcoporum Ægyptiorum & Cleri Alexandrini ad Leonem Augustum, cui inter alios subscripsisse dicitur *Pæmen Episcopus Elesmatis.* Ubi Abrahamus Ortelius *Eleusinæ* legendum conjicit. Sed haud dubiè *Elesmatis* mendosè scribitur pro *Clysmatis*, cui Episcopum præfuisse ex hâc notitiâ constat: qui tamen non solum Episcopus Clysmatis, sed & رايه *Rayæ* dicitur; quæ fuit Regio quædam prope Kolzum, ubi etiam monasterium extrui Justinianus Imperator jussit. Eutychius enim de eo loquens, ait, وامر الرسول ان يبني كنيسة بالقلزم ويبني دير رايه *Et legato in mandatis dedit Ecclesiam in Kolzum extruere & Monasterium Rayæ.* Eutych. Al. annal. t. 2. p. 163. & paulo post, فلما وافا ذلك الرسول الي القلزم بنا بالقلزم كنيسة مار اثاناسيوس وبنا دير رايه *Cùm ergo Kolzumam pervenisset legatus, iste condebat ibi Ecclesiam sancti Athanasii, & extruebat Monasterium Rayæ.* ibid. Cum ergo regio Rayæ prope Kolzum fuerit, eidem Episcopo subjectus est, ut præsens notitia docet. In quâ ultimam sedem مطران ريف مصر *Metropolitanus Ripho Mesræ* possidet. Quisnam autem hic locus fuerit, haud facile est expiscari. Sanè vox Arabica ريف *Regionem satis præditam, aut Territorium consitum* denotat. Ac proinde ريف مصر *Riph Mesræ* Regionem aliquam Ægypti proventu abundantem celebremque indigitare videtur. Ubi ea sita fuit ex sequentibus notitiæ verbis constat, ريف مصر المعروف باسفل الارض *Riph Mesræ quæ inferior terra dicitur.* Unde conjicimus totam inferiorem Ægyptum, vel saltem præcipuam ejus partem, *Riph Mesræ* hîc vocari. Nec quidem hæc levis est conjectura. Tota enim Ægyptus in duas vulgò partes distribuitur, superiorem & inferiorem. Verùm Johannes Leo inferiorem etiam partem



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

duplici nomine indigitari tradidit, eamque partem, quæ versus Orientem Nilo flumini adjacet, *Bechria*; quæ verò ad Occidentem *Errif* ab incolis hodiè vocari. Verumenimvero vox *Errif*, ipsissima est nostra *Riph*, vel *Rif* cum articulo, الريف *Errif*. Unde perspicuum redditur regionem hîc commemoratam, & *Riph Mesre* dictam, Nilo flumini ad Occidentem adjacere. Quæ etiam in notitiâ ulterius sic describitur وهو بلبيس اول القيروان Estque *Bilbîs prior Keiravân*. At Abulpheda aliique omnes Geographi, ut observat doctissimus Vir Jacobus Golius, Bilbeis locant in arenoso tractu ad quem à Nilo pertingit rivus seu fossa, quæ exundante Nilo impleri solet & implere vicinas oppido piscinas. Ergo non procul valde à Nilo fuit. Quod etiam ulteriùs forsitan ex Abulpharagio probetur, de Baldwino Rege dicente, وفيها توفي بغدوين ملك القدس وكان قد سار الي ديار مصر في جمع من الفرنج قاصدا ملكها وبلغ مقابلة بلبيس وسبح في النيل فانتقض جرح كان به فلما حس ابالموت عاد الي القدس *Eodem anno obiit Baldwinus Hierosolymorum Rex, qui in regiones Ægyptiacas profectus cum Francorum turbâ fuerat, eas occupare studens. Cum autem è regione Bilbeisi pervenisset, natabat in Nilo, & recrudescebat quod in ipso fuerat vulnus. Mortem igitur sibi instare persentiscens Hierosolyma reversus est.* Abulph. dynast. 9. p. 377. Sed eruditissimus noster Edvardus Pocockius, qui librum istum accuratissimè edidit, in margine, fateor, ad istum locum notavit, pro بلبيس aliàs legi تنيس *Tanis*. Juxta alteram autem in textu lectionem ex istis insuper verbis colligamus urbem Bilbeis sitam esse in viâ à Palæstinâ in Ægyptum ducente. Quod etiam ex altero ejusdem historici loco apertè conficitur. Nam anno Hegiræ 559. qui cœpit Nov. 29. an. D. 1163. Shawerus Ægypti vizierus, munere suo à Dargamo expulsus, in Syriam fugit, à Nuro'ddino Syriæ, Mesopotamiæ & Ægypti domino opem implorans; Nuro'ddinus autem copias illius rogatu collegit, iisque Asado'ddinum præfecit, qui eos comitante Shawero, ex Syriâ in Ægyptum duceret: quibus præmissis addit historicus ووصل اسد الدين والوساكر الي مدينة بلبيس فخرج اليهم اخو ضرغام بعسكرا المصريين ولقيهم فانهزم وخرج ضرغام من القاهرة فقتل وقتل اخوه ايضا

*Cum autem Asado'ddinus & exercitus ad urbem Bilbeis pervenissent, Dargami frater adversus ipsos cum Ægyptiorum copiis prodiens, ipsisque occurrens in fugam versus est: Dargamus etiam Al-kairâ egressus unà cum fratre occisus est.* Abulph. ibid. p. 398. 399. Cum autem Dargamus Kairâ egressus Asado'ddino ex Syriâ venienti apud urbem Bilbeis occurrerit, nihil dubii esse potest, quin ista urbs viâ, quâ à Syriâ Alkairam itur, sita fuerit, sive inter Syriam & Al-kairam: adeo ut qui ex Syriâ in Ægyptum venit, Bilbeisam priùs quàm Alkairam attingat. Verùm & hanc etiam urbem non procul à Nilo sitam esse ante ostendimus. Et quidem, ni multum mea me fallit conjectura, urbs hæc Bilbeis, sive, ut pronunciari potest, Bolbais, uni è septem Nili ostiis nomen antiquitùs dedit. Nam Plinius aliique veterum septem ista ostia sic nominant, Canopicum, Bolbotinum, Sebenniticum, Pharniticum, Mendesicum, Taniticum, & Pelusiacum. Plin. l. 5. c. 10. Inter omnes convenit hæc nomina ab urbibus adjacentibus indita esse. Bolbotinum itaque nomen suum habuisse verisimile est à Bilbeis vel Bolbeis, quæ etiam Βολβιτίνη à Stephanô dicitur. Et quidem hanc olim munitissimam fuisse urbem, ac proinde dignam, quæ Episcopalis vel etiam metropolica sedes esset, ex eo colligimus, quòd supradictus Asado'ddinus in eam tanquam in refugium contra Francos se recepit, eamque tres menses contra eorum copias defendit. Abulpharagius, فلما قارب الفرنج مصر فارقها اسد الدين وقصد مدينة بلبيس وجعلها ظهرا يتحصن به فحصره بها العساكر المصرية والفرنج ثلثة اشهر وهو بغاديهم القتال ورايحهم فلم يبلغوا منه غرضا

*Francis autem in Ægyptum accedentibus, recedens Asado'ddinus ad urbem Bilbeis se recepit, quam sibi refugium, in quo se muniret, constituit. In illâ igitur ipsum tribus mensibus obsedernnt exercitus Ægyptiaci & Francorum, illo quotidiè mane & vesperi pugnam ipsis inferente, minimeque de eo, quod vellent, assecuti sunt.* Abulph. dyn. 9. p. 399. Et quidem eam metropoliticam etiam fuisse sedem ex hâc ipsâ notitiâ constat. In quâ præterea dicitur بلبيس اول القيروان *Bilbeis prior Keiravân*. Quibus verbis satis in se obscuris ut lucem aliquam afferamus, tenendum est, etiam Africæ propriè sic dictæ metropolim dici القيروان Alkeiravân, *Cyrenen*, quæ etiam in Ecclesiasticâ notitiâ Pentapolitanæ, sive Cyrenaicæ, ab eâ sic dictæ, regionis Episcopatûs fuit. Illa autem hoc in loco intelligi nequit, tum quòd nec in Ægypto sita fuit; tum etiam quòd in hâc notitiâ Metropolitanus Barcæ isti regioni præfectus, & omnium sub Patriarchâ Alexandrino secundus constituatur. Præterea alia fuit in Ægypto urbs Keiravân dicta, ut ex Abulpharagio colligimus, dicente, وفي سنة احدى وستين وثلثماية سار المعز لدين الله العلوي صاحب بلاد المغرب من افريقية جريدة الديار المصرية فاقام قريبا من مدينة قيروان

*Anno trecentesimo sexagesimo primo ex Africâ egressus Al-Moezz-ledini'lla hostis regionum Occidentalium Dominus, in Ægypti Provincias tendit, & prope Keiravân (Cyrenen) Castra posuit.* Abulph. dyn. 9. p. 314. ubi primò observes velim افريقية *Africam* hîc secus à nobis vulgò usurpari. Quartam enim mundi habitabilis partem, quam Latini Africam vocant, Abulpharagius hoc in loco, & Arabes ubique المغرب *Occidentem*, vel ارض المغرب *Terram Occidentalem* appellant. Et per nomen افريقية *Africam* illi istum solum terræ tractum intelligunt, qui ab Hippone ad Barcem porrigitur. Abulpharagius autem in loco citato dicit Al-Moezz-Ledini'llam ex Africâ illâ propriè sic dictâ in Ægyptum perrexisse, & propè Keiravân castra posuisse. Unde palam est Keiravân illam in Ægypto sitam esse; verùm ea, quæ ibidem sequuntur, neque hanc Keiravân in præsenti notitiâ intelligendam esse, clarè satis evincunt. Dictus enim Al-moezz-Ledini'lla à Cyrene Alexandriam, & sic Al-kairam perrexit. Unde palam hanc Cyrenem sive Keiravân inter Africam propriè sic dictam & Al-kairam jacuisse; cùm Keiravân in præsenti notitiâ commemorata, in Riph Mesræ, sive Errif, ubi Bilbeis ad alterum, Orientale nimirum Alkairæ latus, sive inter eam & Syriam sita fuerit; ut ex situ Bilbeis invento patet. Neque sanè aliam in Ægypto Keiravân urbem nominari memini. Quocirca ipsam Bilbeis hoc in loco اول القيروان *Priorem Keiravân* dictam suspicor: Eo nimirum nomine, quòd hæc Pentapolitana fuit regio, æque ac illa, quæ in Africâ Cyrenaica appellatur. Cùm enim istius in Africâ regionis, quæ à quinque in eâ constitutis urbibus Pentapolis & Pentapolitana dicitur, Keiravân vel Cyrene antiquitùs metropolis fuerit, atque adeo tota regio Cyrenaica appellata: Arabibus, ut opinor, visum est, urbem Bilbeis etiam Priorem Keiravân vel Cyrenen denominare: Priorem quidem, quoniam ex Arabiâ in Ægyptum transeuntibus hæc Africanâ Cyrene sive Pentapoli prior occurrit: Keiravân autem vel Cyrenen, eo quòd hæc etiam Pentapolitana fuit regio, cui Bilbeis Metropolitanus præfuit; quemadmodum & altera Cyrenaica fuit. Quod etiam ex ultimis his notitiæ verbis conficitur. وهو بلبيس اول القيروان واعمالها ولها خمسة كراسي عليها من قبله خمسة اساقفة *Estque Bilbeis, Prior Keiravân unà cum ditionibus ejus. Et ei quinque sunt sedes, quibus ex ejus parte quinque Episcopi præsunt.* Unde simul ratio patet, quare Pentapolis in Africâ propriè sic dictâ, quæ in hâc notitiâ Metropolitano Barcæ subjecta dicitur, الخمس مدن الغربية *quinque urbes Occidentales* appellentur: ut distinguantur nimirum à quinque hisce urbibus, quæ in Orientali hujus Patriarchatûs tractu sitæ sunt. Quænam istæ fuerint quibus nominibus insignitæ, ut, quoad ejus fieri potest, assequamur, memoriâ repetenda sunt, quæ ante diximus de loco, quo hæc Provincia sita est, qui hâc notitiâ ريف مصر *Rif Mesræ*, Johanni Leoni *Errif* dicitur. Quæ altera fuit, eaque Occidentalis Ægypti inferioris pars. Hæc autem in notitiâ Imperii, atque etiam in Græcâ Episcopatuum notitiâ à nobis in

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

in lucem hîc emissâ, *Augustamnica secunda* dicitur: quemadmodum & altera, quæ à Johanne Leone *Bechria*, ibi *Augustamnica prima* appellatur. Verùm Augustamnica secunda sive الريف *Errif*, intra Deltam comprehensa, in Græcâ nostrâ Episcopatuum notitiâ sex Episcopatus continet, quorum hæc nomina sunt, Λεοντῶ μητρόπολις, Αθρείβις, Ηλιῶς, Βύβαστος, Κάρβηθος, Αγκύρα. Dicendum est itaque, vel unam ex his urbibus deletam fuisse, & Episcopatum esse desiisse, priusquam Arabica notitia facta fuerit, vel forsitan metropolim Bilbeis inter quinque istas urbes in eâ commemoratas non recensendam esse, ac proinde eâ etiam, quæ hîc disertè nominatur, insuper numeratâ, tunc etiam temporis sex istos Episcopatus extitisse. De quibus, ut aliquid certi habeamus, digna sunt, quæ inprimis observentur, hæc Plinii ipsius verba. *Sunt in honore & intra decursus Nili multa oppida, præcipuè quæ nomina dedere ostiis, non omnibus* (XI. *enim reperiuntur, superque quatuor, quæ ipsi falsa ora appellant*) *sed celeberrimis septem, proximo Alexandriæ Canopico, deinde Bolbitino, Sebennitico, Pharnitico, Mendesico, Tanitico, ultimoque Pelusiaco. Præterea, Butos, Pharbetos, Leontopolis, Athribis.* Plin. nat. hist. l. 5. c. 10. Hîc primo observetur omnia hæc oppida intra Nili decursus extitisse, hoc est, intra Nili ostia, sive in inferiori Ægypto, quæ à Græcâ literâ Δ, cujus figuram situ exprimit, Delta ab antiquis dicta fuit. Et quidem pleraque oppida, quæ Græca notitia in Augustamnicâ secundâ posuit, ibi olim sita esse ex istis Plinii verbis apparet. Urbs enim, quæ in notitiâ Λεοντῶ μητρόπολις dicitur, à Plinio *Leontopolis* disertè appellatur; quæ secundo loco in notitiâ Αθρείβις, à Plinio *Athribes* vocatur; & quæ ibi Κάρβηθος, hîc *Pharbetus* dici videtur. Et quidem Copti ipsam *Bilbeis Pharbetum* vocant. Nam in Nomenclatore Copto sive Ægyptiaco-Arabico بلبيس *Bilbeis* Copticè ⲫⲁⲣⲃⲁⲓⲧ *Pharbait* vertitur. Et hanc sanè urbem antiquitùs Episcopalem fuisse, ex eo constat, quòd *Alberion Pharbati* Episcopus decretis Concilii Nicæni primi subscripsit. Verùm Pharbætos Plinio alia est ab eâ urbe, quam Bolbitino ostio nomen dedisse asserit, quæque ob nominis similitudinem, ut superiùs diximus, eadem fuisse videtur, quæ Bilbeis. Ut Tanis enim ostio Tanitico, sic Bilbeis, sive Bolbeis, Bolbetino nomen dedisse videtur. Quandoquidem autem ipsi Copti sive Ægyptii eandem urbem *Pharbetum*, quam Arabes Bilbeis, vocant; plusquam verisimile est, antiquâ illâ à Plinio commemoratâ Pharbæto penitus deletâ, nomen ejus ad vicinam urbem Bilbeis ab incolis translatum esse; ut بلبيس Bilbeis in hâc Arabicâ eadem sit urbs, quæ in Græcâ notitiâ Κάρβηθος, vel quæ rectiùs Pharbætus dicitur. Neque sanè hanc solam Pharbætum, sed & ante commemoratas, Leontopolim, quam Arabes مدينة الاسود *Urbem Leonum*, & Athribem, Arabicè اتريب *Atrib*, Episcopales fuisse, Acta Conciliorum docent; Nam Metrodorus Leontorum, & Strategius Athribitarum Episcopus Ephesino Concilio subscripserunt. Quod ad reliquas tres urbes in Græcâ notitiâ sub Augustamnicæ secundæ Metropolitano recensitas spectat, vid. Ηλιῶς, Βύβαστος, & Αγκύρα; hæc ultima alibi non occurrit: ac propterea non immeritò in suspicionem veniat. Ηλιῶς autem eadem est, quæ aliàs ἡλιούπολις dicitur, Arabicè عين الشمس *Oculus vel fons Solis*, & subinde مدينة فرعون *Urbs Pharaonis*: Ratio ex Abulfeda patet, de hâc urbe dicente, عين الشمس في رمادنا رسم وليس بها ديار ويقال انها كانت مدينة فرعون *Ain shemes*, i. e. *Oculus Solis nostris temporibus destructa est, & non sunt in eâ habitationes*; *dicitur autem quod fuit civitas Pharaonis*. In sacris Scripturis בית שמש *Beth-shemes, Domus Solis* dicitur: ut Jer. 43. 13. בית שמש 70. vertunt ἡλιουπόλεως. Arabs عين شمس *Ain Shemes*. Et Isa. 19. v. 18. עיר החרס à Chaldæo vertitur בית שמש, ab Arabe عين شمس *Ain Shemes*; ac si legissent in textu Hebraico עיר החרס *Civitas Solis*. Item urbem אן *On*, cujus Sacerdotis filiam Pharaoh Josepho in uxorem dedit, Gen. 41. 45. septuaginta ἡλιουπόλεως, vulgaris Latina versio *Heliopoleos* vertunt. De hâc urbe sic Strabo, Καὶ ὑπὲρ αὐτῆς ὁ ἡλιουπολίτης νόμος· ἐστιοῦσα δ' ὀλίγον ἡ τῆς ἡλίου πόλις, ὅσῃ χώματος ἐξειλόγου κυμάτη, τὸ ἱερὸν ἔχουσα τοῦ ἡλίου. Strab. Geogr. l. 17. Constat ergo hanc pervetustam fuisse urbem. Episcopalem etiam fuisse certum est, cùm Marinus Heliopoleos Episcopus Concilio Ephesino subscripserit. Quinetiam in Breviario Meletii à S. Athanasio tradito, is Episcopum ordinâsse dicitur ὁ τῶν Ιλιτῶν, cui nostra notitia optimè quadrat, legens Ηλιτῶν. Denique Βυβαστὸς, quam Arabes البسطة *Astûs*, eadem est quæ in Scripturis פי־בסת *Pibeseth* dicitur. Unde Ezech. XXX. 17. verba hæc בחורי און ופי־בסת *Juvenes Aven & Pibeseth*. Septuaginta interpretes vertunt, Νεανίσκοι ἡλιουπόλεως, καὶ Βυβάστου. vulg. Lat. *Juvenes Heliopoleos & Bubasti*. (ubi etiam obiter observes, און *Aven* ex mente 70. eandem fuisse, atque אן *On*, viz Heliopolim.) Et quidem ipsa vox Βυβαστὸς ex Hebraica illa פי־בסת *Pibeseth* formata videtur; cum idem sit nomen ad Græcæ linguæ formam redactum. Bubasti hujus meminit etiam Strabo, & cum Heliopoli in Delta Ægyptiaco positam tradidit. ἔστι δ' οἱ πόλεσι παραλίοις τῇ τοιαύτῃ τῇ Δέλτα· αὐτῶν δ' ἡ μὲ Βυβαστὶς πόλις, καὶ ὁ Βυβαστίτης νόμος, καὶ ὑπὲρ αὐτῆς ὁ ἡλιουπολίτης νόμος. Strab. l. 17. Apud Josephum etiam Βυβάστου ἀγορὰ circa Leontopolim in præfecturâ Heliopolitanâ memoratur; ubi Onias templum extruxit, ad similitudinem Hierosolymitam. Joseph. Antiq. Jud. l. 13. c. 6. Hujus urbis Episcopus, nomine *Malchus*, Actis Concilii Chalcedonensis subscripsit. Ex præmissis igitur colligere est, quænam hæ quinque fuerint urbes, quæ in Arabicâ hâc notitiâ metropolitano الريف *Errif*, sive *Rif Ægypti* subjectæ perhibentur. Ubi etiam, quod obiter adnotare liceat, Terra Goshen, quâ Israelitæ olim commorati sunt, sita fuisse videtur. Nam & ipsum nomen الريف *Errif*, eam proventu abundantem multoque virentem pabulo fuisse regionem, ac proinde armentis gregibusque pascendis idoneam, atque isthâc in re aliis omnibus Ægypti locis præferendam demonstrat. Quinetiam ex Historiâ Exodi, sive egressûs Israëlitarum ex Ægypto constat, Goshen, ubi habitârunt, in confinio Ægypti esse versus Palæstinam: ibi enim Josephus Patri Jacobo ex Palæstinâ venienti occurrebat. Gen. XLVI. 29. ubi septuaginta גשן *Goshen* vertunt ἡρῶων πόλιν. Arabs autem, & ibi & ubicunque occurrit, per السدير *Al-sadir*, vel بلد سدير *Terram Sadir* interpretatur. Sed observandum est lxx. versu citatum antecedente vocem hanc non simpliciter vertisse ἡρῶων πόλιν, sed & de suo adjecisse, εἰς γῆν Ραμεσσῆ, ac si regio vocata fuerit Rameses, & urbs ἡρῶων πόλις. Et quidem Ptolemæus & Plinius urbem hujus nominis non procul à Sinu Arabico in Ægypto olim extitisse consentiunt. Sed eadem fuisse videtur, quæ Ηλιούπολις dicitur. Josephus enim de Pharaone loquens ait, Σωτηρίαν αὐτῷ (Ιακώβῳ) ζητῶ μὴ ἄλλοθί ποιεῖσθαι ἢ ἐν ἡλιουπόλει. Joseph. Antiq. Jud. l. 2. cap. 4. Sic etiam Rameses, quæ vel eadem fuit atque Goshen, vel saltem juxta LXX. regio, quâ sita est, ab Arabe عين الشمس *Ain al shemes* vertitur. Nam Exod. XII. ubi exitus Israelitarum ex Ægypto describitur, illos primo ex Rameses, (quam itaque incolebant) ad Succoth profectos esse traditur, ויסעו בני ישראל מרעמסס סכתה *Et profecti sunt filii Israel ex Rameses ad Succoth*: ubi Arabs, ثم رحل بنو اسرايل من عين الشمس الي العريش *Tunc profecti sunt filii Israel de Ain-shemes ad Al-Arish*. Et Benjamin in Itinerario pag. 120. dicit quidem Goshenem vocari בולסיר סלבים *Bulsir Salbis*; sed de Rameses mox ait, ומשם חצי יום לעיזקאל לעין אל שמש היא רעמסס *Hinc dimidio perveni Iskaal, ad Ain Alshemes, quæ & Rameses*. Verùm عين الشمس *Ain Alshemes* Arabicum esse ἡλιουπόλεως nomen ante observatum est. Adhæc Manethon antiquissimus ex Ægyptiis Historicis tradidit, Israelitas, quos Pastores vocat, urbem quandam Αβαρὶν olim dictam habitâsse, Ἐπὶ δὲ βασιλέως, οὗ ὄνομα Αλισφραγμούθωσις, ἀπῆμβησε, φησὶ, τοὺς πεμβῆας ὑπ' αὐτοῦ, ἐν μοῖ τ' ἄλλης Αἰγύπτου πόλεις ἐκπορθῆν, χαπικλειδῶσαι δ' εἰς τόπον ἀφυκτῶν ἔχοντα μυείων πᾶν φείμενον, Αβαρὶν ὄνομα τῇ πόλει. apud Joseph. contra Apion. l. 1. Et quam proin urbem postea vocat τὰν τότε οἰκῆ πεμβέων ἐρημωθεῖσαν Αβαρὶν. ibid. Eam autem ad Orientem Bubastis fluminis sitam esse indicat, dicens, ἐρῶν δὲ ἐν κόμῳ τῇ Σαΐτῃ πόλιν ὀκτωμεγεθῆ, χιμβρίων μὲν ἀφεῖς ἀναπλῶ τὸ Βυβαστίτου ποταμοῦ, κηλαμένων δὲ ἀπὸ τ' ἀρχαίας θεολογίας Αβαρὶν. ibid. Sane hæc civitas *Abaris* ab ipsis incolis dicta videtur; fuit enim civitas עברים *Ibrim* Hebræorum. Sitam autem dicit ad Orientem Βυβαστίτου ποταμοῦ. Bubastus autem una fuit è quinque urbibus in *Errif* conditis, ut è supradictis patet. Quinetiam idem ibidem Mosem, quem & Ὀσάρσηφ dictum affirmat, τὸ ἦθος ἡλιουπολίτου fuisse scribit. Heliopolis autem alia fuit è dictis quinque civitatibus, ut ostensum est. Macrizius autem, diligens rerum Ægyptiacarum indagator, Goshenem ad urbem Bilbeis, aliam ex istis quinque refert. Cum Goshen autem



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

non urbs fuerit, sed regio; dicitur enim ארץ גשן *Terra Goshen* Gen. 46. 28. c. 47. 6. ita in sacris Scripturis dicta videtur tota illa regio sive Provincia, quâ, præter alias tres, supra commemoratæ urbes, Heliopolis, Bubastus & Bilbeis sitæ sunt, quæque in Arabicâ hac notitia ريف مصر *Riph Mesra* sive Ægypti nuncupatur.

## In Can. XXXVII.

Προϊόντων διοίκησιν. MS. Amerbachianus & Ætonienſis legunt ἀρχιερωσύνην, reliqui noſtræ, & veriori quidem lectioni, ſuffragantur.

Σημείωσαι δὲ πᾶσι τοῖς κανόσι. Hæc, uſque ad χωρεῖν Νικηφόρου incluſivè, nec in Pariſienſi editione, neque in MS. Amerbachiano leguntur, ſed tantùm in Codice noſtro Bodleiano, cui ea accepta ferimus.

Περίληξιν τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως. Balſamon in meditato de Patriarcharum privilegiis, non modò præſentem canonem laudat; verùm hujus etiam ipſius Alexii Comneni edicti mentionem fecit & ſummam tradidit, dicens, Σὺν τῷ τοιούτῳ ὑμνῳ ἀναδιδάσκει τοὺς ἐντυγχάνοντας τῇ παρούσῃ χαρᾷ, ὡς καὶ περίληξις ὅτι τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως κυροῦ Αλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ, κατὰ τὸν νομοθέτην μίαν τοῦ διατάξαι ἐπανιμίσιως ἀπολυθεῖσα, καὶ πᾶσι δημοσιακοῖς καὶ ἐκκλησιαστικοῖς πράγμασι χαταχρωθεῖσα, καὶ διοικεῖσθαι μὲ μόνον ἀπρεμποδίστως ἀρχιερεῦσι ψηφίζεται εἰς τὰς ἀναπλήρους ἐκκλησίας, τὰς ὑπὸ τὴν ἐθνῶν καταχρήσας, καὶ ὁ δυνάμενος ἐν αὐταῖς ἐπισκηνοῦν ἀναπαμβάνειν τοὺς λαχοῦντας τούτους θείους διὰ τὸ ἐθνικὸν χαλᾶν, ἀλλὰ καὶ μὴ τὸ χειροτονίαν ἔχειν ὅσα περὶ ταύτης ἔχον καὶ τὸ μητροπόλιν δίκαια, ἡγουμένας ἀναλαβὼν, ἀδελφάτων πράξεσι, καὶ λοιπά. Balſ. medit. in Jur. Gr. Rom. l. 7. pag. 453.

Τῆς ἱερωσύνης ζυγόν. Amerbachianus & Ætonienſis Codices MSS. legunt ἀρχιερωσύνης, quam ſanè lectionem ſenſus requirit; neque enim de Sacerdotali, ſed Epiſcopali jugo hîc agitur. Et quidem in verâ hac lectione omnes codices paulò poſt conſentiunt, ubi dicitur, τῷ ζύγῳ τῆς ἀρχιερωσύνης ὑποδραμεῖν.

## In Can. XXXIX.

Το δίκαιον ἔχειν τῆς Κωνσταντινουπόλεως. Ita quidem non modo in MS. noſtro Bodleiano, verum etiam in pleriſque aliis Codicibus tam MSS. quàm impreſſis legitur. Zonaram etiam ita legiſſe ex ipſius horum verborum interpretatione conſtat. Sed Codex Amerbachianus legit τὸ δίκαιον ἔχειν τῆς τῆν Κωνσταντίνου πόλεως. Conſtantinopolis autem τῆ Κωνσταντίνῃ quidem, ſed non τῆν Κωνσταντίνου πόλις uſpiam, ut opinor, appellatur. Et haud veri ſanè cuipiam ſimile videatur, ut novæ Juſtinianopoli, ipſius Conſtantinopolis privilegia concederentur. Etiamſi enim ex hujus canonis præſcripto novæ Juſtinianopolis Epiſcopus αὐτοκέφαλος eſſe aſſeratur: Patriarcha tamen non fit, neque iiſdem propterea, quibus Conſtantinopolitanus, privilegiis gaudet. Ex alterâ autem lectione clarior ſenſus facilè eliciatur. Enimverò Synodus Epheſina antehac decreverat, ut nec Antiochenus, nec alius quivis Epiſcopus in inſulâ Cypro Epiſcopalem aliquam vel metropoliticam poteſtatem exercere debeat: ſed ut omnia Eccleſiaſtica negotia ibi emergentia à Metropolitano Conſtantiæ & Synodo Provinciæ definirentur. Iſta autem Cypri metropolis, quæ antea Conſtantia dicebatur, à Juſtiniano Imperatore ſuo de nomine *nova Juſtinianopolis* dicta eſt. Ex Amerbachianâ itaque hujus loci lectione Patres hoc canone ſanxerunt, ut novæ hujus Juſtinianopolis præſul iiſdem privilegiis frueretur, quæ eidem à Synodo Epheſinâ confirmata fuerant, cùm τῆν Κωνσταντίνου πόλις, *Conſtantienſium civitas* ſive *Conſtantia* dicebatur. Vel ſi altera cuivis lectio magis arrideat, verba hoc modo explicentur. Cum Saraceni inſulam Cyprum invaderent, Joannes urbis metropolitanæ novæ Juſtinianopolis, ſive Conſtantiæ, præſul, cum pleriſque inſulæ illius incolis in Helleſponticam Provinciam migrare cogebatur. Cùm itaque Joannes Epiſcopos ſuos & Sacerdotes æque ac Laicos ſecum ibi haberet, tempore quo hæc Synodus agebatur, Patres in ejus gratiam conſtituunt, conſentiente etiam Imperatore, ut is privilegia throno ſuo antiquitùs indulta etiam in Helleſpontiorum Provincia retineret, ut nemo præter ipſum in Epiſcopos populoſque ſuos poteſtatem haberet: atque inſuper, ut ipſa etiam Helleſpontiorum Provincia, & Cyzicenus quoque Epiſcopus, Provinciæ illius metropolitanus, dicto Joanni ſubjiceretur. Helleſpontica autem Provincia throno Conſtantinopolitano tunc dierum ſuberat. Decernunt igitur hoc loco Patres, Joannem novæ Juſtinianopoleos præſulem iſtam Helleſponticam Provinciam ita in poſterum ſibi ſubjectam habere, ut τὸ δίκαιον τῆ Κωνσταντινουπόλεως in eam totum transferatur; ut quodcunque ibi privilegium Epiſcopus Conſtantinopolitanus antea vindicaverat, Conſtantienſis ſive Juſtinianopolitanus poſtea exerceret. Hoc autem Patres dicto Joanni idcirco indulſiſſe videntur, quòd ille Provinciam ſuam, utpote à Saracenis ſive Barbaris occupatam, jam amiſerat. Neque enim rationi viſum eſt conſentaneum, ut qui metropolitanus, & quidem αὐτοκέφαλος fuerat, alieno poſtea metropolitano ſubeſſet, & omni Eccleſiaſticâ poteſtate propter Barbarorum incurſiones privaretur. Cautum eſt igitur hoc canone, ut Joannes eadem in in Helleſponto retineret jura, quæ in Cypro antea habuerat. Et hanc ſanè veriorem eſſe canonis hujus expoſitionem exinde quiſpiam ſuſpicetur, quòd egregium hoc privilegium Joanni Conſtantienſi indultum cum ipſius perſonâ, vel ſaltem cum reſtitutione ejus ad Cypriam Provinciam, extinctum fuit: utpote ex quo illud in ipſius ſolius gratiam indultum eſſe manifeſtum eſt. Porro hic ſenſus utrique lectioni apertè convenit. Nam Joannes in Helleſponto degens quatenus ad Epiſcopos Cyprios τὸ δίκαιον τῆς τῆν Κωνσταντίνου πολίως, quatenus ad Helleſponticos τὸ τῆς Κωνσταντινουπόλεως δίκαιον habere potuit.

Παρὰ τοῦ ἐπισκόπου Κύπρου. Codex Amerbachianus rectiùs legit ὑπὸ τοῦ Αρχιεπισκόπου Κύπρου. Non enim Provincialis aliquis Epiſcopus, ſed Archiepiſcopus totius Provinciæ hîc intelligitur: cui etiam, non modo Archiepiſcopi, ſed Patriarchæ nomen à nonnullis datum eſt. Et his ipſis canonibus Joannes ſupradictus novæ Juſtinianopolis Epiſcopus proximus poſt Patriarchas ſubſcripſit. Nam poſt ſubſcriptionem Georgii Antiocheni proximè ſequitur, Ιωάννης ἀπόστολος καὶ ἐπίσκοπος τῆς νέας Ιουστινιανουπόλεως ὑπέγραψα.

Τὸς ἐν αὐτῷ ἐπισκόπους. Regulæ Grammaticæ Amerbachianam hoc in loco lectionem exigunt, quæ eſt τὸς ἐν αὐτῇ ἐπισκόπους, τίνας δὲ ὁ κρατεῖ τὸ τῆς ψόφου. De hac re Balſamon quoque quæſtionem movendam dicit, καὶ ζητητέον, inquit, ὅπως τοῦτο γίνεται. Verùm huic quæſtioni facilè reſpondetur ex ipſis Ariſteni in Epitomen hujus canoni ſcholiis; nimirum quòd cùm Cyprus à Gentilium ſive Barbarorum manibus liberata fuerit, Provincia Helleſpontica ad thronum Conſtantinopolitanum rediit. Nam canon hic perſonalis, vel etiam temporalis, ut ita loquar, ſolummodo fuit; quippe qui in Joannis ſolius gratiam conſtitutus, tantùm obtinere debuit, quamdiu Provincia Cypria à Barbaris detenta fuerit.

## In Can. XL.

Χρὴ ἀνεξετάστως. Hîc neſcio quo fato particula negativa μὴ Typis excidit. Locus enim legendus eſt, χρὴ μὴ ἀνεξετάστως. &c.

Μετὰ τῶν τῆς λόγου συμπλήρωσιν. In MS. noſtro Bodleiano, poſt iſta verba, hæc interſeruntur, ὁ δὲ μέγας Βασίλειος ἐν τῷ ιη'. αὐτῆ κανόνι, φησὶ μὴ τὸν ιζ'. ἐνιαυτὸν δέχεσθαι τῶν μέλλοντα μοναχόν, *Magnus autem Baſilius in* 18. *ipſius canone dicit, eam, quæ monaſticam vitam ſuſceptum eſt, poſt annum* 17. *admittendam eſſe.* Hæc autem è margine in textum à deſcriptore traducta ſunt, non advertente eadem in ipſo canone paulò poſt haberi.

Εως τίνων. In MSS. Bodleiano, Amerbachiano & Ætonienſi hic locus ſic legitur, Εως τίνων ἀπὸ τῆς πρώτης κανόνος καὶ τῆς ἐν ταύτῃ, ὅτι χρεὼν εἰδέναι τοὺς κατ' ἐξοχὴν ἐπισκόπους ἵνα ὀφείλωσι γίνεσθαι ἀποχέρεις τῆς μοναχῶν, πολλῷ δὲ πλέον τῆς ἀτελῶν καὶ ἀμφιβόλων, ὁ μέλλων &c. Verùm prima verba hîc deſcripta ἕως τίνων cum ultimus ὁ μέλλων neceſſariò conjungenda ſunt; aliter canonis ſenſus non cohæret; uti cuivis eam legenti primo intuitu patebit. Reliqua igitur ſuppoſititia ſunt, neque ad canonem pertinent, neque aliud primò fuiſſe videntur, quàm nota quædam marginalis, cui prima vox deſideratur, vid. σημείωσαι, quæ ſi iſtis verbis præfigatur, ſic transferantur, *Nota ex præſenti canone, & iis quæ in ipſo ſunt, quòd ſine Epiſcopi, qui loco præeſt, cognitione, monachorum tonſuræ fieri non debent, multo autem magis eorum, qui imperfecti ſunt & inconſtantes*, quam ſanè notam fuiſſe marginalem nemo non videat.

Οὐκ ἔστιν ὁ δεκανός. Harmenopolus vim hujus canonis ex his verbis breviter ſic exprimit, Δεκανός τις μοναζέτω· εἰ μὴ τῆ τῆς χρείας ἐπισκόπῳ ἀξίᾳ τούτου τότε δοκεῖ. *Qui decennis eſt monachus*

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

*monachus fiat, si regionis Episcopo tunc dignus videtur.* In quam præsentis canonis Epitomen Scholiastes hæc notat, ὁ μὲν ιδ'. χρυσῆν τῆς μεγάλης Βασιλείου ἐπὶ τὰ ιε'. ἢ κ) τὰ ιζ'. Ἵνα λέγωι ὀφείλειν ἤδη τῷ σεμνύνουσαν ἑαυτὴν τῷ κυρίῳ κ) ἀποταττομένην τῷ γάμῳ· ὁ δ παρὼν χρυσῆν ἐλάττους ἢ χρόνον διὰ τὴν ἐκκλησίαν χάριτι θείᾳ κραταιοτέραν ὁρᾶν, κ) ὅτι τὸ σῶμα βαίνειν κ) σεμνύπτεσθαι. *Canon quidem* 18. *magni Basilii ultra* 16. *vel etiam* 17. *annos esse debere dicit eam, quæ Domino sese offert, & mundo renunciat. Hic verò canon tempus illud diminuit, propterea quòd Ecclesiam Dei gratiâ magis confirmatam cerneret, atque ulterius progredientem & proficientem.* Harmenop. epit. can. sect. 4. tit. 1.

Μετὰ τ ι'. ἐνιαυτόν. M S. Amerbachianus legit μὴ τ πίντε κ) δεκατὸν ἐνιαυτόν. Cum autem hîc de præsenti canone agatur, juxta quem quispiam post decimum ætatis annum monachus fieri potest, nostra & communis lectio retinenda est.

## In Can. XLII.

Μελανειμονοῦντες. Hac nimirum ratione Eremitæ monasticum habitum simulârunt. Nam monachi olim nigris vestibus induti fuerunt, unde Pachymeres, Dionysii Areopagitæ dicti paraphrases, ait Μοναχικὴ τάξις μοναχῶς πολιτεύεται· ὅθεν καὶ δηλοῖ κ) τὸ ἀμφιεννύμενον μέλαν. Idem Zosimus historicus indicat, ubi seditione adversus Monachos motâ omnes, quos assequi poterant, nigris vestibus indutos, interfectos fuisse tradidit. Τῶν μὲν ἐκκλησίαν ἐπιόντων νεκρῶν, τοὺς δ' ἀποδύντας διδύξαντες κατεκόπτουν ἅπαντας ὅσους φαιοῖς ἔπιπτεν ἐδῆσι ἠμφιεσμένους. Zosim. hist. l. 5. Sic etiam S. Athanasius ad virginem Deo dicatam ait, ὁ ἐπενδύτης σου μέλας μὲ βελαμμένος ἐν βαφῇ, ἀλλ' αὐτοφυὴς, ἰδιόχρως. Athan. de virginit. tom. 1. pag. 1050. ed. Paris. Vide & canonem 45. præsentis Concilii, quo monialium μέλαν ἔνδυμα commemoratur.

Καὶ τοῖς ἀδελφοῖς ἐγκαταλήγειν. Ita quidem omnes legunt codices præter Amerbachianum, qui legit ἐγκαταλοιδεῖν. Ut sensus sit *una cum fratribus ineludi*, viz. in monasterio, de quo hîc sermo habetur.

## In Can. XLIV.

Ὅτι ἔξεστιν, ὡς οἶμαι, ἀδιάκριτον. M S. noster Bodleianus legit ἀδιάκλιτον, reliqui omnes ἀδιάκτιτον. quam etiam lectionem nos retinere maluimus; locus enim requirit, ut *indiscriminatim*, vel *sine distinctione* hîc significetur: quam quidem significationem vox ἀδιάκλιτος, à διακλίνω *dubito*, non omnino, sed ἀδιάκτιτος à διακτίζω *distinguo*, optimè feret, etiamsi rarò occurrat.

Ἐπανελημμένους. Legendum potiùs cum M S. Amerbachiano, ἐπαγκαλεμένους.

## In Can. XLV.

Κοσμίους χρυσῷ κ) λίθῳ τιμίῳ κοσμοῦντας. Vox κόσμος hoc in loco idem significare videtur, quod Latini *Mundum muliebrem* appellant: de quo Varro, *Mundus muliebris dictus à munditiâ: ornatus quasi ab ore natus.* Var. de ling. lat. l. 4. Et lex civilis, *Mundus muliebris est, quo mulier mundior fit. Continentur eo specula, matulæ, unguenta, vasa unguentaria, & siqua similia dici possunt, veluti lavatio, viscus.* sect. 10. l. 25. ff. de auro, argento. Tertullianus, *Habitus fœmineæ duplicem speciem circumfert, cultum & ornatum. Cultum dicimus, quem mundum muliebrem vocant: ornatum, quem immundum muliebrem convenit dici. Ille enim in auro & argento & gemmis & vestibus deputatur: iste in curâ capilli & cutis & earum partium corporis, quæ oculos trahunt.* Tertul. de habit. mulier. cap. 4. Et hujusmodi sanè mundi sub κοσμίων nomine hîc intelligendi videntur; etiamsi vox Græca rariùs isto sensu usurpetur. Sed κόσμος eo sensu à 70. Interpretibus usurpatur, ut μὴ ἐπιλήσεται νύμφη τὸν κόσμον αὐτῆς. Jer. 2. 32. Καὶ ὡς νύμφην κατακοσμεῖ κόσμῳ. Isai. 61. 10.

Τὸν παρελθόν λογισθῆναι. Codex Amerbachianus hîc pro παρελθόν rectiùs legit παρελθεῖν.

## In Can. XLVI.

Τοῦ τὴν ἡγουμένειαν ἐμπιστεύεσθαι. M S. Amerbachianus legit solùm τὸ ἐμπιστεύεσθαι sine τὴν ἡγουμένειαν. Sed malè, ut cuivis patet.

Μετ' εὐλογίας ἡγουμενικῆς. In M S. Amerbachiano rectiùs legitur μετ' εὐλογίας τῆς ἡγουμένης. Per hæc enim Balsamon ista canonis verba, de quibus ante locuti sumus, interpretatur, nimirum μετ' εὐλογίας τῆς τὴν ἡγουμένειαν ἐμπιστευθείσης.

Καὶ οἱ ἀσκηταὶ δὲ φασι. Codex Amerbachianus rectiùs legit, κ) οἱ μοναχοί.

## In Can. XLVII.

Μὴ τι δὲ ἐν ἀνδρείῳ μοναστηρίῳ. Sic omnes legunt Codices præter Amerbachianum, in quo pro ἀνδρείῳ legitur ἀνδρῶν.

Καὶ ἐυπρεπίζειν τῷ κυρίῳ. In Parisiensi editione legitur ἐυαρεστεῖν, quæ vox loco nequaquam convenit.

Παντὸς σκανδάλου. Hæc prima hujus sub Balsamonis nomine impressæ interpretationis pars, usque ad ταῦτα πειρωῶνται ἀφαιρεῖσθαι κολάζειν, eadem est quæ Zonaræ etiam adscribitur. Unde veri nobis simile videtur, Balsamonem totam Zonaræ interpretationem transcripsisse, & suam ei postea apposuisse. Hæc enim ad Balsamonis etiam commentaria pertinere, non modo omnes Codices MSS. consentiunt, verumetiam ex eo conficitur, quòd iis finitis addit, κ) ὁ μὴ χρεὼν ταῦτα. ac si dixisset, hæc, quæ Zonaras commentatus est, ad canonis interpretationem sufficiunt, quibus non opus est nos quippiam adjiciamus præter ea, quæ leges civiles de hâc re præcipiunt: ac proinde ipse nihil de suo addit præter quandam Justiniani legem, eadem, quæ hoc canone continentur, edicentem.

Καὶ μόλις ἅμα ὕλης. Codices Amerbachianus & Ætoniensis Bodleiano nostro hîc suffragantur; nec non Zonaræ interpretatio, quæ, ut monuimus, eadem est, quæ hîc Balsamoni attribuitur. Sed in Parisiensi editione locus hic sic legitur, κ) μόλις ὕλης μὴ ἀναπτέσης αὐτὸ μαλθακώτερον ἤδειεν ἄν, & vix, *etsi ipsum materia non accendat, debilior fiat.*

β'. κεφ. τῆς ρκγ'. Ἰουστινιάνου νεαρᾶς. Ita sanè omnes habent MSS. sed pro ρκγ'. legendum est ρλγ'. non enim in 123. sed 133. Novellæ Justiniani capite secundo habentur, quæ hic citantur: uti & mox postea, ubi eadem ex cap. 15. tit. 1. lib. 4. Basilic. citantur, pro ιε'. scribendum ιη'. Non enim in decimo quinto, sed duodevicesimo capite istius tituli, ea inveniuntur.

## In Can. XLVIII.

Ἡ τῆς περὶ ἐπισκοπῆς παραδόσεως ἀναγκαίως γνωσὴ. Ex hoc ipso canone pro certo & comperto habemus, ab Ecclesiæ primordiis usque ad tempus, quo præsens Concilium agebatur, conjugatos etiam viros ad Episcopalem dignitatem promotos fuisse, neque conjugium aut uxores impedimento iis fuisse, quo minus summo isto honore vestirentur; usque adeo ut non modo ordinati fuerint, qui uxores habebant, sed post Episcopales etiam ipsis collatos ordines easdem retinere, & cum iis unà cohabitare pro libitu potuerint. Hæc enim Synodus eos ab uxoribus suis separari prima instituit, ut rectè observat Matthæus Blastares, qui de præsenti Synodo loquens, Αὕτη γὰρ ἡ Φωτείου πρώτη τῶν γαμετῶν ἀποστάσιόν τινες ὁπωσοῦν ἐθέσπισεν, *Hæc enim Synodus prima fuit, quæ sancivit, ut uxoribus suis Episcopi renunciarent.* Matt. Blast. Syntag. lit. r. cap. 16. Hoc nimirum in præsenti canone sanxit, præcipiens insuper, ut uxores ab Episcopis sic separatæ monasteria ingrederentur: quod sanè in Orientali præsertim Ecclesiâ, ut religiosissima canonum observatrice, diu obtinuit, & etiamnum obtinere videtur. Memorabile hujus rei exemplum à Nicephoro Gregorâ traditur. Cùm enim Johannes Glycis, qui uxorem & filios filiasque habebat, ad Patriarchatum Constantinopolitanum evectus est, uxor ejus monastico statim habitu induta fuit. Ἐνὸς γ μοναχὴ σχηματισθέντος ἤτοι ὅπερ ἐπὶ τ πατριαρχικὸν ἀνέβητον θρόνον Ἰωάννης ὁ Γλυκὺς, λογοθέτης ὢν τοιικαῦτα τῶν ὁρθόμου, κ) γυναῖκα ἔχων κ) υἱοὺς κ) θυγατέρας. Et paucis in ejus laudem interjectis, διὰ ταῦτα δὲ κ) τὸν



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

πατριαρχικὸν θρόνον ὕπαθλον καὶ τὸ ἀρχιερατικὸν λαμβάνει, ἡ γυναικὸς αὐτῷ τὸ μοναχικὸν ἐνδυσα ἀπελθόντος ῥῆμα. Niceph. Greg. Hist. Rom. l. 7.

Τὸ ἀπὸ τῆς ἀναγκάζεσθαι. Hæc usque ad ἐν τῷ χαρτοφυλακίῳ, in impressis antehac codicibus desiderata, ex MS. nostro Bodleiano nunc primum edimus. Utrum ad Balsamonis textum jure pertineant, alii viderint. Sanè cum præcedentibus non cohærent; ac propterea è margine in textum nobis transcripta videntur. Quod veri ex eo fit similius, quòd in Amerbachiano MS. eadem quidem legantur, sed aliis plerunque verbis concepta; quæ nihilosecius in curiosorum gratiam apponere visum est. τὸ ἀπὸ τῆς ἀναγκάζεσθαι τὰς γυναῖκας τὸν χειροτονηθέντος τὸν μοναχικὸν βίον ἐλέσθαι, συναζητεῖσθαι ἀφ' ἑαυτοῦ βασιλεῖ κυρῷ Ἰσαακίῳ τῷ Ἀγγέλῳ καὶ τὸ συγκόμισσον μῆνα τῆς ε'. ἰνδικτιῶνος παρόντων καὶ τῶν ἀγιωτάτων πατριαρχῶν, τοῦ Ἀντιοχείας, καὶ τοῦ Ἱεροσολύμων, καὶ μητροπολιτῶν ὡσεὶ πεντεκαίδεκα, καὶ διεγνώσθη ὀφείλειν ἀποκείρεσθαι τὰς γυναῖκας τοὺς χειροτονηθέντος καὶ τὸ ἀποβησόμενον· καὶ ζήτει τὸ τελικαῦτα σχεδὸν σημείωμα, καὶ κεφαλαιῶδες καὶ ἐπὶ αὐτὸν κεφὲν εἰς τὰς λόγον τοῦ χαρτοφυλακίου. Hîc non opus est interprete, cum eadem ferè versio hisce verbis inserviat, quam ad impressa hoc loco apposuimus. Sed non omittendum est, eadem etiam apud Matthæum Blastarem haberi, Syntag. lit. Γ. cap. 17. Et, quod me penè fugerat, hæc in MS. Amerbachiano non eodem, quo in nostro, loco, sed ad ipsum hujus interpretationis finem, sive post ἀρωνίαν εἰσαφέρεσθαι, collocari; quod tantum non indubitatum reddit ea ab initio in textu non extitisse, cùm in diversis MSS. diversa loca obtineant, nimirum prout descriptoribus visum est; qui cùm ea in margine scripta observâssent, hic uni, ille alteri textûs loco inseruit.

Ἀποκλειόσθαι μὴ εἰς τὸ μοναστήριον. MS. Amerbachianus rectiùs legit ἐγκλειόσθαι.

Κἂν τις ᾖ ἡ τοιαύτη νεαρά. Hîc diligenter observetur vox τοιαύτη *talis*, neque enim ipsa Novella ante commemorata eadem est, quæ hic in Basilicis sita dicitur, & etiamnum extat: Istam enim disertè ait in Basilica non referri, ac proinde exoleviſse, λέγομεν ὡς τὰ τοιαῦτα νεαρᾶς ἀπεκλείσαν διὰ τὸ μὴ τεθῆναι εἰς τὰ βασιλικά. Quapropter sextam potius Justiniani Novellam ibi intelligendam censeo, utpote secundo ipsius capite eadem jubentem, quæ Balsamon in citatâ contineri asserit, & in Basilicis etiam non positam, quemadmodum is de eâ tradidit.

## In Can. XLIX.

Κατὰ γνώμην ὑποκόπτει. Codex Amerbachianus hæc & sequentia sic legit, καὶ γνώμην τοῦ ὑποκόπτει μόνον αὐτὰ διωρισμένως μοναστήρια.

Μήτε ἡ ὑπὸ πᾶσι. Voces μήτε ἡ in MS. Amerbachiano desiderantur. Sed sensui necessaria sunt.

Μηδαμῶς κρατεῖσθαι δείξομεν. In MS. Amerbachiano rectiùs legitur κρατῆσαι. neque enim verbum istud in voce passivâ hoc sensu usurpatur. De iis autem, quæ obtinere hîc præcipitur, videsis Synodalem decisionem Sergii Patriarchæ Constantinopolitani περὶ διορισμῶν καὶ ὑποθέσεων τῆς μοναστηρίων ἢ φροντιστηρίων, in Juris Græco-Romani lib. 3. pag. 203. ubi etiam hic ipse canon citatur.

## In Can. LI.

Καὶ τὸ τῆς κυριακῆς θεάσεσθαι. Harmenopulus hunc canonem his verbis contrahit, ὡσαύτως καὶ ὁ ἑαυτὸν ἐκδιδοὺς μίμοις καὶ θεάτροις καὶ τοῖς τῆς κυριακῆς θεατρικοῖς καὶ τοῖς ὑπὸ σκωμμάτων ἐχομένοις, *Similiter & qui seipsum dat mimis, ac theatris, & venationum spectaculis, & scenicis saltationibus.* ubi Scholiastes ad ista verba κυριακῆς θεατρικοῖς, hæc observat, Ἐν τοῖς μείζοσι τῆς πόλεων θηρία ἐτρέφετο, λέοντες καὶ ἄρκοι, καὶ κατὰ τινας καιροὺς ἐξάγοντο εἰς τὸ θέατρον· καὶ ποτὲ μὲν πύκτας ἐμάχοντο, ποτὲ δ' ἀνθρώπους, αἰχμαλώτους τυχὸν ἢ κατακρίτους, καὶ ἦσαν τινῶν τοῖς θεωμένοις καθ' ἡδονήν· τοῦτο οὖν ὁ κανὼν ἀπαγορεύει, ἢ τὸ διὰ κυσὶν ἢ ἄλλας θηρεύειν. *In maximis urbibus alebantur bestiæ, puta Leones & Ursi, certisque temporibus in theatrum educebantur: ac nonnunquam sanè cum tauris pugnabant, nonunquam cum hominibus, captivis fortè aut damnatis, atque hæc spectatoribus voluptati erant. Istud igitur hic canon prohibet, non venationem, quæ fit cum canibus, aut aliter.* Harmenop. epit. can. sect. 3. tit. 3. Hæc autem ex Zonaræ scholiis excerpta videntur.

Τὰς διὰ σκωμμάτων ὀρχήσεις. Codex Amerbachianus legit τὰς διὰ σκωμμάτων, sed non modo reliqui omnes Codices, verum etiam Scholiastes omnes legunt σκωμμάτων.

Τὸν Ἀγγελίαν. Ita quidem omnes nostri MSS. una cum impressis codicibus legunt; sed Joannes Meursius in Glossario Græco-Barbaro in voce Μάγων, ubi hunc Balsamonis locum citat, pro ἀγγελία, legit ἀγγάλλιον. Et ne quis erratum typographicum esse suspicetur, ipsam vocem ἀγγαλλίου *Insus genus* interpretatur; sed alium non affert locum ubi occurrit, præter hunc Balsamonis, quem sub manibus habemus. Unde autem hanc lectionem hauserit me latet: sed ex MS. aliquo eam desumptam esse ex eo colligimus, quod hic locus inter ea recenseatur, quæ ipse ex auctoribus Græcis hactenus non editis se collegisse refert.

Ἐκλύσει τε καὶ χαυνῶσι. MS. Amerbachianus legit ἐκλύσει καὶ χαυνῶσι. Editio Parisiensis ἐκλύσει τε χαυνῶσι particulâ καὶ male omissâ.

## In Can. LII.

Γινέσθω ἡ τῶν προηγιασμένων ἱερὰ λειτουργία. Προηγιασμένα *Præsanctificata* hîc dicuntur sacra mysteria, quæ priùs consecrata sunt, quàm eorum communicatio celebratur: quibus etiam celebrandis peculiaris λειτουργία olim destinata fuit, ut ex hoc ipso canone patet; quo cautum est, ut per totam quadragesimam, præterquam Sabbato, Dominicâ, & sancto Annunciationis die, sacra quidem mysteria non consecrentur, sed tantùm hæc τῶν προηγιασμένων λειτουργία peragatur; sive ut reliquis diebus hîc non nominatis eorum mysteriorum celebretur ministerium, quæ Dominica Sabbato præcedente consecrata fuerant. Sed canonis hujus mentem, & dicti præsanctificatorum ministerii ritum, ab Ecclesiâ Orientali usitatum meliùs non assequamur, quàm ex Michaelis Patriarchæ Constantinopolitani verbis à Leone Allatio citatis, quæ sic se habent, Ἡ δὲ τῶν μυστικὴ τελετουργία ἱεροφαγικῶς ἐστι τὸ τρίτον τέτην· καθ' ἑκάστην κυριακὴν τῶν προηγιασμένων ἡμῖν εἰς νηστείαν ἁγίων ἡμερῶν τελοῦντι οἱ προηγιασμένοι ἄρτοι καὶ τὸν ἱεροφαγήσαντα ἀκολουθίαν τε καὶ διδασκαλίαν· ἐν γοῦν τῶν προτεθέντων ἁγίων ἄρτων ὀκτωμιδίου τοὺς ἄρτους ἀπόνους ἡ χρεία καὶ ὁ καιρὸς ἀπαιτεῖ, τέλειοι, καὶ ζωοποιοὶ, καὶ ποικίλων χαρίτων θείων μετὰ, οἷς καὶ προδρόμοις, καὶ ἦσαν αὐτὸ τὸ ζωοποιὸν σῶμα τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐν ἐστηχεῖται τῆς ῥανὶς τοῦ θείου αἵματος ὑποπιπτόμενος ὕπως, καὶ τοῦ ὑπερφανοποιοῦ πύτου χρείς. ἐν δὲ μιᾷ ἑκάστῃ τῶν νηστίμων ἡμερῶν, καθ' ἃς τελεῖται γίνεται, μεταλαμβάνονται ἀπὸ τοῦ τότε τῶν προηγιασμένων εἰς τὸν ἐντὸς ἱερομόβλιον ἁγίαν τράπεζαν τοῦ ἁγίου Συναξαρίου, καὶ ἁπλῶς τῶν μυστικῶν καὶ τελεστικῶν συγχρῶν τύπος ἐπιφέρεται, ἀλλ' ἐπὶ ζητεῖται ὁ ἱερεὺς μίαν καὶ μόνην εὐχὴν ὑποβολικὴν τοῦ ἡγιάσθαι αὐτὸν ἄξιον ὑποδοχέα τῶν προηγιασμένων ἁγιασμάτων. καὶ δὴ τὸ κοινὸν τὸ ἁγίας μεταλήψεως μικρὸν ἀφ' τότε ἐφεπόμενοι οἱ διάκονοι τῶν προηγιασμένων ἁγίων πνευμάτων, καὶ οὐκ ὀπισθεῖσιν ὡς ἐν ταῖς τελείαις τὸ πλήρωσιν δίδοται, ἀλλὰ τὸ ἐνυπάρχον δίδοται· καὶ τοῦ ἱερέως λέγοντος, εὐλογητὸς ὁ θεὸς ἡμῶν πάντοτε, ἐμβάλλεται ὁ προηγιασθεὶς καὶ προτεθεὶς ἄρτος εἰς τὸ μυστικὸν ποτήριον, καὶ ὕπως ὁ ἐν τούτῳ οἶνος εἰς ἅγιον αἷμα τοῦ κυρίου, καὶ μεταβάλλεται καὶ ποιεῖται μεταβάλλεσθαι· καὶ μὴ πῶς ἀφίσανει ἡ τῶν ἁγίων μετάληψις. Quorum verborum summa huc redit, singulis per totam quadragesimam Dominicis præsanctificati panes conficiuntur, & ex iis reponuntur, quotquot occasio exigit, nullâ iis guttâ sanguinis Christi infusâ, sed singulis jejuniorum diebus, quibus perfecta lyturgia non celebratur, hi præsanctificati panes ex propositionum loculo ad sanctam mensam transportantur: at nulla ex mysticis & sanctificantibus orationibus super eos dicitur; sed Sacerdos pro se solo precatur. Postea nonnullis à Sacerdote & Diacono dictis, panis præsanctificatus in sacrum Calicem injicitur, quo vinum in Domini Sanguinem immutatum creditur: quibus peractis Sanctorum communio sequitur. Verumenimverò hi panes præsanctificati non solùm Dominicis, sed & Sabbatis præparari solent, idque tertiâ circiter diei horâ, ut Nicetas Pectoratus Studita Hieromonachus testatur, dicens, ὅτε πίνων ἀφιλαβόντες ἡμᾶς σκεδάτῳ λειτουργοῦμεν καὶ κυριακῇ, κατὰ τὴν τρίτην ὥραν, ἐν ᾗ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κατῆλθεν ἐπὶ τοὺς ἀποστόλους, καὶ προσκομίζοντες ἐν αὐτῇ ἁγιάζομεν τὰ δῶρα, ἐξ ὧν ἱκανὰ τῇ ὅλῃ φυλάττομεν ἑβδομάδι. Quæ verba Humbertus Sylvæ Candidæ Episcopus sic vertit, *Sic ergo accipientes nos Sabbato & Dominicâ die, secus tertiam diei horam, in quâ & Spiritus sanctus descendit super Discipulos, immolantes, in ipsis sanctificamus munera, ex quibus sufficientia in totâ hebdomade conservamus.* Et mox addit hujusmodi præsanctificatorum ministerium per reliquos hebdomadis dies juxta nonam diei horam celebratum esse. Sed non omittendum est

præsanctificatos

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

præsanctificatorum ministerium per reliquos hebdomadis dies juxta nonam diei horam celebratum esse. Sed non omittendum est præsanctificatos hosce panes vino consecrato sive sanguine Dominico non intingendos esse, ut Nicetas Pectoratus ante asseruit: cui etiam Scholiastes Harmenopuli in præsentem canonem adstipulatur, dicens, τὸ μὴ χρίειν τὰ προηγιασμένα διὰ τὸ κοχλίδος ἐν τῷ ἁγιασθέντι αἵματι, ἐν τῷ μέλλοντι τῶν φυλάττεσθαι ἀκριβίσεσθαι, φησὶν ὁ μακάριος Ἰωάννης, ὡς καὶ ἐν τῇ ἡμῶν μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ γινόμενον, *Non inungenda esse præsanctificata per cochlear in sanguine Dominico, cum custodienda sunt, accuratius tradidit beatus Joannes, veluti quòd etiam in majori nostrâ Ecclesiâ fiat.* Harmenop. epit. can. sect. 2. tit. 6. Hoc etiam Arcadius approbat, & confirmare conatur, lib. 3. cap. 56. Sed in Euchologio contrarium prorsus instituitur. Nam in declaratione τῆς θείας λειτουργίας τῶν προηγιασμένων disertè dicitur, Εἶτα λαβὼν τὸν ἅγιον κοχλίδα μετὰ τῆς δεξιᾶς χειρὸς βάλλει αὐτῷ ἐν τῷ ἁγίῳ αἵματι· τῇ δὲ ἀριστερᾷ χειρὶ λαμβάνει ἕτερον ἄρτον, καὶ εἰσφέρει τὸν ἅγιον κοχλίδα μετὰ τοῦ ἁγίου αἵματος· βαπτίζει καὶ ἐσθίζει αὐτὸν ἐν τῷ ἁγίῳ ἄρτῳ σταυροειδῶς ἐν τῷ μέρει ἐν ᾧ ἐχαράχθη ὁ σταυρὸς ὑπὸ τοῦ ψυχέως, καὶ ἀποτίθησι τοῦτον ἐν τῷ ἀριστερῷ, εἶτα λαμβάνει καὶ τοὺς ἑτέρους, καὶ ποιεῖ ὡσαύτως εἰς ἕνα ἕκαστον, καὶ συνάλλει αὐτοὺς πάντας ἐν τῷ ἀριστερῷ. Adhæc observandum est, hoc præsanctificatum ministerium non quovis anni tempore, sed tantùm quadragesimali celebratum esse: ut etiam in Typico dicitur, Η θεία λειτουργία τῶν προηγιασμένων λέγεται ἐν ταῖς τεσσαρακοστιαῖς ἡμέραις μόνον. Unde etiam in Euchologio legimus, τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ τεσσαρακοστῇ, ὅτι μέλλει ὁ ἱερεὺς ποιεῖσθαι προηγιασμένων. Neque etiam singulis per totam Quadragesimam facta est hæc liturgia; sed tantum diebus jejunio dicatis, ac propterea neque Sabbato quovis, nec Dominicâ, nec sanctâ Annunciationis die, quemadmodum hoc canone decretum est. Et quidem etiamsi hæc τῶν προηγιασμένων λειτουργία ante præsentem Synodum in usu fuerit; quippe de quâ tanquam de re satis cognitâ Patres hîc loquuntur; usus tamen ejus in quadragesimalis jejunii diebus, ab Orientali Ecclesiâ etiamnum observatus, hoc primo canone fundatus videtur.

Πρὸ τῆς τυρινῆς. Gentianus Hervetus vertit, *ante Septuagesimam*, sed malè. Græci enim Dominicam Septuagesimam κυριακὴν τοῦ ἀσώτου non τῆς τυρινῆς vocant. Sed κυριακὴ τῆς τυρινῆς illis eadem est, quæ Latinis *Quinquagesima* dicitur, & Quadragesimam proximè præcedit, à qua etiam præcedens hebdomas τῆς τυρινῆς denominatur. Græci enim aliter ac Latini has hebdomadas computant; apud hos feriæ cujusvis ex his hebdomadis à præcedente, apud illos à subsequente Dominicâ nomina sortitæ sunt: ut hebdomas Quinquagesimæ Latinis ea est, quæ Quinquagesimam sequitur; sed hebdomas τῆς τυρινῆς Græcis ea est, quæ eandem Dominicam præcedit, ac propterea eadem, quæ Sexagesimæ Latinis dicitur, proximâ die post Dominicam Sexagesimæ incipiens, & in nostram Quinquagesimam desinens, quæ proin κυριακὴ τῆς τυρινῆς dicitur. Et quidem ex hoc ipso Balsamonis loco Quinquagesimam hîc intelligendam esse, quemadmodum nos transtulimus, clarè satis evincatur. Asserit enim Balsamon monasteria, quæ accuratam sequuntur rationem, hujus ipsius canonis autoritate ducta canere, & canones atque martyria festorum, & sacrarum memoriarum, quæ tot tâ Quadragesimâ proveniunt, legere ἀπὸ τῆς τυρινῆς. Hoc est, quoniam Quadragesimâ currente hæc facere non licet, ideoque ea proximè ante Quadragesimam celebrant; quod ἀπὸ τῆς τυρινῆς apertè indicat, cum κυριακὴ τῆς τυρινῆς Græcis Quadragesima statim subsequatur. Quare autem ea, quæ in ipsâ Quadragesimâ proveniunt, ante Septuagesimam fierent, nulla ratio assignari potest. Ex eo igitur, quòd ea ἀπὸ τῆς τυρινῆς celebrari affirmet, eam Quinquagesimæ nostræ respondere constat. Adeo ut, quæ Balsamon hîc ἀπὸ τῆς τυρινῆς facta dicit, ea in hebdomade ante Quinquagesimam nostram facta videantur: siquidem ipsa κυριακὴ τῆς τυρινῆς hîc intelligitur.

Κυίως μία δὲ παρεκτενῆμεν. MS. Amerbachianus legit, κυίως μία δὲ νηστεία παρεκτενῆμεν, *propriè unum est jejunium quadragesimale*; nimirum quod ante Paschalem celebritatem peragitur. Hoc ex præsenti canone colligit, quippe in quo unius solius παρεκτεῖς facta est mentio; & si altera fuisset, præsanctificata etiam in eâ celebrari hîc cautum esset. Iis autem nequaquam assentiri possum, qui ex his Balsamonis verbis concludunt, nullum aliud quadragesimale jejunium præter Paschale à Græcis tunc temporibus observatum esse; nam contrarium potiùs ex his verbis conficitur. Ex eo enim, quòd dicit unum solum *κυίως propriè* quadragesimale esse, apertè indicat, aliud tunc dierum fuisse, sed quod impropriè isto nomine appellaretur. Et præterea, si nullum aliud fuisset, superflua esset hæc Balsamonis observatio. Quorsum enim observaret unum solum propriè ita dicendum esse, si nullum aliud ita dictum fuerit? aliud itaque satis clarè insinuat. Utrum illud jejunium adventûs sive Natalis Domini quadragesima fuerit, alii viderint.

## In Can. LIII.

Ἐπισκοπὴν μείζονα. Demetrius Chomatenus Archiepiscopus Bulgariæ ex hoc canone probat, eosdem gradus, quantum ad matrimonium, in spirituali hâc cognatione atque in naturali consanguinitate observandos esse. Canone enim citato hæc dicit, Ὅτι τίνων ὁ παρὼν κανὼν μείζονα κωλῦσαι τὴν πνευματικὴν συγγένειαν ἢ τὴν σαρκικὴν, ἀνάγκην ἔχουσιν οἱ διὰ παίδων σωτηρίων εἰς ποιότητα βαθμοὺς σωτηρίων τὸ παίδων σωτήριον καὶ ἐναφιέντες, εἰς ὅσους καὶ τὸ ἐξ αἵματος συγγενείας. Demet. Chomat. περὶ βαθμῶν συγγενείας. Quinetiam leges ipsæ civiles statuunt spiritualem hanc magis quàm carnalem cognationem matrimonium impedire. *Ea videlicet persona omnimodo ad nuptias venire prohibenda, quam aliquis, sive alumna sit, sive non, à sacrosancto suscepit baptismate. Cùm nihil aliud sic inducere potest, paternam affectionem & justam nuptiarum prohibitionem, quam hujusmodi nexus, per quem Deo mediante anima eorum copulate sunt.* l. 26. c. de nuptiis. Hinc Joannes Episcopus Citri rectè observat, tam politicas quàm Ecclesiasticas leges statuisse spiritualem cognationem carnali potiorem esse. Ἐπειδὴ τὸν κτίσμα συγγένειαν κρείττονα εἶδε τῆς σαρκικῆς, καὶ οἱ φιλάνθρωποι νόμοι καὶ οἱ ἱεροὶ κανόνες σαφῶς γυμνατδίωσιν. Joan. Ep. Citr. respon. ad Constant. Cabasil. interrog. 5. in Jur. Gr. Rom. l. 5. p. 325. Quod etiam à Balsamone in hunc canonem observatur.

Τπεξέσιον ἢ αὐτεξέσιον. Hæc verba ἢ αὐτεξέσιον ex MS. Bodleiano restituimus; cui etiam Amerbachianus suffragatur.

Σὺ ἢ γίνωσκε. Hæc & quæ sequuntur in hisce Balsamonis in præsentem canonem commentarius ex MS. nostro Bodleiano nunc primùm edimus; Græcè nimirum: nam partim extant in Latinâ Herveti versione, sed in MS. Amerbachiano penitus desiderantur.

Περιηθημένου Νικολάου. Hujus Synodicæ constitutionis, sub Nicolao Patriarchâ Constantinopolitano editæ, Balsamon etiam in responsis ad Marcum Alexandrinum mentionem fecit, his verbis, Γίνονται σημείωμα συνοδικὸν ἐπὶ τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνου πατριάρχου κυροῦ Νικολάου κατὰ μῆνα μάϊον τῆς ιε'. ἐπινεμήσεως, ἐπὶ ἐρωτήσει τοῦ ὁσιωτάτου ἐκείνου Γρηγορείου τοῦ Ξενοῦ, διαιζήμενον πῶς αὐτοῖς ἔχρις συσφίγγεσθαι, καὶ ὑφαπτῶσθαι ἢ διὰ τῆς σωτηρίας συζύγων πνευματικὴν συγγένειαν, οἵτις καὶ αἱ σωματικὴ συγγένειαι ἀναιρίζεται. Balsam. resp. ad Marc. Alex. interrog. 43. Hinc lacuna in Joannis Episcopi Citri responsis ad interrogationes Constantini Cabasili supplenda. Dicit enim ille Γίνονται ἢ καὶ ἀναξεῖς συνοδικὴ ἐπὶ τῆς ἐφημερίας τοῦ ἐν ἁγίοις ..... πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως γυμνατδίωσιν ἀκολούθως τῷ ργ'. κανόνι τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου καὶ τῷ ς'. βήματι τοῦ ι'. κεφαλαίου τοῦ ε'. πίτλου τοῦ κη'. βιβλίου τῶν βασιλικῶν, τῆς αὐτῆς βαθμοῖς ἀναχρήσθαι καὶ τὸν πνευματικὸν συγγένειαν, οἵτις καὶ ἡ φυσικὴ, ἥτις σαρκικὴ ἀναιρίζεται. Joan. Citr. responsi. ad Constant. Cabasil. interrog. 5. In Jur. Græc. Rom. l. 5. p. 326. procul enim omni dubio hîc legendum est τοῦ ἐν ἁγίοις Νικολάου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως. sub quo edita est hæc constitutio.

## In Can. LIV.

Τῆς θείας ἡμῶν. Hic canon in Balsamonis meditato, cui titulus, τὸ αὐτὸ διάγνωσις χρέιον τοῦ λαληθέντος συνοδικῶς ζητήματος περὶ τοῦ, εἰ χρὴ ἢ αὐτὸν καὶ ἕνα δυσὶ δισταλήψεις συνάπτεσθαι, laudatur, ubi etiam asseritur, unà cum lege civili, hunc etiam canonem matrimonia usque ad gradum sextum, tam ex affinitate, quàm cognatione contracta, constrinxisse, sed permisisse quæ istum gradum sequuntur. Τὸ ζ β'. βήμα τοῦ λβ'. κεφαλαίου τοῦ ε'. πίτλου τοῦ κη'. βιβλίου περὶ βασιλικῶν, καὶ ὁ ρδ'. κανὼν τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ τοῦ μεγάλου παλατίου συνόδου ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου, μέχρι τοῦ ἕκτου βαθμοῦ καὶ ἀπὸ τὰ ἐξ ἀγχιστείας καὶ τὰ ἐξ αἵματος ἐξετασμένα συναλλάγματα· τὰ ζ μὴ τοῦτο ἁπλῶς ἀπόλυσιν ἀναχώρησιν. Balsam. in medit. Jur. Gr. Rom. l. 7. pag. 464. Citatur etiam à Demetrio Chomatiano in responso. ibid. past. 412. necnon à Demetrio Syncello metropolitano Cyziceno in declamatione ib. pag. 400.

Καὶ διὰ ῥημάτων ὀλίγων. Hæc uſque ad ἀλλὰ γὰ in MS. Amerbachiano deſiderantur.

Οϛδοηκοϛὸς ἕκτος ὅτι κανών. Sic etiam Balſamon hunc S. Baſilii canonem vocat, videlicet octogeſimum ſextum, etiam in MS. Amerbachiano; ubi tamen in hoc Zonaræ loco ſcribitur ὀϛδοηκοϛὸς ὄϛδοος. Et quidem in noſtrâ hac editione canonum S. Baſilii, qui hic citatur, revera eſt octogeſimus octavus. In Pariſienſi autem editione nullus cuivis ex iſtis canonibus ultra octogeſimum quintum numerus apponitur, quod mendum eſſe ex hoc ipſo loco conſtat. Ex præmiſſis error etiam in Ariſteni ſcholiis in epitomen hujus canonis deprehenditur; quippe quibus ἑβδομηκοϛὸν ὄϛδοον, mendosè ſcribitur pro ὀϛδοηκοϛὸν ὄϛδοον.

## In Can. LV.

Τὴν πάντες σαββάτου νηϛεύειν. Romanos olim omni Sabbato, ac proinde quadrageſimalibus etiam, jejunâſſe teſtatus eſt Socrates, ubi ait, ἐν ῥώμῃ πᾶν σάββατον νηϛεύειν. Socrat. Hiſt. Eccl. l. 5. cap. 22. Sed idem paulo ante dixerat, eos qui Romæ erant tres continuas hebdomadas ante Paſcha, excepto Sabbato & Dominico die, jejunâſſe, εἰ καὶ γὰ ἐν ῥώμῃ τρεῖς σὺν τῷ Πάσχα ἑβδομάδας, πλὴν σαββάτου καὶ κυριακῆς, σωμηρύφας νηϛεύουσιν. ibid. In quibus propterea verbis Dionyſius Petavius Socratem hallucinatum eſſe affirmat; Animadv. in Epiphan. expoſ. fid. Baronius autem iſtis verbis duplicem errorem objicit, nimirum tum quòd Socrates Romanos tres tantum hebdomades ante Paſcha jejunâſſe dixerit, tum quòd in iſtis etiam tribus hebdomadis dies Sabbati exceptos fuiſſe aſſeruerit. Bar. ad an. 391. Sed vix credibile eſt, ut Socrates ſibimet in eodem capite contradiceret; ac proinde illud πᾶν σάββατον de iſtis intelligendum videtur Sabbatis, quæ ſunt extra quadrageſimam, vel ſaltem quæ non ſunt in tribus iſtis hebdomadis ante Paſcha, in quibus Romanos diebus Sabbati non jejunâſſe diſertè aſſerit: quod ipſe etiam Leo Papa Romanus tradidit, qui de quadrageſimâ loquens ait, *Secundâ igitur & quartâ & ſextâ feriâ jejunemus. Sabbato autem apud beatum Petrum Apoſtolum vigilias celebremus.* Leon. de quadrag. ſerm. 4. Sed ut ut ſe res habuerit Leone iſto thronum Romanum tenente, poſtea, ſaltem Gregorii magni diebus, Romanos Sabbata per quadrageſimam jejunâſſe ex ipſius ſcriptis conſtat, utpote cujus hæc ſunt verba, *Quamvis ergo de quadrageſimali tempore eſt adhuc aliud, quod poteſt intelligi. A præſenti enim die uſque ad Paſchalis ſolemnitatis gaudia ſex hebdomade veniunt. Quarum videlicet dies quadraginta duo ſiunt; ex quibus dum ſex dies Dominici abſtinentiæ ſubtrahuntur, non plus in abſtinentiâ quàm triginta & ſex dies remanent.* Greg. in Evangelia hom. 16. ubi, ut videre eſt, ſex dies Dominici, iique ſoli, per totam quadrageſimam abſtinentiæ ſubſtracti dicuntur. Sabbatis igitur tunc temporis jejunabant. Quod etiam præſentis Synodi diebus à Romanis obſervatum fuiſſe ex ipſo hoc canone indubium redditur, quippe in quo illud reprehenditur, ut contra can. Apoſt. 66. introductum.

Ὅτι κρατεῖν χὴ δεῖ τῇ ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ. Ecce legem à præſenti Synodo Romanæ etiam Eccleſiæ præſcriptam. Hoc Papiſtis bilem movet, quam propterea in hunc canonem paſſim evomunt. Sed nihil apertius eſſe poteſt, quàm Patres Trullanos, cum in hunc canonem edendum conſentiebant, unamines exiſtimâſſe, Eccleſiam Romanam Oecumenico Concilio ſubjectam eſſe, ac proinde in ſuâ ſitum fuiſſe poteſtate, eam errantem corrigere, & leges ei præſcribere, quibus ipſa etiam conſtringeretur: utrumque enim hoc canone factum eſt.

Κανόνα τὸν λέγοντα. Sic legunt etiam MS. Amerbachianus & Ætonienſis. In Pariſienſi editione legitur, τὸν κανόνα τὸν διαγράφοντα. Canon autem, quem in hoc loco Patres citant, & in Romanâ etiam Eccleſiâ obſervari præcipiunt, eſt, Apoſt. can 66.

Παρὰ τῶν πάπων. MS. Amerbachianus legit ἀπὸ τῶν πάπων.

Ἑξηκοϛὸν πέμπτον. Ita quidem in MS. ſcribitur: ſed legendum ἑξηκοϛὸν ἕκτον. Non enim 64. ſed 66. canon Apoſtol. hìc citatur; quemadmodum & antè obſervatum eſt.

## In Can. LVI.

Ὡς Σαύπιος μεμαθήκαμεν ἐν τῷ Ἀρμενίων χάρτῃ. Ad calcem Balſamonis in canones commentariorum, in editione Pariſienſi, extat Niconis tractatus de Armeniorum, qui hîc commemorantur, religione. Ne quis ergo conqueratur aliquid in hâc noſtrâ deſiderari, quod in iſtâ editione habetur, viſum eſt eum totum huc tranſcribere; præſertim cùm quæ hoc canone in Armeniis damnantur, in eâ diſertè contineantur. Sic itaque ſe habet.

### *De peſſimorum Armeniorum peſſimâ religione.*

Quæ ab Armeniis præter rationem fiunt & creduntur, hæc ſunt. Dicunt divinam naturam eſſe patibilem, & in Aphthardocitarum hæreſim inducti Trinitatem pati dicunt. Hoc autem etſi non audent apertè dicere, iis tamen quæ faciunt, hoc declarant. Tres enim cruces conjungentes, & uni ligno tanquam jugo affigentes, nominant hoc, ſancta Trinitas. Adjiciunt autem ſancto atque adeò ſanctiſſimo hymno illud, qui crucifixus es pro nobis, Petri Fulloni rabiem ſequentes: Et nobis quidem aſſerunt, ſe de Filio hoc adjicere: ipſi autem Deum eſſe patibilem apertè ſentiunt. Exiſtimant Spiritum quoque eſſe Patre & Filio minorem: ſicut & paulo ante dictarum crucium mediam minorem ſtatuunt, in Spiritus typum hanc eſſe revelantes. Iidem & in duarum Chriſti naturarum unione confuſionem decernunt. In pane quoque myſtico utuntur azymis, & in ſanctum calicem aquam non immittunt: & quinto menſis Januarii veſpere feſtum Evangeliſmi celebrant, tum aliam quoque hujus feſti conſequentiam facientes, tunc etiam conveniens Evangelium legentes. Manè autem Chriſti natalem celebrant, & in divino ſacrificio ſancta Theophania. An autem eo Evangeliſmi die venerabiliſſimum Servatoris noſtri natalem fuiſſe exiſtimantes hoc feſtum celebrent, incertum: manifeſtum autem eſt, quòd non, ſicut nos, carnem Domini in Dei Matris utero formatam eſſe exiſtimant, Quomodo enim fieri poſſet ut infans uno die perfectus, completuſque naſceretur? & innumerabiles abſurditates ex eo deducuntur. Sin autem exiſtimant poſt XII. menſes anno in eundem reverſo editum eſſe partum, non tam magis humanam nativitatem, quàm ab equis & aſinis ſimilem introducunt: hæc enim animalia poſt annum pariunt. In feſto autem Theophaniorum non Oratione, non Evangelio, non Hymno, non aliarum Scripturarum lectione utuntur; ſed crucem tantùm in aquam immergentes hoc ſibi ſufficere exiſtimant. Circumciſionem autem octo diebus poſt Theophania celebrantes falluntur, neſcientes quòd priùs circumciſus, deinde baptizatus eſt. Deinde cùm Magnus Gregorius, qui fuit magnæ Armeniæ Epiſcopus, caviſſet Armeniæ Epiſcopum à nullo eſſe alio ordinandum, quàm ab illius temporis Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopo, ubi ipſe quoque ordinatus eſt, & horrendæ execrationes & anathema in eos ſit intentatum, qui aliter faciunt; hæc quidem illi tranſgrediuntur. A Syriæ autem Amerano univerſalis eorum Epiſcopus ordinatur. Sin autem negant Magnum Gregorium hæc conſtituiſſe, oſtendant nobis ejus ad filios conſtitutiones, & os eis obſturcabitur. Sin autem adhuc dubitaverint, dicant ſi poſſint, cùm in eos anathematis ſententiam protulimus, quid ab iis factum novimus. Quòd ſi ex loco chriſma non ſuſceperunt, nec qui apud eos ſunt Sacerdotes ſacerdotio digni ſunt. Quando enim univerſalis eorum Epiſcopus non ordinatur ex canonibus, quomodo, qui ab eo ordinantur, fide digni habebuntur? Porro autem à ſacris quoque Evangeliis abſtulerunt vocem, quæ dicit, Et factus eſt ſudor ejus ſicut guttæ ſanguinis in terram deſcendentes, hoc eſſe imbecillitatis exiſtimantes, non divinæ Majeſtati: ſed etiam hiſtoriam quæ nos docet, quòd mulier ad Jeſum tanquam adultera adducta eſt, cùm is autem dixiſſet, Qui non peccavit lapidem in eam projiciat, receſſerunt omnes, & nec à Chriſto condemnata eſt; ejiciunt hanc auditionem, multis eſſe perniciosam dicentes. Comedunt autem & in Sabbatis & in Dominicis ſanctæ Quadrageſimæ ovum & caſeum & butyrum, & in primis eorum univerſalis Epiſcopus: & eſt apud eos canon, qui dicit, Si quis butyrum, caſeum, & ovum vino & oleo non æquivalere exiſtimet, ſit anathema. Septimana quoque τῆς τυρῶν

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

πεφθέντων carne vescuntur, jejunantes septimana, quæ est ante ἀπόκρεων intensis jejuniis, præter panem & aquam nihil aliud gustantes. Vocant autem hanc septimanam Arthiburtzia, (legendum forte Artziburia) nescíunt tamen quid sibi velit vis hujus nominis. Sed nonnulli quidem dicunt fuisse hoc cujusdam Sergii jejunium; nonnulli verò Ninevitarum, aliqui verò Adam, quando ex Paradiso deliciarum ejectus est; & hinc sine ratione jejunare convincuntur; Quidam autem dicunt, & videtur verum esse, quod ab iis dicitur, fuisse quendam apud eos Episcopum, qui utebatur catulo, cui erat cognomen Artziburzes: id autem Præcursor seu Processor Latinè appellatur. Præcedebat enim Episcopum in urbem vel in vicum ingressurum. Quo mortuo septem dierum jejunium ab Episcopo constitutum est in memoriam luctûs, qui fuit propter canem. Sacrum autem celebrantes non solum capiti tegmen non detrahunt, sed etiam capiti cucullam adjiciunt; licet Divus Paulus apertè exclamet dejectos esse debere in oratione. Venerabiles autem imagines non adorant, sed quod magis est, eorum universalis Episcopus cum reliquis eos, qui adorant anathemate percutit: nec crucem adorant, nisi clavum in eam immiserint, & ipsam etiam baptizaverint. Postquam autem clavo fixa & baptizata crux fuerit, & alterum duorum lignorum divisum & relictum fuerit, rectum scilicet vel transversum, id solum quod relictum est adorant. Sed & omnia ferè, quæ sunt abolita, legalia adhuc peragunt. Agnum enim magnâ Dominicâ sacrificant, & limina inungunt, & eorum ossa comburentes, servant cinerem cum sanguine in signum expiationis, & velum ante altare statuunt, & tintinnabula ipsi & altari appendunt. Quinetiam pro mortuis ovium & boum sacrificia peragunt: nec defunctum aliter servandum existimant, nisi tertiis & nonis & quadragesimis ejus diebus ejusmodi sacrificia peracta fuerint. Antequam autem ejusmodi sacrificia peragantur, sales benedicentes dant bestiis in nutrimentum, & super earum etiam capita dicunt quasdam orationes, & eas mactant. Nominant autem hæc sacrificia Natalitia. Si qui autem aliquid eorum negant, eum qui hoc facit anathematizant. Hîc primò observes Armenios olim in Sabbatis & Dominicis quadragesimalibus ovum & caseum comedisse; quod sanè hoc canone etiam de iis asseritur & prohibetur. De Artziburio & aliis nonnullis hîc commemoratis, videsis quæ diximus in annotationibus ad Apost. can. 69.

Ωὰ καὶ κρεπὶ. Legendum est τὰ ὠὰ καὶ οἱ περὶ κᾶν κρεπὶ λεγόντων.

## In Can. LIX.

Ενδον εἰκίαν. MS. Amerbachianus legit ἔνδον οἰκίας. ut & paulo post ἀχειάντου βαπτίσματος, pro ἀχειάντου φωτίσματος. Nimirum hæc verba βάπτισμα & φώτισμα promiscuè usurpantur.

Τὰ εἰς πλὼ ἐφαλμείαν. Hæc usque ad finem hujus primæ interpretationis ex MS. Bodleiano edimus. In Amerbachiano non extant; nec quidem Balsamonis esse videntur, quippe quæ potiùs marginalem quandam annotationem ad Balsamonis interpretationem hujus canonis continent: ac propterea post istam interpretationem, meliùs quàm ante, collocentur. Sed cùm hæc in MS. nostro Bodleiano tanquam prima hujus canonis interpretatio habeatur, eam alteri præmittere visum est, ne à MS. deviare videremur.

Λαϊκοὺς ἢ ἀφορίζει. Codices Gallandi, Henricianus & Amerbachianus legunt λαϊκὸν ἢ ἀφορίζει.

## In Can. LXI.

Ταῖς ἄρκλυς ὑποφερομένους. Editio Parisiensis legit ὑποφερομένους. MS. Amerbachianus, φερομένους.

Καὶ πύχλῳ καὶ εἰμαρμένῃ καὶ γενεαλογίαν. Aquila, Græcus S. Scripturæ interpres, eo quòd vanis hujusmodi rebus sese addixerit, easdemque defenderit, Ecclesiâ longè ante editum præsentem canonem ejectus est. Epiphanius enim de eo loquens ait, ἀπὸ ἧς αἰρέσεως αὐτὸς ἔξεως μὲν μετανοήσας, τῷ πατέρι συλλυπὴ τῇ μαπλᾳ ἀγορομίᾳ, ἣν ἀκριβῶς ἐκπεπολέμητο, ἀλλὰ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὸ ἄθλημα τῆς αὐτῆς ἡδύπαθους σκαπανίας, ἐλεεχόμενός τι ὑπὸ τῆς διδασκάλου καὶ ὀπτημένος ἔνεκα τέκνου, μὰ διορθώμενος ἧ ἀλλὰ καὶ φιλονείκως μᾶλλον ἀντιπαλαίων, καὶ αὐθὶς σωιεῖν τὰ ἀπύρατα, πλὼ εἰμαρμένην συλλυπῶν καὶ τὰ περὶ αὐτῆς διαζήματα, ἐξεώ-

ὧν πάλιν ἡ ἐκκλησία, ὡς ἄχρηστα παρὰ σωτῆρος. Epiphan. de mens. & ponder. num. 15.

Επιτίμιον αὐτὸς καὶ ἀπόλαστ. Post ista verba in MS. Amerbachiano hæc sequuntur. Καὶ ὁ μέγας Βασίλειος εἰς τὸ μτ'. Ψαλμὸν περὶ τούτου φησὶ, καὶ ὁ ἅγιος Γρηγόριος ὁ Νύσσης ἐν β'. κηφ. τῆς κατάνυξιν αὐτῆς περὶ τῆν εἰς μάντεις καὶ χάρτας ἀπόνυξιν φησὶ· καὶ ὁ ἅγιος Κύριλλος εἰς τὸ περὶ τὸ ἐν πδ'. λαμπρίας περὶ τῆς πάσχα φησὶ· καὶ τοῦ Μασσαλιανοῦ πλάσματος τὸ γένος πᾶσα ἀπορρίπτει λύσσα ψυχὴ ἣ κακὴ ἐπιμελείας ἐξορισμένους ἢ ἐπαιδοῦς, ὅστε ἐπιτρέπειν ἑαυτὸν αὐτῇ, ἐπιτίθου τὸ σχίσματόν μη ὅπερ τοῦ ψυχικοῦ ἑαυτοῦ, καὶ ἐξολοθρεύσαι αὐτούς. In codice Tiliano horum loco alia leguntur, quæ Gentianus Hervetus sic vertit, *Lege & ejus interpretationem Epistolæ sancti Petri ad Colossenses, sextam & ejus constitionem adversus Judæos docentem, quòd etiam signis, non ut decet sanctum, vivens mortuum suscitaverit, non est ei credendum, sed & contemnendus & rejiciendus.* Hæ autem marginales tantùm notæ videntur, à descriptore aliquo huic in istis MSS. loco insertæ. In nostro quidem Bodleiano codice neutra earum legitur.

Εν οἷς γὸ πλείσταν. Hæc usque ad καὶ διαιρεῖται in MS. Amerbachiano desiderantur.

## In Can. LXII.

Σημείωσαι ὁ παρὼν κανὼν. In editione Parisiensi hæc verba extant, sed paulo aliter lecta: in MS. autem Amerbachiano omnia usque ad καὶ τὸ πιῶν κακὸν desunt; & rectè quidem; neque enim Baliamonis esse videntur, quippe cujus interpretatio, à proximis verbis καλάνδας λέγουσι aptiùs incipit.

Καλάνδας λέγουσι οἱ παρ' αὐτοῖς δέκα ἡμέρας τῆς μηνός. Hîc Balsamon egregias agit nugas, somnians Romanos, Græcorum ad instar, menses suos in tres decades distribuisse, & Calendas vocari primos decem mensis cujusque dies, proximam decadem nonas dici, & ultimam, Idus. Nec melioris notæ est quod tricis hisce subjungit, Calendas nimirum, nonas & Idus à tribus Romanis proceribus nominatas esse, qui Romanos fame eripuerunt. Quæ quidem summam scriptoris in rebus Romanis insciliam produnt.

Τῆ Εὐεπιδοῦ. MS. Amerbachianus rectiùs legit τῆς Εὐεπιδοῦς Ἰαμβείας.

Διὰ τῆς λέγων. Rectiùs itidem in MS. Amerbachiano legitur διὰ τὸ λέγων.

## In Can. LXIII.

Τὰ φθαρῆς ὑπὸ θεῖ ἢ ἀληθείας ἐχθρῶν. Constantini Harmenopuli epitome hujus canonis sic se habet, τὰ ὑφ' ἑλλήνων συμπαθέντα μαρτυρολόγια πυρὸς ἡφάιστον ἔδρασαλωσαν, καὶ οἱ ὡς ἀληθῆ τοῦτα δεχόμενοι ἀναθεματιζέσθωσαν, *Libri de martyribus à Paganis conficti, ab igne consumantur, & qui eos tanquam veros admittant, anathemate percutiantur.* In quam epitomen Scholiastes hæc notat, ὡς ἔοικεν, ὑφ' ἑλλήνων συντεθέντα τινὰ ὡς λεχθέντα καὶ πραχθέντα ὑπὸ ἁγίων μαρτύρων, ἀλλότρια καὶ γελοῖα· ἵνα δι' αὐτῶν καταγελᾶται μὲν ἡ πίστις ἡμῶν, ὑβρίζωνται δὲ καὶ οἱ μάρτυρες, *Ut videtur, quædam à Paganis conscripta sunt, velut dicta & facta à sanctis martyribus, absurda & ridicula, ut per ea tum fides nostra irrideretur, tum contumeliâ martyres afficerentur.* Harmenop. epit. can. sect. 5. tit. 5.

Τὸς χειρῶ μάρτυρας. Sic quidem legit MS. Bodleianus: sed Amerbachianus & Tilianus τὸς τῶ Θεῶ μάρτυρας.

Τὰ μαρτυρικὰ ὑπὲρ τ ἀληθείας σκάμματα. Gentianus Hervetus vertit *Martyricas pro veritate fossas.* Quæ quidem versio nobis minimè arrisit: σκάμματα enim hoc in loco *certamina* potiùs significat, metaphorâ à saltu sumpta. Salientibus enim terminus, quo primò stant & unde surgunt, vocatur βατὴς, terminus autem in quem decidunt vel quem saltu pertingunt, σκάμμα dicitur; quemadmodum & medium inter utrumque spatium κονδὺ appellatur. Sic Julius Pollux, ὅταν ἄλλος βατὴς, τὸ δ' μέσον τοῦ πηδήματος, κονδύ· ὁ δ' ὅρος, τὸ ἐσκαμμένον. Poll. l. 3. Nimirum ubi calcem post saltum figunt, humus aliquantulum subigitur, & calce foditur; unde locus iste σκάμμα dicitur. Hinc vox ista latiùs etiam sæpissimè sumitur, pro loco cujusvis certaminis, ac deinde etiam pro ipso certamine. Sic Clemens Romanus, Εν γὸ τῷ αὐτῷ ἔσμεν σκάμματι, καὶ ὁ αὐτὸς ἡμῖν ἀγὼν ὁπίκειται. Clem. ep. ad Corinth. p. 9. D. Chrysostomus, ἐδέησε σου τὸ διάφορον λύσαι, ἀλλ' ἔσω τοῦ σκάμματος ἦσας, καὶ δυνάσαι καὶ ἡ ἐμάτης



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

πάλαι πάσας ἀναπαλαῖσαι τὰς ψήφους. Chryſoſt. in Epiſt. ad Rom. λογ. ιη'. pag. 160. edit. Savil. & alibi, Καὶ γὰρ ἔδει ἡμᾶς σκαμμάτων εἶναι μόνον ἀγωνίσασθαι, ἀλλ' ἵνα μὴ τὸ λυθῆναι τὸ θέατρον ὑπολύσωμεν καὶ ἀκυρώσωμεν ἀγῶνα. Id. in ep. 1. ad Corinth. λογ. κγ'. pag. 293. Idem etiam alibi eadem voce pro certaminibus à Chriſtianis ſuſcipiendis apertè utitur; ut ubi ait, Διὸ καὶ μείζονα ἡμῖν παρεσκεύασε τὰ σκάμματα, ἵνα μείζονα μεταλάβωμεν τῆς βασιλείας. Id. in epiſt. ad Rom. λογ. ια'. pag. 82. Et hoc quidem ſenſu Balſamon in præſenti loco certamina illa, quæ martyres pro veritate ſubierunt, μαρτυρικὰ ὄντως τῆς ἀληθείας σκάμματα vocat. Quæ propterea verba nos rectiùs tranſtulimus, *Martyrum pro veritate certamina.* Quam interpretationem ipſe etiam locus exigit. Balſamon enim hîc loquitur de Simeone Metaphraſte, qui ſanctorum martyrumque vitas conſcripſit, ac proinde qnæ illi pro veritate ſuſtinuerunt certamina nobis tranſmiſit: cui propterea Balſamon gratias deberi aſſerit.

## In Can. LXV.

Νουμηνία ἐλέγοντο. In MS. noſtro Bodleiano, ante iſta prima hujus interpretationis verba, hæc habentur, Κληδὼν ἔστιν ἡ διὰ λόγου τῆς μελλόντων φήμης· οἰωνισμὸς, ἡ διὰ πτήσεως ἢ κραυγῆς τῆς ὀρνέου, ὅθεν καὶ οἰωνοσκόποι γνῶσιν λέγονται, οἱ διὰ ἀναπτήσεως ὀρνέων μαντεύόμενοι, διὸ καὶ ἡ παντοσκοπή. ἐσχασιμῦσαι δὲ διὰ μυθώδους καὶ παντικῆς φλυαρίας κωλύειν. Sed in editione Pariſienſi hæc pleniùs rectiùſque leguntur, ad finem interpretationis, hoc modo, Κυρίως κληδὼν ἔστιν ἡ διὰ λόγων τῆς μελλόντων φήμησις, ἀπὸ τοῦ κλῶ τὸ κελῶ. οἰώνισμα, ἡ διὰ κραυγῆς πτήσεως ἢ πτήσεως μάθησις, ὅθεν καὶ οἰωνοσκοπία. γνῶσιν δὲ λέγονται, οἱ διὰ ἀναπτήσεως ὄρνεων ζώων μαντεύόμενοι, ὅθεν καὶ ἡ παντοσκοπία. καλῶς μέντοι πάντες ὅσοι καὶ οἱ λοιποὶ ψευδοπροφῆται ἐσχασιμυθοι καλοῦνται, διὰ τὸ μυθώδους φλυαρίας σατανικὰς κωλύειν. *Sors ſive κληδὼν proprie eſt, quæ ſit per verba futurorum obſervatio, ex verbo* κλῶ, *quod idem eſt, ac* κελῶ, *voco.* οἰώνισμα *verò, per volucrum garritum aut volatum cognitio; unde* οἰωνοσκοπία, *id eſt, auſpicium.* γνῶσιν *autem ſive Auſpices, qui per animalium ſectionem vaticinantur; unde etiam dicitur* ἡ παντοσκοπία, *id eſt jecorum inſpectio. Communiter autem ii omnes, & reliqui pſeudoprophetæ* ἐσχασιμυθοι *dicuntur, eo quòd fabuloſas Satanæ nugas concipiant.* Cùm autem hæc in medio hujus interpretationis extent, nec in principio nec fine repeti debuerunt; & idcirco nos ea omittimus ut ſuperflua. Et ſic quidem in MS. Amerbachiano utrobique rectè omittuntur.

## In Can. LXVIII.

Εἰ μή τι ἄρα πλέον. Legendum juxta MS. Amerbachianum εἰ μήτι ἄρα βιβλίων τῆς θείων γραφῶν. MS. Amerbachianus rectiùs legit, βιβλία τῆς θείων γραφῶν.

Επιμενετίοι εἰσί. In MS. noſtro Bodleiano hæc ſequuntur, Σημείωσαι τὸν παρόντα κανόνα, καὶ φύλαττε τοῦτον· καὶ ἐγὼ οὐκ ἠδυνήθην κωλύσαι τοὺς εἰσερχομένους κοσμικοὺς εἰς τὸ ἅγιον βῆμα τοῦ ὑπερεχόντος μετὰ ἀποπτικοῦ τῆς ὀδηγησίας, λέγοντας ἀρχῆθεν κρατῆσαι τῶν τοιούτων συνήθειαν, ὅτε τοῦ ἀνδρὸς οἶκον ἡ θεομισὴς, καὶ ἐν τοῖς τῶν σωτῆρος ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ τοῖς ἐν τῇ χαλκῇ. Verùm hæc verba non ad præſentem ſed ſequentem canonem jure pertinent, tanquam nota videlicet marginalis. In manuſcripto Amerbachiano nullibi leguntur.

## In Can. LXIX.

Ηνίκα ἂν βούληθεῖη παρελθεῖν ἀρχιερεύς δῶρα. Imperatoribus hîc conceditur etiam intra ſacrum altaris ſeptum ingredi, cùm dona Deo oblaturi ſunt, idque ex antiquâ traditione rectè quidem. Nam diu ante celebratum hoc Concilium iſtiuſmodi conſuetudo obtinuit: ut patet ex iſtis Theodoſii Junioris verbis in Actis Concilii Epheſini, *Nos, qui legitimis imperii armis ſemper circumdamur, quoſque ſine armatis & ſtipatoribus eſſe non convenit, Dei templum ingreſſuri foris arma relinquimus, & ipſum etiam diadema, regiæ majeſtatis inſigne, deponimus. & ſacra altaria munerum tantùm offerendorum cauſâ accedimus, quibus quoque oblatis ad extimum communeque atrium mox nos recipimus.* Sic etiam Theodoretus tradidit, ut Theodoſius D. Ambroſii admonitione pœnitentiâ ductus altare ingreſſus eſt, ut dona ſua ibi offerret; ſed diutius ibi manere à præſtantiſſimo eodem Patre non permiſſus eſt, ἐπειδὴ ἡ χωρὶς ἐπέτρεπε τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ τὸ δῶρα προσενεγκεῖν, ἀναγκὰς μὴ ἧττον ἀκυρῶσαι ἧττον ἀναγκαῖον ἐπέβη· προσενεγκὼν γὰρ, ὥσπερ εἰώθει, ἔνδον ἐδέησε τὰς κιγκλίδας μυηθῆναι. ἀλλὰ πάλιν ὁ μέγας Αμβρόσιος εἰς ἐπίγνωσιν, ἀλλ' ὀξυπαθήσας τῷ ἧττον τόπων διαφορᾷ. Theodoret. Hiſt. Eccl. l. 5. cap. 17. Et paulo poſt de eodem Conſtantinopoli offerente ait, τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ τὰ δῶρα προσενεγκὼν ὑπελείφθη. ibid. v. & Niceph. Calliſt. l. 12. cap. 41.

Εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον εἰσέρχονται. In codice Amerbachiano ſcribitur εἰσπλέουσι, quâ etiam voce hæc Balſamonis interpretatio in iſto codice deſinit; in noſtro autem Bodleiano non ſecus ac in editione Pariſienſi cætera leguntur, nimirum καὶ θυμιῶσι καὶ στρογγύζουσι μὴ τρισσεῖς, καθὼς οἱ Αρχιερεῖς. Poſt quæ verba hæc inſuper in MS. noſtro leguntur, Αλλὰ καὶ κατηχητικῶς διδάσκουσι τὸν λαὸν, ὅτε μόνοι οἱ ἐπαρχιῶται διδάσκειν ἔχουσιν. Δέγει γὰρ ἐν τῷ ιθ'. λόγῳ τῆς Ιουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας Φλαβίου Ιωσήπου, ὑπογραφὴν βασιλικὴν ἔχουσαν οὕτως, καὶ Τιβέριος Κλαύδιος Καῖσαρ σεβαστὸς Γερμανὸς, ἀρχιερεὺς μέγιστος, δημαρχικῆς ἐξουσίας ὕπατος χειροτονηθεὶς τὸ δεύτερον. *Sed & catechetice docent populum, quod penes ſolos Provinciales eſt Epiſcopos. Inveni autem in 19. libro Judaicæ antiquitatis, Flavii Joſephi, Imperialem ſubſcriptionem ſic ſe habentem, & Tiberius Claudius Cæſar Auguſtus Germanus Pontifex maximus Tribunitiæ poteſtatis Conſul ſecundo ordinatus.* Extant hæc verba in Joſeph. Jud. Antiq. lib. 19. cap. 4. Verùm hæc in nullo alio codice extant. Nec ſanè Balſamonis eſſe videntur; ſed ad marginem primò adſcripta, à Græculo quodam, non animadvertente Imperatores Romanos, Ethnicos præſertim, qualis fuit hic Tiberius Claudius, toto cœlo à Chriſtianis Epiſcopis diſtare, etiamſi Αρχιερεῖς appellentur, & χειροτονηθῆναι dicantur. Nam iſtarum duarum vocum cauſâ hæc verba citata videntur.

## In Can. LXXI.

Επὶ θεάτρων ἀνάγνωθι. Legendum potiùs, cum Codice Amerbachiano, ἐπὶ θεάτρων ἐνάγνωθι.

Τελμήσαι, ἀφοριζέσθω. Inter hæc ultima canonis verba & Balſamonis ſcholia in codice noſtro Bodleiano hæc leguntur, Σημείωσαι τὸν παρόντα κανόνα, καὶ τὰ τῆς ἑρμηνείας αὐτῷ, ἐξ ὧν οἶμαι κωλύεσθαι τὰ φερόμενα ἐπὶ νοταρίων γινόμενα ἐν προόδοις τῶν ἁγίων νοταρίων, καὶ τὰ ἐν ταῖς ἐπιτροπείαις ταῖς γραμματικαῖς ἄνευ τῶν εὐχῶν. *Nota præſentem canonem, & quæ in interpretatione ejus ſcripta ſunt, ex quibus, ut opinor, prohibentur quæ à notariis fiunt in proceſſionibus feſti ſanctorum Notariorum, & quæ in adminiſtrationibus Grammaticis ſine precibus fiunt.* Præterquam autem, quòd hæc verba ſe Balſamonis non eſſe prodant, in nullo alio codice extant.

Ιπποδρομανοῦντας. Codex Amerbachianus rectiùs legit, ἱπποδρομανοῦντας.

## In Can. LXXII.

Μὴ ὀξεῖναι ὀρθόδοξον. Harmenopulus in epitome canonum hunc cum Syn. Laod. can. 10. conjungit, & Scholiaſtes in eos hæc obſervat. Επὶ τοῦ πατριάρχου Θεοδοσίου βυκινάτωρ βασιλικὸς βαπτισθεὶς, πατριαρχικῇ γράμματι διεζύγη ὁ γυμνικὸς, μὴ πειθομένης τῷ ἀνδρὶ, πολλὰ φερομένου τὸ ἐὐσεβείας ἐλέσθαι· ὅπερ ἔστιν ἐναντίον τῷ κανόνι τούτῳ, *Sub Patriarchâ Theodoſio buccinator quidam Imperatorius baptizatus, per ſcripturam Patriarchicam ab uxore ſeparatus eſt, quæ marito non obtemperabat, multùm roganti, ut religionem amplecteretur: Id quod huic canoni contrarium eſt.* Harmen. epit. can. ſect. 5. tit. 2.

Ο ἢ ὑπὸ τοῦ ἡ πράσις. Codex Amerbachianus rectiùs legit, ἡ ἢ &c. ut & poſtea ἑλοῦσθαι, videlicet genere fœminino. Nam cùm de utroque conjuge hîc ſermo habeatur, neceſſe eſt ut altera ſit fœmina, de viro enim ante dictum eſt.

## In Can. LXXIV.

Τας λεγομένας ἀγάπας. Chriſtiani primitivi poſt Euchariſtiam in Eccleſia celebratam, ſobrium quoddam convivium, mutuæ amicitiæ conſervandæ & inopum refocillandorum causâ, concelebrare ſoliti fuerunt; quas etiam ἀγάπας nuncupârunt; quarum Apoſtolus Judas meminiſſe videtur, in Epiſt. Catholicâ, v. 10. Meminit etiam Tertullianus, & ſic deſcribit, *Cœna noſtra de nomine rationem ſui oſtendit. Vocatur enim ἀγάπη, id quod dilectio penes Græcos eſt. Quantiſcunque ſumptibus conſtet, lucrum eſt pietatis nomine facere ſumptum,*

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

*ſumptum; ſiquidem inopes quoque refrigerio iſto juvamus, non qua penes vos paraſiti affectant, ad gloriam famulandæ libertatis, ſub autoramento ventris inter contumelias ſaginandi; ſed qua penès Deum major eſt contemplatio mediocrium. Si honeſta cauſa eſt convivii, reliquum ordinem diſciplinæ de causâ æſtimate, quid ſit de religionis officio: nihil utilitatis nihil immodeſtiæ admittit. Non priùs diſcumbitur quàm oratio ad Deum præguſtetur; editur quantum eſurientes capiunt; bibitur quantum pudicis eſt utile; ita ſaturantur, ut qui meminerint etiam per noctem adorandum Deum ſibi eſſe; ita fabulantur, ut qui ſciant Dominum audire. Poſt aquam mannalem & lumina, ut quiſque de Scripturis ſanctis vel de proprio ingenio poteſt, provocatur in medium Deo canere; hinc probatur quomodo biberit. Æquè oratio convivium dirimit.* Tert. Apol. cap. 39. Et S. Chryſoſtomus, Καὶ ἐπειδὴ σωφρονεῖν τὸς μὲν πένητας οὐ, τὸς δὲ πλουσίους, τὰ μὲν ἑαυτῆς ἡ χορηγία πάντα εἰς μέσον, κοινὰς δὲ ἐποιοῦντο τὰς τραπέζας ἐν ἡμέραις νενομισμέναις, ἃς οἶσθε, καὶ τὸ σωφρονεῖν ἀπερισπάστως μᾶλλον τὸ δεῖν μυστήριον κατανοεῖν ὅτι κοινὸν πάντες ἔσεσθαι ἐνομίζον, δεῖ μὲν πλουσίων φειδόμενον τὰ ἐδέσματα, δεῖ δὲ πενήτων καὶ ὑδὸν ἐγχέοντα· ὥσ' αὖθις καλυβίων καὶ κοινῆ πάντων ἐσωμάτων. ἀλλ' ὕστερον καὶ τοῦτο διεφθάρη τὸ ἔθος. Chryſ. in 1. Epiſt. ad Corinth. λογ. κζ'. pag. 417. edit. Savil. Ipſe etiam Plinius ſecundus haud obſcurè earum meminit, lib. 10. epiſt. 97. & D. Auguſtinus contra Fauſtum lib. 20. Synodus Gangrenſis in eos, qui Agapas contemnunt, anathema pronunciavit. Εἴπε κατακρίνειν δεῖ ἐκ πίστεως ἀγάπης ποιοῦντας, καὶ διὰ τιμὴν τῆς κυρίας συγκαλύπτειν τὰς ἀδελφὰς, καὶ μὴ ἐθέλειν κοινωνεῖν ταῖς κλίσεσι, διὰ τὸ ἐξαστελίζειν τὸ γινόμενον, ἀνάθεμα ἔστω. Syn. Gang. can. 11. Et quidem eas olim etiam in ipſis Eccleſiis celebratas fuiſſe, ex præſenti & Syn. Laod. can. 28. patet, quibus illud prohibetur. Non opus eſt autem ut illud prohiberetur quod nunquam factum fuit. Vide etiam Joannis Citri Epiſcopi reſponſa ad Conſtantinum Cabaſilum, in Jur. Gr. Rom. l. 5. pag. 326.

Καὶ ἀκούσεται τρικλείνου. Scholiaſtes Harmenopuli, Ἀκούσεται τρικλείνου μεγάλας λέγει, κατὰ Λατίνους. *Accubita* vocat *ſtratus ſive toralia magna, juxta Latinos*, Harmen. epit. can. ſect. 5. tit. 2. Vide Balſamonis de hâc voce ſcholia, quæ etiam Joannes Citri Epiſcopus loco paulo ante citato verbatim excripſit.

## In Can. LXXV.

Ἐδείξε λόγον. Poſt hæc verba, & ante Balſamonis Scholia, in codice noſtro Bodleiano hæc interſeruntur, Σημείωσαι τὰ περίττα κανόνα κωλύοντα τὰς θυμελικὰς Ψαλμωδίας, καὶ τὰ λεγόμενα διπλάσματα, καὶ θαύμασον πῶς ἀνεκδύς γέγονε ἢ τόπου κατηφείνοις, *Nota præſentem canonem, ſcenicas Pſalmodias, & quæ diplaſmata dicuntur, vetantem; & mirare ut impudenter neglectui habetur.* Hæc autem è margine in textum tranſcripta videntur.

Ἀνάγνωθι καὶ τὰ ἐν Καρθαγένῃ. Hæc uſque ad finem hujus interpretationis in codice Amerbachiano deſiderantur. Extant autem in editione Pariſienſi, ſed aliter lecta quàm hîc è MS. Bodleiano edita; his nimirum verbis, Ἀνάγνωθι τὰ ἐν Καρθαγένῃ συνόδου κανόνα ρν'. καὶ τὰ ἐν αὐτῷ γεγραμμένα. ὁσαύτως ἀνάγνωθι καὶ τὰ παυηγυρικὸν λόγον τὸν ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου, τὰ γεγραμμένα εἰς τὸν ἑρμηνείαν τοῦ σεραφικοῦ ῥητοῦ τοῦ λέγοντος, εἶδον τὸν κύριον καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου. καλύει γὰρ τὰς θυμελικὰς Ψαλμωδίας καὶ τὰς ὀρχήσεις ὅσ' χειροτονημένους, καὶ τὰς ἐκστατικὰς ἐκκοπίσεις. Hîc autem omittitur oratio ejus in Seraphim, quæ extat in quinto D. Chryſoſtomi operum tomo, pag. 155. edit. Savil.

## In Can. LXXVI.

Πλημμελήματα, ἀφορίζεσθαι. Inter hæc ultima canonis verba & Balſamonis interpretationem nota quædam marginalis in MS. noſtro Bodleiano interponitur, quæ ſic ſe habet, Σημείωσαι τὰ περίττα οὗ. κανόνα, καὶ τὴν ἑρμηνείαν αὐτῆς, καὶ ζήτει τὰ διόρθωσιν ὅτι ἐν ταῖς μυρεψίοις τὰ μεγάλης ἐκκλησίας τελουμένων, καὶ ἐν τῷ τῶν σεραφικῶν ἀσελγολαίῳ· καὶ ἔστι τόπου ἐνδύτερος. ὡσαύτως καὶ ὅτι ἀπερχομένων ἐν ταῖς ἐπουδήποτε τελεταῖς καὶ πανηγύρεσι, χρέων σχεσμάτων καὶ ἀστοληψιῶν· μεγάλης γὰρ εἰσὶ κατακρίσεως οἱ τοῦτο ἄξιοι. φησὶ γὰρ καὶ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τοῖς ἀσκητικοῖς αὐτῆς τοῦτο, ὁ μὲν ἐπειδὴ ἕτερος σχολαζόντως παρέδωκεν τὴν κεκραμένην σωφροσύνην ὅτι δεῖ ἀγῶνι, καὶ αὐτὸ τὸ σφοδρὸν φεύγειν, τόν τε κωμὸν καὶ τὸ τόπον πανηγύρεως ἀγορὰν καὶ πανήγυριν καὶ ἐμπορίαν. Ex eo autem, quòd non ſolùm canon, ſed & ipſa Balſamonis interpretatio hîc notetur, palam eſt hæc verba ad Balſamonis textum nequicquam pertinere; ac proinde in aliis omnibus codicibus, quos videre contigit, rectiùs omittuntur.

Ἀπό τε τῶν Λυχνιστῶν. Sic dictus eſt locus quidam Conſtantinopoli, ubi opſonia vendebant. Codinus ἐπονόμασε τὸ τόπον λυχνιστῶνα, σφόδρα γυναικῶν λαμπόντων ἤγουν ἀφροπόλεων. Cod. de orig. Conſtantinop. Propè fuit magnam Eccleſiam, ut non ſolum ex hoc Balſamonis loco, ſed & ex Nicetâ Choniatâ conſtat, dicente, ἐκεῖ ἔσω τοῦ ἱεροῦ εἰκίας τὰ Λυχνιστῶνα συνῆπτεντο, ἔνθα δὴ ὑπ' αὐτῶν ἀπεβράζησαν. Et paulo poſt, τίλος δὲ πᾶς πάντοθεν βδλλουσι ἐκ τῶν νεῶν πιζόμενοι, ἀρίσαντες τὰ τῶν Λυχνιστῶν αὐλαίας, καὶ ἐκεῖσε τὸ σφόδρα. Nic. Choniat. in Alexio Man. Comn. fil.

## In Can. LXXVII.

Ἐν βαλανείῳ μὴ γυναικῶν λούεσθαι. Olim Balnea utrique ſexui communi extructa ſunt. Epiphanius enim de Thermis Gadarenſibus ait, Ἀνδρόγυνα γὰρ ἐκεῖσε λόγεται. *Viri illic cum mulieribus promiſcuè ſe lavare ſolent.* Epiph. hær. 30. num. 7. Hoc enim vox iſta ἀνδρόγυνα ſignificat; quo ſenſu uſurpatur & ab autore Conſtitutionum Apoſtolicarum, dicente, ἀνδρόγυνον γυνὴ πρὸς μὲ λούσθαι. Conſtit. Apoſt. l. 1. c. 9. Et hujuſmodi propterea balnea in Anthologiâ Epigrammatum ἀνδρόγυνα λουτρὰ vocantur. Horum meminit Clemens Alexandrinus, Κοινὰ δὲ ἀνίσχυσι ἀνδράσιν ὁμοῦ καὶ γυναιξὶ τὰ βαλανεῖα, κρύπτεσθαι δεῖ τὴν ἀκρασίαν ἀπολούοντας. Clem. Alex. Pædag. l. 3. cap. 5. Adrianus ea primus Romæ ſuſtulit, lavacra pro ſexibus ſeparatim extruens; ut Ælius Spartianus in vitâ ejus teſtatur. Poſtea etiam Alexander *Balnea miſta Romæ exhiberi prohibuit, quòd quidem jam antea prohibitum Heliogabulus fieri permiſerat*; ut ait Lampridius. Imo quidem antiqua Romæ conſuetudo obtinuit, ut nec filii cum parentibus promiſcuè lavarentur. Cicero, *Noſtro quidem more cum parentibus puberes filii, cum ſoceris generi non lavantur.* Cic. de offic. l. 1. D. Ambroſius, *Ex quo mos vetus & in urbe Româ & in pleriſque civitatibus fuit, ut filii cum parentibus puberes, vel generi non lavarent.* Ambroſ. offic. l. 1. c. 18. Verùm Cypriani temporibus inter ipſos etiam Chriſtianos ἀνδρόγυνα λουτρὰ promiſcua balnea, ut ipſe vocat, in uſu erant, in quas etiam ille his verbis invehitur. *Quid verò, quæ promiſcuas balneas adeunt, quæ oculis ad libidinem curioſis, pudori ac pudicitiæ corpora dicata proſtituunt, quæ cùm viros atque à viris nudè vident turpiter & videntur, nonne ipſa illecebram vitiis præſtant? nonne ad corruptelam & injuriam ſuam deſideria præſentium ſollicitant & invitant?* Cyprian. de diſcipl. & hab. virgin. Imo quidem eò res tandem aliquando proceſſit, ut ipſi etiam Clerici cum mulieribus ſe lavare non erubuerint, nec aliter quàm ſeveris canonum ſanctionibus à tam immani ſcelere coerceri potuerint. Quo factum eſt, ut à Concilio Laodiceno primò prohibitum fuit, can. 30. & cùm nihilominus à nonnullis perpetratum fuerit, Patres Trullani in præſenti canone non modo iſtam Laodicenam ſanctionem renovant, ſed condignas etiam pœnas delinquentibus decernunt; Clericis nimirum depoſitionem, & excommunicationem Laicis. Nec omittendum eſt, ex lege civili hoc viro cuivis juſtam uxoris repudiandæ cauſam præbere, ſi ea cum aliis viris lavetur, *Inter culpas autem viri & uxoris conſtitutionibus enumeratas, & has adjicimus, ſi fortè uxor ſuâ ope & induſtriâ obortum fecerit, vel ita luxuriosa eſt, ut commune lavacrum cum viris libidinis cauſâ habere audeat.* ſect. 2. l. 11. c. de Repudiis. vide etiam Juſtiniani Novel. 22. cap. 16.

Εἰ ἡ λαικὸς ἀφορίζεσθω. In codice noſtro Bodleiano poſt hæc ultima canonis verba habes, Σημείωσαι τὰ περίττα κανόνα ἀφορίζοντα τὸς μὴ γυναικῶν λαμπόντας, καὶ εὔξαι διορθωθῆναι τὸς τότε καταφρονοῦντας, καὶ μᾶλλον τὸς εὐχῆς τὰ ἡμέρας ἀδιαφόρως λουομένους τῶν γυναικῶν αὐτῶν. Sed etiamſi hæc in ipſo textu ſcribantur, è margine tamen illuc irrepſiſſe primo intuitu patet: unde etiam in reliquis codicibus MSS. non leguntur.

Ἰστέον ὅτι ἐπιλάζονται. In codicibus impreſſis, item Ætonienſi & Amerbachiano MSS. hæc ultima ſunt hujus interpretationis verba; ſed in Bodleiano noſtro hæc ſequuntur. Σημείωσαι τὰ περιττὸν ἑρμηνέαν διδάσκουσαν τίνες δεῖ κληρικῶν δὲ ἐγκρατῶν ὁμιλεῖν, καὶ τίνες σωματικὸν ὄγκον ἀποτινάσσεται· ἀμφιβάλλεται γάρ. Hanc autem notam eſſe marginalem, & ad Balſamonis interpretationem non pertinere, ex ipſis verbis palam eſt; utpote quibus interpretatio iſta diſertè indigitatur & notatur.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

## In Can. LXXIX.

Σεμέλην ἔφοντες, καὶ παῖτες ἀλλήλοις μεταδιδόντες. Similem ferè B. Virginis adorandæ rationem à mulierculis quibusdam olim ufitatam Epiphanius tradidit, dicens, πρὸς γὰρ γυναῖκας κούφοις τινὰ κοσμοῦσι, ἅπερ ἐστὶν πτερύγων, ἀποδιδόασι ἐπ' αὐτὸν ὑπόπτερον ἐν ἡμέρᾳ τινὶ φανερᾷ τῷ ἔτους, ἐν ἡμέραις τισὶν ἄρτον προτιθέασι, καὶ ἀναφέρουσιν εἰς ὄνομα τῆς Μαρίας· αἱ πᾶσι τῆς ἀπὸ τοῦ ἄρτου μεταλαμβάνουσιν. Epiph. hær. 79. num. 1. & poftea, ἅπερ γὰρ, ὡς αὐτῇ προσκυνοῦσαι τὴν Μαρίαν, αὐτῇ προσφέρουσι τὴν κολλυρίδα αἱ ἀρχαὶ αὐτῶν γυναῖκες. ib. num. 9. Sed obfervatu digna funt doctiffimi Patris verba mox fequentia. ἡ Μαρία ἐν τιμῇ, ὁ κύριος προσκυνείσθω, *Maria in honore fit, Dominus adoretur.* vel, ut paulo antè dixerat, ἐν τιμῇ ἔστω Μαρία, ὁ δὲ πατὴρ καὶ ὑὸς καὶ ἅγιον πνεῦμα προσκυνείσθω. τὴν Μαρίαν μηδεὶς προσκυνείτω. ib. num. 7. cujus fententiæ hanc rationem, validiffimam fanè, reddit, ναὶ μὴν ἅγιον ἦν τὸ σῶμα τῆς Μαρίας, ἀλλ' οὐ μὴν θεός. ναὶ δὴ παρθένος ἦν ἡ Παρθένος, καὶ τετιμημένη, ἀλλ' οὐκ εἰς προσκύνησιν ἡμῖν δοθεῖσα, ἀλλὰ προσκυνοῦσα τὸν ἐξ αὐτῆς σαρκὶ γεγεννημένον. ibid. num. 4. vide eum ibidem contra beatæ Virginis adorationem fusè doctéque differentem.

## In Can. LXXXI.

Ἓν τῷ τρισαγίῳ ὕμνῳ. τρισάγιος is appellatur hymnus, quo vox ἅγιος ter repetitur, his verbis, Ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος Ἰσχυρὸς, ἅγιος Ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς. Quem quidem hymnum Græci multis retrò feculis, vel de lecto furgentes, vel Deo adorando fe accingentes, vel mentes fuas ad fuperna & cœleftia attollere volentes, recitare confueti funt; quo etiam fingulas in facrofanctâ Trinitate perfonas adorant. Nam Ἅγιος ὁ Θεὸς ad Deum Patrem, Ἅγιος Ἰσχυρὸς ad Deum Filium, & Ἅγιος Ἀθάνατος ad Deum Spiritum fanctum refertur: ut docet Joannes Damafcenus, Ἅγιος ὁ θεὸς καὶ πατὴρ, ὅλῳ τῷ θεῷ ὁ υἱὸς καὶ θεὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· Ἅγιος ἰσχυρὸς, ὁ υἱὸς ὁ ἐνυπόστατος θεοῦ δύναμις· Ἅγιος ἀθάνατος τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ ζωοποιόν. Damafcen. epift. de Trifagio. Et alibi fufiùs, Ἡμεῖς πιστόν, Ἅγιος ὁ Θεὸς, ὅτι τὸν παῖδα ἐκλαμβάνομεν, ἐκ ὠσπερ μόνην τὴν τοῦ θεότητος ἀφορίζοντες ὄνομα, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐν θεὸν εἰδότες, καὶ τὸ πνεῦμα, τὸ ἅγιον· καὶ τὸ, Ἅγιος ἰσχυρὸς, ὅτι τὸν υἱὸν πάθημον, ἐκ ἔξω τὸ ἀθανασίας πάντες τὸ πατρὸς καὶ τὸ υἱοῦ, ἀλλ' ἐφ' ἑκάστης ὑπὸ ὑποστάσεως ἁγίαν πίστιν θεωρήσαντες καὶ ὅλῃ τῇ ψυχῇ προσκυνήσαντες. Id. de orthod. fid. l. 3. cap. 10.

Πέτρος ὁ Κνηφεύς. Petrum Fullonem verba ifta, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, Trifagio inferuiffe, ut legeretur, Ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, ἐλέησον ἡμᾶς, cum Balfamone plures alii confentiunt. Damafcenus, Ἐντεῦθεν καὶ τίνα ἐν τῷ τρισαγίῳ προσθήκην ὑπὸ τῆς ματαιόφρονος Πέτρου τοῦ Κναφέως γεγενημένην βλάσφημον ἐκζητήσωμεν, ὡς τέτρητον παρεισαγούσαν φράσιν, καὶ ἀνὰ μέσον τιθεῖσαν τὸ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, τὸ τῶν παθῶν ἐνυπόστατον λώβημα, καὶ ἀνὰ μέσον τὸ ἐσταυρωμένον, ὡς ἄλλον ὄντα παρὰ τὸ ἰσχυρόν. Damaf. de orthod. fid. l. 3. c. 10. Felix Papa, Πέτρος ὁ φρενίτικος ἐκεῖνος τὸν διάβολον, ὁ ἀναξίως εἰσπηδήσας τῇ Ἀντιοχέων ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ, καὶ μιάνας τὸ τῆς ἀρχιεροσύνης θεῖον Ἰγνατίου τοῦ μάρτυρος, τὸ τρισάγιον λιτὴν τοιοῦτον βλησθείς, διὰ τοῦ λέγειν ἐν αὐτῷ ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, μυρία ἄτοπα εἰργάσατο. Fel. epift. ad Zenon. apud Gennad. de primatu Papæ, cap. 5. Harmenopulus de fectis, οἱ περὶ Πέτρον τὸν Κναφέα τὸ τρισαγίῳ προσθήκην τινὰ, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, παρεπῶ τὸν ἀπιθῆ πεποιῶσθαι θεόπτα. Harmenop. de fect. 10. Alii autem aliter fentiunt, nimirum Anaftafium Imperatorem hæc verba Trifagio addidiffe. Evagrius enim de eo loquens ait, Ἀνὰ δὲ τὴν Βυζάντιον προδοσίαν τῆς βασιλίδος, ἐν τῷ τρισαγίῳ βλησθέντος παύσασθαι τὸ, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, μικρὸν ἔμπροσθεν γέγονε. Evagr. Hift. Eccleſ. l. 3. cap. 44. Et Victor Tununenſis in Chronico, *Probo v. c. Cof. Anaftafii Imperatoris præcepto Plato civitatis præfectus & Maximus pulpitum Eccleſiæ ſancti Theodori aſcendentes, & hymno, quem Græci Trifagion dicunt, τὸ σταυρωθὲν δι' ἡμᾶς noviter apponentes, dum per forum Conſtantini id pſallentes ad majorem Eccleſiam pergunt, nubes ex improviſo cinerem ſuper eos pro pluviâ emiſerunt, totamque civitatem atque Provinciam contexerunt.* Videſis quæ de hoc additamento ad Trifagium Ephraim Theopolitanus conſcripſit apud Photium in Biblioth. cod. 228.

Εὕρηται δὲ καὶ ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ ἱστορίᾳ. Sanè hæc hiſtoria de Triſagio à Theophane refertur, his verbis, Ἐπὶ τύπου τοῦ ἐν ἁγίοις Πρόκλου σεισμοὶ γεγόνασι μεγάλοι ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει ὀλίγοις πρὸ τούτων μησὶν, ὥστε φοβηθέντας τοὺς Βυζαντίους ἔξω τῆς πόλεως ἐν τῷ λεγομένῳ κάμπῳ, καὶ ὅσαι προσκαρτερούσης μετὰ τοῦ ὁσιωτάτου ἐν τοῖς λιτοῖς, κλαίοντας πρὸς τὸν Θεὸν, ἐν μιᾷ ἓν ἡμέρᾳ κυμαινομένης τῆς γῆς, καὶ πάντας τοῦ λαοῦ κράζοντος τὸ, κύριε ἐλέησον, ἐκπεπῶς, ὡς ἄρτι πρῶτον ἄφνω, πάντων ὁρώντων, σωθῆναι ὑπὸ θείας δυνάμεως ἀρξάμενα πνεῦμα νεφέλιον εἰς τὸν ἀέρα, καὶ ἀκοῦσαι θείας φωνῆς παρεγγύσης αὐτὸν ἀναστῆσαι τὸν ὁσιώτατον καὶ τὸν λαὸν λιτανεύειν ὕστερον, ἀγιος ὁ θεὸς, Ἅγιος ἰσχυρὸς, Ἅγιος ἀθάνατος ἐλέησον ἡμᾶς, μικρὸν ὕστερον σεισθέντας. Ὁ δὲ ἐν ἁγίοις Πρόκλος, πρὸ τριῶν ἡμερῶν τὸν ἀφανισμὸν, ἐπιστῆσαι τὸν λαὸν ᾄδειν ὕστερον, καὶ εὐθέως ἀπῆχε ὁ σεισμός. Theoph. in Chronico. Idem etiam ab Eccleſiaſticis hiſtoriis traditum obſervat Damaſcenus, φασὶ μὲν οὖν καὶ οἱ τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἱστορίαν συγγράψαντες, ὅτι λιτανεύοντος τοῦ ἐν Κωνσταντινουπόλει λαοῦ, διά τινα ἀπειλὴν ἀπειλεῖν ὀφεῖλε Πρόκλος τοῦ Ἀρχιεπισκόπου γεγενημένος, σωίζει ἀφανισθῆναι παιδίον ἐκ τοῦ λαοῦ, καὶ ὕστερον μυηθῆναι τὸν ἀγγελικῆς πρὸς διδασκαλίας τῆς ἱστορίας ὕμνον, ἅγιος ὁ θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος ἐλέησον ἡμᾶς· καὶ αὖθις ὑποφθέντος τοῦ παιδὸς, καὶ τὸ μυηθὲν ἀπαγγείλαντος, ἅπαν τὸ ὕμνον ἅπαν τὸ πλῆθος, καὶ ὕστερον κατέστησε τὸν ἀπειλόν. Damaſc. de orthod. fide l. 3. cap. 10. Quinetiam Golfridus Viterbienſis, Cedrenus, Codinus, Marianus Scotus, Landulphus Sagax, aliique hanc hiſtoriam tradiderunt. Quibus etiam adjungatur Ariſtenus in præſentem canonem: qui tamen dicit puerum audiiſſe, iſta verba, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, Triſagio non addenda eſſe, eo nimirum quòd in hymno, quem puer audiiſſe dicitur, iſta verba non inſerta erant.

Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς ἐληρώδει. Ariſtenus hîc Paulum cum Petro confundere videtur. Neque enim Paulus Samoſatenus, ſed Petrus Fullo, ſic delirâſſe perhibetur.

## In Can. LXXXII.

Ἓν τοῖς ἁγίοις κανόσι. Hic canon in Actis Concilii Nicæni ſecundi citatur, ut octogeſimus ſecundus ſextæ œcumenicæ Synodi, & ſiquidem nonnulli dubitabant, utrum à ſextâ iſtâ Synodo editus fuerit, necne, Tarafius Patriarcha Conſtantinopolitanus dicebat, Τινὲς ἀγνοοῦντες τοὺς τῶν κανόνας τούτους σκανδαλίζοντας, φάσκοντες ἄρχειν τῆς ἕκτης συνόδου εἶναι; γινωσκέτωσαν ἅπαντες οἱ πιστοὶ, ὡς ὅτι ἡ ἁγία μεγάλη ἕκτη σύνοδος ὅτε Κωνσταντῖνος συνεκρότησε καὶ ὅλῃ μίαν λειτουργίαν καὶ ὄλλησιν ὅτε Χριστῷ, οἵ τινες τὸν αἱρετικὸν ἀνεθεμάτισαν, καὶ τὴν ὀρθόδοξον διατηρήσαντες πίστιν εἰκόνι ἀνεχώρησαν, καὶ τὸ πεσαρεσκαιδέκατον ἔτος Κωνσταντίνου. μὴ γοῦν τόλμαν ἢ πίνει τινὶ οἱ αὐτοὶ πατέρες συναθροισθέντες ὅτε Ἰουστινιανοῦ τοῦ Κωνσταντίνου τοὺς προδιλωμένους κανόνας ἐκτιθείσης, καὶ μηδεὶς ἀμφισβαλλέτω περὶ αὐτῆς. οἱ γὰρ ὑπογεγράφαντες ὅτε Κωνσταντίνου, οἱ αὐτοὶ καὶ ὅτε Ἰουστινιανοῦ τῆς περίσης χάριτος ὑπέκρυψαν, ὡς ὅλον καθέστηκε ἐν τῇ αὐτῇ ἰδιοχείρου ἀπομιμήσεως ὁμοιότητος· ἔδει γὰρ αὐτοὺς συνόδου οἰκουμενικὴν ὑποφήναντας καὶ κανόνας ἐκκλησιαστικοὺς ἐκθέσθαι. Act. Syn. Nic. 2. act. 4. pag. 555. ed. Colon. an. 1618. His à Tarafio dictis nemo contradicebat. Unde palàm conficitur, præſens Concilium tunc temporis pro œcumenico habitum fuiſſe, idque non à Tarafio ſolo, ſed ab univerſâ iſtâ Synodo Nicææ ſecundo habitâ. Quod quidem inſigne eſt argumentum pro univerſali ejus autoritate.

Δακτυλοδεικνύμενον. Codex Amerbachianus & Ætonienſis rectiùs legunt δακτυλοδεικτούμενον.

Τῷ χάριν καὶ τὴν ἀλήθειαν. In Henrici II. & Gallandi J. C. codicibus locus hic ſic legitur, σεσημαῖνθαι δὲ τὴν χάριν καὶ τὴν ἀλήθειαν, ἤγουν αὐτὰ τὰ σεσήμανται, τὰ διὰ τῆς συμβόλων τυποῦσθαι καὶ δηλοῦσθαι, *Sed gratiam & veritatem, hoc eſt, res ipſas, quæ ſignis exprimuntur & declarantur, longè pluris facienda eſſe judicamus.* Sed in Codice Amerbachiano lectus eſt, ut à nobis editus.

## In Can. LXXXIV.

Τοῖς νηπίοις τῶν πατέρων ὑποιοῖς. Hoc, nimirum ut infantes, de quibus dubitatur, an baptizati fuerint, ab Eccleſiâ Catholicâ baptizentur, à Patribus Africanis ante decretum fuit, Syn. Carthaginenſis canone 75. cujus ipſa etiam verba hîc repetuntur: ut indubium ſit eos eſſe Patres, qui hîc commemorantur. Idem poſtea à Gregorio IX. in decretalibus conſtitutum eſt, *De quibus dubium eſt, an baptizati*

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

*zati fuerint, baptizentur his verbis præmissis, Si baptizatus es non te baptizo; sed si non baptizatus es, ego te baptizo, &c.* Decret. Greg. l. 3. tit. 42. c. 2.

Λέγοντες καὶ ὧδε ταῦτα. In Codice Amerbachiano legitur, λέγοντες ὧδε αὐτά. In Syn. Carth. can. 75. unde hic transcribitur, λέγοντες καὶ ὧδε αὐτά. In editione Parisiensi λέγοντα scribitur.

Εἰ μὴ τι αὐτοὶ ἐκεῖνοι. Hæc verba usque ad βαπτίζονται in MS. Bodleiano desiderantur, sed in aliis omnibus leguntur, & sensui necessaria sunt; ac proin ea retinuimus.

Κατὰ τὴ κυείαν φωνήν. Etiam hæc usque ad τὴ βασιλείαν τῶν οὐρανῶν inclusivè in MS. Bodleiano non leguntur: sed nihilominus ea, quia in aliis codicibus lecta, omittere noluimus, ne locus mutilus videretur.

## In Can. LXXXV.

Τοὺς ἱερολογυμένους. In Codice Amerbachiano legitur τὸς ἱερολογουμένους. Quomodo etiam in margine ad eundem codicem legitur his verbis, πεφροὶ μὲ ἐλλιπερεῦδαι διορίζομένη τὸς ἱερολογουμένους δούλους.

Εαυτὸς ἀνιερώσωσι. In editione Parisiensi lacuna hoc loco relinquitur, quam nos ex MS. Bodleiano sic supplevimus; cui etiam Amerbachianus adstipulatur.

Ἀλλὰ κᾶν τοῖς πλησίοις διορισθέντες κατισχυθῆναι. Hæc verba in editione Parisiensi omittuntur: at non modo in Codice nostro Bodleiano, sed etiam in Amerbachiano & Tiliano leguntur; & ex præcedentibus verbis, ὁ μόνον ὀφείλει, necessariò ea legenda esse constat.

## In Can. LXXXVII.

Τοῦτον ἐκ ἐστιμωδέστερον. Hæc verba in Codice Amerbachiano desiderantur: at non tantum in MS. Bodleiano, sed & in Tiliano & editione Parisiensi leguntur.

Ἀλλὰ φάκτῳ θεωρίσιος. In editione Parisiensi hoc in loco lacuna est: legitur enim, Ἀλλὰ φα * θεωρίσιος. Veram lectionem nos ex MS. Bodleiano restituimus, cui etiam suffragatur Amerbachianus, necnon Tilianus; nam Gentianus Hervetus vertit, *sed facto voluntatis*. Et quidem vox φάκτον *factum* non solùm apud Jurisconsultos Græcos sæpè occurrit, sed & ab ipso Balsamone in responsis ad Marcum Alexandrinum usurpatur, dicente, ὁ ὑβὸ φάκτον ἀγνοήσας, οὐθὲν ἂν καὶ ὅλον, ἀξιοῦται καὶ νόμους συγγνώμης. Bals. resp. ad Marci interrog. 62. In veteribus Glossis verborum juris dicitur, φάκτον, ἔργον. Item φάκτον, πίστις ἢ ἀρίθμησις ἢ θεώρημα. Itidem, φάκτον, ἀρίθμησις καὶ θεώρησις: necnon φάκτον ἔστι τὸ κεφάλαιον, καὶ τὸ ἐ ὑποθέσεως ἀντίλημμα, καὶ ἡ τῆς πίστεως ἀπόδειξις ζήτησις.

## In Can. LXXXIX.

Τας τῆ σωτηρίε πάθης ἡμέρας. Ita vocantur dies hebdomadis, quæ Paschalem celebritatem proximæ præcedit, propterea quòd Christus in eâ passus est; unde & tota hebdomas, τῆ σωτηρίε πάθη ἑβδομάδ, nonnunquam audit. Subinde etiam hi dies ἡμέραι τῆ τῶ Χριςῶ παθημάτων, & aliquando simpliciter σαρακοσταὶ appellantur. Hæc etiam eadem est, quæ μεγάλη ἑβδομάς *Magna Hebdomas* Græcis nuncupatur: rationem Chrysostomus reddit, dicens, Διὰ καὶ μεγάλου κεφαλαίου αὐτήν, ἵνα ἐπιδὴ μᾶζον ἔχωσι μέρος τῆ ἄλλων ἁπάντων αἱ πάντες ἡμέραι, (καὶ γὰρ εἰσὶν ἕπτα μᾶζες) ἐδὲ ἐπιδὴ πλείους τῶν ἑξήκοντα, (καὶ γὰρ ἔστι τῶν ἄλλων εἴκοσι) ἀλλ' ἐπιδὴ μεγάλα ἡμῖν γέγονεν ἐν αὐτῇ τῆ διαπόντου κατορθώματα. Καὶ γὰρ ἐν ταύτῃ τῇ ἑβδομάδι τῇ μεγάλῃ ὁ χοϊκὸς τῶ διαβόλου κατελύθη τυραννὶς, ὁ θάνατος ἐσβέσθη, ὁ ἅδης ἐδήθη, τὰ σκῦλα αὐτῶ διηρπάγη, ἁμαρτία ἀνηρέθη, ὁ κατάρα κατελύθη, ὁ φραγμὸς ἀνεῴχθη, ὁ ἀρχαῖος βάσιμος γέγονεν, ἀνθρωποι ἀγγέλοις ἀνεμίγησαν, τὰ μυσαττόμενα τῆ φαγμῶ ἤρθη, τὰ δρίσιμον ἀπεκρύβη, ὁ τ' οὐρανὸς θεῖος εὐρωστοῦντο τὰ ἄνω καὶ τὰ ὑπὸ τὴν γῆν. διὰ τῦτο μεγάλη καλεῖται ἑβδομάς. Chrysost. homil. εἰς τὸν μεγάλου ἑβδομάδα. tom. 5. pag. 541. ed. Savil. Hinc singulæ etiam hujus hebdomadis feriæ μεγάλαι dicuntur: ut μεγάλη δευτέρα, μεγάλη τρίτη, μεγάλη ἕκτη. & τὸ μέγα σάββατον. De quo Chrysostomus proximè post verba ante citata ait, Καὶ αὖτη κεφάλαιον τῶν λοιπῶν ἑβδομάδων, ὥσπερ πάσης κεφαλὴ τὸ σάββατον τὸ μέγα. Chrys. ibid. In Constitutionibus dictis Apostolicis totâ hâc hebdomade, ut & sequenti, feriari præcipitur, πᾶν μεγάλου ἑβδομάδι πᾶσαν καὶ ἡ μετ' αὐτὸν ἀργεῖσθαι οἱ δοῦλοι, ὅτι ἡ μὲν πάσχουσι ἦν, ἡ δ' ἀνάστασις. Const. Apost. l. 8. cap. 33. Quod etiam à Constantino magno decretum dicitur, nimirum ἀφορίσας ἔτι πᾶν τῶ σωτηρίε πάθης ἑβδομάδα καὶ τῆς διακοσιοστῆς. Præsenti autem canone cautum est, ut tota hæc magna hebdomas, sive omnes τῶ σωτηρίε πάθης dies, jejunio & precibus peragantur, usque ad mediam noctem magni Sabbati: adeo ut qui magnum hoc jejunium ante præscriptum illud tempus solverit, præsentem canonem violabit.

Δανειστάμενον κατακάλλοντα. In Codice Amerbachiano rectius legitur κατακαλοῦντα.

## In Can. XCIII.

Ἡ ἀπεχθέσα τῶ ἀνδρός. De uxoribus, de quibus hîc agitur, quarum viri non apparent, Episcopus quidam Bellæ ad Manuelem Patriarcham hanc quæstionem movit, πῶς ἔχει οἰκείων γυναικῶν ἀποχωρήσαντες διὰ μῖσος ἢ ἄλλο ὁτιανδήποτε αἰτίαν, καὶ ἐν ἀλλοτρίᾳ διάγοντες, ἀφανεῖς ὄντες οἱ γυναῖκες ἔχουσι τοιούτων ὄντι πότερον ἢ καὶ πλείονα ἔτη, ἔχει ἀνδρῶν αὐτῶν ἀνεπιτρόπων ὄντων, καὶ ἀδύνατον πῶ ἄρα διάγειν. εἰ δῶ τίνων ἀνδρῶν ἐντέρεις πῶτος συζεύγνυσθαι; ad quam quæstionem Manuel sic respondit, Οἱ ἀπὸ τῆ οἰκείων ἀποχωρήσαντες γυναικῶν ἄνδρες εἰ ὁτιανδήποτε αἰτίαν, καὶ ἐν ἀλλοτρίᾳ διάγοντες, ἀτοπώτατόν εἶναι δόξει, εἰ ἀνεπιτρόπους ἔχουσι, καὶ ἀφεῖς τὰς οἰκείας γυναῖκας ἀ σφαιρωῦνται πάλιν ποσῶσι. εἰ δ' ἄδηλοι εἰσὶν, καὶ ἀφίξει καὶ ἔρημα τούτων ἐξ ἀποστολῆς τῆ γυναικῶν αὐτῆ, καὶ πιστοποίᾳ παρῶλθεν, ἐξέστω ἀφανεῖς οἱ ἄνδρες τότον ἐμμένοντα, ἀνχμάλωτοι τυχὸν γεγονότες, ἢ ἄλλῳ τινὶ τρόπῳ ἀφανισθέντες, τῆ τοιούτων αἱ γυναῖκες ἀκωλύτως καὶ τὸ ἀναγραφῶσι νόμον συναφθῆναι ἀνδράσι. αἱ δ' ἄλλαι, ὧν οἱ ἄνδρες ἔτι ἄδηλοι, τοὺς οἰκείους ἄνδρας ζητήσουσι. Man. resp. in Jur. Gr. Rom. l. 3. pag. 338. 339.

Οὐδὲ γὰρ ἔχουσι ἀφέσεων. Hæc verba, usque ad διανάστα αὐτῆ, MS. Bodleiano accepta referimus. Nam in editione Parisiensi desiderantur: sed in Amerbachiano aliisque MSS. leguntur.

## In Can. XCV.

Τοῖς ἀριθμήσασι τῆ ἑβδομήξει. In annotationibus ad septimum secundæ Oecumenicæ Synodi Constantinopoli celebratæ canonem pluribus ostendimus, istum canonem ei Synodo falsò adscriptum esse. Prima autem & longè maxima pars istius canonis hîc verbatim repetitur; nullâ tamen insertâ ejus Synodi mentione. Unde conjecimus istum canonem, velut à secundâ œcumenicâ Synodo constitutum, præsenti Concilio incognitum fuisse. Præterea ex universo ejus contextu observavimus, istum canonem Epistolam potius quàm decretum aliquod Synodale esse; quippe quo nihil constituitur, sed tantum antiqua quædam consuetudo in hæreticis recipiendis recitatur. Conjecturam ex eo verisimiliorem fecimus, quòd eadem verba, quæ ibi & hîc usurpantur, in epistolâ quâdam ad Martyrium Antiochenum Constantinopoli scriptâ habeatur, quæ ex Jacobi Arnachani τῶ μακρείνου MSS. exscripta nobiscum communicata fuit. Ad majorem istius rei elucidationem hîc observare liceat, quòd tunc me latuit, hanc ipsam Epistolam à Joanne Leunclavio in Juris Græco-Romani libro quarto pag. 290. 291. editam esse, ex alio, nescio quo, MS. codice: adeo ut de Epistolæ istius veritate certiores fiamus. Et quidem quæ in præsenti canone continentur, ex illâ Epistolâ potiùs quam ex decreto aliquo Synodi Constantinopolitanæ desumpta videntur. Sed vide quæ ibi fusiùs commentati sumus.

Καὶ τοὺς Μανιχαίους δέ. Hîc incipiunt quæ præsens Concilium de hæreticis in Ecclesiam Catholicam recipiendis constituit; præter ea quæ in Epistolâ superiùs commemoratâ continentur. Manichæi autem (quod obiter observare liceat) ita dicti sunt ab Hæretico quodam Manete. Utrum autem Manes proprium fuit alicujus viri nomen, necne, incertum est; ut & quisnam primus fuerit hujus hæreseos autor. Theodoretus enim Manetem Persam esse, & Scythianum etiam dictum observat, Ὁ δὲ Μάνης Πέρσης μὲν ἦν, ὡς φασι, τὸ γένος, τῆς δὲ Σκυθίας ἔσχε πλεῖστον ἐλκυσε τὸ ζυγὸν, Σκυθανὸς δὲ ἐπωνομάσθη. Theod. hæret. fab. l. 1. c. 26. Epiphanius autem etiam Cubricum dictum scribit, Μάνης δὲ ἑτος ἀπὸ τῆς



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ἀπὸ πηρῶν ὁρμᾶσθαι, Κύβρικόν φησι τὸ ἄρρεν καλεῖσθαι. Epiph. hær. 66. Cum autem certum ſit, Cubricum & Scythianum diverſos fuiſſe viros, quibus tamen idem nomen imponitur, veriſimilius eſt, Manes commune fuiſſe nomen omnibus iſtiusmodi hæreticis. Præſertim cùm in Oriente, unde orti ſunt hi hæretici, quilibet hæreticus מינאי vel מין *Minæus*, appelletur; & Arabes quemlibet mendacem مان Mân vocitare ſolent.

Προσωπεῖον ἐπέκρυψε. In codicibus Pariſiis impreſſis, necnon Amerbachiano & Ætonienſi, poſt iſta verba hæc inſerenda ſunt, μετεμψύχωσιν ἐδίδαξε, *Animarum in corpora transmigrationem docebat.* Quòd Theodoretus etiam de Manichæis aſſerit, ψυχῶν δὲ μετενσωματώσεις λέγουσι γίνεσθαι, καὶ τὰς μὲν εἰς πλυτῶν, τὰς δὲ εἰς κλητῶν καὶ ἑρπετῶν σώματα κατατίμπτεσθαι. Theodor. hæret. fab. l. 1. c. 26. Quod etiam Epiphanius aliique tradiderunt.

## In Can. XCVIII.

Ὁ ἐπὶρ μνηστείαις γνησίας. In Codice Amerbachiano huic canoni aliud quoddam Scholium ſubjungitur, quod ſic ſe habet, Ἐπὶ διλείου ἡ μνηστείας νόμῳ συνίστανται, καὶ διαζυγίαι μὲν γαλίστα, διὰ γάρ, φησὶν ὁ νόμος, οὐς δεῖ γάμου διαλύσεως, ὅταν δὲ καὶ ὀφὶ μνηστείας ὅταν γένηται διαζύγιον, εἰ εὔλογον τυγχάνει αἰτίας ἢ ἕν, ὡς ἀνυποίσιτον τυγχάνει τὸ γάμου διὰ τὸ ἀδήμητον ἢ κακοηθείαν θρησκείας ἀγνοηθεῖσαν, ἢ διὰ ἕν ὀφὶ πρόπαν αἰσχύνην, ἢ πύκνος ἐπιλαμβάνει, ἢ ἐξαίφνιον ὀξ ἀλλοτρίων σπερμάτων φανερθεὶν ἢ γάμων ὑπάρξαν ὑπὸ τετραετίαν μὴ ὀξ ἐυλόγου αἰτίας ἐκπεθεῖσαν, διὰ νόσον χρονίαν ἴσως, ἢ θάνατον γονέων, ἢ κεφαλικὸν ἐγκλήματα, ἢ μακρᾶς ἀποδημίας ὀξ ἀπράκτου ἡγουμένας. Ἔτι δὲ διὰ βίαν ἀρχοντος ἐπαρχίας μνηστευθῆναι ἕν τι κόρης, καὶ ὀφὶ αὐτῆς γονέων μὴ συναινέσαντων, ἢ εἰ ἀπόντων ἀλλοθὶ καὶ ὡς μονὴν βίον ἀπόκλισιν, ἢ τὸ μὴ δύνασθαι ἕν γυναῖκα τεκνοποιεῖν, ἢ ἕν ἄνδρα τὸ ὀφὶ ἀνδρῶν ἐπιχεῖν, ἢ τὸ ἴδιον βουλευτὴν, ἢ τὸ τῷ δημοσίῳ ὑποκεῖσθαι ἀυτῷ ἕν κίνδυνον, ἢ ἄλλῳ βαρυτάτῳ λειτουργήματι ἔνοχον εἶναι. ὁ γάρ, τοῦτον ὀφὶ ἀποτιμησάμενος ἕν συζύγιον ἄδικον μνηστείαν μὴ διασπάσαντος ἢ διασπερξάντος, ἕ ἑτέρῳ μνηστευθεῖσαν ἀγαγόμενος, ἕν τῶν μνηστευσαμένων ζῶντος, τῷ ἐγκλήματι ὀφὶ μοιχῶν εἰκότως ὑπόκειται. μοιχεία γὰρ, ἀλλ' ἐ γάμος, τὸ γενόμενον. εἰ γὰρ ὁ ἀπολελυμένην γαμήσας μοιχᾶται κτ' ἕ ἀυτοπαθείας ἀπόφασιν, ἕ μὲ νόμῳ τῶν μνηστήρων λελυμένων ἀγαγόμενος, πῶ τετόξευται; καὶ ὁ τῷ πολιτῇ ἕ ἀβδομηκοστὸν τῷ μοιχῷ κολάζεται ὁ φθείρων ἕ ἄλλῳ μεμνηστευμένην, ἐπειδὴ τὰ ἕ μνηστείας αὐτὴς σωάγματα σύμβολα· ὅθεν καὶ γυναῖκα αὐτὴν ἀφοσιοῦσθαι· ἐπαίνησαν γάρ, φησὶ, τὸν γυναῖκα τὸ πατέρ· ἔτω ἕ καὶ ἡ ἁγία παρθένος γυνὴ τὸν Ἰωσὴφ ἐχρημάτισε· μὴ φοβηθῇς γάρ, φησὶ, παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου. *Si ſponſalia nimirum adhuc legitimè conſiſtant, & libellus repudii nondum miſſus ſit. Oportet enim, inquit lex, ut in matrimonii ſolutione, ſic etiam in ſponſalibus Libellum repudii mitti, propter juſtam videlicet cauſam; vel quòd matrimonium forſitan conſiſtere non poteſt, propterea quòd illegitimum ſit, aut nova celatur religio incognita, vel ob morum turpitudinem, vel fortuna commutationem, vel graviditatem ex alienis ſeminibus deprehenſam; vel ob matrimonii dilationem, ultra quadriennium non ex juſtâ cauſâ protractam, ob diuturnum forſitan morbum, aut parentum obitum, aut capitalia crimina, aut longas peregrinationes ex neceſſitate ſuſceptas; {Adhæc ſi puella per magiſtratum Provinciæ violenter deſponsetur, parentibus etiam ejus non conſentientibus; vel quoniam ea vere tondeatur, & ad monaſticam vitam divertat; vel quòd mulier liberos procreare, vel vir quæ virorum ſunt facere non poſſit; vel quòd ille Senator ſit, vel ſubſtantia ejus ærario ſubjiciatur, vel alio is graviſſimo muneri publico obnoxius ſit. Qui enim, cùm nulla ex hic enumeratis cauſis ſponſaliâ adhuc conſiſtentia ſeparat aut diſſolvit, mulierem alteri deſponſam in matrimonium ducit, ſponſo adhuc vivente, adulterii crimini meritò ſubjicitur. Quod enim factum, adulterium eſt, non matrimonium. Si enim, qui dimiſſam ducit, adulterium committit, juxta ipſius veritatis dictum; qui non legitimè à ſponſo ſolutam ducit, quo ſtatuetur? Quinetiam in veteri lege, adultero conſimiliter punitur is, qui alteri deſponſam violat, eo quòd ſponſalium ſymbola eos copulârunt: quamobrem & eam uxorem appellat. Nam vicini, inquit, uxorem humiliavit. Sic etiam & ſancta Virgo uxor Joſephi audivit; dicit enim, Ne timeas accipere Mariam uxorem tuam.* Hoc ſanè ſcholium digniſſimum eſt, quod obſervetur. Extat autem & in ſupplemento ad Zonaræ codicem Lutetiæ Pariſiorum impreſſum.

Ἑτέρα ἑρμηνεία. Hanc alteram hujus canonis interpretationem MS. noſtro Bodleiano debemus: neque enim in alio quovis, quantum ſcimus, extat.

## In Can. CI.

Σῶμα Χριστοῦ. Conſtantinus Harmenopulus hunc canonem in hanc Epitomen redegit, Ὁ τὸ ἀχράντου μυσηρίου σωτηρικοῦ σώματος, εἰ μὴ τὰς χεῖρας ἐκτείνων καὶ σταυροειδῶς σχηματίζων ἐν αὐτοῖς λάβοι, ἀλλὰ τινὶ δοχείῳ, ἀφορίζεσθω σὺν τῷ μεταδόντι. *Qui immaculatum Corpus Dominicum percepturus eſt, ſi non manus extendens, & in modum crucis conformans, illis ipſis id accipiat, ſed receptaculo quodam, ſegregetur, una cum eo, qui impertivit.* In quam Epitomen hujus canonis Scholiaſtes hæc obſervat, § Εὐλαβούμενοί τινες δῶρον διὰ ὀφὶ χειρῶν τινὶ ἀναφέρειν δέχεσθαι, σκεῦη χρυσᾶ κατασκάζον, ἢ ἀργυρᾶ, καὶ διὰ τούτων ἐδέχετο. τοῦτο ἕν ἀναιρεῖ, τιμώτατον πάντων λέγων ἐ ἄνθρωπον ἶναι. *Nimirum cùm quidam manibus vererentur oblationem recipere, aurea vaſa parabant, vel argentea, per quæ illam accipiebant. Hoc igitur abolet [ canon ] hominem dicens omnium eſſe pretioſiſſimum.* Harmenop. epit. can. ſect. 5. tit. 2.

Καὶ οὐκ ἰσχυρίζεται τοῦτο. Innuit hîc Balſamon præſentem canonem in nonnullis Eccleſiis ejus diebus non obſervatum eſſe. Utpote quibus Sacramentum non in manus fidelium traditum eſt, ſed in receptaculo quodam iis impertitum: quod Græci λαβίδα vocant; latine *Cochlear* non immeritò audiat. Hujus frequens in Euchologio mentio occurrit, ut in præſanctificatorum lyturgiâ, εἶτα λαβὼν ἐ ἁγίαν λαβίδα, βάφει αὐτὴν ἐν τῷ ἁγίῳ αἵματι. Nec video ſanè quomodo Sacramentum aliter ab iis tradatur, qui panem conſecratum vino intinctum offerunt.

## In Can. CII.

Ἐκδιδόσθαι Βασιλεῖ. Poſt hæc ultima ultimi hujus canonis verba in Codice Amerbachiano hoc ſcholium legitur, Φιλανθρωπίας καὶ ὅτι ὁ νόμος μισεῖ· ὥσπερ γὰρ ὅτε τὰ θνησιμαῖα διαχωρίζομεν, εἰ μὲν εἰς ἀγγεῖόν πίση ἀκάθαρτον ἶη, εἰ δὲ εἰς πηγὴν ἢ εἰς λάκκον, οὐκέτ' ἄτοπ ἐ μὲν ποικίλον δεξάμενον χρῶμα ὀφὶ ἄλλων ὑπουρίνει, ὡς ἐλπίδα κατάρσεως ἔχοντα, ἐ δὲ ὁλόλευκον ἠνιόμενον ἀναμίγνυσθαι τοῖς ἄλλοις κελεύει, ἵνα μὴ ὀφὶ πάντα ἐ βίον κεχωρισμένον διάγῃ ὀφὶ ἄλλων. καὶ τοῦτο δὲ ὀφὶ πνευματικῶν τύπος. τοῖς μὲν γὰρ πιστοῖς ἁμαρτάνουσιν οὐδὲ συναδίκει ὁ θεῖος νόμος, τοῖς δὲ ἀπίστοις εἰς ἕξιν σωφρονοῦσι κελεύει ὁ θεσπέσιος Παῦλος συνεσθίειν. ἔστι τοίνυν ἴσως τῷ ἐκ μέσου λεπρῷ, ὁ δὲ ἄπιστος τῷ πᾶσαν ὑπολείπειν ἐ φυσικὴν χρόαν. Ἀλλὰ πιστοὶ καὶ ἀπίστοις διαλεγόμεθα, καὶ συναναστρεφόμεθα, ἐκείνοις δὲ οὐκέτι. τοῦτο δὲ πάλιν ὁ Παῦλος διδάσκει, ἵνα φανῇ δὲ ὑμῖν μὴ συναναμίγνυσθαι, ἐάν τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος, ἢ πόρνος, ἢ λοίδορος, ἢ πλεονέκτης. κατανοῶν μὲν τοι κἀκεῖνο ἐ ὅλον γεγωνυῖαν λαικὸν, οὐχ ὡς ὑγιὲς ἔχοντα σῶμα, ἀλλ' ὡς μοχθὶ τὰς παλαίοντας κτ' ἐ νόμων μεταποιοῦντα. *Hæc etiam lex humanitate plena eſt. Quemadmodum enim de morticinio diſſeruimus, ſi quidem in vaſculum ceciderit, immundum eſſe; ſin autem in fontem aut lacum, nequaquam: ſic [ leproſum ] qui varium ſuſcepit colorem, lex ab aliis ſecernit, ut ſpem purgationis habentem; cum autem, qui omnino albus factus eſt, aliis commiſceri jubet, ne per totam vitam ab aliis ſeparatus degat. Cæterùm hoc rerum ſpiritualium typus eſt. Cum fidelibus enim delinquentibus nec unà veſci divina lex præcipit, cum infidelibus autem ad convivium vocantibus; D. Paulus unà convivari jubet. Illi enim ex parte leproſis ſimiles ſunt; infideles autem iis, qui omnem naturalem colorem perdiderunt. Atqui his & unà colloquimur, & converſamur: cum iſtis autem nequicquam. Hoc autem & Paulus docet, inquiens, ſcripſi autem vobis, ne commiſceamini, ſi quis frater nominatus ſit, vel fornicator, vel convitiator, vel avarus. Mundum porro cum appellavit, qui omnino albus, factus eſt, non quòd ſanum corpus habeat, ſed quòd vicinos non amplius juxta legem contaminet.* Hoc autem ſcholium, neque in Bodleiano noſtro, nec Ætonienſi, nec alio quovis, quem videre contigit, codice habetur.

Ὡς χρὴ ὑμᾶς εἰδέναι. Hic locus ita legendus eſt, ὡς χρὴ ὑμᾶς εἰδέναι καὶ τὰ τῆς ἀκριβείας ὀφὶ κανονικῶν ὑπομνήσεων, καὶ τὰ τῆς συμπαθεστέρας συνηθείας. Verſio latina rectè ſe habet. Sed neſcio quo pacto iſta Græca verba καὶ τὰ τῆς ἀκριβείας ὀφὶ κανονικῶν ὑπομνήσεων à Typographis omiſſa ſunt. In omnibus enim Codicibus tam impreſſis quàm manu exaratis leguntur.

GUILIELMI

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

# GUILIELMI BEVEREGII
# ANNOTATIONES
## IN CANONES CONCILII
## NICÆNI SECUNDI.

Ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ ἑβδόμη συνόδος. Alia fuit Synodus paulò ante præsentem Constantinopoli an. D. 754. celebrata, quæ se septimam Oecumenicam vocavit, ut ex Actis ejusdem in præsentis Concilii Acta relatis didicimus, quippe quæ sic incipiunt, Ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ συνόδος, ἡ θεῷ χάριν καὶ παυδοσεβεῖ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ καὶ Λέοντι συναχθεῖσα ἐν ταύτῃ τῇ θεοφυλάκτῳ καὶ βασιλίδι πόλει &c. Syn. C P. in Act. Syn. Nic. 2. p. 621. edit. Col. an. 1618. Et anathema etiam in eos pronunciavit, qui ipsam tanquam universalem septimam Synodum non recipient, Εἴ τις ὁ διαφέρεται τῶν καθ' ἡμᾶς ἁγίαν ταύτην καὶ οἰκουμενικὴν ἑβδόμην συνόδον, ἀλλὰ ταύτην ἐκδιαβάλλει καὶ οἷον δόκησιν πρόφασιν, καὶ ὁ μὴ πάσης πλεονεξίας ἀποζέσας τὰ παρ' αὐτῆς καὶ ἡ θεοστυδίου χαρᾶς διδασκαλίαν ἐκείνην, ἀνάθεμα ἔστω ἀπὸ τῆς πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ τῶν ἁγίων οἰκουμενικῶν ἑπτὰ συνόδων. ib. p. 675. Hæc autem Synodus imaginum cultum disertè condemnavit, decernens abominandam esse, & ex Christianorum Ecclesiâ ejiciendam omnem imaginem, ex quibuscunque materiâ & coloribus confertam. Dicunt enim Patres in eâ congregati, qui trecenti undequadraginta erant, ὁμοφώνως ἐκείνοις ἀποδεξάμενοι τὴν καὶ ἀλλογίαν, καὶ ἐβδελυξάμεθα ἐκ τῆς τῶν Χριστιανῶν ἐκκλησίας πᾶσαν εἰκόνα ἐκ παντὸς ὕλης καὶ γραμματουργικῆς τῆς ζωγράφων κακοτεχνίας πεποιημένην. ibid. pag. 965. & mox severas ab eo exigunt pœnas, qui imaginem quamlibet vel construere, vel adorare, vel in Ecclesiâ aut privatâ domo statuere ausus fuerit. ὁ ἢ παλιμβ ἀπὸ τοῦ παρόντος καταπαύσας εἰκόνα, ἢ φορεσαιῶσαι, ἢ ἵδρυσαι ἐν ἐκκλησίᾳ ἢ ἐν ἰδιωτικῷ οἴκῳ, ἢ κρύβδαι, εἰ μὲν ἐπίσκοπος, ἢ φρεσβύτερος, ἢ διάκονος ὤν, καθαιρείσθω· εἰ δὲ μοναζων, ἢ λαϊκὸς, ἀναθεματιζέσθω, καὶ πᾶς βασιλικοῖς νόμοις ὑποβαλλέσθω ὡς ἐναντίος τῆς θεοῦ φρεσβυσιάσεων, καὶ ἐχθρὸς τῆς πολιτικῶν δογμάτων. ibid. pag. 666. 667. Ab hâc autem Synodo Constantinopoli habitâ, annis triginta præterpropter elapsis, alia ibidem anno 787. celebrari cœpit, sed Constantinopoli postea Nicæam translata est: in quâ, explosis dictæ Synodi decretis, cultus imaginum stabilitus est. Hæc flocci facto anathemate suprædicto, non illam, sed se septimam Oecumenicam esse Synodum venditabat. Verùm post septem circiter annos, hinnirum anno D. 794. hæc etiam Nicæna Synodus à trecentis plus minùs Episcopis in Concilio Francofordiensi congregatis damnata est, & ex generalium numero exibilata, propter imaginum cultum ab eâ introductum. In dicto enim Francofordiensi Concilio, *Pseudosynodus Græcorum pro adorandis imaginibus habita, & falsò septima vocata ab Episcopis damnata est*; ut non tantùm Walafridus Strabo, sed & Ado Viennensis, & Regino Prumiensis in historiis suis testati sunt: quibus etiam Abbas Urspergensis in Chronico suffragatur, dicens, *Anno Dom.* DCCXCIII. *Carolo in Francovurt Pascha celebrante, Synodus Episcoporum magna collecta est, ex omnibus regni Provinciis; legati quoque Hadriani Papæ in ejus vicem affuerunt. In hâc Synodo hæresis cujusdam Episcopi Felicis nomine damnata est, qui Christum secundum hoc quod homo est, adoptivum Dei Filium dicebat, & liber contra eum communi Episcoporum autoritate compositus est, in quo omnes subscripserunt. Synodus etiam, quæ ante paucos annos in Constantinopoli congregata sub Hirene, & Constantino filio ejus, septima & universalis ab ipsis appellata est, ut nec septima nec aliquid diceretur, quasi supervacua ab omnibus abdicata est.* Præsentem enim Synodum hîc indigitari ex eo palam est, quòd sub Hirene & Constantino, idque paucos ante annos, congregata dicitur: quam etiam Constantinopoli primò convocatam esse, nos supra observavimus, & ipsa Acta attestantur. Sic etiam Hincmarus Rhemensis ait, *Tempore Caroli Magni Imperatoris, jussione Apostolicæ Sedis, generalis Synodus in Francia convocante præfato Imperatore celebrata, & secundum Scripturarum tramitem, traditionemque majorum, ipsa Græcorum Synodus destructa & penitus abdicata est.* Et paucis interjectis, *Auctoritate itaque hujus Synodi nonnihil repressa est imaginum veneratio: sed tamen Hadrianus & alii Pontifices in sua opiniane perseverârunt, & mortuo Carolo suarum puppurum cultum vehementius promoverunt; adeo ut Ludovicus Caroli filius libro longè ceteri infestatus sit imaginum cultum, quàm Carolus.* Hinc. Rhem. adv. Hinc. Laudun. cap. 20. Quanta etiam offensione, quantoque odio Ecclesia nostra Britannica decretum præsentis Synodi de adorandis imaginibus tunc temporis excipiebat, Historici nostri, Rogerus Hovedenus, Simeon Dunelmensis, aliique ubertim tradiderunt. A Græcis autem omnibus, non minus quàm ab hodiernis Papistis, Synodus hæc septima Oecumenica habita est, & canones ab eâ constituti in ipsorum nomocanonem relati: quo factum est, ut isti etiam inter alios, unà cum scholiis suis, in hoc opere exhibeantur.

Ἐν ἔτει ϛϠϞϛ. Aufer 5508. ab 6296. & reliquus fiet annus 788. Hoc igitur anno, juxta Balsamonem, à Christi Nativitate currente celebrata est hæc secunda Nicææ Synodus. Græcorum autem anni, non Latinorum instar Kalendis Januariis, sed Septembribus ineunt. Et quidem mense Septembri Synodus hæc Nicææ congregata est, indictione 11. (ια'. non α'. ut in Græco textu malè imprimitur) ac proinde antequam annus 788. Julianus cœptus est; quippe qui ante Kal. Jan. sequentes non incepit. Habitum est ergo hoc Concilium anno Juliano Dom. 787. quemadmodum & ante observatum est. Sed Paulus Diaconus anno 781. Cedrenus anno 786. aliique aliis annis celebratum fuisse falsò perhibuerunt.

Τριακοσίων ἑξήκοντα ἑπτά. Sic etiam præter Aristenum Photius asserit, trecentos sexaginta septem Episcopos huic Concilio interfuisse, ἑπτὰ μὲν καὶ ἑξήκοντα καὶ τριακοσίων ἱερῶν ἀνδρῶν πλήθει πατρικῶς. Phot. de Synodis. Nilus trecentos sexaginta tres solos fuisse scribit, συνεχροτήθησαν ὑπὸ τριακοσίων ἑξήκοντα τριῶν ἁγίων πατέρων καὶ τῶν οἰκουμενικῶν. Nil. de Syn. Psellus autem non plures quàm trecentos quinquaginta fuisse tradidit, cujus etiam sententiam plerique amplexi sunt.

Εἰκονομάχων ἤτοι χριστιανοκατηγόρων. Tempore hujus Concilii, atque ante æque ac postea, cultûs imaginum oppugnatores Christi sanctorumque imagines, eo nomine ut adorentur factas, idola esse asseverârunt; ac proinde Christianos, qui eas colunt, idololatriæ accusârunt: quo factum est, ut ipsi à contrariâ parte, sive ab imaginum cultoribus, Χριστιανοκατηγόροι audirent. Hinc Leontius in ipsâ Synodo dicebat, Εἰπάτω ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ συνόδος, ὡς τῇ ἀρχαιοτάτῃ συνηθείᾳ διαφόρους βύσεις διεξιλθούσῃ τῆς ἐκκλησίας αἱρετικοὺς, τοὺς ἀποπεμφθέντας ἢ ἁγίας καὶ ἀμώμητον τῆς Χριστιανῶν ἐκκλησίας ἐπὶ τοῦ ἀνατεθῆναι τῆς ἱερῶν εἰκόνων. τίμιον ὃ μὴ χεῖρας ἔχειν αὐτὴν τοὺς χριστιανοκατηγόρους ἢ ἴσχειν βλασφημίαν. Conc. Nic. 2. Act. 6. pag. 619. Adeo ut voces εἰκονομάχοι & εἰκονοκλάσται & χριστιανοκατηγόροι ab ipsâ etiam Synodo tanquam Synonymæ usurpentur. Unde Episcopi in eâ congregati passim exclamant, Ἡμεῖς τὴν ἐπίσκοπον καινοτομίαν τῶν χριστιανοκατηγόρων ἀναθεματίζομεν. Et τοῖς χριστιανοκατηγόροις ἤτοι εἰκονοκλάσταις ἀνάθεμα. vide Actionem quintam in fine. Et ab eo usque tempore hæc vox isto sensu Græcis in usu fuit. Hinc est, quòd cùm Synodus Constantinopolitana, anno Dom. 814. habita, præsentem Nicænam condemnâsset, & alteram septimam generalem Synodum, cujus supra meminimus, quâ cultus imaginum explosus est, confirmâsset, ab autore Anonymo libelli Synodici vocatur propterea χριστιανοκατηγορικὴ συνόδος. Dicit enim ὁ ὀξυώπας γὰρ ἀναξίως ἀπολαβὼν μισθὸν καὶ ἄδικον

ρχιεπισκόπου ἐν τῇ Χριστῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ Κωνσταντινουπόλεως ἀναγνώσεται σινόδου. Libell. Syn. cap. 145.

## In Can. I.

Τῶν τε ἓξ οἰκουμενικῶν συνόδων. Hîc asseruntur & confirmantur canones à sex Oecumenicis Conciliis editi. Verumenimvero inter omnes convenit, quintam & sextam nullos omnino edidisse canones, nisi Trullani iis attribuantur: cum autem Tarasius Patriarcha Constantinopolitanus coram præsenti Synodo asseruerit canonem Trullanum 82. à sextâ Synodo constitutum esse, ut in annotationibus ad istum canonem ostensum est, omnes hoc loco Trullanæ istius Synodi canones tanquam à sextâ Synodo editi, confirmari videntur. Vel forte, ut à Balsamone & Zonarâ, sic etiam à præsenti Synodo, Trullana τυπικὰ habita est, & canones ab eâ decreti, ad utramque, quintam nimirum & sextam, referuntur. Aliter enim non video quem hæc verba sensum admittant; utpote in quibus de sex œcumenicarum Synodorum canonibus Ecclesiasticis, non dogmaticis decretis agitur.

Δι' ὧν τὴν ἐπικύρωσιν ἔδωκε τῆς β'. καινῆς. Secundum Synodi Trullanæ canonem à Justiniano Imperatore, Novellâ puta 131. confirmatum esse Balsamon hîc asseverat, non animadvertens Justinianum vitâ functum plusquam centum viginti annis terrenam cum cœlesti coronâ prius commutâsse, quàm Synodus Trullana celebrata fuit. Imo quidem Novella ista à Balsamone citata etiam ante quintam generalem Synodum Constantinopoli habitam promulgata fuit, quippe quâ quatuor tantummodo Oecumenica Concilia confirmata sunt. Sic enim se habet, *Sancimus igitur vicem legum obtinere sanctas Ecclesiasticas regulas, quæ à sanctis quatuor Conciliis expositæ sunt, aut firmatæ; hoc est, in Nicænâ trecentorum decem & octo; & in Constantinopolitanâ, sanctorum centum quinquaginta Patrum; & in Ephesinâ primâ, in quâ Nestorius est damnatus; & in Chalcedonicâ, in quâ Eutyches cum Nestorio anathematizatus est. Prædictarum enim quatuor Synodorum dogmata sicut sanctas Scripturas accipimus, & regulas sicut leges observamus.* Justinian. Novel. 131. cap. 1. Sed unde igitur Balsamon Trullanam etiam Synodum à Justiniano confirmatam hauserit? Nimirum è Basilicis, in quæ dicta Justiniani Novella, longè aliter quàm ab eo constituta, tralata est. Enimvero in Basilicorum lib. 5. tit. 3. cap. 2. ista Novella, sic legitur, Θεσπίζομεν τοίνυν τάξιν νόμων ἐπέχειν τοὺς ἁγίους ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας τοὺς ὑπὸ τῶν ἁγίων ἑπτὰ συνόδων ἐκτεθέντας ἢ βεβαιωθέντας. ubi, ut videre est, loco quatuor septem Synodi mendosè substituuntur: quæ etiam sic postea recensentur & confirmantur, Nicæna prima, Constantinopolitana, Ephesina, Chalcedonensis, Constantinopolitana secunda, Constantinopolitana tertia, & Nicæna secunda. Unde palam fit Basilica, quæ Balsamoni imposuerunt, hoc præsertim in loco, ut alia in præsenti taceam, miserè interpolata & corrupta esse; cùm præsens etiam Concilium Nicææ habitum à Justiniano confirmatum ibi dicatur, etiamsi ille plusquam ducentis annis antea mortuus fuerit, quàm hæc Synodus celebrata est. Sed non nova est hæc corruptela, nec Balsamon primus, qui eâ deceptus fuit. Nam longè ante eum Photius Patriarcha Constantinopolitanus eandem Justiniani Novellam eodem modo depravatam citavit, Η γ'. διάταξις τοῦ β'. τίτλου τῶν νεαρῶν τοὺς ὑπὸ ἑπτὰ συνόδων κανόνας θέλει κρατεῖν καὶ τὰ δόγματα αὐτῶν, ὡς τὰς θείας γραφάς. Phot. nomocan. tit. 1. cap. 2. Unde veri nobis simillimum videtur, istam Justiniani Novellam hâc corruptelâ depravatam, & tribus ultimis Conciliis auctam esse statim post tempora, quibus extremum eorum sive præsens habitum fuit; idque eo nomine, ut decreta hujus Synodi de imaginibus adorandis legis vicem habere viderentur. Sed nihil incautius, nihil imprudentius perpetrari potuit; cùm neminem lateat impossibile esse, ut Justinianus ea Concilia confirmaret, quæ multis post ejus obitum annis celebrata sunt. Quod miror, neque à Balsamone, nec Photio, nec ab aliis antehac observatum.

## In Can. III.

Πᾶσαν ψῆφον γινομένην ὑπὲρ τῶν ἀρχόντων. De pristinis Laicorum privilegiis in Episcopis eligendis in annotationibus ad quartum Synodi Nicænæ primæ canonem fusiùs commentati sumus. Quæ ibi eâ de re dicuntur, ad majorem hujus canonis, qui illic etiam citatur, elucidationem huc transferantur. Hîc insuper observetur, antiqua ista plebis & magistratuum præsertim jura, in consensu saltem & testimonio suo Episcoporum electionibus præbendo, usque ad præsentem aliquo modo obtinuisse Synodum, à quâ penitus hoc canone abolita sunt & abrogata; utpote ex cujus præscripto omnes etiam cujuscunque ordinis magistratus ab Episcopis eligendis omnimodo arcentur: sed nihilo secius aliquid de pristino jure etiam post editum hoc decretum usurpâsse videtur. Quod etiam octavæ generali Synodo occasionem præbuit, severioris edendi canonis, qui Græcè non extans, in Latinâ Anastasii Bibliothecarii versione sic se habet, *Promotiones atque consecrationes Episcoporum, concordans prioribus Conciliis, electione ac decreto Episcoporum collegii fieri sancta hæc & universalis Synodus definit, & statuit, atque jure promulgat, neminem Laicorum principum vel potentum semet inserere electioni vel promotioni Patriarchæ, vel Metropolitæ, aut cujuslibet Episcopi, ne videlicet inordinata hinc & incongrua fiat confusio vel contentio; præsertim cùm nullam in talibus potestatem, quemquam potestativorum vel cæterorum Laicorum habere conveniat, sed potius silere ac attendere sibi, usque quò regulariter à collegio Ecclesiastico suscipiat finem electio futuri Pontificis: si vero quis Laicorum ad concertandum & cooperandum ab Ecclesiâ invitatur, licet hujusmodi cum reverentiâ, si fortè voluerit, obtemperare se ascisentibus; taliter enim sibi dignum regulariter ad Ecclesiæ suæ salutem promoveat. Quisquis autem secularium principum & potentum, vel alterius dignitatis Laicus, adversus communem ac consonantem atque canonicam electionem Ecclesiastici ordinis agere tentaverit, anathema sit, donec obediat, & consentiat, quod Ecclesia de electione ac ordinatione proprii præsulis se velle monstraverit.* Syn. octav. can. 22.

Τὸς δὲ κωλυτὰς αὐτῆς ἀφορίζεσθαι. Hæc verba in Parisiensi editione desiderata ex MS. Bodleiano supplevimus, cui Amerbachianus cum Tiliano suffragatur.

## In Can. VI.

Σημείωσαι δὲ παρόντα κανόνα. A voce σημείωσαι (sic Balsamon enim legendum, non ut mendosè imprimitur σημείωσαι) usque ad finem hujus interpretationis, unà cum totâ alterâ interpretatione, in MS. Amerbachiano desiderantur omnia. Sed in aliis omnibus Codicibus æque ac in Bodleiano leguntur.

Η κλείοντας ναούς. Post hæc verba Parisiensis editio addit, ἤγουν μὴ φιλοχριστοῦντας δοξολογεῖσθαι αὐτούς, *seu Deum in his laudari non sinunt*; quæ istis verbis in canone respondent, μὴ γίνεσθαι ἐν αὐτοῖς τὰς τοῦ Θεοῦ λειτουργίας.

Καὶ πλεῖον τοῦ ἀφορισμοῦ κολασθήσεται. Editio Parisiensis legit, οὐκ ἀφορισθήσεται μόνον, ἀλλὰ πλείονος κολασθήσεται, *non solùm segregabitur, sed etiam magis punietur.*

Μόνα τιλεῖν. Loco sequentium editio Parisiensis sic habet, ὁ μόνος κρατῶν τῆς ἁγίας βασιλικῆς διὰ χρυσοβούλλου φροντιστὴς ἀπολυθήσεται καὶ μόνα φόρους ἀπαιτῶν &c. ut in MS. nostro Bodleiano hîc impresso.

## In Can. VII.

Ἐκτὸς ἁγίων λειψάνων μαρτύρων. Hoc à Græcis hucusque observatur; adeo ut nullum iis templum sine quibusdam, ut putantur, Martyrum reliquiis consecretur: ac proinde cum Episcopus ad templum dedicandum se confert, tres saltem martyrum reliquias secum assumit, ut ex Eucologio discimus, dicente in rubricâ templi dedicandi, Ἐγκαινίζω δὲ μὴ τοῦτο ὁ ἀρχιερεὺς λαμβάνει μαρτυρικῶν ἁγίων μερίδας τρεῖς, αἵτινες ὀφείλουσιν μὴ τῷ ἱερατείᾳ καταθεῖναι. Has postea in disco capiti bis superimponit, ac deinde in loco iis præparato deponit reservandas, ut ibidem dicitur, Τούτων δὲ ψαλλομένων τὰ σκάσματα λείψανα ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως εἰς ἡτοιμασμένον διατίθενται τόπον. εἴ τι καὶ τὸ ὕδωρ μετ' αὐτοῦ πρὸς ἀναπλάσεις κίονων, εἶτα τῶν τράπεζαν ὑποφερόντων κίονες· εἶτε βωμὸν τιθέντων βασιλίζοντος, μὴ τὸ μέσον ἀπὸ μέρους τοῦ σιδήρου. μένει δὲ τούτοις τοῦ Ἀρχιερέως ὑπηρετοῦντος, ὑπτίασται παρ' αὐτοῦ τὸ πῶμα τῆς θήκης, καὶ καπνοφαλίζονται πάντοθεν αἱ τέτρα ἁρμογαὶ διὰ χρισματίζοντος ἢ γύψου ἢ μολύβδου. Et hic quidem totus est Græcorum ritus in reliquiis suis, cùm Ecclesia de novo extruitur, reponendis usitatus.

Τὰς ἐκκλησιαστικὰς ἀφιδρύσεις. In Codice nostro Bodleiano, post

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

post hæc ultima hujus canonis verba, hæc leguntur, Σημείωσαι ἀπὸ τῆς περίτ⊕ ζ'. κανόνος, ὅτι χωρὶς ἄλλων λειτ⊕ύντων καὶ ἱερατευόντων. Ἔχε ἡ ἐπιμύθιμον τὸ εἰς τὸν ἑρμηνείαν τῆς περίτ⊕ κανόνος χαρίσηται χάριν ἢ ἐν ἐκκλησίαις ἢ ἐν ἀντιμηνσίοις. Cùm autem adeo apertum sit hæc ex margine in textum irrepsisse, hìc potius ea adnotare, quam illic inserere visum est.

Οτι τελοῦνται τὰ ἀντίξεια. Legendum est, ὅτε τελεῖται τὰ ἐγκαίνια καὶ τὰ ἀντίξεια. Sic enim omnes legunt codices, tam impressi quàm manuscripti.

## In Can. IX.

Ἐν τῇ ἐπισκοπίῳ διορίζονται, post ista verba hæc legenda sunt, οἱ νόμοι ἢ κρίνουσι παῦτα διορίζονται. In omnibus enim MSS. atque etiam impressis codicibus leguntur, & sensui prorsus necessaria sunt: sed nescio quo fato hìc omittuntur. At latina eorum versio rectè se habet.

Τὰ ἐπισκοπικὰ δίκαια. In Codice Amerbachiano rectiùs legitur, τὰ πατριαρχικὰ δίκαια, *Jura Patriarchalia.*

Καὶ ὁ χαρτοφύλαξ. Chartophylax propriè dictus est, qui Ecclesiæ archiva & chartas servabat; quod magnum sane & summæ dignitatis in Ecclesiâ Constantinopolitanâ officium fuit; usque adeo ut etiam μέγας χαρτοφύλαξ vocatus fuerit; idque primo ab Andronico juniore, ut testatus est Cantacuzenus, dicens, *Chartophylaci, quia majores honores capessere nolebat, munus effecit splendidius magnumque Chartophylacem nominavit; quod Epitheton Chartophylaci usque hodiè manet.* Cantacuz. hist. l. 2. c. 1. Officium ejus à Codino sic describitur, ὁ χαρτοφύλαξ κρατῶν τὰ ἐκκλησιαστικὰ δικαιώματα, κρίνει δὲ ὅλων ὑποθέσεων δὲ ἐκκλησιαστικῶν, ἔχει τὰς γαμικὰς ὑποθέσεις· ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς δὲ κληρικῶν ὑποθέσει ἔκδικ⊕, ὡς δηξιὰ τῆς Αρχιερέως χείρ. Sed in Catalogo officialium Ecclesiæ Constantinopolitanæ fusiùs sic enarratur, ὁ μέγας χαρτοφύλαξ, ὅταν λειτουργεῖ Αρχιερεύς, ἵσταται πλησίον δὲ ἀρίστου μυστηρίου· λέγει ὁ αὐτὸς Αρχιδιάκον⊕ σχοινίζεται τὸ βασιλεῖ καὶ θεῷ. Ἔστι δὲ καὶ εἰς τὰς κρίσεις τὰς ἀπορρήτους πάσας· ἔχων δὲ καὶ τὰς εἰσερχομένας ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ ἐν σχοινίῳ τῆς Αρχιερέως δίδῃσι παρ' αὐτῆς τὰς ὑποθήκας πάσας· ἔχων δὲ καὶ τὰς ἱερολογίας δὲ μυστηρίων, ἱερολογῶν αὐτὰς καὶ ὑπογίλλων τῷ ἱερεῖ τῆς ναῦ τῆς λίτους εὐλογεῖν αὐτάς· ἔστι δὲ καὶ ἐν ταῖς χειροτονίαις δὲ Αρχιερέων σχοινάριον ἐστὶ χειροτονούμενον ἀρχιερέα. Ἔχων δὲ αὐτὸς χαρτούλιον ἀναχάρει τὰς τῶ ἐπισκόπων ὑποθήκας, καὶ αὐτὰς τῷ Αρχιερεῖ ἀναφέρει. Vide plura in Balsamonis meditato de Chartophylacis & primi Defensoris officiis, in Jur. Gr. Rom. l. 7. pag. 453.

## In Can. X.

Τὴν ἱερωσύλιν ἐκλεγόντα. In Codice Bodleiano, inter hæc ultima canonis verba & Balsamonis interpretationem, hæc ponuntur, Σημείωσαι ἐν βιβλῳ, ὅτι τῷ πατριάρχῃ Κωνσταντινουπόλεως ἐφέτει δίχρηται κλητικοὺς ἀλλοτρίων ἐπισκόπων ἄνευ γνώμης τῶ χειροτονήσαντων αὐτὸν ἐπισκόπων. ἀνάγνωθι καὶ τὸ νε'. κεφάλαιον τῶ ἐν Καρθαγένῃ συνόδου φιλοτιμούμενον τὸ πέμπτον σχοινίον καὶ ἄλλας ἐκκλησίας. Hanc autem marginalem tantùm fuisse notam, in textum descriptoris incuriâ tralatam, cuivis patet; ut & eam ex Balsamonis Scholiis desumptam esse.

Τοῦτο γὰρ δεῖ τὸ παυσάσθω. Rectiùs in Codice Amerbachiano legitur, ἢ παυσάσθω ἢ καθαιρείσθω. Quippe quæ sunt ipsa canonis verba à Balsamone hic expositа.

## In Can. XI.

Υπάρχειν ἔφησε πάντας. Alexius Patriarcha Constantinopolitanus in Synodali decreto, de causis Ecclesiasticis ad universas metropoles & Archiepiscopatus pertinentibus, hunc inter alios canonem citat explicatque; cujus propterea verba digna sunt quæ observentur. Dicit autem, Καὶ πέρυσι καθυπεβλήθη, ἐπὶ τῷ λειτ⊕ύσας ἀφῆς τὰς μητροπόλεις ἔρχεται τὰ τῆ βλάβης, τὸ φρόνημα ἢ καθ' ἡμᾶς ἁγία σύνοδος δοκιμάσασα, ἀναγκαίως τῷ τῆ οἰκονόμων ἀρχιερατεῖον διετάξατο, καὶ τῆ ια'. θελούσῃ τῆ ἐξέδωμεν σύνοδον κανόνα· ἄδικον γὰ ἐκεῖνος δίδοσθαι καὶ πρὸ ἀμοιπότου πατριάρχῃ καὶ τῶν ἱεροπρεπῶν μητροπολίτων οἰκονόμους κληρικῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ὧν οἱ μητροπολίται καὶ οἱ ἐπίσκοποι τοῦτο ποιεῖν οὐκ ἀνέχεται, ἢ καὶ κακῶς τὰ τῆ ἐκκλησιῶν διέπουσιν. Alex. Patr. in Jur. Gr. Rom. l. 4. pag. 251.

Οἰκονομίδων διὰ κληρικῶν. Legendum διὰ κληρικῶν αὐτῶν, juxta MSS. Amerbachianum & Ætonienſem, necnon impressam Parisiis editionem.

Απαρεγχείρητον. In Codice Amerbachiano legitur ἀπαρεγχείρητον.

## In Can. XIII.

Ανδρὸν τὰ μοναστήρια. Post ista verba in codice nostro Bodleiano hæc habentur, Σημείωσαι τὰ ἐν τῇ περούσῃ ἑρμηνείᾳ χαρίσηται, χρησιμώτατα ὄντα χάριν τῆ λαμβάνειν καὶ κληρικοὺς διδασκάλων μοναστηρίων ἀφῆς τῆ Αρχιερέως. Καὶ μὴ ἀφορᾶς τῶν ἐν τῇ α'. κεφ. τῶ ια'. πτλ. χαρίσῃ ἀφῆς τῶ ἀκριβῶς τὸ νομοκάνονον. ὅτι ἡ α'. διάταξις τῶ β'. πτλ τῆ παρῶν ὅτι δεῖ κεφ. ι'. τῆ ζ'. Ιουστινιανοῦ νεαρᾶς, ἐν ἐπίδη εἰς τὰ βασιλικὰ, καὶ διὰ τοῦτο ἐκ ἐνεργεῖ. Ex eo autem quòd hæc ex ipsâ interpretatione colliguntur, ad nullam ea interpretationem propriè pertinere constat; ac propterea hìc adnotare, quàm textui interserere illa satiùs duximus, ne sensus confunderetur.

Τὰ ἐν ἐξηγήσει τῶ περίτ⊕ κανόν⊕. Hæc usque ad finem hujus interpretationis ex MS. Bodleiano supplevimus; ubi tamen iis ἑτέρα ἑρμηνεία præfigitur, ac si *alteram interpretationem* constituerent: verum nec in codice Amerbachiano, nec alio quovis præter Bodleianum extant. Ubi etiam insuper observetur, verba illa παλαιὰν καὶ καινὸν λυσιτελῆ ἔθ⊕, quæ octo circiter lineis ante hæc occurrunt, in Codice Amerbachiano rectiùs legi παλαιὸν καὶ καλὸν λυσιτελὲς ἔθ⊕. Et sic etiam à Joanne Leunclavio in Jure Græco-Romano pag. 204. leguntur.

Zon. Τῶν εἰκονομάχων. In Gallandi codice legitur τῶν ἀθέων εἰκονομάχων, *Impiorum Iconomachorum.* Amerbachianus nostræ lectioni adstipulatur.

## In Can. XIV.

Προχειρίζεσθαι ἀναγνώστας. Ex eo quòd his verbis caveatur, ut lectores juxta veterem consuetudinem à Chorepiscopis, de quibus alibi fusiùs, Episcopo permittente constituantur, suspicetur aliquis Chorepiscoporum autoritatem ad solas lectorum ordinationes hìc restrictam esse. Verum, ut doctissimus vir Petrus de Marca rectè observavit, in hoc canone de Chorepiscoporum in promovendis Clericis jure non agitur, sed de publicâ sacrarum Scripturarum ex ambone sive suggestu lectione, quæ à pueris ad clerum designatis, sed nondum ab Episcopo adscriptis, pronunciari solebat. Canon has vetat à quopiam publicè prælegi, nisi prius ab Episcopo, aut monasterii præfecto, aut etiam à Chorepiscopo, ex Episcopi sententiâ juxta veterem consuetudinem, manuum impositionem acceperint. Hoc quidem privilegium Chorepiscopis hìc asseritur; sed alia propterea, quæ antiquitùs habuerunt, iis non detrahuntur. Sed hìc insuper observandum est, post ultima hæc canonis hujus verba, alia quædam ante interpretationem Balsamonis in MS. nostro Bodleiano occurrere, nimirum, Σημείωσαι ἐν ιδ'. κανόνα διὰ τοὺς μοναχούς, οἵτινες ἄνω τῶ μεταχειρισθῆναι, ἢ ἐξ ὑποκρίσεως τὸ χειρὸν τοῦτο τὸ σχῆμα, ἀναγκάζουσιν ἑτ' ἄμεν⊕, μὴ δεξάμενοι χειροτονίαν ἀναγνώστου, καὶ ζήτει πλῶ διόρθωσιν τέτων. His præmittitur vox ἑρμηνεία· & sequitur Ετέρα ἑρμηνεία τῶ ιδ'. κανόν⊕, ac si ista verba primam interpretationem constituerent, sed in nullo alio codice leguntur; neque nobis plusquam nota quædam marginalis videntur.

Zon. Χειροθετῆσαι καὶ ἐφαπτέσθαι. In Supplemento ad Parisiensem Zonaræ editionem, ex alio nescio quo codice, post hæc ultima ejus in hunc canonem verba, dicitur, καὶ εἰρηνικὰς διδόασιν ἐπιστολὰς κατὰ τὸ κανόνα· ζήτει τὸ ς'. συνόδου κανόνα ιγ'. περὶ τῶ ἄνω κεφαλαίου, *& literas quoque pacificas juxta canonem concedunt. Quære Synodi* VI. *canonem* XIII. *de capite supra dicto.* Sed hæc in codice Amerbachiano non leguntur.

## In Can. XV.

Καὶ περιτρέπειν. Adde ἐν μιᾷ ἐκκλησίᾳ. quæ verba à typothetis omittuntur. In omnibus enim codicibus leguntur, & latina eorum versio rectè retinetur.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

BALS. Οἱ δὲ λέγοντες τὸ πρῶτον. Hæc usque ad finem ex MS. Bodleiano restituimus; sed in Amerbachiano non extant.

ZON. Ἐν ταύτῃ τῇ βασιλίδι πόλει. Codex Amerbachianus legit, ἐν ταύτῃ μεγαλοπόλει καὶ βασιλίδι, *in hâc magnâ urbe & imperiali.*

## IN CAN. XVII.

ΤΟΤ χεὶ τόπον ἐπιτύχῃ. Codex Amerbachianus legit, χεὶ χάρεν. ut & mox pro Ἔχει τὸ βασιλειδιάριον, in Parisiensi editione legitur, Ἔχει καὶ τὸ βασιλειδιάριον.

BALS. Σταυροπήγιον. Ut genuinam vocis hujus à Græcis sæpe usurpatæ notionem clariùs assequamur, primò tenendum est, quòd in Oriente, ubi templum aliquod extruendum est, Episcopus illuc proficiscitur, & post aliquot ritus ab eo usurpatos, & preces solennes absolutas, ille primum lapidem in fundamento ponit, sed cruce primò ab ipso signatum, ut in Euchologio legimus, εἶτα λαβὼν ἕνα τῶν λίθων, καὶ χαράξας δι' αὐτοῦ σταυρὸν, αὐτὸς δι' ἰδίας χερὸς τίθησιν αὐτὸν εἰς τὸ θεμέλιον. Vel etiam ligneam crucem accipit, & in ejus medio aliam crucem stylo exarat, quam Clericus aliquis perfectè exsculpit; Episcopus autem propriâ manu crucem sic exculptam accipiens, in templi extruendi medio tanquam primum fundamenti lapidem ponit, uti in altero Euchologii codice dicitur, Εἶτα λαμβάνει ὁ Ἀρχιερεὺς σταυρὸν ξύλινον, ἐγχαράττων μέσον σταυροῦ, καὶ δίς τῶν κλεικῶν ὑπογράφει αὐτὸν, καὶ λαμβάνει αὐτὸν ἀρχιερεὺς εἰσκυβίτης, πήγνυσι δ' αὐτὸν μέσον τοῦ κλίζωμάτου ναοῦ. Cruce ab Episcopo in fundamento templi extruendi sic defixâ, artifices protinus illud ædificare incipiunt. Hinc factum est, ut ipsa etiam templi alicujus fundatio σταυροπήγιον nonnunquam dicatur; ut etiam ex Euchologio discimus, ubi dicitur Εὐχὴ λεγομένη εἰς θεμέλιον ἐκκλησίας, ὅταν καὶ σταυροπήγιον τινες ὀνόμασιν. Hîc enim, ut videre est, ipsum θεμέλιον aliquibus σταυροπήγιον nominatur, hoc est, *Crucis fixio*, utpote quâ fundamentum jacitur. Verùm præter hujusmodi Stauropegia quæ omnibus Episcopis communia, & ab iis in novo quolibet templo aut etiam monasterio fundando inprimis adhibenda sunt, de aliis passim legimus stauropegiis, quæ σταυροπήγια πατριαρχικὰ propriè nuncupantur. Hæc ut rectè intelligantur, recolendum est, quòd oratorium aliquod vel monasterium, quod per solum Episcopi cujuspiam Provincialis stauropegium fundatur, vel in quo ille crucem suam fixit, idem ad eundem Episcopum sive ad ejus curam & administrationem pertinet, nimirum nisi Patriarcha etiam suum stauropegium illuc miserit. Hoc ex Germani Patriarchæ Constantinopolitani sigillo colligimus, quo decernitur, ut ubi Patriarchale stauropegium non præstructum fuerit, ibi regionis Episcopus omnem potestatem habeat, ἵνα δὲ μὴ καταλείπῃ πατριαρχικὸν σταυροπήγιον, ὁ χεὶ χάρεν ἀρχιερεὺς ἐκεῖσε ἐξαποστείλει, κἂν θεμέλιον ᾖ μοναστηρίου, κἂν εὐαγγελείου, κἂν οἱκτῳ εὐκτηρίου. In Jur. Gr. Rom. l. 3. pag. 236. Quod idem & de metropolitanis tenendum: hi enim nullam habent crucem figendi autoritatem, præterquam in suis ipsorum parœciis sive territoriis, quæ iis immediatè tanquam Episcopis subsunt; non item in parœciâ aliquâ alii Episcopo subjectâ, etiamsi suam intra Provinciam sita sit. Luculentulum hujus rei exemplum habemus in controversiâ inter Johannem Metropolitanum Naupacti & alium Joannem Artæ Episcopum. Cùm enim S. Demetrii Monasterium extructum fuit sub Stauropegio metropolitani cujusdam Naupacti, in regione Episcopatûs Artæ, hujus prætextu dictus Joannes postea idem monasterium tanquam sibi subjectum vendicabat, atque etiam alia illic Stauropegia mittebat, ἵστε δὲ εἷς καὶ οἰκεῖα πέμψαντα σταυροπήγια, ἐφεξῆς τῷ καὶ τῶν μετὰ τὸν ἅγιον Δημήτριὸν ἐν τῇ ἐνορίᾳ χειμάρρου ἡ λέγει, πρὸς ἰσχυρὸν ἐπαίτιον ἀντιμαρτυρίαν ἔδει σταυροπήγιον ἐκτίθεσθαι (σωτῆρα ὅπως ἂν ἔχῃ) τῷ τότε μητροπολίτῃ. Jur. Gr. Rom. l. 3. p. 232. Postea autem idem metropolitanus Naupacti, qui ad dictum monasterium extruendum suum miserat stauropegium, confessus est se injuriâ hoc fecisse, & propterea monasterium istud Episcopi Artæ jurisdictioni restituit. Sed nihilominus cùm supradictus Joannes metropoliticum istum Naupacti thronum adeptus esset, non solùm istud Demetrii monasterium, sed & alia ibidem constituta sibi arripuit: usque adeo ut quæ in illis erecta fuerant Ecclesiastica stauropegia ille dejecerit, & sua eorum loco substituerit, ὑξίσαλε καὶ τὰ ἐκκλησιαστικὰ σταυροπήγια, ut inquit Artæ Episcopus, τῶν μοναστηρίων μὲν, τῶν τ' ἐκλησιῶν, καὶ τ' ἀγίας ἀναστάσεως ἐπίσης καὶ οἰκεῖα σταυροπήγια. Hâc itaque causâ ad Germanum Patriarcham Constantinopolitanum & ad Synodum sub eo habitam delatâ, definitum est, quòd etiamsi Metropolitanus Naupacti stauropegia sua in monasteriis intra Episcopatum Artæ fixisset, eadem nihilominus Episcopalia fore monasteria, sive Episcopo Artæ subjecta; & ratio redditur, quòd privilegium mittendi stauropegia ultra propriam suam parœciam Patriarchæ soli, non metropolitano cuipiam competit. Sic enim intelligenda sunt illa verba, quæ interpres malè intellexit, διὰ τὸ ἀνῆκον τῷ πατριάρχῃ ἐφεξῆς σταυροπήγιον μόνῃ τῇ πατριαρχικῇ ἐφεδρίᾳ μεγαλειότητι, τῷ δὲ μητροπολιτῶν ἐδενί. ibid. p. 234. Sin autem Patriarcha Stauropegium suum in quamlibet regionem per totam suam diœcesim templo vel monasterio alicui fundando vel extruendo miserit, templum istud vel Monasterium ab universâ Episcopi regionis, quâ situm est, jurisdictione exemptum Patriarchæ soli, vel Exarcho ejus immediatè subjicitur, & ab eo solo administratur; quemadmodum ex sigillo superiùs laudato Germani Patriarchæ conficere licet, in quo dicitur, quòd Patriarchalis nominis relatio in illis solis obtineat, in quibus extructio per Patriarchalia stauropegia facta est, sive monasteria sint, sive Ecclesiæ Catholicæ aut communes, sive oratoria; & ut in hujusmodi ædificiis locisque nihil sit commune regionis Episcopo, sive ad sacrorum celebrationem, sive ad Abbatis designationem, sive ad animæ delictorum inquisitionem, neque aliud quicquam usque ad canonicarum illationum exactionem; sed qui in his Sacerdotes fiunt, Patriarchales erunt & nominabuntur, & Patriarchalium jurium Exarcho subjicientur, & solita canonica persolvent. Sic enim dicitur, Ὡστε τὸν ἀναφερόμενον τῷ πατριαρχικῷ ὀνόματι ἐν ἐκείνοις μόνοις καὶ κρατεῖν καὶ ἐκπροσωπεῖσθαι σχανόντεσιν, ἐν οἷς ἡ ἀνέγερσις διὰ σταυροπηγίων πατριαρχικῶν ἐγένετο, κἂν μοναστήρια ᾖσι, κἂν ἐκκλησίαι καθολικαὶ, κἂν εὐκτήρια οἶκοι, κἂν τοῖς τοιούτοις μόνον ἐξ αὐτῶν τὸν κατὰ χώραν ἀρχιερέα εἴτε εἰς ἱερουργεσίαν, εἴτε εἰς ἡγουμένου σφραγῖδα, εἴτε εἰς ψυχικῶν σφαλμάτων ἀνάκρισιν, ἢ δ' ἄλλο ἢ δ' ὁτιοῦν, μήτε καὶ τὰ τῆς κανονικῆς εἰσφορᾶς ἀπαιτήσεως· καὶ γὰρ οἱ ἱερᾶσθαι λαχόντες ἐν τούτοις πατριαρχικοὶ καὶ ἔσονται καὶ ὀνομάζεσθαι, καὶ τὰ τῆς πατριαρχικῶν δικαίων ἐξάρχῳ ὑποκείσονται, καὶ τὰ συνήθη κανονικὰ φέρε αὐτὸν ὑποτίσουσι. ibid. pag. 236. Et hujusmodi quidem monasteria vel templa extruere, quæ per Patriarchalia stauropegia in iis fixa ab Episcopali jurisdictione eximuntur, cuivis fas est; ut disertè ait Manuel Patriarcha in decreto de jure patronatûs, Εἰ δέ τις βούλεται ἀνεγεῖραι μοναὶ ἢ εὐκτήριον οἶκον ὑπὸ σταυροπήγιον πατριαρχικὸν, εἰς μὲν τόπου ἀνέγερσιν ἃ καλυβέσθωσαν τῆς τυχούσης. Jur. Gr. Rom. pag. 242. Cùm autem Patriarcha Constantinopolitanus sua hujusmodi stauropegia cuivis monasterium vel oratorium extruendi facile adeo indulgeret, in quacunque Provinciâ vel parœciâ situm esset, hinc usu tandem aliquando venit, ut ille in singulis ferè Provinciis & Episcopatibus nonnulla haberet monasteria & templa sibi peculiaria, & ab omni aliâ tam metropoliticâ quàm Episcopali jurisdictione atque potestate exempta. Hoc Metropolitani & Episcopi ægrè admodum tulerunt; ut observat Balsamon in Apost. can. 31. iisque respondet, hoc Patriarchis longâ consuetudine confirmatum esse privilegium; & in alterâ istius canonis interpretatione aliam etiam hujus rei rationem reddit, nimirum quòd totus Christianus orbis inter Patriarchas distributus sit, qui propterea quæcunque intra diœceses suas constituuntur loca, aliorum autoritati eximere sibique peculiaria facere valent. Et hâc quidem opinione imbutus Patriarcha Constantinopolitanus, Stauropegia nemini oratorium aut monasterium ullibi erecturo denegare solitus est. Ritus autem juxta Euchologium in iis figendis sic se habuit. Cùm alicui in animo sit hujusmodi templum Patriarchæ peculiare extruere, ad ipsum se confert Patriarcham, eum de intentione suâ certiorem faciens; Patriarcha autem Exarcho suo vel etiam cuilibet Episcopo facultatem scriptis concedit, ut tale templum sub Patriarchali stauropegio fundetur & consecretur, mandatque crucem ligneam fieri, in quâ ipsius Patriarchæ Notarii scribunt, ab unâ quidem ejus facie, Σταυροπήγιον πατριαρχικὸν ἀγαθὸν ἐπ' ὀνόματι τοῦ ἁγίου τοῦδε ἐν τῇ θεοσώστῳ πόλει ταῦδε, ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ ταῦδε, ἐν τῷ δεῖνι διαλήματι ἔξω τοῦδε τοῦ ἁγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου. In adversâ autem parte, Εἰς τὸ βασιλείας τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως ἡμῶν τοῦδε καὶ μόνα τόνδε, ἐν ἔτει τῷδε. Hujusmodi igitur crux lignea sic inscripta, illuc mittitur, quo templum ædificandum est; hanc cùm Episcopus loci acceperit, modo supra expositio templi fundamentum jacit. Cùm autem consecrationem peregerit, retro sacram mensam in elato quopiam ædificiolo loculum habente crucem illam à Patriarchâ missam collocat. Sic enim in Euchologio legimus, Καὶ πέμπτον ὁ σταυρὸς, ἐν



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ᾧ ὁ ναὸς μέλλει οἰκοδομεῖσθαι, εἶπα ὁ σταυροπηξάμενος πρὶν τὸν ἄνωθεν ἀκολουθίαν ὅτι τῷ βεμελίῳ. ὅταν ἡ πρόθεσις τῶν κριθέντων, πίγνυσι καὶ ἡ σταυρὸν ὅπισθεν ὁ ἀγίας τραπέζης, ἐναντιούμενος πρὸς ἀνωτερεῖος οἰκοδομήματος λέγειν ἔχοντος ἢ διὰ λίθων, ἢ διὰ πλίνθου, ἢ διὰ ξυλείου, ἢ διὰ χαλκοῦ, ὡς ὀρεῖται ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ. Unde perspicuum redditur, Patriarchicum hoc stauropegium longè aliud esse (contra ac nonnulli opinari sunt) ab illâ crucis fixione, quæ ab Episcopo in jaciendo templi fundamento usurpatur. Hic præterea notandum est Chartophylacem, de quo alibi meminimus, ad pectus suum suspensum habuisse, à Balsamone rationali Aaronis comparatum, τὸ πατριαρχικὸν βουλλατήριον, hoc est, ut opinor *Sigillum Patriarchæ*, quo bullæ ejus sive diplomata signata sunt. Hoc itaque Chartophylax Stauropegia à Patriarchâ concessa signavit & emisit, ut Balsamon in meditato de duobus officiis Chartophylacis & primi Defensoris asserit, ubi de Chartophylace & bulloterio ejus loquens, ait, quòd Chartophylax διὰ τύπου καὶ χρῆ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἡμῶν πατριαρχικὰ κατηχήσεις καὶ ἄλλων σταυροπήγια, καὶ πολλῶν πολίων ἐκκλησιαστικὰ μοναστήρια εἰς τὸ σφρᾶγις καθαλῶς τὸ ἀκόλουθον. Hinc lucem mutuantur ea, quæ idem Balsamon in loco, quem sub manibus habemus, de Chartophylace scribit, quòd nimirum Stauropegium ab eo, cuilibet extra urbem templum extruere volenti, non conceditur, nisi is primò in scriptis deposuerit, se omnia attulisse, quæ ad templi extruendi perfectionem pertinent: etiamsi enim solus Patriarcha Stauropegia concedit, Chartophylaci tamen suo negotium istud inspiciendum committit; adeo ut ex ejus judicio & sententiâ dependeat, utrum concedenda sint necne; ac proinde is etiam ea concedere non immeritò hîc perhibetur.

## In Can. XIX.

Εἰ μὴ εἴη ἄλλα τῆς σφετέρου. In Codice nostro Bodleiano post hæc verba additur, Σημείωσαι ὅτι παρόντα κανόνα διὰ τοὺς διδόντας τοὺς λεγομένους ἀποκρισὰς, ἢ πλουσίους, ἢ ἀγοράζοντας ἀδελφάτα, καὶ διὰ τοὺς εἰσαγομένους εἰς τὰ μοναστήρια μὴ δόσιν τινὰ μισθοῦσθαι. ἐφ' οἷς καλὸν ἔστιν εἰπεῖν, ἐὰν ἀνομίας φροντίσῃ τινὲς ἀποτίσονται; Quæ nihil aliud quàm nota quædam marginalis videtur. Sanè ad Balsamonis interpretationem non pertinet, utpote inter quam & canonem collocatur.

Zon. Παραλειπόμενα εἰς ἀποστολικὸν. In Supplemento ad Parisiensem Zonaræ editionem post ἀποστολικὸν hæc interserenda ex aliis MSS. describuntur, πῶς ἡ τῶν κανόνων ἡ πενίστης σωτόδου, ἣ ἐμνήσθησαν οἱ πατέρες ἔνθα, ἡ δεῖ χρῆμα χειροτονήσαντα καθαιρεῖσθαι αὐτὸν καὶ ἡ χειροτονήσαντα, ἔστω ἡ εἰς κλῆρον διὰ χρημάτων πίστωσα ἢ παύσασθαι ἢ καθαιρεῖσθαι καλεῖν; ἀπορεῖν ἔν, ὅτι ἐ δεῖ ἐπὶ χειροτονοῦντα ἔστω ὁ κανὼν καλεῖ, ὡς ἐκεῖνος, ἀλλὰ δεῖ ἐπὶ τοὺς ἤδη χειροτονηθέντας δεχομένων καὶ καταπιστάντων αὐτοὺς εἰς κλῆρον. εἶτα φησίν. *Sed qua ratione factum arbitrabimur, ut cùm quartæ Synodi canone illo, cujus Patres hîc meminerunt, tam ei qui pretio adductus ordines contulit, quàm ei qui pecuniâ emptos assecutus est, depositio pariter sit indicta, eum, qui pretio intercedente quempiam in clerum allegerit, vel desistere, vel deponi, hic canon decernat? Dicendum igitur, hunc canonem, non de iis qui ordines conferunt, de quibus alter ille; sed de iis qui jam ordinibus initiatos recipiunt, & in Clerum describunt, esse intelligendum. Deinde inquit.* Ex ultimis his verbis, εἶτα φησὶν *deinde inquit*, colligimus ea, quæ in nostra editione inter ἀποστολικὸν & εἶτα interseruntur, in MSS. è quibus hoc Supplementum desumptum est, non legi, nimirum, Ἐκβάλλεσθαι ἢ βέλεται τοὺς μὴ ἔχοντας ἡγουμένους χειροτονίαν πρεσβυτέρου, *Expelli autem vult eos monasteriorum præfectos, qui Presbyteri ordinationem non habent*; quæ idcirco hîc transtuli, quoniam latina eorum versio in ipso opere omissa est.

Ex τῶν ἡγουμένων. Ex eodem supplemento, post hæc ultima hujus interpretationis verba, sequentia addenda sunt, πῶς οὖν δεῖ νοεῖσθαι ἐν τῷ παρόντι κανόνι, ὃν ἀπαιτεῖσθαι ἢ εἰς κλῆρον ἢ εἰς μονὴν διχόθεν χρήματα ἢ χρύ. Εἰ δὲ ἐκεῖνος προσαγάγῃ πρὸς, εἰς ἀφιερῶν αὐτὸ τῷ θεῷ, ὁ παῦτα δεξάμενος ἀνάθεμα ἔστω. *Illud ergo ex hoc canone intelligi licet, non esse nimirum ab eo, quem in clerum monasteriumve admittas, pecuniæ aliquid exigendum. At vero aliqua, quæ ipse sponte offerat, Deoque dicata velit, si quis acceperit, nullo id in crimine esse reponendum.* Sed neutrum ex hisce supplementis in MS. Amerbachiano legitur.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

# GUILIELMI BEVEREGII ANNOTATIONES IN SYNOD. CONSTANTINOPOLITANAM PRIMAM ET SECUNDAM DICTAM.

Κανονες ἐκτιθέντες. Hæc eſt inſcriptio hujus Synodi in MS. noſtro Bodleiano, quæ eadem etiam in Pariſienſi Balſamonis editione, necnon in Codice Tiliano habetur. Sed in impreſſis antehâc Zonaræ codicibus inſcribitur, Ἡ συνοδος ἐν τῷ ναῷ τῆς ἁγίων Ἀποστόλων συσᾶσα, ἡ πρώτη καὶ δευτέρα λεγομένη, *Synodus in Templo S. Apoſtolorum congregata, Prima & ſecunda nuncupata.* In Codice Amerbachiano inſcribitur tantum Ετέρα συνοδος *Altera Synodus*, ſed ex Balſamonis præfatione conſtat eam πρώτην καὶ δευτέραν etiam in inſcriptione vocatam eſſe, & ex Zonaræ itidem præfatione, eam inſcriptam eſſe Ἡ ἁγία καὶ μεγάλη πρώτη καὶ δευτέρα συνοδος ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει συσᾶσα ἐν τῷ παναγίῳ ναῷ τῆς ἁγίων καὶ πανευφήμων Ἀποστόλων, ubi, ut videre eſt, μεγάλη συνοδος nuncupatur. Et quidem Balſamon eam οἰκουμενικὴν συνοδον appellat, nimirum ac ſi octava eſſet univerſalis Synodus. Verum longè alia eſt ab eâ, quæ ſub iſto nomine vulgò circumfertur. In ea enim, quæ octava plurimùm appellatur, Ignatius ſedi Conſtantinopolitanæ reſtitutus eſt, & Photius anathemate percuſſus: in hâc autem ipſe Photius præfuit, ut in ſede iſtâ ſtabilitus. Nec ſanè inter omnes convenit, quænam octava propriè generalis Synodus fuerit. Nam Marcus Epheſinus in ipſo etiam Concilio Florentino, nemine contradicente, diſertè aſſeruit, octavam iſtam communiter generalem Synodum nuncupatam, Conſtantinopoli, Adriano thronum Romanum tenente, non modo pro tali non acceptam, ſed etiam improbatam eſſe, aliamque poſtea, quæ Photium reſtituit, œcumenicam etiam dictam eſſe. Cùm ipſe enim rogatus eſſet Acta octavæ vulgatæ Synodi exhibere, reſpondit, Εἰ ἦ καὶ ἐζήτουν αὐτὰ, οὐκ ἔζητουν ἀνάξιλον ἵνα συναριθμήσωμεν τοῖς οἰκουμενικοῖς συνόδοις ἄλλην συνοδον, ἥτις οὐδὲ ἐστέρχθη τόλμης, ἀλλὰ μᾶλλον ἐκυρώθη· καὶ αὕτη ἡ συνοδος, ὡς λέγω ἡ ἀμαυσία σου, ἔχει ἀφέξεις κατὰ τοῦ Φωτίου, ἐν τῷ χωρῷ τοῦ Πάπα Ἰωάννου καὶ τοῦ Ἀδριανοῦ μὴ ταῦτα ἐφρόνει ἄλλη συνοδος, καὶ ἀνάθεμα τὸν Φώτιον, καὶ ἐκύρωσε τὴν ἁγίαν συνοδον αὕτη ἡ συνοδος, ἥτις ἀνομάσθη καὶ ὀγδόη συνοδος, καὶ ἐφρόνει ὅτι τοῦ πάπα Ἰωάννου. Act. Concil. Florent. ſeſſ. 6. init. Quinetiam; quod obiter obſervetur, ipſum Concilium Florentinum etiam octavum univerſale appellatum eſt, ut ex Actis ejus à Bartholomæo Abramo Cretenſi editis conſtat; quod ſanè Laurentius Surius miratus eſt, ſed immutare prudens noluit. Verùm Severinus Binius, in ſuâ iſtorum Actorum editione, loco octavæ decimam ſextam Synodum per fas aut nefas ſubſtituit; ut ipſe in notis ad eadem Acta fatetur, dicens, *Quanquam Laurentius Surius in præfatiunculâ quâdam ad lectorem, quam infra ſubjungam, falſam illam octavæ Synodi inſcriptionem à Bartholomæo Abramo Cretenſi, Actis ſynodalibus præfixam, metu neſcio cujus temeritatis auferre & abolere noluerit; Ego tamen aliorum virorum, quos ſupra in notis ad Concilium Oecumenicum octavum allegavi, hortatu animatus, non tantum ex titulo, verùm etiam ex ipſis Actis ſynodalibus pro voce octava, decimam ſextam ſubſtituendam eſſe putavi.* Unde videre eſt, quanta fides ejus Conciliorum editionibus habenda ſit, cùm quod ſibi non placuerit, immutare auſus eſt; atque hoc idcirco tantum, quia alii id hortati ſunt. Sed ut ad rem noſtram redeamus, Synodus hæc præſens, cujus canones unà cum ſcholiis hîc educuntur, neutra fuit è duabus iſtis Synodis Conſtantinopolitanis, quæ Oecumenicæ dicuntur: non ea quidem, quæ vulgò id nomen ſortita eſt, ob rationem ſupradictam, atque etiam ex eo, quòd canones hîc editi prorſus diverſi ſint ab iis, quos octava iſta generalis vulgò dicta Synodus emiſit: neque altera, ſiquidem ea ſub Joanne Papa Romano habita eſt, ac proinde proxima potius cenſenda eſt, quæ in S. Sophiæ Templo celebrata fuit. A quanam igitur Synodo ſub Photio habitâ hi canones decreti fuerunt, non facile eſt definire. Eo autem, quòd in Sanctorum Apoſtolorum Templo celebrata dicitur, ſuſpicor illos ab eâ Synodo emiſſos eſſe, quæ abſentem Ignatium damnavit, & exauctoratum pronunciavit; quippe quæ in eodem loco habita eſt, ut Nicetas in Ignatii vitâ teſtatus eſt, dicens, Ἐν Μυτιλήνῃ ᾗ διατρίβοντος, ὁ Φώτιος τὴν κατ' αὐτὸν ἐκκλησίαν τῆς πανηδυόμων σωμαγῶν, καὶ ἐξὸς τοῦ ἱερῷ τεμένει τῆς πανευδόξου Ἀποστόλων ἡγούμενος καθαίρεσιν Ἀποφαίνεται κατὰ τοῦ μὴ παρόντος Ἰγνατίου. Vel ſaltem ab eâ, quâ præſentibus etiam Papæ Romani legatis, Ignatius ab exilio vocatus publicâ exauctoratione depoſitus eſt; utpote quæ ibidem etiam celebrata fuit, ut Joannes Sylitza ex Michaelis Theophili filii hiſtoriâ tradidit, dicens, Επεὶ ᾗ παρῆσαν καὶ παπικοὶ τοῦ Πάπα Ῥώμης κατὰ τῆς οἰκουμένης ἐκάντες, πεῖσαι καὶ αὐτοὺς Ἰγνατίου καταψηφίσασθαι. Διὰ καὶ ἐν τῇ τῆς Ἀποστόλων θείᾳ τεμένει συνέδριον ἀθροισάντες διδυμοσιδηρᾷ καθαιρέζει καθυποβάλλουσι τὸν Ἰγνάτιον τῆς ἐξουσίας μετατιμωφόμενοι. Act. Concil. octav. pag. 828. edit. Col. an. 1618. Vel fortè hi canones ab utrâque ex hiſce Synodis editi fuerunt; & ea verior ſit cauſa, quare à primâ & ſecundâ Synodo conſtituti perhibentur.

## In Can. I.

Ετυχεν τῷ θεμελίῳ. Legendum ἐυχλιῶ δεῖ τῷ θεμελίῳ, juxta MSS. Amerbachianum & Ætonienſem. BALS.

Ἡ ξενῶνα. Ξενὼν idem eſt, quod ξενοδόχειον, hoſpitium peregrinis recipiendis deſtinatum. Sic etiam in lege civili uſurpatur, *Sancimus ſi quis aliquam reliquerit hæreditatem, vel legatum, vel fidei-commiſſum, vel donationis titulo aliquid dederit vel vendiderit, ſive ſacroſanctis Eccleſiis, ſive venerabilibus Xenonibus.* l. 23. c. *De ſacroſanct. Eccleſ.* Cùm hæc inter Chriſtianos frequentia eſſent, Julianus etiam ea extrui juſſit. Theophanes, τὰς ᾗ χριστιανῶν ἐυπαθίας ὁ ἄρχοντος καὶ θεοσεβὴς μιμούμενος, ξένους τε καὶ πλουσίους τὰ περὶ τὴν ὑγείαν χορηγίαις ἐκόλαζον, Theoph. in Chronogr. De his etiam S. Baſilius olim meminit, dicens, ἵνα δὲ ἀδικῶμεν, κατηγόρια τῶν ξένων οἰκοδομούντες, τῶν χρὴ πένησι διὰ τὴν ἀδύνειαν διορθοῦσι; καὶ τὸν ἀνάξιλον τούτων φιλανθρωπίαν ἐξαζητοῦντες, τὰς νοσοκομοῦντες, τὰς ἰατρεύοντας, τὰ πανδοχεῖα, τὰς φιλοπτώχους. Baſil. epiſt. 371. Nicetas Choniates, μετέκαλε δὲ εἰς νοσοκομεῖον καὶ τὰς βασιλικὰς δόμους. Nicet. Chon. in Iſaac. Angelo.

Ἡ δὲ νεαρὰ τοῦ βασιλέως κυροῦ Νικηφόρου. Hæc Nicephori Phocæ Imperatoris Nov. integra habetur, in Juris Græco-Romani lib. 2. p. 113. 114. &c.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Πῶς τύπως γίνωνται. Hæc usque ad finem hujus interpretationis in Codice Amerbachiano desiderantur.

## In Can. IV.

Ina εἶπε μοναχὸς τὴ ἰδίας ὑποθέσεως μενῆς. Balsamon in responsis ad Marcum Alexandrinum hanc ultimam hujus canonis partem laudat. Marcus enim hanc quæstionem ei proposuit, Ἀπορημάτιόν τινα μεταλάβωμεν μοναχοὶ ἐξ ὧν ἀπεκρίναντο μοναστήριον πρὸς ἕτερα μοναστήρια, ἢ ὄχι; Respondit Balsamon, Εἰ ὁ πρὸς ἄνθρωπον κατηγόρῳ ἐπὶ ἰκανὸν εἰκείαν ὁμολογίαν πλειστοῖς ἀναγκάζεται, πῶς ὁ πρὸς θεὸν κατηγόρως ἀναγκασθήσεται τῷ οἰκείαν ἀπόθεσιν κατάθεσιν; διὰ τι οὖν, καὶ κζ τὸν δ'. κανόνα τῆ ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων συνόδου ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου, τῆ λεγομένης α'. καὶ β'. τῶν τοιούτων διεξιόντα φησῖν, Εἴ τις μοναχὸς, &c. & deinde cæteris usque ad finem canonis citatis, concludit, Εἰ γοῦν δίχα πρεσβυτέρου ἐπισκοπικῆς μεταλάβοντες εἰς ἕτερα μοναστήρια, ἐξ ὧν ἀπεκρίναντο, πολλῷ δὴ πλέον εἰς κοσμικὰς κατοικίας διαχέοντες, καὶ οἱ διχόθεν τόποι, ἀφειδεμένοι καὶ ἀκοινώνητοι ἔσονται, μέχρις ἂν ὑποτάξωσιν εἰς μοναστήρια ἐν οἷς τὰς συνθήκας διαλύσωσιν. Balf. resp. ad Marc. interrog. 20. ubi insuper observare licet, præsentem Synodum οἰκουμενικὴν dictam esse, atque ita à Græcis habitam.

## In Can. V.

Φιλόσοφον καὶ ἥδονικόν. Ita cùm codice Bodleiano legit etiam Amerbachianus. In Parisiensi editione est φιλόσοφον ἢ φιλήδονον.

Καὶ ἐν ὄπτων ῥασοφόρων. Sic idem Balsamon antè dixerat, τινῶν γὰ εἰσιόντων εἰς μοναστήρια, καὶ ῥασοφορησάντων. Enimvero vilioris quoddam vestimenti genus ῥάσον Græcis recentioribus appellatur; quo etiam, qui Monasticam suscipiunt vitam, primò induti sunt. Unde Nicetas Choniates in Manuele Comneno, τὸ μοναδικὸν χῶμα φησι, καὶ οἱ περὶ αὐτὸν, ὅταν βούλοντες τινὲς μοναχοῦ ῥάσα, περιβύσει ἀμφὶ αὐτὸν, καὶ ἀπενδύσει τὰ μαλακὰ, καὶ ἁρχικὰ ἀμφία. Nicet. in Man. Comn. lib. 7. Hinc ordò servandus in primâ monachi admissione, in vetustâ Euchologii editione, in indice quidem vocatur, Ακολουθία γινομένη εἰς τὸ φορέσαι πρὰ ῥάσον μόνον, καὶ καμιλαύχιον· in ipso autem libro folio ζε'. Ακολουθία εἰς ἀρχάριον ῥασοφορούμενον, quomodo etiam in vulgatis editionibus inscribitur. In ipso verò ordine dicitur, quòd Sacerdos post preces absolutas, & tonsuram in crucis formam factam, tunicâ eum induit, & καμιλαύχιον nullâ prece subjunctâ imponit. Καὶ ἐνδύει αὐτὸν χιτῶνα καὶ καμιλαύχιον, μετὰ ἐπιλέγων. Unde constat ῥάσον etiam χιτῶνα dictum. Quidnam καμιλαύχιον fuerit, ex verbis post illud impositum colligimus; dicit enim Sacerdos, ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν ὁ δεῖνα ἐνδύεται τὸ καμιλαύχιον ἐν τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ. Fuit ergo pileum, vel aliquid simile capiti impositum; sic Scholiastes Aristophanis, Πιλίδιον, τοῦ καμηλαύκιον κεκλυμμένον. Schol. Arist. ad Acharnens. Hesychius, Τιάρεις, λύρας ἢ ἀμικαφαλαίας, ἀμικαλύμματος τῇ κεφαλῇ, καμηλαύκιον. Ex pilis Cameli confiatum videtur. Suidas haud obscurè innuit ex pilis confici, Κίδαρις, ἀμίκτημα κεφαλῆς, ἢ ὅτι ἐκ τριχῶν ὕφασμα, ἅτινα εἴδος καμηλαυκίου. Sed ad ῥάσον nostrum redeamus, quo primò monachi induti ῥασοφόροι & ῥασοφορούμενοι, *Rasum gestantes* audiunt. Nicetas Choniates, ῥασοφορῶν δή τις, ἐκ Κομνηνῶν ἔλκων τὸ γένος, τῷ αὐτοκράτορι τῶν ἐκκλησιῶν βασίλειος, καὶ ἐκ τοῦ φρονήματος συγχωρῶν ἀπορρήτως τοῦ φρονεῖν. Nicet. in Isaac. Angel. l. 3.

## In Can. VI.

Οἱ μοναχοὶ ἀδὲν ἴδιον. Harmenopulus hunc canonem in epitomen sic redegit, ὁ μοναχὸς βουλόμενος ἀπὸ τῶν ἑαυτοῦ ἀφίστησιν διαπάσης. μὴ γὰ τὸ μοναστὴ, ἢ αὐτῷ πάντων κυριεύσει τὸ μοναστήριον. Εἰ δή τις μοναχὸς φωραθείη ἐκ τῆ αὐτοῦ τι περιποιούμενος, αὐτὸς μὲν ἀφαιρέσεως ἐπιτιμάσθω· ἐκεῖνο δὲ ἀφ' ὧ τὸ ἀφαιρεθὲν ἢ τοῦ ἐπισκόπου παρασκόμενον πλουτεῖ καὶ ἀπόρεσις διανεμέσθω. *Qui monachus fieri vult, de bonis suis prius testetur. Nam postquam monachus factus fuerit universarum ipsius facultatum dominium monasterio cedet. Quod si quis monachus è suis bonis aliquid retinuisse deprehensus fuerit, ipse quidem convenienter punitor; res autem illa per præpositum vel Episcopum venumdata, pauperibus & egenis distributor.* In quam Epitomen Scholiastes hæc observat, Η ἢ ριγ'. (fortè legendum ρκγ'.) νεαρὰ, ἢ κωλύει ἐν βιβλίῳ τῶ βασιλικῶν τίτλῳ α'. καὶ διατίθεσθαι αὐτὸν δίδοντι μὴ τῷ μονάσαι, καὶ ἀδιάθετον ἀποθνήσκειν, νομίμως πρὸς παίδων κληρονομεῖσθαι. *At vero* CXIII. (forte leg. CXXIII.) *Novella, quæ posita est in libro Basilicorum*, tit. 1. *etiam testandi potestatem ei concedit, postquam monachus factus est, & intestato morienti legitimè suis à liberis succedi vult.* Harmenop. epit. can. sect. 4. tit. 1.

Γωνιακῶν κρατῶν ἐδικαίωσιν. Hæc ultima hujus canonis verba in Codice Amerbachiano malè desiderantur.

Διὸ καὶ οἱ μοναχοὶ ὀφείλουσι. Hæc usque ad εἶτα κατὰ MS. nostro Bodleiano debemus. Nam in Parisiensi Balsamonis editione desunt: sed in Codice Amerbachiano etiam leguntur.

## In Can. XI.

Τοῦτο προσταττόμενον ἢ διακόνες. Ex hujus canonis præscripto, Michael Patriarcha Constantinopolitanus, qui etiam ὁ τῶ Ασγάλου καὶ ὑπατος τῶ φιλοσόφων dictus est, neque lectores secularia susscipere officia præcepit. Η δωδεκάτη τῶ σταυρώματος τῶ κυρίε Μιχαὴλ ἔτους, Μηνὶ Ἰανουαρίῳ ιγ'. ἡμέρᾳ δ'. ἐπινεμήσεως δ'. καὶ ἐφέξης, διαρρήδην καὶ τοῖς ἀναγνώσαις ἅπασι τοῖς διακόνοις καὶ τοῖς ἱερεῦσι μὴ ἀναδέχεσθαι κοσμικὰ ὀφφίκια, ἢ φραντεσκὰς ἐνεργείας, ἢ κουρεσπερίας, διὰ τὸ ια'. κανόνα τῆ ἐν Κωνσταντινουπόλει α'. καὶ β'. συνόδου. *Vis edicti Domini Michaelis hæc est; mense Januario, die* 13. *feria* 4. *Indictione* 4. *& deinceps, constituit, ne Lectores aque ac Diaconi & Sacerdotes secularia officia suscipiant, vel exactorum munera, vel curationes, propter* XI. *canonem primæ & secundæ Synodi Constantinopolitanæ.* Jur. Græc. Rom. l. 3. pag. 227.

## In Can. XIII.

Καὶ τὸ ἐπ' αὐτῷ τιλίας καταρίπτειν. Hæc verba non modò in Parisiensi editione, verùm etiam in Codice Amerbachiano omittuntur. Sed in Tiliano æque ac in Bodleiano nostro MS. leguntur.

Καὶ τὸ ὄνομα αὐτῷ ἐν ταῖς ἱεροῖς. Nimirum cùm sacra mysteria peraguntur. Tunc enim Sacerdos pro Episcopo suo nominatim orare tenetur: ut in Lyturgiâ Chrysostomi inter orandum dicit καὶ ὑπὲρ ἀρχιεπισκόπου ἡμῶν, ὁ δεῖνος, Sic passim in Euchologio.

## In Can. XVI.

Ant' αὐτῷ περιχειρίζεσθαι. Inter hæc ultima canonis verba & Balsamonis interpretationem in Codice Bodleiano hæc quidem leguntur, sed in margine, Σημείωσαι τὴν παροῦσαν ἑρμηνείαν καὶ ἔχε δεῖ μνήμην τὰ ἐν τούτῃ γεγραμμένα χάριν τῶν ἀποδημούντων ἐπισκόπων ἐκ τῶν ἐκκλησιῶν αὐτῶν. *Observa præsentem interpretationem, & in memoriâ tene quæ in eâ scripta sunt, istorum Episcoporum gratiâ, qui ab Ecclesiis suis peregrè proficiscuntur.*

Ετέρα ἑρμηνεία. Hæc altera interpretatio hujus canonis non modo in codice Bodleiano, sed & in Amerbachiano, necnon in Supplemento ad Parisiensem Balsamonis editionem extat.

## In Can. XVII.

Εν πάσῃ τῇ ἐκκλησιαστικῇ ἐυταξίας. Cautum est hôc canone, ne quis Laicus aut Monachus ad Episcopalem dignitatem in posterum evehatur, nisi qui tempus in singulis Ecclesiasticis præstitutum gradibus priùs adimpleverit. Hoc autem à Photio suiipsius causâ constitutum videtur, vel ipse saltem ei constituendo occasionem præbuit; quippe qui, contra ac hîc decernitur, Patriarchatum Constantinopolitanum adeptus est. Is enim cum protospatharius & primus è secretis Imperatori esset, è Laico sex diebus Patriarcha creatus est; nam primo die factus est monachus, altero Lector, deinde Hypodiaconus, Diaconus, Presbyter, & sexto Patriarcha; ut Nicetas in vitâ Ignatii Constantinopolitani tradidit, Καὶ ἐν ἓξ ὅλαις ἡμέραις χαρὶν ἀνθρώπου τελειόω τῆς ἐπιθυμουμένης ἐπιλαμβάνετο καθέδρας. καὶ ἦν ἀληθῶς ἐκεῖνος ἱερεῖον αὐθημερὸν ἄγιον πλατύδρομον καὶ τῶ παχυμέτρου φρῆτρ γὰ ἡμέρα μοναχὸς ἀπὸ λαϊ-



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

πᾶσι· τῇ δευτέρᾳ δὲ ἀναγνώσει, καὶ ὑποδιακόνους τῇ ἐξῆς, εἶτα διακόνους, εἶτα πρεσβυτέρους, ἔπειτα τῇ ἑκτῃ, χειροτονεῖ ἢ ἂν ἡμέρᾳ, καὶ οὕτως τῷ ἱερατικῷ προσβαίνειν ὅρῳ τῷ εἰρηνικῷ τῷ λαῷ προσφέρει. Nicet. in vitâ Ignat. Et ipsa quidem octava generalis vulgò appellata Synodus, Ignatii gratiâ habita, præposteram hanc & irregularem Photii ordinationem perstringere videtur, ubi neminem ad Episcopatûs honorem promoveri statuit, nisi in lectoris munere annum, in Subdiaconi duos, in Diaconi tres, Sacerdotii autem, quatuor annos expleverit, προβιβαζέσθω εἰς τὸν Ἀρχιερατικὸν, ὥστε ἐν τῷ βαθμῷ τὸ ἀναγνώσου ἑαυτὸν πληρῶσαι, ἐν δὲ τῷ τῶν ὑποδιακόνων δύο, καὶ ἐν τῷ τῶν διακόνου τρεῖς, καὶ τέσσαρας ἐν τῷ τῶν πρεσβυτέρων. Syn. oct. can. 5. Photius autem in præsenti canone rem extenuare nititur. Primò enim subindicat, nonnullos è Laicis vel Monachis Episcopos statim factos fuisse, & Ecclesias suas in altum extulisse, (quales nimirum fuerunt Ambrosius Mediolensis & Nectarius Constantinopolitanus) sed addit, hoc in exemplum non trahendum esse, præsertim τῶν λοιπῶν *in posterum*: adeo ut quæ anteà hoc modo factæ sunt ordinationes (ac proinde suam) ratas esse velit; sed tamen in posterum non faciendas esse statuat.

Bals. Ἐν τοῖς θεοῦ ἱερωσύνης λόγοις. Ita quidem Codex noster Bodleianus legit. Sed reliqui omnes, Amerbachianus, Ætonienſis, Tilianus, &c. legunt ἐν τῷ εἰς τὸν Πεντηκοστὸν λόγῳ αὐτοῦ. Et rectè quidem. Hæc enim verba in quadragesimâ quartâ Gregorii Theologi hîc citati oratione in sanctam Pentecostem habitâ extant, ἐν ἑπτὰ μὲν ἡμέραις ὁ ἱερὸς πεπλήρωται χορὸς, ἐν ἑπτὰ δὲ ὁ λεπτὸς καθαιρόμενος, ἐν πεντήκοντα δὲ ὁ ναὸς ἁγιαζόμενος. Greg. Naz. orat. 44.

Δίχα κοσμικοῦ. Legendum juxta alios codices δίχα βυλοῦς: quæ haud dubiè verior est lectio.

Διὸ καὶ καπηλείαν. Hæc usque ad χειροτονίας ἐσεργοῦν inclusivè Codici Bodleiano accepta referas: in aliis enim desiderantur, nisi quòd Gentianus Hervetus ea ex MS. Tiliano Latinè vertit.

---

# IN SYNODUM HABITAM
## In Templo Sapientiæ:

Παρὰ τὴ ἁγίας συνόδου. Hæc Synodus sub Photio, post Ignatii obitum sedi suæ Constantinopolitanæ restituto, in Templo S. Sophiæ sive Sapientiæ Constantinopoli anno Dom. 879. à Patribus 383. celebrata fuit, seque universalem nominavit: ut ex primo canone constat, sic incipiente, δέεσθαι ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος, & ex secundo, ubi dicitur, Αλλ' οὗ ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ αὕτη σύνοδος. Enimverò hæc altera est illa octava generalis Synodus, quæ eam, quæ sub Ignotio habita est, reprobavit; ut in annotationibus ad præcedentium canonum præfationem ex Actis Concilii Florentini observatum est. Hæc eadem est etiam, quæ à Binio Pseudosynodus Photii appellatur: sed tractatus ille, cui Binius nomen istud imposuit, à recentiori aliquo consarcinatus videtur. Sanè nec autoris, nec bibliothecæ, ubi extat, mentio habetur; neque etiam alibi Binius Acta hujus Synodi edidit, etiamsi ea in Vaticanâ Bibliothecâ extare ipse fateatur, & aliqualem eorum Epitomen ex eâdem Bibliothecâ in Baronii Annales traductam transcribat. Quinetiam hanc Synodum in dictâ Bibliothecâ Græcè extare ex Gratiani decreto, Gregorii XIII. jussu edito, indubitatum redditur, ubi id disertè asseritur c. 7. q. 1. cap. 45. Unde mirari subit quàm inhumanè Binius cum Photio egit, qui omnia, quæ Ignatii causæ favere visa sunt, ubicunque invenire potuit, vel comminisci, collegit; cùm interim nec unam Synodum Photii gratiâ habitam luce dignatus est, neque etiam hanc ipsam post Ignatii mortem habitam, etiamsi bene satis noverit, unde haberet. Sed haud dubiè ei, cùm Conciliis edendis operam navaret, in mentem non venit, justissimam ex hac re causam præberi, non solùm quare suam in Conciliorum editione integritatem in suspicionem vocaremus; sed etiam cur non immeritò suspicaremur aliquid in Actis hujus Concilii contineri, quo primatus Episcopi Romani elevetur. Hoc autem in celandis hujus Concilii Actis frustra sibi proposuit, cùm ipso volente nolente, ex primo hujus Synodi canone, qui in omnibus Balsamonis, Zonaræ, atque etiam Aristeni in canones codicibus extat, apertè satis eluceſcat, qualis quantaque tunc temporis Episcopi Romani autoritas agnita fuerit: de quâ re in proximis annotationibus ad dictum primum hujus Concilii canonem, fusiùs, & prout res postulat, agendum est.

Πᾶσαν τὴ ὁμιαπιλὼ. Hæc ad finem tituli Codici Bodleiano debemus. In Parisiensi enim Balsamonis editione desiderantur; at non solùm in Amerbachiano, sed & in Tiliano etiam codice extant; namque Gentianus Hervetus Latinè vertit, *Omnemque schismaticum & hæreticum errorem expulit sub Photio Patriarcha*, verùm loco ultimorum horum verborum, *sub Photio Patriarchâ*, nihil in codice Bodleiano legitur, neque in ullo alio, nisi quòd in Amerbachiano χρόνοις τοῖς habeatur.

### In Can. I.

Καὶ οἰκουμενική. Hæc verba non solùm in Bodleiano, verùm etiam in Tiliano codice leguntur. Vertit enim Hervetus, *Statuit sancta & universalis Synodus.* In Amerbachiano MS. & in Parisiensi tam Balsamonis quàm Zonaræ editione omittuntur. Sed & secundo canone omnes codices conveniunt in horum verborum lectione, Αλλ' οὗ ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ αὕτη σύνοδος.

Πάπα Ιωάννου. Vox Ιωάννου in Parisiensi, Balsamonis Zonaræque editione desideratur; sed in Amerbachiano pariter atque in Bodleiano nostro codice legitur. Et inter omnes convenit hanc Synodum Constantinopoli celebratam esse, cùm Joannes VIII. sedem Romanam occupabat. Qui si non idem fuit, saltem tempore non procul ab eâ distitit, quæ *Joanna Papissa* vulgò nuncupatur, nam & hæc etiam Joannes VIII. dicta perhibetur. Sanè qui notas marginales Parisiensi Zonaræ editioni adjecit, in hanc Synodum observavit, Joannem VIII. tantâ facilitate usum atque ita à Photio Eunucho ludificatum, ut ex eo fœminæ quàm viro similiorem esse adversarii sint calumniati. Sed de hujus rei veritate alii viderint.

Ινα ἔχῃ αὐτοὺς καὶ ὁ ἁγιώτατος Πάπας. Hæc constans est hujusce loci in omnibus codicibus tam manu exaratis quàm impressis lectio; Adeo ut ex loco perspicuum reddatur, omnes à throno Constantinopolitano ad Romanum appellationes per hunc canonem, cui ipse etiam Joannes Papa Romanus per legatos suos subscripsit, interdictas esse. Cautum est enim hoc in loco, ut quoscunque Patriarcha Constantinopolitanus segregaverit Laicos, aut Clericos deposuerit, eos absolvere Episcopo Romano non liceat, sed isti Romæ æque ac Constantinopoli segregati aut depositi maneant, ac proinde frustraneæ essent ad Papam Romanum appellationes cùm nihil ex iis emolumenti percipi potuerit. Et ne suspicemur novi aliquid hîc introduci, additur statim, Μηδὲν προσόντων προσθήκων τῷ ἀμωμήτῳ θρόνῳ τῆ Ρωμαίων ἐκκλησίας καὶ τῷ παύτης προέδρῳ τὸ σωφρόνον κεκτημένων, μήτε τὸ νῦν μήτε εἰς τὸ μετέπειτα, *privilegiis, quæ sanctissimæ Romanorum Ecclesiæ sedi & ejus antistiti adsunt, nihil penitus innovatis, nec nunc, nec in posterum.* Verùm enimvero si hoc novi quid fuisset, ut appellationes

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

appellationes ad Episcopum Romanum interciperentur, nec ille potestatem haberet judicandi eos, quos Patriarcha Constantinopolitanus excommunicaverat vel deposuerat; aliquid saltem in privilegiis ejus innovatum esset: sed legati Joannis Papæ Romani, qui huic Synodo intererant, non poterant non agnoscere nihil novi in hac constitutione contineri; cui propterea ipsi æque ac alii libentes lubentesque subscripserunt; quippe qui omnibus tribus ab hâc Synodo decretis canonibus subscripsisse perhibentur.

## In Can. II.

Ει καί μέχρι τῶν. Hic canon non modo ab Ivone par. 7. c. 149. sed & à Gratiano citatur, his verbis, *Hoc nequaquam apud nos habetur, ut quicunque de Pontificali ordine ad monachorum, id est, pœnitentium descenderit vitam, ulteriùs possit ad Pontificatum reverti.* Item. *Precepit sancta Synodus, ut quicunque de Pontificali dignitate ad monachorum vitam & ad pœnitentie descenderit locum, nequaquam jam ad Pontificatum resurgat. Monachorum enim vita subjectionis habet verbum & disciplinâ, non docendi, vel præsidendi, vel pascendi alios.* Grat. decret. caus. 7. q. 1. c. 45. Dicitur autem ibidem hunc canonem editum esse in quintâ actione Constantinopolitanæ Synodi CCCLXXXIII. Patrum, sub Joanne Papa octavo, cui præfuit Petrus Presbyter Cardinalis, & Paulus Anconitanus Episcopus, & Eugenius Ostiensis Episcopus; & hos Papæ Romani Apocrisiarios ea dixisse, quæ usque ad *Item* occurrunt. Hæc ut meliùs intelligantur, in decreto, ut Gregorii XIII. jussu edito, quæ ad hujus canonis constitutionem spectant, ex Actis hujus Synodi, in Vaticanâ Bibliothecâ extantibus, apponuntur; & sic se habent, Φώτιος ὁ πατριάρχης ἔπε, πῶς ὑμῖν δοκεῖ περὶ τῶν ἀρχιερατικῶν τάγματος ἑαυτὸν εἰς τὸν τῶν μοναχῶν κατατεχόντων χῶρον, ἆρα εἰς ὑποτιγὴν ἑαυτοὺς ὑποβάντες, δύνανται ἔτι οἱ αὐτοὶ τὴν αὐτὴν πεμπιαρχίαν ἔχειν; οἱ ἁγιώτατοι τοποτηρηταὶ τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου ἔπον, τοῦτο παρ' ἡμῖν οὐκ ἔστι, οὐδὲ σύνηθες· ὅτις γὰρ ἅπαξ ἀπὸ ἀρχιερατικοῦ τάγματος εἰς τὸν τῶν μοναχῶν, τουτέστι μετανοούντων, κατατεθείη χῶρον, οὐ δύναται ἔτι τὸ τῆς ἀρχιερωσύνης ἑαυτῷ διεκδικεῖν ἀξίωμα. Βασίλειος καὶ Ηλίας οἱ τοποτηρηταὶ τοῦ ἀνατολικοῦ θρόνου ἔπον, οὐδὲ παρ' ἡμῖν ἐφωράθη τοῦτο ποτὲ γενόμενον· τύραννον μὲν ἂν, μανάζον-τες τοὺς ἐκ τῶν ἀρχιερέων εἰς ἀρχιερέας, ἀπὸ δὲ ἀρχιερέων εἰς μοναχοὺς κατατεθέμενοι ἀρχιερεῖς μέλλειν ἢ δύνασθαι. Η ἁγία σύνοδος ἔπεν, ἀεὶ δὲ τοῦτο κανὼν, πολλάκις γὰρ δὴ ἐν ἡμῖν ἀμφισβήτησις γίνεται περὶ τῶν ὑποβάντων τούτων, τοῦ μὲν λεγόντων μὴ κωλύεσθαι τοὺς Ἀρχιερεῖς μοναχοὺς γενομένους τὰ τοῦ Ἀρχιερέως τελεῖν, τοῦ δὲ συναδυνατούντων τοῦτο. Οἱ ἁγιώτατοι τοποτηρηταὶ ἔπον, ἀκουσόμεθα κανόνος. Ἁγία σύνοδος ἔπεν, ἔτι ἡ ἀξιοῦμεν ἀκριβοῦσθαι κανόνας περὶ τῶν εἰς τὸν μονῆρες καὶ ὑποτιγὴν λαϊκῶν, ὥστε ἀρχιερεῖς ἢ ἱερεῖς τύπτειν ἢ φυλακίζειν, καὶ τὰ λοιπά. Φώτιος ὁ πατριάρχης ἔπεν, εἰ καλὸν ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη, ἀναγνωσθήτωσαν οἱ κανόνες· καὶ λαβὼν Πάγκρας ὁ θεοφιλέστατος διάκονος καὶ σημειοφύλαξ ἀνέγνω. Εἰ καὶ μέχρι τῶν ἔνιοι τῶν ἀρχιερέων &c. *Photius Patriarcha dixit, quid censetis de iis, qui ex Antistitum ordine seipsos in monachorum locum conferunt? Num qui seipsos subjectos esse voluerunt, possint iidem adhuc idem in gregem imperium tenere? Sanctissimi legati veteris Romæ dixerunt, id apud nos minimè tenet, neque in more est positum. Quicunque enim ex Antistitum ordine, monachorum, id est pœnitentium, ordini annumeratus fuerit, is Antistitis dignitatem non potest sibi amplius vindicare. Basilius & Helias Orientalium sedium Legati dixerunt, neque apud nos id unquam evenisse observatum est. Nam contrà quidem monachi ad Antistitum ordinem provehuntur, at qui ex Antistibus ad monachos descendunt, hi antistites manere non possunt. Sancta Synodus dixit, de hâc etiam re canon constituatur: Nam & apud nos sæpe hâc de causâ dubitationes exoriuntur; nonnullis quidem dicentibus, non prohiberi Antistites, cùm monachi facti fuerint, quo minus Antistitum munere ibus fungantur: nonnullis verò hanc sententiam minimè probantibus. Sanctissimi Legati dixerunt, detur canon. Sancta Synodus dixit, Preterea verò æquum ducimus constitui canones de Laicis illis, qui eo insaniæ ac superbiæ devenerunt, ut Antistites vel Sacerdotes Dei verberent aut custodiæ tradant, & reliqua. Photius Patriarcha dixit, si vestra sanctitas jubeat, legantur canones: acceptosque eos Petrus Deo Diaconus, & Protonotarius legit, Etiamsi hucusque nonnulli Antistites* &c. usque ad finem hujus canonis. Quod autem hîc dicitur de Laicis Episcopos vel Sacerdotes verberantibus, vel in custodiam tradentibus, illud in proximo sive tertio hujus Synodi canone constituitur: Ex eo autem, quòd præsens canon à Gratiano in decretum referatur, manifestum est, hanc Synodum ab Ecclesiâ Romanâ tunc temporis approbatam fuisse, non obstante primo canone ab eâ edito.

# IN SYNODUM CARTHAGINENSEM
## SUB CYPRIANO.

Ἡ ὑπὸ Καρχηδόνι ἁγιωτάτη σύνοδος. Hanc præsentis Synodi inscriptionem MS. Bodleiano acceptam ferimus: sed eadem etiam in Codice Amerbachiano legitur. In Parisiensi autem tam Balsamonis quàm Zonaræ editione, sic inscribitur, Σύνοδος ἡ ἁγιωτάτη ἐπὶ Κυπριανοῦ τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου Καρχηδόνος καὶ μάρτυρος, *Synodus habita sub Cypriano sanctissimo Carthaginis Episcopo & martyre.* Celebrata fuit hæc Synodus anno Dom. 258. ac proinde omnium Synodorum antiquissima à Balsamone & Zonarâ rectè perhibetur: dummodo eæ solæ intelligantur Synodi, quæ hoc opere, ut à Græcis receptæ, vel potiùs in nomocanonem eorum relatæ, continentur. Aliter enim, præter Apostolicam, multas alias ante hanc habitas fuisse Episcoporum Synodos, ex plurimis Tertulliani & Cypriani locis constat. Canon autem, qui huic Synodo hîc adscribitur, nihil aliud est quàm Epistola D. Cypriani & aliorum Episcoporum unà cum eo Synodicè convenientium ad Januarium (non Jovianum, ut Balsamon & Zonaras opinati sunt) aliosque Numidiæ Episcopos rescripta, quæ in nonnullis operum D. Cypriani editionibus est epistola 70. in aliis l. 1. ep. 12. Decernitur autem hoc canone, vel Epistolâ potiùs, Baptismum extra Ecclesiam Catholicam conferri non posse, ac propterea denuò baptizandos esse, quicunque ab hæreticis baptizati sunt, cùm ad Ecclesiam Catholicam conversi fuerint. Idem autem constituitur ab Apost. can. 47. in quem videsis quæ annotavimus; hîc insuper observamus, ipsa Synodi Acta, quibus omnia Episcoporum in eâ congregatorum testimonia deponuntur, quæque hîc post scholia in canonem extant, in omnibus Balsamonis codicibus desiderari; idque juxta ipsius sententiam, ut ex scholiis ejus in canonem colligere est. Sed in omnibus è contra Zonaræ codicibus, tam MSS. quàm impressis, habentur. Extant etiam in D. Cypriani operibus, necnon in primo Conciliorum tomo. De hâc autem Synodo non opus est ut plura addamus; sed nihilominus priusquam ad proximam nos conferamus, hîc interim præterea notandum est, in vulgatis Balsamonis editionibus canones Synodi Carthaginensis, ut à Græcis vocantur, hoc est, codicem canonum Ecclesiæ Africanæ, inter supradictam Synodum Carthaginensem sub Cypriano habitam & Synodum Ancyranam interponi. Verùm non modo in Bodleiano codice, quem ubique sequimur, sed & Amerbachiano, idem ordo Synodorum observatur, quo hîc imprimuntur, juxta quem veterem illam Carthaginensem Synodus Ancyrana excipit.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

# GUILIELMI BEVEREGII
## ANNOTATIONES
# IN CANONES CONCILII
## ANCYRANI.

Κανονες ἁγ ἐν Ἀγκύρᾳ συνόδου. Hanc inscriptionem Codex Bodleianus exhibet; cui similis fere est in codice Amerbachiano, videlicet, ἁγ τῶν Ἀγκύρᾳ συνόδου κανόνες κε'. *Synodi Ancyranæ canones* 25. In Parisiensi Balsamonis editione sic inscribitur. Κανόνες ἁγ ἐν Ἀγκύρᾳ συνελθόντων Μακαρίων πατέρων, οἵτινες φερωνύμησαν μὲν εἰσὶ ἁγ ἐν Νικαίᾳ ἐκτεθέντων κανόνων, δευτερεύουσι δὲ διὰ τὸν ἁ οἰκουμενικῆς συνόδου αὐθεντίαν, *Canones beatorum Patrum, qui Ancyræ convenerunt: qui sunt quidem antiquiores iis qui Nicææ editi; secundum tamen locum obtinent, propter Oecumenicæ Synodi autoritatem.* Quæ etiam inscriptio est horum canonum in codice canonum Ecclesiæ universæ; nisi quòd ibi eodem modo, quo in codice Amerbachiano, incipiat, ἁ ἐν Ἀγκύρᾳ συνόδου κανόνες κε'. οἵ πτλ. &c. Enimvero habita est hæc Synodus an. Dom. 315. ac proinde decem ferè annis ante Nicænam primam Oecumenicam. Ancyra, ubi celebrata est, primaria fuit & Archiepiscopalis urbs Galatiæ, in meditullio regionis istius sita; hoc præsertim Concilio celebris, quo octodecim Episcopi convenerunt eorum causâ, qui in Maximini persecutione lapsi, & in Ecclesiæ communionem recipi desiderabant.

### In Can. I.

Ομιλεῖν. Huic verbo accommodari videtur breve illud scholium, quod inter hunc canonem & interpretationem ejus in codice Amerbachiano legitur, sic se habens, λόγους διδασκαλικοὺς ποιεῖσθαι τὸ λαῷ. πῶς γὰρ ἕτεροι ὑποδεῖντο βέλτιστα, αὐτοὶ σφαλέντες τοῦ κρείττονος; *Sermones doctrinales ad populum habere. Quomodo enim alii optima edoceantur, cùm ipsi à meliore aversi fuerint.* Hoc autem scholium in nullo alio codice habetur.

Τῶν τῆς Θεοῦ φιλανθρωπίαν. Post hæc ultima Balsamonis in hunc canonem verba, in Parisiensi editione, necnon codice tam Amerbachiano, quàm Ætonensi, additur, πλὴν καὶ ὅτι καὶ οἱ δεχόμενοι εἰς μόνην τιμὴν ἐπιτιμηθήσονται κατὰ τοὺς ῥηθησομένους κανόνας. *Sed & ii, & qui ad honorem solum admittuntur, juxta dictos canones punientur.* Nos autem hæc ideirco omisimus, quia in codice nostro Bodleiano omittuntur.

### In Can. II.

Αρτον ἢ ποτήριον ἐναφιέναι. Ex his verbis extra dubium redditur, Diaconos olim in mysteriis celebrandis panem & calicem obtulisse; quod etiam Justini martyris diebus iis incubuisse ex his ipsius verbis colligitur, Οἱ καλούμενοι παρ' ἡμῖν διάκονοι διδόασιν ἑκάστῳ τῶν παρόντων μεταλαβεῖν ἀπὸ τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου καὶ οἴνου καὶ ὕδατος, καὶ τοῖς ἀ παροῦσιν ἀποφέρουσι. Justin. Apol. 2. Idem & D. Cypriani ætate obtinuit; dicit enim, *Ubi verò solennibus adimpletis calicem Diaconus offerre præsentibus cœpit, & accipientibus cæteris locus ejus advenit, faciem suam parvula instinctu divinæ majestatis avertere, os labii obturantibus premere, calicem recusare: perstitit tamen Diaconus, & reluctanti licet, de Sacramento calicis infudit.* Cyp. *de Lapsis.* Hoc etiam ex S. Laurentii Diaconi ad Episcopum suum Sixtum verbis conficitur; cùm is enim Sixtum ad martyrium duci cerneret, his eum verbis appellare cœpit, *Quo progrederis sine filio pater? quo Sacerdos sancte sine Diacono properas? nunquam sacrificium sine ministro offerre consueveras. Quid in me ergo displicuit, pater? num degenerem probasti? experire certè, utrum idoneum ministrum elegeris. Cui commisisti dominici sanguinis consecrationem, cui consummandorum consortium Sacramentorum, huic consortium tui sanguinis negas?* apud Ambros. de offic. l. 1. c. 41.

Η κηρύσσειν. Hîc observetur discrimen inter Presbyterorum & Diaconorum officia. In primo enim canone Presbyteros quidem φερωνύμως καὶ ὁμιλεῖν, in præsenti autem Diaconos ἀναφέρειν καὶ κηρύσσειν dictum est: ut igitur ἀναφέρειν à φερωνύμως, sic etiam κηρύσσειν ab ὁμιλεῖν distinguatur necesse est. Cum ὁμιλεῖν igitur isto loco concionari, sive sermonem habere significet; κηρύσσειν hoc loco, de Diaconis dictum nihil aliud denotare videtur, quàm quod propriè significat, præconis scilicet officio fungi. Hoc enim in sacris celebrandis Diacono olim incubuit, altâ nimirum voce & præconis instar varios ritus & ordinem per totam lyturgiam moderari, & significare quid & quando à fidelibus aut catechumenis orandum erat; ut ex antiquis Euchologiis constat. Sic etiam Socrates de Anastasio scribit, καὶ παρελθὼν διακόνου κηρύξαι ἐνεχείρει, οὐδὲ ψαλμὸν λέγεσθαι παρεσκεύασε. Socrat. Hist. Eccl. l. 2. cap. 11. ubi hanc ipsam vocem dicto sensu usurpari manifestum est.

### In Can. III.

Εκτίθεσθαι συνοδικῶς. Hæc Balsamonis verba, usque ad μὴ σημειώματα inclusivè, codici nostro Bodleiano debemus: neque enim in Parisiensi editione, neque in MS. Amerbachiano habentur.

Τῶν μέσ τις Κομνηνῶν. Hæc usque ad finem hujus interpretationis extant in supplemento ad Parisiensem Balsamonis editionem; unde etiam huc translata sunt: sed in codice nostro Bodleiano paulo aliter leguntur, præsertim in initio, hoc vid. modo, Τῶν μέσ τις Κομνηνῶν κυρὰν Θεοδώραν, τὴν τῶν Λαπαρδῶν χρηματίσασαν σύζυγον, ὑποτρέσασαν δὲ τὸ βασιλέως κυροῦ Ανδρονίκου, ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει συνόδῳ ὑ παρεχώρησε μεταμφιεσθῆναι, &c. *Porro & Comnenam Dominam Theodoram, conjugem Laparde dictam, ab Imperatore domino Andronico tonsam, Synodus Constantinopolitana habitum mutare non permisit.* De Lapardâ, cujus hîc fit mentio, Nicetas Choniates etiam meminit in Andronico Comneno lib. 1. Hæc autem in codice Amerbachiano desiderantur; neque Balsamonis esse affirmare ausim.

### In Can. IV.

Ενταῦθα συνήχθη. Hæc Synodus congregata fuit eorum causâ, qui grassante persecutione lapsi fuerant. Quod etiam ab autore nomocanonis Arabici in Bibliothecâ Bodleianâ observatum est, qui de præsenti Synodo ait, والخامس قوانين اول مجمع اجتمع بعد الرسل بمدينة انقرا من بلاد غلاطية وعدته اثنا عشر اسقفا اجتمعوا بسبب من سقط في زمان الخوف في اصناف الكفر وعدتها في نسخة القبط خمسة وعشرون قانونا *Quintus est liber canonum primi Concilii, quod post Apostolos convocatum est in urbe Ancyrâ de regione Galatiæ; & numerus ejus erat duodecim Episcopi, qui eorum causâ congregati sunt, qui tempore timoris per varia negandi genera lapsi fuerant; & numerantur ei in exemplari Coptico viginti quinque canones.* Hinc igitur evenit, ut juxta varios

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

rios modos, quibus lapsi sunt, varia etiam Ecclesiastica supplicia ab iis à præsenti Synodo exigantur: ut exempli gratiâ, hoc canone cautum est, ut qui lætiore habitu accesserunt, & parati Ethnicorum prandii indifferenter participes fuerunt, uno anno audiant, tribus substernantur, duobus autem in oratione solâ communicent, & sic postea inter perfectos fideles recenseantur. In aliis canonibus hæc supplicia aliter definiuntur. Qualia ea fuerunt, non opus est hîc repetamus, cùm de iis in annotationibus ad undecimum primi œcumenici Concilii Nicææ celebrati canonem fusè commentati fuerimus.

## In Can. VI.

Νυν ἢ ἀφ' ἑ χρόνου. Sic hunc locum legit, non modo Codex noster Bodleianus, verumetiam Ætonensis, & Joannes Antiochenus in collectione canonum, necnon Parisienses Balsamonis Zonaræque editiones, unâ cum veteribus Latinis interpretibus. Nam Isidorus Mercator vertit, *Nunc autem, id est tempore hujus Synodi se obtulerunt*, & Dionysius Exiguus, *Nunc hujus Concilii tempore semet obtulerunt.* At Codex Amerbachianus è contra legit, μηδὲ ἀπὸ τοῦ χρόνου τῆς συνόδου ἀφεστηκότων. Sed altera lectio præferenda videtur, non tantùm quòd communior sit, sed & eo, quòd loco Patrumque menti meliùs conveniat. Quid sibi velit vetus interpres per suam hujus loci versionem incertum est, vertit enim *& nunc extra tempore Synodi supplicantes.* Quæ quidem verba neutri è prædictis lectionibus respondent.

Μέχρι τῆς μεγάλης ἡμέρας. Per magnum diem intelligendum est sanctum *Pascha*, ita dictum, ob magna illa beneficia, quæ Servator noster per resurrectionem suam isto die nobis conciliavit; unde etiam Sabbatum præcedens vocatur μεγάλον σάββατον, & parasceve sive sexta feria mox antecedens, μεγάλη Παρασκευὴ, & tota quidem ea septimana, in quâ Dominus noster crucifixus est, quæque magnum istum diem Paschalem præcedit, μεγάλη ἑβδομὰς veteribus passim nuncupatur.

Zon. Καὶ δόντες μὲν ὑπεσχέθησαν. Codex Amerbachianus rectiùs legit δόντες καὶ μηδὲν μὴ ποιῆσαι μετανοήσαντες ἢ ὑπεσχέθησαν. quomodo etiam Gallandi codex locum hunc legit.

## In Can. X.

Οσοι διάκονοι. Cautum est hoc canone, ut si quis Diaconi ordines suscepturus, significet se cœlibem non posse manere, sed uxorem sibi ducendam esse, si is post ordines illos susceptos uxorem duxerit, Diaconi officio nihilominus fungatur; aliter autem, si illud non significaverit. Unde palam fit Patres in hâc Synodo congregatos in eam consensisse sententiam, quòd conjugium etiam post sacros susceptos ordines contrahere non sit in se & absolutè illicitum. Si ita enim illicitum fuisset, cujusvis ante ordinationem protestatio illud licitum facere non potuisset; quod tamen juxta hunc canonem apertissimè facit: quo propterea planè indigitatur hujusmodi conjugia in se quidem legitima esse; sed nihilo secius propter Ecclesiasticam eo loci & temporis œconomiam non permissa, nisi quis ante ordinationem protestatus fuerit, conjugium sibi ineundum esse, vel se uxorem ducere velle. Hæc autem ex præsenti canone observare adeo obvium est, ut nos ei labori supersedissemus, nisi quòd Severinus Binius contraria profsus, & quorum Patribus nunquam in mentem venit, ex eo colligere conatus fuisset. Is enim in notis ad hunc canonem primò ait, *Quòd Apostolicâ lege non Sacerdotes tantum, sed etiam Diaconi absque uxore cœlibem vitam ducere ab exordio nascentis Ecclesiæ obligati fuerint, hic canon post alios Apostolorum & Elibertini Concilii plures, solidissimè confirmat.* Primò autem si concederemus, quòd à verâ canonis mente quàm longissimè abest, hoc in præsenti canone decretum; hinc tamen nequicquam consequeretur illud Apostolicâ lege sancitum esse. Sed mihi sanè persuasum est, Binium, cùm hæc adnotaret, canonem non consuluisse. Si vel unum enim oculum in eum conjecisset, primo statim intuitu ei comparuisset, Diaconos non modo non obligatos esse à præsenti canone cœlibem vitam agere, verùm iis quoque disertissimis verbis hîc permissum esse etiam post ordinationem uxores ducere, sub levissimâ hâc cautione, si nimirum sibi ita faciendum esse ante protestati fuerint. Quod ipse tamen effutiit, *solidissimè* hîc *confirmari*, nescio quâ fronte affirmat. Si hoc autem è solidissimis sit Papistarum argumentis, quod nec argumenti speciem præ se fert, facile est ex eo dijudicare, quàm infirma sint alia ab iis usitata. Sed audiamus quæ sequuntur, *Quod vero*, inquit, *Patres Concilii permiserint, ut Diaconi illi, qui cùm ordinarentur inviti, contestatique fuissent, se non posse continentes vivere, post sacrum diaconatûs ordinem susceptum uxorem ducant, non aliter sanè concessum est, quàm quod à sacri muneris exercitio abstinentes non amplius cum sacris ministris, sed cum populo extra cancellos laicâ communione communicarent; quod expressiùs in secundâ quam in reliquis duabus editionibus asseritur.* Hæc Binius ex Baronio. Qui nobis his verbis persuaderet iis solis Diaconis matrimonium contrahere hîc permitti, qui *inviti* ordinati sunt. Sed unde vox ista *inviti* intrudatur, hariolari nequeo: neque enim in Græco ullo codice, nec Latinâ hujus canonis versione tale aliquid vocabulum occurrit. Præterea hîc asseritur uxorem ducere Diaconis *non aliter concessum esse, quàm quòd à sacri muneris exercitio abstinentes non amplius cum ministris, sed Laicis communicarent*: cui è diametro contrarius est genuinus hujus canonis sensus; utpote in quo disertè constitutum est, Quòd si qui Diaconi ante contestati fuerint oportere se uxores ducere, ii, si uxores postea duxerint, ἔξουσιν ἐν ὑπηρεσίᾳ, *sint vel maneant in ministerio.* Quod etiam ex oppositio magis elucescit. Post enim decernitur, ut si qui Diaconi, cùm ordinantur, tacuerint, vel dictam protestationem non fecerint, si hi postea matrimonium contraxerint, παυέσθωσαν αὐτοὺς ἡ διακονίας, *ii à diaconatu desistant.* Hinc enim constat, per ministerium in priori loco diaconatum intelligendum esse; in quò istos quidem manere permittitur, hos autem ab eo desistere mandatur: cum juxta alteram canonis expositionem, vel ridiculam potiùs illius detorsionem ab iis, qui protestati & qui non protestati sunt, eadem pœna hîc exigeretur; & canon propterea frustra editus esset. Hanc autem miram canonis hujus interpretationem contra ipsorum verborum sensum excogitatam Binius *in secunda expressiùs quàm in reliquis editionibus asseri* dicit. Ubi per secundam editionem Isidori Mercatoris versionem intelligit, ut secundo in loco à se positam; quæ sic habet, *Diaconi quicunque, cùm ordinantur, si in ipsâ ordinatione protestati sunt, dicentes velle se habere uxores, nec posse se continere, hi postea, si ad nuptias venerint, maneant in ministerio, propterea quòd his Episcopus licentiam dederit. Quicunque verò tacuerunt & susceperunt manûs impositionem, professi continentiam, si postea ad nuptias venerint, à ministerio vel clero cessare debebunt, laicam tamen recipientes communionem.* Quid in hâc editione Binii assertioni favet, viderint docti. Ipse sanè nihil invenire possum: nisi forsitan ista verba eo detorqueantur, *laicam tamen recipientes communionem.* Et ad ista sanè verba ille respexisse videtur, non animadvertens hæc verba non de iis dici, qui se velle uxores ducere ante protestati sunt, sed de iis è contra, qui professi sunt continentiam: quod adeo quidem manifestum est, ut vix credam ipsi Binio persuasum esse hanc veram fuisse præsentis canonis interpretationem, quam ipse mundo obtrudere voluit. Cùm hic autem canon imperando Clericorum cœlibatui apertè adversetur, aliquid saltem dicendum erat, quo sensus ejus aliò detorqueretur, & nullus dubito, quin multos invenit, qui huic tanquam ingeniosissimæ doctissimæque canonis hujus expositioni facilem assensum præberent; nimirum quod volumus, facilè credimus.

## In Can. XII.

Επὶ ἐν ἔτει χρόνῳ τοῖς λειτουργοῦσι. Ita quidem cum Bodleiano Amerbachianus quoque codex legit; sed in Parisiensi Balsamonis editione pro istis verbis legitur tantùm, ἐπὶ ἔτει χρόνῳ τοῖς λειτουργοῦσι.

Ετέρα ἑρμηνεία. Hanc alteram hujus canonis interpretationem codici nostro Bodleiano acceptam ferimus: extat autem & in MS. Amerbachiano, necnon in Tiliano. Nam Gentianus Hervetus eam Latinè vertit.

## In Can. XIII.

Χωρεπισκόπους. Chorepiscoporum in hoc opere frequens occurrit mentio. Præsertim in antiquioribus hisce Conciliis; ut extra dubium sit eos passim in Ecclesiâ tunc dierum constituros



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ſtitutos fuiſſe: ſed nihilominus valdè perplexa eſt & intricata de iis diſputatio. Nos veram eorum conſtitutionem atque officium ex hoc aliiſque canonibus elicere moliemur: quibus etiam conficere non dubitamus, veteres Chorepiſcopos, contra ac pluribus viſum eſt, reverà Epiſcopos fuiſſe, etiamſi Epiſcopalium quarundam functionum exercitia iis à canonibus denegentur. Primò enim Epiſcopalem ordinationem habuerunt. Hoc ex Syn. Antioch. canone x. colligimus, qui ſic incipit, τὸς ἐν ταῖς κώμαις καὶ ταῖς χώραις, καὶ τὸς καλουμένους χωρεπισκόπους, εἰ καὶ χειροθεσίαν εἶλον ἐπισκόπου εἰληφότες. quæ verba Dionyſius Exiguus ſic vertit, *Qui in vicis & poſſeſſionibus Chorepiſcopi nominantur, quamvis manûs impoſitionem Epiſcoporum perceperint*, & explicationis gratiâ addit, *& ut Epiſcopi conſecrati ſunt.* Et hanc ſanè veram eſſe iſtorum verborum interpretationem ex iis, quæ in iſto canone ſequuntur, palam eſt: ſtatim enim cautum eſt, quòd etiamſi Chorepiſcopi Epiſcopalem iſtiuſmodi ordinationem haberent, ſuum tamen modum ſcire, & Eccleſias ſibi ſubjectas adminiſtrare, & iis regendis contentos eſſe debent, εἰ καὶ χειροθεσίαν εἶλον ἐπισκόπου εἰληφότες, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ εἰδέναι τὸ ἑαυτῶν μέτρον, καὶ διοικεῖν τὰς ὑπαγομένας αὐτοῖς ἐκκλησίας καὶ τῇ τέτων ἀρκεῖσθαι φροντίδι, καὶ κυβερνᾶν. Hinc enim conſtat eos ſubjectas ſibi Eccleſias habuiſſe, & earundem curam iis commiſſam eſſe; quæ quidem nemini attribui poſſunt, niſi qui Epiſcopalem χειροθεσίαν accepit. Hâc autem Chorepiſcopi freti, alia etiam tentare auſi ſunt: ſed ab hoc canone prohibentur, edicente, quòd etiamſi tanquam Epiſcopi conſecrati fuerint, intra ſuos tamen limites ſe continere debent. Et quod ad ordines ab iis conferendos ſpectat, proximus ibidem verbis cautum eſt, ut iſti Lectores, Hypodiaconos, & Exorciſtas conſtituant, καθὸτι ἡ ἀναγκαία καὶ ὑποδιακόνους καὶ ἐξορκιστάς. Verùm omnium Clericorum, ac propterea horum etiam ordinationem ad Epiſcopos ſolos pertinere ex ſecundo Apoſtolico canone manifeſtum eſt, dicente, Πρεσβύτερος ὑπὸ ἑνὸς ἐπισκόπου χειροτονείσθω, καὶ διάκονος, καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοί. Sed dicat forſitan nonnemo, quòd plures ſanè dixerunt, penes Epiſcopos eſſe ordinare etiam Presbyteros & Diaconos, quod tamen in iſto Antiocheno canone Chorepiſcopis diſertè interdicitur, utpote ubi præcipitur, eos μήτε πρεσβύτερον μήτε διάκονον χειροτονεῖν τολμᾶν. Fateor equidem, non in eo tantùm, ſed & in præſenti canone, hoc iis prohiberi, dicente itidem, χωρεπισκόποις μὴ ἐξεῖναι πρεσβυτέρους ἢ διακόνους χειροτονεῖν. Hoc autem ſententiam noſtram non modo non deſtruit, ſed & abundè confirmat. Ex eo enim quòd Chorepiſcopis vetetur in hiſce canonibus Presbyteros & Diaconos ordinare, palam conſequitur eos hoc feciſſe, vel ſaltem tentâſſe; quòd quidem nunquam feciſſent, niſi ipſi reipſa Epiſcopi fuiſſent. Et præterea etiam obſervetur, quòd iis Presbyteros & Diaconos ordinare non abſolutè decernitur; ſed ne illud faciant ſine permiſſione Epiſcopi civitatis, cui ipſorum regio ſubeſt, δίχα τῆς ἐν τῇ πόλει ἐπισκόπου, ut loquitur canon Antiochenus, vel ut præſens, χωρὶς τῆς ἐπιτροπῆναι ὑπὸ τῆς ἐπισκόπου μὴ γραμμάτων. Verùm enimverò ſi Chorepiſcopi Presbyteri tantum, non etiam Epiſcopi fuiſſent, Presbyteros aut Diaconos ordinare non poterant, etiamſi ab Epiſcopo quovis vel omnibus permitteretur. Namque Epiſcopi permiſſio, ſine conſecratione Epiſcopali, Presbyteros aut Diaconos ordinandi poteſtatem dare nequit. Adhæc Synodus Neocæſarienſis ſtatuit quidem canone XIII. Vicanos Presbyteros ἐπιχωρίους πρεσβυτέρους in urbis dominico offerre non debere, ſi urbis Epiſcopus aut Presbyter præſens ſit: ſed proximo canone ſubjungit, Chorepiſcopos ut συλλειτουργοὺς offerre honoratos, οἱ δὲ χωρεπίσκοποι εἰσὶ μὲν εἰς τύπον ὧν ἑβδομήκοντα, οἵτινες δὲ συλλειτουργοὶ διὰ τὸν ἀπυδὸν τῶν εἰς τὰς πλαγχὰς περιφέρεσθαι πεμπόμενοι. Ubi obſerves primò, hunc canonem ſenſu ſaltem cum præcedenti conjungendum eſſe; ut ex particulâ δὲ conſtat, (& quidem Joannes Antiochenus, Alexius Ariſtenus, & Dionyſius Exiguus hos duos canones in unum contrahunt) quæ etiam indigitat canonem hunc XIV. eſſe exceptionem quandam à præcedenti; ac proinde, ut ibi vicanos Presbyteros iſto caſu offerre prohibetur, ſic Chorepiſcopis id indulgetur; utpote qui inter ἐπιχωρίους πρεσβυτέρους non recenſendi ſunt, ideoque nec inter Presbyteros. Dicitur autem ibidem Chorepiſcopos quidem ad typum 70. conſtitutos eſſe, ſed tamen συλλειτουργοὺς, Epiſcopis nimirum comminiſtros eſſe. Sic etiam in Syn. Antioch. can. 8. quaſcunque canonicas Epiſtolas dare Presbyteris prohibetur; ſed Chorepiſcopis pacificas concedere permittitur, non minus quàm Epiſcopis. Ut autem prætéream Chorepiſcopos diſtinctè à Presbyteris etiam commemorari à Synodo Nicænâ primâ, can. 8. & à Synodo Chalcedonenſi can. 2. Concilium Laodicenum rem extra controverſiam ponit, in quo conſtituitur, *non oportere in vicis & regionibus Epiſcopos conſtitui, ſed* πρεσβυτέρους *eos autem, qui priùs conſtituti fuerunt, nihil agere ſine conſenſu Epiſcopi civitatis*, ὅτι οὐ δεῖ ἐν ταῖς κώμαις καὶ ἐν ταῖς χώραις καθίζεσθαι ἐπισκόπους, ἀλλὰ πρεσβυτέρους· τοὺς μέντοι ἤδη καθεσταμένους μηδὲν ποιεῖν ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου ἐν τῇ πόλει. Syn. Laod. can. 57. Sanè χωρεπισκοπὴ nihil aliud eſt, quàm ἐπισκοπὴ ἐν χώρᾳ. Quod etiam Joſephus Ægyptius in Synodi Nicænæ can. VIII. obſervat, dicens خوري ايسكوبس اي اسقف القري *Chorepiſcopus, ſive Epiſcopus regionis, ſeu villarum*, ut diſtinguantur nimirum illi ab Epiſcopis, qui in civitatibus conſtituuntur. Et hujuſmodi quidem Epiſcopos ἐν ταῖς χώραις conſtitutos eſſe, dictus Synodi Laodicenæ canon egregiè confirmat, addens, iis non licere quippiam facere ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου ἐν τῇ πόλει, *ſive ſententiâ Epiſcopi qui eſt in urbe.* Unde etiam S. Baſilius in Epiſtolâ canonicâ ad Chorepiſcopos, quæ in hoc opere eſt canon ejus X c. eos reprehendit, quòd contra canones ipſo inſcio Clericos quoſdam ordinaſſent, ſtatuitque eum in poſterum pro Laico haberi, ſive deponi, qui ſine ipſius ſententiâ in miniſterium admiſſus fuerit, γινώσκειν ὅτι λαϊκὸς ἔσται ὁ ἄνευ ἡμετέρας γνώμης εἰς ἱερωσύνην παρεισχθείς. Enimverò cùm Epiſcopi in civitatibus ſolùm antiquitùs ordinati fuerint; quævis autem civitas, juxta latercultum Imperii, ampla ſæpe territoria ſibi annexa habuerit, quæ tota peragrare & debitâ curâ adminiſtrare uni civitatis Epiſcopo haud poſſibile fuit, ſummè viſum eſt neceſſarium, ut qui hujuſmodi urbibus, & regionibus ad eas pertinentibus præerant Epiſcopi, coadjutorem unum vel plures, prout amplitudo Epiſcopatûs poſtulabat, in regione aliquâ extra urbem haberent, ut aliquâ ſaltem Epiſcopalis functionis parte levarentur. Hoc autem fieri non potuit, niſi aliquis conſecratus Epiſcopus eo mitteretur; quo proin factum eſt, ut nonnulli Epiſcopi majoribus præfecti urbibus, Chorepiſcopos ſuos, ſive verè Epiſcopos in regionibus ſibi ſubjectis conſtituerent, ſub eâ tamen cautione, ut hi nihil momenti facerent citra ipſorum urbium Epiſcoporum ſententiam, utpote quorum curæ ac ſollicitudini iſtæ etiam regiones commiſſæ ſunt. Hoc è ſuperiùs citato, decimo puta, Concilii Antiocheni canone diſcimus, ubi diſertè ſancitur, ne quis Chorepiſcopus Presbyterum aut Diaconum ordinet ſine urbis Epiſcopo, cui ipſe & regio ejus ſubjicitur, δίχα τοῦ ἐν τῇ πόλει ἐπισκόπου, ᾧ ὑπόκειται αὐτός τε καὶ ἡ χώρα. Et hinc etiam in ultimis iſtius canonis verbis conſtituitur, ut Chorepiſcopus fiat ab Epiſcopo civitatis, cui ſubjicitur, χωρεπίσκοπον ἢ γίνεσθαι ὑπὸ τοῦ τῆς πόλεως, ᾧ ὑπόκειται, ἐπισκόπου. Non quòd ipſe ſolus Chorepiſcopum conſecrare ſolitus ſit; ſed quòd ille neceſſariò conſecrationi intereſſe, atque etiam præeſſe debeat: non ſecus atque Metropolitanûs omnes Epiſcopos ſuos ordinare dicitur, quoniam nullus ſine eo ordinari poteſt; Etiamſi ordinationes Epiſcopales ab uno Epiſcopo peractæ validæ ſatis habitæ ſint, ut alibi probatum dedimus. Et quidem plurimos hujuſmodi Chorepiſcopos antiquitùs conſtitutos fuiſſe, ex Actis Conciliorum patet; utpote quibus ipſi æque ac alii Epiſcopi, non interfuerunt modo, ſed & ſubſcripſerunt. Exempli gratiâ, Synodo Nicænæ primæ ſubſcripſerunt ex Provinciâ Cœleſyriæ, Palladius Chorepiſcopus, & Seleucius Chorepiſcopus; ex Provinciâ Ciliciæ, Eudæmon Chorepiſcopus; ex Provinciâ Cappadociæ, Gorgonius, Stephanus, Euphronius, Rhodon, & Theophanes, omnes Chorepiſcopi; ex Provinciâ Iſauriæ, Heſychius, Theodorus, Anatolius, Quintus, & Aquila, ſinguli itidem Chorepiſcopi; & ex Provinciâ Bithyniæ, Theuſtinus Chorepiſcopus, & Eulalius Chorepiſcopus. Sic etiam Synodo Neocæſarienſi ſubſcripſit Stephanus Chorepiſcopus Cappadociæ. Et ſic in aliis Conciliis Chorepiſcopi ipſos inter Epiſcopos ſubſcripſerunt; idque non ut aliorum Epiſcoporum locum tenentes, ſed pro ſeipſis. Qui enim aliorum vices gerunt, illud in ſubſcriptionibus ſignificare ſolent; quod à Chorepiſcopis nuſpiam fit. Hoc autem de eorum ſubſcriptionibus obſervare licet, quòd cùm alii Epiſcopi urbes, quibus præſunt, perpetuò nominant; Chorepiſcopi, in ſubſcriptionibus ſupra notatis, ſignificant tantùm in genere ſe Chorepiſcopos eſſe, ut Palladius Chorepiſcopus, Seleucius Chorepiſcopus; regionis, quâ muneribus ſuis functi ſunt, nomine non adjecto. Nimirùm etiamſi Epiſcopi revera fuerint, nulli tamen urbi Epiſcopali præfuerunt; ſed urbis potiùs Epiſcopo, intra cujus limites regio ipſorum ſita eſt, ſubjecti ſunt: ac propterea etiamſi, quatenus Epiſcopalem ordinationem accepiſſent, verè Epiſcopi eſſent; quatenus tamen ſub alio Epiſcopo Epiſcopalia ſua munera

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

munera exercere coacti sunt, & nullam sibi urbem, sed tantùm regionem urbi alicui subjectam, assignatam haberent, tantum Chorepiscopi erant, vel *Vicarii Episcoporum*; quemadmodum Ferrandus Diaconus, necnon Crescionius in canonum breviario eos vocat. Et quidem vices Episcoporum usque adeo gesserunt, ut omni eos Episcopali curâ nonnunquam levarent. Unde in Caroli Magni capitularibus observatum est Chorepiscopos aliquando constitutos esse ab indoctis Episcopis, qui *suis quietibus & delectationibus inhiarent*. Capitul. l. 6. c. 119. Et sic quidem Sidonius lib. 4. ep. 11. de Claudiano Marci Viennensis Episcopi fratre hæc olim cecinit

*Antistes fuit ordine in secundo,*
*Fratrem fasce levans Episcopali.*
*Nam de Pontificis tenore summi,*
*Ille insignia sumpsit, hic laborem.*

Ubi, ut videre est, Claudianus Antistes quidem dicitur, sed ordine in secundo Antistes esse non potuit nisi Episcopus esset; neque enim Presbyter unquam Antistes dicitur: sed Antistes ordine secundo appellatur, quoniam non ipsius urbis Episcopus fuit, sed tantum Chorepiscopus; ita tamen, ut fratrem fasce levaret Episcopali, & de summi Pontificis tenore laborem sumeret; quod ei haud possibile esset, nisi ipse etiam Episcopus fuisset. Et sic quidem Gennadius in catalogo Virorum illustrium, ubi de Salviano differit, dictum Claudianum *Episcopum Viennensem* appellat: non immeritò quidem, cùm tota Episcopatûs illius cura ei incubuerit. Cùm hoc autem postea nimis commune fuerit & usitatum, ut Episcopi otio suo & voluptatibus, magis quàm Ecclesiis sibi commissis, consulentes, Chorepiscopos sub se constituerent, qui vices suas in omni Episcopali administratione supplerent, hoc à Concilio Meldensi an. D. 845. habito, prohibitum est, cautumque ut, *si Episcopus civitatis propter desidiam, aut secularem pervagationem, vel propter infirmitatem modum sum Chorepiscopis transcendere consenserit, sententiam canonicam debet attendere, quâ decretum est, ut qui contra dicta canonum fecerit, gradus sui periculo sine retractatione subjaceat.* Concil. Meld. cap. 44. sed non omittendum est, Chorepiscoporum officium saltem, etiamsi non nomen, in Angliâ etiam ab antiquo obtinuisse: dicti sunt enim Episcopi suffraganei. Non me latet, omnes etiam Episcopos *Suffraganeos dictos esse, quòd Archiepiscopo suffragari & assistere tenentur. Vocati sunt enim in partem sollicitudinis Archiepiscopi, non in plenitudinem potestatis*, ut ait Lyndwodus noster in Provinc. l. 1. de Constitutionibus fol. VII. sed nihilominus suffraganei etiam dicti sunt Episcopi, qui aliis Episcopis Provincialibus astiterunt; de quibus editum est statutum vicesimo sexto anno Henrici octavi; quo etiam decretum est, ut in viginti tribus locis ibidem nominatis, iisque solis, suffraganei Episcopi constituantur, utque illi ab Archiepiscopo & duobus Episcopis consecrentur; ita tamen, ut nullus eorum aliquid vel habeat vel faciat propriè Episcopale, nisi quod ei concessum fuerit ab Episcopo urbis, in cujus parœciâ, vel, ut vulgò loquimur, diœcesi constitutus est. Et hujus sanè generis Episcopos veteres Chorepiscopos fuisse contendimus: qui nimirum non secus ac alii Episcopi consecrati sunt, & omnem Episcopalem potestatem sibi concreditam habuerunt; quam tamen exercere non potuerunt, nisi in quantum Episcopus diœceseos, quâ constituti sunt, iis permiserit. Etiamsi enim unà cum Episcopali consecratione universam etiam Episcopalibus fungendi muneribus autoritatem accepissent; eo tamen, quòd nulla diœcesis iis assignata est, sed in alienâ agere coacti sunt, rationi consentaneum est & canonibus sancitum, ut exercitium istius autoritatis ad arbitrium istius Episcopi restringeretur, cujus solius curæ & sollicitudini ista diœcesis commissa est. Verùm si qui eorum Presbyteros etiam & Diaconos, inconsultò diœceseos Episcopo, ordinare tentaverint; ipsi quidem pœnas luant, sed ordinatio nihilominus valida perpetuò habita fuit; siquidem potestas ordinandi, non ex diœceseos assignatione, sed ex Episcopali ordinatione ab iis susceptâ dependet. Ac proinde etiamsi Chorepiscopi in præsenti canone alibique Presbyteros & Diaconos citra urbis Episcopi permissionem ordinare prohibeantur: quos tamen ordinârunt, Presbyteros aut Diaconos non esse, nec hìc nec alibi dicitur; sed quicunque ab iis ordinati sunt, inter verè ordinatos perpetuo reputati fuerunt.

Μηδὲ πρεσβυτέρους πόλεως. Hæc, quam exhibemus, constans est hujus loci lectio, non modo in M S. Bodleiano, sed & in omnibus aliis, tam Balsamonis quàm Zonaræ, sive impressis sive manu exaratis codicibus; nisi quòd in Gallandi codice pro πρεσβυτέρους legatur πρεσβύτερον, sensu nihil mutato. Zonaram etiam πρεσβυτέρους legisse ex scholiis ejus patet: Canonem enim ita interpretatur, ac si hìc Chorepiscopis interdiceretur Presbyteros etiam in urbe aliquâ constituere. Μὰ ἔξεστιν αὐτοῖς πρεσβύτερον ἢ διάκονον χειροτονῆσαι, ἀλλὰ μηδὲ πρεσβυτέρους ἐν πόλει καθιστᾶν. Hanc autem lectionem erroneam esse extra dubium est. Nam in primâ canonis parte vetitum est Chorepiscopis Presbyteros in genere ordinare; ideoque non opus fuit, ut de Presbyteris urbanis mentio fieret: & præterea si nec vicanos Presbyteros constituere poterant, multò magis urbanos ordinare iis non liceret. Alia itaque quærenda est lectio. Et quidem in Joannis Antiocheni collectione pro πρεσβυτέρους scribitur πρεσβυτέρους, totum enim canonem sic legit, Χωρεπισκόποις μὴ ἔξεῖναι πρεσβυτέρους ἢ διακόνους χειροτονεῖν, ἀλλὰ μηδὲ μηδὲ πρεσβυτέρους πόλεως, χωρὶς τοῦ ἐπιτραπῆναι ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου μὲν χειρόγραφον ἐν ἑκάστῃ παροικίᾳ. Joan. Antioch. coll. can. tit. 21. Sic etiam vetus interpres Latinus apud Justell. Biblioth. p. 279. can. 12. legisse videtur, cujus versio sic se habet, *Chorepiscopis non licere Presbyteros aut Diaconos ordinare; sed neque Presbyteris civitatis sine jussione Episcopi; sed cum iisdem literis eundi ad singulas parœcias.* Quid sibi velit per ultima verba me fugit. Dionysius Exiguus Græca ista in Joannis Antiocheni collectione verba rectius sic vertit, *Chorepiscopis non licere Presbyteros aut Diaconos ordinare; sed nec Presbyteris civitatis, sine præcepto Episcopi vel literis, in unaquaque parochiâ.* Sed hæc lectio æque mendosa est, atque altera; utpote juxta quam Presbyteris urbanis liceret Presbyteros & Diaconos ordinare, modo Episcopus eos jusserit, quod absurdum est, & antiquitati inauditum. Quo igitur nos convertemus, ut perplexum hunc dissolvamus nodum? Profectò alia Græca hujus canonis lectio non suppetit: ad Latinas itaque versiones fugiamus necesse est. Et sanè Isidorus Mercator scrupulum prorsus amovet, canonem sic vertens, *Vicariis Episcoporum, quos Græci Chorepiscopos vocant, non licere Presbyteros vel Diaconos ordinare: sed nec Presbyteris civitatis sine Episcopi præcepto amplius aliquid imperare, vel sine autboritate literarum ejus in unaquaque parochiâ aliquid agere.* Et hoc sensu Dionysium Exiguum etiam hunc canonem concepisse, ex Hadriani I. Epitome canonum ex ejus versione collectâ constat, in quâ sensus hujus canonis sic exprimitur, *Chorepiscopi Presbyterum vel Diaconum non ordinent, nec Presbyter aliquid agat in parochiâ sine præcepto Episcopi.* Extat hæc epitome in Conciliorum tom. 3. part. 1. sect. 1. pag. 428. edit. Colon. an. 1618. Sic etiam Fulgentius Ferrandus Diaconus Carthaginensis, Dionysii Exigui Suppar, in breviatione canonum, ultimam hujus partem Latinè sic vertit, *Ut Presbyteri civitatis sine jussu Episcopi nihil jubeant, nec in unaquaque parœciâ aliquid agant.* *Concil. Anquiritano* (i. e. Ancyrano) *tit.* 12. Unde constat aliquid amplius in hoc canone olim extitisse, quàm hodiè legitur. Neque enim credibile est, ut hi aliquid interserent, quod in ipso textu non legebant. Ex iis autem sensus canonis clarissimus eliciatur; ut eo nimirum cautum sit, nec Chorepiscopis licere Presbyteros aut Diaconos ordinare; nec Presbyteris civitatis aliquid in Ecclesiâ agere sine præcepto Episcopi. Ubi etiam ultimò observetur, omnes Latinos interpretes, unà cum Johanne Antiocheno, pro ultimis canonis verbis ἐν ἑτέρᾳ παροικίᾳ, longè rectius legisse ἐν ἑκάστῃ παροικίᾳ.

## In Can. XV.

Περὶ τοῦ διαφέροντος τῷ κυριακῷ. Vox κυριακὸν hoc in loco Templum Domino Deoque nostro consecratum significat. Sic etiam usurpatur à Concilio Neocæsariensi, Καπηλεύοντα ἐὰν ἐπιτρέπωσιν εἰς κυριακόν. can. 5. Sic etiam Synodus Laodicena, ἐν ταῖς κυριακαῖς ἢ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις. Syn. Laod. can. 28. Et Trullan. can. 74. Sic & apud Eusebium, legimus, ἐν τῷ κυριακῷ ᾧ τὰ εἰκότα ὅπως καταπαλάζουσιν, συγχωρεῖται. Eusebius Eccl. Hist. l. 9. c. 10. Qui alibi etiam rationem hujus omnis his verbis reddit, ἱερὰ γὰρ πηγὴν ἐπὶ τῷ πάντων βασιλεῖ Θεῷ τῷ δὲ καὶ ἐν ὅλαις διατίθησι κατασκευαῖς· ἔνθεν καὶ ἡ τῶν διαπόρου φερουσῶν ἐξίωσις τὰ κατάρχεσθαι· ἐκ δὲ ἀνθρώπων τυγχάνει ἐπικλήσεως, ὡς ἀμφὶ δὲ τῷ ὅλων κυρίᾳ, περὶ καὶ κυριακῶν ἐξίωται τῷ ἐπωνυμιῶν. Id. de laud. Constant. cap. 17. Hinc Latini *Dominicum* appellârunt: ut apud Ruffinum, *Surge*, &



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

*sequere me ad Dominicum, & hujus fidei signaculum suscipe.* Ruffin. hist. l. 1. c. 3. Et apud Hieronymum in Chronico, ad annum tertium Olymp. 276. *In Antiochiâ Dominicum, quod appellatur Aureum, ædificari cœptum*; & ad secundum Olymp. 280. *Antiochiæ Dominicum Aureum dedicatur.* De isto Dominico sic etiam Cedrenus ex Theophane τῷ κγ'. καὶ δ'. καὶ ε'. Ὅτι τὸ ἐν Ἀντιοχείᾳ ὀκτάγωνον κυριακὸν ᾠκοδομήθη. Ab eodem autem & Κυριακὴ appellantur, ubi dicit, γέτι καὶ ἐπὶ τοῦ Κωνσταντῖνου τὰς ἰδίας παῖδας Καίσαρας, καὶ κυριακὰς μὲν ἐπιγραφὰς οὐκ ἐθέντο κατὰ τύπους εἰς τιμὴν τοῦ Θεοῦ πιστῶν. Et quidem loca Dei cultui & sacris mysteriis celebrandis dedicata, à summâ antiquitate κυριακὰ, sive *Dominica* nominata fuisse, ex D. Cypriano colligimus, dicente, *Et Dominicum celebrare te credis, quæ corbonam omnino respicis: quæ in Dominicum sine sacrificio venis.* Cyprian. de opere & eleemosyn. ubi vox dominicum in priori loco *Dominicam Cœnam*, in posteriori, *Dominicam domum* apertè significat. Quæ etiam in veteri Testamento בית יהוה *Domus Domini* passim appellatur. A Latinis Germani basilicam quamvis aut cathedralem Ecclesiam *Dom* vocant, & canonicos earum *Domherren.* Et quidem κυριακὸν talem Ecclesiam propriè denotare videtur decimo tertio Synodi Neocæsarienſis canone, quo cautum est, ne vicani Presbyteri Ἐν τῷ κυριακῷ τὰ πάντων offerant, si Episcopus aut Presbyteri civitatis adsint. Hanc saltem vocem ut *Ecclesiam* in genere significantem alii Germani à Græcis mutuati sunt, ut docet Walafridus Strabo de reb. Eccles. cap. 7. Sic etiam antiqui Saxones Ecclesiam quamlibet Cyric *Kyrik* vocârunt. Unde in Scotiâ & Septentrionalibus Angliæ partibus Kyrk, nobis vulgò, sed magis corrupto nomine *Church*, duplici aspiratione nuncupatur. Cum autem hæc communis fuerit majoribus nostris Ecclesiæ cujuslibet templive denominatio, veri nobis simillimum videtur, prima Christianæ religionis semina à Græcis hîc dispersa fuisse. Neque enim existimandum est, quòd Latini Græcum nomen Ecclesiis imponerent,

Ἀγωγὴ τῆς ἱερουσίας. In Parisiensi Balsamonis editione, nec non in MSS. Amerbachiano & Ætonensi, post hæc verba additur καὶ τῆς ἐκκλησίας *adversus Ecclesiam.* Quod etiam sensui necessarium videtur.

## In Can. XVI.

Περὶ τῶν ἀλογοσαρκούντων ἤτοι ἀλογοφρόνων. Dionysius Exiguus hæc verba interpretatur, *De his qui irrationabiliter versati sunt, sive versantur.* Vetus interpres in titulo hujus canonis, *De his qui in animalibus coierunt.* In ipso canone, *Qui animaliter in animalibus tale aliquid committunt.* Et hic sinè genuinus est horum verborum sensus. Nam ἀλογοφρόνους hoc in loco ii dicuntur, qui cum ἄλογοις, brutis nimirum, ut equabus, aliisve bestiis rem habent; vel qui ἐν ἀλόγοις τῷ ἑαυτῶν ἀσθενεῖ ὑβριζόντων, ut eos describit S. Basilius, can. 63. Qui alibi etiam eos ζωοφθόρους vocat, can. 7. unde & ipse ille nefarius actus ζωοφθορία audit, Greg. Nyssen. can. 4. Dicti sunt autem & κτηνοβάται. In Basilicis enim legimus οἱ ἀλογοφρονοῦντες ἤτοι κτηνοβάται καυλοπήδυται. Basilic. l. LX. cap. tit. 37. cap. ult. nonnunquam etiam ἱππόβοται dicuntur. Et in hoc quidem canonis hujus interpretatione omnes Scholiastes consentiunt. Quinetiam in canonibus sub Edgaro Rege Angliæ editis, eadem ferè, quæ hoc canone sic intellecto, constituta sunt, his nimirum verbi, Gif hpa hyne pip nytenu bermytep. oþþe pæpnedman piþ oþepne. gif he bip xx. pintpa pæpte xv. pintep. ⁊ gif pe man hif gemæccan habbe. ⁊ he beo xl. pintpa. ⁊ pylce þinge begæð gepyrce ⁊ pæpte ða hpile ðe hif lif beo. ⁊ negeþpiptlæce þ he dpihtenef lichaman undeppo. æp hif ende timan. Geongem' ⁊ andgitleape man pceal ðeaple ppingan ð pylce ðinge begæð. *Si quis* xx. *annos natus se cum bestiâ coinquinaverit, vel masculus cum masculo, jejunet annos* xv. *Et si uxorem habeat, sitque ipse* xl. *annorum ætatis, & tale quid fecerit, abstineat jam & jejunet totius vitæ spatio, nec præsumat donec moriturus sit, Corpus Domini suscipere: Juvenis & insipiens acriter flagellabuntur, qui simile quippiam perpetraverit.* Et paulo post, Gif hpa pif nytenu hæme-pæpte xv. geap. eahta on hlapa ⁊ on pætepe. ⁊ þ vii. ælce geape iii. xl. ⁊ on þonerdæg. ⁊ on fpigedæg ð hpile ðe he libbe. ⁊ neopfige æfre þa mipdæte. *Si quis cum bestiâ coierit, jejunet* xv. *annos scilicet* viii. *pane & aquâ, & in* vii. *reliquis* iii. *quadragesimas quolibet anno; diebus etiam Mercurii & Veneris, usque dum vixerit, & semper defleat iniquitatem istam.* Extant hi canones inter priscas Anglorum leges à Gulielmo Lambardo editas pag. 77. & 80. edit. Cantabrig. an. 1644. item in Henrici Spelmanni Concil. tom. 1. pag. 462. & 466. edit. Lond. an. 1639.

Εἰ δέ τινες καταλόγου ἐν τοῖς ἁμαρτήμασι γένοιντο. MSS. Amerbachianus & Ætonensis pro καταλόγου legunt καλοῦργοι. Sed Joannes Antiochenus unà cum Parisiensi Balsamonis editione Bodleianæ nostræ veræque lectioni suffragantur. Juxta quam etiam vetus interpres hæc verba reddit, *Si autem incessanter ad peccandum perseverârint.* Et Dionysius Exiguus vertit, *Quòd si inexplebiliter his hæsere criminibus.* Sed Gentianus Hervetus in codice Tiliano καλοῦργοι legisse videtur; vertit enim, *si quis autem improbè & malignè in his peccatis fuerunt.*

Τιμωρίαν καὶ κοινωνίας τυγχάνουσιν. Sic etiam MS. Ætonensis unà cum Parisiensibus Balsamonis & Zonaræ editionibus legit: sed Joannes Antiochenus, & MSS. Amerbachianus & Gallandi, rectiùs legunt ὑποπίπτουσι κοινωνίας τυγχάνουσιν ἢ εἰς τὰς προσευχὰς, *pœnitudinem gerentes in communionem suscipiantur orationum*, ut vertit Dionysius Exiguus.

## In Can. XVII.

Τοῖς ἀλογοσαρκοῦσι, καὶ λεπροῖς οὖσιν. Scholiastes Harmenopuli in hunc canonem hæc habet, Λεπροὶ οὖν ἦσαν ἀκάθαρτοι καὶ μεμολυσμένοι· ἀκάθαρτοι γὰρ οἱ λεπροὶ κατὰ τὸν Μωσαϊκὸν νόμον· τὸ δὲ λεπρώσας αὐτὴ τὰ μόρια, τὰ ζῶα δηλονότι χειμαζομένους καὶ τοὺς δαιμονῶντας λέγει, ὡς τινές φασιν. *Leprosi, hoc est immundus & pollutus; quippe leprosi erant immundi in lege Mosaicâ. Quòd ait, qui lepra infecit, tantum valet, ac si diceret, polluit, jumenta scilicet. Hybernantes autem vocat à Dæmone tortos, ut aliqui tradunt.* Harmenop. epit. can. sect. 5. tit. 3. Isidorus Mercator hunc canonem sic interpretatur, *Hos eodem sanè non solùm leprosos crimine hujusmodi factos, sed & alios isto suo morbo replentes, placuit inter eos orare, qui tempestate jactantur, qui à nobis Energumeni appellantur.* Dionysius Exiguus, *Eos qui irrationabiliter vixerunt, & lepra insusti criminis alios polluerunt, præcepit sancta Synodus inter eos orare qui spiritu periclitantur immundo*, ubi observetur hos ambos cum Scholiaste Harmenopuli vocem λεπρώσαντας in textu activè interpretari.

Εἰς τοὺς χειμαζομένους. De his fusiùs commentati sumus in annotationibus ad undecimum canonem primæ Synodi Oecumenicæ, Nicææ habitæ, quas consulas: hîc interim observamus, Balsamonem inter & Zonaram convenire, nonnullos asseverâsse χειμαζομένους hoc in loco eosdem esse atque δαιμονῶντας. Quod cum Alexius Aristenus asseruerit, veri saltem simile est, eum unum ex iis esse, quos illi ita dixisse scribunt: atque ejus proinde scholia iis lecta fuisse.

## In Can. XIX.

Ὡς ἀδελφοῖς. Sic præter Bodleianum nostrum codicem, Ætonensis etiam legit, nec non Tilianus; nam Gentianus Hervetus vertit, *tanquam cum fratribus.* Sed MS. Amerbachianus legit ἀδελφούς. Joannes Antiochenus & Parisiensis Balsamonis pariter atque Zonaræ editio, ὡς ἀδελφάς. Et sic sanè omnes Latini interpretes legerunt. Namque ultimam hanc præsentis canonis partem Isidorus Mercator sic vertit, *Virgines autem puellas, quæ tanquam sorores cum nonnullis viris habitare volunt, ab earum consortio prohibemus.* Dionysius Exiguus, *Virgines autem, quæ conveniunt cum aliquibus, tanquam sorores, habitare prohibemus.* Vetus interpres, *cui* (l. quæ) *verò convenerint virgines aliquibus sicut sorores vetamus.* Sed sensus in utraque lectione idem est. Nam tantundem est virgines viros vocare fratres, atque viros istos eas vocare sorores. Mos enim, ut videtur, tum temporis obtinebat, ut virgines nonnullæ cum viris tanquam cum fratribus suis cohabitarent, quæque ab iis propterea *Sorores* dictæ sunt, & nonnunquam ἀγαπητὰς *dilectæ*, ut & viri isti ἀγαπητοὶ *dilecti* earum ab ipsis nuncupati sunt. Quod etiam à Justiniano Diaconissis ordinandis prohibetur edicente, *Volumus autem & ipsas, quæ ad ordinationem perducuntur, Diaconissas, sive ex viduitate, sive ex virginitate, non cum aliquo cohærentes, aut cognatorum, aut eorum, quos appellant dilectos* (*talibus enim nominibus utentes malignâ suspicione suam replent vitam*) *sed aut solæ habitent, aut cum parentibus solis, & filiis, aut*

*aut verè fratribus.* Justinian. Novel. VI. cap. 6. ubi ultima verba, *aut verè fratribus*, indigitant, eas cum aliquibus tanquam fratribus, qui tamen *verè* fratres non erant cohabitare solitas. Et hujusmodi sanè virgines eædem fuerunt, quæ à Concilio Nicæno primo συνείσακτοι dictæ sunt; utpote quas præsens etiam canon vocat τὰς συνεισφερομένας παρθένους παῖδι, ὡς ἀδελφοῖς. De quibus in annotationibus ad tertium dicti Nicæni Concilii canonem fusiùs disseruimus.

Ἐπισχολαμβάνας συνέρχεσθαι. Codex Amerbachianus, necnon Gallandi legit ἐπισχολαμβάνας φυλάττειν συνέρχεσθαι.

## In Can. XXI.

Καὶ ἀναιρεῖσθαι τὸ γεννώμενον. Fœtum in utero necare Tertullianus olim interdictum asserit, dicens, *Nobis verò homicidio semel interdicto, etiam conceptum utero, dum adhuc sanguis in hominem deliberatur, dissolvere non licet. Homicidii festinatio est prohibere nasci: nec refert natam quis eripiat animam, an nascentem disturbet: homo est & qui est futurus, & fructus omnis jam in semine est.* Tertull. Apol. c. 9. De hoc atroci flagitio intelligendus est Lactantius, ubi ait, *Verùm homines, ne quid sit facinus, quo manus suas non pollnant, rudibus adhuc & simplicibus animis abnegant lucem non à se datam.* Lactant. lib. 6. cap. 20. Hoc autem per medicamenta quædam à mulierculis impensè improbis epota perpetrari solet. De quibus Juvenalis Satyr. 6. ait

*Tantum artes hujus, tantum medicamina possunt,*
*Quæ steriles facit, atque homines in ventre necandos.*

Et Minutius Fœlix in Octavio, dicens, *Vos enim video procreatos filios nunc feris & avibus exponere, nunc adstrangulatos misero mortis genere elidere: sunt quæ in ipsis visceribus medicaminibus epotis originem futuri hominis extinguant, & parricidium faciant, antequam pariant.* De hoc facinore jus civile sic statuit, *Qui abortionis aut amatorium poculum dant, etsi dolo non faciant, tamen quia mali exempli res est, humiliores in metallum, honestiores in insulam amissâ parte bonorum relegantur. Quod si eo mulier aut homo perierit, summo supplicio adficiuntur.* l. 38. sect. 5. *de pœnis.* Hujusmodi medicamenta, à præsenti quidem canone φθόρια dicuntur; sed à Synodo Trullana, can. 91. ἀμβλωθρίδια appellantur. Quæ vox eodem sensu ab Athenagorâ quoque usurpatur, dicente, Καὶ οἱ πρὸς τῆς ἀμβλωθρίδιοις χρωμένας, ἀνδροφονεῖν τι, καὶ λόγον ὑφέξειν τῆς ἐξαμβλώσεως τῷ θεῷ φαμὲν, πῶς γὰρ ἀνδροφονοῦμεν λόγον. Athenag. leg. pro Christian. In scholiis ad Basilic. lib. LX. tit. 39. Ἀμβλωτρίδια scribitur. Ubi etiam legimus, καὶ αἱ ἀμβλωτρίδια διδοῦσα φάρμακα φονεύτριαί εἰσι, καὶ αὐτοὶ καὶ αἱ διχόμηνιαι τὰ ἐμβρυακὰ διαλανθάνειν. Quæ ex nonogesimo primo Synodi Trullanæ canone desumpta sunt. Suidas autem de voce Ἀμβλωθρίδιον ait, quod sit, αὐτό τι τὸ φθόριον φάρμακον, καὶ δὴ καὶ τὸ διαφθαρέν.

## In Can. XXIII.

Ὑποπτήσσουσιν μόν. Quid sit propriè ὑπόπτωσις inter pœnitentiæ gradus, in annotationibus ad undecimum primæ œcumenicæ Synodi canonem edocuimus. Hìc insuper observetur, omnes istos gradus præter ἐπὶ ἀκροωμένων, in Scholiis ad Basilica, juxta quæ ibi diximus, sic describi, ὑπόπτωσις ἔστι ἡ ἕως τῆς εἰσόδου τῆς ἐκκλησίας ἐν τῷ ὑπαίθρῳ μέρει τῶν ἀμβώνων στάσις, ὅτε αὐτὸς τὴν ἐπὶ κατηχουμένων συνεξέρχεται ἀφωνίαν· σύστασις ἡ μέχρι τῆς πληρώσεως τῆς θείας λειτουργίας συὺ τοῖς πιστοῖς στάσις. Μετανοὴ δὲ ἐπὶ ἀκροωμένων, ἡ τὸ ζῶντας αὐτοὺς κεῖσθαι. προσκλαυσις τὸ ἵστασθαι ἔξω τῆς εἰσόδου τῆς ἐκκλησίας τὸ ἀμφιπίπτειν, καὶ ἱκετεύειν ἐπὶ εἰσιόντων ἑκάστων μὴ καταβῆναι, ἐν χρῷτοι ὑπόπτωσις αὐτῶ, συνιστάσθαι καὶ τοῖς πολλοῖς αὐτῶ. Quæ verba ab interprete malè intellecta, hic interpretor, ὑπόπτωσις *Substratio est intra ambitum Ecclesiæ in posticâ ambonis parte statio, cum ipse etiam* (qui ibi stat) *una cum Catechumenorum exclamatione egreditur.* Σύστασις *sive Consistentia est statio cum fidelibus usque ad expletam divinam Liturgiam. Participatio Sacramentorum est vivificantis panis communio.* προσκλαυσις *sive fletus, est consistere delinquentem extra Ecclesiæ ambitum, & singulis, qui ingrediuntur, dicere cum fletu, ut pro ipso orarent, ad pedes etiam eorum procidentem.* Schol. ad Basil. l. 60. cap. 39. init. o Quid autem sibi velit vox ὑποπτήσσουσιν hoc in loco, non adeo certum est. Vel ita enim intelligatur, ut voluntariæ cædis rei inter substratos perpetuò usque ad vitæ exitum maneant: vel ita ut ὑποπτήσσουσιν, nisi moribundi, nunquam transiliant. Sed prius nobis non arridet, propterea quòd, qui tanto crimine tenentur, humiliores haud dubiè gradus peragrare debent, priusquam ad substratos veniant: adeo ut sensus huc potius redire nobis videatur, ut qui tantum scelus admiserint, aliis peragratis pœnitentium gradibus, ὑποπτήσσουσιν μόν, inter substratos quidem admittantur, sed ita ut communionis non sint participes, usquedum morituri fuerint.

Ὁ ἀκουσίως φονεύσας. Hæc præsentis canonis epitome, unà cum Alexii Aristeni scholiis, locum cum præcedenti commutavit. Hæc enim ad præcedentem canonem pertinet, & quæ ei apponitur, ad hunc transferri debuit.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

# GUILIELMI BEVEREGII
## ANNOTATIONES
# IN CANONES CONCILII
## NEOCÆSARIENSIS.

Κανονες ἐν τῇ Νεοκαισαρείᾳ συνόδου. Hæc est Bodleiana hujus Concilii inscriptio; à quâ Amerbachiana non multùm differt, quæ est, κανόνες τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου πεντεκαίδεκα, *Canones Synodi Neocæsariensis quindecim.* Sed in Parisiensi Zonaræ editione, titulus sic se habet, Κανόνες τῶν ἐν Νεοκαισαρείᾳ συναθροισθέντων ἁγίων καὶ Μακαρίων πατέρων, οἵτινες ἐδέχθησαν μὲν εἶναι τῶν ἐν Ἀγκύρᾳ, τῶν δὲ ἐν Νικαίᾳ ἀρχαιότεροι. διὰ δὲ τὴν ὀνομαζομένην ἀξιόπιστον παράδοσιν αὐτῶν οἱ ἐν Νικαίᾳ. *Canones sanctorum & beatorum Patrum, qui Neocæsariæ congregati sunt, posteriores quidem illis, qui Ancyræ convenerunt, antiquiores verò Nicænis. Sed propter dignitatem Nicæni his antepositi sunt.* In Parisiensi Balsamonis editione, duplex est inscriptio; una hìc ante præfationem, vid. τῶν ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου. Altera ante canones, his verbis concepta, Κανόνες τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νεοκαισαρείᾳ συναθροισθέντων, *Canones sanctorum Patrum qui Neocæsariæ congregati sunt.*

Ἡ ἐν Νεοκαισαρείᾳ. Neocæsarea est urbs Cappadociæ in Ponto Polemoniaco, unde etiam ὁ καὶ πόντιος à Balsamone & Zonara hoc in loco dicitur: de qua Plinius meminit Hist. nat. l. 6. c. 3. & Ptolemæus in primâ tabulâ Asiæ. Hìc ergo celebrata fuit præsens Synodus ab iisdem ferè Patribus, à quibus Ancyrana, & eodem etiam anno, vel saltem sequenti, sive an. Dom. 315. Unde constat hanc ante Nicænam Synodum decem plus minus annis habitam fuisse. Et eâ quidem antiquiorem esse Dionysius Exiguus etiam testatus est in præfatione ad hos canones, dicens, *Et hæ regulæ post eas quidem probantur esse, quæ apud Ancyram expositæ sunt: sed Nicænis anteriores reperiuntur.* Et vetus Latinus interpres in suâ itidem ad hos canones præfatione, dicens, *Isti canones secundi sunt Ancyrensium, qui Neocæsariam sunt expositi: & hi priores sunt Nicænis.* Ab hoc Concilio in omnibus Græcis codicibus, Balsamonis præsertim & Zonaræ, quindecim canones editi perhibentur. Sed in nomocanone Arabico in Bibliothecâ nostrâ Bodleianâ quatuordecem tantum numerantur. Quippe in quo de præsenti Synodo hæc habemus,

والسادس قوانين المجمع الثاني بقرطاجنة وهو
منسوب الي قيسارية وعدته خمسون اسقفا ووضعوا
اربعة عشر قانونا في الزواج والكهنة

*Et sextus est liber canonum secundi Concilii in Cartagenâ, denominatâ etiam Cæsarea, & numerus erat quinquaginta Episcopi, & ediderunt quatuordecim canones de conjugio & Sacerdotibus.* Et sic etiam priscæ editionis latinæ autor, & Dionysius Exiguus, & Isidorus Mercator quatuordecim tantùm canones huic Concilio adscribunt, decimum tertium, & decimum quartum in unum contrahentes.

### In Can. I.

Πρεσβύτερος, ἐὰν γάμῃ. Presbyteris matrimonio contrahendo hìc interdictum est. Ex quo interdicto constare potest, nonnullos tunc dierum Presbyteros feminas sibi matrimonio conjunxisse: aliter enim non opus fuisset, ut hoc prohiberetur. Sed observandum est præterea, hoc canone non cautum esse, ne Presbyteri uxores suas ante ordinationem ductas haberent, vel iis uterentur; sed tantum ne postea ducant. Dicunt enim, πρεσβύτερος ἐὰν γάμῃ. Ergo de Presbyteris jam ordinatis, & matrimonium postea ineuntibus agunt. De hac re Paphnutius etiam in Nicæno Concilio doctè pieque disseruit. Cùm nonnullis enim ibi congregatis Episcopis visum esset, novam legem in Ecclesiam introducere, ut Episcopi, Presbyteri, & Diaconi ab uxorum, quas cùm Laici essent matrimonio sibi sociaverant, concubitu abstinerent; Paphnutius in medio Concilio surgens, admonebat, grave hoc jugum Sacerdotibus non imponendum esse, addens, honorabiles esse nuptias & torum immaculatum, in Clericis nimirum æque ac Laicis, (de iis enim controversia agebatur) omnes etiam non posse tam severæ continentiæ disciplinam ferre; & eventurum esse forsitan, ut uxoris cujusque castitas in periculum veniret. Castitatem enim esse cujusque cum legitimâ uxore. Et deinde Synodum congressum viri cum legitimâ uxore. Et deinde Synodum commonefaciebat, *Satis esse ut qui in clerum fuissent adscripti, juxta veterem Ecclesiæ traditionem, jam non amplius uxores ducerent; non tamen quemquam sejungendum esse ab eâ, quam antehac cùm esset Laicus, legitimè duxisset,* Ἀρκεῖσθαι τοὺς ἐν κλήρῳ τυχεῖν, μηκέτι ἐπὶ γάμῳ ἔρχεσθαι, καὶ τοὺς ἐν ἐκκλησίας ἀρχαῖαν ἀσχέτους μὴ τοῦ μὴ ἐπεζεύχθαι γαμετὴν, ἣν ἔσχεν ἔτι ὢν λαϊκὸς ὁ γεγαμηκώς. Socrat. Hist. Eccles. l. 1. cap. 11. Sozom. l. 1. c. 23. Gelas. Cyzic. Act. Concil. Nic. lib. 2. cap. 32. Hæc à Paphnutio de conjugio expertè dicta, tota Synodus suo suffragio comprobavit; ut ex locis citatis constat. Quod Paphnutius igitur veteri traditioni adscribit, in præsenti canone constituitur, & nihil amplius: neque enim in hoc nec alio quovis antiquo canone decretum invenimus, quo Presbyteris aliisque Clericis legitimo uxorum suarum consortio interdicitur. Tentatum sanè à nonnullis in Synodo Nicænâ fuit; sed ut è supradictis patet, à totâ Synodo explosum. Adeo ut Siricius Papa Romanus nobis primus videatur, qui talem legem Ecclesiæ Christianæ obtrudere ausus est. Is autem in Epistolâ Decretali, ait quidem, *Plurimos enim Sacerdotes Christi atque Levitas post longa consecrationis suæ tempora, tam de conjugibus propriis, quàm etiam de turpi coitu sobolem didicimus procreasse, & crimen suum hâc præscriptione defendere, quâ in veteri Testamento Sacerdotibus ac ministris generandi facultas legitur attributa.* Et postea decernit, *Hi verò, qui illicita privilegii excusatione nituntur, & sibi asserunt veteri hoc lege concessam, noverint se ab omni Ecclesiastico honore, quo indigne usi sunt, Apostolicæ sedis auctoritate dejectos, nec unquam posse veneranda attrectari mysteria, à quibus se ipsi, dum obscœnis cupiditatibus inhiant, privaverunt. Et quia exempla præsentia cavere nos præmonent in futurum, quilibet Episcopus, Presbyter, atque Diaconus (quod non optamus) si deinceps fuerit talis inventus, jam nunc sibi omnem per nos indulgentiæ aditum intelligat obseratum; quia ferro necesse est excindantur vulnera, quæ fomentorum non senserint medicinam.* Siric. decret. cap. 8. Hoc Siricii decretum Innocentius I. renovatum confirmavit, decret. cap. 21. & post eum alii. Adeo ut ab eo usque tempore omnes Ecclesiæ Romanæ propugnatores pro istius decreti justitiâ & æquitate, tanquam pro aris, & focis dimicârint.

Τῆς τάξεως ἀυτῆς μεταπιέσθω. Ita quidem Codex Amerbachianus cum Bodleiano legit, usque ad finem canonis, quemadmodum hìc imprimitur. Sed aliter Joannes Antiochenus in suâ canonum collectione, tit. 27. nimirum, τῆς τάξεως αὐτὸν καταπιέσθω, ἐὰν ᾖ πορνάσῃ, ἢ μοιχάσῃ, ἐξωθείσθω αὐτὸν τέλεον, καὶ ἀγέσθω αὐτὸν εἰς μετάνοιαν. Quomodo etiam in Parisiensi Balsamonis editione legitur; nisi quòd pro καταπιέσθω ibi scribitur μεταπιέσθω.

In Can.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

## In Can. III.

Σωτίμου. Codex Amerbachianus legit τίμου; noſtræ lectioni non ſolùm reliqui omnes codices, ſed & Joannes Antiochenus ſuffragatur, in coll. can. tit. 43.

Τὸν γάμον. Poſt hæc verba in codice Amerbachiano hoc γάλιον habetur, ὅτου ἐξηγούμενος ὁ μέγας Βασίλειος, φησὶν, ὅτι οὐκ ἠγάμουν καὶ πολυγάμουν, καὶ δείκνυσιν, ὅτι πολυγάμους οἱ πατέρες τοὺς ἠγαμηκότας, ἀλλ' ἄλλως φησίν. *Hunc explicans canonem magnus Baſilius, dicit, ſic de Trigamis & Polygamis, & oſtendit, quòd Trigamos Patres, non alios dixerunt Polygamos.* vide S. Baſil. can. 4.

## In Can. V.

Κατηχούμενος ἀὲν οὐκ ἐγγαμήσας. In Codice Amerbachiano ad præſentem canonem hoc ſcholium apponitur, Κατηχούμενος λέγει τοὺς βαπτίζεσθαι μέλλοντας. δύο δὲ τούτων εἰσὶν οἱ μὲν γὰρ ἄρτι προσέρχονται, διὸ καὶ ὡς ἀπειλήφασι μὲν τὴν ἀκρόασιν τῶν γραφῶν καὶ τῶν θείων εὐαγγελίων οὐδὲν ἐξίασιν· οἱ δὲ ἤδη προῆλθον, καὶ γεγόνασι τελειότεροι τῶν ἄρτι προσερχομένων, ὅθεν καὶ τοῖς μὲν δεῖ τοῖς κατηχουμένοις εὐχὴν ἀναμένοντας, τὸ γόνυ κλίναι ἐν αὐτῇ. *Catechumenos vocat fideles, qui baptiſmum ſuſcepturi ſunt. Eorum autem duæ ſunt ſpecies. Nonnulli enim modò accedunt; quapropter ut imperfectiores poſt ſcripturarum & divinorum Evangeliorum auditionem protinus egrediuntur: Alii autem antehac venerunt, & perfectiores iis, qui modò accedunt, facti ſunt; quare etiam illi ad orationem uſque pro catechumenis factam manentes, in eâ peragendâ genuflectunt.* Simile huic Scholium in Harmenopuli epitomen hujus canonis extat, his verbis, Δύο τῶν κατηχουμένων εἰσὶ τάξεις, ὁ μὲν τῶν γονυκλινόντων, ὁ τελειότερος, ὁ δὲ τῶν ἀκροωμένων, ὁ ἀτελέστερος. λέγει γοῦν, εἰ τῶν γονυκλινόντων εἴη, καὶ ἁμάρτοι, παυσάμενος τοῦ ἁμαρτάνειν χωρίζου τῶν ἀκροωμένων· εἰ δὲ τῶν ἀκροωμένων, ἔξω εἴη τῆς ἐκκλησίας. καὶ οἱ ἀκροώμενοι δὲ ἐώντο ἴσασι τῆς ἐκκλησίας μέχρι τῆς ἀναγνώσεως τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου. *Duo catechumenorum ordines erant; unus eorum qui genu flectebant, perfectior ſcilicet; alter imperfectior eorum, qui audiebant. Vult ergo dicere, ſi ſit ex ordine flectentium genu, & peccet, quòd peccare deſinens in ordinem audientium referri debeat: ſin ex audientibus ſit, conſiſtat extra Eccleſiam. Nam & audientes extra Eccleſiam ſtabant uſque ad lectionem ſancti Evangelii.* Harmenop. epit. can. ſect. 5. tit. 3. Hæc duo ſcholia juxta ſe poſita præſentem canonem, ſatis in ſe obſcurum, perſpicuum reddunt & apertum. Vide etiam quæ de catechumenis diximus in annotationibus ad decimum quartum primæ Synodi Nicænæ canonem.

Δύο τάξεις ἔσαν. In Gallandi J. C. codice, ante hæc prima Zonaræ in hunc canonem verba, hæc leguntur, tanquam principium interpretationis, Ἡ ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδος εἰς κανόνας ιδ'. δείξει χρόνον τῆς ἐπιτιμίου ἐν τῇ πράξει. Κατηχούμενος δέ λέγει τοὺς βαπτίζεσθαι μέλλοντας· δύο δὲ εἶδη τούτων· οἱ μὲν ἄρτι προσέρχονται· οἱ δὲ ἤδη προῆλθον, καὶ γεγόνασι τῶν ἤδη προσερχομένων τελειότεροι· ὅθεν καὶ τοῖς μὲν δεῖ τοῖς κατηχουμένοις εὐχὴν ἀναμένοντας τὸ γόνυ κλίναι ἐν αὐτῇ. Hæc autem, poſt verba ἐν τῇ πράξει, eadem ferè ſunt, quæ ante ex codice Amerbachiano ſub ſcholii nomine protulimus: adeo ut aliâ interpretatione non opus ſit. Ad Zonaræ autem interpretationem nequaquam pertinent, quia in eâ eadem iterum leguntur.

## In Can. VII.

Προεδρίαν εἰς γάμον δευτερωθῆναι. Cautum eſt hoc canone, ne quis Presbyter in ejus, qui digamiam init, nuptiis convivetur. Hinc cùm Conſtantinus quidam Epiſcopus ad Nicetam Metropolitanum Heracleæ hanc quæſtionem propoſuiſſet, τοὺς εἰς δεύτερον συνοικέσιον ἐρχομένους εἰ δεῖ λαβεῖν τιὰ τῆ δευτέρου εὐχὴν ἐπὶ τῆ κατ' ἐκείνων ἀρχιερέως; *An qui ad ſecundas convolant nuptias accipere poſſint bigami precationem à regionis antiſtite?* Reſpondit ille juris canonici peritiſſimus, Ἡ μὲν ἀκρίβεια τοὺς δευτέρους οὐκ οἶδε γαμοῦντας· οὐ γὰρ ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ συνήθεια τὸ τοιοῦτο ἐπιτελεῖται· ἀλλὰ καὶ τοῖς δευτέρους τοὺς γυμνικοὺς γάμους ἐπιτίθησι, καὶ οὐδεὶς ἐδέποτε διὰ τοῦτο ἐκωλύθη. ἔστι δέ τις φοβηθέντα τὸ ἐπίκλημα, τοὺς τοιούτους γαμοῦντας πάλιν ἐφέλκεσθαι ἵνα μὴ καὶ δεύτερον ἑαυτὸν κωλυθῆναι τῆς ἅμα γάμου μυσταγωγίας, καὶ οὐδὲ ἡ ἐξαγόρευσις χρὴ συνεχωρεῖσθαι τούτοις. *Accurata ſanè diſciplina bigamos coronare non novit. Magna autem Eccleſia conſuetudo hæc non obſervat; ſed bigamis etiam ſponſalitias coronas imponit; nec ullus unquam propter eam cauſam accuſatus eſt: Ideoque calumniam non formidabit quiſquam, qui tales coronavit. Illi autem annum unum aut alterum à myſteriorum communione arceri debent: nec eum, qui precationem concepit, ſimul cum iis convivari oportet.* In Jur. Gr. Rom. l. 5. p. 310. Extat hoc reſponſum etiam in Euchologio, ubi ultima ejus pars his verbis concipitur, Ἀλλὰ καὶ ἡ ἐξαγόρευσις τούτοις προεδρίαν συνδιατρίβειν οὐ τοῖς ὑπομένουσι, καὶ ἡ ζ'. κανὼν ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου, *Sed neque fas eſt Presbyterum benedictionem iis impertientem, ſive pro iis precantem, ſimul cum iis convivari, juxta ſeptimum canonem Neocæſarienſis Synodi.* Ex hoc etiam canone deſumpta videntur, quæ Ælfricus in Saxonicos ad Wulfinum Epiſcopum canones de hâc re retulit, ubi ſtatuit, Ne nan Preoſt ne mot beon æt ðam bryðlacum ahþær ðær mæn eft ſiþað oþþe ſiþ eft ceoſlað nene gæderne ne ne to gæderne bletſian ſilce man bicniȝe him ſþa *Ne liceat Sacerdoti ulli iis intereſſe nuptiarum celebritatibus, in quibus aut ſecunda vir uxori jungitur, aut ſecundo viro fœmina; nec vel iiſdem benedicere, ut ſic admoneat eos.* & paulò poſt, ac ða canoneſ ſoþlicoðað ða bletſunȝe ðæſto. ⁊ ȝe ſettton bæbbote ſpileum mannum to bonne, *Canones autem jam tum prohibent benedictionem, & ejuſmodi connubentibus imponunt etiam pœnitentiam.* Ælfric. can. 9.

Ἐπὶ μετάνοιαν αὐτοῦτος τοῦ δηλοῦ. Ex his verbis facilè eſt colligere, quales digami hîc intelligendi ſunt; tales nimirum qui duas habent eodem tempore uxores. Laicis enim, qui poſt mortem unius aliam uxorem ducunt, pœna à nullo unquam canone impoſita fuit, nec publica ab iis exacta pœnitentia. Sed de hâc re alibi fuſiùs agemus.

Ἑτέρα ἑρμηνεία. Hanc alteram hujus canonis interpretationem Codici Bodleiano acceptam ferimus. Neque enim Græcè extat: ſed Latina ejus verſio in ſupplemento ad Pariſienſem Balſamonis editionem habetur, è Codice Tiliano per Gentianum Hervetum eruta. In codice Amerbachiano deſideratur.

## In Can. VIII.

Ἐὰν γυνὴ τινος. Joannes Antiochenus in collect. can. tit. 41. legit Γυνὴ τινος μοιχαλίδος λαϊκὴ ὄντος, ἐὰν ἐλεγχθῇ φανερῶς. Sic etiam legit Dionyſius Exiguus; vertit enim, *Mulier cujuſdam adulterata Laici conſtituti, ſi evidenter arguatur.* Et vetus interpres *Mulier cujuſque adulterata Laico conſtituto, ſi doceatur.* Sic etiam legitur in Pariſienſi Balſamonis editione: ſed Codex Amerbachianus cum Tiliano noſtræ lectioni adſtipulatur.

Οὐ δύναται. Sic omnes Codices MSS. ſed Joannes Antiochenus legit, ὁ δὲ αὐτῷ δύναται ἔχειν τὸ ἐγχειρισθὲν αὐτῷ διακονεῖσθαι. *Non poteſt propter eam commiſſum ſibi miniſterium exequi.* Collect. can. tit. 41.

Ζήτει καὶ βιβλίον. Hæc uſque ad ἔκτοτε γὰρ κυρίως inclusivè, ex MS. Bodleiano ſupplevimus. Extant autem in Tiliano: Nam Gentianus Hervetus latinè ea vertit. In aliis Codicibus deſiderantur.

Ἤγουν τὸ συμπεπλῆν. Hanc etiam pericopen ἐξηγητικὴν codici Bodleiano debemus: in nullo enim alio legitur.

## In Can. XI.

Προεδρίαν οὐκ ἦν τριάκοντα ἐτῶν. Lege Moſaicâ præſcriptum fuit, ut Levitæ recenſerentur מבן שלשים שנה ומעלה וער בן חמשים שנה *A filio triginta annorum, & ſupra, uſque ad filium quinquaginta annorum*, Num. IV. 3. Sic etiam in textu Hebræo-Samaritano legitur, & eodem ſenſu à Chaldæo, Syro, & Arabe locus iſte vertitur. Sed ſeptuaginta interpretes juxta Romanum quidem exemplar interpretati ſunt, ἀπὸ εἴκοσι καὶ πέντε ἐτῶν, juxta Complutenſem editionem, ἀπὸ εἰκοσαετοῦς καὶ πέντε ἐτῶν. Sed juxta Codicem Alexandrinum ἀπὸ εἰκοσαετοῦς, καὶ ἐπάνω. adeo ut nonnulla ex his exemplaribus corrupta ſint, neceſſe eſt; vel potiùs omnia: Cùm nec unum Hebraicæ veritati reſpondeat. Sed facilior eſt emendatio codicis Alexandrini, quàm aliorum, ubi εἰκοσαετοῦς ſcriptori forſitan incuriâ ſcribitur pro τριακονταετοῦς. Et ſic quidem omnia ſeptuaginta interpretum exem-



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

plaria legunt, 1. Corinth. XXIII. 3. ubi verba Hebraica ויספרו הלוים מבן שלשים שנה ומעלה Græcè vertuntur, Καὶ ἐριθμήθησαν οἱ Λευῖται ἀπὸ τριακονταετοῦς καὶ ἐπάνω. *Et numerati sunt Levitæ à tricesimo anno & supra.* Ac proinde etiamsi nonnulli etiam è Patribus, ut Origenes, Theodoretus, Cyrillus, aliique in supra dicto numerorum loco, juxta corrupta septuaginta interpretum exemplaria ἀπὸ εἴκοσι καὶ πέντε ἐτῶν legerint, primò haud dubiè scriptum fuit ἀπὸ τριακονταετοῦς. Secundùm hanc igitur ætatem, Levitis ordinandis à lege præscriptam, Dominus noster à Joanne baptizatus prædicare cœpit, cùm esset annorum plus minùs triginta, Καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος. Luc. III. 23. Non opus est hîc disputemus, utrum juxta hæc verba, currente aut expleto tricesimo ipsius anno, baptizatus fuerit. Neque video quid certi solidique ex istis verbis deduci possit, plusquam Dominum nostrum triginta plus minus annos tunc temporis natum esse. Quo quidem sensu Justinus Martyr verba illa intellexit, quippe qui de Domino nostro loquens, ait, τεφόμενον τὰς πόσας τροφὰς, καὶ τριάκοντα ἔτη ἢ πλείονα ἢ καὶ ἐλάσσονα μίνας, μέχρις οὗ ἀπελήλυθεν Ἰωάννης κήρυξ ἀυτοῦ ὁ παρουσίας. Justin. dial. cum Tryph. pag. 246. edit. Sylb. an. 1593. adeo ut si undetricesimus vel etiam tricesimus primus ætatis ejus annus tunc currebat, ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα nihilominus dici potuit. Ut cùm Matt. XVII. 1. Servator noster transfiguratus dicitur μεθ' ἡμέρας ἓξ à sermone discipulis habito. Sed Luc. IX. 28. id factum dicitur μετὰ τοὺς λόγους τούτους ὡσεὶ ἡμέρας ὀκτώ. ubi, ut videre est, idem Lucas, qui supradicta de Christi baptismo verba scripsit ὡσεὶ ἐπτὰ dicit, cùm revera sex tantùm dies erant. Verùm in præsenti canone disertè asseritur Christum in tricesimo ætatis anno, adhuc nimirum currente, baptizatum esse, ὁ γὰρ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν τῷ τριακοστῷ ἔτει ἐβαπτίσθη. Et sic quidem Arabs supra citata D. Lucæ verba intellexit; vertit enim وكان يسوع قد بدا يصير في ثلثين سنة *Et Jesus cœperat ingredi in tricesimum annum.* Item Irenæus, *Ad baptismum enim venit nondum qui triginta annos suppleverat, sed qui inciperet esse tanquam triginta annorum. Ita enim qui ejus annos significavit Lucas posuit, Jesus autem erat quasi incipiens triginta annorum cùm veniret ad baptismum, & à baptismo uno tantùm anno prædicavit, complens trigesimum annum.* Iren. adv. hær. l. 2. c. 39. Sic & autor sermonis de jejunio Cypriano adscripti, *Anno trigesimo carnis assumptæ baptizato Domino.* Ut alios præteream, Epiphanius ea D. Lucæ verba ita interpretatus est, ut Christum non nisi undetriginta annorum & decem mensium esse statuerit, cum baptizatus est, ἦν γὰρ τῷ μὲν ὄντι εἰκοσαετηρὶς ἐτῶν καὶ μιῶν δέουσα, ὅτε δὴ τὸ βάπτισμα ἔλαβε, τριάκοντα μὲν ἐτῶν, ἀλλ' ὑ πλήρης, διὰ λέγει ἀρχόμενος ὡς ἐτῶν τριάκοντα. Epiphan. hær. 51. num. 16. Porro ex hâc Sospitatoris nostri ætate, cùm ministerium in se susceptum exequi cœperit, D. Hieronymus fratris sui ordinationem in Presbyterum defendit, in epistolâ ad Theophilum adversus errores Joannis Hierosolymitani, dicens, *Porro ætas ejus & beatitudini tuæ nota est; & cùm ad triginta annorum spatia jam pervenerit, puto eam in hoc non esse reprehendendam, quæ juxta mysterium assumpti hominis in Christo perfecta est.* Hieron. ad Theoph. tom. 2. p. 67. edit. Paris. an. 1533. Eâdem hâc ratione ducti Patres Neocæsarienses etiam in præsenti canone, ut ipsi testantur, decreverunt, ne quis Presbyter ante triginta annos, à nativitate suâ computandos, ordinetur. Cui simile decretum à Concilio Agathensi anno D. 506. editum est, his verbis, *Presbyterum verò vel Episcopum ante triginta annos, id est, antequam ad viri perfecti ætatem perveniat, & Diaconos ante viginti quinque, nullus metropolitanorum ordinare præsumat. Ne per ætatem (quod aliquoties evenit) aliquo errore culpentur.* Concil. Agath. can. 17. Ubi etiam observare licet, aliam hujus decreti rationem reddi, nimirum quòd hæc perfecta sit viri ætas, quemadmodum etiam in legibus Wisigothorum vocatur, lib. 10. tit. 2. Sic etiam Theophylactus, Αὕτη ἡ ἡλικία τέλειος πέφυκε, Theophyl. in Luc. cap. 3. & alibi, Ἀνὴρ γὰρ λέγεται ὁ τέλειος· πέφυκε μὲν καὶ διὰ τὸ τὴν ἡλικίας τέλειον, τριακονταετὴς γὰρ ἐβαπτίσατο. Id. in Joan. c. 1. Et ante eum Gregorius Nazianzenus, Ἀνεδείχθη μὲν γὰρ τριακοστὸν γεγονὼς ἔτος, ὃ ἀρκτέον, τοῦτο μὲ δοκεῖν ἐπιδικαιοῦν εἶναί τις· (ἦν γὰρ ἀπειρογάμων τὸ παῖδος) καὶ ὡς πλείαν βάσιν ἀρετῆς καὶ τὸ διδάσκειν κομιεῖν πώποτε ἐχρύσου τὴν ἡλικίας. Greg. Naz. orat. 40. Sed nihilo secius Justinianus Presbyterum ante 35. ætatis annum ordinari non permisit. *Presbyterum autem minorem triginta quinque annorum fieri non permittimus.* Justin. Nov. 123. cap. 13. Aliis autem tempus illud minuere potiùs quàm augere visum est. Et quidem Egbertus Eboracensis hunc ipsum Concilii Neocæsarienses canonem ita intellexit, ut necessitate saltem cogente, Presbyter ante præscriptam ætatem ordinetur. Præsentem enim canonem his verbis citat, *Ut nullatenus Presbyter ordinetur ante tricesimum ætatis annum, nisi rationabili necessitate cogente, quia Dominus Jesus non prædicavit ante* XXX. *ætatis annum.* Egbert. Eborac. excerp. can. 95. Et multa sanè extant eorum exempla, qui ante istam ætatem non Presbyteri modo, sed & Episcopi ordinati fuerunt. Nam Eleutherius Illyrici Episcopus ordinatus est, cùm nondum vicesimum ætatis annum transegerat; ut testatur Necephorus Callistus Hist. Eccl. l. 3. cap. 29. Et Hincmarus Rhemensis in vitâ S. Remigii, cum vicesimo secundo ætatis anno Archiepiscopum electum asserit. Quinetiam non obstante ipsâ lege Mosaicâ, Levitæ à Davide recensiti sunt à vicesimo ætatis anno 1. Paral. XXIII. 27. atque etiam ab Hezekiâ, 2. Paralip. XXXI. 17. Sic etiam Timotheus Episcopus à D. Paulo creatus fuit, cum adhuc juvenis esset. 1. Tim. IV. 12. Nimirum in hisce rebus non tam ætatis quàm pietatis & doctrinæ ratio habenda est. Ut optimè enim observat D. Chrysostomus, ἵνα γὰ ἀνεπίφορον ὄνειδος βίον, κἂν διὰ τὴν ἡλικίαν τις κατορθώσῃ, ἀλλὰ καὶ θαυμάσεται μᾶλλον. Chrys. in ep. 1. ad Tim. λογ. ιγ'. pag. 299. edit. Savil.

## In Can. XII.

Ean νοσῶν τις φωτισθῇ. Cùm nonnulli in Ecclesiâ primitivâ læthali corriperentur morbo, priusquam sacrum baptismum, quæ etiam illuminatio dicitur, suscepissent, orta est de iis controversia, utrum per Baptismum isto casu collatum verè Christiani facti fuerint, necne. Hanc quæstionem quidam cognomento magnus D. Cypriano proposuit, ut ipse in Epistolâ ad eum rescriptâ testatur, dicens, *Quæsisti etiam, fili charissime, quid mihi de illis videatur, qui in infirmitate & langore gratiam Dei consequuntur, an habendi sint legitimi Christiani, eo quòd aqua salutari non loti sint, sed perfusi.* Et statim respondet Cyprianus affirmativè. *Nos*, inquiens, *quantum concipit mediocritas nostra, existimamus, in nullo mutilari & debilitari posse beneficia divina, nec minus aliquid illic posse contingere, ubi plenâ & totâ fide & dantis & sumentis accipitur, quod de divinis muneribus hauritur.* Cyprian. epist. 77. edit. Pamel. Et mox indicat hos *Clinicos* vulgò nuncupatos esse, nimirum quòd ἐν τῇ κλίνῃ *in lecto* baptizati sunt. Et quidem ipsos Catechumenos, si animam agerent, mox ante mortem baptizatos esse, Epiphanius testatur, οἱ μέλλοντες τελευτᾶν, ἐὰν οὖν προκρίνωσι, φῶς ἢ τελευτῆς λάβωσι κατηξιώθησαν. Epiph. hær. 28. Hinc cùm vulgò persuasum esset, omnia anteactæ vitæ peccata per Baptismum ablui, plures usque ad vitæ exitum baptismum suum consultò distulerunt. Quod de Constantino Magno, Theodosio, Imperatoribus, aliisque Historici Ecclesiastici tradiderunt. Hoc autem à Tertulliano olim observatum & damnatum est, dicente, *Omne præterea cunctationis & tergiversationis erga pœnitentiam vitium præsumptio intinctionis importat. Certi enim indubitatæ veniæ delictorum, medium tempus interim furantur, & commeatum sibi faciunt delinquendi.* Tertul. de pœnit. c. 5. Ne quis etiam Baptismum ita differat, Gregorius Theologus eleganter admonuit, Βαπτισθῶμεν τάχιστα, inquit, ἵνα μὴ ἄθεον βιαθῶμεν. καὶ μὴ ἀναβαλώμεθα τὸν ἐνεργούμενον ὡς ἀδύνατον, μηδὲ ἀναμείνωμεν πλέον ἡμῶν ἕκαστος, ἵνα πλέον συλλεγησώμεθα, μηδὲ ἡμώμεθα χειμαζόμενοι καὶ χειμάσαντες, μηδὲ φορτιδωθῶμεν πλέον ἢ δυνάμεθα φέρειν, ἵνα μὴ αὐτάνδρῳ τῇ νηῒ βαπτισθῶμεν, καὶ τὸ χάρισμα ναυαγήσωμεν, ἀνθ' ὧν τὸ πλεῖον ἠλπίσαμεν. Greg. Naz. orat. 40. Et Patres quidem Neocæsarienses hoc sibi displicuisse luculenter satis demonstrârunt, eo quòd præsenti canone constituerint, tales in Presbyteratûs gradum non evehendos esse, qui morbo laborantes, & mortis timore percussi, ad sacrum Baptismum se contulerunt. Hoc autem non novum erat institutum, sed quod longè antea sancitum fuerat. Quod ut palam faciamus, tenendum est, Novatianum hujusmodi fuisse Clinicum. Cum is enim à dæmone vexaretur, & propterea apud Exorcistas maneret, in gravem incidit morbum, quo se moriturum credebat, ac proinde in ipso, quo cumbebat, lectulo baptizatus est; ut Cornelius Papa Romanus in Epistolâ ad Fabium Antiochenum tradidit, dicens, de eo, ᾧ γε ἀφορμὴ τοῦ πιστῦσαι γέγονεν ὁ Σατανᾶς, φαντάσας εἰς αὐτὸν καὶ οἰκήσας ἐν αὐτῷ χρόνον ἱκανόν· ὃς βεβαπτίσθαι λαβὼν παρ' ἐπισκόπων, νόσῳ περιπεσὼν κλινοπετῇ, καὶ καταδανείδα ὅσον οὐδέπω νομιζόμενος, ἐν αὐτῇ τῇ κλίνῃ, ᾗ ἔκειτο, περιχυθεὶς τὸ βάπτισμα ἔλαβεν. apud Euseb. Hist. Eccles. lib. 6. cap. 43. Hinc cùm iste Novatianus Presbyter ordinandus erat, universus Clerus, multique à populo refragabantur, dicentes,

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

dicentes, non licere quempiam in lectulo perfusum sive baptizatum in Clerum unquam assumi, ὃς διακωλυόμενος ὑπὸ παντὸς τοῦ κλήρου, ἀλλὰ καὶ λαϊκῶν πολλῶν, ἐπεὶ μὴ ἐξὸν ἦν ἢ ἔστι κλίνης ὄντα νόσον ἀναχθέντα, ὥσπερ καὶ αὐτὸς, εἰς κλῆρον παρὰ ἠξίωσαν συγχωρηθῆναι αὐτῷ τοῦτον μόνον χειροτονῆσαι. Ibid. Constat itaque, quòd hoc μὴ ἐξὸν ἦν *non licitum erat*, ut Clinicus Presbyter fieret, etiam Cornelii & Novatiani diebus, hoc est, plusquam quinquaginta annis ante celebratum hoc Neocæsareæ Concilium. Sin autem nullâ hoc lege vetitum fuisset, illicitum esse aut dici non potuit. Ac proinde nihil novi hoc canone decernitur; sed vetus ea lex, antiquitùs instituta, renovatur.

Τῷ ζυγῷ τῆς ὀναγωλίας. Legendum juxta MSS. Amerbachianum & Gallandi, ζυγῷ τῆς κωλας, τῷ νόμῳ λέγω τῷ ὀναγωλικῷ.

## In Can. XIII.

Ἐπιχώρων δὲ περιοδευτῶν. Hoc est, *Presbyteri ruris*, ut Dionysius Exiguus rectè vertit. In hoc enim & sequenti canone (vel potiùs hoc solo, siquidem in plerisque editionibus is huic conjungitur) de Episcopis & Presbyteris ruris agitur, quatenus ab iis distinguuntur, qui in urbibus constituti sunt; & tales quidem Presbyteri, ἐπιχώριοι περιοδευταί, & Episcopi χωρεπίσκοποι appellantur. Et illis in urbis Dominico, præsente Episcopo aut Presbyteris urbis, offerre prohibetur; his autem permittitur. Adeo ut si nullum aliud suppeteret argumentum, hinc saltem clarè satis evincatur Chorepiscopos non fuisse ἐπιχωρίους περιοδευτάς, utpote à quibus hic apertissimè distinguuntur. Neque sanè ulla reddi potest ratio, quare illi χωρεπίσκοποι, hi ἐπιχώριοι περιοδευταὶ dicerentur: nisi quòd illi verè Episcopi, & hi verè Presbyteri in rure constituti essent. Sed de Chorepiscopis videsis quæ fusiùs commentati sumus in annotationibus ad decimum tertium Synodi præcedentis sive Ancyranæ canonem.

Παρόντος ἐπισκόπου ἢ περιοδευτῶν πλείους. Hæc verba in MS. Amerbachiano desiderantur. Sed omnes alii Codices Græci, unà cum Joanne Antiocheno, legunt, παρόντος ἐπισκόπου ἢ περιοδευτοῦ πλείους. Adeo ut noster solus Bodleianus περιοδευτῶν legat. Sed veteres Latinos interpretes ita etiam legisse ex eorum versionibus patet. Namque vetus interpres vertit, præsente *Episcopo aut Presbyteris civitatis*. Dionysius Exiguus, *Episcopo præsente, vel Presbyteris urbis ipsius*. Sic etiam Hervetus ex Codice Tiliano, *præsente Episcopo vel urbis Presbyteris*. Sed Isidorus Mercator, *præsentibus Episcopis vel Presbyteris civitatis*, ac si ἐπισκόπων æque ac περιοδευτῶν legisset. Et hæc quidem verba necessaria esse ex sequentibus patet, ubi dicitur, ἐὰν ᾖ ἀπὼν.

## In Can. XV.

Διάκονοι ἑπτά. Si qua fides Abrahamo Ecchelensi habeatur, Severus Alexandrinus, qui vitas Patriarcharum Alexandrinorum collegit, septem solos Diaconos Alexandriæ à D. Marco constitutos asserit, his verbis, فلما علم القديس مرقص مواعيدهم قسم انيانوس اسقفا الاسكندرية وثلثة قسوس وشبعة شماسة *Cùm resciviſſet ſanctus Marcus conſilium eorum, conſtituit Anianum Epiſcopum Alexandriæ, & tres Presbyteros, & ſeptem Diaconos.* Totidem certè ab Apostolis primi constituti sunt. Act. Apost. VI. 5. Totidem etiam Romæ Sozomeni diebus, non plures fuisse, ipse testatur dicens, Διάκονοι δὲ ἐν Ῥωμαίοις εἰσὶν νῦν ὀκτὼ εἰσὶν ἑπτὰ, καθ' ὁμοιότητα τῶν ὑπὸ τῶν ἀποστόλων χειροτονηθέντων, ὧν ἦν Στέφανος ὁ πρῶτος μαρτυρήσας. Sed addit, apud alios numerum Diaconorum haudquaquam definitum esse, ὅθεν δὴ καὶ παρ' ἄλλοις ἀδιάφορος ὁ τῶν διακόνων ἀριθμός. Sozom. Hist. Eccles. l. 7. cap. 19.

Ὁ παρὼν κανών. Hæc Balsamonis interpretatio in codice Amerbachiano tota desideratur; sed in aliis omnibus codicibus æque ac in Bodleiano extat.

---

# GUILIELMI BEVEREGII
## ANNOTATIONES
### In Canones Synodi Gangrensis.

Κανόνες τῶν ἐν Γάγγρᾳ συνελθόντων. Hæc est Bodleiana hujus Synodi inscriptio, cui Amerbachiana addit ἅγιοι. In Parisiensi Zonaræ editione sic inscribitur, Κανόνες τῶν ἐν Γάγγρᾳ συνελθόντων ἁγίων πατέρων, οἵτινες μετὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ συνοδον ἐξετέθησαν. *Canones ſanctorum Patrum Gangræ congregatorum, qui poſt Synodum Nicænam expoſiti ſunt.* In Parisiensi Balsamonis editione duplex est inscriptio, una præfationi, nimirum ἡ ἐν Γάγγρᾳ σύνοδος, altera canonibus præfixa est, quæ est, Κανόνες τῶν ἐν Γάγγρᾳ συνελθόντων ἁγίων πατέρων.

Ἡ ἐν Γάγγρᾳ τῇ μητροπόλει. Gangra urbs est, & metropolis in Paphlagoniâ, regione minoris Asiæ; cujus etiam Plinius, Strabo, Stephanus, aliique meminerunt. Hujus metropolitano in notitiâ Episcopatuum, throno Constantinopolitano subjectorum, tres Episcopi subesse dicuntur, ὁ Ἰννοπόλεως, ὁ Δαδίζων, καὶ ὁ Σωρῶν. Subinde *Theodoſia Gangrorum* appellatur.

Μετὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ. Hanc Synodum post Nicænam, sive primam generalem, habitum fuisse, præter Balsamonem & Zonaram hoc in loco, alii etiam disertè testati sunt. Sic enim Dionysius Exiguus hos canones inscribit, *Incipiunt regulæ Gangrenſes, quæ poſt Nicænum Concilium expoſitæ ſunt, xx.* Et ante eum vetus interpres in præfatione ad hos canones ait, *Hi canones poſt ſanctam Synodum Nicænam expoſiti ſunt in Gangram, titulos,* (leg. *titulis*) *xx.* Verùm in nonnullis horum canonum editionibus, ut Severini Binii, Bartholomæi Carranzæ, aliisque, hæc Synodus tempore Sylvestri Papæ I. circa annum Domini 324. celebrata dicitur, hoc est anno Nicænam præcedente. Et quidem Baronius ad an. 361. & ex eo Binius, eam Constantini Magni & Sylvestri Papæ temporibus habitam fuisse contendit, ex eo quòd Osius Episcopus Cordubensis ei interfuisse dicatur; nimirum in inscriptione Epistolæ ab hâc Synodo ad Armenos conscriptæ, quæ sic se habere creditur, *Dominis honorabilibus conſacerdotibus in Armeniâ conſtitutis Coepiſcopi, Euſebius, Hypatius, Eulalius, Gregorius, Ælianus, Bithynicus, Olympius, Baſſianus, Baſilius, Philetus, Heraclius, Pappus, Eugenius, Oſius Cordubenſis, Proæreſius, Baſſus, qui convenerunt in Gangrenſi Concilio, in Domino ſalutem.* Sed in Græcâ ipsâ inscriptione, cui hanc Binius tanquam Latinam ejus versionem apposuit, nulla sit omnino Osii Cordubensis mentio. Verùm ea etiam in Biniana editione eadem est, quæ in hoc opere isti Epistolæ præfigitur. Quinetiam nec à veteri Latino interprete, nec ab alio quovis canonum horum editore, Osius iste inter Episcopos hâc Synodo congregatos commemoratur. Adeo ut ista Baronii opinio nulla prorsus ratione nitatur. Et, ut ingenuè fatear, quoto post Nicænam anno præsens hæc Synodus celebrata fuerit minus adhuc compertum habemus: hoc saltem verisimile est, hanc ante Antiochenam habitam fuisse; quod etiam Sozomenus innuere videtur, ubi de Eustathio ab hâc Synodo damnato loquens, ait, ἔπειτα δὲ ὡς ὁ λόγος διδάσκων τὰ καθ' ἕαυτὸν καὶ φρονῶν ἀφορμὴν τῆς ἐπιτιμίας ἔσχε περὶ τῶν ἐν Γάγγραις συνελθόντων, ὅτι δὴ τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ συνοδον ἐποιήσατο ἄλλως. Sozom. Hist. Eccles. lib. 4. cap. 24. ubi, ut videre est, Eustathium



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

à Synodo Gangrensi prius depositum, quàm ab Antiochenâ perjurii convictum fuisse commemorat. Et sic quidem in omnibus Conciliorum canonumque editionibus Gangrensis prior collocatur. Habita est autem Antiochena anno D. 341. Ergo paulò ante illud tempus præsentem etiam Synodum celebratam fuisse non immeritò suspicemur.

Κατὰ Ευσταθίου πρὸς. Rectè hîc additur πρὸς, neque enim pro certo habemus quisnam hic Eustathius fuit, qui à præsenti Concilio damnatus, & anathemate percussus est. Non equidem diffiteor, quin Socrates & Sozomenus consentiant, eundem esse Eustathium, qui Sebastiæ in Armeniâ Episcopus fuit: sed Baronius ad an. 361. multa congessit, quibus verisimile saltem redditur, Eustathium hîc commemoratum alium esse ab eo, qui Sebastenus Episcopus dictus est; cui proinde Eustathius mendosè pro Eutachus scriptus videtur, de quo Epiphanius hæresi 40. meminit. Cùm autem in omnibus Græcis pariter atque Latinis hujus Synodi Codicibus tam MSS. quàm impressis Eustathius constanter legatur, vero propius est, ita eum nominatum esse, etiamsi satis non liqueat, quisnam ille fuerit: nisi quòd eum hæresiarcham fuisse, atque absurdorum magistrum dogmatum, hæc ipsa Synodus abundè testatum fecerit.

Οἵτινες ἀ ἄγαμον γάμον. Omnes hæ absurdæ Eustathii & discipulorum ejus opiniones, non modò in Synodicâ Epistolâ proximè ante canones positâ, verùm etiam à Socrate & Sozomeno recensentur; tanquam ab Eustathio Sebasteno introductæ. Socrat. lib. 2. cap. 43. Sozom. lib. 3. cap. 14. Quos lector consulat.

Ἐξέθεντο τὸς ὑποτεταγμένους κανόνας. Scholiastes hîc impressi, Balsamon, Zonaras, atque Aristenus canones XXI. huic Synodo attribuunt, sed alii omnes XX. tantùm numerant. Sic enim Joannes Antiochenus in suâ ad collectionem canonum præfatione, ἤδη ἐν Γαγγρατς συναθροίσαντων πατέρων, ὑφ' ὧν ἐξετέθησαν κανόνες κ'. Et Photius in suo itidem ad nomocanonem proœmio, Συνόδου τῆς ἐν Γαγγρᾳ κανόνες κ'. Quibus nomocanonis Arabici in Bibliothecâ nostrâ Bodleianâ autor suffragatur, dicens, والسابع قوانين المجمع الثالث بغنجر وعدتة خمسة عشر اسقفا بسبب من حرم اكل اللحم والزواج ووضعوا في ذلك وغيرة عشرون قانونا *Septimus est liber canonum tertii Concilii in Gangra, quo quindecim numero Episcopi congregati sunt, eorum causâ qui esum carnis & conjugium improbabant, de quibus aliisque rebus viginti canones ediderunt.* Nec plures sanè quàm viginti à veteri aliisque Latinis interpretibus; ut Dionysio Exiguo, Isidoro Mercatore, agnoscuntur; quibus nimirum omnibus qui ultimus hîc habetur canon, in canonum hujus Concilii censum non refertur, sed tanquam epilogus ad omnes canones, nec immeritò, existimatur.

Καὶ ὁ εἰκουμένης διδάσκαλος, Θεσσαλονίκης. Sic se habet codex Bodleianus. Amerbachianus legit διδάσκαλος Ιωάννης πρεσβυτ. quomodo etiam codex Parisiis editus legisse videtur; utpote in quo lacuna inter διδάσκαλος & Θεσσαλονίκης relinquitur, nili quòd particula εἰς interponatur, mendosè forsitan pro Ιωάννης. Quæ tamen vox in Codice Tiliano juxtà cum Bodleiano desideratur. Nam Hervetus latinè vertit *Linguâ autem aureus, orbis terrarum doctor præcipiens.* Verba autem D. Chrysostomi, quæ hîc laudantur, etiamnum extant in homiliâ ejus, περὶ τοῦ μὴ δεῖν ἀναθεματίζειν ζῶντας ἢ τεθνεῶτας, quæ inter opera ejus habetur, tom. 6. pag. 439. edit. Savil.

Καὶ σφοδροτέρους τοῦ κείσθαι. In Parisiensi Balsamonis editione lacuna hoc in loco relinquitur, pro σφοδροτέρους nihilo præter σφοδρ. lecto. Lacunam nos ex MS. Bodleiano supplevimus, cui etiam Amerbachianus adstipulatur; necnon ipsa opera D. Chrysostomi, unde hæc verba citata sunt, & ubi meliùs, quàm hoc in loco, leguntur in hunc modum. Τί οὖν, ὁ μηδεὶς ἤδη ἐληφότων τοῦ ἐξουσίαν τοῦτο ποιεῖν, ἢ ἀποφήναθαι τετόλμηκε, σὺ τολμᾷς ταῦτα ποιεῖν ἐναντία τῷ διαπύκτῳ διανοήματι διαφερόμενος, καὶ σφοδροτέρους τοῦ βασιλέως τοῦ κρίναι. Chrysost. tom. 6. pag. 441. ed. Savil.

Καὶ μυλτειέως. In Novellâ Constantini Porphyrogennetæ, quæ in Scholiis Balsamonis ad tertiam hujus Concilii canonem habetur, μύλτον pro *tumultu* legitur, τῆς μέλλοντος ἢ ἐπιζευχθῆναι τῷ νῦν ὑπάρχειν ἢ μύλτῳ, ἀνάθεμα. Sic etiam Achmes, Ἐπεὶ ἡ ὑδὸς ἐστι μετ' αὐτὸν μέλλον ἦν, ἃ μὴ παρέλθη ὁ μείς ἐστι, καὶ σφαγήσει ἐν πολέμῳ μούλτε. καὶ ἐμβλέπει μύλτον ἀφίζειν, καὶ ἐσφάγη ὁ ἰδὼν σὺν πλήθει τοῦ μηνὸς. Achm. cap. 154. A voce igitur μύλτον, Balsamon hoc loco μυλτέειον format, quemadmodum Latini *tumultuarium* à *tumultu* deducunt.

## In Can. I.

Εἴ τις ἀ γάμον μίσητος. Ante Eustathium Saturnilus matrimonium usque adeo condemnavit, ut à Satanâ esse pronunciaverit, τὸ γαμεῖν ἢ κὴ τὸ γεννᾶν ὁ αὐτὸς ἀμήτρας ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ ὑπάρχειν λέγει. Epiphan. hær. 23. Sic etiam Irenæus ait, quòd Saturnini sectatores, *Nubere & generare à Satanâ dicunt esse.* Iren. adv. hær. l. 1. c. 22. *Apostolicos* etiam in eâdem fuisse opinione docet Epiphanius, hæres. 60. Unde Origenes nonnullos prohibuisse observat, ὡ περὶ γάμου μόνον, ἀλλὰ κὴ γαμεῖν. Orig. in Matt. pag. 357. edit. Rothomag. Hieracam etiam, & ex eo Hieracitas, dixisse nuptias in veteri quidem testamento licitas esse, sed post adventum Christi eas rejiciendas esse, quippe à regno cœlorum arcentes, Epiphanius docet, Καὶ συγχωρῆσθαί φησιν ἐν τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ τῷ γάμῳ συναπτεσθαι, ἀπὸ δὲ τῆς ἐπιδημίας τοῦ Χριστοῦ μηκέτι τὸν γάμον παραδέχεσθαι, μήτι δυνάσθαι αὐτὸν κληρονομεῖν βασιλείαν οὐρανῶν. Epiph. hær. 67. Et hæc sanè sententia, ab Eustathio resuscitata, hoc canone disertis verbis damnatur. Hanc autem hæresim in ultimis fore diebus ipse D. Paulus prædixit in prima Epistolâ ad Timoth. cap. IV. 3.

Φησὶν ὁ μέγας Ἀπόστολος. Hæc Balsamonis interpretatio, usque saltem ad ἀναθεματίζει, eadem ferè est, quæ Zonaræ. In Codice sanè Amerbachiano tota Zonaræ, eique soli hæc interpretatio tribuitur; ut nulla ibi sit Balsamonis in hunc canonem ἐξήγησις.

## In Can. III.

Ὁ μέγας Παῦλος. Hæc Balsamonis in hunc canonem scholia in Parisiensi editione quamplurimis lacunis scatent, quas omnes ex MS. nostro Bodleiano supplevimus; cui etiam Antiochenus in omnibus consentit.

Αὖθις ἐντέλλεται. Legendus est hic Zonaræ locus, juxta codicem Amerbachianum, αὖθις ἐντελλόμενός τινα διδάσκειν χρεών, φησὶ τοῖς ἄλλοις κὴ ταῦτα φησί.

Καὶ τὰ ἑξῆς. Pro his verbis in Codice Amerbachiano locus S. Scripturæ hîc citatus plenè sic legitur, μὴ ἀντιλέγοντας, μὴ νοσφιζομένους, ἀλλὰ πᾶσαν ἐνδεικνυμένους ἀγαθήν. *Non contradicentes, non fraudantes; sed omnem bonam fidem ostendentes.* Quæ etiam verba in Gallandi codice leguntur.

## In Can. IV.

Περὶ πρεσβυτέρου γεγαμηκότος. Sic præter codicem Bodleianum Joannes Antiochenus legit, in collect. can. tit. 29. reliqui omnes codices pro περὶ leguut ἤδη. Dionysius Exiguus hæc verba vertit, *de Presbytero, qui uxorem habuit.* Vetus interpres, *de Presbytero, qui nupsit.* Sed Isidorus Mercator rectiùs interpretatur, *Presbyterum conjugatum.* Sic etiam Fulgentius Ferrandus, in breviatione canonum tit. 89. *Ut de oblatione Presbyteri conjugati nullus audeat non communicare, Concil. Gangrens. tit.* 4. Adeo ut hîc anathemate isti feriantur, qui sacra accipere nolunt *à Presbyteris conjugatis* sive uxorem habentibus, ἀπὸ ἱερέων ἐχόντων γυναῖκας, ut Balsamon, vel ἀπὸ πρεσβυτέρων ὑπογυναίων, ut Aristenus, vel Epitomes canonis autor, interpretatur. Et hanc veram canonis mentem esse exinde constat, quòd Eustathius, cujus gratiâ editus est, disertè asseruerit, non Presbyteri qui habuit, sed qui habet uxorem, quam, cùm esset Laicus, matrimonii jure sibi copulaverat, benedictionem & communionem evitandam esse, ἐν οἷς τὸ γεγαμηκότων ἐνοχλὲς ἐκλύει ἡμῖν, καὶ πρεσβυτέρου γυναῖκα ἔχοντα, ἣν νόμῳ λαϊκὸς ὢν ἠγάγετο, τοῦ εὐλογίαν καὶ τοῦ κοινωνίαν ὡς μύσος ἐκκλίνειν ἐκέλευε. Socrat. Hist. Eccles. lib. 2. cap. 43. Hoc ex Epistolâ Synodicâ ulteriùs evincatur, ubi Eustathius dicitur in eâ fuisse opinione, ut nemini ἤδη ἐν γάμῳ ὄντων spes apud Deum esset: adeo ut multæ mulieres ab eo seductæ proprios viros reliquerint, & viri uxores suas, πολλαὶ γυναῖκες ὑπανδροι ἀπατηθεῖσαι ἤδη ἑαυτῶν ἀνδρῶν ἀνεχώρησαν, καὶ ἄνδρες ἤδη ἰδίων γυναικῶν. Hinc enim constat, non eos, qui habuerunt, sed qui habent uxores ab Eustathianis damnatos esse; iis enim accepti sunt, qui conjuges suos relinquerent: ac propterea ab istis solis Presbyteris sacra accipere vetuerunt, qui ita matrimonium contraxerunt, ut etiamnum uxores haberent. Et id solum à præsenti

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

senti Synodo condemnatur, quod ab Eustathianis contra regulam fidei & disciplinæ assertum est. Et hæc sanè communis est vocis γαμικὸς significatio. Exempla passim occurrunt. Instar omnium sit illud D. Pauli τῆς δὲ γαμικῆς φροντίζω, ὡς ἐγὼ, ἀλλ' ὁ πέσσος, γυναῖκα ἀπὸ ἀνδρὸς μὴ χωρισθῆναι. 1. Corinth. VIII. 10. ubi palam est eos à D. Paulo admonitos esse, qui conjuges tunc temporis habebant; unde Syrus rectè vertit, ܠܐܢܝܢ ܕܐܝܬ ܠܗܘܢ ܢܫܐ

*Iis verò, quibus sunt uxores.* Neque enim vir ab uxore, aut uxor à viro, quem habuit solùm & non habet, separari potest.

## In Can. VI.

Εἴτίς ἁγία ἐκκλησίαν ἰδίᾳ ἐκκλησιάζοι. Gentianus Hervetus vertit, *Si quis præter Ecclesiam vult Ecclesiam habere.*

Quæ versio cum minimè placeret, ejus loco substituimus, *Si quis extra Ecclesiam privatim conciones habet.* Sic etiam Dionysius Exiguus, *Si quis extra Ecclesiam seorsum conventus celebrat.* Hic enim ἰδίᾳ ἐκκλησιάζειν, ut rectè observat Zonaras, idem est ac σωάξεις ποιεῖν, vel potiùs ἁγιασμάξεις, nimirum privata conventicula religionis causâ celebrata hoc canone perstringuntur.

Ἐν ἐυκτηρίῳ οἴκῳ. In Parisiensi Balsamonis editione hoc in loco lacuna est, quam ex MS. Bodleiano supplevimus: sed hæc lectio ab Amerbachiano etiam codice confirmatur.

## In Can. X.

Εἴ τις ἁγία παρθενεύοντων διὰ τὸ κύριον. Gentianus Hervetus vertit, *Si quis eorum, qui sunt virgines propter Dominum.* Rectiùs Dionysius Exiguus, *si quis eorum, qui virginitatem propter Dominum servant.* Vetus interpres totum canonem sic vertit, *si quis virginitatem custodiens, exaltat se ab his qui nubunt, sit anathema.* ac si verba διὰ τὸ κύριον non legisset. Hîc præterea notetur, ab hoc demum canone usque ad ultimum, ordinem eorum in codice Amerbachiano immutari, in hunc modum.

ι'. ια'. ιβ'. ιγ'. ιδ'. ιε'. ις'. ιζ'. ιη'. ιθ'. κ'.

ιθ'. ις'. ι'. ια'. ιβ'. ιγ'. ιδ'. ιε'. ιζ'. ιη'. κ.

adeo ut præsens hic decimus, in isto codice sit undevicesimus canon. Sed ordo horum canonum juxta Bodleianum codicem hîc impressus idem est, qui non modo ab omnibus Latinis interpretibus, verumetiam à Joanne Antiocheno, & universis Balsamonis & Zonaræ codicibus, excepto Amerbachiano, observatur.

Καὶ ὁ ἴσως τοῦτο κανών. Hæc interpretatio in codice Amerbachiano utrique Balsamoni & Zonaræ, communis est, neutrius nomine præfixo, sed simpliciter ἑρμηνεία dicitur.

Καὶ τὴν περιβολὴν ἀποθήσεται. Vocem ἀποθήσεται in Parisiensi Balsamonis editione desideratam ex MS. Bodleiano supplevimus; sed legitur etiam in Amerbachiano.

Καὶ τὰς καπποφορμίδας. Post hæc etiam verba in Parisiensi editione lacuna relicta est, quam supplevimus ex MS. Bodleiano, voces χωὶ ἅλλ ἐχέτων interserendo: quæ etiam in codice Amerbachiano habentur.

## In Can. XII.

Περιβολαίῳ. περίβλαιον propriè est exterior vestis, quæ aliis superponitur, τὸ ἐπάνω τῶν ἄλλων ἔνδυμα, ut Balsamon & Zonaras exponunt. Et Pollux, αἱ δὲ ἐφαπλίδες καὶ ἀμφιπλίδες περίβλαια ἂν εἶεν. Poll. onomast. lib. 7. c. 13. Isidorus Mercator *Amiculum*, sed vetus interpres & Dionysius Exiguus, *Pallium* hoc [in loco vertunt. Et quidem nihil aliud videtur, quàm vetus illud *Pallium Philosophicum*, quo primitivi Christiani sæpe amicti sunt. Sic Heraclas depositâ vulgari veste Philosophicum habitum induisse dicitur, Διὸ καὶ σχῆμα καινὴ ἐδύσατο χρώμενος, ὑποστρώμνῃ, καὶ φιλόσοφον ἀναλαβὼν τρόπον, μίσχει τῷ δεῦρο περᾷ. Eusеb. Hist. Eccles. lib. 6. c. 19. Tertullianus non solùm Pallio indutus est, sed & totum de eo librum conscripsit: in quo etiam illud ita descripsit, ut cum verâ τοῦ περιβολαίου notione optimè conveniat; quâ scilicet vestimentum toti corpori circumjectum significat. *At enim*, inquit, *Pallio nihil expeditius, etiam si duplex, quod Cratetis more nusquam vestiendo componitur: quippe tota molitio ejus operire est solutim, id est uno circumjectu, licet quidem nusquam inhumano, ita omnia hominis simul contegit.* Tertull. de Pall. cap. 5. Et D. Petrum etiam hujusmodi habuisse pallium non ineptè conjicitur ex Act. Apost. cap. 12. 8. ubi Angelus ad eum ait; περιβαλοῦ τὸ ἱμάτιόν σου. Hinc enim constat vestimentum ejus fuisse περιβόλαιον, quod etiam ἀπὸ τοῦ περιβαλεῖν dicitur. Nec veri quidem dissimile est, ipsum sospitatorem nostrum hujusmodi pallio circumcinctum, ut & omnes ejus Apostolos æque ac S. Petrum περιβεβλημένους, *Palliatos* fuisse. Sanè περίβολον sive Pallium illud Philosophicum veteribus Christianis multo in usu, nec minori æstimatione fuit. Ædesius Martyr totam in eo vitam traduxit. Eusebius enim de illo loquens, ait, Καὶ μὴν τοῦτό γε ἐν πᾶσι τοῖσδε φιλόσοφον ἐν πρέσβεσι χρῆμα ἀγαθοῖς. Eusеb. de Martyr. Palæst. cap. 5. Et ante eum Justinum martyrem sub habitu Philosophi verbum Dei prædicâsse idem testatur, dicens, μάλιστα ἡ ἅπασιν ὅδε ἦν δὲ Ἰουστῖνος, ἐν φιλοσόφῳ σχήματι ἀποστόλων τὸ θεῖον λόγον. Id. Hist. Eccles. lib. IV. c. 11. Enimverò Christiana optima est Philosophia, ac propterea Christiani dignissimi qui habitu Philosophico amiciantur. Unde Tertullianus etiam Pallium suum sic alloquitur, *Gaude pallium & exulta, melior jam te Philosophia dignata est, ex quo Christianum vestire cœpisti*, Tertull. de Pall. c. 5. Imo quidem idem paulo ante docuerat, hunc sacrum esse, augustum & venerandum habitum, dicens, *Enimverò cùm hanc primùm sapientiam vestit, quæ vanissimis superstitionibus renuit, tunc certissimè pallium super omnes exuvias & peplos angusta vestis, superque omnes apices & titulos sacer suggestus deducit oculos, suadeo reverere habitum, unius interim erroris tui renunciatorem.* Ibid. cap. 4. Hinc tandem aliquando evenit, ut nonnulli, & inter alios Eustathiani, severioris vitæ generis speciem præ se ferentes, pallio hoc, sive περιβολαίῳ uterentur, aliter vestitos condemnantes; qui quidem hoc canone anathemate percutiuntur; non quòd eo usi sint, sed quòd religionem in ejus usu collocarint, & eos, qui communi utuntur veste, condemnarent.

Τὰς βήσσας. Vox βῆσσος, pro aliquo vestimenti genere hîc usurpata, variè scribitur. Scilicet, βῆσσα, βησσὰς æque ac βῆσος, & subinde βίρρῳ & βίρρον, βίρρεον & βιρρᾶς rarius. Dionysius Exiguus hoc loco *Birros* vertit: sed Latinè etiam non Birrus tantùm, sed & Birrum & Byrrus nonnunquam scribitur. Qui passionem D. Cypriani conscripsit, *lacernum birrum* vocat: sed Pontius Diaconus qui vitam ejusdem martyris scripsit, simpliciter, *lacernam.* Et quidem Sulpitius Severus lacernam à birro aliquo modo distinctam indicat, dicens, *Hæc charis viduis ac familiaribus virginibus mandat tributa: Illa ut birrum rigentem, hæc ut fluentem texat lacernam.* Sulp. Sev. dial. l. 1. c. 14. Sed non aliter forsitan distincta sunt, quàm quòd illa rigens, hæc fluens fuit. Quale autem fuit hoc vestimenti genus ex actibus D. Cypriani ante laudatis constat. Ibi enim de beato isto Martyre hæc legimus, *Perductus autem gloriosus martyr, exuit se lacernum birrum, quem indutus erat, complicans, & posuit ad genua sua: Dehinc tunicam tulit, & Diaconibus tradidit: & stans in lineâ expectabat speculatorem*: hinc enim colligere est, Birrum tunicæ superinductum esse, ac propterea superiorem fuisse vestem. Qualis fuit & S. Athanasii birrus, quem Palladius ab Ecclesiâ suâ pulsum secum accepisse dicit σχάσιον καὶ τὸ βίρρεον Pallad. Hist. Lausiac. c. 136. Sic etiam Gregorius Turonensis Britium Episcopum ad demonstrandam animi sui integritatem ardentes prunas in birro suo gestâsse refert, de gest. Franc. lib. 2. Et Venantius Fortunatus in vitâ S. Germani de Rege Clotario dicit, quòd *Palliolum sancti viri allambit.* de vitâ S. German. cap. 24. Palliolum autem istud nihil aliud fuit, quàm Birrus; quo propterea quatuor insignes Episcopos, Cyprianum, Athanasium, Britium & Germanum, indutos fuisse constat: quibus ipse etiam S. Augustinus adjiciatur, cujus verba mox adducemus. Hîc interim observantes, quòd hoc vestimenti genus etiam ἐφαπλὶς & μαπλία dicitur, Suidas, Ἐφαπλὶς ἱμάτιον Ῥωμαϊκὸν, λέγεται ἡ καὶ μαπλία, καὶ βίρρον, ἅπερ ἐν ὀνείρῳ βλασφήμια θλίψεις σημαίνουσιν. Suid. in ἐφαπλίς. Hæc Suidas ex Antemidoro hausisse videtur, dicente, χλαμὺς ἡ, ἣν μαπλίαν, οἱ δὲ ἐφαπλίδα, οἱ δὲ βήσσον καλοῦσι, θλῖψιν καὶ στενοχωρίαν, καὶ τοῖς δεσμοῦσθαι καταλίπω μαπτίοις, διὰ τὸ ἐμπεδοῦν τὸ σῶμα. τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ὁ λεγόμενος φαινόλης. Artemid. Oneirocrit. l. 2. c. 3. Ubi notetur primò, hoc Suidæ vestimentum Romanum ἱμάτιον Ῥωμαϊκὸν esse & ab Artemidoro etiam φαινόλην dictum; quod alias etiam scribitur φαιλόνης

& φελόνιον, & à D. Paulo in secundâ Epistolâ ad Timotheum cap. 4. φελόνη. Et quidem φαινόλιον Romanam etiam vestem esse Suidas testatur, dicens, φαινόλης, Ρωμαϊκὴ στολή. Sanè φαινόλης est ipsa vox *Pennula*, tenui tantùm in aspiratam mutata. Sed voci φελόνη metathesis etiam literarum additur. Hinc in veteri Lexico Græco-latino legimus, φαινόλης, τὸ φελόνιον, *Pennula*. Et φελόνιον idem est atque βῆρον, ut ex Glossis Servii à Meursio citatis colligimus, ubi dicitur, *Lucerna, filonin, berin*, sive, ut Meursius rectè corrigit, *Lacerna*, φελόνιν, βήριν, quomodo corrupto illo ævo scribebant pro φελόνιον, βήριον. Et hæc quidem vestis à Romanis primò ad pellendum frigus & pluviam usitata fuit, ac proinde iter facientibus accommodata: ut ex Ælio Lampridio discimus, qui de Alexandro Severo ait, *Pennulis intra urbem frigoris causâ ut senes uterentur, permisit, cùm id vestimenti genus semper itinerarium aut pluviæ fuisset.* Lamprid. in Alexand. Sev. Unde simul ratio apparet, quare D. Paulus, Romæ tunc temporis agens, ad Timotheum scripserit, ut penulam suam & quidem ante hiemem secum adduceret, 2. Tim. IV. 21. nimirum quòd id vestimenti genus hyemali pluviæ & frigori pellendo fuit. Adhæc non tenuissimæ solos fortunæ viros, sed ipsos etiam oratores, cùm causas agerent, penulis nonnunquam indutos fuisse, autor dialogi de oratoribus à nonnullis Cornelio Tacito, ab aliis Fabio Quintiliano adscripti, indicat, his verbis, *Quantum humilitatis putamus eloquentiæ attulisse penulas istas, quibus astricti & velut inclusi cum judicibus famulamur?* cap. 39. Nec ipsos etiam Senatores hanc respuisse vestem, Adriani saltem diebus, Aulus Gellius fidem facit, qui de Castritio hæc habet, *Cùm me præsente (usus sum enim eo magistro) discipulos quosdam suos Senatores vidisset die feriato tunicis & lacernis indutos, & gallicis calceatos, equidem, inquit, maluissem vos togatos esse. Pigitum est cinctos saltem esse & penulatos.* Aul. Gell. l. 13. cap. 20. Ubi etiam obiter observetur *tunicis* quidem *cinctos* esse; sed *lacernis indutos, idem esse* atque *penulatos:* atque ideo penulam & *lacernam* eandem fuisse vestem. Lacerna autem eadem fuit quæ βῆρος, ut ante notatum est. Posthæc βῆρος sive penula communis evasit hominum cujuscunque gradûs vestis, non Romæ tantùm, sed & Athenis; ut ubi Serapion omnes incolas in duo genera dispescuit, *Academicos*, & cives, sive oppidanos, & eos quidem πιλοφόρους, hos autem omnes βιρροφόρους, appellavit, quod isti *pallia*, hi βήρους gestarent. Pallad. hist. Lausiac. cap. 85. Hujus etiam Concilii tempore hic communis fuit & consuetus habitus. Hoc ex præsenti canone satis abundè constat; quo dicitur ἢν μετ' ἐυλαβείας τὸν βήρους φορεῖσθαι, καὶ τῇ ἄλλῃ κοινῇ καὶ συνηθείᾳ ὥσῃ ἐδῶν κεχρημένον. βῆρος ergo una erat ex istis vestibus, quæ κοιναὶ & ἐν συνηθείᾳ tunc dictum erant. Quod ulteriùs probatur è Synodicâ Epistolâ canonibus hisce præfixâ, quâ Eustathiani hîc condemnati ξένα ἀμφίσματα ὅλῃ κεκτημένου ἢ κοινότητος ἢν ἀμφιεσμάτων συναγωγῆς dicuntur. Et Sozomenus etiam eos dicit χιτῶνας μὲν συμμίσους καὶ στολὰς μὲ ἀνεχρώβους ἀμφιέννυσθαι, ξένην δὲ καὶ ἀόρτι ἐδῶν χρωβοῦς. Sozom. lib. 3. c. 14. Ergo βῆρι, quos respuebant, consuetæ erant vestes & usu omnium communi tritæ: adeo ut pallium ante hæc tempora in desuetudinem abierit. Et Eustathius propterea ab hâc Synodo anathemati subjicitur, quod illud in usum iterum reducere conatus est, & quidem sub religionis prætextu; ac si plus religionis in pallio esset, quàm in penula, aut birro. Synodus fateor illud vestimenti genus, quo Eustathius usus est, φελόνιον appellat: hoc autem idem esse atque pallium Philosophorum ante ostendimus. Et quidem Socrates Eustathium φιλοσόφου σχῆμα gestâsse retulit, lib. 2. cap. 43. Et sanè post editum hoc decretum, pallium rariùs, nisi forsitan à Monachis, usurpatum legimus. Birrus autem diutiùs obtinuit. In Codice Theodosiano servis etiam permittitur hoc vestimenti genere intra urbem uti, *Servos sanè omnium (quorum tamen dominos solicitudine militiæ constat non teneri) aut byrris uti permittimus, aut cucullis.* l. 1. C. Th. De habitu quo uti oportet intra urbem. Commemorantur etiam à Flavio Vopisco, dicente, *Donati sunt ab Atrebaticis birri petiti, donati birri Cannusini, Africanæ opes in scena non prius visæ.* Fl. Vop. in Carino. ubi birros alicujus pretii fuisse ex eo constat, quod opes appellentur. Sanè interpretes in hunc canonem, Balsamon & Zonaras, βήρους interpretantur σκεπαστὰ ὑφάσματα, Aristenus σκεπαστὰ ἐδῶν. Et quidem magno nonnunquam pretio stetisse testis est Cassianus, qui de Monachis ait, quòd *birrorum pretia simul ambitionemque destinant.* Cass. de instit. l. 1. c. 7. Et ipse quoque D. Augustinus, dicens, *offeratur mihi v. g. birrum precio sum, fortè decet Episcopum, quamvis non deceat Augustinum, id est hominem pauperem de pauperibus natum.* Aug. serm. 50. de diversis. E quibus insuper verbis conficitur, hunc decorum fuisse tunc temporis etiam Episcoporum habitum. Quinetiam licet birri ex viliori forsitan materia primò confecti fuerint, ut frigori & pluviæ pellendæ instituti; nihil tamen obstat, quin postea pretiosiores fierent: præsertim cùm Senatores in republicâ, & postea Episcopi in Ecclesiâ iis induti sint. Et quidem pretiosiores hoc canone birros intelligendos esse ex eo conjicimus, quòd Eustathiani, contra quos hi canones sanciti sunt, religiosam quandam humilitatem & mundi renunciationem præ se ferentes, quicquid venustum aut speciosum fuit reprehenderent; & divites, qui omnibus quæ possidebant non renunciarent, spem apud Deum non habere dicerent: ac proinde si birri viliores tunc temporis vestes fuissent, convitia eorum haud dubiè effugissent.

Τὰ λεγόμενα ὁλόβηρα. Postquam dixisset Zonaras βήρους vestes ex serico contextas esse, addit protinus, ὅθεν καὶ πᾶν εἶδος τὰ λεγόμενα ὁλόβηρα, nimirum ac si vox ὁλόβηρον ex ὅλον & βῆρον composita sit. Verùm si demus βῆρον nonnunquam ex serico contextum esse, ipsum sanè sericum in genere nunquam significat; ac propterea quo demum pacto vestis quævis hoc sensu ὁλόβηρον, quasi, *totus berus dicatur?* Et præterea si demus βῆρον etiam *sericum* esse, tunc ὁλόβηρον idem esset quod ὁλοσηρικὸν, cùm tamen constet, tantum esse inter ea discriminis, ut ἢν ὁλοσηρικῶν usus omnibus communis fuerit, sed ἢν ὁλοβήρων principibus peculiaris. ὁλόβηρον itaque vox hybrida potiùs censenda est, ex Græcâ ὅλον & Latinâ *verum* composita, nimirum purpureus sive coccineus, *verus color* antiquitùs dictus fuit. Hesychius, Κυνδύκας, εἴδος χρώματος ἀλιθινοῦ ὃ λέγομεν κόκκινον, καὶ ἔνιοι τῶν ζωγράφων. Hinc fit quod Ἀλιθινὸς *verus* pro *purpureo* sæpè usurpetur: ut cum Anastasius Bibliothecarius in vitâ Zachariæ ait, *simulque fecit vela serica alithina quatuor, quæ ornavit rotis & ornamentis variis auro textis.* Et in Leone III. *Super altare majus fecit tetravela holoserica alithina quatuor cum astillis, & rosis chrysoclavis.* Utrobique *Alithina* est ipsa vox ἀλιθινὰ, *Purpurea* denotans. Ergo ὁλόβηρον *Holoverum*, nihil aliud fuit quàm vestis serica, quæ tota *vero* sive purpureo colore tincta est, adeo ut stamen, æque ac trama, eodem colore inficeretur: ac propterea non *Holoberum*, sed *holoverum* à Latinis rectè dicitur; ut Anastasius supradictus in Gregorio IV. *Fecit & aliam vestem de holovero.* Sic & sæpe alibi: & raro aliter scriptum reperias; nisi in codice l. 4. de vestibus Holoberis. Nec mirum sanè cuipiam videatur, vocem hanc ex Græco pariter & Latino sermone formatam esse: quamplures enim ejusdem generis occurrunt, etiam apud probatissimos autores: ut *Artigraphus ex arte*, & χάρτ-, *dextrocherium* ex *dextra* & χείρ. Epitogium ex ἐπὶ & toga: quibus etiam adnumerentur, *Epirhedium*, *monolores*, & *pentelores* vestes, *chrysoclavus*, & multa alia nomina, quæ hîc non opus est recensentur.

## In Can. XIII.

Εἴ τις γυνή. Mulieres quædam ab Eustathio seductæ pro muliebri virilem susceperunt habitum, ex eo se justificari judicantes; ut ex Epistolâ Synodicâ discimus, in quâ legimus, Καὶ γυναῖκες ἀφ' ὧν τὸ σώματος ἀντὶ ἀμφιεσμάτων γυναικείων, ἀνδρικὰ ἀμφιέσματα ἀναλαμβάνουσι, καὶ ἐκ τούτων ἐπίδειξιν ποιοῦνται. Idem à Sozomeno traditur, qui de mulieribus ab eo deceptis loquens, ait, τὰς δὲ σχήματι διορθώσεως τοῦ κεφαλοῦ ἀποκείρασθαι, καὶ ἀλλοίους ἢ γυναικὶ πρέπει, ἀνδράσι δὲ σώμασιν ἀμφιέννυσθαι, Sozom. Hist. Eccl. l. 3. cap. 14. Hinc Patres in præsenti Synodo congregati eas, quæ pro consueto muliebri indumento virile acceperint, anathemati hoc canone subjiciunt, cujus mentem Regino Abbas Prumiensis breviter sic exprimit, *Si qua mulier pro solito muliebri amictu virilem sumit, anathema sit.* Regin. Ab. de Eccles. discipl. append. pag. 386. De iis sic etiam Concilium Bracarense statuit, *Si quis balationes ante Ecclesiæ sanctorum fecerit, seu qui faciem suam transformaverit in habitu muliebri, & mulier in habitu viri, emendatione politicâ, tres annos pœniteat.* Concil. Brachar. apud Burchard. l. 10. c. 39. Hoc autem à lege Mosaicâ primò prohibitum fuit his verbis, לא יהיה כלי גבר על אשה ולא ילבש גבר שמלת אשה כי תועבת יהוה אלהיך כל־עשה אלה Hoc est juxta versionem vulgarem, *Non induetur mulier veste virili, nec vir utetur veste fœmineâ: abominabilis enim apud Deum est, qui facit hæc.* Deut. XXII. 5. Hujus legis meminerunt Tertullianus, lib. de spectaculis cap. 23. & Cyprianus epist. 61. ad Euchratium. Item Josephus his verbis,

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

verbis, φυλάσσει ὁ μάλιστα ἐν τοῖς μάχαις, ἵνα μὴ γυναῖκα ἀνδρικῇ σκευῇ χρῆσθαι, μήτε ἄνδρα στολῇ γυναικείᾳ. Joseph. antiq. Jud. lib. 4. cap. 8. Ubi miror unde hauserit ille ista verba, μάλιστα ἐν τοῖς μάχαις. Neque enim ulla eorum vestigia in textu occurrunt: nisi forsitan vocem כלי militare præcipuè instrumentum significare existimaverit. Philo Judæus hoc à lege definitum contendit, ut hominum animos ad fortitudinem incitaret, ut nec umbra nec vestigium effœminationis in iis appareret, Τοιαῦτα, inquit, δι' ὅτι δεῖ τὸν νόμον ἀπυδὲ καὶ φιλοπαμία σὺν τῷ γυμνάσιον καὶ συσκοπεῖν ψυχὴν ἀρρεν εἰς ἀνδρίαν, ὥστε καὶ σὺν ἐθισμοῖσιν, ὑπόια ἐχρὴν ἀμπίχεσθαι, διηκέκασται, ἀπαιτῶν ἀνὰ χρῆσιν ἀνδρὶ γυναικὸς ἀμπιχόνιον ἀναλαμβάνειν, ἵνεκα τῆ μηδὲν ἴχνος ἢ σκιᾶς αὐτὸ μόνον τῆς θήλεος δοὺ λύμη ἡ ἄρσενος ἡμιᾶς περιέφαθαι. Phil. σὺν ἀνδρίας. Sed audiamus D. Ambrosium de hâc re eleganter disputantem. *Sic enim scriptum est*, inquit, *non erit res viri super mulierem, neque induetur vir stolam muliebrem; quia immundus est Domino omnis qui fecerit hoc. Et si vere discutias, incongruum est, quod ipsa abhorret natura. Cur enim homo non vis videri quod natus es? Cur alienam tibi assumis speciem? Cur mentiris fœminam, vel tu fœmina virum? Suis unumquemque sexum induit natura indumentis. Denique diversus usus, diversus color, motus, incessus, diversa vires, diversa vox est in viro & fœminâ. Sed etiam in reliqui generis animantibus, alia species leonis, alia leænæ, alia vis, alius sonus: alia tauri, alia vitulæ. In cervis quoque quantum distat sexus, tantum discrepat species, ut eos etiam eminus possis discernere. In avibus verò etiam propria ad vestitum inter eos & homines comparatio. In illis enim sexum naturalia ipsa indumenta discernunt. Pavi mares speciosi, fœmina nos item pennarum vario pinguntur decore. Fasianis quoque diversus color, qui distinguat sexûs discretionem. Quid in pullis? quàm canora vox galli nocturnisque vicibus solenne munus ad excitandum & canendum? nunquid illa mutant speciem suam? Cur nos mutare desideramus?* Ambros. lib. 4. Epist. 15. ad Irenæum. Quinetiam summâ observatione dignum est, quòd apud ipsos etiam Romanos adhuc gentiles vir muliebribus vestimentis vix sine vituperio uti potuit; adeo ut hoc juris naturalis esse videatur: sic enim in Pandectis sive Digestis legimus, *Muliebria vestimenta sunt, quæ matrisfamiliæ causâ sunt comparata, quibus vir non facile uti potest sine vituperatione.* l. 23. ff. de auro argento, &c.

## In Can. XVII.

Ἀποκείρεσθαι τὰς κόμας. Consequenter huic canoni Theodosius Imperator hanc legem tulit, *Fœmina, quæ crinem suum contra Divinas humanasque leges instinctu persuasæ professionis absciderint, ab Ecclesiæ foribus arceantur, non illis fas sit sacrata adire mysteria &c. Adeo ut Episcopus tonso capite fœminam si introire permiserit, dejectus loco, etiam ipse cum hujsmodi contuberniis arceatur, ac non modo si fieri suaserit, verùm etiam si hoc ab aliquibus exigi, factum denique esse quacunque ratione compererit, nihil sibi intelligat opitulari.* Sozomenus etiam de hâc lege meminit, eique à Theodosio ferendæ occasionem dedisse conjicit matronam illam, quæ pœnitentiam agens à Diacono in Ecclesiâ stuprata est. Ἐκ τούτου, inquit, ὁ τὰ αἰτίας συμβάλλων καὶ Θεοδόσιον τὸ βασιλέα φερομένους τὸ περὶ ἐκκλησιῶν εὐκλείας τι καὶ σεμνότητος, νομοθετῆσαι τοὺς γυναῖκας, αἳ μὴ πεῖσαι ἔχοιεν, καὶ ὑπὸ ἐξάπινα τὸν ἡδονὴν, διαπορίαν Θεοῦ, μὴ ἐπιτρέπειν, καὶ τὸ Ἀποστόλου Παύλου ῥητὸν φέρεσθαι· τοὺς δὲ κωμῳδίας τοὺς κεφαλὰς ἀπολαύειν τῆς ἐκκλησιῶν· τοὺς δὲ τοιούτους περιέφθαι ἀπειπεῖν ἀφαιρεῖσθαι τὸ ἐπισκοπῆς. Sozom. Hist. Eccles. l. 7. c. 26. Verùm Imperator in ipsâ lege præsentem tantùm suâ autoritate canonem confirmare videtur; cui à Synodo hâc Gangrenâ sanciendæ Eustathium & sectatores ejus materiam præbuisse ex Epistolâ Synodicâ palam est, ubi Patres de mulierculis ab Eustathio seductis loquentes aiunt, Πολλαὶ δὲ καὶ ἀποκείρεσθαι τὸ θεοσεβείας τῷ φύσιν τῆς κόμης τὸ γυναικείας. Sozomenus etiam de iisdem differens, scribit, τὰς δὲ περιέφθαι θεοσεβείας τῷ κεφαλῷ ἀποκείρεσθαι. Sozom. Hist. Eccl. l. 3. cap. 14. Canon autem ipsis D. Apostoli verbis nititur, dicentis, Αἰσχρὸν γυναικὶ τὸ κείρασθαι ἢ ξυρᾶσθαι. 1. Cor. xi. 6.

Ὁ μέγας Παῦλος. Hæc Balsamonis interpretatio, quantum ad majorem ejus partem, eadem est quæ Zonaræ. In quâ ista verba ὅτι ἡ κόμη αὐτῇ περιβολαίου ἀντὶ δέδοται αὐτῇ, etiamsi in Zonaræ Scholiis hîc impressis non extent, extant tamen in Amerbachiano etiam Zonaræ codice Manuscripto.

Οὐδὲ φαλάκρωμα τοῦτο ἐμφύεται. Asserit hîc Balsamon cum Zonarâ calvitium in mulieres naturaliter non incidere; quod sanè rarum esse ipse etiam Plinius observavit, dicens, *Defluvium eorum* (crinium) *in muliere rarum, in spadonibus non visum, nec in ullo ante veneris usum.* Plin. nat. hist. lib. 11. cap. 37.

## In Can. XXI.

Ταῦτα δὲ γράφομεν. In omnibus Balsamonis & Zonaræ codicibus hic præsens inter canones hujus Concilii recensetur; ac propterea scholia etiam in eundem ediderunt. Sed propriè non est canon, sed appendix ad canones; quâ Patres mentem suam in canonibus edendis clariorem faciunt, ne malè intelligerentur ac proinde neque à Joanne Antiocheno, nec Photio, nec Dionysio Exiguo, hic canon commemoratur; sed omnes illi, aliique quorum ante mentionem fecimus, viginti solos canones huic Synodo rectè adscribunt. At in veteri Latino interprete hæc verba canonibus annexa leguntur quidem, verùm extra canonum numerum. Et cautè sanè summâque cum prudentiâ hæc canonibus subjiciuntur, quippe qui aliter in malum sensum facilè detorqueantur.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

# GUILIELMI BEVEREGII
## ANNOTATIONES
# IN CANONES CONCILII
## ANTIOCHENI.

Κανονες τ ἐν Αντιοχείᾳ τ Συρίας συνόδου. Hæc est Bodleiana horum canonum inscriptio, cui codex Amerbachianus addit, ἅγιοι πάντες. In Parisiensi Balsamonis editione titulus est Η ἐν Αντιοχείᾳ συνόδος. In Zonaræ codicibus, Κανόνες ὅροι ἐν Αντιοχείᾳ τ Συρίας συναλθόντων ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων. Rectè additur τῆς Συρίας, ut ab aliis, quæ plures sunt, ejusdem nominis urbibus distinguatur. Fuit autem hæc Antiochia, ubi præsens celebrata est Synodus, Metropolis Syriæ, quâ Christi discipuli primo Christiani dicti sunt, & cujus Episcopus postea Patriarchæ titulo cohonestatus est.

Μετὰ πάντα τὰ τῆς παλιᾳᾶς τῆ παροῦσ. Occasionem huic indicendæ Synodo præbuit dedicatio sive Encænia celeberrimi istius Antiochiæ Templi, quod à Constantino Magno inceptum, & à filio ejus Constantio absolutum est, ob excellentiam *Aureum Dominicum*, nominatum. Hinc Athanasius hanc Synodum indictam ait, σχεδόν ὑπὸ μεγάλων ἐσχυρίων. Athan. de Syn. Arim. &c. tom. 1. pag. 891. Socrates etiam coactam scribit σχεδόν μὲν ὑπὸ ἐσχυρίων τῆς ἐκκλησίας, ἣν ὁ πατὴρ μὲν ὑπὸ Αὐξουσίων κατασκάζειν ἤρξατο· μὴ παλιτλῶ δὲ αὐτῆ ὁ υἱὸς Κωνσάντιος διεκόσμησεν ἔτι ἀπὸ τῶν βασιλείων σωετίλασεν. Socrat. Hist. Eccl. lib. 2. cap. 8. Et paulo post eundem annum post Constantini obitum huic celebrandæ Synodo assignat, quem Balsamon & Zonaras in præsenti loco, Συσχοτῶσι δὲ, inquit, αὐτὸν ἡ συνόδος ἐν τῇ Αντιοχείᾳ παρουσίᾳ Κωνσταντίου τῦ βασιλέως, ἐν ὑπατείᾳ Μαρκέλλου καὶ Πρόβίνου. ἣν δὲ πέμπτον ἔτος τῦτο ἀπὸ τῆς παλιᾳᾶς τῦ τῶν Αὐξουσίων πατρὸς Κωνσταντίνου. Socrat. ibid. Ubi etiam, ut videre est, hanc Synodum Marcello & Probino Coss. habitum asserit; rectiùs S. Athanasius, Marcellino & Probino Coss. dicit enim, Ησαν δὲ οἱ συναλθόντες ἐν τῇ ἐσχυρίᾳ ἐκείνῃ συνόδῳ, ὑπατείᾳ Μαρκελλίνου καὶ Πρόβίνου ἐνδικτιῶνος ιδ'. ἐκεῖ ὄντος Κωνσταντίου τῦ ἀδελφῦ. Athanas. tom. 1. pag. 894. edit. Paris. 1627. Ex Consulibus & indictione hîc commemoratâ constat hunc annum fuisse à Christi Nativitate 341. quo celebratum est Antiochenum hoc Concilium. Cui Athanasius loco citato Episcopos nonaginta interfuisse tradit: sed Hilarius libro de Synodis nonaginta septem ibi convenisse scribit; cui etiam Sozomenus suffragatur. Hist. Eccl. lib. 3. cap. 5.

Καὶ καινὰς ὑπόνοιας. Multi ex iis, qui huic interfuerunt Concilio, de Arianismo suspecti sunt. Hinc cum adversarii Chrysostomi ei objicerent, quòd post depositionem absque Synodi autoritate Episcopalem suam sedem invaserat, contra ac duodecimo horum canonum decretum fuerat: ille respondit, istum ab Arianis constitutum fuisse canonem; sed responsum ab adversariis rejectum est; ut Socrates his verbis narrat, Επὶ δὲ πάλιν ὁ Ιωάννης τ κρίσεως τῦτον, ὡς τῆς αὐθὶς ἐκκλησίας, ἀλλὰ σὺν Αρειανῶν ἐψηφίσατο· οἱ γὰρ ἐν τῇ Αντιοχείᾳ συναλθόντες ὅτε τῇ καθαιρέσει τῆς ὁμοουσίου πίστεως, ἀντιχθέᾳ τῇ σχέσει Αθανάσιον τ κρίνας ὑπέλαβον, μὴ σχεδιξάμενοι τῆς ὑποκρίσεως κατεψεύσαντο. Socrat. Hist. Eccles. l. 6. c. 18. Sic etiam Sozomenus refert Chrysostomum constanter asseverâsse, istum esse ἐπεσδέξων νόμων. Sozom. lib. 8. cap. 20. Quod etiam à defensoribus ejus assertum Palladius tradidit. Quinetiam ipse Athanasius hanc Synodum, ut contra ipsum congregatam, rejecit, lib. de Synodis Arim. & Seleuc. Necnon Innocentius Papa canones ab hâc Synodo constitutos repudiavit. Nam in Epistolâ ad Clerum Constantinopolitanum pro Joanne Chrysostomo scriptâ, ad canonem supra dictum contra eum objectum respondit, ὅτι καὶ ἐκεῖ τῆς τ κανόνων ἐφαρμακῆς τύπτοις δεῖν ἔπεσθαι χάριν, οἵτινες ἐν Νικαίᾳ εἰσὶν ὠρισμένοι, εἷς μόνοις ἐξεῖλεν ἐξακολυθεῖν ἡ καθολικὴ ἐκκλησία, καὶ τύπτους γνωρίζειν, apud Sozom. Hist. Eccl. l. 8. cap. 26. Et mox innuit istum ab hæreticis excogitatum esse, ac propterea à Synodo Sardicensi, cum omnibus reliquis ab hâc Synodo definitis, condemnatum. Sed alii è contra, iique nequaquam minoris in Ecclesiâ Catholicâ autoritatis, Patres hanc Synodum, cum canonibus ab eâ expositis, libenter admiserunt. Quos inter D. Hilarius, qui hanc Synodum adversus hæresim, quæ post Nicænam Synodum in id proruperat, ut tria nomina patri vellet ascribere, congregatam asserit, & fidem ab eâ editam sic inscribit, *Expositio Ecclesiastica fidei, quæ exposita est in Synodo habitâ per encænias Antiochenæ Ecclesiæ consummatæ, quam exposuerunt, qui affuerunt Episcopi nonaginta & septem, cùm in suspicionem venisset unus ex Episcopis, quòd prava sentiret.* Hilar. de Synodis adversus Arianos. Et sanè cùm hanc Synodum inter eas recenseat, quæ adversus Arianos habitæ fuerunt, omnem Arianismi suspicionem procul ab eâ removet; in quâ etiam unum solùm commemorat de pravâ sententiâ suspectum. Adhæc Julius Papa Romanus, qui proin Innocentio opponatur, longam satis Epistolam ad Patres in hâc Synodo congregatos conscripsit, quâ eos ἀγαπητὲς, & ἀγαπητὲς ἀδελφὲς passim appellat, neque Arianæ hæreseos quempiam eorum incusat, apud Athanas. Apolog. ad Imperat. Constant. Vel quomodocunque se fides eorum habuerit, sanè canones ab iis expositi ante D. Chrysostomum in codicem Canonum Ecclesiæ universæ recepti sunt, & mox postea ab universali Synodo, Chalcedonensi scilicet, confirmati; ut alibi ostensum est. Et ab eo demum tempore summo consensu, non ab Orientali solum, verùm etiam ab Occidentali Ecclesiâ recepti sunt. Adeo ut Gratianus immeritò quidem à Baronio aliisque eo reprehenditur, quòd distinct. 16. c. 11. hoc inter Catholica Concilia recenseat. Nam & diu ante Gratianum Dionysius Exiguus & vetus Latinus interpres hos canones unà cum reliquis, quos Synodi Catholicæ ab omnibus approbatæ ediderunt, Latino sermone donârunt: neque unquam hoc iis criminis datum fuit. In Orientali etiam Ecclesiâ post Chalcedonense saltem Concilium, à quo citati sunt hi canones & confirmati, nihil unquam contra eos objectum fuit; sed in nomocanonem ibi protinus relati ad hunc usque diem obtinuerunt.

Η ἐπιστολὴ τ ἐγκωμιαστικῶν. Hæc Synodi Epistola in nullis Balsamonis, sed in omnibus Zonaræ codicibus extat, præterquam in Amerbachiano, ubi tota desideratur.

### In Can. I.

Περὶ τῦ τὸ πασχάλιον ἑορτάζειν ὁ ὅρος. Decretum de Paschate celebrando à primo Nicæno Concilio editum fuisse diserte hîc indigitatur: quod ab aliis etiam ejusdem ferè ævi scriptoribus abundè comprobatur. Eusebius enim, qui præsens intererat, scribit, ab isthâ Synodum decretum esse, ὡς ὁμόφωνον μὲν κρατῆσαι πάντων τὴν πίστιν· τῆς σωτηρίου δ' ἑορτῆς τ αὐτὸν ἅπασι τοῖς πᾶσιν ὁμολογηθῆναι τ καιρόν. Euseb. de vit. Constant. lib. 3. cap. 14. edit. Vales. Quæ ipsa Eusebii verba à Socrate recitantur, Hist. Eccles. lib. 1. c. 8. Sozomenus etiam de eâdem Synodo loquens, ait, πανσαμένης δὲ τ ὅλης ζητήσεως, ἔδοξε τῇ συνόδῳ καὶ τὸν Πασχάλιον ἑορτὸν ἅπαντας ἅμα τ αὐτὸν ἑορτάζειν καιρόν. Sozom. Hist. Eccles. l. 1. cap. 21. Ut alios autem omittam, Epiphanius de eodem Nicæno Concilio ait, Αμα δὲ καὶ ἐν τῷ αὐτῷ κανόνας τινὰς ἔθετο ἐν τῇ συνόδῳ ἐκκλησιαστικοὺς· ὁμοῦ δὲ καὶ περὶ τῦ Πασχα ὥρισεν μίαν ἔννοιαν καὶ ὁμόνοιαν τῷ ἁγίᾳ Θεῷ παντὶ γενέσθαι. Epiphan. hær. 69. num. x. Ubi etiam observare licet, hoc de Paschate decretum

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

tum à canonibus distinctè recenseri; & rectè quidem, neque enim in canonibus occurrit, quod nonnulli eo detorquere conantur, ut exinde probarent plures quàm viginti canones à Nicænis Patribus constitutos esse; non animadvertentes consensum etiam Patrum istorum de fide in canones non referri; neque sanè necesse erat, ut canon de utrovis institueretur. Cum enim eo ipso nomine convocati fuerint, ut fidem de filii divinitate exponerent, & controversiam de Paschate tunc temporis exortam determinarent, quid de istis negotiis factum est, in Epistolâ Synodicâ potiùs quam in canonibus promulgandum erat: id quod prudenter etiam fecerunt. Nam Patres illi Nicæni in Epistolâ Synodicâ à se conscriptâ disertis verbis explicuerunt, non modo quid de fide, sed & quid de Paschate ab ipsis definitum est, his verbis, Εὐαγγελιζόμεθα δὲ ὑμῖν περὶ τῆς συμφωνίας τῆ ἁγιωτάτου Πάσχα, ὅτι ὑμετέρας εὐχαῖς κατορθώθη καὶ τοῦτο τὸ μέρος· ὥστε πάντας τοὺς ἐν τῆ ἑῴᾳ ἀδελφοὺς, τοὺς μὴ τὸ Ἰουδαίων τὸ σχίσμα ποιοῦντας, συμφώνως Ῥωμαίοις καὶ ἡμῖν καὶ πᾶσι τοῖς ἐξ ἀρχαίου μεθ' ὑμῶν φυλάξαι τὸ Πάσχα, ἐν τῆ δέκτῃ ἄγειν. apud Socrat. Hist. Eccl. lib. 1. cap. 9. Cum igitur hoc decretum in istâ Epistolâ omnibus notum fiat, non opus erat, ut in canonum censum etiam referretur: quemadmodum & nihil in Epistolâ de istis rebus indicatur, quæ in canonibus divulgantur. Hoc igitur Nicænum de Paschate decretum à Concilio Antiocheno in præsenti canone renovatur, & pœnæ etiam delinquentibus adjiciuntur; Laicis nimirum segregatio, & depositio Clericis: quod quidem à præsenti Concilio factum videtur ob Audianorum hæresim tunc temporis exortam, qui non obstante Patrum Nicænorum decreto cum Judæis adhuc Pascha celebrare volebant, μετὰ γὰρ Ἰουδαίων ἑόρτασι τὸ Πάσχα ἐποιοῦντο· τυτέστιν ᾗ καιρῷ οἱ Ἰουδαῖοι πυοῦν παρ' αὐτοῖς ἄζυμα, τότε αὐτοὶ φιλονεικοῦσι τὸ Πάσχα ἄγειν, καὶ δῆλον ὅτι ὅπως ἂν ἡ ἑκκλησία φερμόρη. Epiphan. hær. 70. num. IX.

Ἀλλὰ καὶ πολλοῖς διαφορᾶς. Sic omnes legunt codices præter Amerbachianum, qui legit, ἀλλὰ καὶ πολλῆς διαφορᾶς καὶ διαφορᾶς αἴτιον γινόμενον.

## In Can. II.

Τον κανόνα τῆς ἐκκλησίας. Ad vocem κανόνα in margine codicis Amerbachiani annotatur, ἢ τύπον διαταξὶ καὶ τάξιν. ut vox κανὼν hoc in loco *typum & ordinem Ecclesiæ* denotet.

Ερμηνεία. In codice Ætonienſi hæc altera est Balsamonis interpretatio; quippe quam alia ibi præcedit, his verbis concepta, Διὰ τὸν ἀποκλῶ τῶν ἀποστολικῶν κανόνων, τὸν ιε'. καὶ τὸν θ'. ἀλλὰ καὶ τὸν παρόντα, ἐπινοήθη, ὡς ἔοικε, ἡ τῶν Ἀντιδίκων διάδοσις, ὥστε πᾶσιν ἀναγκαίαν ἔχειν καὶ αὐτοὺς, τοὺς μὴ δυναμένους μεταλαμβάνειν τῶν ἁγίων καὶ ζωοποιῶν μυστηρίων, περιεργασίαν μέχρι τέλους τῆς θείας ἱερουργίας, καὶ ἐκ χειρὸς ἱερατικῆς λαμβάνειν αὐτὰ εἰς ἁγιασμόν. *Propter minas Apostolicorum canonum* VIII. & IX. *atque etiam præsentis, excogitata est, ut videtur, Antidori distributio, ut necesse omnino haberent etiam ii, qui sanctorum & vivificorum mysteriorum participes esse non possunt, usque ad finem divinæ sacrorum celebrationis perseverare, & ex manu sacerdotali sanctificationem accipere.* Cùm hæc autem ferè totidem verbis in Balsamonis interpretatione occurrant, ex margine in textum irrepsisse videntur. Ubi insuper observes, quòd ab hisce verbis inceptis usque ad finem hujus interpretationis omnia ex MS. Bodleiano nunc primùm edimus: nisi quòd hæc ipsa in Parisiensi editione habeantur eodem modo, quo in codice Ætoniensi, lecta. Verum neque ea, nec quæ sequuntur in Amerbachiano MS. extant. Horum autem loco in Latinâ Herveti versione hæc habentur; *Nota autem quæ in præsenti canone & IX. sanctorum Apostolorum scripta sunt de iis, qui non permanent in Ecclesiasticâ oratione seu dimissione; & dic hæc definita esse de sacrâ celebratione, non de vespertinâ & matutinâ laudatione. Canon enim in his locum non habet.*

Ἀντιδώρου διάδοσις. Ex hoc loco constat Ἀντίδωρον non distributum esse ante absolutam sacrorum mysteriorum celebrationem & finitas preces ei annexas. Quod ulteriùs etiam colligere licet ex Balsamonis ad Marcum Alexandrinum responsis, ubi ait, Ἐκκλησιάζει μὲν γὰρ τὰς πρευὺς μέχρι τέλους ἡ θείας ἱερουργίας, καὶ ἡ πλουσίας τῆ ἱερουργοῦντος εὐχῆς, καὶ τῆ Ἀντιδώρου ἡ μεταλήψεως, ληφιζόμεθα. Balf. resp. ad Marc. interrog. 16. Hinc in D. Chrysostomi lyturgiâ legimus, post hujus distributionem populum à Sacerdote protinus dimitti, dicitur enim, μετὰ τὴν εὐχὴν ἐξέρχεται ὁ ἱερεὺς, καὶ στὰς ἐν τῇ σωτῆρι φάτνῃ, δίδωσι τὸ Ἀντίδωρον, εἶτα πάσι ἀπόλυσιν. Enimverò cum Eucharistia fuit celebranda, panes à fidelibus offerri solenne fuit: Ex iis quantum fidelibus tunc temporis communicaturis sufficeret, à Sacerdote consecratum est, & iis impertitum; quod reliquum est, post celebrata mysteria, inter eos distributum fuit, qui ipsi sacrorum mysteriorum participationi non sunt parati; quod propterea Ἀντίδωρον, ut sacrorum donorum loco datum, appellatur. Panes autem isti etiam ἄρτοι τῆς εὐλογίας dicti sunt à Socrate Hist. Eccles. lib. 6. c. 12. De veteri eorum ritu extat decretum Pii Papæ Romani (de cujus fide alii viderint) in hunc modum, *Ut de oblationibus, quæ offeruntur à populo, & consecrationibus, quæ supersunt, vel de panibus, quos deferunt fideles ad Ecclesiam, vel certè de suis Presbyter convenienter partes incisas habeat in vase nitido & convenienti, ut post missarum solennia, qui communicare non fuerint parati, Eulogias omni die dominico & in diebus festis exinde accipiant, & cum benedictione prius faciat.* Extat apud Bin. Concil. tom. 1. pag. 72. ed. Col. 1618. Nimirum non consecrati sunt hi panes, sed tantùm cum benedictione inter populos distributi. Unde & Monachi in pœnis existentes participes eorum esse possunt; ut ex Nicephori Confessoris canonibus patet, ubi dicitur, τοὺς ὄντας ἐν ἐπιτιμίοις μοναχοὺς χρὴ συνεσθίειν καὶ συνδειπνεῖν μετέχειν τῆς καὶ εὐλογίας, ἤγουν κατακλασθοῦ, ἅμα τῷ αὐθεντικῷ ὁμολογήσει. In Jur. Gr. Rom. lib. 3. pag. 196. De hoc pane etiam, ut à Catechumenis accepto, D. Augustinus meminisse videtur, ubi ait, *Nam & Catechumenos, secundùm quendam modum suum, per signum Christi & orationem manûs impositionis puto sanctificari: Et quod accipiunt, quamvis non sit corpus Christi; sanctum est tamen, & sanctius quàm cibi, quibus alimur.* Aug. de peccatorum meritis & remiss. lib. 2. cap. 26. Dicitur etiam θεῖος ἄρτος à Georgio Pachymere, dicente, μεταλήψεις θείου ἄρτου, ὃν Ἀντίδωρον λέγουσι. Pachym. hist. l. 5.

Καὶ εἶδον διὰ τυπικοφορησωίλου. Legendum cum codice Amerbachiano, καὶ τὸ ἐκκλίνειν τῶν κοινωνίαν εἶδον διὰ τυπικοφορησωίλου. *Et declinationem à communione, velut ab animi demissione profectam.*

## In Can. III.

Ετέρα ἑρμηνεία. Hanc alteram Balsamonis interpretationem MS. nostro Bodleiano debemus. Verùm Gentianus Hervetus eam tanquam appendicem ad priorem interpretationem ex codice Tiliano Latinè vertit: sed in MS. Amerbachiano tota desideratur.

## In Can. IV.

Ει τις ἐπίσκοπος. Hic cum sequenti, sive quinto hujus Concilii canone, à Concilio Chalcedonensi in causâ Caroſi & Dorothei verbatim recitatur, sub nominibus octogesimi tertii & octogesimi quarti canonis, non hujus Concilii, sed codicis è quo lectus est. Synodus enim dicebat, Οἱ θεῖοι καὶ πατέρων κανόνες ἀναγινωσκέσθωσαν, καὶ ἐμφορείσθωσαν τῶν ἐντεύθεν. Deinde sequitur, Καὶ λαῶν τὸν βίβλον Ἀκτῶν Ἀρχελαΐκων καὶ Πεμπτικῆς τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ἀνέγνω. Κανὼν πγ'. Εἴ τις ἐπίσκοπος ὑπὸ συνόδου καθαιρεθεὶς, ἢ φυσιοῦτο. &c. & recitato præsenti canone addit, Περὶ ὧν ἑαυτὸς ἀφορίζοντων. Κανὼν πδ'. Εἴ τις φυσιοῦτο ἢ διάκονος, & deinceps, totidem verbis, quibus proximus huic canon concipitur. Concil. Chalced. Act. 4. pag. 242. edit. Colon. an. 1618. Unde perspicuum redditur & indubitatum hos præsentis Concilii canones in codicem canonum ab Aetio tunc temporis lectum relatos fuisse; qui quidem similis fuit codici canonum Ecclesiæ universæ, quem Christophorus Justellus edidit; quemque Dionysius Exiguus Latinè vertit. Namque in utroque eorum, à Concilio Nicæno incipiente, præsens sanè octogesimus tertius, & sequens, octogesimus quartus, quemadmodum & in Concilio Chalcedonensi, canon numeratur. Nisi quòd Dionysius Exiguus quartum & quintum Syn. Ancyr. canonem in unum conjungat. Quinetiam in Actione undecimâ ejusdem Chalcedonensis Concilii, decimus sextus & decimus septimus præsentis Synodi canon ex eodem codice leguntur, sub nomine nonagesimi quinti & nonagesimi sexti canonis; quo etiam ordine in supradictis codicibus etiamnum reperiuntur. Quod ad præsentem denique canonem spectat, is à Concilio Aquisgranensi anno D. 816. habito, ex versione Dionysiana citatur & renovatur.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

## In Can. VIII.

Τοτε ἡ ἀπλώσας χωρεπισκόπους. Harmenopulus totum hunc canonem in hanc Epitomen redegit, *χωρεπίσκοπος κανονικὰς ἐπιστολὰς δίδοτω*, *Chorepiscopus canonicas Epistolas dato.* cui duplex scholium subjicitur; Primum quidem, *χωρεπίσκοποι οἱ νῦν λεγόμενοι ἔξαρχοι, εἴτε παροικίαν εἰσὶν, εἴτε μητροπόλιτου, Chorepiscopi sunt, qui nunc vocantur Exarchi, sive ad Patriarcham pertineant, sive ad metropolitanum.* Alterum autem sic se habet, ὁ ἡ ιδ'. τῆς ζ'. ὑδὲ ἀναγνώσας χειροτονεῖν δίδωσιν, εἰ μὴ κατ' ἐπιτροπὴν ἐπισκόπου, *Canon verò* XIV. *Synodi 7. neque lectores ut ordinet* [*Chorepiscopo*] *concedit; nisi permissu Episcopi.* Harmenop. epit. can. sect. 1. tit. 9.

## In Can. IX.

Κατὰ ἡ ἀρχαιότερον κρατήσαντα κανόνα. Summo contra canones Apostolicos præjudicio laboret necesse est, qui non agnoscet tricesimum quartum ex iis hîc indigitari. Namque in eo idem omnino, & iisdem ferè verbis, quòd in præsenti canone constituitur: adeo ut hîc, prout rectè observat Zonaras, καὶ πάλιν ἔστιναι ἐκείνῳ ἐν ἅπαν συμφωνεῖ. Neque sanè alius ullus ante hanc Synodum definitus proferatur canon, qui ita in omnibus huic convenit. Fateor equidem eum, quem Patres Antiocheni hoc canone vocant ἡ ἐν τῇ μητροπόλει ἀρχιερέων διάταξιν, in dicto Apostolico simpliciter appellari, ἡ ἐν αὐτῇς ἀρχὴν. Hoc autem summam istorum Apostolicorum canonum antiquitatem egregiè evincit; utpote qui istis temporibus editi fuerunt, quibus Metropolitanorum nomen nondum introductum est. Vix unquam enim primo & secundo seculo usurpatum invenias: sed metropolis tunc dierum *prima cathedra*, & Metropolitani, *primi Episcopi* appellabantur. At post hanc Synodum Metropolitanorum nomen passim invaluisse, neminem latet. Ac proinde si Apostolici illi canones post hoc Concilium Antiochiæ habitum editi fuissent (ut nonnullis visum est) non primus Episcopus sed Metropolitanus vel ὁ ἐν τῇ μητροπόλει Episcopus ille dictus esset, qui aliis Episcopis præest. Cùm Patres itaque hoc in loco decernant, Episcopos nihil magni momenti agere sine metropolitano, sed eum alios honore præcedere, τῇ τιμῇ ἀρχηγεῖσθαι αὐτὸν, μηδὲν τι πράττειν ἄνευ τῆς τοιαύτης τοὺς λοιποὺς ἐπισκόπους ἀνὰ ἀυτῆ, idque ut aiunt, καὶ ἡ ἀρχαιότερον κρατήσαντα ἐν τῇ πατέρων ἡμῶν κανόνα, antiquior hic canon ab iis citatus alius haud dubiè non fuit, quàm dictus Apostolicus, quo præcipitur, primum Episcopum ἡγεῖσθαι ὡς κεφαλῆς καὶ μηδὲν τι πράττειν ἄνευ τῆς ἐκείνου γνώμης.

Χώρας τὰς ὑπὸ τῷ ἑαυτῆ πόλιν. Hinc constat urbes, quibus Episcopi præfuerunt, *χώρας regiones* suas sibi annexas habuisse. Hujusmodi *χώραν* sibi subjectam habuit olim Byzantium, quæ una cum urbe dirutâ à Severo Imperatore Perinthiis adjudicata est, ut ait Xiphilinus de eodem loquens, τῷ πόλιν τε καὶ τῷ χώραν αὐτῆς Περινθίοις ἐχαρίσατο. Tota autem regio ad urbem aliquam pertinens Territorium ejus à Jurisconsultis dicitur. Unde in Pandectis legimus, *Territorium est universitas agrorum intra fines cujusque civitatis: quod ab eo dictum quidam aiunt, quod magistratus ejus loci intra eos fines terrendi, id est, summovendi jus habet.* sect. 8. l. 239. ff. de verbor. significat. Et quidem, ut magistratus in civilibus, sic Episcopus in Ecclesiasticis negotiis, non solum intra ipsa urbis mœnia, sed & intra totam ejus regionem sive territorium, potestatem suam exercuit. Et cum *χώρα* hæc nonnullis urbibus amplior esset, quàm ut ab uno civitatis Episcopo administrari potuerit, is nonnunquam alium sub se Episcopum, *χωρεπίσκοπον* exinde vocatum, ibidem constitutum habere solitus est, qui in remotioribus ab urbe locis, ipsius urbis Episcopi permissione, Episcopalia munera obire potuit: ut alibi fusiùs docuimus.

## In Can. X.

Εἰ καὶ χειροθεσίαν εἶεν διακόνου εἰληφότες. De his verbis mentionem fecimus in annotationibus ad decimum tertium canonem Synodi Ancyranæ, ubi de Chorepiscopis egimus. Hîc insuper observes omnes alios Græcos codices præter Bodleianum pro διακόνου rectiùs legere ἀναγνώστου. Sic etiam legit Joannes Antiochenus in collect. canonum, tit. 21. Dionysius Exiguus etiam vertit, *quamvis manûs impositionem Episcoporum perceperint.* Sed Isidorus Mercator juxta nostrum codicem vertit, *Etiamsi Episcopi ordinationem, manumve impositionem acceperint.* Ubi rectè quidem interpretatur *Episcopi ordinationem*, neque enim aliud intelligi potest per *χειροθεσίαν ἐπισκόπου* vel etiam διακόνου, quam hîc accepisse dicuntur Chorepiscopi, quàm Episcopalem ordinationem, sive *χειροτονίαν* illam, quâ Episcopus creari solet. Decernunt enim hoc loco Patres, ut Chorepiscopi nihil magni momenti faciant, non Presbyterum nec Diaconum ordinent, absque urbis Episcopo, cui regio ipsorum subjicitur, idque etiamsi *χειροθεσίαν ἢ διακόνου* acceperint: quæ quidem verba superflua essent, nisi Episcopalem ordinationem indigitarent. Si enim istiusmodi tantùm *χειροθεσίαν* hîc intelligamus, quâ Presbyter ordinatur, sensus perturbatus vel potius nullus erit. Huc enim, qualis qualis est, recederet, *Etiamsi Chorepiscopi sint Presbyteri, tamen Presbyteros ordinare non debent*, quo nihil absurdius dici potest; cùm nemini unquam, istis præsertim diebus, in mentem venerit, Presbyteri ordinationem alios ordinandi Presbyteros potestatem dare. Adeo ut per *χειροθεσίαν ἐπισκόπου* hoc in loco Episcopalis ordinatio intelligatur, necesse sit: quo sensu, canon clarissimus evadit; nimirùm quòd etiamsi Chorepiscopi Episcopalem susceperint ordinationem, & sic revera Episcopi fuerint, nihilominus Presbyteros aut Diaconos non ordinabunt, neque Episcopalem istam potestatem susceptam exercebunt, in majoribus præsertim negotiis, nisi in quantum Episcopus urbis, in cujus *χώρα* sive regione constituti sunt, iis permiserit. Adhæc, hanc genuinam esse canonis mentem è sequentibus etiam verbis perspicuum est, ubi dicitur quod etiamsi Chorepiscopi *χειροθεσίαν ἐπισκόπου* acceperint, tamen visum est sanctæ Synodo, ut suum modum sciant, & subjectas sibi Ecclesias administrent, earumque curâ & sollicitudine gerendâ contenti sint, δόξει τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ εἰδέναι τὰ ἑαυτῆ μέτρα, καὶ διοικεῖν τὰς ὑπηκοούσας αὐτῆς ἐκκλησίας, καὶ τῇ τούτων ἀρκεῖσθαι φροντίδι καὶ κηδεμονίᾳ. Hinc enim constat eos talem habuisse ordinationem, quâ subjectas sibi Ecclesias habere & administrare, & earum curam atque sollicitudinem gerere potuerunt; quod quidem de Presbyteris dici nequit: quis enim eos ὑπηκοούσας αὐτῆς ἐκκλησίας διοικεῖν in antiquitate uspiam legit? Vel à quonam unquam Concilio talis iis potestas indulta fuit? Vel si indulta fuerit quomodo Presbyteri ab Episcopis distinguantur? Verùm cùm Ecclesiarum administratio, ut inter omnes sanæ mentis convenit, Episcopis solis commissa sit, & tamen eadem etiam Chorepiscopis hîc concedatur, vel asseratur potiùs; nihil apertius esse potest, quàm ordines Episcopales iis collatos esse. Neque sanè facile est invenire quo jure quave ratione *χωρεπίσκοποι* nominati sunt, si tantum Presbyteri, & non reverâ Episcopi fuerint. Sed vide quæ de hâc re loco supra citato pluribus commentati sumus.

Ἀναγνώστας. Lectorum, quorum constituendi potestas Chorepiscopis hîc conceditur, officium fuit, Evangelio & scripta Apostolorum publicè in Ecclesiâ legere, idque ab altiori loco, ipsius etiam D. Cypriani diebus, ut ipse his verbis innuit, *Hos tamen Lectores interim constitutos sciatis, quia oportebat lucernam super candelabrum poni, unde omnibus luceat, & glorioso vultus in loco altiore constituti, ut ab omni populo circumstante conspecti incitamentum gloriæ videntibus præbeant.* Cyprian. Epist. 34. ad Presbyt. & Diacon. Nonnunquam etiam Verbum Dei prædicârunt. Ælfricus enim Lectorem sic describit, Lector is hæbbe hnæt on gobes cýpcan ⁊ bi-þæpto gehabob ⁊ ne vobige gobes popb *Lector is est, qui legit in Ecclesiâ Dei, ad hoc etiam ordinatus, ut verbum Dei prædicet.* Ælfric. ad Wolfin. can. 12. Hos etiam Tertulliani diebus in Ecclesiâ constitutos fuisse, ex his ipsius verbis constat, *Itaque alius hodiè Episcopus, cras alius; hodiè Diaconus, qui cras Lector: hodie Presbyter, qui cras Laïcus.* Tertull. de præscript. adv. hær. c. 41. ut horum in Apostolicis canonibus mentionem fieri mirum nemini videatur.

Ὑποδιάκονος. Hypodiaconum Ælfricus sic describit, Subdiacon is ſoplice underdiacon ge þe þapata býnþ popþ to þam diacone. ⁊ mid eadmodnyſſe þenaþ under þam diacone. æt þæm halgan mid þam huſel paſum. *Subdiaconus, verè underdeacon, is est, qui Diacono vasa porrigit, & omni cum humilitate ad sanctum altare eidem famulatur, vasa subministrans ad Sacramentum Corporis Domini nostri pertinentia.* Ælfric. ad Wolfin. can. 15. Hos etiam ad Ecclesiæ fores stare, nec ab iis recedere oportet, cùm sacra celebrantur, Syn. Laod. can. 22. cavere nimirum, ne quis indignus ingrediatur, & catechumenos expellere, cum Diaconus pronunciavit, Catechumeni

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Catechumeni egredimini. Simeon Theſſalonicenſis, Φυλάσσει μὲν ὁ ἀποδιδόμενος τὰς πύλας τῆς ἐκκλησίας, ἵνα μήτε ἀφ' ἑαυτοῦ ἀναξίων ἔνδον εἰσέλθῃ τοῦ βήματος, & paucis interjectis, τὸν κατηχούμενον ἐξωθεῖ καὶ κωλύει, ὅτι φησὶν ὁ διάκονος, οἱ κατηχούμενοι ἀφέλθετε. & infra, Διὸ καὶ μὴ τοὺς διακόνους ἐκ τῶν ἱερῶν πυλῶν ἐν πάσῃ ἱερουργίᾳ, ὅτε χρὴ ἀκροατηρίων τῷ ἀρχιερεῖ ἀφορίζεσθαι. Sym. Theſſal. de Sacram. Hoc D. Cypriani diebus conſtitutos eſſe, ex his ipſius verbis palam eſt, *Feciſſe me autem ſciatis Lectorem Saturum, & Hypodiaconatum Optatum Confeſſorem.* Cyprian. epiſt. 24. ad Clerum.

Ἐξορκιστάς. In primitivâ Eccleſiâ, primo præſertim & ſecundo poſt Domini noſtri Incarnationem ſeculo, nihil frequentius fuit, quàm quoſlibet ferè Chriſtianos, in Chriſtum verè credentes, dæmones ex corporibus hominum correptis exorciſmis quibuſdam expellere; ut non modo Cyprianus, ſed & Tertullianus, aliique vetuſtiſſimi Scriptores Chriſtiani multis in locis tradiderunt. Imo quidem Cypriani diebus peculiare quorundam officium fuiſſe videtur; quippe qui ait, *Quod hodiè etiam geritur, ut per exorciſtas voce humanâ & poteſtate divinâ flagelletur & uratur & torqueatur Diabolus.* Cyprian. Epiſt. 76. ad Magnum. Sed Concilium Laodicenum diſertè edixit, ut nemo exorciſet, niſi qui in iſto munere ab Epiſcopo conſtitutus fuerit, ὅτι οὐ δεῖ ἐφορκίζειν τοὺς μὴ προχειρισθέντας ὑπὸ ἐπισκόπου μήτε ἐν ταῖς ἐκκλησίαις μήτε ἐν ταῖς οἰκίαις. Syn. Laod. can. 26. Ælfricus exorciſtam ſic definit, Exorcista ys on enzlice ze ðe mid aðe halgað þa apprzeban zaſtaſ ðe pillað men ðpeccan. þuph ðæſ almihtizan naman þ hi ða men poplæton, *Exorciſta Anglicè idem eſt, qui malignos ſpiritus homines cruciantes omnipotentis Dei nomine prodire ex eiſdem adjurando cogit.* Ælfric. ad Wolfin. can. 13. Harmenopulus autem Exorciſtas hoc in loco eoſdem eſſe atque Catechiſtas aſſerit; ſenſum enim præſentis canonis his verbis concipit, Χωρεπίσκοπος χωρὶς ἐπιτροπῆς ἐπισκόπου προσβύτερον ἢ διάκονον μὴ χειροτονείτω· ἀναγνώστας δέ, ψαλτωδοὺς, καὶ ἐξορκιστὰς, ἤτοι κατηχητὰς χειροτονείτω· ὁ δὲ ἀθετῶν ἀπέστω. *Chorepiſcopus abſque permiſſu Epiſcopi Presbyterum aut Diaconum ne ordinet: Lectores autem, Subdiaconos, & Exorciſtas, ſive Catechiſtas ordinet. Qui aliter fecerit, gradu excidat.* Harmenop. epit. can. ſect. 1. tit. 9. Sic etiam Balſamon in præſentem canonem ait, ἐφορκιστὰς ἤτοι κατηχητάς. Et in Syn. Laod. can. 26. dicit, Ἐξήτηταί μοι ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης ἐφορκιστὴν, ἢ ἔτι δὲ καὶ κελεύει κατηχεῖσθαι, κἂν μὴ πρεσβύτερος ἢ διάκονος. Unde Exorciſtarum munus in Eccleſiâ Orientali nullum aliud tunc dierum fuiſſe, quàm rudiores præceptis Chriſtianis inſtituere, palam eſt.

## In Can. XI.

Ἐπεὶ δέ τινες. Hæc uſque ad finem hujus Balſamonis interpretationis ex MS. Bodleiano ſupplevimus: ſed extant etiam in Amerbachiano; necnon in Tiliano; nam Gentianus Hervetus ea latinè vertit.

Τὸν δὲ ὁρμίσαντα χωρὶς γνώμης. Hæc & ſequentia Zonaræ verba Codex Amerbachianus pleniùs ſic legit, ὁ δὲ ὁρμίσαντα χωρὶς γνώμης καὶ γραμμάτων μητροπολίτου καὶ τῶν ἐπισκόπων ἀπολιθὼν ἐκ βασιλέα, ἐκπίπτειν τῆς ἀξίας αὐτὸν ἤτοι καθαιρεῖσθαι.

## In Can. XII.

Ἡ καὶ ἐπίκοπος ἐὰν φωλάσῃ. Cautum eſt hoc canone, ut ſi Epiſcopus à Synodo depoſitus fuerit, ille Imperatori moleſtiam non exhibeat; ſed ad majorem appellet Epiſcoporum Synodum, & eorum examinationem & judicium ſuſcipiat: aliter nullam futuræ reſtitutionis ſpem expectet. Hinc cùm D. Chryſoſtomus à Synodo ad Quercum habitâ depoſitus fuiſſet, & ab Imperatore in exilium miſſus, poſtea autem ab eodem Conſtantinopolim revocatus, & in ſede ſuâ collocatus eſt, hoc adverſarii ejus vitio ei vertebant, quod à Synodo depoſitus, abſque Synodali autoritate thronum ſuum invaſiſſet. ὅτι μὴ πρὸ τοῦ κριθείσης, μὴ ψηφισαμένης τῆς συνόδου αὐτῷ, εἰς τὸν θρόνον ἐπανήλθεν. Socrat. Hiſt. Eccl. lib. VI. cap. 18. Hoc autem contra illum aliter objicere non poterant, quàm ex præſenti canone, utpote quo ſolo illud prohibetur. Verùm ad hanc accuſationem Chryſoſtomus dupliciter reſpondit. Primò quidem ſexaginta quinque Epiſcopos, qui ipſi communicaverant, reſtitutionem ipſius decreviſſe, ὡς ἑξηκοντα-πέντε ἐπίσκοποι κοινωνήσαντες αὐτῷ ἀφέντα. Sed excipiebant adverſarii eum à pluribus depoſitum fuiſſe; οἱ περὶ Λεόντιον ἀντιπεῖπον, ἀλλὰ πλείους ὑπὸ Ἰωάννου κατακριθέντα εἶναι ἐν τῇ συνόδῳ. Urgebant nimirum canonem hunc ab illo violatum eſſe, etiamſi à Synodo reſtitutus fuiſſet; ſiquidem Synodus, à qua reſtitutus, minor fuit eâ, à quâ depoſitus eſt. Canon enim exigit, ut ἐπὶ μείζονα σύνοδον συνόδου provocetur. Unde conſtat eum canonis hujus autoritatem hucuſque agnoviſſe, ut ei ſe ſatisfeciſſe contenderit. Et quidem huic cum operam dediſſe, ex eo palam eſt, quòd ab exilio revocatus, negabat ſe urbem ingreſſurum, niſi prius in majore Synodo innocentiam ſuam probâſſet. Ἐπὶ δὲ ἀναιτιάτοις Ἰωάννου, ὑπ' ἀφίησιν εἰς τὸν πάλιν εἰσελθεῖν ἀφορίζοντος, ἢ ἐν μείζονι διαιτᾶσθαι σύνοδον. ibid. cap. 16. Nulla enim ratio erat, quare majorem expectaret Synodum, niſi quod præſentem aliter canonem violaret. Cùm hoc autem primum reſponſum ab adverſariis eluderetur; addit ſecundo canonem, quo eum premerent, non à Catholicis, ſed Arianis conditum fuiſſe, idque Antiochiæ, ubi Epiſcopi quidam ad evertendam conſubſtantialis fidem congregati, præ odio, quo adverſus Athanaſium flagrabant, iſtum canonem ediderant. Ἐπὶ δὲ πάλιν ὁ Ἰωάννης ἐκ κανόνα τίθησι, ὃ ἐκ αὐτῆς ἐκκλησίας, ἀλλὰ τῆς Ἀρειανῶν δῆθεν ἔλεγε· εἰ γὰρ ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ συνελθόντες ὅδε τῇ καθαιρέσει ἐκ ὁμοουσίου πίστεως, ἀπηχθείᾳ τῇ πρὸς Ἀθανάσιον ἐκ κανόνα ἐξέθεντο. ib. cap. 18. ut nihil dubii eſſe poſſit, quin canon ei objectus hic ipſe fuerit, quem ſub manibus habemus. Adeo ut ſatis mirari nequeam, quare hoc ab ullis negaretur. De autoritate hujus & reliquorum hujus Concilii canonum, & utrum à Catholicis aut Arianis editi fuerint, antè diſſeruimus. Hinc inſuper obſervatum velim, hanc ultimam etiam Chryſoſtomi defenſionem repudiatam fuiſſe, ipſumque eâ non obſtante condemnatum. Μὲ προσεδέξαντο τὴν ἀπολογίαν, κατεψηφίσαντο. Ibid. Unde colligere eſt, hos canones à Synodo Antiochenâ in Encæniis conſtitutos, communi tunc dierum in uſu fuiſſe, & ſummæ etiam in Eccleſiâ autoritatis; cùm contra ipſum etiam Archiepiſcopum Conſtantinopolitanum proferrentur; etiamſi a Provinciali tantùm Synodo, atque in aliâ etiam diœceſi, ſancti fuiſſent. Hoc enim Chryſoſtomus contra eos non excipiebat; quod procul omni dubio feciſſet, niſi quòd hi canones univerſalem tunc dierum autoritatem habere cenſerentur, etiamſi à particulari Synodo conſtituti fuiſſent.

## In Can. XVI.

Εἴ τις ἐπίσκοπος χειροτονεῖται. Hic una cum ſequenti canone à Leontio Epiſcopo in Concilio Chalcedonenſi ex codice canonum recitatus eſt, quo hic quidem nonageſimus quintus, ſequens nonageſimus ſextus, juxta ordinem nimirum canonum in iſto codice obſervatum, dicitur. Concil. Chalced. Act. 11. pag. 301. 302. edit. Col. an. D. 1618. Ubi etiam vi horum canonum Baſſianus & Stephanus Epiſcopatu Epheſi pulſi ſunt, dignitate tantùm, ſive honore, communione & neceſſariis ad vitam ſuſtentandam iis conceſſis. Porro Harmenopuli præſentis canonis epitome ſic ſe habet, Καὶ χειροτονεῖται ἐπίσκοπος, εἰ μήτε πλείας συνόδου (πλείας δὲ ἔστιν, ὅταν καὶ ὁ μητροπολίτης παρῇ) δεῖ χειροτονεῖσθαι ἐκκλησίαν ἐπιποθοῦσαν, κἂν ὁ τῆς πόλεως ἐκείνης λαὸς ἐναντιῶται. *Etiam vacans Epiſcopus, ſi abſque integrâ Synodo (integra autem eſt, quum & Metropolitanus adeſt) in Eccleſiam vacantem inſilierit, licet ita civitatis illius populus voluerit, rejiculus eſt.* In quam Epitomen Scholiaſtes hæc habet, Ἡ συνοδικὴ ἡ τοῦ πατριάρχου Μιχαὴλ διάγνωσις συγχωρεῖ καὶ μεταθέσεις ἐπισκόπων γίνεσθαι, γνώμῃ τοῦ πρωτοθρόνου αὐτοῦ, χειρὸς κατεπιγούσης πρὸς τὸ λυσιτελέστερον, καὶ κατ' ἐπίδοσιν ἐπιτόπου καὶ ἐπίσκεψιν ἐπιτηδείως δίδοσθαι ἐξουσίαν τοῦ πρωτοθρόνου ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ αὐτοῦ, ἐν ᾗ καὶ πάσῃ ἐπαρχίᾳ αὐτὸς τὸν διεξαγωγὴν ἔχει ἐν τοῖς ἀρχιερατικοῖς ἅπασιν ἐπιτίμοις, ὅσα καὶ γνήσιος ἀρχιερεὺς αὐτός· πλὴν τῶν ἐν τῷ ἱερῷ θρόνῳ ἱδρυμένων. *Synodica Patriarchæ Michaelis ſententia permittit & tranſlationes Epiſcoporum fieri, de judicio illius, qui primus inter eos eſt, uſu ſic poſcente ad majorem utilitatem. Item Epiſcopo concedi & Epiſcopatum alterum inſuper à primate in territorio ipſius, in quo & omnibus ejus finibus omnia Pontificalia jura exercebit, quæcunque germanus eorum Pontifex exercet; excepto, quod in ſacro Synthrono non collocetur.* Harmenop. epit. can. ſect. 1. tit. 4.

Παλλάδιος ἐπισζητᾶται. Hæc uſque ad finem hujus Balſamonis in hunc canonem interpretationis MS. noſtro Bodleiano accepta referas: neque enim in Pariſienſi editione extant; niſi quòd in ſupplemento Latina eorum verſio à Gentiano Herveto elaborata habeatur. Sed in Amerbachiano codice, non ſecus atque in noſtro, leguntur.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

## In Can. XVIII.

Εἴ τις χειροτονηθείς. Præter ea quæ Balsamon & Zonaras in hunc canonem scripserunt, in codice Amerbachiano hoc scholion habetur, ὅτι ὁ τῆς Χαλκηδόνος Ἰωάννης πατριάρχης ὢν ὅτε κγ'. ἐνιαυτοὺς ϖρὸ τῆς Κομνηνῶ χυρῶ Ἀλεξίῳ τῷ βασιλέως ϖροχληθεὶς ἔϑετο, ζήτησις γέγονε ϖερὶ τοῦ εἰ δεῖ ὁ Ἀντιοχείας πατριάρχῃν Ἰωάννην ὁ ἀπελθόντα ὅτε κη'. ἔτεσιν ὄντα Ἀντιοχείας, μὴ ἀπελθόντα ἢ ἐκεῖσε διὰ τὸ ὑπὸ τῆ Φράγγων κρατεῖσθαι τὴν Ἀντιόχειαν, λοιπεῖσθαι ϑελάζοντα, κ) εἰς τ θρόνον τ Κωνσταντινουπόλεως ἀναχϑῆναι. ἀλλ' ὐκ ἐνεάϑη ϑελάζων, ὡς χειροτονίας κ) ϕήφου μυρίας ϖαρεπάδων ὑπ' ὢν αὐτὸν μητροπόλεων, κ) ἐνιδρυϑῆναι ὐκ ὤφελεν. γέγονε ἢ πατριάρχης ὁ μέγας οἰκονόμος τ μεγάλης ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως, ϖρὸ πάσης τῆς ἐκκλησίας ζητηϑείς, κ) ϖροχρισθεὶς ϖρὸ τῆ βασιλέως χυροῦ Ἰωάννου τῆ Κομνηνῶ μηνὶ μαΐῳ ἰνδικτιῶνος ιβ'. ἔτους ϛχμϛ. *Quando Joannes Calchedonius Patriarcha à Domino Alexio Comneno Imperatore promotus, annos 23. sedebat, mota est quæstio, utrum Joannem Antiochenum Patriarcham, qui ad thronum Antiochenum 28. annos electus fuerat, sed illuc proficisci non potuit, propterea quod Antiochia à Francis tenebatur, vacantem haberi oportuerit, & ad thronum Constantinopolitanum promoveri: Verum non judicatus est vacans, ut qui innumeras in metropoles sibi subjectas electiones & ordinationes fecerat; etiamsi nondum in throno collocatus fuerit. Factus est autem Patriarcha magnus Oeconomus magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanorum, ab universâ Ecclesiâ quæsitus, & ab Imperatore Domino Joanne Comneno electus mense Maio, indictione 12. an. 6642.*

## In Can. XXIII.

Ἐπισκόπῳ μὲ ἐξεῖναι ἀντ' αὐτῆ καθιζῶν ἕτερον. Ante celebratam hanc Synodum Narcissus Hierosolymorum Episcopus, senio jam confectus, Alexandrum sibi adjutorem in eodem Episcopatu constituit; sed divinitus per somnium prius admonitus; ut testatur Eusebius, qui de Narcisso loquens, ait, Καὶ διὰ μακρῦ οἵοτε ὄντ@ λειτουργεῖν διὰ λιπαρῆν γῆρας, τ εἰρημένον Ἀλέξανδρον ὀθόνιον ἑτέρας ϖαρεχόντα ϖαροικίας οἰκονομίᾳ Θεῖῳ ὀθνεῖ τῷ ἅμα τῷ Ναρκίσσου λειτουργίαν ϖάλαι, κ) ὕπνῳ νύκτωρ αὐτῷ δι' ὀφθαλμ@ ϕανῆναι. Euseb. Hist. Eccles. lib. 6. cap. 11. Sic etiam Theotecnus Cæsareæ Palæstinæ Episcopus Anatolium, non modo coadjutorem, sed & successorem sibi creavit; ut idem Eusebius de Anatolio verba faciens, scribit, τούτῳ ϖερὶ@ ὁ τῆς Παλαιστίνων Καισαρείας ὀθνεῖος Θεότεκνος χεῖρας εἰς ἐπισκοπὴν ὀθνεῖ ϑέσϑαι, διαδοχὴν ἑαυτῆ ϖαρὰ τελευτῆ ϖειϑῆναι τῇ ἰδίᾳ ϖερισίᾳ ϖερυόμενος κ) διὰ ὀθνεῖ σημείου ϖινα χρόνον ἄμφω τῆς αὐτῆς ϖερῆσαν ἐκκλησίας. Id. lib. 6. cap. 32. Hoc autem à præsenti canone prohibetur. Sed & post editum hunc canonem plurima in contrarium Exempla passim occurrunt. Ut alia omittam Severus in Milevitanâ Ecclesiâ *successorem sibi designavit*; ut ait B. Augustinus epist. 110. Quinetiam ipse ille Augustinus ordinatus est Episcopus Hipponensis à Valerio adhuc superstite; & ipse postea Eradium sibi successorem designavit, ut ibidem testatus est. Sed quod observandum est, omnes hæ electiones cleri populique suffragiis comprobatæ sunt; quæ etiam, quantum ad eam, quam ipse fecerat, per notarios D. Augustinus excipi voluit.

Εἰ δὲ χειροτονήσῃ. Hunc Zonaræ locum codex Gallandi rectiùs sic legit, εἰ δὲ χειροτονήσῃ, ἀναγὸν τι τῶν χειροτονίαν ϖοῆσαι. Et quidem vox ϖοῆσαι sensui summè necessaria est: sed & in codice Amerbachiano desideratur.

## In Can. XXV.

Τοῦτον ἐνδωσίας ϖαρέχειν τῇ συνόδῳ τῆς ἐπαρχίας. Vetus interpres reddit *subjacere Synodo Provinciæ*, Isidorus Mercator, *Is det Synodo Provinciæ rationem*. Dionysius Exiguus, *Synodo Provinciæ pœnas iste persolvet*. Et quidem ἐνδωσίας διδόναι, vel ἐνδωσίας ϖαρέχειν, *rationes susceptæ administrationis dare* sæpe significat: quo sensu Demosthenes ait, κἂν διδῶσί τιν ἐνδωσίας. Dem. de falsâ legat. Sic & ἐνδωσίας διδόναι nonnunquam est *pœnas dare*: utrovis sensu hìc exponatur. Nam mens canonis huc redit; quòd si Episcopus, cujus incuriâ Ecclesia in bonis suis detrimentum ceperit, Provinciæ Synodo rationem ita reddet, ut si convictus fuerit, pœnas dabit. Quo sensu Alexius Patriarcha Constantinopolitanus hunc canonem intellexit, in Synodicâ Epistolâ hæc habens, Καὶ ϕερητικὰς ὁμοίως ϖρὸς τὴν μητροπολιτῶν διδῶναι, τὰς ὀφειλούσας ἀπαιτεῖν τι τῶν ϖροσόδων τὴν ἐκκλησιῶν ϖείϑειν, ἅμα τοῖς αὐτὴν ἐπισκόποις, κ) λόγους τῆς κατ' ἐνιαυτὸν εἰσπράττεσθαι διοικήσεως· κ) τὸ ϖερισσὸν τὴν ϖροσόδων, εἴ γε κ) ϖερισσὸς, τὸ μὴ ἐκ τὴν ζημίας αὐτῶν ἠνωμένον τῇ μητροπόλει, τούτῳ ὁλονότι ἀνταποδίδωσι· τὸ δ' ἐκ τὴν λοιπῶν σωτηρεῖν τῶν ἐκκλησίαν ἀκίνητον ϖάμπαν. ὅτι δὲ κανονικῆς ἔχονται ἀκριβείας τὰ ἐκεῖϑεν ἐξ αὐτὴν τ ϑείων κανόνων δείκνυται, Καὶ γὰ ὁ ε'. κ) κ'. τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου κανὼν τοῖς ἐπισκόποις τῶν ἐξουσίαν τ ἐκκλησιαστικῶν ἐπιτρέπων ϖραγμάτων, κωλύει μεταβάλλειν αὐτὰ εἰς ἰδίας χρείας, κ) οἰκείοις αὐτῶν συγγενέσι ϖαρέχειν, εἰς τὸ διὰ τούτου λελυϑότος βλάπτεσθαι τὸς λόγους τ ἐκκλησιῶν· διὸ κ) ὑπεύθυνοις τοῖς κατ' ἐπαρχίαν συνόδοις τϑεῖς, τὸ σφέτερον αὐτοὺς διαιμάζειν ἐπιτρέπει. *Adeoque Curatores similiter à Metropolitanis dentur, qui Ecclesiis omni adhibitâ sollicitudine cum Episcopis earum prospiciant; & administrationis annuas rationes exigant: quodque superfluum est ex reditibus, siquidem aliquid supereſt, partim iis ademptum, qui metropoli auctores accepti detrimenti sunt, eidem reddatur; reliquum Ecclesia nullâ innovatione factâ sibi servet. Quòd autem hæc à nobis ita definita consentanea sint accuratæ canonum menti, ex ipsis canonibus sacris constat. Nam quintus & vicesimus Synodi Antiochenæ canon, potestatem in res Ecclesiasticas Episcopis concedens, quo minus eas in usus suos convertant, cognatisque suis præbeant, ut hoc modo rationes Ecclesiarum tacitè detrimentum capiant, prohibet. Ideoque rationibus ad Synodos provinciales reddendis obnoxios faciens, decori explorandi curam iis injungit.* Jur. Græc. Rom. lib. 4. pag. 251.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

# GUILIELMI BEVEREGII
## ANNOTATIONES
# IN CANONES CONCILII
## LAODICENI.

Κανονες τ ἐν Λαοδικείᾳ. Hæc eſt inſcriptio Bodleiana; pro quâ in Pariſienſi Zonaræ editione habetur. Κανόνες τ ἐν Λαοδικείᾳ τῆς Παμφυλίας συνελθόντων σωβέδω πολλῶν ἐν αὐτῇ μακαρίων πατέρων συναχθέντων ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν τῆς Ασιανῆς. *Canones Synodi in Laodiceâ Phrygiæ, Pacatianæ urbe habitæ, in quâ multi beati Patres ex diverſis Aſianæ Provinciis congregati ſunt.* Sic etiam inſcribitur in codice Amerbachiano; niſi quod poſt Ασιανῆς in eo addatur, κανόνες ξ'. *Canones* 60. & pro Παμφυλίας, ibi pariter atque in noſtro codice, ſcribatur Καπατιανῆς: quæ voces in notitiâ imperii & Conciliis promiſcuè uſurpantur. Poſt inſcriptionem in impreſſis Balſamonis & Zonaræ codicibus, necnon in MS. Amerbachiano, ante primum canonem hæc leguntur, Η ἁγία συνοδος, ἡ κατ' Λαοδίκειαν τῆς Φρυγίας Παμφυλίας συγκροτηθεῖσα ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν τῆς Ασιανῆς, ὅρους ἐξέθετο ἐκκλησιαστικούς, ὡς ὑποτέτακται, quæ Dionyſius Exiguus Latinè ſic vertit, *Sancta Synodus, quæ apud Laodiceam Phrygiæ Pacatianæ convenit, ex diverſis regionibus Aſiæ, definitiones expoſuit Eccleſiaſticas, quæ ſubter annexæ ſunt.* De tempore, quo celebrata eſt hæc Synodus inter doctos non convenit. Baronius, & ex eo Binius, eam medio tempore inter Neocæſarienſem & Nicænam collocat. Hinc pleriſque perſuaſum eſt eam, ante primam illam univerſalem Synodum habitam fuiſſe. Verùm omnes rationes, vel conjecturæ potius, quibus iſta opinio nititur, à ſeptimo canone deſtruuntur, quippe quo Photiniani diſertè commemorantur, qui aliquot poſt Synodum Nicææ celebratam annis exorti ſunt. Neque enim Iſidoro Mercatori, Photinianos in iſtius canonis verſione omittenti, credendum eſt; cùm omnes codices Græci tam MSS. quàm impreſſi eos ut ibi damnatos exhibeant; Dionyſio etiam Exiguo iis ſuffragante. Huc etiam accedit, quòd in omnibus antiquis canonum collectionibus, ut Joannis Antiocheni, Dionyſii Exigui, Photii, aliiſque, Synodus hæc Laodicena poſt Antiochenam conſtanter collocatur: quem etiam Conciliorum ordinem in codice, quem Aetius & Leontius in Concilio Chalcedonenſi legerant, obſervatum eſſe, ex canonibus Antiochenis, quos citabant, manifeſtum eſt; utpote è quibus conſtat eundem canonum ordinem in iſto codice obtinuiſſe, qui in codice canonum Eccleſiæ univerſæ, & in Dionyſii Exigui verſione etiamnum obſervatur, ubi canones Laodiceni poſt Antiochenos ſtatuuntur; quod ſanè primi canonum collectores nunquam feciſſent, niſi pro certo & comperto habuiſſent Synodum Antiochenam ante Laodicenam habitam fuiſſe. Quanto autem tempore poſt Synodum iſtam Antiochenam, vel quoto Dom. anno celebrata fuit, vix certè definiri poteſt: ſed ſi conjecturis locus datur, quid nobis viſum eſt, paucis expediemus. Primò itaque ex omnibus inſcriptionibus horum canonum ſuper allatis conſtat, hanc Synodum in Phrygiâ Pacatianâ ex diverſis Aſiæ regionibus ſive Provinciis conflatam eſſe. Deinde æque certum eſt, nonnullos Valentiniano & Valente Imperantibus in Aſiâ & Phrygiâ doctrinam fidei in controverſiam vocâſſe, quod Synodo in Illyrico cogendæ occaſionem dedit, ut Theodoretus diſertè aſſerit his verbis, de Valentino loquens, Μαθὼν δέ τινας ἐν τῇ Ασίᾳ καὶ ἐν τῇ Φρυγίᾳ περὶ τῆς θείας ἀμφισβητοῦντας ἀξιώσεως, ἐν μέσῃ τῇ Ἰλλυρικῇ συνόδου γενομένης ἐψήφισαν ἀσεβεῖν. Theodor. Hiſt. Eccleſ. lib. 1 v. cap. 6. Synodo congregatâ, ipſi Imperatores literas miſerunt ad diœceſim Aſianam, ſic inſcriptas, Αὐτοκράτορες μείζονες, ἀνικητοὶ, Αὐγουστοὶ, Βαλεντινιανὸς, καὶ Οὐάλης, καὶ Γρατιανὸς ἐπισκόποις διοικήσεως Ασιανῆς, Φρυγίας, Καρσττρυγίας, Παμφυλίας, ἐν κυρίῳ χαίρειν. Ipſa etiam Synodus Synodicam ad eoſdem Epiſcopos Epiſtolam miſit, ſic inſcriptam, οἱ ἐπίκοποι τῆς Ἰλλυρικῆς τῆς ἐκκλησίας τῆ Θεῷ καὶ ἐπισκόποις διοικήσεως Ασιανῆς, Φρυγίας, καρσττρυγίας, παμφυλίας, ἐν κυρίῳ χαίρειν. Ibid. cap. 7. & 8. Cùm igitur hæ duæ Epiſtolæ ad Epiſcopos Aſiæ, Phrygiæ, Carophrygiæ, Pacatianæ, ſcriptæ fuerint, eos ex diverſis iſtis Aſianæ diœceſeos Provinciis, ad Synodum in Laodiceâ Phrygiæ metropoli conveniſſe veriſimile eſt, ut de rebus in iſtis Epiſtolis comprehenſis, de fide nimirum Conſubſtantiali in controverſiam à nonnullis tunc dierum vocatâ, inter ſe diſſererent, eamque confirmarent, prout in iſtis literis ab iis poſtulatum eſt. Suſpicor igitur hos canones à Synodo tunc temporis habitâ conſtitutos eſſe, hoc eſt, anno Dom. 365. Nam & iſto currente anno ſupradicta in Illyrico Synodus celebrata fuit. Huic conjecturæ aliquid accreſcit roboris ex ipsâ Synodicâ Epiſtolâ ad Epiſcopos Aſianos miſſâ, utpote in quâ Synodus illa Illyricana eos admonuit, ut iſtiuſmodi eligerentur Epiſcopi, qui probatâ fide & moribus inculpatis eſſent. Hoc enim & ab ipsâ hâc Synodo definitur, can. 12. Quod denique à nobis conjectum eſt, veriſimilius adhuc ex eo videtur, quòd nihil in Eccleſiaſticis hiſtoriis occurrit, Synodo ex diverſis Aſianæ diœceſeos Provinciis congregandæ occaſionem iſtis diebus præbens, præter literas illas ab Imperatoribus & Synodo Illyricianâ illuc miſſas: ut ſi non certum ſit, ſaltem probabile eſt, hanc Synodum illis diebus, hoc eſt, anno Dom. 365. plus minus, habitam fuiſſe; cujus propterea canones poſt Antiochenos meritò collocantur.

### In Can. I.

Νομιμοις συναφθέντας δευτέροις γάμοις. Frequens fit per totum hoc opus digamorum mentio & multi de illis conſtituti canones; ſed quinam illi fuerint, inter doctos diſceptetur. Chriſtophorus Juſtellus, J. C. in notis ad hunc canonem (qui in codice canonum Eccleſiæ univerſæ eſt centeſimus quintus) obſervat tres reperiri digamiæ ſpecies; quarum prima eſt, cùm quis binas ſimul habeat uxores, cujusmodi fuit digamia Barbarorum & Judæorum, quibus uxorum multitudinem permiſſam eſſe nemo neſcit. Hæc autem à Romanis legibus prohibita eſt, l. 2. c. de inceſtis & inutil. nuptiis. & alibi. Altera digamiæ ſpecies eſt, cùm quis ſoluto prioris conjugis morte matrimonio ſecundas nuptias contrahit; de quâ non ambigitur. Tertia, &, ut ille ait, vulgò ignota digamiæ ſpecies eſt, cùm quis priore conjuge abſque legitimo repudio, hoc eſt, præter cauſam adulterii dimiſſâ, alteram ſuperinducit. Planum quippe eſt, inquit, divortiorum cauſas, excepto adulterio, legibus ſeculi olim receptas, & ab Imperatoribus excogitatas, nunquam ab Eccleſiâ admiſſas fuiſſe. Atque ideo, qui legitimè, hoc eſt, ſecundùm legis humanæ licentiam divertebant, & ad alias nuptias tranſibant, judicio Eccleſiæ binas nuptias eodem tempore conſtitutas habere cenſebantur, unde & iis meritò canonica mulcta irrogabatur. Et de hujuſmodi itaque digamis, hac tertiâ digamiæ ſpecie conſtitutis, accipiendos eſſe affirmat canones, Concil. Nic. 8. Concil. Ancyr. can. 19. Concil. Neocæſar. 7. & præſentem. Verùm multa ſunt, quæ huic canonum de digamis loquentium expoſitioni refraganatur. Primò enim, ut ab ipſo canone incipiamus, Patres Laodiceni hîc præcipiunt, ut iſtis, qui ἐλευθέρως καὶ νομίμως *liberè & legitimè*, & non clam, ſecundis nuptiis impliciti ſunt, cùm exiguum tempus præterierit, & orationibus & jejuniis



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

vacaverint, communio detur: unde constat Patres istiusmodi hîc digamiam velle, quæ ἐλλιπέρως, καὶ νομίμως contrahi potest; at tertia illa digamiæ species legibus Ecclesiasticis nunquam admissa est, ut ipse etiam Justellus fatetur. Quomodo itaque Patres eam hoc loco νομίμως factam supponant, cùm legibus Ecclesiæ prorsus contraria fuerit? sed legitimè, inquit Justellus, hoc est secundum legis humanæ licentiam, nimirum ac si Patres illud νομίμως factum dicerent, quod ipsi illegitimum esse censerent; vel dum leges Ecclesiasticas edicunt, vocem istam non Ecclesiæ, sed seculi sensu usurparent; quo scilicet in legibus civilibus usurpatur, quod absurdum est. Et præterea, Qui juxta tertiam istam digamiæ speciem alias ob causas quàm propter adulterium uxorem suam dimittit, & aliam ducit, Ecclesiæ judicio adulter judicatur, & adulterorum pœnis subjicitur. At verò Patres hoc canone nihil aliud à digamis hîc intelligendis exigunt, nisi ut precentur, & jejunent, idque exiguo tantùm tempore, & tunc ad communionem admittantur; quæ quidem vix pœnæ nomem mereatur, illius respectu quâ in adulteros animadvertitur. Adhæc Synodi Nicænæ canone octavo cautum est, ut Novatiani in Ecclesiam Catholicam non recipiantur, nisi priùs consenserint πᾶσι τοῖς καθολικοῖς δόγμασιν ἐπακολουθεῖν, τοῦτ' ἔστι καὶ διγάμοις κοινωνεῖν, καὶ πᾶσι τοῖς ἐν τῷ διωγμῷ ἐκπεπτωκόσι, *Catholicæ Ecclesiæ dogmata sequi, id est, quòd cum digamis communicabunt, & cum iis qui in persecutionibus lapsi sunt.* Hinc palam est hoc inter dogmata Ecclesiæ Catholicæ recensèri, ut cum digamis communicetur: atque ideo tertia digamorum species, ab Ecclesiâ perpetuò damnata, neutiquam intelligi potest; nam cum istiusmodi digamis nec ipsa Ecclesia Catholica unquam communicavit, nisi dissoluto priùs posteriore conjugio diuturnam & severam pœnitentiam egerint. Denique in Synodi Neocæsarianæ canone septimo decretum est, ut Presbyter in digamiam ineuntis nuptiis non convivetur, πρεσβύτερον εἰς γάμον δευτερόγαμον μὴ ἑστιᾶσθαι. Ubi observatum velim, hîc non cautum esse, ne Presbyter digamiam ineuntis nuptias celebret aut perficiat; sed tantùm ne cum iis postea convivetur. Sanè secundas inire nuptias, si prior uxor morte decesserit, nullibi prohibetur: & idcirco munus suum Presbytero obire licet in iis peragendis. Sed tamen, siquidem aliqualis pœnitentia ab istiusmodi digamis postea exigatur, ne Presbyter cum iis convivetur ibi præceptum est, ne assensum iis præbere videatur. Tertiam autem istam digamiæ speciem, quâ unâ uxore injustè dimissâ & adhuc superstite, altera superinducitur, nullum Presbyterum scientem perficere oportet. Et quidem etiamsi nonnulla tertiæ istius digamiæ speciei exempla in historiis occurrant; neminem tamen latere potest, Patres passim istos etiam appellare digamos, qui priore uxore mortuâ alteram asciscunt; quemadmodum & omnes haud dubiè canones, quibus digami commemorantur, intelligendi sunt. Et hujusmodi profectò digami ab Ecclesiâ semper tolerati fuerunt; ita tamen ut ignominiâ notati sint, nec in perfectam Ecclesiæ communionem recepti, nisi brevem aliquam pœnitentiam egerint. Cùm hujusmodi etiam digamia semel contracta est, nullâ uspiam cavetur lege, ut dissolvatur. Neque ab ipso canone amplius ab iis requiritur, quàm ut exiguo aliquo temporis spatio precibus & jejuniis vacent. Alterum autem illud digamorum genus, de quo Justellus canones intelligendos esse contendit, & matrimonii istius injustè initi dissolutione & longissimâ pœnitentiâ mulctatur: quod propterea in hisce canonibus nequaquam intelligendum est.

## In Can. VII.

Ἤτοι Φωτινιανῶν. Isidorus Mercator hæc verba non legit, vel saltem Latinè non vertit. Unde Baronius suspicatur, ea ex canone expungenda esse. Verùm non modo omnes codices Græci, sed & Dionysius Exiguus legit; primam enim hanc canonis partem sic interpretatur. De *his qui ab hæreticis convertuntur, id est, Novatianis, aut Photinianis, aut Tessarescaidecatitis, sive baptizati sint illi, sive Catechumeni, non ante suscipiantur, quàm omnes hæreses anathematizent, & præcipuè illam quâ detinebantur.* Sed excipit Baronius, Photinianos eosdem fuisse atque Paulianistas, quos conversos per baptismum recipiendos esse Synodus Nicæna can. 19. decrevit; cùm præsenti canone eos baptizandos esse non præcipiatur, sed tantùm per catechizationem & chrisma admittendos: & præterea à Concilio Arelatensi secundo statutum esse, quòd *Photinianos sive Paulianistas secundum Patrum statuta baptizari oportet.* Concil. Arel. 2. can. 16. Rectè quidem, sed animadvertere debuit quid proximo ejusdem Concilii canone definitur, nimirum, *Bonosiacos autem ab eodem errore* (Photinianorum scilicet) *venientes, quos sicut Arianos baptizari in Trinitate manifestum est, dum interrogati, fidem nostram ex toto corde confessi fuerint, cum chrismate & manûs impositione in Ecclesiâ recipi sufficit.* ibid. can. 17. Hîc enim idem atque in præsenti canone de eorum susceptione constituitur, qui eodem, quo Photiniani, errore imbuti sunt. Et quidem Concilii tempore omnes, ut videtur, Photiniani, non secus atque Ariani, in nomine Trinitatis baptizati sunt. Et cùm inter omnes constet Arianorum baptismum ab Ecclesiâ Catholicâ perpetuò receptum esse, non mirum est, quòd Photinianos sine baptismate denuò collato recipiendos esse, à præsenti canone sanciatur.

## In Can. IX.

Εἰς τὰ κοιμητήρια. Ædes, quibus peregrini dormire solitæ sunt, κοιμητήρια dicta fuerunt, apud Athenæum, lib. 4. c. 5. quemadmodum locus cœnobii, ubi monachi dormiunt, *dormitorium* appellatur. Hinc Christiani, docti mortem nihil aliud esse, quàm dormitionem quandam usque ad generalem resurrectionem, quâ omnes expergefient, loca mortuis suis sepeliendis destinata κοιμητήρια, q. d. *dormitoria*, nuncupârunt. Ad hæc itaque loca Christiani olim convenire consueti sunt. Unde Æmilianus Ægypti præfectus illis hoc prohibuit, ἀδικῶς ἡ ὄχλησις, inquit, ἔστι ὑμῖν ἔστι ἄλλοις πολλοῖς, ἢ σωμάτων περιέδειν, ἢ εἰς τὰ καλούμενα κοιμητήρια εἰσιέναι. Euseb. Hist. Eccl. l. 7. c. 9. nec tantum ibi convenire, sed & sacra ibidem celebrare, & preces Deo fundere soliti sunt. Cassiodorus, *populus jejunans est egressus ad Cœmeterium orationis causâ.* hist. Tripart. lib. 5. c. 3. Hinc templa in istis locis postea extructa sunt. Si in istiusmodi itaque locis hæretici sepulti sint, vel ea ad hæreticos pertineant, cautum est hoc canone ne quis orationis causâ illuc se conferat.

## In Can. XV.

Κατὰ τὰς Ψαλμῳδ. Veteres Christianos, ab ipsis etiam Ecclesiæ primordiis, non modò privatim, verumetiam in publicis ipsorum cœtibus, Psalmos & spirituales Hymnos in Dei Christique laudem canere solitos fuisse, adeo extra dubium est, ut probatione non indigeat. Hoc enim & Plinius ipse secundus adversarius ex eorum ore testatus est, *Affirmabant*, inquit, *Christiani ad Gentiles, retroversi hanc fuisse summam vel culpæ suæ vel erroris, quòd essent soliti stato die ante lucem convenire, carmenque Christo quasi Deo dicere secum invicem.* Plin. lib. 10. ep. 97. Quæ Plinii verba à Tertulliano etiam in apologetico commemorantur. Quid sibi velit ille per *carmen dicere secum invicem*, ex S. Basilio explicatum videtur, dicente, communem in omnibus Ecclesiis tunc dierum obtinuisse consuetudinem, ut populus de nocte consurgens antelucano tempore ad domum precationis ascenderet, ibique confessione ad Deum factâ, ab oratione surgentes ad psalmodiam se conferrent, tunc autem in duas partes divisi, alternis succinentes psallebant. Τὰ νῦν, inquit, καταπεπόνται ἅπαν πόσους πρὸς τῷ Θεῷ ἐκκλησίους σωφρονοῦντας καὶ σώφρονας· ἐκ νυκτὸς γὰρ ὀφθείζει παρ' ἡμῖν ὁ λαὸς ἐπὶ τὸ οἶκον τῆς προσευχῆς, καὶ ἐν πόνῳ, καὶ ἐν θλίψει, καὶ ἐν σωοχῇ δικαίων ἐξομολογούμενοι τῷ Θεῷ, πλαυτῶν ἀναπέμπτες τῷ προσευχῶν, εἶτα τὰ ψαλμωδίαν καθίστανται· καὶ νῶν μὲν διχῇ διαιρεμενόντες, ἀντιφάλλουσι ἀλλήλοις. Posthæc, inquit, uni ex ipsis hoc muneris dato, ut quod canendum est ordiatur, reliqui succinunt, atque ita psalmodiæ varietate precibusque subinde intersertis, noctem superant, Ἔπειτα πάλιν ἐπαρξάντος ἑνὸς κατάρχειν τῆς μέλους, οἱ λοιποὶ ὑπηχοῦσι· καὶ ὕπνος ἐν τῇ ποικιλίᾳ τῆς ψαλμωδίας τὸν νυκτὸν διερρήσσοντες, μεταξὺ προσευχόμενοι. Basil. epist. 63. ad Clericos Eccles. Neocæs. Unde constat easdem psallendi formas, quæ hodiè nobis in usu sunt, S. Basilii etiam diebus per omnes Ecclesias obtinuisse; ut nonnunquam scilicet unus cantum ordiatur, & alii succinant; aliàs autem, ut in celebrioribus nostris Ecclesiis, alternatim canatur. Et de hâc quidem alternis vicibus canendi formâ præsens canon intelligendus videtur; siquidem canonici cantores ei soli designati fuerint. Cautum est enim, ut alii in Ecclesiâ non canant, præter *Canonicos cantores*, hoc est, eos qui huic officio addicti sunt; ubi

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ubi nimirum tales constituuntur : hoc enim peculiare antiquitùs officium fuisse ex hoc ipso canone probè satis appareret; atque etiam ex Concilio Carthaginensi quarto, ubi postquam decretum fuisset, quomodo Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, Acolythi, Exorcistæ, Lectores & Ostiarii ordinandi sunt, de Psalmistis, ut omnium infimis, sic præscribitur, *Psalmista, id est, cantor, potest absque licentiâ Episcopi, solâ jussione Presbyteri, officium suscipere cantandi, dicente sibi Presbytero, Vide ut quod ore cantas corde credas, & quod corde credis operibus comprobes.* Concil. Carthag. 4. can. 10.

Καὶ ἀπὸ διφθέρας. Harmenopulus canonis hujus sensum his verbis exprimit, Καὶ ἄνωθεν ἐξ ἀναγνωστῶν ψάλλῃ, ἢ ἀπὸ διφθέρας ὅπερ ἄμβωνος ψαλλέτω μηδεὶς ἐν ἐκκλησίᾳ ψαλλέτω, *Extra cantores canonicos, deque codice in pulpito legentes nemo in Ecclesiâ canat.* In quam præsentis canonis Epitomen Scholiastes hæc habet, ἤγουν ἐξὶ ἀπὸ χαρτίνας γενομένων. διφθέρας δὲ τὰς βίβλους καλεῖ, διὰ τὸ μεμεμβρᾶνας αὐτὰς εἶναι. διφθέρας δὲ τὰ δέρματα. Extra canonicos cantores, *hoc est, qui secundum canonem sunt.* διφθέρας *autem libros vocat, quòd membranæ sint;* Διφθέραι *enim pelles sunt.* Harmenop. sect. 3. tit. 2. Sic etiam Herodotus βίβλους antiquitùs ab ipsis Jonibus διφθέρας vocari tradit; eo nimirum quòd aliquando in papyri penuriâ membranis sive pellibus caprinis & ovinis usi sunt, ἐν ἀπόροισι βίβλων ἐχρέωντο διφθέρῃσι αἰγείῃσί τε καὶ οἰείῃσι: & addit, nonnullos suis etiam diebus in διφθέρας scribere, Ἔτι δὲ καὶ τὸ καθ' ἡμᾶς πολλοὶ ἐπὶ βαρβάρων τὰς παλαιὰς διφθέρας γράφουσι. Herod. l. 5. Hinc Διφθεροῦχος Hesychio exponitur, γραμματοδιδάσκαλος, ἢ ὁ Κυνηγέτης. Nonnunquam etiam in eis scriptum esse, testatur Suidas, dicens, εἰς διφθέρας δὲ τὰς διατριβὰς ἑαυτῷ γράψας ὁ ἱερώνυμος τῆς πολεμίους ἐν τῇ Λακωνικῇ. Suid. in διφθέρ. Hinc nos ἀπὸ διφθέρας, *ex codice* vertimus, pro quo Gentianus Hervetus habuit ex membranâ. Sic enim & Isidorus Mercator vertit, canonem sic interpretatus, *Non licere præter canonicos psaltes, id est, qui regulariter cantores existunt, quique in pulpitum ascendunt, & de codice legunt, alium quemlibet in Ecclesiâ psallere.* Neque aliter Dionysius Exiguus, cujus verba mox proferemus.

Εἰ μὴ μὴ διφθέρας μηδεὶς ἀμβωνίζέτω. Hæc canonis præsentis epitome in Justelli Bibliothecâ, sub Alexii Aristeni pariter atque Symeonis Logothetæ nomine legitur, εἰ μὴ ἀπὸ διφθέρας μηδεὶς ἀμβωνίζέτω. Et sic quidem in ipso canone legitur ἀπὸ διφθέρας. Sed Aristenum legisse μὴ ex ipsius scholio patet, in quo ait, εἰ μὴ μὴ διφθέρας ὅπερ φελωνίου. adeo ut vox μὴ ab eo lecta, illum in errorem duxerit, ut arbitraretur hîc cautum esse, ne quis sine pelle, sive penulâ ex pellibus facta, ambonem ascenderet. Sic enim & διφθέρα nonnunquam significat. Suidas, Διφθέρα ποιμενικὸν ἐπενδύτιον ἐκ δερμάτων. Sed in hâc præterea epitome observetur, canonem ita expositam esse, ac si vetitum hîc esset, ἀμβωνίζειν, *ambonem ascendere*, nisi pellem (quemadmodum nos juxta Aristeni scholium hîc vertimus) habeat. Et quidem Dionysius Exiguus etiam *in pulpitum ascendere* hîc prohiberi opinatus est. Vertit enim, *Quòd non oporteat amplius præter eos, qui regulariter cantores existunt, qui & de codice canunt, alios in pulpitum conscendere, & in Ecclesiâ psallere.* Quæ quidem versio omnibus Græcis codicibus, quæ hodiè extant, refragatur, in quibus nostra lectio constanter retinetur.

## In Can. XXII.

Ὠράριον. Orarium Latinis idem fuit, quod sudarium, linteum scilicet ori tergendo peculiariter præparatum. Talia oraria Aurelianum populo Romano dedisse Vopiscus testatur, in Aurel. Et D. Ambrosius tradidit ut frater suus Satyrus, priusquam perfectioribus esset initiatus mysteriis, in naufragio constitutus, Sacramentum à fidelibus popposcit, illudque *ligari fecit in orario, & orarium involvit in collo, atque ita se dejecit in mare.* Ambros. orat. funeb. de excess. Satyri. pag. 460. edit. Paris. 1549. & mox ait, *Nam qui tantùm mysterii cœlestis involuti in orario præsidium fuisset expertus, quantum arbitrabatur, si ore sumeret, & toto pectoris hauriret arcano: quam majus putabat fusum in viscera, quod tantum sibi coctum orario profuisset.* ib. p. 461. Sic etiam D. Augustinus refert, ut adolescens quis, *oculum lapsum atque pendentem loco suo revocatum ligavit orario.* Aug. de civit. Dei. lib. 22. c. 8. Hæc ex ornamentis Episcopalibus olim fuisse ex Concilio Toletano constat, edicente, *Oraria duo nec Episcopo indere licet.* Concil. Tol. 4. can. 39. Presbyteros etiam, & cùm consecrarentur, & cùm sacra celebrarent, ea gestâsse, Concil. Bracarense 3. docet. Cùm *antiquâ*, inquit, *Ecclesiasticâ noverimus institutione præfixum, ut omnis Sacerdos, cùm ordinatur, orario utroque humero ambiatur*, & paucis interjectis, *Cùm Sacerdos ad solennia missarum accedit, aut Sacramentum Corporis & Sanguinis Domini nostri Jesu Christi sumpturus, non aliter accedat, quàm orario utroque humero circumseptus, sicut & tempore ordinationis suæ dignoscitur consecratus, ita ut de uno eodemque orario cervicem pariter & utrumque humerum premens, signum in suo pectore præferat crucis. Si quis autem aliter egerit, excommunicationi debita subjaceat.* Concil. Bracar. 3. can. 4. tom. 2. Concil. p. 2. p. 559. 560. ed. 1618. Hesychius hæc Sacerdotum oraria etiam Σιμικίνθια dicta testatur. Σιμικίνθια, inquit, φακίολα, ζωνάρια, ὠράρια ἢ ἱερέων. Simicinthia autem & sudaria eadem esse cuique notum est. Unde in Actis Apostolorum legimus σουδάρια ἢ σιμικίνθια. Act. Apost. cap. XIX. 12. Porro Diaconos etiam, sed nullos inferiores iis Clericos oraria gestâsse, ex hoc ipso & sequenti canone patet, Concilium Toletanum 4. *Si oraria duo nec Episcopo induere quidem licet, nec Presbytero, utique multo minus Diacono, qui minister eorum est. Unum ergo orarium oportet Levitam gestare in sinistro humero, propter quod orat, id est, prædicat: dexteram autem partem oportet habere liberam, ut expeditus ad ministerium Sacerdotale discurrat. Caveant ergò à modò Levitæ gemino uti orario, sed uno tantùm & puro, nec ullis coloribus aut auro ornato.* Concil. Tol. 4. can. 39. tom. 2. Concil. p. 2. p. 352. Ubi observes licet discrimen inter oraria à Presbyteris & Diaconis gestata. Presbyteri enim juxta canonem Bracarensem utroque humero, Diaconi sinistro tantùm ea gestabant, ut etiam ex Chrysostomi Lyturgiâ constat. Quo forsan spectat & canon iste Synodo Romanæ 2. sub Sylvestro habitæ adscriptus, *Ut Diaconi non essent plus vel amplius per Parochiarum examen, nisi duo, & Diaconi Cardinales urbis Romæ* VII. *ita tamen ut dalmaticis uterentur, & pallia linostinia lævam eorum tegerent.* Concil. tom. 1. p. 1. pag. 358. Usum orariorum, quæ Diaconi gestârunt, Balsamon in hunc canonem ostendit, nimirum, ut per eas tempus indicent, quo preces pro Catechumenis, quo cantus, aliaque in sacris celebrandis incipere debent. Cui suffragatur Arcudius, dicens, ὠράριον vocari, ὅτι δείκνυσι ὁ διάκονος τῷ πιαύτῃ τοὺς ὥρας καὶ τὸ ποιεῖν τὸ ψάλλειν, τὸ προσεύχεσθαι, τὸ ἀνάγνωσμα τὰ λειτουργίας. Arcud. lib. 6. c. 10. Et cùm in omnibus sanctis celebrandis mysteriis Diaconi illud gestarent, hinc in eo scriptum est, ἄγιος, ἄγιος, ἄγιος. ut Symeon Thessalonicensis docet, dicens, τὸ ὠράριον, ὡς πλησὲ ὑπομαίνει ἄγγελον, καὶ ποιεῖν τὰ Ἀγγελικῆς τάξεως, διὸ καὶ τὰ χειροτονίαν ἐπιπαιοῦμενος, ἀπειλλιβόμενα τὰς ὤμους, καὶ αὐτὰς ἀπειρέλλεται ἐν τῷ μέλλειν κατανεῖν, ὅπερ πτερυγοῦμενος. Ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ὠραρίῳ, τὸ Ἅγιος, Ἅγιος, Ἅγιος γεγραμμένον ἔχει. ἃ δὲ διδάσκουσι τὸν λειτουργικὸν ἐξ ἀγγέλων τάξιν. Forma itaque orarii à Diaconis Græcis usurpati, sic se habet,

ΑΓΙΟΣ ΑΓΙΟΣ ΑΓΙΟΣ

De etymologiâ hujus vocis mirum est quantum docti inter se discrepant. Balsamon in hunc canonem ἀπὸ τῆς ὥρας format; sed legendum forsitan cum Matthæo Blastare, ἀπὸ τῆς αἴρω. namque interpretatur ille, non secus atque hic, τὸ φυλάσσω καὶ βαστάζω. Symeon Thessalonicensis, ἀπὸ τῆς ὠφελίζειν deducit. ὠφέλειον, inquit, καλεῖται, διὰ τὸ ὠφελίζειν τὸν διάκονον τῇ χάριτι, καὶ ἡ δόξα Θεοῦ τοῦ καλλιφθεγξομένου. Sed haud dubiè Latina origine vox est; ut etiam autor etymologici observavit, qui postquam docuisset φώνων, seu φωνάριον, parvum esse linteum, ἢ σφογγίου τι ἐκμαγεῖον, *quod faciei tergendæ aptum est*, addit, λέγεται ἢ ὅπω καὶ ὁ ὦμος Ῥωμαίοις καλοῦται ὠφέλειον. Etymol. in φώνων. Sed nec constat à qua Latinâ voce originem traxit. Hi enim ab *hora* deducunt, quòd hora seu tempus in sacrorum celebratione per illud indicetur; sed non rectè scribitur ὠφέλειον, cum aspiratâ, sed ὠφάλειον *orarium*. Concilium itaque Toletanum loco supra laudato ab *orando* derivare videtur: alii ab *ora* vestis, cui annectebatur. Sed verisimilior

milior videtur ea ista etymologia, quâ ab *ore*, cui tergendo propriè destinatum fuit, deducitur. Sed non tacendum est, *orarium*, undecunque formetur, etiam Syris Sacerdotibus in usu fuisse. Nam Severus Patriarcha in libro rituum, in rubrica nimirum, ait, de Sacerdote sacra celebrante mysteria, ܟܕ ܣܝܡ ܥܠ ܟܬܦܗ ܡܢ ܩܕܡ ܘܐܟܠ ܣܕܪ *Cùm injicit Onaro*, id est, orarium *collo suo dicit*. Sever. l. rit. pag. 105. Quinetiam apud ipsos Judæos in ipsorum Synagogis, Pontificis magni summus minister סגן *Segen* dictus, juxta Pontificem ad altare astans, sudarium manu habere, & ejus agitatione ad canendum Levitis signum dare solitus est, inter cujus propterea ministeria hoc recensetur, הניף הסגן בסודרים *Segen agitat Sudarium*. Talmud. Hierosol. lib. Joma. cap. 3. fol. 41.

Τοῖς χωῖ ἀναγκαίως, ἤτοι τῆς ἀναβαπτίστου. Hic Zonaræ locus in codice Gallandi necnon Amerbachiano legitur, πῆς ἀναγκαίως, ὡς ἔφημεν ἐπὶ τῆς ἀναβαπτίστου, ἐκ ἐφεῖται φορεῖν ὠφάριον.

## In Can. XXVIII.

Ἐφημερία ἀναγνωστέον. Post hæc Zonaræ verba in codice Amerbachiano additur, ζήτει δὲ καὶ τὸ ος'. κανόνα τῆς αὐτῆς συνόδου, καὶ τὸ ἐν Καρθαγένῃ συνόδου κανόνα μβ'. *Quære & LXXVI. canonem ejusdem Synodi, & Synodi Carthaginensis canonem XLII.* Hæc autem ipsissima verba etiam in Balsamonis scholiis in hunc canonem habentur.

## In Can. XXXIV.

Ὅτι ὁ δεῖ πάντα χριστιανόν. Constantinus Harmenopulus præsentem canonem in hunc modum in compendium redu-

xit, ὁμοίως καὶ τὸν τοὺς ψευδομάρτυρας τιμῶντα ἀνάθεμα, *Similiter & illi sit anathema, qui commentitios martyres honore afficit.* ubi ad vocem ψευδομάρτυρας Scholiastes habet, ἤγουν οὓς οἱ ἑτερόδοξοι ὡς ἁγίους τιμῶσι καὶ μάρτυρας, *nimirum quos heterodoxi homines tanquam sanctos & martyres honorant.* Harmen. epit. can. sect. 5. tit. 5.

## In Can. XXXV.

Καὶ Ἀγγέλους ὀνομάζειν. Scholiastes Harmenopuli ad hæc verba observat, quòd, Αἵρεσις ἦν παλαιὰ, λεγόντων τινῶν, ὡς ὐ δεῖ ἢ χριστὸν εἰς βοήθειαν ἐπικαλεῖσθαι, ἢ εἰς προσαγωγὴν πρὸς θεὸν, ἀλλὰ τοὺς Ἀγγέλους. τῶν δὲ πάλαι δι' εὐλάβειαν ἔλεγον ταπεινόφρονες. *Antiqua erat quorundam hæresis, qui dicebant non Christum ad opem nobis ferendam implorandum esse, vel ut nos ad Deum adducat, sed Angelos: quod quidem illi fortasse tradebant ex religioso humilitatis pratextu.* Harmenop. epit. can. sect. 5. tit. 5. Quinetiam in Codice Amerbachiano hoc habetur σχόλιον; quod ad proximum sanè canonem scribitur, sed ad hunc pertinet, Μέμνηται μὲν καὶ ὁ θεῖος Ἐπιφάνιος ἐν τοῖς πανάρίοις αἱρέσεως τινὸς τῶν Ἀγγελικῶν λεγομένων, εἴτε διὰ τὸ ἑαυτοὺς, φησὶ, σεμνύειν ὡς τάξιν Ἀγγέλων κτίσαντας καὶ πολιτείαν ἐπιτηδεύσαντας εἴτε διὰ τὸ λαβεῖν ἀπ' Ἀγγέλων ἐπαοιδὰς ἢ νόμον. φησὶ δὲ ὅτι μάλιστα τῷ κανόνι τῷ ὑπὸ τὸ ἐν τῇ πρὸς Κολοσσαεῖς ἐπιστολῇ φερομένῃ ἐπιστολῇ Παύλου δηλοῦσθαι· ἐν οἷς φησι μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω θέλων ἐν ταπεινοφροσύνῃ καὶ θρησκείᾳ τῶν Ἀγγέλων, ἃ μὴ ἑόρακεν ἐμβατεύων· ἦσαν γάρ τινες διδάσκοντες, μὴ δεῖν λέγειν ὑμᾶς διδάσκεσθαι διὰ Χριστοῦ προσκλίνεσθαι τῷ Θεῷ καὶ πατρί. μεῖζον γάρ, φασιν, ἢ κατ' ὑμᾶς ὁ χριστὸς, ἀλλὰ διὰ Ἀγγέλων. Ἀρνησις δὲ τοῦτο τῆς θείας τῆς οἰκονομίας ἐν προσχήματι ταπεινοφροσύνης. *Divinus etiam Epiphanius in Panariis meminit hæreseos cujusdam eorum, qui Angelici dicti sunt: sive quòd sese, inquit, venditarint, tanquam Angelorum ordinem in vitâ observantes; sive quòd mundum ab Angelis conditum deliri effutierint. Huic autem canoni illud magis accommodum est, quod à Paulo Apostolo in Epistolâ ad Colossenses dictum est, ubi ait, Nemo vos seducat volens in humilitate & cultu Angelorum, in ea, quæ non vidit, pedem inferre. Nonnulli enim dicebant, quod non oportet dicere, nos doctos esse, ut ad Deum & Patrem per Christum adducamur. Major enim inquiunt, est Christus, quàm quales nos sumus; sed per Angelos. Hoc autem denegatio erat divinæ œconomiæ sub specie humilitatis.* Hoc verò idem ferè est Scholium, quod Aristenus in præsentem canonem conscripsit. Eadem enim & iisdem plerumque verbis in utroque occurrunt. Quæ ex Epiphanio hîc citantur extant etiamnum in pœnariis ejus, hær. 60. quæ est Angelicorum. Horum meminit & D. Augustinus, dicens, *Angelici in Angelorum cultu inclinati.* hær. 39. Hæc autem eadem videtur hæresis, quæ prima in Ecclesiam Christianam à Simone Mago introducta est. Unde & eâdem imbuti Simoniani ab Epiphanio dicti sunt. Qui etiam Simonem Magum nomina quædam Angelicorum ordinum, ut principatuum, & potestatum, commentatum esse tradidit, ὀνόματα, inquit, δέ τινα ὁ αὐτὸς ἐπινοήσατο ἀρχῶν τε καὶ ἐξουσιῶν. Epiph. hær. 21. num. 4. Tertullianus, *Simoniaca autem magia disciplina Angelis serviens, utique & ipsa inter idololatrias disputabatur, & à Petro Apostolo in ipso Simone damnabatur.* Tertull. de præscript. adv. hæres. c. 33. Hoc autem Simon Magus ab Essenis inter Judæos mutuatus videtur, quippe qui jusjurandum à proselytis suis exigere consueti sunt, συμπρόσεον ὁμοίως τὸ τ αἱρέσεως αὐτῆς βιβλία, καὶ τὰ αὐτῆ ἀγγέλων ὀνόματα. Joseph. de bello Jud. lib. 2. cap. 7. Et ex eo quidem quòd τὰς ἀγγέλους ὀνομάζειν hoc canone prohibeatur, Simoniaca ista hæresis, quæ nescio quæ Angelorum nomina commenta est, damnata videatur; ita tamen, ut quemlibet eis religiosum exhibere cultum hîc simul interdicatur; quemadmodum & doctissimus ille Pater, qui statim post hanc Synodum Laodiceæ celebratam claruit, Theodoretus hunc ipsum canonem interpretatus est, utpote qui secundum caput Epistolæ ad Colossenses exponens, hæc habet, οἱ τῷ νόμῳ συμπερισπῶντες, καὶ τοὺς ἀγγέλους σέβειν αὐτοῖς εἰσηγοῦντο, διὰ τούτων λέγοντες διδόσθαι τὸν νόμον. ἔμεινε δὲ τοῦτο τὸ πάθος ἐν τῇ Φρυγίᾳ καὶ Πισιδίᾳ μέχρι πολλοῦ· ἡ δὲ χάριν καὶ συμπλοκὴν ποιοῦσα σύνοδος ἐν Λαοδικείᾳ τῆς Φρυγίας νόμῳ κεκώλυκε καὶ τοῖς ἀγγέλοις εὐχεσθαι· καὶ μέχρι δὴ τῆς νῦν ἐυκτηρία τοῦ ἁγίου Μιχαὴλ παρ' ἐκείνοις, καὶ τοῖς ἐμφύροις ἐκείνων ὁρᾶν ἐστιν. *Qui legem defendebant, eos etiam ad Angelos colendos inducebant, dicentes legem fuisse per illos datam. Mansit autem perdiu hoc vitium in Phrygiâ & Pisidiâ. Proinde Synodus, quæ convenit apud Laodiceam Phrygiæ, lege prohibuit, ne precarentur ad Angelos, & ad hodiernum usque diem oratoria sancti Michaelis apud illos, illorumque finitimos videre est.* Theod. in Epist. ad Colos. c. 2. Et ante præsentem Synodum, Origenes idem docuerat, Angelos nimirum etiamsi Dii in sacris Scripturis appellentur, & dona Dei nobis afferant, attamen non adorandos esse, neque preces nostras ad eos dirigendas, τοὺς δὲ Ἀγγέλους, inquit, ἀπὸ τοῦ ἔργου αὐτῶν μεμαθηκότες κηλεῖν, διείπομεν αὐτοὺς, διὰ τὸ θείους εἶναι, καὶ θεοὺς ἐν ταῖς ἱεραῖς γραφαῖς ἀναγεγράφθαι· ἀλλ' οὐκ ἄντι προσκαλεῖσθαι ἡμῶν τοὺς διακονοῦντας, καὶ φέροντας ἡμῖν τὰ τοῦ Θεοῦ, σέβειν, καὶ προσκυνεῖν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. πᾶσαν μὲν δὴ δέησιν, καὶ προσευχὴν, καὶ ἔντευξιν, καὶ εὐχαριστίαν ἀναπεμπτέον τῷ ὄντι πάσι Θεῷ, διὰ τὸ ὄντι πάντων ἀγγέλων ἀρχηγίας ἐμψύχου λόγου καὶ Θεοῦ. & mox, ubi docuisset Christo etiam gratias atque preces offerendas esse, subjungit, Ἀγγέλους γὰρ κηλεῖσθαι μὴ ἀναλαβόντας πλὴν ὅσοις ἀνθρώπους εἶναι αὐτῆς ἀποδέομαι, ἐκ ἄλογον. Orig. contra Celsum lib. 5. pag. 233. edit. Cantabrig. an. 1658. Et ante eum Irenæus, *Quemadmodum enim gratis accepit à Deo, gratis & ministrat. Nec invocationibus Angelicis facit aliquid, nec incantationibus, nec aliquâ pravâ curiositate; sed mundè, & purè, & manifestè, orationes omnes dirigentes ad Dominum qui omnia fecit, & nomen Domini nostri Jesu Christi in virtute secundum utilitates hominum, sed non ad seductionem perfecit.* Iren. adv. hær. l. 2. c. 57.

## In Can. XXXVI.

Τὰ λεγόμενα φυλακτήρια. Phylacteria eadem sunt, quæ Judæi תפלין *Tephillin* vocant. Unde verba Domini nostri, πλατύνουσι γὰρ τὰ φυλακτήρια αὐτῶν, Syrus reddit, ܐܓܪ̈ܬ̈ܐ ܕܬܦܠܝܗܘܢ ܐܦ ܗܢܘܢ ܡܪܒ̈ܝܢ *Dilatant enim tephillas ipsorum*, Mat. XXIII. 5. Nimirum Judæi, cùm precaturi essent, duplicem membranam præsto habere soliti sunt, in quarum utraque quatuor sacræ Scripturæ versiculi conscribuntur; & unam earum capiti, alteram brachio sinistro alligant. Hujusmodi autem phylacteria, nomen Dei שדי inscriptum habentia, omnia gestantibus propulsare mala, & bona conciliare putant. Cum hoc autem nihil aliud esset, quàm quoddam incantationis genus, qui ea inter Christianos gestant, inter Magos, Incantatores, Mathematicos, & Astrologos hoc canone damnantur. Prohibentur etiam hujusmodi phylacteria à Nicolao I. Papâ Romano dicente, *Perhibentes, quòd moris sit apud vos, infirmis ligaturam quandam ob sanitatem recipiendam*

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

*dam ferre pendentem sub gutture, requiritis si hoc agi de cetero jubeamus, quod non solùm agi non jubemus, verùm etiam ne fiat modis omnibus inhibemus: hujusmodi quippe ligaturæ phylacteria dæmonicis sunt inventa versutiis, & animarum hominum esse vincula comprobantur; ac ideo his utentes anathemate Apostolica decreta perculsos ab Ecclesiâ pelli præcipiunt.* Nicol. resp. ad Consult. Bulg. c. 79. Vide etiam D. Chrysost. in Matth. hom. 72. & Jur. Græc. Rom. lib. 5. p. 348.

## In Can. XL.

Οἱ μὲν λόγοι ἐδίδασκον περὶ πύρων. Hoc Zonaræ in præsentem canonem loco legendum est, juxta codicem Amerbachianum, οἱ μὲν λόγοι ἐδίδασκον, ὅπως ἡ χρὴ πτεύειν, καὶ ὅπως ὀνήσιμον, καὶ ὅπως τ' ἄλλα κηρυκικῶς χρεὼν διαρρήδην· οἱ δ' ἀπλεύσεσι.

Τὰς αἱρετικὰς δεῖ κρίνειν. Legendum hîc etiam cum codice Amerbachiano, αἱρετικὰς νοητέον ἢ καὶ ἀπίστους, ὡς δὲ κρίνειν εἰς πίστιν ὀρθὴν ὁδηγεῖσθαι, διὰ δ' διδαχῆς, καὶ εἰς εὐαγγελικὴν πολιτείαν ἕξεως ἡ ἀπελεῖ ὁ κανὼν πᾶς μὲ ἀπορχουμένοις εἰς τὰς συνόδους, καὶ φασιν ὅτι &c.

## In Can. XLV.

Δεχάδι εἰς τὸ φάσκειν. Post hæc ultima hujus canonis verba in Codice Amerbachiano additur, ὡς ἐκείνων μόνων ὄντων λυπεῖν ἀπ' ἐξ αὐτῆς ἀρχῆς τ' τεσσαρακοστὴν νηστεύοντων, οἷα τ' αὐτῆς ἐπιτήσεως τελείας ἔσης καὶ ἐκ ἀπορροιασμένης. *Quippe illi soli recipiendi sunt, qui ab ipso quadragesimæ initio jejunarunt; ut quorum exercitatio perfecta est, & non ex tempore facta.* Hæc autem ipsissima sunt Aristeni verba, ultima nimirum quæ in hunc canonem conscripsit. Unde palam efficitur, eum quicunque demum fuit, qui codicem Amerbachianum scripsit, Alexii Aristeni scholia vidisse, vel saltem ab alio aliquo ad marginem ex iis notata in textum transtulisse.

## In Can. XLVI.

Ὅτι δεῖ τὸς φωτιζομένους πίστιν ἐκμανθάνειν. Isidorus Mercator canonem hunc sic interpretatur, *Baptizandos oportet & fidei symbolum discere, & quintâ feriâ ultimæ septimanæ vel Episcopo vel Presbytero reddere.* Ubi, ut videre est, πίστιν vertit *Fidei symbolum*, rectè quidem. Et hoc enim recitandum erat Episcopo aut Presbytero, priusquam quis baptizetur. Unde catechumeni baptizandi illud doceantur à Concilio Bracanensi etiam edicitur. *Placuit omnibus Episcopis, atque convenit, ut per singulas Ecclesias Episcopi & diœceses ambulantes, primò discutiant Clericos, quomodo ordinem baptismi teneant, vel missarum, & qualiter quæcunque officia in Ecclesiâ peragant. Et si rectè quidem invenerint, Deo gratias agant: sin autem minimè, docere debent ignaros, & hoc modis omnibus præcipere, sicut antiqui canones jubent, ut ante dies viginti baptismi, ad purgationem exorcismi concurrant Catechumeni. In quibus viginti diebus omnes Catechumeni symbolum, quòd est, Credo in Deum Patrem omnipotentem, specialiter doceantur.* Concil. Brac. 2. c. 1. Idem fere & à Concilio Agathensi decernitur, *Symbolum etiam placuit ab omnibus Ecclesiis una die, id est, ante octo dies Dominicæ resurrectionis publicè in Ecclesiâ competentibus prædicari.* Concil. Agath. can. 13.

## In Can. XLVII.

Ὅτι δεῖ τὸς ἐν νόσῳ. Qui in morbo baptizatus postea convaluit, fidei symbolum ita edisce debet, ut Episcopo illud reddat, & ab eo manuum impositionem recipiat. Concil. Eliberitanum, *Peregre navigantes, aut si Ecclesia in proximo non fuerit, posse fidelem (qui lavacrum suum integrum habet nec sit bigamus) baptizare in necessitate infirmitatis positum Catechumenum, ita ut si super vixerit, ad Episcopum eum perducat, ut per manus impositionem perfici possit.* Concil. Elib. can. 39. Sed & longe antiquiorem hâc de re extitisse canonem, ex eo patet quod Cornelius Episcopus Romanus Novatianum reprehendat, quod cum in lecto ab exorcistis baptizatus fuisset, ad Episcopum postea se non contulerat, ut juxta Ecclesiasticum canonem, reliqua eo casu præcepta, perciperet. ὃς βεβαπτίσθαι λέγει ἐν ἀσθενείᾳ, φησὶν, οὐκ ἐπὶ πᾶσιν καλεῖται, καὶ ὑπόκειται ὅτι ἐν ἀδύνατον νομιζόμενος, ἐν αὐτῇ τῇ κλίνῃ ἢ ἔλαβεν ἐπιχυθεὶς ἔλαβεν· εἰ γὰρ καὶ λέγειν ἢ πιστὸν εἰληφέναι· ἃ μὲν οὐδὲ ἐν λοιπῶν ἔπραξε, διαφυγὼν τὸν νόσον, ὧν χρὴ μεταλαμβάνειν καὶ τὰ τῆς ἐκκλησίας κηρύκια. τοῦτο ἢ σφραγισθῆναι λέγει τὸ ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου. Apud Euseb. Hist. Eccles. l. 6. cap. 43.

## In Can. XLIX.

Ὅτι ἐ δεῖ τῇ τεσσαρακοστῇ. In Codice Amerbachiano hoc etiam Scholium huic canoni subjungitur, Καλῶς, εἰ περὶ τ ἄλλα καὶ τοῦτο τῆς θεοφθεγκτοις ἔδοξε πατράσι· τεσσαρεύοντας γὰρ ὁ καιρὸς, καὶ τὴν ἐκάστῳ πεπλημμελημένων τὸν ὑπογυμνασταίαν φέρων. ἐν ἢ τοιούτῳ καιρῷ οὐκ ἂν εἴδη ἀκόλουθον, ἀφειδῶς τὴν περὶ ἃ ἐσπούδακε, εἰς ἑορτὰς ἐκκλίνειν, εὐφραινομένους ἐ σφοδρότερον, καὶ ἀδρύζοντας ἐν συγκύπτοις, καὶ στόμασιν ἀγαλλιάσεως ἐμπεπλησμένους ἐπὶ καιρόν. Πίστις τῆς λόγου, τὸ, ἐπειδὴ [illegible] τὸ ἐ νηστείας ἐναργῶν πεπονθὸν, ἐ κωλύσει τὸ θύειν, ἀ[illegible]ΣΣάτῳ, καὶ τῷ ἀναγκαίῳ φορτικότερα θύειν τὸ ἄθυτον θύμα καὶ τ' ἀπ' αὐτῆς θυμηδίας καρύσσοθαι. τῶν μὲν ὖν θυσίας διὰ τοῦτο ἀπέχει ὁ θεῖος τῶν πατέρων χορὸς, καὶ ὅτι πολέμου ἡμῖν συγκροτουμένου πρὸς τοὺς ἀντιπάλους τῷ ἐν ἡμῖν κρείττονος, φορτικὸν δὲ καὶ τοῦτο, οὐχ ὅσιον τῶν τῆς εἰρήνης θυσίαν ἐπιτελεῖν ἔργου μεταξὺ ἐγκειμένου· ἀλλὰ τῶν μὲν ἄρτου ἐπουσιῶν μᾶλλα μετέχειν, καὶ τῶ πολέμου τοῖς ὑ χρὴ καπήλοις μετέχουσιν ἀνεῖσθαι, εἰς ἀντίληψιν δυνῶ μοι καὶ κρατήματα τῶν πονούντων, τῶν μόνοις θυσίαν ἀναλαλλεῖσθαι τῶν ἀναλαμβανόντων χρείαν ἐπεὶ καὶ ἀποστόλης χρῆσιν· ἐν ἄρτῳ καὶ ἰχθύσι τὸ πολέμου καιρῷ ἐάλοις μόνοις, καὶ ὁ φορτάτης καὶ νικηρὸς, ὅτι μηδ' ὁλῶν ὁ πόλεμος παρέχει ἀρτοπαίγιον φορτικῶν, καὶ ζωοθυσίας ἐκκλίνοντα. Benè, si quid aliud, hoc divinis visum est Patribus. Hoc enim (quadragesimale) humiliationis tempus est, & agnitionem cujusque delictorum secum afferens. In tali autem tempore non decet, negligentes ea quibus intenti sumus, ad festa divertere, lætitiâ indecenter perfruentes, in mœrore serenos, & spirituali exultatione intempestivè impletos. Quandoquidem sanè summam jejunii humilitatem peragere haud possibile sit, sacrificare non prohibetur, sed Sabbato, & Dominica die incruentum offerre sacrificium permittitur, & lætitiâ exinde satiari. A sacrificando itaque divinus Patrum chorus propterea arcet, quòd prælio nobiscum commisso contra eos, qui bono in nobis adversantur, (& hoc enim accedat) non decet alio interim detentos opere pacis sacrificium celebrare: sed panis quidem poculique laudabiliter admodum participes esse, iis qui non canonum instar participant, permittitur, ad subsidium, ut mihi videtur, & corroborationem laborantium. Sacrificium autem interea differri optimum judicatur; cùm & miles prælii tempore pane & carnibus utatur, veteribus quidem, & non recentibus & novis, quoniam prælium pavibus faciendis, & animalibus mactandis vacare non patitur. Ubi alluditur ad præsanctificata, quæ per quadragesimam Sabbatis solis aut Dominicis consecrata, aliis diebus distribuuntur, de quibus alibi locuti sumus.

## In Can. L.

Ξηροφαγοῦντας. Cautum est hoc canone, ut tota quadragesima ξηροφαγία *aridorum esu* transigatur. Xerophagiarum etiam in jejuniis frequens apud Tertullianum aliosque mentio occurrit. Quid autem propriè esset ξηροφαγεῖν ex Epiphanio colligimus, nimirum panem tantum cum sale & aquâ sub vesperam uti, τὰς ἢ ἐξ ἡμέρας τὰ Πάσχα ἐν ξηροφαγίᾳ διατελοῦσι πάντες οἱ λαοὶ· φημὶ δὲ ἄρτου, καὶ ἁλὸς, καὶ ὕδατος πότου χρώμενοι μόνοις ἑσπέρας. Epiph. expos. fid. num. 22. Constitutiones Apostolicæ Olera etiam addunt, ἐν τοῖς ἡμέραις ταύτῃ τὰ πάντα τεσσάρων ἀρχόμενοι ἀπὸ δευτέρας μέχρι τῆς παρασκευῆς καὶ πάσαν ἐξ ἡμέρας, μόνῳ χρώμενοι ἄρτῳ, καὶ ἁλὶ, καὶ λαχάνοις καὶ πατρὶ ὕδατι. Constit. Apostol. l. 5. c. 17. Epiphanius & Constitutiones sex tantùm diebus τῆς μεγάλης ἑβδομάδος, Paschalem scilicet celebritatem immediatè præcedentibus xerophagiam hanc indictam indigitant, quæ juxta hunc canonem per totam quadragesimam observanda est.

Σημείωσαι ἀπὸ τῆς πρώτης κανόνος. Hæc prima hujus canonis interpretatio codici nostro Bodleiano debetur; neque enim in ullo alio extat.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

## In Can. LI.

Ὅτι ὁ δεῖ ἐν παροικοῦσι. Constantinus Harmenopulus hunc & sequentem canonem in unam epitomen his verbis contrahit, ὁ δεῖ μνείας μαρτύρων πλεῖν ἐν παροικοῦσι, εἰ μὴ σάββασι καὶ κυριακαῖς, ὅδε γάμους ἢ ἡμέρας, *Recordationes martyrum in quadragesimâ non sunt celebrandæ, nisi Sabbatis & diebus Dominicis; item nec nuptiæ vel natales.* Ubi ad vocem γάμους duplex notatur Scholium; primum quidem, Οἱ παπικοὶ γαμικὰς ἱερολογίας τῇ μεγάλῃ τεσσαρακοστῇ ἐπιτελοῦσι ἱερεῖς, μετρίως μὲν οἱ ἐξ ἀφελείας, μυζίνως δὲ, οἱ ἐκ σκαιότροπίας καὶ κρύφα. τὸ μέντοι συνοικέσιον μένει ὡς ἱερολογίας ἀξιάμφιον, *Sacerdotes, qui nuptiales benedictiones in magnâ quadragesimâ peregerunt, puniuntur: mediocriter quidem, si ex simplicitate, gravius autem, si ex perversitate, & clanculùm. Matrimonium tamen consistit, veluti quod benedictionem acceperit*: Alterum autem, Περὶ τῆς ἑορτῆς τῶν ἁγίων ἀποστόλων τῶν ῥητόρων τῶν χειτῶ, τῶν μεταμελοφόντων τῶν χειτῶ, καὶ τῶν καιμένων τῶν ἀπεργείας θεσπίζει, ἐξ ἀνάγκης ἐπαναμένειν τεσσαρακοντάτιν νηστείαν· εἰ δέ τις καὶ πλέον τῆς ἐπταὰ ἡμερῶν κατὰ τοὺς ἑορτοὺς τούτων, ἢ ἑκουσὶ, ἢ κληρικοῦ τυπικοῦ συναναγκάζοντος νηστεύσει, ὁ κατεπονήθησεται. *Ante festum Sanctorum Apostolorum, Natalis Christi, Transfigurationis Christi, & obdormitionis sanctissimæ Deiparæ, necessariò septem dierum jejunia præcedunt. Quod si quis etiam ultra dies illos septem in festis horum, vel sponte suâ, vel municipali statuto compulsus jejunet, non confundetur.* Harmenop. epit can. sect. 2. tit. 6.

Ὡς μηδὲ χωρεπισκόπους. Hæc Balsamonis verba usque ad θεσπίζει οἱ πατέρες in codice Amerbachiano desiderantur.

## In Can. LVII.

Ἀλλὰ θεσμοθετεῖ. Decretum est hoc canone à Patribus Laodicenis, ne in vicis & regionibus Episcopus constituatur, sed θεσμοθέτης. Et hunc finè canonem diu observatum fuisse ex Concilio Chalcedonensi patet. Namque in libello contra Ibam oblato, Valentinus quidam Presbyter & θεσμοθέτης ab eo ordinatus dicitur, Βαλέντινόν τινα ἐπήγαγεν ἄνδρα, ὃν πάντες οἱ συσκαμπτοντες καθεδοῦσαν ἰσχύρως καὶ ἀκράφως μετχείαν καὶ ἀρσενοκοιτίαν, ἐχειροτόνησε πρεσβύτερον καὶ θεσμοθέτην. Concil. Chalced. Act. 10. pag. 284. ed. Col. 1618. Sic etiam in eodem Concilio Alexander quidam Presbyter & θεσμοθέτης vocatur, ὁ εὐλαβέστατος πρεσβύτερος καὶ θεσμοθέτης Ἀλέξανδρος. Ib. Act. 4. pag. 341. Joannes Episcopus Citri inter officia, quæ Presbyteris maximè congruunt, θεσμοθέτην etiam recenset. Εἰσὶ δὲ καὶ ἕτερα ἐφεξῆς, ἅπερ μάλιστα τοῖς ἱερεῦσιν ἁρμόζουσι· ὁ δεῖ τὴν κατηχήσιν, ὁ ἐξαποστολέας, οἱ τίτλους ἔχοντες, ὁ ἄρχων τῆς φώτων, ὁ νομικοδότης, καὶ ὁ θεσμοθέτης. In Jur. Græc. Rom. l. 5. 321. Eadem ferè habentur & in catalogo officialium Ecclesiæ Constantinopolitanæ. Eruditi admodum viri non opinati sunt tantùm, sed disertè asseruerunt, hos eosdem fuisse, atque Chorepiscopos; quod satis mirari nequeo; nam ab iis perpetuò distinguuntur. Gennadius, τίνων τὰ πάντα, διοσκόρου, πύρρου τε ὅσπερ ὧν ἁλισκόμενον δεῖ πιστεῦσαι τινὶ ἐπισκοπεῖν, ἢ χωρεπισκοπεῖν, ἢ θεσμοθέτην, ἢ πρεσβύτερον, ἢ διάκονον. Gennad. in Encycl. Justinianus, Θεσπίζομεν κατὰ τοὺς θείους διαίσεως κανόνας, μήτε ἐπίσκοπον μήτε χωρεπίσκοπον μήτε θεσμοθέτην, μήτε πρεσβύτερον, μήτε ἄλλον οἱασδήποτε ἀξίας κληρικὸν ἐπὶ δόσει χειροτονεῖσθαι. Hoc est, juxta veterem interpretem, *Præterea sancimus (quemadmodum & divinis canonibus definitum est) ne quis Episcopus, aut Chorepiscopus, aut visitator, aut circuitor, aut Presbyter, aut alius cujuscunque dignitatis Clericus, per largitionem ordinetur.* sect. 9. l. 42. c. de Episcopis & Clericis. Ubi primò observes θεσμοθέτην tam à Justiniano quàm Gennadio inter Chorepiscopum & Presbyterum collocari; & deinde à veteri interprete *visitatorem aut circuitatorem* latinè exponi. Sic etiam Dionysius Exiguus hoc loco vertit, primam canonis hujus partem ita interpretando, *Quòd non oportet in villulis aut in agris Episcopos constitui, sed visitatores.* Et Isidorus Mercator, *Non oportet in villis & vicis Episcopos ordinari, sed visitatores, id est, qui circumeant, constitui.* Quinetiam ex hoc ipso canone satis apertè constat θεσμοθέτας hîc commemoratos alios fuisse à Chorepiscopis. Primo enim hîc decernitur ut constituantur ἐπίσκοποι ἐν ταῖς χώραις, hoc est haud dubiè χωρεπίσκοποι, ut ab Episcopis urbium distincti. Hos & antea constitutos fuisse hîc ostenditur; ulteriùs enim decernitur Episcopos, qui antea constituti fuerant, τὰς ἤδη θεσμοθετοῦντας in villis nimirum aut regionibus, postea nihil agere ἀλλὰ γνώμης τῆς ἐπισκόπου τῆς ἐν τῇ πόλει. Ergo antehac ἐν χώραις etiam revera Episcopi constituti sunt. Sed in posterum eorum loco θεσμοθέται substituantur, cautum est; qui propterea apertissimè distinguuntur à Chorepiscopis illis sive Episcopis ἐν χώραις, qui antea constituti fuerant. Hi autem περιοδευταὶ Presbyteri erant, qui nulli certo loco addicti, Episcopi nomine rusticanas parœcias circumeuntes, eas visitabant; unde *circuitores*, & *visitatores* dicti sunt. De quibus Gregorius Magnus ait, *Visitatores Ecclesiarum, clerique eorum, qui cum ipsis per non suæ civitatis parochias fatigantur, aliquod laboris sui capiant, te disponente, subsidium.* Greg. l. 3. ep. 11. ad Maximian. ep. Syracus. Nomen autem sortiti videntur à medicis corpora curandi gratiâ circumcursantibus; de quibus Modestinus, *Grammatici, Sophistæ, Rhetores, Medici, qui περιοδευταὶ, id est, circulatores vocantur, quemadmodum à reliquis muneribus, ita & à tutelâ & à curâ requiem habent.* sect. 1. l. 6. ff. de excusationibus.

## In Can. LIX.

Ὅτι ὁ δεῖ ἰδιωτικοὺς ψαλμούς. Balsamon & Zonaras hæc verba de nescio quibus Solomoni aliisque adscriptis Psalmis interpretantur; sed quandoquidem ἰδιωτικοὶ vocentur, Psalmi potiùs, à privatis personis, vel ipsius Concilii tempore vel antea compositi, intelligendi sunt. Primitivæ enim Ecclesiæ in more positum fuit, Psalmos quosdam & Hymnos in honorem Dei Christique componere: ut ex istis Eusebii verbis probè constat, ψαλμοὶ δ' ὅσοι καὶ ἀδελφῶν ἀπαρχῆς ὑπὸ πιστῶν γεγράπται τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ τὸν Χειστὸν ὑμνοῦσι θεολογοῦντες, *Quot etiam Psalmi atque Cantica fratrum jam pridem à fidelibus conscripta, Christum Verbum Dei concelebrant, divinitatem ei tribuendo.* Euseb. Hist. Eccles. lib. 5. cap. 28. Hujusmodi Psalmus à Clemente Alexandrino compositus est, & inscriptus, Τοῦτος τοῦ σωτῆρος Χειστοῦ, τοῦ ἁγίου Κλήμεντος, extat autem ad calcem tertii ejus libri Pædagogi dicti. Et hujusmodi sanè Hymnos in publicis ipsorum conventibus à Christianis olim decantari solitos fuisse, Plinius secundus fidem facit, qui eos tradidit solitos esse *stato die ante lucem convenire, carmenque Christo quasi Deo dicere secum invicem.* Plin. lib. 10. ep. 97. Cùm progressu autem temporis hujusmodi Psalmi & Hymni ab hæreticis conficti, vel ab aliis depravati essent, visum est præsenti Synodo usum eorum ab Ecclesiâ arcere; nec permittere, ut quid præter canonicos sacræ Scripturæ libros, proximo canone recensitos, publicè in Ecclesiâ recitaretur. Verùm cùm Paulus Samosatenus Psalmos in honorem Christi conscriptos tanquam novellos sustulisset, hoc Synodus contra eum coacta ei vitio vertit, dicens, inter alia crimina ei objecta, ψαλμοὺς δὲ τοὺς μὲν εἰς ἑκάστην ἡμέραν Ἰησοῦ Χειστὸν πεποίηκε, ὡς δὴ νεωτέρου καὶ νεωτέρων ἀνδρῶν συγγράμματα. Euseb. Hist. Eccl. l. 7. c. 30. Nimirum iste eos sustulit, ut in Christi honorem scriptos. Hæc autem Synodus eos in Ecclesiâ legi prohibet, ne quid de Christi honore derogetur.

GUILIELMI

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

# GUILIELMI BEVEREGII
## ANNOTATIONES
# IN CANONES CONCILII
## SARDICENSIS.

Ἡ ἐν Σαρδικῇ σύνοδος. Sardica urbs Illyrici fuit, in Mysiæ superioris confinio, centum millia passuum plus minus à Philippopoli distâns. In hac olim celebri urbe præsens Concilium celebratum est; de quo acerrimè disputatum est, utrùm œcumenicum fuerit, an non. Et primò quidem, nemo inficias eat, quin ab Imperatoribus Constante & Constantio eâ mente convocatum fuerit, ut œcumenicum esset; ac propterea utriusque imperii, Occidentalis scilicet & Orientalis, Episcopi illuc accersiti sunt, Ruffino & Eusebio Coss. an. Dom. 347. Hoc enim Socrates disertè afferuit, dicens, Κηρύσσεται ἐν αὐτῇ οἰκουμενικὴ σύνοδος, ὡς δὴ τῶν Σαρδικέων, πόλεως ἧς αὐτὴ Ἰλλυριῶν, γνώμῃ τῇ δυεῖν βασιλέων, τῷ μὲν διὰ γραμμάτων αἰτήσαντος, τῷ δὲ τὸν ἑαυτοῦ ἐπίμονον ἐνδείκνυσθαι ἐθελήσαντος· ἐνδείκνυτο δὲ ἦν ἀπὸ τῆς πολιτικῆς τῶν παρόντων δὴ δύο Αὐξεντίων, ὅπατος ἦν τότε Ῥωμαίων καὶ Εὐσεβίου, ὅτε ἡ ἐν Σαρδικῇ συνεκροτήθη σύνοδος. Socrat. Hist. Eccl. l. 2. c. 20. Verumenimverò etiamsi Episcopi ex utroque Imperio convocati fuerint, Concilium tamen ex Occidentalibus solis constitutum est. Cùm omnes enim Sardicam convenissent, Orientales negabant se ad consilium venturos, nisi Paulus & Athanasius ab Occidentalibus priùs ejicerentur: quod cùm hi respuissent, Orientales Philippopolim illicò se conferentes, ibi Concilium seorsim ab Occidentalibus habebant, καὶ γράμμασι ἐν τῇ Φιλίππου πόλει τὴν Θράκης, ἰδιάζειν πρὸς ἀλλήλους συνόδους. ut Socrates ibidem tradidit; necnon Sozomenus lib. 3. cap. 11. Ac proinde Sardicense illud œcumenicum nequaquam dici potest Concilium, quia ab Occidentalibus solis Episcopis habitum fuit: unde & *Occidentalium Concilium* ab antiquis Patribus sæpe audit; neque unquam à Græcis vel vetustioribus Patribus Oecumenicum vocatum est. Numerus Episcoporum, qui ex utroque imperio ad urbem, licet non ad Concilium, conveniebant, erat circiter centum septuaginta; ut Athanasius, cujus causâ indicta est Synodus, & qui ipse intererat, testatus est, dicens, Συνήχθημεν πλείους ἀπό τε τῆς ἀνατολῆς καὶ τῆς δύσεως ἐν τῇ Σαρδῶν πόλει πλέον ἢ ἔλαττον ρο'. τῷ ἀριθμῷ ἐπίσκοποι. Athanas. ad Solitar. tom. 1. pag. 818. edit. Paris. Ubi etiam observatum velim, hìc dici tot convenisse ἐν τῇ πόλει, non εἰς τὴν σύνοδον. Socrates, fateor, & multi è recentioribus asseruerunt, ipsum etiam Athanasium dixisse trecentos plus minùs Episcopos in hac Synodo congregatos esse. Verùm Athanasius nusquam hoc dixit, sed tantum asseruit τριακ'. *trecentos quadraginta quatuor* Episcopos suæ ipsius restitutioni subscripsisse; ut ex ipsius verbis constat, in apologia secunda pag. 767. & 768. quorum etiam nonnulli ante, alii post Synodum subscripserunt. Verus itaque numerus omnium tam Occidentalium quàm Orientalium, qui Sardicam convenichant, Episcoporum, is erat, qui verbis ejus antè citatis asseritur nimirum 170. plus minùs. Cum autem omnes Orientales ab urbe secessissent, ad Synodum nunquam convenientes, ea vix à pluribus quàm 80. iisque omnibus Occidentalibus, Episcopis celebrata fuit.

Οἵπερ εἰσὶν ὧδε. Post hæc ultima præfationis in canones hujus Concilii verba in codice nostro Bodleiano hæc habentur, Εἰ βέλει μαθεῖν τὰ περὶ τῆς παύτης συνόδου, ἀνάγνωθι τὸν βίον τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου, ἐν ᾧ ἐρήσεις μὴ δὴ ἄλλων, ὅτι οἱ συναθροίσαντες αὐτὴν ἐπίσκοποι ἦσαν ἑκατὸν ἰσῶ πλείους ἢ τριακοσίους, τῶν ἰδίων δὲ ἐβδομήκοντα· εἰ δ' ἐβδομήκοντα γοῦν καὶ Ἀθανασίου φησαντος ἐ συνῆλθον τοῖς ἐξ ἑσπέρας, διὰ τὸ συνῆφθαι ἐκείνοις τὸν Ἀθανάσιον· ἀπελθόντες δ' ἐν Φιλιππουπόλει ἰδίαν συνόδου συνεκρότησαν, καὶ τὸ ὁμόφρον ἀπεκήρυξαν. οἱ δ' τριακόσιοι πάλιν σύνοδον συνεκρότησαν τὴν ἐν Φιλιππουπόλει καθῆλον. *Si quæ ad hanc Synodum spectant edíscere velis, vitam S. Athanasii legas, in quâ inter alia invenies, quòd qui conveniebant Episcopi erant Occidentales quidem plus minùs trecenti: ex Oriente autem septuaginta; septuaginta autem malè contra Athanasium affecti cum Occidentalibus non conveniebant, eo quòd Athanasius cum iis erat: Abeuntes autem Philippopoli propriam Synodum constituebant, & ὁμόφρονα abdicabant. Trecenti verò Synodum habentes, eos qui Philippopoli convéniebant, depositioni subjiciebant.* Hæc autem in nullo alio codice leguntur: Iis verò quæ à Balsamone & Zonara hìc scribuntur, non consentiunt; atque ideo à neutro scripta, sed è margine in textum traducta videntur.

### In Can. IV.

Εἴ τις ἐπίσκοπος καθαιρεθῇ. In Codice Amerbachiano, inter hunc canonem & Zonaræ interpretationem, hoc habetur Scholium, Ἐκ τούτου τοῦ κανόνος τὸ Ῥωμαϊκὸν ἦρται εἰς ἀλαζονείαν, καὶ τύπον ὡς τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου πάλαι ἀσεβαλλόμενοι ὑπὸ τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου ἐάλωσαν κακοῦργοι οἱ τότε ὄντες Ῥωμαίων ἀρχιερέες, ὡς αὐτὸ δηλοῖ τὸ συνοδικὸν ἀρχεῖον τῆς ἐν Καρθαγένῃ. πάλιν ἐπὶ ἴσου αὐτοῖς ὁ κανὼν πλέον τι χαλίζεται τῷ ἄλλως κανόνι, κἂν ἀλόγως τοῦτο δοκῇ. ἐ γὰρ ἁπλῶς ποτὲ ὁ καθαιρεθεὶς φασὶν ἄδειαν ἔχειν ἔκκλητον δίδοναι τῇ Ῥώμῃ· ἵνα γὰρ ἐν ἄκροις πολεμῶσι τῆς οἰκουμενικῆς συνόδοις ἡ ἐν Σαρδικῇ, ἀλλὰ τὸ ὑπὸ τῷ χωνιαζόντων ἐπισκόπων, καὶ πάλιν τὸ ὑπὸ τῷ τῆς φύσεως ἐναντίας. ἵνα γὰρ μητροπολίτου συνέλθοντος, ἵνα ἐξάρχου ἢ πατριάρχου συμπαρουσίαν συμβουλεύωσιν· ὥστε ἵνα δὲ τις τούτων παρῇ, καὶ ὑπὸ τῷ χωνιαζόντων, ἢ ἐν τοῖς χωνιαζόντων ἡ τῶν ἐπισκόπων κατάκρισις συνῇ, ἀδίκως ὑπὸ τῆς Ῥώμης ἀναφελάφητος ἔσται, ὥστε τῷ ἀρχιερεῖ κανόνι ἀντιλαμβάνεσθαι· ἔτι γὰρ ἀρχαῖος ἔθος μένων τῷ ἐν τῇ δύσει ἐκπεφάνθαι· δίδει καὶ ὁ Ὅσιος, καὶ εἰ σωὶ ἄμφω ἐαθήμενοι τοὺς κανόνας ἐν τῷ μεταξὺ ἐκείνων ἦσαν. ἐν γὰρ τῇ ἀναπλῇ ἐδημοσίᾳ μέχρι τῶν σωθέντα τοιαῦτα κεφάλαια. *Ex hoc canone res Romana ad superbiam elata est; & hunc tanquam à Synodo Nicænâ constitutum olim proferentes malefici tunc temporis Romanorum præsides à Concilio Carthaginensi deprehensi sunt, quemadmodum ipsum Synodicum Synodi Carthaginensis præmium ostendit. Quinetiam nec hic amplius quid, quàm alii canones; isthic concedit, licet illi ita sine ratione opinentur. Neque enim absolutè usquam depositum licentiam habere dicit ad Episcopum Romanum appellandi; sic enim Sardicensis œcumenicis Synodis planè adversaretur; sed eum, qui à finitimis Episcopis, & rursus eum qui ab ipsius Provinciæ Episcopis depositus est. Neque enim metropolitæ conventum, neque Exarchi sive Patriarchæ præsentiam comprehendit, adeo ut si quis eorum ibi adsit, & nec à finitimis Episcopis, nec in viciniis condemnatio Episcopi constituatur, nulla à Romano retractatio erit: quemadmodum in proposito hoc canone traditur. Hic enim de iis solis, qui sunt in Occidente edicitur, quandoquidem Hosius & qui cum eo hos canones exponebant, ex istis partibus erant. In Oriente enim usque ad hunc diem talis consuetudo neutiquam obtinuit.* Hoc sanè dignissimum est quod observetur Scholium, quippe quo probatur nihil amplius à præsenti Synodo quàm ab aliis; ac proinde nec appellationes ad sedem Romanam hîc concedi; idque primò quoniam sic Sardicensis, Provincialis nimirum Synodus, ipsis œcumenicis adversaretur; & deinde hîc non permitti, ut quivis Episcopus, qui deponitur, ad Romanum appellet, sed tantum qui à finitimis Episcopis deponitur, nullâ mentione habitâ Metropolitani vel Patriarchæ; adeo ut si quis horum adsit, sine quibus nulla legitima fiat depositio, neque retractatio Romanæ Sedi indulgetur. Tertiò, quòd hæc Synodus ex Occidentalibus solis constabat Episcopis, ac proinde Orientales decretis ipsius constringi nequeunt. Et denique quòd hæc consuetudo,



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

suetudo, ut ab Oriente scilicet ad Romam appellaretur, nunquam obtinuit; sed obtinuisset si hæc œcumenica fuisset Synodus, & appellationes ab omnibus locis ad Episcopum Romanum ab eâ indultæ fuissent. Et quidem hos canones Sardicenses nec ipsis Nicænis adversari, ipse etiam Hincmarus Rhemensis in epistolâ sub Caroli Calvi nomine ad Joannem VIII. Papam Romanum scriptâ testatus est, *Cujus sanctæ* (inquit) *Synodi Nicænæ constitutionem Sardicenses canones non convellunt, qui cum Pontificis Romani Vicario vel arbitrio causam Episcopi in Provinciali Synodo judicati, etiam Episcoporum judicio vel arbitrio, qui eum judicaverunt, cum Episcopis, qui in finitimâ & propinquâ Provinciâ sunt, præcipiunt terminari: quatenus sive in manendâ, sive in immutandâ sententiâ juxta canones Nicænos, commune sit placitum.* Car. Calv. epist. ad Joan. VIII. cap. 11. Nimirum Synodus Nicæna canone quinto decrevit, ut omnes Ecclesiasticæ causæ à Provinciæ Synodo determinentur, in quâ motæ sunt. Post istud itaque decretum, à generali Synodo constitutum, ridiculum fuisset Provincialem Synodum decernere, ut à Provinciæ Synodo ad Episcopum Romanum appelletur, illeque causam finiret. Neque hoc quidem præsenti Concilio Sardicæ habito in mentem unquam venit; nuspiam enim decrevit, ut ipse Episcopus Romanus causam aliquam in alienâ Provinciâ ortam determinaret; sed tantùm ut ipsi liceret decernere, ut causa aliqua retractetur in eâdem Provinciâ, ubi prius judicata est; ut ex tertio & quinto aliisque hujus Concilii canonibus patet. Et quod inprimis etiam observandum est, neque hoc, quicquid est privilegii, vel è scripturis, vel ex antiquâ traditione aut consuetudine à Patribus Sardicensibus Episcopo Romano afferitur & instituitur; sed tantùm in honorem S. Petri. Sic enim Hosius Episcopus Cordubensis, qui Concilio præerat canone tertio, εἰ δοκεῖ ὑμῖν τῷ ἁγίῳ Πέτρῳ τὴν ἀποστολικὴν τιμὴν συναυξῆσαι. Adeo ut nullum aliud tunc temporis iis præsto esset argumentum, quo hoc fundaretur, nisi ut memoria S. Petri, per hujusmodi privilegium Episcopo Romano indultum, honoraretur.

## In Can. VI.

Ean συμβῇ ἐπαρχίᾳ. Harmenopulus sensum hujus canonis ad hunc modum contrahit, Εἰ *Νέου* ἐπαρχίᾳ ἑνὸς μόνου ὄντος ἐπισκόπου καταλειφθῇ, καλούντος αὐτὸν τοῦ μητροπολίτου κληθεὶς εἰς ὀφείλοντα χειροτονίαν μὴ ἀπαντήσῃ, μήτε μὴν ἀντιγράψῃ, τὸ ἐκεῖθεν ὁ μητροπολίτης ἐχέτω. μητροπολίτου δὲ χειροτονοῦντος, καὶ οἱ πλησιόχωροι τῆς ἐπαρχίας παρῆσαν. *Si alicui Provinciæ unus duntaxat Episcopus relictus fuerit, atque is à Metropolitano arcessitus ad Episcopi ordinationem non venerit, neque rescripserit; sufficientiam metropolitanus habeto. Quum autem metropolitanus ordinatur etiam finitimi Provinciæ adsint.* Ubi Scholiastes ad vocem ἐκεῖθεν dicit, τουτέστιν ἐκεῖνος ἔχει καὶ μόνος ὁ μητροπολίτης εἰς τὸ ψηφίσασθαι· ὁ γὰρ καὶ χειροτονήσει μεθ' ἑαυτοῦ αὐτὸς, εἰ μὴ κατὰ τὸν Ἀποστολικὸν κανόνα, *hoc est, etiam metropolitanus solus sufficiens & idoneus sit ad eligendum. Non enim ipse solus ordinabit, nisi secundum Apostolicum canonem.* Harmenop. epit. can. sect. 1. tit. 1.

## In Can. IX.

Ean οἰκοδεσποτῶν. In codice Amerbachiano, inter hunc canonem & Zonaræ interpretationem, hoc habetur Scholium, Σκόπει ὡς οἱ κανόνες μικρῷ ἔμπαντες πάντας τῆς συνόδου, μειοῦσι καὶ ὁ καθολικὸς κανονίζει θεσμὸς, καὶ μόνας ἐκείνας αἱ τῇ ἕωσφίᾳ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ ἀνήκουσι θρόνῳ· ὥστε εἴ τις ἐθέλει σώζεσθαι καὶ πρωτεύειν τούτους, ἐκ ἂν αὐτοὺς εἰς καθολικὸν ἐκλάβοιτο σχῆμα. οὐδὲ γὰρ αὐτὰ τὰ ῥήματα ἐᾷ. ἀλλ' ἐξ ὧν ἀεὶ τῷ Ῥώμης ὅπως διοικίζει, δυνάμεις καὶ ἔκστασι τῶν λοιπῶν δ'. πατριαρχῶν ὑπὲρ τῆς εἰς τὸν ἴδιον τῆς πατριαρχείας ἐπορείαν πραττομένων χάριν αὐτοῖς. ὁ γὰρ ὑπὲρ τοῦ Ῥωμαϊκὸν θρόνον ἁπάσης ἀναφέρουσι τὰς διοικήσεις· τοῦτο γὰρ ἀδύνατον καὶ ξένον τῆς ἐκκλησίας· ἀλλ' ἐξ ὧν τὰ τῇ Ῥωμαϊκῇ ἐπαρχίᾳ διοικούμενα εἰς τὸν τῆς Ῥώμης πρόεδρον ἀναφέρουσι γνώμην, ἐν οἷς αὐτὸν ἔχειν ἐνταῦθα, ὅτι καὶ τὰς ἐν ἑκάστῃ τῶν ἄλλων πατριαρχῶν διοικήσεις εἰς τὸν τῆς οἰκείας πατριάρχου ἀνάγεσθαι διδάσκει κείσε. ὅπερ γὰρ καὶ ἡ ἐν Βενεθαλίᾳ σύνοδος ἡ κανόνα τῶνδε ἐθέσπισεν. *Observa ut omnes ferè canones hujus Synodi, particulares, & non generales decernunt sectiones, easque solas quæ ad sedis Romanæ territoria pertinent; adeo ut si quis eos servari velit atque honorari, ne ad formam generalem eos extorqueat, neque enim res ipsa hoc sinent, sed ex eo quòd hi canones de throno Romano constituant, unusquisque quatuor reliquorum Patriarcharum iis uti potest ad ea, quæ intra suos cujusque Patriarchatûs limites facienda sunt. Neque enim omnes diœceses throno Romano subjiciunt: Hoc enim impossibile est, & ab Ecclesiâ alienum. Sed ex eo quòd quæ in Romanâ regione administrantur, ad præsulis Romani sententiam referant, exinde intelligere licet, quòd administratione, in singulis aliis Patriarchalibus ad proprii Patriarchæ judicium referri statuant. Sic enim & Synodus in Venethaliâ habita hunc canonem intellexit.* Venethalia hic commemorata eadem videtur civitas, quam Gulielmus Tyrius Venethal vocat, & Episcopalem esse sedem sub Sergiopoli tradidit.

## In Can. X.

Δεῖ μὴ πάντως ἀκριβείας. Præter Balsamonis & Zonaræ Scholia, aliud huic etiam canoni annectitur his verbis conceptum, Σημείωσαι ὅτι τοὺς πλουσίους καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς ἀναλαμβάνει ὁ κανὼν ἕτῳ κωλύει· διὸ καὶ δῆλον ὅτι καθολικῶς μὲ προσιέσθαι τοῖς Ἀποστολικοῖς κανόσι, καὶ τοῖς οἰκουμενικαῖς συνόδοις, οὓς οὐ ἀπὸ λαϊκῶν, οἱ μὴ πρωτοφανῶς προσιόντων, ἀκώλυτός ἐστι προβολὴ πρεσβυτέρου καὶ διακόνου τιμιώτερον ἀλόγως ἅμα καὶ ἐναντίως τοῖς περὶ αὐτῶ κανόσιν εὑρήσει. νεόφυτῳ γὰρ καὶ τῷ θείῳ ἀποστόλῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἡμῶν πατράσι καὶ τοῖς κανόσιν, οὐχ ὁ νῦν εἰς χριστιανοὺς ἐξαίφνης, ἀλλ' ὁ τῶν χριστιανῶν ἤδη ὑποληφθεὶς ἄρτι, καὶ νοεῖται καὶ λέγεται· πολὺ συμπεπτώκασι, ὅτι ἕτῳ ὁ κανὼν οὐχὶ διάκονον μόνον μὴ χειροτονεῖσθαι ἀπὸ τῶν λαϊκῶν ἄνευ ὧν προδιδάξειεν εὐσεβεῖν, ἀλλ' ἐδὲ προεδρεύειν ἢ διακονεῖν, ὅπερ τοῖς ἀπαιτοῦσι ἐπισκόπου ἐπιτήδεια, ἀναγίνωσκον. πολὺ εἰ μήτε πάλιν δεῖ τῶν ἀπ' ἀγορᾶς πλουσίων μόνων μὴ χειρῶν καὶ κανόνα λαμβάνειν λέγω, βούλεσθαι τινα δόκησιν ἀπῇ. ἀλόγως γὰρ καὶ ἡ τοῦ χρόνου ἀναγκαία. διὰ γὰρ τὴν δοκιμασίαν τῶν τρόπων δεῖν φησι προσλαμβάνεσθαι τὸν χρόνον· ὥσπερ ἐκ ἐνὸς τοῖς λαϊκοῖς ὀξυπαζόμενον δοκιμὴν προσηκεῖν βίου. καὶ τοι εἰ μὴ δυνατὸν δοκιμασίαν βίου δοῦναι λαϊκὸν, ἵν' ἁπλῶς εἰς κλῆρον χρὴ προβάλλειν ἄλως τοιοῦτον. Ἀδύνατον γὰρ εἰς ἄνοια βάλετο δοκιμὴν βίου λαϊκοῦ λαμβάνειν, ἀδόκιμον δ' πῶς ἂν τις εἰς τάξιν ἄρτι κλητικὸν, ἢ τἀναντία ὧν ἐπαγγέλλεται κατασκάζει τὰς ἀνεξετάστους βίους ἀπὸ λαϊκῶν κλητικῶν ὑποβάλλειν τάξει ἀξιοῦν. εἰ μήτε ἀγνοεῖται δεῖν τὰς εἰς κλῆρον μέλλοντας εἰσίναι, κλητικὰς χρηματίζειν πρέπειν· εἰς τοῦτο γὰρ ἡ ἄνοια τελοῦσα. *Nota quòd divites atque ex foro Scholasticos hic canon prohibet; quare nec videtur catholicè cum Apostolicis canonibus pugnare, & cum Synodis Oecumenicis, quibus eos ex Laicis, qui non nuperrimè fidem amplexi sunt, ad Episcopalem provehi honorem non prohibetur. Vocem itaque neophytum absurde & contrariè canonibus ipsam præcedentibus intellexit. Neophytus enim, & divino Apostolo, & aliis nostris Patribus, & canonibus, non is qui modo in clerum cooptatur; sed qui Christianorum fidem modò amplexus est, & intelligitur & dicitur. Præterea observes etiam, quòd hic canon non tantùm Episcopum ex Laicis, (exceptis iis) non fieri præcipit, sed nec Presbyterum, nec Diaconum; quod à nulla prorsus Ecclesiâ admissum videtur: Præterquam si quis rursus canonem de solis ex foro divitibus & Scholasticis accipiendum dixerit, subsidium aliquod sibi exinde excogitans. Verumetiam causa observationis omnino absurda est. Ad morum enim probationem tempus assumendum esse dicit: ut non possibile sit Laicis exploratum vitæ documentum exhibere. At si non possibile sit Laicum vitæ experimentum dare, nec absolutè in Clerum talis omnino cooptari debet. Impossibile enim est, ut stulta ista opinio præ se fert, Laici vitam exploratam habere. Inexploratum autem quonam quis pacto ad ordinem promoveat Clericum: vel contraria iis, quæ pronunciat, probant Laicos ad Clericorum ordinem cooptari posse, etiamsi vitæ eorum inexploratæ sint; nisi forsitan intelligatur eos, qui ad Clerum suscipiendi sunt, Clericos priùs vocari: In hoc enim absurda ista opinio desinit.*

## In Can. XIV.

Εἴ τις ἐπίσκοπος. Huic etiam canoni in codice Amerbachiano aliud σχόλιον annexum habetur sic se habens, ἕτῳ ἀ κανὼν ἐναντίους τοῖς πρὸ αὐτοῦ ὄζει καὶ συγχύσιον καὶ σκανδάλων αἴτιος· τὸ μὲν γὰρ καταδικασθέντα ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου κλητικὸν δεῖν ἢ κοινὸν ἐπιτρέχειν μητροπολίτῃ ἀκλάυτον καὶ κανονικόν· τὸ δ' ἂν μὴ παρῇ ἐκεῖνος, εἰς ὕστερον καταδίκην καὶ κύριον καὶ ὀξυτάσιν τινὸς τοῦ ἐπισκόπου αὐτὸν ἢ μηδέποτε ἐξικνάζοντα αὐτὸν, (ἢ γὰρ τῆς πρέξεως ὀξύτατος δικαιοῦν ἢ παρεκτὸς σωφρονίζειν καὶ ὑποδίκου τινεῖν) πῶς ἐ φιλόλογον, καὶ παρεκτὸν ὀρθοῦν καὶ παρῆς, καὶ τῆς ἐντάξίας λυμαντικόν. *Hic canon contrarius est iis, quæ ante ipsum sunt, & confusionum & scandalorum causa. Clericum enim ab Episcopo condemnatum*

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

*condemnatum ad communem confugere Metropolitanum consentaneum est & canonicum: si metropolitanus autem non præsto sit, ad alium confugere, eumque Dominum & examinatorem Episcopi sui constituere, qui nullam omnino in eum potestatem habet* (nam actionem discutere idem est atque examinare & obnoxium facere) *quàm absurdum est, tumultum & seditionem movens, & bono ordini exitiosum.* Verùm hæc ipsa ferè verba ab Aristeno post citatum hunc canonem in Synodo Carthaginensi usurpantur. pag. 512.

## In Can. XV.

Της ἐν Καρθαγένῃ νδ'. καὶ ζ'. Loco horum Balsamonis verborum in MS. Ætonienſi, hæc leguntur, ϛ' ἐν Ἀντιοχείᾳ κανόνα κϚ'. ϛ' ἐν Χαλκηδόνι κανόνα ιθ'. κγ'. καὶ κ'. ἑκατὸν δε κανόνα ἑνὸς, β'. ιϛ'. συνόδου Καρθαγένης νδ'. καὶ ζ'. συνόδου ϛ'. κανόνα ιζ'. καὶ κ'. *Synodi Antiochenæ canonem* 22. *Chalcedonenſis can.* 10. & 20. *Hujus Syn. can.* 1. 2. & 15. *Synodi Carthaginenſis* 54. & 90. & *ſextæ Synodi canonem* 17. & 20. Sed hæc Balsamoni non adscribenda sunt; neque in alio codice extant.

## In Can. XIX.

Ἀπο σιωπτικοῦ μέρους γέγονεν. Post hæc ultima Balsamonis in hunc canonem verba, Codex Bodleianus necnon Amerbachianus addit, Καὶ τοῦτο μὲν ἐγχάρσιον χρεὼν ἦν βαπτισθέντων ὑπὸ αἱρετικῶν. τὸν δὲ μητροπολίτου Ἡρακλείας κυροῦ Μανουὴλ ἐρωτήσαντος καὶ σωσθῆναι εἰ χρὴ δεχθῆναι ὡς περὶ ὑπὸ ψευδιέρεως τινὸς πλανωμένου τὸ ἱερατεύειν καὶ τὸν ὑποῤῥᾶ οὐσίαν αὐτοῦ βαπτισθέντα, εἴδομεν καὶ ἡμεῖς εἰπεῖν τὸ δοκοῦν ἡμῖν. καὶ εἴπομεν τοῦτο. Οἱ θεοκήρυκες ἄγγελοι ἀπόστολοι δὶ ὁπωσδήποτε καὶ φωτοδυτήρων τὸ ἀπὸ τοῦ θείου βαπτίσματος ἁγιασμὸν δίδοσθαι τοῖς πιστοῖς διορίσαντο· φασὶ γὰρ ὁ τὸν μϚ'. καὶ μζ'. κανόνι τοῦτο φησὶν, ὀφείλοντα ὁ φωτοδύτην αἱρετικῶν δέχεσθαι βάπτισμα ἢ θυσίαν, καθαιρεῖσθαι προσέταξεν· ὥστε καὶ ὁ φωτοδύτης τὸ ἀληθινὸν ἔχοντα βάπτισμα, ἐὰν ἄνωθεν βαπτίσῃ, ἢ τὸ μεμολυσμένον ὕδωρ ἁγιάζῃ ἐὰν μὴ βαπτίσῃ, καθαιρεῖσθαι, ὡς γελῶν τὸ σωτῆρον καὶ τὸ τοῦ κυρίου δόγματος· δῆπεν καὶ ὁ φωτοδύτης τὸ καθ' ἀλήθειαν ἔχοντα βάπτισμα, ἐὰν ἄνωθεν βαπτίσῃ, ἢ τὸ μεμολυσμένον ὕδωρ ἁγιάζῃ ἐὰν μὴ βαπτίσῃ, καθαιρεῖσθαι, ὡς γελῶν τὸ σωτῆρον καὶ τὸ τοῦ κυρίου δόγματος· δίκαιον γὰρ ὥρισται τὸν τύπτον σκέλυψιν λαϊκῆ ψευδιερέως ὑπάρχειν βάπτισμα. ὅτι μόνοις ἐπισκόποις καὶ ἱερεῦσιν, ὁ τῷ ἁγίῳ βαπτίσματος ἐνεδύθη τελετὴ, καὶ δῆλον ἀπὸ τοῦ κϚ'. κανόνος τοῦ ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου, λέγοντος, ὅτι οὐ δεῖ ἐξορκίζειν τοὺς μὴ φωτοδύτας ὑπὸ ἐπισκόπων, καὶ τοῦ μϚ'. κανόνος τοῦ αὐτῆς συνόδου, τοὺς φωτιζομένους τῷ πίστιν ἀπαγγέλλειν τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς φωτοδύταις διατρίβοντα, ἢ μᾶλλον τοῖς λαϊκοῖς· ὥσπερ πάντως τοὺς ἀμφισβητοῦντας εἰ ἁγιάζεσθαι βαπτίζειν, ὑποκρινάμενος ἀναγινώσκειν ὑπὸ τοῦ οβ'. κανόνος τοῦ ἐν Καρθαγένῃ συνόδου, κἂν τῇ ἀληθείᾳ βάπτισμα τύχῃ· ὅτι καὶ τὸ βαπτίσμα τοῦ ἀνθρώπου μὴ δεῖν τοῦ ὕδατος βαπτίζειν, καὶ διὰ τοῦ βαπτίσματος ἀφίεναι ἁμαρτίας (ῥυπτικὸν γάρ φησιν ἁμαρτημάτων τὸ βάπτισμα·) ἀκινδύνως καὶ χωρὶς πρὸς προσόμματος βαπτίζειν ὀφείλομεν· μήποτε ὁσιοῦ καὶ δικαίως ὑποτιθῆσθαι τοῦτον τὸν ἐν τῷ ἁγίῳ βαπτίσματος κανόνισιν. Εἰ δέ τις λέγοι διὰ τοῦ ῥηθέντος ἀνάγνωσιν τοῦ ἁγίου εὐχῶν ὑπὸ τοῦ λαϊκοῦ, καὶ τοῦ τοῦ ἁγίου μύρου χρίσιν, ὀφείλειν ἀληθὲς βάπτισμα λογίζεσθαι, εἶτα πάντας καὶ τοὺς κληρωθέντας ὑπὸ ἐπισκόπου πλανοῦ καὶ μὴ τὴν ἀλήθειαν χειροτονηθέντας ὀφείλειν ἂν καὶ μὴ διάγνωσιν τοῦ κυροῦ κληρικοὺς, ὅπερ ἄτοπον καὶ ὑπεναντίον τῷ δ'. κανόνι τοῦ ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς β'. συνόδου, ὡς τοῦτο διατρεπόμενον ῥητῶς, ὑπὲρ Μαξίμου καὶ Κυνικοῦ, καὶ τοῦ κατ' αὐτὸν ἀταξίας τοῦ ἐν Κωνσταντινουπόλει γενομένης, ὥστε μήτε τὸν Μάξιμον δύνασθαι γενέσθαι ἢ εἶναι, μηδὲ τοὺς παρ' αὐτοῦ χειροτονηθέντας ἐν οἱῳδήποτε βαθμῷ κλήρου, πάντων δεῖ ὑπὲρ αὐτῶν καὶ δεῖ παρ' αὐτοῦ γενομένων ἀκυρωθέντων· καὶ τοῦ ιδ'. κανόνι τοῦ ἐν Σαρδικῇ συνόδου, διορίζομένου τοὺς ὑπὸ Μυζαίου καὶ Εὐτυχιανοῦ κληρωθέντας ὡς λαϊκοὺς μόνον δέχεσθαι, ὡς κληρικοὺς δὲ αὐτοὺς μὴ χειροτονεῖν, διὰ τὸ τὸν Μυσαῖον καὶ τὸν Εὐτυχιανὸν ἀχειροτονήτους εἶναι. ὡς γοῦν οὐκ εἰσὶ κληρικοὶ οἱ ὑπὸ τοῦ ἀντίθεου Μαξίμου καὶ τοῦ Εὐτυχιανοῦ καὶ τοῦ Μυσαίου χειροτονηθέντες, ὅτινες οὐδὲ βεβαπτισμένους λογιζόμενοι ὑπὸ ἀντίθεου βαπτίζεσθαι λαμβάνομεν. διὰ καὶ τὸ ἀληθῶς βάπτισμα ἀποχρισμάτως βαπτιζόμενοι. εἰ γὰρ τοῦτο μὴ ἐποιοῦμεν, οὐ μόνον τοῖς ἱεροῖς καὶ θείοις κανόσι ἐναντιωσόμεθα, ἀλλὰ καὶ ἀναγκασθησόμεθα λέγειν πρὸς διὰ τοῦ ἁγίου μύρου τιμιῶ, καὶ τοὺς ἀπὸ μακρᾶς συνηθείας βαπτιζομένους Ἀγαρηνοὺς, ἵνα μὰ ὄζωσιν, ὡσαύτως καὶ τοὺς ὑπὸ ἀντίθεων χριομένους τῷ ἁγίῳ μύρῳ, λογίζεσθαι δεῖ βαπτιζομένους κυρίως καὶ ἀληθῶς, καὶ διότι ἀγιασμὸν τοὺς μὴ λαβόντας ἐξουσίαν αὐτοῦ ὑπὸ τῆς τοῦ πνεύματος χάριτος, ὅπερ ἐμοὶ τίσιν οὐκ ἔστιν ἀνεκτόν. εἰ δέ τις ἀνυποφόρως μοὶ τὸ δεῖ ὑπὲρ ἡμῶν τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου γενομένου, γένηται γὰρ τοὺς παρ' αὐτοῦ ἐν παιδικῇ ἡλικίᾳ βαπτισθέντας ὑπὸ τῶν θαλασσίας ῥεύματος διχθῆναι ὡς βεβαπτισμένους, καὶ τὸ ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πορφυρίου τελεσιουργηθὲν ὑπὸ σκηνικοῦ καὶ λόγον ποιησάμενον βαπτισθῆναι, κἀντεῦθεν μαρτυρικῷ στεφάνῳ ἀξιωθῆναι, ὡς ἴδοιεν τινικαῦτα θεῖοι ἄγγελοι μὲ λαμπάδων φωτοφορούμενοι αὐτὸ, καὶ τὸ, ὅσοι εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθησαν, βοῶντας, ἀνηθίου τούτῳ νομικὸν ἀνηλίγοντα, τὸ ὑπὸ γεγόναι ἐκ ἔλκυσε ὡς ὑπόλειγμα. Αν γοῦν ὁ βαπτίσας ἀνθρωπος θείας χάριτος ἠξιώθη, εἴας καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος, καὶ ὁ ἅγιος Πορφύριος, δεξίμεθα καὶ ἡμεῖς τὸ ὑπὸ τούτου γεγονὸς βάπτισμα· εἰδ' ἐκ ἔστι τοῦτο, τοῖς θείοις καὶ ἱεροῖς κανόσι ἐξ ἀνάγκης ἀκολουθήσομεν. *Et hæc quidem scripta sunt in gratiam eorum qui ab hæreticis baptizati sunt. Cùm autem Dominus Manuel metropolitanus Heracleensis Synodicè interrogaverat, an eum suscipi oporteat ut fidelem, qui à Laico, simulante se consecratum esse, in regione suâ baptizatus est, nos etiam rogavit exponere quid nobis visum est. Et hæc diximus. Divini præcones, sancti Apostoli sanctificationem à divino Baptismo per Episcopos & Presbyteros fidelibus impertiri statuerunt. Nam in 46. & 47. canone hæc verbatim dicunt, Episcopum aut Presbyterum hæreticorum baptismum aut sacrificium admittentes deponi jubemus; Item Episcopus vel Presbyter, si verè habentem baptisma denuò baptizaverit, deponatur; ut qui crucem & mortem Domini deridet, & Sacerdotes à falsis Sacerdotibus non discernit. Qui dicit itaque eum non baptizandum esse, qui à Laico falso Sacerdote baptizatus est, & non reverà sanctificatus, apertè, ut mihi quidem videtur, istis canonibus adversatur. Admittit enim fictum Laici falsi Sacerdotis baptismum. Quòd autem Episcopis solis & Sacerdotibus sancti baptismatis celebratio concedatur, manifestum etiam est ex 26. canone Synodi Laodicensis, dicente, quòd eos exorcisare non oportet, qui ab Episcopis non promoti sunt; atque etiam ex canone 46. ejusdem Synodi, illuminatos fidem Episcopo & Presbyteris recitare edicente, non quidem Laicis. Ut eos ergo, de quibus ambigitur, utrùm baptizati fuerint, sine præjudicio baptizemus, mandatum accepimus à canone 72. Synodi Carthaginensis, etiamsi baptismum reverà sortiti fuerint: sic etiam eum, qui baptizatus est ab homine, qui nullam baptizandi & peccata per baptismum remittendi potestatem accepit (nam baptisma, ut ait, vim à peccatis purgandi habet) sine periculo & offensione nullà baptizare debemus; ne istiusmodi dubitatio virum purgatione per sacrum baptismum privet. Si quis autem dixerit, illud, propter sacrarum precum lectionem à Laico, & sancti Chrismatis unctionem, verum baptisma existimandum esse, dicat etiam omnino eos, qui à falso Episcopo in clerum cooptati sunt & non verè ordinati, debere etiam post malum cognitum Clericos esse, quod absurdum est & contrarium quarto sancta & œcumenica secunde Synodi canoni, utpote hæc verbatim constituenti, de Maximo Cynico, & confusione ejus causâ Constantinopoli factâ, ut Maximus nec factus fuerit, nec sit Episcopus, neque isti, qui ab eo ordinati sunt, in ullo omnino Cleri gradu; omnibus, & quæ circa eum & ab eo facta sunt, infirmatis: atque etiam duodevicesimo Synodi Sardicensis canoni statuenti eos, qui à Musæo & Eutychiano in Clero constituti sunt, ut Laicos tantùm recipiendos esse, ut Clericos autem eos non communicare; quoniam Musæus & Eutychianus non ordinati erant. Ergo ut non sunt Clerici, qui à Maximo non consecrato & Eutychiano & Musæo ordinati sunt: sic nec ille baptizatus habebitur, qui baptizari dictus est ab eo, qui non est Sacerdos; ac proinde vero baptismate sine præjudicio baptizabitur. Si hoc enim non dixerimus, non modò sacris & divinis canonibus adversabimur; verumetiam cogemur dicere, fideles per sancti unguenti dignitatem, & Hagarenos à longâ consuetudine baptizatos, ne malè olerent, similiter & eos, qui sancto unguento ab iis, qui non sunt Sacerdotes inunguntur, existimandos esse proprie & verè baptizatos, atque eos sanctificationem dare, qui ejus dandæ potestatem à Spiritûs sancti gratiâ non acceperunt; quod ut mihi quidem videtur, neutiquam ferendum est. Si quis autem mihi objecerit, illud quod sancti Athanasii diebus factum est; scriptum enim est eos, qui ab illo in puerili ætate in maris arenâ, baptizati sunt, receptos fuisse ut baptizatos; & illud etiam, quod in sancto Porphyrio peractum est, laudi modò ab histrione baptizato, & exinde martyrii habito coronâ aëreâ, ut tunc videntes divinos Angelos cum lampadibus ante eum ambulantes, & illud, quotquot in Christum baptizati sunt, clamantes: huic legem opponam contradicentem, quod fit contra canones in exemplum non trahitur. Si is itaque, qui non consecratus baptizavit, divinam obtinuerit gratiam, qualem Magnus Athanasius & sanctus Porphyrius assecuti sunt; nos etiam baptismum ab iis celebratum admittemus: sin illud non sit, divinos sacrosque canones nobis necessariò sequendum est.*

Hæc quidem ab ipso Balsamone scripta fuisse totus eorum contextus evincit. Scripta autem ab eo fuerunt postquam commentaria sua in canones elaborâsset; quo factum est, ut in omnia exemplaria non translata fuerint. In nullo enim, quod scimus, præterquam Bodleiano & Amerbachiano habentur. Sed ab omnibus lectu dignissima sunt.

# GUILIELMI BEVEREGII

## ANNOTATIONES

## IN CANONES CONCILII

## CARTHAGINENSIS.

Ἡ ἐν Καρθαγένῃ συνοδος. Carthago olim totius Africæ caput fuit, ut testatur D. Augustinus Epist. 162. Hinc plurima ibidem habita fuerunt Concilia, ex omnibus Africæ Provinciis collecta. Aurelio præsertim Archiepiscopatum istam sedem tenente frequentes ibi celebrati sunt Episcoporum conventus; à quibus etiam ad stabiliendam Ecclesiasticam in Africâ disciplinam multi canones editi fuerunt. Tandem autem post consulatum Honorii XII. & Theodosii VIII. Augustorum, VIII. Kal. Junias, hoc est, anno Dom. 419. Maj. 25. aliud ibidem Concilium habebatur, in quo omnes antè constituti canones in medium prolati sunt, & magna eorum pars Synodali rursus autoritate confirmata. Canones igitur ab hoc Concilio confirmati, codex Canonum Ecclesiæ Africanæ, ab eo usque tempore dici meruerunt. Hi autem canones non Græcè, sed Latinè primo constituti & confirmati sunt. Hoc Dionysius Exiguus disertè testatus est in præfatione suâ ad codicem canonum Ecclesiasticorum, quibus hi etiam comprehenduntur, dicens, *Ne quid praterea notitiæ vestræ credar velle subtrahere, statuta quoque Sardicensis Concilii atque Africani, quæ Latinè sunt edita, suis à nobis numeris cernuntur esse distincta.* Quo tempore in Græcum sermonem conversi sunt hi Synodi istius Carthaginensis canones incertum est. Hoc tantum certum, quòd Græcè versi sunt ante Concilium Trullanum, à quo, canone secundo, in Græcum nomocanonem recepti, & istius etiam Synodi autoritate confirmati sunt: adeo ut ab eo demum tempore omnes hi canones in Ecclesia Orientali, pariter atque alii quivis, obtinuerint.

Τῶν συλλόντων αὐτούς. Post hæc verba in Codice Amerbachiano γάλιον additur, his verbis, Πίκανον πόλις Ἰταλίας, λέγεται ὃ καὶ Σηλυκῶς Πίκενος, ὡς Λείμενον καὶ Λείμενος, ὁ οἰκήτωρ Πικηνὸς καὶ Λειμενὸς, ὡς τὸ λίμενον, λίμενος. Πεκίνη πόλις Ἰταλίας, λέγεται ὃ καὶ Ποτεντὶς ὁ πολίτης Ποτεντῖνος· ὡς Πικεντία, Πικεντὸς, Πικεντῖνος. Ἰτέον ὅτι ἡ Λιβυκὴ μέρος εἰσὶν ὀκτώ. πρώτη μέν, ἣν ἡ Αλεξάνδρεια, καὶ ἡ Πεντάπολις Λιβύης, καὶ ἡ προσαναπληροῦσα ἔρημον Τριπολίτιν συμπληροῦσι· δευτέρα δὲ ἡ τῶν Βυζακίων· τρίτη δὲ ἡ ἡ Καρχηδόνος, ἡ καὶ Περικοσυλακία, ἥτις Λυδυπαπὸ καλεῖται· εἶτα Νουμιδίαι δύο πολαί τε καὶ νέαι· ἔπειτα Μαυριτανίαι τρεῖς, Καισαριωσία, ἡ καὶ Καισαρειανὴ καλουμένη ἀπὸ τῆς ἡ μητροπόλεως αὐτῆς τῆς Καισαρείας ὄνομα, Σιτιφενσία ἧς ἡ μητρόπολις Σιτῖφις, Τιγιανὴ ἡ μητρόπολιν ἔχουσα Τίγγιν. *Picenum urbs Italiæ; dicitur autem & genere fœminino, Picenus; quemadmodum Arimerum & Arimenus: incola Picenus & Arimenus, ut Æcanon, Æcanus. Picentus urbs Italiæ; dicitur verò & Potentus, civis Potentinus, velut Picentia, Picentus, Picentinus. Sciendum est, quòd octo sunt partes Africæ. Prima quidem est, quam Alexandria & Pentapolis Libyæ & desertum Tripolitanum dictum complent. Secunda est, Byzacena; Tertia Carthaginensis, quæ etiam Proconsularis dicitur. Deinde Numidiæ duæ, vetus & nova; Postea Mauritaniæ tres, Cæsarensia, quæ & Cæsariana dicitur à Metropoli ipsius nomine Cæsarea; Sitifinsia, cujus metropolis est Sitifensa; & Tingiana, quæ metropolim habet Tingin.* Verùm in D. Augustini explanatione Psal. 36. quinque tantùm partes sive Provinciæ toti Africæ diœcesi adscribuntur, *Sanctissimis fratribus atque collegis per universam Africam, hoc est, per Provinciam Proconsularem, Numidiam, Mauritaniam, Byzacenam, & Tripolim constitutis.* Aug. in Psal. 36. Totidem etiam recensentur can. 128. hujus Concilii. Aliàs Mauritania in duas partes divisa est; unde Rufus Festus sex ibi Provincias numerat, *Per omnem*, inquit, *Africam sex Provincia factæ, ipsa ubi Carthago est Proconsularis, Numidia, Byzacium, Tripolis, & duæ Mauritaniæ.* Ruf. Fest. in breviario. Sic etiam in notitiâ Imperii, ubi Mauritania in *Sitifensem*, & *Cæsaream* distribuitur, quemadmodum & in præfatione ad hos canones, quâ sex etiam numerantur. Sic etiam & Numidia postea in duas Provincias divisa est, πολαίαν καὶ νέαν, ut cum Scholiaste supra laudato Matthæus Blastares, Balsamon, Zonaras, aliique asserunt. Quinetiam Mauritaniam in tres Provincias postea divisam esse Cæsariensem, Sitifensem, & Tingitanam, Geographi testantur; ac propterea tota Africæ diœcesis octo constitisse partibus, sive Provinciis, Scholiastes non ineptè tradidit. Sed de antiquâ Africæ divisione mox plura dicemus.

Συναθροίσεως ἧς τῆς συνόδου. In Parisiensi Zonaræ editione post hæc verba, & ante Αὐρηλίου ἐπισκόπου ἔπη, Præfatio quædam ad canones habetur, his verbis, Μετὰ τὴν ἐκκλησίαν τῶν ἐνδοξοτάτων βασιλέων Ονωρίου τὸ δωδέκατον καὶ Θεοδοσίου τὸ ὄγδοον, τῷ Λυκίσκου, τῷ καὶ ἀπὸ Καλλιεπίων Ἰουνίου, ἐν Καρχηδόνι εἰς τὸ σκρίπτον τῆς ἐκκλησίας Φαύστου συναθροισθέντων Αὐρηλίου τοῦ Πάπα, ἅμα Βαλεντίῳ τῆς ἀρχαίας καθέδρας τῆς Νουμιδικῆς χώρας, Φαυστίνῳ ἀπὸ Πικένου τῆς Ποτεντινῆς ἐκκλησίας τῆς Ἰταλῶν χώρας τοποτηρητῇ τῆς ἐκκλησίας Ρώμης· ἀλλὰ καὶ διαφόρων τοποτηρητῶν ἀπὸ Ἀφρικανῶν ἐπαρχιῶν, τότε ὄντι ἀπὸ δύο Νουμιδῶν, τῆς Βυζακηνῆς, Μαυριτανίας, Σιτιφένσης, καὶ Καισαριανῆς, καὶ Τεσπόλεως· καὶ Βικεντίῳ Κολλεσπάνῳ, Φορτουνατιάνῳ Νεαπολίτῃ, καὶ τοῖς λοιποῖς ἐπισκόποις τῆς Ἀνθυπατικῆς χώρας διακόσοι δυσὶ καὶ ἑβδομήκοντα. ἃ μεθ' ἑαυτῶν καὶ Φιλίππῳ καὶ Ἀσέλλῳ τοῖς ἀρχιδιακόνοις τοποτηρηταῖς τῆς ἐκκλησίας Ρώμης· ταῦτα ἅπερ καὶ αὐτοῖς ἤρεσεν ἀρεσκόντων ὑμῶν διακόνων. *Post consulatum gloriosissimorum Imperatorum, Honorii XII. & Theodosii VIII. Augustorum.* VIII. *Kal. Junias, Carthagine in Secretario Basilicæ Fausti, convenientibus Aurelio Papa, unà cum Valentio primæ sedis Provinciæ Numidiæ, Faustino Ecclesiæ Potentinæ, Provinciæ Italiæ Piceni Legato Ecclesiæ Romanæ: sed & diversis Legatis Africanarum Provinciarum, id est, Numidiarum duarum, Byzacenæ, Mauritaniæ Sitifensis, & Cæsariana, atque Tripolitanæ: Item Vincentio Colusitano, Fortunatiano Neopolitano, & cæteris Episcopis Provinciæ Proconsularis numero* CCXVII. *necnon Philippo & Asello Presbyteris Legatis Ecclesiæ Romanæ. Hæc sunt quæ etiam illis placuerunt, astantibus Diaconis.* Et hæc quidem est ipsius Concilii præfatio ad sua acta & decreta; sed in nullis è Balsamonis codicibus, nec etiam in Amerbachiano Zonaræ codice habetur; at quæ in eâ leguntur Balsamon & Zonaras in communem utrique præfationem ad canones à se expositos inseruerunt; quæ ipsorum præfatio his verbis definens, συναθροίσεως ἧς τῆς συνόδου, non admittet alia inter ipsam & verba sequentia ab Aurelio prolata interponi.

Μετὰ τὴν ἐκδόσεων ἡμέραν. In Parisiensibus Balsamonis & Zonaræ editionibus, necnon in Codice Amerbachiano primus hujus Concilii canon ab his verbis incipit; sed codex canonum Ecclesiæ Africanæ à Justello editus, atque etiam ipsius Dionysii Exigui collectio in primo statuendo canone cum Bodleiano nostro MS. conveniunt; & rectè quidem. Nihil enim à Synodo decernitur, donec eo ventum est, ubi Κανὼν α'. *Primus canon* in hâc editione collocatur, quo primo decretum est, ut Nicæna statuta observentur.

Κομμονιτόριον. Ad hanc vocem in margine codicis Amerbachiani notatur, κομμονιτόριον λέγεται τὸ ὑπόμνημα, τὸ ἔγγραφον, ἢ ἡ ἐντολή. Sic etiam Suidas, κομμονιτόριον, ἐπιστολὴ φυλακτικὴ ἀποστελλομένη εἰς χώρας. Quæ eadem verba habentur & in veteribus glossis verborum juris: ubi etiam additur, Κομμονιτόριον ἐπιστολὴ ἀποστελλομένη μὴ φυλάξεως. Hoc sensu vox ista usurpatur à Justiniano, dicente, μηδὲ εἰ φυλακτικὸν, ἢ ἄλλον τύπον, ἢ θεῖον κομμονιτόριον λάβοι, ἐπιτρέπων αὐτῷ τι τοιοῦτον. Justin. Novell. 128. cap. 17. & ab Anastasio in Gregorio 2. *Rescriptis commonitoriis, nisi ad Catholicam converteretur fidem, etiam extorrem à Sacerdotali esse officio mandavit.* Et in codice Theodosiano, *Commonitoriis competentibus atque mandatis instructi.* l. 10. C. Th. de Curiosis. Sic passim usurpatur hoc vocabulum, pro literis sive Epistolis, quibus nuncius aliquis aut legatus descriptum habet, quicquid à se faciendum est.

Τὰ χαριτοδότητα ὑμῶν. Ante hæc verba in Codice Ætoniensi & Parisiensi Balsamonis editione præfigitur, Ζώμεν δίκαιον

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

σατ⊙ εἶπε. Sed vox εἶπε saltem superflua est. Nam quæ hìc dicuntur, Zosimi Papæ Romani commonitorium ad Legatos suos, Faustinum, Philippum & Asellum, in præsenti Synodo residentes, continent; ac proinde Ζώσιμ⊙ ἐπίσκοπ⊙ ad commonitorii istius inscriptionem pertinent, quæ plenè sic se habuit, ἀδελφῷ Φαυστίνῳ καὶ τοῖς τέκνοις Φιλίππῳ, καὶ Ἀσέλλῃ τοῖς ὁρισβυτέροις, Ζώσιμ⊙ ἐπίσκοπ⊙. Ipsum itaque commonitorium ab his verbis τὰ κατακεκριμένα ὑμῖν incipit. Verùm inter hæc verba, & Ζώσιμ⊙ ἐπίσκοπ⊙, alia interseruntur, in codice Amerbachiano, quæ hìc apponantur necesse est. Sunt autem quæ sequuntur, Καὶ ὁρίζεται ζώσιμα ἅπερ ὑπὸ καπηλίκων ὁπισκόπων ἐπὶ σωφρόνῃ τῆς ἐπαρχίας αὐτῆς, καὶ εἰσήγαγε κανόνα ὁ λέγοντα, ὅρισον ἵνα εἴπῃ ἐπίσκοπ⊙ κατηγορηθῇ, καὶ κρίνωσιν οἱ συνελθόντες ἐπίσκοποι τοὺς ἰδίας ἀπὸ ἐπαρχίας, καὶ ἐκ τοῦ βαθμοῦ ἀπὸ καθέλωσιν αὐτὸν, καὶ ὅσα ἐρίζῃς ὁ κανὼν διατάξεται περὶ ἐκκλήτων ἐν εἰσαγωγῇ τῆς ἐν Νικαίᾳ περὶ τῆς συνόδου ἔλεγε ἵνα), ἕτερος ἢ μὲν ἀρέσῃ τοῦτο ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων πατέρων εἶπε καλῶς, λέγοντες, ὃ γὰρ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου ἐστὶν ὁ κανὼν, ἀλλὰ τῆς ἐν Σαρδικῇ πέμπτ⊙. διὸ καὶ ἀμφιβολίας ἐμποδὼν ἐζήτησαν χαρίσασθαι τοῖς περὶ τὴν ἁγιωτάτην τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐκκλησίαν, καὶ τῇ Ἀλεξανδρείας, καὶ τῇ Ἀντιοχείας, ἵνα τὰ ἴσα σῴζῃ ἐν τῇ συνόδῳ, τῇ ἐν Νικαίᾳ περιεχθέντων καὶ ὁρισθέντων, εἰλικρινῶς αὐτῆς, ἀναγραφῆς αὐτῇ βεβαιωθέντα. Εἶτα ἐκέλευσεν ἐζητῆσθαι ὑπὸ κληρικῶν, αἰτιωμένων καὶ ἀποφάσεως ἐπισκόπων αὐτῇ. καὶ εἶπεν ὁ ὅσιος ἐπίσκοπ⊙, τὸ ἔτι κινοῦσί με σιωπῶντα ἐκ ἐρεῖν· ἐάν τις τυχὸν ἐπίσκοπ⊙ ὀργίλος, ὅπερ ἐκ ἐρεῖλεν, παχὺς, ἢ τραχὺς κινηθεὶς καὶ ὁρισθυτέρου ἢ διακόνου ἰδίᾳ, ἀφεῖσθαι τοῦτο τῆς ἰδίας θελούσης ἐκκλησίας, καὶ τὰλοιπὰ τὸ κανόνος, ὃς παραφερομένης ἐν τῇ ἐν Σαρδικῇ συνόδου ἐξενήνεκται ἐκεῖ· ὅθεν πάντες ἀναγνωσθέντος τοῦ εἰρημένου κανόν⊙, Αὐγουστῖν⊙ ἐπίσκοπος εἶπε, καὶ τοῦτο φυλάξαι ὁμολογοῦμεν, συζουσῆς τῆς ἁγιωτάτης ζητήσεως τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου. καὶ ἃ εἰρήκασι συνόδῳ ἅπ, πάντα τὰ ἐν τῇ Νικαίων συνόδῳ διορισθέντα πᾶσιν ἡμῖν ἀρέσκουσιν. *Et proposuit quæstionem Episcopis, qui à Synodo Provinciæ suæ condemnantur, citavitque canonem dicentem, Placuit, ut si quis Episcopus accusatur, & Episcopi suæ ipsius Provinciæ convenientes eum judicaverint, & gradu suo eum deposuerint, & quæ deinceps canon iste de appellationibus constituit: quem qui citavit, primæ Nicænæ Synodi esse asserit; alii autem istum, inter canones à Patribus Nicæa congregatis non inveniri rectè asseverârunt, dicentes, hunc non esse canonem Synodi Nicænæ, sed quintum Synodi Sardicensis. Metâ itaque controversiâ postulârunt, ut ad Patriarchas Constantinopolitanum scilicet & Alexandrinum & Antiochenum scriberetur, ut eorum, quæ in Synodo Nicænâ acta & decreta sunt, exemplaria, illorum subscriptione confirmata, ad ipsos mitterent. Postea quæstio orta est de appellationibus à Clericis factis, qui à sententiâ suorum Episcoporum provocant. Et Osius Episcopus dixit, Quod me adhuc movet tacere non debeo. Si quis fortè Episcopus, ad iram cum sit propensus, quod esse non debet, citò aut vehementer contra Presbyterum suum aut Diaconum commotus, à suâ illum Ecclesiâ arcere voluerit, & quæ sequuntur in eo canone, qui, ut decimus quartus Synodi Sardicensis, ibi expositus est. Adhæc, cùm dictus canon lectus fuisset, Augustinus, Episcopus dixit, hoc etiam nos servaturos profitemur, salvâ diligentiori Synodi Nicænæ disquisitione. Et universa Synodus dixit, omnia quæ à Synodo Nicænâ decreta sunt nobis omnibus placent.* De his autem clarissimus vir, Joannes Rudolphus Westenius, qui ea ex MS. Amerbachiano descripsit, rectè observavit, quòd à posterioribus, sive iis quæ sequuntur, reipsâ non differunt; nisi quòd forte is, qui utrumque commentarium congessit, alterum Zonaræ hoc loco contractum dederit. Post hæc in eodem codice sequitur Scholium istud Zonaræ, quod incipit, Καὶ ὁ κανὼν εἰσηγεῖ⊙ pag. 514. quo finito repetitur Ζώσιμος ἐπίσκοπ⊙ ἔπε, τὰ κατακεκριμένα ὑμῖν.

Οἱ ὄντες τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου ἐν ἅπασι κεφαλαίοις. Ex hoc aliisque hujus Concilii locis luce meridianâ clarius videtur, viginti tantùm canones à Concilio Nicæno editos fuisse. Primò enim hæc Synodus Carthagine habita fuit, priusquam prima annorum centuria à Synodo Nicænâ elapsa esset; atque etiam Cæcilianus Episcopus Carthaginensis Aurelii, qui huic Concilio præfuit, prædecessor, Concilio etiam Nicæno interfuit; quod non solùm tota hæc Carthaginensis Synodus paulo antè hæc verba asseruit, sed & ipsa Acta Concilii Nicæni comprobant, utpote quibus *Cæcilianus Carthaginensis* ex Provinciâ Africæ solus subscripsit. Hìc autem exemplaria tam decretorum quàm fidei à Concilio Nicæno Carthaginem secum abduxit, uti tota hæc Synodus paulo antea affirmavit, dicens ad Aurelium, τὰ ἴσα τῆς πίστεως καὶ τοὺς ὅρους τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου τοὺς πάλαι σοὶ ἡμῶν διὰ Καικιλιανοῦ τοῦ ἀρχιερέως τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης ἀρχιεπισκόπου. Quinetiam exemplaria ejusdem Nicænæ Synodi, quæ Atticus Constantinopolitanus & Cyrillus Alexandrinus ad præsentem Synodum miserunt, cum exemplaribus illis à Cæciliano allatis optimè convenerunt, ut ex capite & calce hujus Concilii constat. In omnibus autem tribus hisce exemplaribus viginti tantùm canones Synodo Nicænæ adscripti sunt. Adeo ut satis mirari nequeam, quâ demum fronte quispiam nostris hisce temporibus, hoc est, post tredecim à Concilio Nicæno secula, contra unanimem vetustissimorum istorum exemplarium consensum, aliter vel asserere vel opinari ausus fuerit. De hâc autem re alibi fusiùs disseruimus.

## In Can. IV.

Ἀρέσκει ἵνα ἐπίσκοπ⊙. In Balsamonis & Zonaræ commentariis antehac impressis, necnon in codice Canonum Ecclesiæ Africanæ, præsens hic canon hoc modo legitur, Περὶ διαφόρων τάξεων ὀφειλουσῶν ἀπέχεσθαι γυναικῶν. Φαυστῖν⊙ ἐπίσκοπ⊙ Πικήνου τῆς Ποτεντινῶν χώρας, τοποτηρητὴς τῆς ἁγιωτάτης Ῥώμης, εἶπεν, Ἀρέσκει, ἵνα ἐπίσκοπ⊙ καὶ πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι, καὶ πάντες οἱ τὰ ἱερὰ φυλαττόντες, τῆς σωφροσύνης φύλακες γυναικῶν ἀπέχωνται. ἀπὸ πάντων ὅλ⊙ ἐπισκόπων εἴρηται ἀρέσκει, δεῖ πάντας σωφροσύνῃ τηρεῖν τὸν ἐν τῷ ὑπηρεσίῳ πεπιστευμένους, ἵνα ἀνεπιλήπτως ποιῶσι. *De diversis ordinibus ab uxoribus abstinendis. Faustinus Episcopus Ecclesiæ Potentinæ, Provinciæ Piceni, Legatus Romanæ Ecclesiæ, dixit, Placet ut Episcopus, Presbyter, & Diaconus, & omnes qui Sacramenta contrectant, pudicitiæ custodes ab uxoribus se abstineant. Ab universis Episcopis dictum est, Placet, ut omnes pudicitiam custodiant, qui ad altare accedunt, vel illi inserviunt.* Sed tam ista, quæ canoni, ut ex MS. Bodleiano à nobis edito, præmittuntur, quam hæc, quæ postponuntur, etiam in Codice Amerbachiano desiderantur; in quo præterea hoc glossæ huic canoni annectitur, Ἐντεῦθεν φησὶ Ῥωμαίους ἐκφέρεσθαι, τὸ μηδὲ πρεσβύτερον μηδὲ διάκονον γαμικοῖς χρῆσθαι ὁμιλίαις· ἐκκλίνειν δὲ καὶ διὰ τῆς ἐξῆς γίνεται κανόνος. Ἡ δὲ συνέδρος αὕτη ἡ ἔνδεκα γάμων ἅπαξ πρεσβυτέρου καὶ διακόνου ἐκλύουσι, ἀντιβαίνουσι τοῖς εὐχρηστοῦσι τὰς ἱερωμένας, ἅπαξ ἢδη συνάπτων γάμων νομίμων. δεῖ δ' εἰπεῖν, ὅτι οὐχ ἁπλῶς τοῦτο φασὶν, ἀλλὰ ἐπὶ μόνον τοῖς ἱερουργίας καὶ τῆς ἄλλης ἱερᾶς διακονίας ἀπέχεσθαι ἅπαξ γαμετῶν αὐτῆς βέλτιον τοῦτο, ὅπερ ἔστι, καὶ τῷ θείῳ Παύλῳ καθόλου προσῆκον πράττειν. *Hinc apud Romanos obtinuit, ut neque Presbyter neque Diaconus in legitimis nuptiis versentur. Hoc autem & è sequentibus canonibus manifestius evadit. Hæc enim Synodus legitimum Presbyterorum & Diaconorum conjugium prohibet, contradicens iis, qui indulgent sacratis, legitimo adhuc consistente matrimonio. Sed dicere licet, quòd [Patres] non absolutè hoc dicunt; sed quòd eos solo sacræ celebrationis & aliorum sacrorum ministeriorum tempore ab uxoribus suis abstinere volunt; quod justum est, & à divino Paulo generatim ante constitutum.*

Ἑτέρα ἑρμηνεία. Hæc altera hujus canonis interpretatio nunc primùm ex codice Bodleiano Græcè editur. In Amerbachiano desideratur; sed in Supplemento ad Parisiensem Balsamonis editionem Latina illius versio habetur.

## In Can. VI.

Ὥστε χρῖσμα ἢ καπηλεῖον. Scholium in codice Amerbachiano, τοῦτο τῆς Ῥωμαϊκῆς ἴσως ἐστὶν αἰτία φυλακῆς· κρατεῖται γὰρ παρ' αὐτοῖς. Ἀλλ' ἢ κορῶν καθάρσεως καὶ παρεφθαρμένων, εἰ καὶ μὴ ὅλ⊙ πάντων. μήποτε δὲ χρῖσμα⊙ πίνων ὁ τὸ χρῖον φασὶ τοὺς ἄρτι φωτιζομένους, ἀλλὰ τὸ ἱερουργῶν αὐτὸ τὸ ἅγιον μύρον. τοῦτο παντοίᾳ κεκράτηκε, ὥστ' ἀδύνατα ἀποσυτέρου τελεσιουργηθέντα δωρεῖσθαι καὶ πωλεῖσθαι. σκέπτει δὲ, ὅτι οὐκ ὀξὺν ἀποσυτέρῳ μεταγοῦσι συγχωρεῖν, ὡδὶ ἁπλοῦν ὁ νῦν ἐπιτίμιον ὄντα, ἀνὰ γνώμης τῶν χῦ ὁ τόπον διατελοῦσιν. *Hæc fortè Romanæ causa est observationis: apud eos enim obtinet. Sed & puellarum consecratio neglectui habetur, etiamsi non ab omnibus. Chrismatis autem confectionem non vocat inunctionem modò illuminatorum; sed mysticam ipsam sancti unguenti peractionem. Hoc ubique obtinuit, nullo Presbytero mysticè illud peragere valente & auso. Observes autem, quòd Presbytero non licet veniam pœnitenti dare, neque pœna subjectum solvere, citra loci Episcopi sententiam.* Quæ ultima Scholii verba non modò à præsenti canone, verùm etiam à Leone I. Papa Rom. confirmantur, dicente, *Mediator Dei & hominum, homo Jesus Christus, hanc præpositis Ecclesiæ tradidit potestatem, ut & confitentibus actionem pœnitentiæ darent, & eosdem salubri satisfactione purgatos ad communionem Sacramentorum per januam reconciliationis admitterent.* Leo. 1. ep. 91. De hac re Marcus Alexandrinus ad Theodorum Balsamonem hanc quæstionem proposuit, Λαϊκὸς ἱερεὺς ἢ ἐπιτροπὴς ὁπωσοῦν καθ' ὁξαγρείας ἀνθρώπων τινῶν ἀκούσῃ, ἢ ὄ; *Sacerdos secularis rectène confessiones aliquorum hominum cum permissu Episcopi suscipiet, an non?* Respondit Balsamon,

samon, οἱ θεῖοι κανόνες τὴν ἐξαγορείαν τῆς κατηλλαγῆς τοῖς ἱερεῦσι μὲν ἐπιτροπῇ ἐπισκοπικῇ ἀναθέμενοι, καὶ πολὺ πρεσβύτεροι τῷ ἀγίῳ Παχωμίῳ εἰσὶν, ἀξιωθέντος ἐκείνου δι' ὀπτασίας ἀγγελικῆς τὸ σχῆμα τῶν μοναχῶν. διὰ τοῦτο οὐδὲ μέμνηταί που μοναχῶν, ἀλλὰ πρεσβυτέρων ἁπανταχοῦ· καὶ κρίσιν γοῦν ἐπισκοπικὴν τοῖς λαϊκοῖς ἱερεῦσιν ἐνδυναμοῦσα ἐπιτραπῆναι τὴν ἐξαγορείας τὸ δίκαιον, καὶ διὰ ταύτης ἡ τῆς μετανοούντων κατηλλαγή. *Divini Canones, qui confessionem reconciliationis Sacerdotibus cum Episcopali permissione committunt, multo antiquiores sunt sancto Pachomio, qui dignus habitus est, ut per visionem Angelicam monachorum habitum videret: quamobrem monachorum nusquam meminerunt, sed Presbyterorum absolutè. Episcopali ergo judicio Laicis Sacerdotibus jus confessionis efficaciter concedetur, & per eam reconciliatio pœnitentium.* Balf. resp. ad Marc. Alex. interrog. 19.

Σημεῖωμα γέγονε σωτικὸν ἐν συνοδείᾳ. Omnes codices, tam manuscripti quam impressi, præter Bodleianum, legunt, σημεῖωμα γέγονε σωτικὸν τῷ ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ κυρῷ Θεοδοσίῳ ἐν συνοδείᾳ &c. *Synodalis declaratio facta est sub sanctissimo Patriarchâ Domino Theodosio, ex supplicatione* &c.

## In Can. VIII.

Τοὺς πρώτους καὶ ὁμοίους. Græcus horum canonum interpres, *majores natu*, interpretatur πρώτους. In Latinâ enim editione, è quâ hæc versio Græca hausta est, locus his sic legitur, *Præterea sunt quamplurimi non bonæ conversationis, qui existimant majores natu vel Episcopos passim vagèque in accusationem pulsandos*; quemadmodum Dionysius Exiguus in suâ horum canonum collectione legit. Ubi Episcopi disertè vocantur *Majores natu*; quo etiam nomine appellantur à Julio, Papâ Romano, in rescripto ad Orientales pro Athanasio & aliis, dicente, *Criminationes majorum natu per alios ne fiant, nisi per ipsos qui crimina intendunt, si tamen ipsi digni & irreprehensibiles apparuerint, & Allis publicis docuerint omni se carere suspicione atque inimicitiâ, & irreprehensibilem fidem atque conversationem ducere.* Jul. rescript. cap. 20. necnon à Concilio Carthaginensi 1. sub Grato habito, an. D. 348. ubi dicitur, *Gratus Episcopus dixit, manifestum est illum non esse Dei, qui humilitatem contemsit, sed diaboli, qui superbiæ inventor & princeps est. Unde si quis tumidus, vel contumeliosus extiterit in majorem natu, vel aliquam causam habuerit, à tribus vicinis Episcopis si Diaconus est, arguatur; Presbyter à sex; si Episcopus à duodecim Consacerdotibus audiatur.* Concil. Carthag. 1. can. XI.

## In Can. XI.

Ἐὰν τε φιλόπτωχος. Præter Balsamonis & Zonaræ interpretationes in codice Amerbachiano hoc etiam φίλιον in præsentem canonem habetur, Περὶ ἀναψηλαφήτως ψήφων ἐπισκόπων ζήτει τὸ ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου κανόνα ς'. τὸ ἐν Σαρδικῇ κανόνα γ'. δ'. ιδ'. καὶ ἐνταῦθα τὸ παρόντα ια'. κανόνα, *De sententiarum Episcoporum retractatione quære Synodi Antiochenæ canonem* VI. *& Sardicensis canonem* III. IV. & XIV. *& ibi præsentem* XI. *canonem.*

## In Can. XII.

Ὑπὸ δώδεκα ἐπισκόπων ἀκουέσθω. Constantinus Harmenopulus præsentem canonem his verbis contractum dedit. Ἐπισκόπου κατηγορουμένου, εἰ δυσχερὲς εἴη τῇ πάσῃ συνόδῳ συνελθεῖν, δώδεκα γοῦν τῶν ἑπτὰ ἐπαρχιῶν ἐξεταζόντων ἐπίσκοποι· πρεσβύτερος ἓξ· διάκονοι τρεῖς. *Cùm Episcopus accusatur, si difficile sit universam convenire Synodum, duodecim saltem Episcopi causam examinent; si Presbyter, sex; si Diaconus tres.* Ubi Scholiastes hæc observat, Ἐντεῦθεν ὁ πατριάρχης Λουκᾶς ἀκυρον ἠγήσατο τὸν τοῦ ἐπισκόπου Ἀμαθοῦντος Ἰωάννου καθαίρεσιν, ἣν ὁ Ἀρχιεπίσκοπος ἐποιήσατο Κύπρου ὢν τα'. μόνοις συνὼν ἐπισκόποις, μὴ ἐπιχωρούντων ἦν αὐτὸς ἐφ' ἑξήκοντα διελεῖν. *Hinc Lucas Patriarcha motus, irritam censuit Amathuntis Episcopi Joannis depositionem ab Archiepiscopo Cypri factam; quòd cum ei duntaxat* XI. *Episcopi adessent, duodenarium ipse numerum non superaret.* Harmenop. sect. 1. tit. 5.

Ὁ φιλόπτωχος ὑπὸ ἓξ. Quòd hîc constituitur, ut causa scilicet Episcopi à duodecim, Presbyteri à sex, & Diaconi à tribus Episcopis audiatur, à Concilio Carthaginensi, sub Grato an. D. 348. habito, priùs constitutum fuit: cujus verba superiùs, in annotationibus ad octavum hujus Concilii canonem recitavimus.

## In Can. XV.

Τῆς ἐκκλησίας δουλόντων. In MSS. Amerbachiano & Ætonensi rectiùs legitur, τῇ ἐκκλησίᾳ δουλόντων.

Μὴ ἐξεῖναι ἐκκλῆσαι. Ne ab electorum judicum sententiâ provocetur, cautum est etiam can. 99. & 123. hujus Concilii. Jus etiam civile ab arbitri sententiâ appellare non permittit. Ulpianus, *Stari autem debet sententiæ arbitri, quam de re dixerit, sive æqua, sive iniqua sit: & sibi imputet, qui compromisit. Nam & Divi Pii rescripto adjicitur, vel minus probabilem sententiam æquo animo ferre debet.* sect. 2. l. 27. ff. de receptis qui arbitrium. Antoninus Imperator, *Ex sententiâ Arbitri ex compromisso, jure perfecto aditi, appellari non posse sæpe rescriptum est: quia nec judicati actio inde præstari potest, & ob hoc invicem pœnâ promittitur, ut metu ejus à placitis non recedatur.* l. 1. c. de receptis Arbitris. Proculus autem duo arbitrorum genera esse observat, *unum ejusmodi, ut sive æquum sit, sive iniquum, parere debeamus; quod observatur, cùm ex compromisso ad arbitrum itum est; alterum ejusmodi, ut ad boni viri arbitrium redigi debeat; etsi nominatim persona sit comprehensa, cujus arbitratu fiat.* l. 76. ff. pro Socio. Exemplum posterioris arbitrium generis Celsus his verbis tradidit, *Si libertus ita juraverit, dare se quot operas patronus arbitratus sit, non aliter ratum fore arbitrium patroni, quàm si æquum arbitratus sit. Et ferè ea mens est personam arbitrio substituentium, ut, quia sperent eum recte arbitraturum, id faciant: non quia vel immodicè obligari velint.* l. 30. ff. de operis libert. Nimirum hæc est differentia inter Judicem & Arbitrum, quòd ille ipsam legem, hic æquitatem & humanitatem respiciat. Aristoteles, ὅ τε γὰρ διαιτητὴς τὸ ἐπιεικὲς ὁρᾷ· ὁ δὲ δικαστὴς τὸν νόμον. καὶ τούτου εὕρηται, διαιτητὴς δ' ἐφίεται ὅπως τὸ ἐπιεικὲς ἰσχύῃ. *Nam arbiter id quod æquum est respicit; judex ipsam legem: & arbiter ejus rei causâ inventus est, ut quod æquum est valeret.* Arist. Rhet. lib. 1. c. 19. M. T. Cicero, *Judicium est pecuniæ certæ; Arbitrium incertæ. Ad judicium hoc modo venimus, ut totam litem aut obtineamus aut amittamus: ad Arbitrium hoc animo adimus, ut neque nihil, neque tantum, quantum postulavimus, consequamur. Ejus rei ipsa verba formulæ testimonio sunt. Quid est in judicio? directum, asperum, simplex. Si paret* H-S. ɔɔɔɔ *dari oportere. Hic, nisi planum facit* H-S. ɔɔɔɔ *ad libellam sibi deberi, causam perdit. Quid est in Arbitrio? mite, moderatum, quantum æquius, & melius, id dari.* Cic. orat. pro Q. Roscio Comœdo. n. 4. Hinc illud Senecæ, *Ideo melior videtur conditio causæ bonæ, si ad judicem, quàm si ad arbitrium mittitur: quia illum formula includit, & certos, quos non excedat, terminos ponit; hujus libera, & nullis astricta vinculis religio, & detrahere aliquid potest, & adjicere, & sententiam suam, non prout lex aut justitia suadet, sed prout humanitas aut misericordia impulit, regere.* Senec. de benefic. lib. 3. cap. 37. Sed quandoquidem Arbiter etiam eo nomine eligitur, ut causam judicet; is etiam latiori sensu judex sæpe appellatur. Sic hoc loco Arbitri vocantur ἐπιλεγόντες δικασταί· à quibus idcirco appellari non permittitur, quia qui eos eligunt, judices in causâ suâ constituunt. Plinius, *Adeo summum quisque causæ suæ judicem facit, quemcunque elegit, unde provocatio appellatur.* Plin. præfat. ad Vespasianum.

## In Can. XVII.

Ἵνα ἡ Μαυριτανία Σιτιφένσις. Hic canon ut rectè intelligatur, primo tenendum est, Africam propriè sic dictam, sive tractum istum à freto Gaditano ad Cyrenaïcam regionem porrectum, in tres olim Provincias distributum fuisse, in Numidiam, Mauritaniam, & Africam specialiter sic dictam, ubi Carthago sita est; quæ etiam Proconsularis idcirco dicta est, quia ipsa Proconsuli subjecta fuerit, cùm reliquæ duæ Præfecto Prætorio, vel Vicario ejus, suberant. Hæ tres partes ab ipso Constantino M. in Epistolâ ad Cæcilianum Episcopum Carthaginensem indigitantur, dicente, Ἐπειδὴ περ ὅρους χρὴ πάσας ἐπαρχίας, τήν τε Ἀφρικὴν, καὶ τὴν Νουμιδίαν, καὶ τὴν Μαυριτανίαν. Euseb. Hist. Eccles. l. 10. c. 6. Hanc etiam divisionem D. Cypriani diebus obtinuisse ex Actis Concilii sub eo habiti de hæreticis baptizandis discimus, quippe quæ sic incipiunt, *Cùm in unum Carthagini convenissent Kalend. Septembris Episcopi plurimi ex Provinciâ Africâ, Numidiâ, Mauritaniâ, cum Presbyteris,*

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

*Presbyteris, & Diaconibus, præsente etiam plebis maximâ parte. &c.* Ex Africâ illâ proconsulari duæ postea Provinciæ divulsæ sunt, Byzacena, & Tripolitana; quarum illa Byzacium, hæc Tripolim metropolim habuit. Unde quinarius Africanarum Provinciarum numerus emersit, à Divo Augustino memoratus, *Sanctissimis fratribus atque collegis per universam Africam, hoc est, per Provinciam proconsularem, Numidiam, Mauritaniam, Byzacenam, & Tripolim constitutis.* Aug. in Psal. 36. Mauritania etiam in duas partes divisa est, ut ex D. Cypriano colligimus, dicente, *sed quoniam latiùs fusa est nostra Provincia,* (proconsularis) *habet etiam Numidiam & Mauritanias duas sibi cohærentes.* Cyprian. ep. 45. ad Cornelium. Hæ duæ Mauritaniæ dictæ sunt; illa quidem Tingitana, hæc Cæsariensis: quæ divisio à Claudio facta est, ut Dio his verbis testatur, *Claudius Mauros divisit in eos qui ad Tingin, & qui ad Cæsaream; unde & nomina habent, & duobus equitibus præpositis eos permisit.* Dio. l. 60. Verùm Mauritania illa Tingitana quinque aliis Hispaniarum Provinciis annexa est, ut observavit Rufus; quo factum est, ut illa in civilibus æque ac Ecclesiasticis Africæ specialiter sic dictæ descriptionibus omittatur; & Mauritania Sitifensis ejus loco substituta sit. Unde per omnem Africam idem Rufus sex factas esse Provincias annotavit, quæ etiam ab eo sic recensentur, ipsa, ubi Carthago est, Proconsularis, Numidia, Byzacium, Tripolis, & duæ Mauritaniæ, hoc est, Sitifensis & Cæsariensis: cui etiam suffragatur inscriptio posita L. Aredio Valerio Proculo, sic se habens, *Proconsuli Provinciæ Africæ vice sacrâ judicanti, eidemque judicio sacro per Provincias proconsularem & Numidiam, Byzacium ac Tripolim, itemque Mauritaniam Sitifensem & Cæsariensem perfuncto officio prafecturæ prætorio.* Sic etiam canone 128. præsentis Concilii, ubi omnes Provinciæ recensentur, Mauritaniæ Sitifensis solius & Cæsariensis factâ est mentio. Sitifensis autem Mauritania è Numidia distracta est; cujus rei rationem è Procopio colligere est, dicente, *Mauruſii, postquam è Numidiâ superati, refugientes Zeben regionem petierunt, quæ supra montem Auraſium est, ad Mauritaniam pertinens, Sitiphim metropolim habens, Romanorum imperio tributariam: Mauritania verò alterius Cæsarea caput est.* Procop. de Bell. Vandal. lib. 2. Hinc in præsenti canone conceptis verbis asseritur, Mauritaniam Sitifensem è primatis Numidiæ Provinciæ cœtu, id est, Synodo sub eo habitâ, separatam fuisse. Quando sanè ista separatio primò facta est, nondum constat; sed quandocunque ea fuerit, hoc canone à Synodo aliquâ anteriori priùs constituta videtur, & à præsenti demum confirmata est. Canon autem in Latinâ Dionysii Exigui collectione his verbis concipitur, *Placuit, ut Mauritania Sitifensis, ut postulavit, Primatem Provinciæ Numidiæ, ex cujus cœtu separatur, ut suum habeat primatem; quem, consentientibus omnibus Primatibus Provinciarum Africanarum, vel omnibus Episcopis, propter longinquitatem habere permissa est.* Prima pars canonis Græcè sic vertitur, Ηρεσεν, ἵνα Μαυρετανία Σιτηφίνσις, ὡς ἤτησε, ἔχῃ πρωτόθρονα τῆς Νουμιδικῆς χώρας, ἧς ποτε ἦν ἡ σιτιφέων κεχώρισται, ἴδιον ἔχῃ πρωτόθρονα. Et quidem in omnibus Latinis codicibus post *postulavit*, in Græcis post ἤτησε, comma sic interseritur, quod mallem expungi. Nam *Primatem Provinciæ Numidiæ* ad alium nullum referri potest verbum præter *postulavit*; ut sensus canonis sit, Provinciam Mauritaniam Sitifensem Numidiæ Primatem postulasse, ut suum haberet Primatem & Numidiæ diutius non subesset; quod, à Primate Numidiæ prius concessum in præsenti canone ab omnibus Africanarum Provinciarum Primatibus confirmatur.

## In Can. XVIII.

Ean τε κληρικός. Præsens hic canon nihil aliud est, quàm titulus trium sequentium canonum. Enimvero duodevicesimus hujus Concilii canon in collectione Dionysianâ his verbis concipitur.

*Si quis Clericus ordinatur, moneri debet constituta servare; & ut corporibus defunctorum Eucharistia non detur, nec Baptisma; & ut per singulos annos per omnes Provincias ad Concilium metropolitani conveniatur.*

" Item placuit ut ordinatis Episcopis vel Clericis prius ab
" ordinatoribus suis placita Conciliorum auribus eorum in-
" culcentur; ne se aliquid contra statuta Concilii feciſse pœ-
" niteant. Item placuit ut corporibus defunctorum Eucharis-
" stia non detur. Scriptum est enim, Accipite & edite (ca-
" davera autem nec accipere possunt, nec edere. Et ne jam
" mortuos homines baptizari faciat Presbyterorum ignavia.
" Pro quâ re confirmandum est in hâc Synodo, ut secundum
" Nicæna statuta, propter causas Ecclesiasticas, quæ ad per-
" niciem plebium sæpe veterascunt, singulis quibusque annis
" Concilium convocetur, ad quod omnes Provinciæ, quæ pri-
" mas sedes habent, de Conciliis suis binos, aut quantos de-
" legerint, Episcopos legatos mittant, ut congregato con-
" ventu, plena possit esse authoritas.

Hunc Græci Scholiastes in tres distribuunt canones; & alium quoque ex ipso titulo præmisso constituunt, quem solum duodevicesimum appellant, sub quo nomine à Balsamone responsis ad Marcum Alexandrinum citatur: ubi ex eo colligit, pœnas ab iis exigendas esse, qui mortuos unguento deliniunt. Post verba enim hujus canonis laudata, addit, Οἱ γοῦν διὰ μύρου χρίοντες τοὺς πλανωμένους ἱερεῖς καὶ ἀρχιερεῖς, ἢ ἑτέρους τινάς, καὶ ὅτινες ἐντιμάζοντες, μεγάλης εἶεν καὶ καλάσεως ἄξιοι, ἢ οἷς κατηγόρησεν ὁ βαπτίζοντων ὀρθοδόξων αὐτοὺς, ἢ οἷς μὴ πληροφορίαν ἔχοντες ἐντιλῶ, τοῖς ὀρθοδόξοις εἴθ' πύστους καινουργεῖ, καὶ ὧν κατηγόρησεν κατηγόρουντες. Balf. resp. ad Marci interrog. 22.

## In Can. XIX.

Ο μέλλων χειροτονεῖν. Cautum est hoc canone, ut cùm Episcopus aliquis vel Clericus ordinatur, Synodorum placita sive Canones Ecclesiastici auribus eorum inculcentur. Quod quidem S. Augustini, qui Concilio huic intererat, suasu decretum esse, Possidonius in vitâ ejus retulit; ubi de ordinatione ejus contra canones à Synodis editos celebratâ loquens, *Quod in se ipso*, inquit, *postea fieri non debuisse, ut viro suo Episcopo ordinaretur, & dixit, & scripsit, propter Concilii Universalis Nicæni 1. vetitum, quod jam ordinatus didicit. Nec quod sibi factum esse doluit, aliis fieri voluit. Unde etiam fatebatur, ut Conciliis constitueretur Episcoporum, ab ordinatoribus deberi ordinandis vel ordinatis omnium statuta Sacerdotum in notitiam esse deferenda.* Possid. in vitâ August. c. 8. Ubi observetur, D. Augustinum fategisse, ut hoc non modo in uno aliquo Concilio, sed & Conciliis Episcoporum constitueretur. Nimirum primo constitutum est à Concilio Carthaginensi nomine tertio, his verbis, *Item placuit, ut ordinandis Episcopis vel Clericis prius ab ordinatoribus suis decreta Conciliorum auribus eorum inculcentur, ne se aliquid contra statuta Concilii feciſse asserant.* Concil. Carthag. 3. can. 3. Quod ab isto itaque Concilio priùs constitutum est, à præsenti postea confirmatum habemus. Idem & à Justiniano Imperatore edictum est. *Sed etiam*, inquit, *sic eum constitutum, & ad Episcopatum præparatum, competens est venerabiles & undique probatas legere regulas ante ordinationem, quas recta & inviolata nostra suscipit fides, & Catholica Dei Apostolicaque disposuit & tradidit Ecclesia: & dum ex frequenti earum lectione transierit, qui ad ordinationem deducitur, tunc is, qui ordinationem impositurus est, interroget eum, si sufficiens est custodire & agere qua sacra regula sancierunt.* Justin. Novel. 6. cap. 1. sect. 8. Et à Cælestino Episcopo Romano, *Nulli Sacerdotum liceat canones ignorare, nec quicquam facere, quod Patrum possit regulis obviare. Qua enim à nobis res dignè servabitur, si decretalium norma Constitutorum pro aliquorum libitu, licentiâ populis permissa, frangatur?* Cæleſt. in epist. 3. ad Episcop. Apul. & Calab. & apud Gratian. distinct. 38. c. 4. videsis & cap. 2.

## In Can. XXVII.

Εἴσφερε βίβλους δύο. Dionysius Exiguus in suâ horum canonum collectione addit, *Machabæorum libri duo.* Verùm hi libri à nullo Græco codice vel manuscripto vel impresso recensentur.

Καὶ ὁ ἅγιος Ἀμφιλόχιος. Post hæc Zonaræ verba in MS. Gallandi additur, ὡς οἶμαι καὶ ὅτι πατέρας ἀνόμασαν, ἀναγινώσκειν τινὰ βιβλία ἀναγεγράφθαι χρή. ὅμως καινοῦσθαι τὸ κεφάλαιον τοῦτον ὀφείλειν αὐτοὺς καὶ τοὺς ἐπισκόπους τῆς μεθ' ἡμᾶς ἐκείνων, δηλαδὴ τῆς Ἰταλίας. *Quos, ut opinor, hi nominârunt Patres, tradentes quos libros legere oportet. Similiter visum est iis, hunc canonem communicari etiam cum Bonifacio Papâ & Episcopis istarum partium, scilicet Italiæ.* Sed Codex Amerbachianus hæc verba non agnoscit: etiamsi Zonaræ reapse esse videantur.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

## In Can. XXVIII.

Κατὰ τὰς ἰδίας ὄρους. Videsis quæ de his verbis diximus in annotationibus ad decimum tertium Synodi Trullanæ canonem.

Ἀπὸ δὲ τῶν ἱερῶν μυστείων. Post hæc ultima Zonaræ in præsentem canonem verba, in codice Gallandi additur τὸ δὲ, ἐξαιρέτως ἀναγνωσῶν, εἶμαι σφάλμα τῦ γραφέως· ἀρέσκει ὅτω γράφεσθαι, ἐξαιρουμένων ἀναγνωσῶν. *Illud autem* ἐξαιρέτως ἀναγνωσῶν *præcipuè Lectorum, scriptoris erratum esse suspicor. Sic enim scribi debuit,* ἐξαιρουμένων ἀναγνωσῶν, *exceptis Lectoribus.* Sed Dionysius Exiguus legit, *quamvis lectorum*, & in omnibus Græcis codicibus ἐξαιρέτως egitur.

## In Can. XXIX.

Πρόσθεν ἦχεν. Ita quidem legit Bodleianus noster Balsamonis Codex. Sed Amerbachianus & Ætonienſis cum Parisiensi editione rectiùs, particulâ negativâ interserta, legunt οὐκ ἔσθεν μὲ ἦχεν.

Οὐ μόνον ἐπισκοπῶν. Hæc usque ad ἢ ἐπισκόπως tam in MS. Amerbachiano, quàm Parisiensi Balsamonis editione desiderata, nos ex Codice Bodleiano restituimus.

## In Can. XXXI.

Μὴ ἐκκλίνοντας εἰς τὸ πέραν τῆς θαλάσσης. Quod hoc canone renovatur, à Concilio Milevitano ante constitutum fuit, his verbis, *Item placuit, ut Presbyteri, Diaconi, vel cæteri inferiores Clerici, in causis quas habuerint, siúe judiciis Episcoporum suorum questi fuerint, vicini Episcopi eos audiant; & inter eos quicquid est finiant, adhibiti ab eis ex consensu Episcoporum suorum. Quòd si & ab iis provocandum putaverint, non provocent nisi ad Africana Concilia, vel ad Primates Provinciarum suarum. Ad transmarina autem qui putaverit appellandum, à nullo intra Africam in communionem suscipiatur.* Concil. Milevit. can. 22. Hic enim idem est atque præsens canon, interseritis tantùm nonnullis vocabulis, de quibus mox agemus. Sensum hujus canonis iidem hi Patres Africani uberiùs explicuerunt in Synodicâ Epistolâ ad Cælestinum Papam Romanum, quem his inter alia verbis allocuti sunt, *Presbyterorum quoque & sequentium Clericorum improba refugia, sicut te dignum est, repellat sanctitas tua; quia & nullâ Patrum definitione hoc Ecclesiæ derogatum est Africanæ; & decreta Nicæna, sive inferioris gradûs Clericos sive ipsos Episcopos, suis metropolitanis apertissimè commiserant. Prudentissimè enim justissimeque viderunt, quæcunque negotia in suis locis, ubi orta sunt, finienda. Nec unicuique providentiæ gratiam S. Spiritûs defuturam, quâ æquitas à Christi Sacerdotibus & prudenter videatur & constantissimè teneatur. Maximè quia unicuique concessum est, si judicio offensus fuerit cognitorum, ad Concilia suæ Provinciæ vel etiam universale provocare.* Græcam hujus Epistolæ versionem habes ad calcem præsentis Concilii. pag. 675. 676. Ex his Epistolæ verbis cum canone collatis apertè conficitur, Afros in eâ tunc temporis opinione fuisse, ut omnes Ecclesiæ causæ in eâdem Provinciâ finiri debeant, in quâ exortæ sunt: utque nemini ex iis liceret, ad transmarina ulla judicia, ac proinde neque ad Episcopum Romanum, in quálibet causâ provocare. Quod quidem eximium est argumentum, Papam Romanum, Africanorum horum Patrum judicio, nec caput Ecclesiæ esse, nec summum Ecclesiasticarum causarum judicem, quem Episcopo alicui aut Clerico in suâ Provinciâ condemnato appellare liceat: usque adeo ut præsenti canone constituatur, Episcopum istum aut Clericum à nemine intra Africam in communionem suscipiendum esse, qui ad Romanum, vel alia quævis Africæ respectu transmarina judicia provocare præsumpserit.

Ὡς καὶ περὶ τῦ ἐπισκόπων πολλάκις εἴρηται. Baronius aliique acriter contendunt, hanc clausulam ex præsenti canone expungendam esse; idque primo quòd in canone Milevitano supra scripto non extet. Verumenimvero licet non sit in isto canone Milevitano, unde hic formatur: in omnibus tamen Concilii hujus Carthaginensibus codicibus tam Græcis quàm Latinis, Manuscriptis pariter atque impressis, habetur; ut extra dubium sit eam à Concilio hoc Carthaginensi additam esse. Neque enim de canone isto Milevitano, sed de præsenti Carthaginensi hoc loco agitur. Deinde adjiciunt, ex eo inprimis constare hanc clausulam delendam esse, quòd in Africanis Conciliis nusquam cautum sit, ne Episcopi ad transmarina judicia appellent, sed tantum ad primates suos; cùm juxta hanc clausulam hoc sæpe definitum fuerit. Verùm hoc argumento nihil probant, nisi simul probare possint, omnia omnium Africanorum Conciliorum decreta, hodiè extare. Cum autem nemo inficias eat, nec dubitare possit, quin plurima Africana Concilia antiquitùs celebrata, eorumque decreta hodie desiderentur; ex eo potiùs colligamus, illud ab iis antea constitutum fuisse, quod hoc ab ipsis Africanis Patribus in præsenti canone asseratur. Sed & observandum est præterea, hîc non dici illud ab Africanis Conciliis antea sancitum fuisse: sed tantùm in genere, ὡς καὶ περὶ τῦ ἐπισκόπων πολλάκις εἴρηται. Et quidem à Concilio Constantinopolitano primo, (quod idem est secundum œcumenicum) canone sexto decretum est, ut Episcopi condemnati non nisi ad majorem Synodum sub Primate habitam appellent. Quod ab aliis Conciliis statutum est; ad quæ hæc verba respectum habeant.

Τοιῦτον δίκαιον. Post hæc ultima Zonaræ in hunc canonem verba in MS. Augusti Gallandi J. C. codice additur, Σημειωτέον δ ὅτι καὶ διττὴ ἔκκλητός ἐστιν & τοῖς κλητικοῖς δίδοται, *Notandum est autem, quòd etiam secunda provocatio Clericis conceditur.* Sed hæc marginalis tantùm nota videtur: quæ proinde in codice Amerbachiano rectiùs omittitur.

## In Can. XXXIV.

Εἰς τὰς διακονικὰς τῦ μυστηρίου. In Codice nostro Bodleiano, eoque solo, ultimis hisce Balsamonis verbis hæc subjiciuntur. Σημείωσαι τὴν ἑρμηνείαν τῦ παρόντος & κανόνος διδάσκουσαν ἀναγκαῖα πολλὰ περὶ τῦ ἐκκλησιαστικῦ ἀρχοντικῦ. μὴ ξενιζέτω δ, ὅτι βαθμοὺς ὀνομάσαμεν τὰ ἐκκλησιαστικὰ ἀρχοντικά· ἐν τῷ ιζ'. κ' καὶ ιη'. τῦ ἁγίου Ἀποστόλου ἱστορίαν ἐσχηματισμένως καταχρηστικῶς λέγοντα τοὺς βαθμούς. Κυρίως δὲ βαθμοὶ τὰ κλητικὰ λέγονται, ὅταν οἱ ἱερεῖς, διάκονοι, ὑποδιάκονοι, καὶ ἀναγνῶσται· Ἀναγνῶσι δὲ καὶ τὰ ἐν τοῖς ῥυθμοῖς κοινὸν χαρίσματα πάντες χάριν τῦ βαθμῦ. *Nota interpretationem præsentis canonis, multa necessaria de Ecclesiasticis Archonticiis docentem. Neque mirum videatur, quòd Ecclesiastica Archonticia vocavimus gradus. Namque in 17. & 18. can. Sanctorum Apostolorum ea gradus abusivè dici scripsimus. Propriè enim Clericata vocantur gradus, nimirum Sacerdotes, Diaconi, Subdiaconi, & Lectores. Lege autem & quæ in dictis canonibus fusiùs de gradibus scripta sunt.*

## In Can. XXXV.

Ὡς ἀδόκιμοι κριθῶσιν. Inter hæc ultima canonis verba & Balsamonis interpretationem in MS. nostro Bodleiano hæc habentur. Σημείωσαι & παρόντα κανόνα, διδάσκοντα ξένον τι περὶ τῦ διαφερόντων ἐπισκόπων καὶ κλητικῶν. Σημείωσαι & παρόντα κανόνα, καὶ θαύμασον πῶς ἐκ ἐδόθη αὐτὸν ἐναργῶς ποτὲ, καὶ πάντα πολλῶν διακόνων καὶ ἐπισκόπων πλουτούντων μὲν τῷ χαριστηρίαν ἀφιέναι αὐτῷ, καὶ μὲ θηλυνόντων ἐξαπίνης τὸ πρὸς τὰς ἐκκλησίας, ἐς ἐχαριστήθησαν, ἐκ τῦ ἕνος ἢ ἄλλως ἐπιζητήντων αὐτῶν. *Nota præsentem canonem, mirum quid de iis, quæ ad Episcopos & Clericos pertinent, docentem. Nota præsentem canonem, & mirare quòd eum unquam obtinentem non vidimus; idque cùm multi Diaconi & Episcopi ejus obtentu post ordinationem divites evaserint, & tamen nihil ex iis, quæ sic vel aliter possident, ad Ecclesias transmittere volunt, in quas ordinati sunt.*

## In Can. XLIV.

Εἰ μὲ ἀπὸ νηστικῶν ἀνθρώπων. Aliquam antiquiorem extitisse Ecclesiasticam legem, ut Eucharistia non nisi à jejunis celebretur, ex eo verisimile fit, quòd S. Chrysostomo objectum fuerit, eum communionem non jejunis concessisse; ut ipse testatur, seque expurgat, his verbis, πολλὰ κατ' ἐμοῦ ἐκαλέσαντο, καὶ λέγουσιν ὅτι πρὸς ἐκείνους μὴ τὸ φαγεῖν αὐτούς. Καὶ εἰ μὲν τῦτο ἐπείσαμεν ἐξαλειφθῆναι τὸ ὄνομά μου ἐκ τῶ βίβλω τῦ ἐπισκόπων, καὶ μὲ ἐγγράφειν ἐν τῷ βίβλῳ τῶ ὀρθοδόξω πίστως· ὅτι ἰδοὺ ἐὰν πιεῖν ἐγὼ ἔσφαξα καὶ ἀπολαλεῖ με χειροτ. ἐν βασιλείας αὐτῦ. Εἰ δὲ ἔσφαξ καὶ τοῦτό μοι λέγουσι καὶ φιλονεικοῦσι, καθελέσθωσαν τὸν Παῦλον, ὃς μὴ τὸ ἀκριβῶσαι ἀλόκληρον τὸν οἶκον ἐλάβετο. καθελέσθωσαν καὶ αὐτὸν τὸν Χριστὸν, ὃς μὴ τὸ ἀκριβῶσαι τῆς ἀποστόλοις τὴν καινωνίαν ἔδωκε. Chrys. epist.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

143. ad Cyriacum Episc. tom. 7. pag. 169. edit. Savil.

Εἶτα ἢ λοιπῶν ἀναγνώσεις ἤκουτες. De commendatione defunctorum hîc commemoratâ sic Augustinus, *Hoc enim à Patribus traditum universa observat Ecclesia, ut pro iis, qui in Corporis & Sanguinis Christi communione defuncti sunt, cùm ad ipsum sacrificium loco suo commemorantur, oretur: ut pro illis quoque id offerri commemoretur. Cùm verò eorum commendandorum causâ opera misericordiæ celebrentur, quis eos dubitet suffragari, pro quibus orationes Deo non inaniter allegantur.* Aug. de verbis Apostoli. serm. 32.

Εὑρεθῶσιν. Scholium in MS. Amerbachiano, Σημείωσαι, ὅτι ξένον τὸ φαινόμενον, εἰ ἡ ἡμέρα τὸ κυριακὸν τελεῖται δεῖπνον· καὶ ὅπως δειλινὸν τελεῖται; ἀπὸ δὲ ἧς ἀφῆς τὴν θείαν ἀναγινώσεως σύναξις, καλῶν εἰκάσαι τὸ τελούμενον· οἱ δὲ τῷ ἑκκλησιάζειν ὅτι τῷ ἐξοδεύειν εἶπαν.

## In Can. LX.

Ἵνα αἱ παροικίαι μὴ ἀξιῶνται ἀμοιβὴν ὀφείλειν. In Latinâ horum canonum collectione legitur, *ut diœceses non mereantur Episcopos accipere*; ubi observare licet, ut Græcus interpres *Diœceses* per παροικίας vertit; rectè quidem. Etiamsi enim Διοίκησις, in notitiâ Imperii juxta ac Ecclesiæ, plurium Provinciarum collectionem propriè significet: hoc tamen in loco, & ubique ferè per canones hosce Africanos, vox *Diœcesis* pro singulari unius tantùm Episcopatûs territorio usurpatur; quam Græci παροικίαν vocant, sive *parœciam*; Quam vocem Dionysius Exiguus in suâ canonum versione conservavit. Alii *parochiam* malè scribunt: quâ antiquitùs, aliter atque hodie Episcopatûs territorium denotatum fuit, sive *diœcesis*; ut hodiè vocamus, juxta Ecclesiæ Africanæ usum. Græci autem scriptores, & nonnulli etiam è Latinis, perpetuum observant discrimen inter Διοίκησιν, ἐπαρχίαν & παροικίαν. Nam Διοίκησις iis plures sub se ἐπαρχίας sive Provincias comprehendit; unaquæque etiam ἐπαρχία ex pluribus parœciis constat; & parœciæ singulæ plurimos sibi subjectos habuerunt vicos, quibus Episcopus parœciæ præfectus est. Adeo ut Patriarchæ τὴν διοίκησιν, metropolitani τὴν ἐπαρχίαν, & singuli Episcopi τὴν παροικίαν curam omnem atque sollicitudinem gesserint.

## In Can. LXII.

Περὶ τῶν ἰσχναπλευμιδίων. In MS. Amerbachiano ad præsentem canonem hoc insuper σχόλιον habetur, Τί ἐν; τὰς μετ' εὐκοσμίας ἢ καθαιρετέον; ἐν πᾶσιν ἐπιζητέον· μηδὲν αὐτοῖς συμβαλλομένων πρὸς φειδὼ τῶν κάλλους. καὶ ἐ πάντας καθαιρετέον μόνους, τοῦτο γὰρ ἀφανὲς, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐν ἀγροῖς ὄντας, καὶ δοκοῦντας λανθάνειν διὰ τὸ ἀφίσασαι, καὶ αὐτοὺς καθαιρετέον. ἐ γὰρ τῆ κάλλει φθονοῦντες τὸ ἁλλωσιν ἐδαφίζομεν, ἀλλ' ἀπλῶς τὰ πάθη καὶ ἀπωλείας τὰ ἀναμνήματα ὀλοῤῥιζόμεν. Quid itaque? [*templa*] *cum ornamentis nonne tollenda sunt? omnino eradicanda: pulchritudine nihil conferente ut iis parceretur. Neque ista solâ evertenda sunt; hoc enim manifestum est; sed & quæ in agris constituuntur, & propter deformitatem latere videntur, ista etiam diruenda sunt. Non enim ut pulchritudini invidentes Græcanica solo adequamus; sed simpliciter erroris & perditionis monumenta destruimus.* Neque leges tantum Ecclesiasticæ, sed & civiles omnia Ethnicorum templa dirui præcipiunt. *Si qua in agris templa sunt, sine turbâ & tumultu diruantur. His enim dejectis atque sublatis omnis superstitionis materia consumetur.* l. 16. c. Th. de Paganis. Sic etiam D. Augustinus, *Porro sequenti anno, cùm socium accepisset Honorius consulem Marlium Theodorum, quando jam secundùm illud oraculum dæmonum aut figmentum hominum nulla esse debuit religio Christiana, quid per alias terrarum partes factum sit non fuit necesse perquirere. Interim quod scimus, in civitate notissimâ & eminentissimâ Carthagine Africæ Gaudentius & Jovius, Comites Imperatoris Honorii, quartodecimo Calendas Aprilis falsorum Deorum templa everterunt, & simulacra fregerunt.* Aug. de civitate Dei l. 18. c. 54.

## In Can. LXVII.

Περὶ ἐλευθερίων τῶν ἐν τῆ ἐκκλησία γινομένων. In MS. Ætonienſi & impressis antehâc Balsamonis & Zonaræ codicibus additur αἴτιον ἐν τῷ βαπλίσας. Sic etiam in Dionysianâ horum canonum collectione legitur, *De manumissionibus in Ecclesiâ celebrandis ab Imperatore poscendum.* In codice Amerbachiano totius titulus omittitur.

Περὶ ἐλευθερίων δουλῶν ἐν τῆ ἐκκλησίᾳ κηρυκτέων. Ut ii, qui in Ecclesiâ manumissi sunt, cum libertate civitatem etiam Romanam consequerentur, Constantinus Magnus leges tulit; uti testatur Sozomenus, qui de eo loquens ait, Τοῦ γὰρ ἀκριβείας νόμων καὶ ἀνάγκην τῶν καθηκόντων πολλῆς δυσχερείας ἔσης ἀεὶ τῷ κτᾶσθαι τὸ ἐλεύθερον ἐλευθερίας, ἣν πολιτείαν Ῥωμαίων καλῶσι, τῆς ἴσης νόμους, ψηφισάμενος πέντε, τὰς ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐλευθερουμένοις ἀεὶ μάρτυσι τοῖς ἱερεῦσι, πολιτείας ῥωμαϊκῆς τυγχάνειν. *Nam cùm nimiam legum severitatem potior libertas, quam civitatem Romanam vocant, etiam volentibus dominis, difficile admodum acquireretur, tres tulit legit, quibus constituit, ut quicunque in Ecclesiâ sub testimonio Sacerdotum libertate donati essent, civitatem Romanam consequerentur.* Sozom. Hist. Eccles. l. 1. c. 9. Unam ex hisce legibus à Constantino latis Regino Abbas Prumiensis citat, his verbis, *Imperator Constantinus Augustus, Osio Episcopo Cordubensi. Qui manumittendi in sacrosanctâ Ecclesiâ habuerit voluntatem, tantùm est, ut sub præsentiâ Sacerdotum servos suos voluerit absolvere, noverit eos susceptâ libertate cives esse Romanos. Nam si Clerici mancipiis suis dare volverint libertatem, etiamsi extra conspectum fecerint Sacerdotum, vel sine scripturâ verbis tantùm fuerint absoluti, manebit, sicut civibus Romanis integra & plena libertas.* Regin. de discipl. Eccles. l. 1. c. 406. Extat etiam in interpret. l. 1. C. Th. de manumissionibus in Ecclesiâ. Quinetiam ex lege Ecclesiasticâ omnis manumissio in Ecclesiâ fieri debet. *Instruendi sunt præterea Laici, ut sciant quòd nullatenus alio loco manumittere proprios possint servos, quos dominicis castris aggregari decreverunt, nisi in sacrosanctâ Ecclesiâ.* Reg. ibid. c. 403. Burchard. l. 2. c. 28. Ivo Par. 6. c. 129. Neque eos solos, qui ad Clericatûs gradum promovendi sunt; in Ecclesiâ manumittendos esse; verùm etiam alios quosvis, dictus Regino ex pacto Francorum probat, ex quo hæc citat, *Hoc etiam volumus, ut qualiscunque Francus Ribuarius servum suum pro remedio animæ suæ secundum legem Romanam liberum facere voluerit, ut in Ecclesiâ coram Presbyteris, Diaconibus, seu cunctâ Clero & plebe in manu Episcopi servum suum tabulis tradat, & Episcopus Archidiacono jubeat, ut ei tabulas secundùm legem Romanam, quâ Ecclesiæ vivunt, scribere faciat, & tam ipse quàm & omnis procreatio ejus liberi permaneant, & sub tuitione Ecclesiæ consistant, & omnem reditum statûs sui ad Ecclesiam persolvant, & non alibi nisi ad Ecclesiam, ubi relaxati sunt, mallum teneant, & si absque liberis discesserint, nullum alium nisi Ecclesiam relinquant heredem.* ibid. c. 405. Formula hujusmodi manumissionis, in Ecclesiâ promulgari solitæ, extat inter veteres formulas à doctissimo Bignonio non ita pridem editas, his verbis, *Ego ille minimus servorum Dei famulus, Ecclesiæ Senonicæ Archiepiscopus, tantâ Serenissimi Ludovici Augusti auctoritate, quæ Senonis in arcibo Ecclesiæ Episcopis servatur, fultus, per hunc libellum manumissionis te fratrem nostrum, quem servilis conditio hactenus addictum tenuit, inter hujus Ecclesiæ familiam, quia fratrum testimonio, inter quos enutritus es, dignus ad Sacerdotalem honorem suscipiendum prædicaris, censeo te atque statuo, ante sacri altaris cornu, in respectu Sacerdotum & Cleri & Populi adstantis, à præsenti die & deinceps ab omni jugo servitutis humanæ absolutum fore, civemque Romanum appellari.* Aliam etiam formulam Regino supradictus commemoravit, ad hunc modum, *Qui debitum sibi nexum atque competens relaxat servitium, præmium in futuro apud Dominum sibi provenire non dubitat. Quapropter ego in Dei nomine ille, pro remedio animæ meæ, vel aternâ retributione in Ecclesiâ sancti Petri vel illius sancti, sub præsentiâ Episcopi, vel Sacerdotum ibi consistentium ac nobilium Laicorum, ante cornu altaris illius Ecclesiæ, absolvo servum meum illum, per hanc cartam absolutionis & ingenuitatis, ab omni vinculo servitutis, ita ut ab hâc die & deinceps ingenuus sit, & ingenuus permaneat, tanquam si ab ingenuis parentibus fuisset natus vel procreatus, eamque pergat partem, quam maluerit, vel quam ei auctoritas canonica permittit, & sicut alii cives Romani, vitam ducat ingenuam*, &c. Reg. l. 1. c. 402. ubi etiam capite præcedente aliud exemplar libertatis traditur. Quinetiam doctissimus vir Stephanus Baluzius in appendice Actorum veterum duas alias manumissionis formulas edidit, unam Constantiæ, cap. XI. alteram Nicolai de Marisiaco cap. XXIII.

Οὐκ ἔστι φεύγειν. Post hæc ultima Balsamonis in hunc canonem verba, in MS. Bodleiano hæc adduntur, rubris characteribus scripta. Σημείωσαι τὸ ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τῶν περὶ τῶν κοσμικῶν γαμεμένων καὶ ὕλη ἐστὶ μνῆμαι τὸ καταφρονήσαντας νόμων ἐν αὐτῇ, χρεὼν ἦν ἐκκλησιαστικῶν φεύγειν. Ἀναγνωσθὶ καὶ ὑπ' ἐμῶν



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

χαρτοφύλακος καὶ πρωτοκλήτου· ἐκεῖ γὰρ διεγράφαμεν πολλά τινα ἀναγκαῖα, διδάσκοντα τοῦ καὶ πῶς ὀφείλουσιν οἱ ἐκκλησιαστικοὶ φόρτους διαφεύγειν. Ἔστι δὲ τὸ μὲν ὑπομνημα, ὅτι οἱ μὲν ὑποχρεωθέντες εἰς τὸ τοῦ πρωτοκλήτου χαρτίον, τῆς ἐκκλησιαστικῆς βοηθείας οὐκ ἀπολαύουσιν. *Nota quæ in interpretatione præsentis canonis scripta sunt, & memoriâ tene leges in eâ sitas, eorum gratiâ, qui ad Ecclesiam confugiunt. Lege etiam tomum à nobis conscriptum de officiis Chartophylacis & primi Defensoris. Ibi enim multa scripsimus necessaria, indicantia, ubi & quomodo Ecclesiastici fugitivi dijudicari debent. Extat autem declaratio, quòd nisi confugæ in primi Defensoris codice describantur, Ecclesiastico auxilio non fruentur.* Hæc, rubris licet exarata characteribus, Balsamonis tamen revera esse, ex eo constat, quòd qui hæc conscripsit, tomum de officiis Chartophylacis, & primi Defensoris à se scriptum asserat; qualis à Balsamone conscriptus, editus est in Juris Græco Romani lib. 7. pag. 453.

## In Can. LXXVIII.

Περὶ ἐκδίκων. De Defensoribus Ecclesiarum hîc commoratis videsis quæ commentati sumus in annotationibus ad vicesimum tertium Synodi Chalcedonensis canonem.

Νεμισμάτων πεντήκοντα. Justiniani verba, quæ Balsamon hîc respicit, de Defensoribus sic se habent, *Et judicare* Defensores *in causis omnibus pecuniariis usque ad Aureos trecentos: non valentibus nostris subjectis trahere sibimet obligatos ad clarissimos Provinciarum judices, si usque ad prædictam trecentorum solidorum quantitatem lis consistat.* Justinian. Novel. 15. cap. 3. sect. 2. Corrige itaque latinam Balsamonis versionem hoc loco, qua *triginta* mendosè imprimitur, pro *trecentorum*. Corrige etiam Græcum Balsamonis textum, ubi paulo postea, τριάκοντα νομίσματα scribitur, pro τριακόσια νομίσματα, quemadmodum etiam codex Amerbachianus legit.

Πρωτοκλητικὸν βιβλίον. Hujus libri meminit etiam Balsamon in meditato de duobus illis officiis, Chartophylacis nimirum & primi Defensoris, τὰ δὲ ῥήματα, inquit, τὰ τοῦ πρωτοκλητοῦ βιβλίου, τὰ ὧδε πως ἐπὶ λέξει διαλαμβάνοντα. *Verba verò libri de officio primi Defensoris, quæ propemodum hujusmodi sunt.* Ipsa autem verba, quæ ex dicto libro citat, hæc sunt, Δεῖ ὑμᾶς εἴ τις τῶν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων ἔγκλημα ἔχει κατὰ τινος, πρωτοκαθέδρου καὶ τὸν ἐγκαλούμενον ἐκ τρίτου, καὶ τὸν εἰρημένον τρόπον, καὶ μὴ ὑπείκοντα κατακρίνειν, *Oportet vos, si quis Presbyterorum & Diaconorum cum aliquo litem habebit, eum, qui accusatur, tertiò citare, secundum indicatum modum, & non obsequentem condemnare.* E quibus verbis conficitur, ipsum Defensorum officium in hoc libro, qui hodie non extat, iis constitutum esse, idque ut videtur ab aliquo Imperatore. Idem etiam Balsamon in præsenti loco πολλὰ πρεπόμενα Defensoribus in isto libro concedi asserit.

## In Can. LXXXIX.

Περὶ τάξεως ἐπισκόπων. Hic idem est atque decimus tertius Concilii Milevitani canon, statuens, ut in honore Episcopis exhibendo ordinationis tempus observetur. Idem etiam à Concilio Bracarensi 1. constitutum est, *Item placuit, ut conservato metropolitani Episcopi primatu, cæteri Episcoporum secundum suæ ordinationis tempus, alius alio sedendi deferat locum.* Conc. Brac. 1. c. 24. Hic canon à Gratiano citatur, tanquam sextus Concilii Cabilonensis, his verbis, *Placuit, ut conservato metropolitani primatu, cæteri Episcopi secundum suæ ordinationis tempus alius alii deferat locum.* Grat. distinct. 18. c. 1. Sic etiam Concilium Toletanum IV. ordinem Concilii celebrandi instituens, ait, *Et convenientes omnes Episcopi pariter introeant, & secundum ordinationis suæ tempora resideant.* Concil. Tol. IV. c. 3. Gregorius I. Papa Romanus in Epistolâ ad Siagrium Episcopum Augustodunensem, quem Pallii usu honoravit, *Cujus ne indumenti*, inquit, *munificentiam nullam videamur quodammodo contulisse, hoc etiam pariter prospeximus concedendum, ut metropolita suo per omnia loco & honore servato, Ecclesia civitatis Augustodunæ, cui omnipotens Deus præesse te voluit, post Lugdunensem Ecclesiam esse debeat, & hunc sibi locum & ordinem ex nostræ autoritatis indulgentiâ vendicare. Cæteros verò Episcopos secundum ordinationis suæ tempus, sive ad considendum in Concilio, sive ad subscribendum, vel in quâlibet aliâ re, sua attendere loca decernimus, & suorum sibi prærogativam ordinum vendicare.* Greg. l. 7. Epist. 114. Hinc, ni fallor, canone hujus Concilii XCII. constitutum habemus, ut cum Episcopi ordinantur, ab ordinatoribus suis literas accipiant, consulem sive annum & diem indicantes, quo ordinati sunt: qui quidem canon in Concilio Milevitano præsentem immediatè sequitur, his verbis, *Deinde placuit, ut quicunque deinceps ab Episcopis ordinantur, literas accipiant ab ordinatoribus suis, manu eorum subscriptas, continentes consulem & diem, ut nulla altercatio de posterioribus vel anterioribus oriatur.* Concil. Milev. c. 14.

## In Can. CVI.

Περὶ τῆς ὅλης τοῦ ἀναγνώσκου. Scholium in codice Amerbachiano, ἱκεσίας μὲν λέγει πᾶσαν ὅλην λειτουργίαν, προοίμια δὲ τὰς ἄχρι τῆς θείων γραφῶν, ἀναγνώσεις δὲ τὰς ὅσαι πρὸς κατηχουμένους εὐχάς, εἰ δὲ ἀναγινώσκοντα τὰ θεῖα· ὑποθέσεις δὲ χειρῶν, τὰς μετὰ τὰ ὅσα πρὸς μετανοοῦσιν εὐχὰς γινομένας αὐτοῖς εὐλογίας τῆς τῶν ἐπισκόπων χειρός. *Preces quidem vocat totam Liturgiam; Prefationes autem psalmodias & lectiones sacrarum scripturarum, usque ad divina Evangelia; Commendationes verò, orationes pro Catechumenis, quibus Deo commendantur; impositiones autem manuum eas, quæ post preces pro pœnitentibus iis Episcopi manu facta sunt, benedictiones.*

## In Can. CXII.

Σχολὴ εἰς τὸ αἰρέσιος. In Codice Amerbachiano huic canoni Scholium annectitur, his verbis, ἴσως περὶ Δονατιστῶν τοὺς πλανωμένους ἀνθρώπους τούτους, καὶ πάλιν αὐτοὺς ὄντας ἄλλους ἢ τοὺς Μασσιλιανοὺς ὅπερ Εὐχίτας ὑπάρχειν. ἐπεὶ καὶ ἡ Μασσαλία περὶ ἀντιπέρας δὲ τὸ Λιβύης πρὸς τοῖς μέρεσι τῆς Ῥώμης τῆς ἐσπερίδος. *Miseros hosce homines è Donatistis, eosque non alios esse quàm Massalianos, sive Euchitas, videtur; quoniam Massalia etiam ex adverso sit Africæ, in partibus Romæ super Tyberi sitæ.* Quomodo autem hoc Scholium huic canoni conveniat, & quid sibi velit, alii viderint. Massalianos autem Euchitas dictos esse Harmenopulus etiam tradidit, & rationem his verbis reddit, τὸ δὲ παρὰ Μασσαλιανῶν ὄνομα ἑξελληνιζόμενον, Εὐχῖται δηλοῖ· πολὺ γὰρ παρ' αὐτοῖς τὸ τῆς εὐχῆς ὄνομα. Harmenop. de sect. c. 18.

## In Can. CXXIII.

Ὅτι οὐκ ὀφείλει. Ad hunc etiam canonem in codice Amerbachiano sub Scholii nomine hæc leguntur, περὶ τῶν μὴ πειθαρχούντων τοῖς οἰκείοις ἐπισκόποις, καὶ περὶ ἐπισκόπων μὴ δεχομένων τοὺς ἀποκηρυχθέντας ἢ ἀκοινωνήτους. *De iis qui Episcopis suis non obtemperant, & de Episcopis non recipientibus ejectos vel excommunicatos.* Verum neque hoc Scholii nomen meretur, neque huic canoni quadrat.

## In Can. CXXVI.

Περὶ Πρεσβυτέρων καὶ κληρικῶν. Scholium in codice Amerbachiano huic canoni rectè annexum, Ὅσα ἡ ῥωμαϊκὴ πρέσβυς νῦν τῇ συνόδου ταύτης πεπλήρωκεν, ὡς ἐπὶ τοὺς κληρικοὺς ἐν τῇ τῆς Καρχηδόνος ἐπαρχίας δεῖ ἡ ῥώμης διαπεμφθῆν, ἢ ἀλλοχόθεν, καὶ τῆς κρίσεως ἀποδίδοσθαι ἔκκλητον. *Vide Romanum fastum ab hâc Synodo conculcatum, quæ non permittit eos, qui in Carthaginis regionibus judicati sunt, ad Episcopum Romanum vel alio trajicere, & à judicio appellare.*

## *IN EPISTOLAM AD BONIFACIUM* p. 671.

Ἡγούμενα ἀνῶ. Inter hæc & sequentia verba, in MS. Amerbachiano hoc σχόλιον habetur, τοῦτο δέ, φασι, δεῖ τῶν ἀναπέμπεσθαι τοὺς ἐκκλήτους εἰς τὴν ῥώμης ἐπίσκοπον ἐπερωτᾶσθαι, ἀντὶ τοῦ συνεπέχθησαν τῆς ἀρχαίου ἐν τῇ συνόδῳ, μέχρις ἂν ἀφικομένων τὰ ἔξεμπλα τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, ἤτοι τὰ ἴσα. *Hæc autem, inquiunt, de appellationibus ad Episcopum Romanum mittendis, inserta sunt, hoc est, adjuncta sunt Actis Synodi, usque dum exempla, sive exemplaria Synodi Nicænæ afferrentur.*

ANNOTA-

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

# ANNOTATIONES
## AD PROOEMIA
*ET*
## PARAPHRASIN ARABICAM
### In Canones Concilii Nicæni.

بسم الله الاب *In Nomine Dei Patris &c.*

HÆC sententia omnibus ferè Arabum Christianorum scriptis præmitti solet: quâ cùm sacrosancta Trinitas commemoretur, cuivis ex eâ notum sit, Christianum esse, qui ista scripsit: quemadmodum & Muhammedani per البسملة *Albismillam* libris suis præfixam ab aliis scriptoribus distinguantur his nimirum verbis conceptam, بسم الله الرحمن الرحيم *In nomine Dei gratiosi & misericordis.* Cum hæc enim verba singulis Alcorani suratis sive capitibus præmittantur, omnes Muhammedis & Alcorani sectatores innumera in iis mysteria & virtutes contineri credunt, ac proinde ubi persuasum habent opus illud malè processurum esse, quod ab istis verbis non inchoatur. Sic etiam Judæi suam habent peculiarem opus aliquod scriptumve incipiendi formulam, videlicet בשם יהוה *In Nomine Jehova*: vel בשם אל הגדול *In nomine Dei magni.* Adeo ut Christiani, Muhammedani & Judæi in hoc saltem omnes consentiant, opus quodlibet à Deo vel Dei nomine auspicandum esse; in quo ipsos etiam Gentiles suffragantes habent cum Virgilius dixerit, *Ab Jove principium Musæ.* Eclog. 3. & Pythagoras in aureis præceptis dederit,

Αλλ' ἔρχου ἐπ' ἔργοι
Θέοισιν ἀπευξάμενος τελέσαι.
*Cæterùm ad opus accede*
*Deos id perficiant, precatus.*

Quibus etiam celebre illud Demosthenis dictum adjungi potest, Πασῶν ἀρχειόν φασιν εἶναι λόγων καὶ πράξεων τὸν ἀπὸ τῶν θεῶν ὑπολαμβάνειν ἀφορμὰς δεῖν ἄρχεσθαι. *Omnis & dicti & facti gravioris principia à Diis mihi ducenda videntur.* Demost. epist. 1.

الاول من الكبار *Prima ex Oecumenicis.* Propriè est, *Prima ex magnis synodis.* Sed Arabes omnes œcumenicas Synodos *magnas* ubique vocant, Sic Josephus Ægyptius per totum hoc opus. Sic etiam in nomocanone Arabico hæc ipsa Nicæna synodus appellatur اول المجامع الكبار *Prima magnarum synodorum.* Et sic quæcunque synodus ab iis *magna* dicitur, *œcumenica* ab aliis audit. Per quam proinde vocem, nos Arabicam istam perpetuò transtulimus. Quinetiam quævis œcumenica synodus se μεγάλην καὶ οἰκουμενικὴν σύνοδον passim appellare solet: adeo ut vox ista μεγάλη œcumenicis synodis propria & peculiaris videatur. Arabibus autem nullo alio nomine ab aliis synodis distinguuntur, nisi quòd hæ المجامع *Synodi* in genere, illæ المجامع الكبار *Synodi magnæ* nuncupentur.

وحضر معهم يوليوس *Julius etiam cum iis aderat.* Julium papam Romanum Nicæno huic concilio per legatos saltem interfuisse, alii plures præter Josephum hunc Ægyptium asseruerunt. Sic enim & ipse Photius Patriarcha Constantinopolitanus in libello de septem Conciliis Oecumenicis, diserte ait, quòd huic synodo inter alios præsidebant, Καὶ δὴ καὶ Σίλβεστρος, καὶ Ἰούλιος τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας ἐξάρχειν τε καὶ διαβουλὴν ἀφεῖσθαι· αὐτῷ μὲν ἀδύνατον ἀφικέσθαι, Βίτωνα δὲ καὶ Βικέντιον ἐκπέμπειν ἀνθ' ἑαυτοῦ καὶ τὸν οἰκεῖον τῆς Ἀρχιερατείας χρόνον τῇ καινῇ παρεῖναι συνελεύσει ἀξιοῦλλόμενον. Quæ eadem ferè habentur in libro, cui titulus, Συναγωγὴ καὶ ἔκθεσις τῶν ἁγίων πασῶν συνόδων, quem clarissimus noster Joannes Seldenus ὁ μακαρίτης Concilii Chalcedonensis tempore conscriptum judicat, ubi dicitur, ἐπεσκήπτειν ἦσαν ἔτει, Σίλβεστρος καὶ Ἰούλιος, οἱ τῆς παλαιᾶς Ῥώμης ἀφέντες· αὐτῷ μὲν ἀδύνατον ἀφικέσθαι, Βίκτορα δὲ καὶ Βικέντιον, ἐκπέμπειν ἀνθ' ἑαυτοῦ καὶ τὸν οἰκεῖον τῆς ἀρχιερωσύνης χρόνον τῇ καινῇ παρεῖναι συνελεύσει ἀξιοβαλλόμενος. Sic etiam Germanus Patriarcha in libro M S. de synodis, ab eodem doctissimo viro Joanne Seldeno citatus, ait, de hâc synodo, παρὼν ἐκεῖνος Ἰούλιος Ῥώμης. Idem etiam ab autore annalium à Petro Stuarto editorum, necnon ab Hugone Floriacensi in Chronico & à Cassiodoro in historiâ tripartitâ, asseritur. Hisce etiam suffragatur autor libelli synodici ante annos plusquam 700. scripti, & in Justelli bibliothecâ editi, dicens, de hâc synodo, ἧς ὑπῆρχεν ἀφηγεῖσθαι, Βίτων καὶ Βικέντιος πρεσβύτεροι, τὸν τόπον ἐπέχοντες Σιλβέστρου τοῦ Πάπα Ῥώμης, καὶ τοῦ διαδόχου αὐτοῦ Ἰουλίου. Libell. synod. cap. 34.. Et Matthæus Blastares, ἐκπεπαίδευκε δηλαδὴ σχεῖν τῆς πρεσβείας, ὧν ὑπῆρχεν Σίλβεστρος καὶ Ἰούλιος τῆς παλαιᾶς Ῥώμης ἀποφανεῖς ἀφέντες. ἑαυτοῦ μὲν ἀδύνατον ἀφικέσθαι, Βίτωνα καὶ Βικέντιον ἐκπέμπειν ἀνθ' ἑαυτοῦ καὶ τὸν τῆ οἰκείας ἱερατείας χρόνον τῇ καινῇ πέμψαντες πρεσβείᾳ συνόδῳ. Blast. in præfat. ad syntag. Sed ut alios in præsenti missos faciamus, primus, ut nobis videtur, qui hoc asseruit, fuit Sozomenus, cujus hæc sunt verba de præsenti synodo, Ἰούλιος δὲ ὁ Ῥωμαίων ἐπίσκοπος διὰ γήρας ἀπολιμπάνεται, πρεσβυτέρους δὲ τοὺς ἀπ' αὐτοῦ ἀφικέσθαι Βίτωνα, καὶ Βικέντιον ἐκπέμπει ἀνθ' ἑαυτοῦ καὶ τὸν τῆ οἰκείας ἱερατείας χρόνον τῇ καινῇ πέμψαντες πρεσβυτέρους συνόδῳ. Blast. in præfat. ad syntag. Sed ut alios in præsenti missos faciamus, primus, ut nobis videtur, qui hoc asseruit, fuit Sozomenus, cujus hæc sunt verba de præsenti synodo, Ἰούλιος δὲ ὁ Ῥωμαίων ἐπίσκοπος διὰ γῆρας ἀπολιμπάνεται, πρεσβυτέρους δὲ τοὺς ἀπ' αὐτοῦ ἀφικέσθαι Βίτωνα, καὶ Βικέντιον ἐκπέμπει ἀνθ' ἑαυτοῦ καὶ τὸν τῆ οἰκείας ἱερατείας χρόνον τῇ καινῇ πέμψαντες πρεσβυτέρους συνόδῳ. Soson hist. Eccles. l. 1. c. 17. Hæc sanè Sozomeni verba reliquis omnibus hoc asserendi occasionem dedisse videntur. Inter omnes enim alios antiquos historicos convenit, Sylvestrum Romanum legatos suos ad hanc synodum misisse: Hoc autem Sozomenus non de Sylvestro, sed de Julio tradidit. Quo factum est, ut alii, huic æque ac reliquis fidem habentes, Bitonem & Vincentium ab utroque, tam Julio nimirum quàm Sylvestro, ad hanc synodum missos fuisse, scripserint, nimirum juxta tempora quibus sedem istam tenebant: ut primo videlicet à Sylvestro, & eo mortuo, à Julio postea mitterentur. Quod tamen fieri nequaquam potuit. Hæc enim synodus Nicææ habebatur anno D. 325. currente, ut alibi ostendimus: verum Julius ad thronum Romanum non evectus fuit ante an. D. 336. Quinetiam nec eum è numero patrum 318. fuisse ex eo probatur, quòd in subscriptionibus nusquam appareat. Nihil ergo superest, nisi ut asseramus, in supra citato Sozomeni loco vel ipsius autoris, vel saltem descriptoris alicujus incuria, Ἰούλιος pro Σίλβεστρος scriptum fuisse, & exinde hunc errorem in alios libros propagatum esse. Omnes enim recentiores unico isto Sozomeni loco corrupto in errorem ducti videntur.

وخرج اريوس اللعين الى قسطنطين *Quocirca maledictus Arius ad Constantinum profectus est.* Ut Arius ab Alexandro Alexandrino excommunicatus ad Constantinum

Imperatorem se contulerit, Eutychius etiam Patriarcha Alexandrinus his verbis tradidit, فلما منع الاكسندرس بطريرك الاسكندرية اردوس من دخول الكنيسة ولعنه خرج اردوس الي قسطنطين الملك مستغيثا علي الاكسندرس البطريرك *Cùm ergo Alexander Patriarcha Alexandrinus Arium Ecclesiam ingredi prohiberet, eique malediceret, profectus ille ad Constantinum Imperatorem opem ab ipso contra Alexandrum Patriarcham petiit.* Eutych. Alex. Annal. tom. 1. p. 437.

اقول ان الاب *Dico quod Pater.* Hanc Arii confessionem à Constantino magno exortam, Eutychius Patriarcha Alexandrinus his verbis tradit, فقال قسطنطين الملك لاريوس اشرح مقالتك فقال اردوس اقول ان الاب كان ان لم يكن الابن ثم انه احدث الابن فكان كلمة له الا انه محدث|مخلوق ثم فوض الاب الي الابن الذي يسما كلمة الامر فكان هو خالق السموات والارض وما بينهما كما قال في الانجيل المقدس ان يقول قدا عطيت كل سلطان علي الارض والسموات فكان هو الخالق لهما بما اعطي من ذلك ثم ان تلك الكلمة تجسدت فيما بعد من مريم العذري ومن روح القدس فصار ذلك مسيحا واحد فالمسيح اذا معنيان كلمة وجسد الا انهما جميعا مخلوقان *Jussit ergo Constantinus Arium sententiam suam explicare. Tum Arius; Dico, inquit, Patrem fuisse cùm non esset Filius; Deinde ipsum de novo produxisse Filium, qui fuit illi verbum, nisi quòd de novo productus & creatus fuerit. Deinde tradidit Pater Filio, qui verbum ipsius appellatur, imperium, fuitque ille cœlorum & terræ, & omnium, quæ inter ea sunt, conditor, sicut in Evangelio sancto testatus est, dicens, Data est mihi omnis potestas in terram & in cœlos. Fuit ergo ille eorum conditor, eâ quæ ipsi data est potestate. Deinde verbum illud postea ex Mariâ virgine corpus assumpsisse, & è spiritu sancto: Factumque est illud, Christus unus. Christus ergo duos comprehendit significatus, verbum, & corpus; quæ tamen utraque creata sunt.* Eutych. Al. Annal. l. 1. p. 437. 438. Tum statim sequitur responsum Alexandri ad Arii assertionem, idem ferè, quod hâc Josephi Paraphrasi habetur. فاجابه عند ذلك الاكسندرس، وقال له اخبرنا ايهما اوجب عندك عبادة من خلقنا او عبادة من لم يخلقنا قال اردوس عبادة من خلقنا قال الاكسندرس فان كان خلقنا الابن كما وصفت وكان الابن مخلوقا فعبادة الابن المخلوق اذاً اوجب من عبادة الاب الذي ليس بمخلوق بل تصير عبادة الاب الخالق كفر وعبادة الابن المخلوق ايمانا وذلك من اقبح القبيح *Tum respondens illi Alexander, Dic mihi inquit, quem putas teneri nos potius colere, illumne qui nos creavit, an qui nos non creavit. Respondente Ario, illum qui nos creavit. Dixit Alexander, si ergo creavit nos filius, uti tu dixisti, sitque idem creatus, tum filium, qui creatus est, magis tenemur colere, quam patrem increatum. Imo futurus est cultus Patris creatoris infidelitas; cultus verò filii creati fides; Quod absurdorum absurdissimum est.* ibid.

الاقاويل وان Hic delendum est وان nescio quâ Typographorum incuriâ intersertum.

بنزول احشاه *Ex delapsu viscerum ejus.* Socrates de Arii morte loquens, Λαμβάνει ἢν λιποθυμία τὸν ἄνδρωπον, καὶ ἅμα τῆς διαχωρήσεως ἡ ἕδρα τότε παρατίθησι ἐκπίπτειν, καὶ αἵματος πολλοῦ ἐπακολουθεῖν, καὶ τὰ λεπτὰ τῶν ἐντέρων συνεπισπᾶσθαι τῷ αἵματι αὐτῷ παχεῖ τι καὶ ἧπαρ, αὐτίκα δὲ ἐκψύχει. *Mox animo deficere cœpit, & unà cum excrementis anus ei delabitur; subsecuta est sanguinis copia, ac postremò tenuia intestina simul cum splene & jecore effusa sunt: & ille continuò animam exhalavit.* Socrat. hist. Eccl. lib. 1. c. 38. vide etiam Sosom. l. 2. c. 29. Theodoret. l. 1. c. 14.

منجلنا *Propter nos*, vel *nostri causa* contractè pro من اجلنا quemadmodum & منجل passim in hoc opere occurrit pro من اجل &c

كل من لا يقول Hæc verba cum sequentibus propriè sic sonant, *Omnes qui non dicent filium fuisse, quando non fuit.* fuisse nimirum Deum, quando non fuit homo. Sed ipsa synodus eos potius anathemate percussit, qui dicunt tempus fuisse, quando filius non esset: ut in Appendice ad Symbolum, τὸν δὲ λέγοντας, ὅτι ἦν ποτὲ, ὅτε οὐκ ἦν, καὶ πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν, καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας φάσκοντας εἶναι, ἢ κτιστὸν, ἢ τρεπτὸν, ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ἀναθεματίζει ἡ ἁγία καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία. Socrat. hist. Eccl. l. 1. c. 8.

مطروفانوس *Metrophanem* Eutychius de hâc synodo loquens, وصيروا علي مدينة القسطنطينية مطروفانوس بطريرك *Et urbi Constantinopoli Patriarcham præfecerunt Metrophanem.* Eutych. Alex. Annal. t. 1. p. 545.

المعروف بالسبابية Dicti Βαΐων. Festum Palmarum, sive dominica paschalem celebritatem proximè præcedens, Græcis ἑορτὴ τῶν βαΐων festum ramorum sæpius appellatur. Auctor vitæ Sanctæ Studitæ, Οἶδα γὰρ πανηγύρει καὶ ἡ λαμπρὰ ἑορτὴ τῶν βαΐων, ἣν τῷ πάθει καὶ τῇ ἀναστάσει τῷ δεσπότῃ σύμπαντες περὶ ἑορτάζομεν. Cyrillus Scythopolitanus in vitâ S. Euthymii, Ἐξέρχεται κατ' ἐνιαυτὸν μὲν τὴν ἀγίαν ἡμέραν τῶν ἁγίων βαΐων ἑορτασίων ἕως τὴν ἔρημον τὴν Καπρᾶ, πλῆθος ἀνθρώπων σωματοφυῶς χωρεζόμενοι, ὁμιλεῖν τῷ θεῷ παθόντες, ἐν ἡσυχίᾳ ἐκεῖ τὰ σωτήρια. καὶ διατελεῖ αὐτόθι ἕως τὴν τῶν βαΐων ἑορτὴν, διανυκτεροῦντες τὸ σῶμα, καὶ διαλαμπρυνόμενοι τῷ πνευματικῷ πρὸς ὠφέλειαν τῇ ψυχῇ. Hoc itaque Græcum festi hujusce nomen Josephus Ægyptius hoc loco usurpat, & Arabicè interpretatur الشعانينة quâ voce Arabes festum istud indigitant; sed nonnunquam scribunt, سعانين Verum rectiùs scribitur شعانين quemadmodum in Arabicâ versione quarti capitis Epistolæ ad Philippenses, insertum legimus قراءة لاحد الشعانين *Lectio pro dominicâ palmarum.*

ثلثة كتب قوانين *Tres libros canonum.* Hic mirum narrat Josephus & auribus Europæis hactenus inauditum, Nicænum scilicet concilium sub Constantino magno habitum tres canonum libros composuisse. Hoc autem Ægyptiis recentioribus persuasum esse ex hoc ipso Josephi loco apparet: qui etiam eos ita describit, ut primus sit is, qui præsentem sequens, plures contineat canones, de monachis præsertim & religiosis; Alter is sit, quo præsentes, quos edimus, viginti canones exhibeantur; Tertius autem ad reges & Imperatores referatur. Ex tribus hisce canonum libris synodo Nicænæ adscriptis nos tecundum solum luce dignum censuimus, quoniam canones aliis duobus comprehensi libris isti synodo perperam & immeritò attribuuntur. Quandoquidem verò quæstio non ita pridem de hâc re exorta est, eam paucis hîc discutiemus. Primò itaque liber iste, quo Josephus multos dicit comprehendi canones sic ab ipso inscribitur.

وايضا بكتاب قوانين المجمع الكبير المقدس مجمع الاباء الثلثمائية وثمانية عشر وهي قوانينهم الكثيرة

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ثابت عند الشربان اليعاقبة وهو يشتمل عند
الملكية علي ثلثين قانونا وعلامته بحرف العين

*Ex libris autem canonum primus iste est canonum liber, quem Apostoli composuerunt, cùm congregati essent in summo Sionis, post ascensionem Christi & descensum spiritûs sancti super eos; & priusquam separati essent ad Evangelium prædicandum. Hic ad Arabes perductus est curâ Melchitarum, & Nestorianorum; obtinet etiam apud Syrianos Jacobitas; apud Melchitas autem continet triginta canones, & signatur literâ Ain.* (Viz. in libro, ubi citatur.) Reliqui deinde hoc ordine recensentur. II. Canones Apostolorum per Clementem, Melchitis quidem & Jacobitis numero 83. Nestorianis autem 82. III. Liber dictus apud Coptitas الدسقلية اي التعاليم

*Διδασκαλίαι, sive doctrinæ.* IV. Epistola Petri ad Clementem. V. Canones primæ post Apostolos Synodi Ancyranæ 25. VI. Canones synodi in Carthagine dictâ etiam Cæsarea sive Neocæsarea 14. VII. Canones 20. Synodi Gangrenæ. VIII. Canones 25. Synodi Antiochenæ. IX. Canones primi Oecumenici Concilii Nicææ habiti (de quibus postea.) X. Canones synodi Laodicenæ. 59. XI. Canones synodi Sardicensis, 21. XII. Canones Julii Patriarchæ Romani, 38. XIII. Canones Basilii Magni Episcopi Cæsariensis, numero 106. XIV. Canones, qui vocantur قوانين الملوك *Canones Imperatorum*, quatuor libris comprehensi, & synodo Nicænæ à nonnullis adscripti. (Unde hic tertius iste videtur canonum liber, quem Josephus noster isti synodo adscriptum asserit.) Hi sunt quatuordecim isti libri canonum, è quibus nomocanon Arabicus conflatus est. Adeo ut omnes canones hîc commemorati ejusdem apud eos sint autoritatis. Qui canones itaque ab Ægypto allatos nobis obtrudunt, dicant velim, an ipsi omnes canones ibi receptos, & hîc recensitos, admiserint? Sed vix credo quempiam eo temeritatis & audaciæ adhuc perveniisse. Nam præter istos, quos Ecclesia Græca sub Apostolorum nomine recepit, hic triginta insuper canones iisdem attribuuntur: qui ad Ecclesiæ Romanæ pariter atque Græcæ aures nunquam antehac pervenerunt. Quisnam iste liber τῆς Διδασκαλίων, Apostolis etiam adscriptus, esset, planè incertum est; utrum idem fuerit, qui olim Διδαχὴ, vel qui διατάγαι τῶν Ἀποστόλων dictus fuit, alii viderint: nobis sanè ab utroque diversus videtur; licet & isti ambo à doctis jamdudum explosi fuerint; multo magis hic ab omnibus ex Ecclesiâ exsibilandus est, quippe qui nusquam præterquam in Arabicâ & Ægypto hucusque inventus est. Ejusdem furfuris est & Epistola illa S. Petri ad Clementem, quæ nec à D. Hieronymo in Catalogo omnino commemorata, nec ab Ecclesiâ vel Græcâ vel Romanâ unquam recepta fuit. Non mirum igitur cuipiam videatur, spurios & supposititios canones synodo Nicænæ ibi affictos esse, ubi ipsum S. Apostolorum nomen tot subditiis fictisque libris falsò inscriptum est. Sed videamus porro, quid de canonibus istis Nicænis in dictâ præfatione asseratur. Is ibi est liber nonus, qui sic describitur. والتاسع قوانين المجمع الخامس وهو اول المجامع الكبار اجتمعوا بنيقية في سنة خمس وعشرين وثلثماية المجسد الموافقة لتسعة عشرة سنة من ملك قسطنطين الكبير اول ملوك النصاري وعدته ثلثماية وثمنية عشر اسقفا وقبل ان هذه العدة اختيرت من الفين وثلثماية واربعين اسقفا اجتمعوا بسبب كفر اريوس لما قال ان الابن بخلوق فحجه الاكسندرس بطريرك الاسكندرية ووافقه المجمع علي قطعه ونفيه وكتبوا كتابا فيه الامانة المستقيمة ووضعوا في الاحكام قوانين كثيرة جدا وفي هذا الكتاب منها حزوين احدهما عدته عشرون قانونا وبعدها اقوال بغير عدد وهو متفق عليه وعلامته ديف والاخر كثير القوانين عني باخراجه الملكية والنسطور

وهو



الكثيرة وفي تتبع تلك لانها كثرت جدا وكانت
مسايل وفي اربعة وثمانون قانونا وايضا مما رسموه علي
سكان الديارات *Sequitur liber canonum Oecumenici*

*sanctique concilii trecentorum undeviginti patrum, hique sunt multi canones ab iis constituti; qui eos (præcedentes) sequuntur, quoniam valde plures sunt, & in quæstionem vocantur, sunt que octoginta quatuor canones: ex iis etiam, quæ de monasteriorum incolis decreverunt.* Tertii canonum libri à Josepho commemorati inscriptio sic se habet. وهذا ايضا مما رسمته هولاي الاباء القديسين الاطهار الثلثماية والثمانية عشر من الحكم علي سكان الديارات من الرهبان جميعا وكيف ينبغي ان يتخير الرييس للديارة وسيرته وتدبيره ذلك الحكم علي ديارات الرهبان والرهبانات *Hæc etiam ex iis sunt*

*statutis quæ sancti illi electique trecenti duodeviginti patres constituerunt, de potestate in omnes monachos qui monasteria incolunt; & quomodo præfectus monasterio suo eligendus est, ipseque se gerere debet; & de administratione istius potestatis super monachorum & monialium monasteria.* Hi sunt tres isti canonum libri, quos Josephus synodo Nicænæ attributos esse asserit. Quin unus ex hisce libris, is nimirum quo viginti isti canones à nobis hîc editi continentur, ab istâ synodo compositus fuerit, nemo nunquam dubitavit. Ultimus hîc descriptus Europæis hucusque incognitus fuit, nec cuipiam ejus in mentem venit; ac propterea ejusdem generis censendus est, cujus alterum illum, quo octoginta quatuor canones comprehensos dicit, esse apparuerit. Istum autem licet quatuor canonibus mutilatum, Alphonsus Pisanus, & Franciscus Turrianus latinè ediderunt. Nimirum Baptista Romanus è Societate Jesu, cùm esset Roma Alexandriam profectus, sub Pio quarto, qui ad sedem Romanam an. D. 1560. evectus est, ex libro Patriarchæ Alexandrini octoginta canones, concilii Nicæni nomen præ se ferentes, exscripsit, quos postea latinè versos supradicti Pisanus & Turrianus in lucem ambo emiserunt. Hos itaque, ut sedi Romanæ faventes non editores soli, verùm etiam alii quàm plurimi sibi persuaserunt, & aliis persuadere conati sunt, à celeberrimâ istâ synodo Nicænâ constitutos fuisse. Alii è contra istius synodi nomen octoginta hisce canonibus falsò inscriptum esse intenderunt. Et hanc quidem veriorem esse sententiam multa evincunt. Primo enim ipsi Ægyptii, apud quos isti 80. canones inventi sunt, tres canonum libros isti synodo adscribunt, ut è prædictis patet; quod nemo sanæ mentis unquam concedat. Nam viginti isti canones, qui unum librum constituunt, in 80. vel 85. omnes fere continentur; qui propterea distinctus ab iis liber dici nequit. Neque etiam credibile est, ut tam eruditi Patres, duos canonum libros edere sibi proponentes, eadem utrobique repeterent. Et præterea viginti canones ab omnibus recepti sunt; sed isti 84. ab ipsis etiam Ægyptiis, in quæstionem vocantur; ut ex inscriptione superiùs laudata constat. Cæterùm ad uberiorem hujus rei explicationem expendamus paulisper qualis canonum Ecclesiasticorum collectio apud Ægyptios Arabesque diu obtinuit, ut certiores exinde fiamus, quanta fides iis in hisce rebus debeatur. In Bibliothecâ itaque Bodleianâ præter magnum istud Josephi Ægyptii volumen M S. ex quo nos præsentes canones excerpsimus, extat Arabica quædam canonum collectio, ei simillima, quæ à Joanne Antiocheno elaborata est: in titulos 11. divisa, per Abnalcassabum, itidem Ægyptium. In præfatione ad hanc canonum collectionem, sive nomocanonem, præmittitur catalogus omnium canonum, qui in isto libro collecti sunt, qui sic incipit, واما كتب القوانين والاول القوانين التي وضعها الرسل وهم مجتمعون في علية صهيون بعد الصعود والحلول الروح القدس عليهم وقبل ان يتفرقوا في البشري وعني باخراجه الي العربي الملكية والنسطورية وهو

وهو ثابت عد عند اليعاقبة السريان وعدته في نسخ
الملكية اربعة وثمانون قادوها وبتلوها اقوال بلا اعداد
والنسخة التي بيد الملكية فيها روايد تخصهم

" Nonus est liber canonum quintæ synodi, eaque prima fuit
" è synodis Oecumenicis, Nicææ congregata anno incarna-
" tionis trecentesimo vicesimo quinto coincidente cum anno
" undevicesimo Imperatoris Constantini Magni, primi ex
" Imperatoribus Christianis. Et numerus Episcoporum erat
" 318. Dicitur, autem quòd iste numerus ex 2340. Episco-
" pis selectus fuit. Congregati sunt autem Arii infidelis
" causâ, cùm iste dixisset Filium creatum esse, & ei adver-
" satus esset Alexander Patriarcha Alexandrjnus, cui consen-
" sit synodus ad eum segregandum & expellendum. Et scrip-
" serunt (Patres Nicæni) librum, quo fides orthodoxa con-
" tinetur, & multos admodum canones de judiciis ediderunt;
" è quibus in hoc libro duæ sunt partes, quarum una canones
" numero viginti continet; & post eos innumera dicta sunt.
" Et hic est liber, de quo convenit, & signum ejus est Nik.
" Altera autem multi usus curâ Melchitarum & Nestoriano-
" rum producta est, eaque apud Jacobitas Syrianos obtinet,
" & numerus canonum in exemplari Melchitarum est 84.
" quos innumera verba sequuntur. Verùm in exemplari,
" quod est in manu Melchitarum, nonnulla sunt additamen-
" ta iis propria. En Ægyptiorum Arabumque opinionem
de canonibus Nicænis. De viginti à nobis editis inter ipsos
etiam omnes convenit; sed non item de 84. qui intro-
ducti sunt à Melchitis & Nestorianis, ab iisdem scilicet, à
quibus triginta isti nescio qui canones S. Apostolis perperam
& mendosè afficti sunt, ut è supra dictis constat. Quo tem-
pore ab iis primo eruti, vel potius conficti sunt, haud facile
est determinare; Doctissimus vir Petrus de Marca eos post
annum 900. collectos esse ex eo docet, quòd canone 37.
vel potius 43. ordinatio Metropolitani Cypri Patriarchæ An-
tiocheno tribuatur, cum Leonis philosophi ætate, ut ex no-
titiâ ejus constat, ista insula Apostolico Antiochiæ throno non
subesset. Marc. de concord. sac. & Imp. lib. 2. c. 9. Ex
isto saltem canone planissimè conficitur, hos canones à synodo
Nicænâ non constitutos esse, cùm in Actis concilii Ephesini
asseratur, hoc contra canones Nicænos esse, ut Metropoli-
tanus Cypri ab Episcopo Antiocheno ordinaretur. Act. con-
cil. Ephes. act. 7. pag. 305. 306. edit. Colon. an. D. 1618.
Multas autem constitutiones concilii Nicæni nomen Alexan-
driæ præ se falso tulisse ante annum 900, exinde liquet, quòd
Eutychius, qui an. 933. Patriarcha Alexandrinus creatus est,
non pauciores quàm quadraginta constitutionum libros ab
istâ synodo compositos scripserit, aiens, ووضعوا له
اربعين كتابا فيها السنن والشرايع منها ما يصلح
للملك ان يعلمها ويعمل بها ومنها ما يصلح للاساقفة
ان يعملون بما فيها " Composuerunt etiam ipsi (Con-
" stantino) libros quadraginta, qui constitutiones & leges
" continerent: quarum aliæ quid Regi scire & facere expedi-
" ret (docuerunt) aliæ quid ab Episcopis, ex iis quæ in ipsis
" comprehensa sunt, fieri deceret. Eutych. Alex. Annal.
tom 1. pag. 445. Verùm si quadraginta constitutionum Ni-
cænarum libri Alexandriæ tunc dierum extarent, mirum est
quo fato ante Josephi ætatem in tres detumuerint. Qui qui-
dem Josephi numerus à vero plus nimio vagatur; sed quan-
to magis prodigiosus iste quadraginta librorum numerus ab
Eutychio assertus? At eadem utriusque ratio fuisse videtur.
Nimirum anno Hegiræ 20. Christi 640. capta est à Mosle-
miis Alexandria, ut testatus est idem Eutychius tom. 2. p.
318. & omnes libri in publicâ illius urbis bibliothecâ re-
perti, jussu Omari Ebnolchattabi Moslemiorum Imperatoris,
combusti sunt, ut Abulpharagius tradidit, dynast. 9. p. 181.
& tota Ægyptus, sed præsertim Alexandria, Moslemiis sub-
jecta est, & tributaria iis facta. Igitur ab eo demum tem-
pore grassantibus per totam Ægyptum Muhammedanis, do-
ctrina, quæ ibi diu floruerat, decrescere paulatim & langues-
cere cœpit. Et densis ignorantiæ tenebris universo isti Patri-
archatui tandem aliquando inductis, qui Christianam adhuc
religionem ibi excoluerunt in multas se sectas diviserunt, ita
tamen ut omnes in fide à concilio Nicæno expositâ consenti-
rent; quo factum est ut omnia istius concilii decreta plurimi
apud eos æstimata fuerint. Et viginti sanè canones isti
concilio vulgò adscriptos ab eodem revera constitutos fuisse
inter omnes convenit; Melchitæ autem & Nestoriani alios
quosdam canones numero 84. partim in dictis viginti com-
prehensos, partim ex aliorum conciliorum decretis excerptos,
sub Nicænorum patrum nomine introduxerunt, eosque cre-
dulis suis & ignaris sequacibus facile obtruserunt: quorum
ignorantia ex eo sese egregiè prodit, quòd canones ab istis
collectos, tanquam à concilio Nicæno sancitos, admitterent;
cùm istud concilium multis ante annis celebratum fuisset,
quàm vel Nestorianorum vel Melchitarum nomen obtinuerat.
Neque enim Nestoriani ante Ephesinum, neque Melchitæ
ante Chalcedonense concilium exorti sunt. Cùm enim syno-
dus ista Chalcedonensis Eutychem Archimandritam & Dios-
corum Patriarcham Alexandrinum condemnâsset, etiamsi Mar-
cianus, Leo, aliique succedentes Imperatores suâ eam auto-
ritate confirmâssent, & plerique cum iis Christiani eandem
amplexi essent, nonnulli tamen à Syris & Ægyptiis eam
repudiârunt, qui propterea Eutychiani, ut & Jacobitæ, nun-
cupati sunt. Alii autem, qui cum Imperatoribus synodum
istam secuti sunt, Melchitæ dicti sunt, hoc est, Βασιλικοὶ,
*Regii*, à voce מלך, quæ in Syriacâ, Arabicâ, aliisque ori-
entalibus linguis *Regere* significat, vel ab Arab. ملك
*Melik Rex*, unde ملكي *Regius, Melchita*. Sic autem ap-
pellantur, quòd Regum sive Imperatorum religionem conse-
ctati sunt. Cùm itaque 84. isti canones Arabici Melchitarum
ope introducti fuerint, eos nec Arabibus longo post concilium
Nicænum tempore cognitos fuisse palam est. Istos autem à
concilio Nicæno non constitutos fuisse ipsa illa Synodus Chal-
cedonensis extra dubium ponit, utpote quæ veterem istum co-
dicem Ecclesiæ universæ citavit, quo viginti soli canones
synodo Nicænæ adscribuntur; ut in annotationibus ad cano-
nes Concilii Antiocheni observatum est. Neque citavit tan-
tummodo, verùm etiam eundem codicem, & viginti proin-
de istos concilii Nicæni canones, suâ denuo authoritate con-
firmavit; ut in annotationibus ad primum synodi istius Chal-
cedonensis canonem probatum dedimus. Neque igitur Eu-
tychius Patriarcha Alexandrinus, neque Melchitæ quivis au-
diendi sunt, cum plusquam viginti Canones à concilio Ni-
cæno sancitos asserunt: præsertim cùm ipse etiam Cyrillus
Alexandrinus diu ante, non Eutychium modo, sed omnes
etiam Melchitas, verissima canonum Nicænorum exemplaria
à concilio Africano rogatus, è scriniis suæ Ecclesiæ, ubi
Alexander prædecessor ejus, qui dictæ Nicænæ synodo inte-
rerat, eos reposuerat, istos solos viginti canones ad concil-
lium istud misit, quos nos hoc opere cum commentariis edi-
mus, uti ex rescripto ejus ad istud concilium constat, quod in
primo hujus operis tomo, ad calcem concilii istius Africani
extat. Ubi etiam Attici Constantinopolitani Epistola de eâ-
dem re habetur, Cyrilli rescripto *in* omnibus conveniens.
Totam si voles historiam, consulas velim principium & fi-
nem dicti concilii Carthaginensis. Hic brevitati studemus.
Idem etiam à Gelasio Cyziceno traditur, dicente, Ἐξέθεντο
ἡ ἁγία ἐκκλησιαστικὴ κανόνας εἴκοσι ἐν αὐτῇ τῇ ἐν Νικαίᾳ συνόδῳ.
Gelas. Cyz. Act. concil. Nic. l. 2. c. 30. Et ut alios tace-
am, Theodoretus, qui iisdem ferè, quibus Cyrillus &
Atticus, superiùs commemorati, temporibus, hoc est, cen-
tum plus minùs post concilium Nicænum annis, floruit, de
eodem concilio loquens, disertè ait, Αὗται ἡ ζωσιλόγητος τοῦ
τοῦ σωτῆρος ἀφὲ τῆς ἐκκλησιαστικῆς πολιτείας νόμους ἔχειν ἔοικεν.
Theodoret. hist. Eccl. l. 1. c. 8. Utrum autem doctissimis
hisce viris, qui statim post synodum Nicænum claruerunt,
an Arabibus nescio quibus & Ægyptiis indoctis atque illi-
teratis, qui longo post tempore vixerunt, major hac in re
debeatur fides, docti judicent; quibus etiam facillimum erit
ex ipsis illis Arabicis canonibus, quos Turrianus & Pisanus
ediderunt, colligere, eos omnes à concilio Nicæno neuti-
quam sancitos fuisse. Sed ad alia nobis properandum est.
Ex præmissis itaque constat, quamobrem nos viginti solos
concilii Nicæni canones ex Arabicâ Josephi Ægyptii Para-
phrasi edimus, etiamsi duo alii, ut vocat, canonum libri,
quorum uno 84. Canones continentur, ibidem extent: ni-
mirum quòd hi soli viginti canones apud ipsos etiam Ægyp-
tios Arabesque indubitati sint, & quod nemo, nisi summo
laborans partium studio, alios quoscunque, tanquam ab isto
concilio constitutos, admittat.

افادمتنها Ita quidem hæc vox in MS. legitur.
Unde deducta videtur à voce اقلوم quæ non solùm pro
*persona*, verumetiam pro *Oeconomo*, *administratore*, in hoc opere
ali-

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

aliquoties usurpatur. Unde formetur اقامة *Administratio*, ut verba وكيف تكون اقامتها καὶ πῶς vertantur *& quomodo fiat administratio earum*, vel, ut nos transtulimus, *& quomodo ipsæ* ( non ipsi ut mendosè imprimitur ) *administrari debent.*

## In Can. I.

في الاخصاء والختانة *De castratione & circumcisione.* Inter alia, quæ pseudopropheta Muhammedes cultoribus suis injunxit, وامر بالختان *præcepit etiam circumcisionem*, ut ait Elmacinus, hist. Sarac. l. 1. c. 1. Hinc Ægyptii Arabesque Christiani, inter Muhammedanos degentes, hunc Concilii Nicæni canonem castrationem Christianis prohibentem, contra eos etiam adhibuisse videntur, qui Muhammedicam istam circumcisionem susceperunt. Et quidem licet Patres Nicæni nihil hîc de circumcisione dixerint; canon tamen hanc interpretationem longè melius admittet, quàm eam quam primus ex 80. Arabicis canonibus ei affingit, quo de insanis & energumenis exponitur.

vox مستقيم الغير مستقيم sæpius ab Arabibus pro *orthodoxo* usurpatur ut الغير مستقيم *Non orthodoxum*, hoc est, *hæreticum*, significet, & دين الغير مستقيم *falsa*, sive *hæretica religio* sit. Hîc autem الغير مستقيم melius forsitan exponatur, *non consistit*, *nihil habetur*: ut locus hic ita vertatur, *Quod enim ab eo in priori ipsius religione factum est*, *nihil habetur*; quæ quidem interpretatio loco magis quadrat.

## In Can. III.

الشبينات *Commatres.* In Canone 19. hujus concilii scribitur اشابين Neutra harum vocum in vulgatis lexicographis habetur: sed ab Arabibus multoties usurpantur, *pro commatribus*, sive *susceptricibus in baptismo.* Vox autem اشبينة à Syriacâ ܩܘܡܨܝܪܐ deducta videtur; qua voce Severus Patriarcha in libro rituum pro *sponsoribus*, sive *susceptoribus in sacro baptismate* utitur, dicens ܩܘܡܨܝܪ ܠܗ ܠܚܕ ܩܘܡܨܝܪ ܘܠܚܕ ܠܗ ܩܘܡ *Sponsoribus ter ut ipse respondentibus.* Quæ significatio à Chaldæis tralata videtur, quibus שושבינא & שושבן Est *Socius*; item *Pronubus*, *paranymphus*, sive νυμφάγωγος, *sponsæ ductor.*

## In Can. IV.

ابرشية *Provincia illius*, nam ابرشية *Ebarshia* est ipsa vox Græca ἐπαρχία. Ubi primò juxta morem π. mutatur in ب Quod enim D. Hieronomymus in Isai. cap. 2. observat, quòd *Literam P. sermo Hebraicus non habet*: Idem de linguâ Arabicâ dicatur, quæ nullam habet literam Græcæ Π. vel latinæ P. propriè respondentem; sed Arabes pro eâ perpetuò substituunt literam ejusdem organi ب B. ut videre est etiam in vocibus بطريرك πατριάρχης. بولص Παῦλος. برفير vel برفور Πάρφυρος. بارقليط Παράκλητος. باراموني Παχὼν. بنطابولس Πεντάπολις. ابقراط Ἱπποκράτης. ut apud Avicennam وقد ذكر ابقراط في كتاب *Dicit autem Hippocrates in libro* &c. Avicen. pag. 464. ut alia, quæ passim occurrunt taceam, *Syrupus* est vox Arabicâ شراب à qua deducitur ب in P. mutato. Neque etiam mirum cuipiam videatur in voce ابرشية ab ἐπαρχία. formanda, ش Shin pro χ substitutum esse. Arabibus enim una cum recentioribus Græcis solenne est literam χ pronunciare per sh ut idem literæ Græcæ χ atque Hebraicæ שׁ Arabicæ شين sonus sit. Unde & per ش triplici notatum apice sæpe exprimunt, ut observare licet in vocibus شرطونية χειροτονία. ارشلاوس Ἀρχέλαος. Matt. 2. 22. براشيا Βαρχία. Matt. XXIII. 35. امشير Μεχεὶρ nomen mensis Ægyptiaci. اوتيشيوس & افتيشيوس Εὐτύχης, Εὐτυχίς. In quo ultimo exemplo observetur insuper Arabes Græcam literam υ nonnunquam per و aliàs sicut ف pronunciare, cùm ipse Eutychius Patriarcha Alexandrinus nunc اوتيشيوس *Eutychius*, nunc افتيشيوس *Ephtychius* appelletur: unde constat literam υ sonum nonnunquam habuisse v. consonantis, vel F. sive digamma Æolici, nam Ev. in verbo supradicto ab Arabibus pronunciatur ut EF. quemadmodum & Au. apud Latinos aliquando sonuisse ipse Cicero indigitare videtur, ubi hæc habet, *Cùm M. Crassus exercitum Brundusii imponeret, quidam in portu Caricas Cauno advectas vendens, cauneas clamitabat: dicamus si placet monitum ab eo Crassum*, caveret ne iret: *non fuisse periturum si omini paruisset. Quæ si suscipiamus, pedis offensio nobis, & abruptio corrigiæ, & sternutamenta erunt observanda.* Cic. de divinat. l. 2. c. 40. Hinc enim constat aliqualem tunc temporis soni similitudinem fuisse, inter *Cauneas*, & *cave ne eas*, ac propterea *Can.* sicut *cav.* vel *caf.* pronunciatum fuisse. Sic etiam Græca vocalis u. Latinis per v. consonantem sæpe pronunciatur, ut in vocibus, Evangelium, Parasceve, & similibus.

ان يكتب Hoc in loco vox بعد interserenda est, typographorum incuriâ omissa. Sic enim in MS. legitur, بعد ان يكتب اساقفة cui lectioni versio latina rectè respondet.

## In Can. V.

عيد الغوطا *Festum φῶτα.* Nos Græcum hoc nomen retinuimus, quoniam ab ipso Paraphraste usurpatur. Ita autem à Græcis vocatur Festus ille dies sexto Januarii celebratus, quo Christus baptizatus perhibetur, atque aliàs Epiphania seu Theophania nuncupatur. Georgius Alexandrinus in vita S. Chrysostomi, τῆς ἑορτῆς τῆ ἁγίων Θεοφανείων τῆς ὀνομαζομένης φώτων καταλαβούσης. *Festo Theophaniorum*, φώτων *dictorum appropinquante.* Cedrenus in Romano Lecapeno Ῥωμανὸς ὁ πανευδαὶς τοῦ Καπηλικοῦ διαδήμαν τίθεται κατ' αὐτὸν ἡμέρᾳ τῆ ἁγίων φώτων ἐν τῷ ἑαυτοῦ οἴκῳ Θεοδώρᾳ. Gregorius Nazianzenus orationem, quæ ordine tricesima nona est, εἰς τὰ ἅγια φῶτα τῆ ἐπιφανίων conscripsit, cujus sub initium hæc habet, Ἡ χθὲ ἁγία τῆ φώτων ἡμέρα, εἰς ἣν ἀφίγμεθα, ἐν ἣν ἑορτάζειν ἐξελόμεθα σήμερον, ἀρχὴ μὲν τὰ τῶ ἐμῶ χειρῶ ἐπιτίσμα λαμβάνει, τῆ ἀληθινῆ φωτὸς. Hoc itaque Græcum hujus festi nomen Josephus Ægyptius hoc loco retinuit, eâ tamen adhibitâ cautione, ut Arabicum etiam nomen indicaret. Dicit enim بعد عيد الغوطا الذي هو عيد الحميم *Post Festum φῶτα dictum, hoc est Festum Epiphaniæ, sive Epiphaniorum.* Arabice عيد الحميم quo nomine ab Eutychio Patriarchâ sæpe appellatur: ut, ubi ait وفي يوم الباراموني الذي يصومون قبل الميلاد وفي يوم الباراموني الذي قبل الحميم ايضا فانهم يصومون هذين اليومين Et die ἐφημωνῆς (*vigiliæ*) *quo ante natalem jejunant, necnon die* ἐφημωνῆς, *quæ Epiphaniam præcedit; nam hos duos dies jejunant.* &c. Eutych. Alex. annal. tom. 1. p. 522. Hæc ἐφημωνὴ Epiphaniæ à Marco Hieromonacho vocatur etiam ἐφημωνὴ τῆ φώτων; dicit enim Εἰ πύχῃ ἡ ἐφημωνὴ τῆ φώτων σύζυγον ἢ κυριακὴ de dub. Typ. c. XI. Sic etiam in ipso Typico, Εἰδότες τὸ ἁγιασμῶ τῆ ἐφημωνῆ τῆ ἁγίων φώτων. Ægyptii autem hoc



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

festum عيد الحميم *Festum Thermarum*, idcirco nominâsse videntur, quod illi ex antiquâ consuetudine, in Thermas eo die & piscinas se immergere soliti fuerint, in Christi, ut ajunt, baptismatis commemorationem. Arabes illud vocant عيد قداس الماء *Festum sacramenti aquæ.* Epist. ad Tit. c. 2. tit. Et simpliciter قداس الماء *Sacramentum aquæ.* epist. 2. ad Timoth. c. 4. tit. Syri بسرا q. d. *Orientem* vocant.

## In Can. VI.

والجبل *Et Al-Giebala.* Mediæ pars montana. بلاد الجبال q. d. *Regio montana* Arabibus vulgò appellatur. Non tota Media; ut nonnulli opinati sunt. In tabulis Geographicis Choajæ Nassir Etusei, & Ulug Beigi, جبال *Gebal* simpliciter nuncupatur, & Parthiæ proxima ponitur, hæque in eâ civitates esse dicuntur, قزوين *Kazwin*, ابة *Abah* جربادقان *Jarbadakhan*, سميرم *Semiram*, اصفهان *Esfahân*, كاشان *Cashân*, قم *Kom*, ري *Rái*, خوار *Chowar*, & الموت *Almut*, quæ omnes inter longitud. 85. ó & 87. 10. Et latitud. 24. ó. & 37. ó. collocantur. Quomodo autem hæc regio Episcopo Alexandrino subjecta est, me fugit. Sane à synodo Nicænâ nihil præter Ægyptum, Lybiam & Pentapolim ei subjectum dicitur.

او غير سننهم Hæc verba nobis saltem obscura satis videntur. In Annotationibus ad sextum hunc concilii Nicæni canonem Græcum, ubi hanc ipsam istius paraphrasin protulimus, hæc verba اذا قاوم اهل ابرشية او غير سننهم transtulimus, *Siquidem se populo provinciæ opposuerit, aut eorum leges mutarit.* Cùm autem ante dictum sit Episcopum electum in throno suo relinquendum esse, aut ab eo movendum, juxta populi placitum, hæc verba ad utrumque referri nobis postea visa sunt, ac proinde vertimus, *Cum ei adversatur populus provinciæ ejus, aut aliter se gerit.* Ut si adversetur quidem populus, ille throno moveatur; quem sensum phrasis غير سننهر facilè admittet, ut opinor, etiamsi rariùs usurpetur. Sed doctiores viderint.

## In Can. XI.

مع البوابين *Cum substratis*, συνυπόδιακοις, ut est in canone Græco. Hìc autem البوابين *Subdiaconos* q. d. *Janitores*, dicuntur, eo forsitan quòd post ambonem, propè *januas basilicas* stare soliti sunt. Vide Annotationes nostras ad hunc undecimum concilii Nicæni canonem Græcum.

فيها contractè pro فيما بعد *Postea.*

## In Can. XII.

ايما رجل Josephus Ægyptius hunc canonem perinde interpretatur, ac si contra eos editus fuisset, qui post monasticam susceptam vitam ad mundum redeunt. Verùm enimvero Patres Nicæni nihil prorsus de Monachis hoc canone constituerunt; sed de militibus per totum agunt, iis nimirum qui sub Licinii persecutione cingula deposuerant, & eadem postea repetere voluerunt: ut in Annotationibus ad canonem Græcum fusiùs probatum est; ubi etiam hanc Josephi Ægyptii metaphoricam esse interpretationem ostendimus.

## In Can. XV.

سينودس *Synodus Provincialis* فجماعة السينودس est ipsa vox Græca Σύνοδος, Arabicis characteribus induta; ac proinde vel superflua est hoc loco, post جماعة Arabicè idem significantem, vel idcirco additur, quòd in canone Græco legeretur; ac si Josephus dixisset جماعة Græcè السينودس Σύνοδος eum anathemate percutiet: vel اجماعة السينودس *totum synodi cœtum significat*, nos *synodum provincialem* vertimus; quoniam de tali hic locus intelligendus est.

## In Can. VIII.

في بعض الاملكن *In nonnullis locis.* Legendum في بعض الاماكن & paulo post, pro وهذا الامو Legendum وهذا الامر &c.

طقسهم مثل طغمات الابوراديه *Ordo ipsorum similis est ordinibus cœlestibus.* E quatuor his vocabulis, tria è Græcâ linguâ deducuntur. Primo enim طقس est Græcâ vox τάξις. Quæ tamen Arabibus sæpe usurpatur; ut & nonnunquam verbum ex eâ efformatum طقس *Ordinavit, disposuit.* طغمات etiam est vox τάγματα, cujus singulare طغمة nonnunquam occurrit; ut & طغم τάγμα. Item *cohors* Act. 27. 1. Sed vox tertia الابوردية rariùs usurpatur: verùm nihil aliud est, quàm Græca ἐπαρχία. π. nimirum in ب ex more mutato, quod solenne esse ante ostendimus.

فليقطع من درجت *Gradu suo decidat.* Legendum من درجة Proxima verba, من يد الامر nescio quâ typographorum incuriâ loco non suo repetuntur. Ad sextam enim lineam præcedentem pertinent, ibique rectè imprimuntur: Hic autem prorsus expungenda sunt.

ولا سنة *Nec lex.* Legendum ولا سنة.

للاسقف Hæc etiam vox loco non suo ponitur. Unde sensus in textu Arabico miserè perturbatur. Locus igitur hoc modo legendus est, ولتثبت الشمامسة على قدرهم ومراتبهم وليعلموا انهم خدام في المذبح المقدس للاسقف والقسيس Versio Latina rectè se habet: ac proinde non opus est hic repetatur.

IN

# ANNOTATIONES

IN

# PARAPHRASIN CONCILII CONSTANTINOPOLITANI.

وابوللينارديوس *Et Apollinarius.*

HIC sanè huic cogendæ synodo occasionem præbuisse alibi raro perhibetur; sed tantùm Macedonius. Verùm Eutychius Patriarcha Alexandrinus Arii æque ac Macedonii hæreseos prævalentiam in causâ fuisse refert, ut hæc synodus Constantinopoli haberetur,

ثم ان الوزرا والقواد اجتمعوا الي ثاودوسيوس الملك وقالوا له ان مقالة الناس قد فسدت وغلبت عليها مقالة اريوس ومكدونيوس

*Tum Theodosium Regem convenientes Consiliarii & præfecti, dixerunt ipsi, corruptæ sunt hominum sententiæ, prævalente apud ipsos Arii & Macedonii doctrinâ.* Eutych. annal. t. 1. p. 509. Ob hanc itaque rationem convocatum esse hoc concilium scribit. Inter Arii autem & Apollinarii, hæresim parùm fuit discriminis, quantum ad humanam naturam à Christo assumptam, ut Josephus infra, & nos ex eo aliisque in Annotationibus ad primum hujus concilii canonem Græcum ostendimus. Et hinc forsitan est, quòd Josephus hanc synodum etiam Apollinarii causâ congregatam asseruit. Nilus autem libello de synodis non adversus Macedonium & Apollinarium solum, verumetiam adversus Sabellium Africanum coactum fuisse hoc concilium observavit, Η πρώτη καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος ἡ ἐν Κωνσταντίνου πόλει γέγονεν ἐπὶ τῆς Ἑπταρχίας Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου συγκροτηθεῖσα ὑπὲρ ἐκτὸν πατέρων ὀρθοδόξων καὶ Μακεδονίου τοῦ πνευματομάχου παιδάρχου Κωνσταντινουπόλεως, καὶ Σαβελλίου τοῦ Λίβυος, καὶ Ἀπολιναρίου Λαοδικείας. Nil. de synod. Nimirum horum æque ac aliorum hæreses ab hâc synodo condemnatæ sunt; quæ propterea adversus eos congregata haud ineptè dicatur.

وكان المقدم *Præsides.* Photius de hâc synodo loquens, Ἐξάρχει, inquit, Τιμόθεον τὸν τῆς Ἀλεξανδρείας, καὶ τὸν ἀξιωματικὸν τῆς Ἀντιοχείας Μελέτιον, Κύριλλον τὸν τῆς ἱεροσολύμων, τὰς ἱερὰς θρόνους ἰδιούντας. Phot. de syn. 2. Eutychius,

وكان المقدم في الجماعة تيموثاوس بطريرك الاسكندرية وملاتيوس بطريرك انطاكية وكيرللس اسقف بيت المقدس *Concilii præsides erant Timotheus Patriarcha Alexandrinus, & Meletius Patriarcha Antiochenus & Cyrillus Episcopus Hierosolymitanus.* Eut. Alex. Annal. t. 1. p. 510. Nilus plures enumerat præsides, Ἡγοῦντο δὲ τῆς συνόδου Δάμασος Ῥώμης, Νεκτάριος Κωνσταντινουπόλεως, Τιμόθεος Ἀλεξανδρείας, Κύριλλος Ἱεροσολύμων, Μελέτιος Ἀντιοχείας, Γρηγόριος ὁ Θεολόγος, Γρηγόριος Νύσσης, καὶ Ἀμφιλόχιος Ἰκονίου. Nil. de synod.

قالوا له *Dicebant ei*, nimirum per Timotheum Alexandrinum Ecclesiæ præsulem, ut refert Eutychius, dicens,

فقال تيموثاوس بطريرك الاسكندرية ليس روح القدس بمعني غير روح الله وليس روح الله شيا غير حياته فاذا قلنا ان روح القدس مخلوق فقد قلنا ان روح الله مخلوق واذا قلنا ان روح الله مخلوق فقد

قلنا ان حياته مخلوقة واذا قلنا ان حياته مخلوقة فقد زعمنا انه غير حي واذا زعمنا انه غير حي فقد كفرنا به ومن كفر به وجب عليه اللعن

*Dixit ergo Timotheus Patriarcha Alexandrinus, non aliud apud nos significat Spiritus Sanctus, quàm Spiritum Dei; non est autem Spiritus Dei aliud quàm vita ipsius. Si ergo dixerimus spiritum sanctum creatum esse, asserimus Spiritum Dei creatum esse, Sin Spiritum Dei creatum esse, vitam etiam ipsius creatam esse; quòd si vitam ipsius creatam affirmaverimus, autumaremus ipsum vitâ carere, atque hoc asserentes penitus ipsum abnegabimus; qui autem Deum negat, maledictione dignus est.* Eut. Al. an. t. 1. p. 511.

في ترتيب الرؤساء *De ordine præsulum.* Licet prima diœcesium distributio, & aliqualis propterea Patriarcharum institutio, huic concilio attribuatur, ut alibi ostendimus; ordinem tamen inter quinque Patriarchales sedes observandum, ab eodem etiam constitutum esse, nemo unquam, præter Arabes & Ægyptios asseruit; Ægyptios inquam, nam Josephus non solus in hâc opinione fuit, cùm Eutychius Patriarcha Alexandrinus longè ante eum idem scripserit, ورتبوا بطريرك رومية الاول وبطريرك القسطنطينية الثاني وبطريرك الاسكندرية الثالث وبطريرك انطاكية الرابع وصيروا اسقف بيت المقدس بطريركا انما كان اسقف ولم يكن قبل ذلك في بيت المقدس بطريرك

ورتبوا خامسا *Statuerunt etiam Patriarcham Romanum primum fore; Constantinopolitanum, secundum; Alexandrinum, tertium; Antiochenum verò quartum. Episcopum etiam Hierosolymitanum titulo Patriarchæ ornârunt; cùm prius Episcopus esset, nec quis ante illud tempus Patriarcha Hierosolymis præfuisset; eique locum quintum assignârunt.* Eutych. Al. annal. t. 1. p. 513. 514.

اوجاروس Quisnam hîc Imperator esset, me conjecturis assequi nequire fateor. Tres enim istis diebus simul imperabant, Gratianus, Valentinianus, Theodosius; & Gratiani quidem annus, cùm hæc haberetur synodus, agebatur decimus quintus, Valentiniani septimus, & Theodosii tertius; Josephus autem concilium celebratum scribit anno nono cujusdam Imperatoris, quem اوجاروس vocat. Nullius autem è tribus istis Imperatoribus annus nonus tunc fluebat. Nos nihilominus *Gratianum* vertimus, quoniam Arabica ista literaram compositio ad ejus propiùs quàm ad aliorum Imperatorum nomina accedit, licet nec isti bene respondeat. Si vel mutatione scriberetur اوجاريوس *Eucherium* ab eo indigitatum suspicarer, qui unà cum Syagrio consulatum isto anno agebat: quem propterea Josephus Imperatorem fuisse forsitan opinatus est, consules nimirum cum Imperatoribus confundens.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

حساب الانطاكيين *Æra Antiochena.* Annus hic 429. æræ Antiochenæ in annum Christi 381. effluxit: sed videsis quæ de anno, quo celebrata est hæc synodus, in annotationibus ad Græcos hujus concilii canones disseruimus.

## In Can. I.

يوم الخامس الكبير *Magna quinta feria.* Eâ nimirum, quæ paschalem celebritatem proxima præcedit. Ut tota enim hebdomas illa, qua Christus passus est; sic & quælibet istius feria *Magna* appellatur. De hâc quintâ feriâ sic Calistus in syntaxario, τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ πέμπτῃ οἱ τὰ πάντα καλῶς διατεθέμενοι θεῖοι πατέρες ἀλληλοδιαδόχως, ἐκ τῆς θείων ἀποστόλων καὶ τῶν ἱερῶν καὶ θείων εὐαγγελίων παραδεδώκασιν ἡμῖν πλειστάκις ἑορτάζειν, τὸν ἱερὸν νιπτῆρα, τὸν μυστικὸν δεῖπνον, τὴν θεόσδοτον σύναξιν ἥν καθ' ἡμᾶς φρικτῶν μυστηρίων, τὴν ὑπερφυᾶ προσδοκίαν, καὶ τὴν θεοδόσιον ἀνάτειλιν. *Sanctâ magnâque feriâ, qui omnia rite disposuerunt, sancti patres unus post alium, tum ex divinis Apostolis, tum ex sanctis & divinis evangeliis, nobis quatuor celebranda tradiderunt, sacram pedum ablutionem, mysticam cœnam, tremendorum scilicet apud nos mysteriorum exhibitionem, supernaturalem orationem, & ipsam proditionem.* Cum autem omnes etiam hæretici inter proditores Christi recensiti fuerint, hinc ni fallor factum est, quòd isti etiam eâ feriâ anathemate, apud Ægyptios saltem, percussi sunt.

## In Can. II.

كموليات *Thesauri.* Neque enim aliud videtur, quàm vox Græca κειμήλια, Arabicè declinata كموليات à κειμήλια, ut طعمات à πάγματα; quod ante observatum est.

لبطرك القسطنطينية *Episcopo Constantinopolitano.* Hoc in tertio hujus concilii Græco canone constituitur. Verùm non modo à Josepho, sed & ante eum à Dionysio Exiguo, à Prisco Interprete Latino, & a Joanne Antiocheno, secundo canoni, tanquam ultima istius pars, subjungitur.

---

# ANNOTATIONES
## IN
# PARAPHRASIN CONCILII EPHESINI

بن انطيانوس *Filii Antiani.*

FORTASSE Valentinianum intelligit, qui unà cum Theodosio imperavit. Verùm Arcadius non Valentiniani, sed Theodosii senioris Filius fuit.

قسطنطينوس بطريرك رومية *Constantinus Patriarcha Romanus.* Legendum كالستينوس *Cælestinus.* Ille enim thronum Romanum tunc temporis occupabat: & ab Eutychio Alexandrino inter præsides hujus concilii recensetur, dicente وكان في هذا المجمع متقدما كيرللس بطريرك الاسكندرية وكالستينوس بطريرك رومية وبوفلاديموس بطريرك بيت المقدس *In hoc concilio præsides erant Cyrillus Patriarcha Alexandrinus, Cælestinus Patriarcha Romanus, & Bu-Flavius (Juvenalis) Patriarcha Hierosolymitanus.* Eutych. Alex. annal. t. 2. pag. 7. Nilus, Ἡγοῦντο δὲ αὐτῆς Κελεστῖνος Ῥώμης, Κύριλλος Ἀλεξανδρείας, Ἰουβεναλὶς Ἱεροσολύμων, Μέμνων Ἐφέσου. Nil. de synodis.

وكانت مقالته *Et opinio ejus (Nestorii) erat.* Hæc Nestorii opinio eodem etiam modo ab Eutychio Alexandrino his verbis explicatur. وكان نسطور يقول ان مريم العذري ليست والدة الاله بالحقيقة وان ذلك كان ابنان احدهما الاله الذي هو مولود من الاب والاخر انسان الذي هو مولود من مريم وان هذا الانسان الذي يقول انه المسيح بالمحبة متحد مع الابن ويقال انه الاه وابن الله ليس بالحقيقة ولكن بالموهبة واتفاق الاسمين والكرامة نفسه كاحد الانبيا *Asserebat siquidem Nestorius Mariam virginem revera Deiparam non fuisse, esseque duos filios, quorum alter sit Deus, eumque à Patre esse genitum; alter autem homo, qui à mariâ natus est. Et hominem istum, qui se Christum dixerit, amore unitum esse cum filio, Deumque appellari, & Filium Dei, non revera, sed per concessionem, & nominum communionem, & honoris causâ, sicut unus ex prophetis.* Eutych. annal. t. 2. p. 1.

وكثالكة *Et Catholicis.* Cyrillus Alexandrinus hoc in loco synodum ex Episcopis, Metropolitis, & Catholicis Ægypti congregatam celebrâsse perhibetur. Hîc autem Josephus ex sui temporis moribus & institutis loquitur: quibus nimirum in Ægypto aliisque nonnullis locis, quatuor præsulum Ecclesiasticorum gradus observati sunt, Patriarchæ, Catholici, Metropolitæ, & Episcopi. Καθολικοὶ itaque *Catholici* dicti sunt qui superiores quidem Metropolitis, sed Patriarchâ inferiores fuerunt. Sic etiam Brochardus Monachus de Armenis & Georgianis ait, *Prælatos habent, quos Catholicos vocant, qui sub se habent Archiepiscopos, Episcopos, & alios prælatos.* Sed observanda sunt insuper, quæ Josephus proximâ huic paginâ de Nestorianis habet, كثرت السطورية بالمشرق ولم يكن لهم بطرك وكادوا قد روسوا عليهم جاثليق *Plurimi sunt in oriente Nestoriani, quibus nullus est Patriarcha, sed iis præfecti sunt Catholici.* Ubi propterea Catholici summam habent autoritatem, nulli Patriarchæ subjecti. Ibi autem vocantur non كثالكة ut in Ægypto, sed جاثليق *Jathelik*, vel, ut non-

nun-

nunquam pronunciatur, *Jachelich*. Sic Paulus Venetus, *Regnum Mosul, aliâ Mosel vocant, confine Armeniæ majori. Multi in eo Christiani degunt Nestoriani & Jacobitæ, quibus præest Patriarcha magnus, quem ipsi Jachelich vocant.* Paul. Ven. l. 1. c. 15. Hoc autem nomen *Jachelich* idem est omnino quod *Catholicus*, aliter tantum pronunciatum. Hinc iidem Mausolitæ, à Paulo commemorati, Patriarcham sibi à Julio Papâ Romano ordinari petentes, in epistolâ ad eum scriptâ an. D. 1552. aiunt, *Ordines eum nobis Patriarcham, id est, Catholicum.* Unde satis mirari nequeo, quare docti viri *Catholicos à Jachelichis* distinguendos esse contenderent: cùm utrumque nomen è Græco Καθολικὸς effermetur, quod illi Arabicè كثالكة *Cathâlika*, hi autem جاثليق *Jathalik* scribunt & pronunciant.

يوانس صاحب انطاكية *Johannes Antiochenus.* Quæ hîc de Joanne Antiocheno ejusque in synodo Ephesinâ gestis à Josepho traduntur, consona sunt iis, quæ Eutychius de eodem scripsit. Annal. t. 2. p. 9. Quæ etiam Josephus postea de Orientalibus & Cyrillo Alexandrino scribit, idem Eutychius eâdem & sequenti paginâ tradidit; ex quo propterea Josephus ea hausisse videtur.

برصـــومـــا *Barsuma.* De eo hæc habet Eutychius Josephi dictis consentanea, مقالة وكـانـت نسطور قـد انـدرست فـاحـيـاهـا مـن بـعـده برصان طويل برصومـا مطران نصيبين في عـصـر يوستينيانوس مـلـك الروم وقباذ ابـن فيروز ملك الفرس وثبتها في المشرق وخاصة اهـل فـارس ولذلك

تكاثرت النسطورية في المشرق والعراق والموصل والغرات والجزيرة فسموا النسطورية مشتق مـن اسـم نسطور

"Atque ita obliterata est sententia Nestorii, donec illam "longo post ipsum temporis spatio resuscitârit Barsuma "Metropolita Nisibinensis, tempore Justiniani Romanorum "Imperatoris & Kobadi Phyruzi filii, Regis Persarum, ea- "amque in oriente, ac præcipuè apud Persiæ incolas, ad- "strueret: unde est, quòd multi sint Nestoriani in oriente, "& Iraco, & Al-Musal, circa Euphratem & in Mesopota- "miâ, qui Nestoriani appellati sunt, titulo à Nestorii nomine "deducto. Alex. Annal. t. 2. p. 12. Hic autem idem videtur Barsumas, qui in Actis concilii Chalcedonensis commemoratus, ubi Flavianum Constantinopolitanum occidisse dicitur, Βαρσουμᾶς, ὁ μεταξὺ αὐτῶν εἰσιλθὼν, ἴσφαξε τὸν μακάριον Φλαυιανὸν· αὐτὸς ἔφυγε, καὶ ἔλαβε, σφάξον, & mox totam, Syriam evertisse, Πάντες οἱ ἐυλαβέστατοι ἐθάνατοῦσι ἐβίασαν, Πᾶσαν Συρίαν Βαρσουμᾶς ἠφάνισεν, ἐπάγαγεν ἡμῖν χιλίους μυριάδας. Hinc tota synodus eum anathemate devovit, οἱ ἐυλαβέστατοι ἐθάνατοῦσι ἐβίασαν, τὸν φονέα Βαρσουμᾶν ἔξω βάλετε· τὸν φονέα τοῦ φιλίου· Ἀνάθεμα σὺ Βαρσουμᾶ· Βαρσουμᾶν τῇ ἐξορείᾳ. Concil. Chalced. Act. 4.

قـانـون واحـد *Unicum canonem.* Canones Ephesini hujus concilii in Epistolâ synodicâ divulgati sunt; ut in Græcos canones observatum est. Omnes etiam ad fidem spectant. Hinc Josephus unicum canonem huic synodo attribuit; quoniam scilicet omnes in eâdem Epistolâ comprehensi sunt, & de unâ eâdemque re agunt, de fide scilicet: quam etiam ob rem, nec in priscâ editione Latinâ, nec in Dionysii Exigui versione, ullus ab hâc synodo constitutus canon commemoratur, aut Latinè vertitur.

# ANNOTATIONES
## IN
# PARAPHRASIN CONCILII CHALCEDONENSIS.

وكـان المقدم فـيـه *Et præsides in eo erant.*

EUTYCHIUS, وكان المقدم في الـجـمـاعـة اناطوليوس بـطـريـرك القسطنطينية ومكسيموس بطريرك انطاكية وبوفلابيوس بطريرك بيت المقدس

*Et præsides in concilio erant Anatolius Patriarcha Constantinopolitanus, & Maximus Patriarcha Antiochenus, & Bonifacius (Juvenalius) Patriarcha Hierosolymitanus.* Eutych. annal. t. 2. p. 93. 94. Nilus autem de hâc synodo loquens, ait, Ἡγοῦντο δὲ αὐτῆς Λέων Ῥώμης, Ἀνατόλιος Κωνσταντινουπόλεως, Ἰουβενάλιος Ἱεροσολύμων, Μάξιμος Ἀντιοχείας. Nil. de synod. Verum Leo ipse concilio non interfuerat; sed legatos Arabicè وكـلا dictos illuc misit, nimirum Paschasinum, Lucentium & Bonifacium, qui locum ejus ibi supplebant.

والملك يومئذ مركيان *Marciano tunc temporis imperante.* Concilium Constantinopoli à Flaviano celebratum est, non Marciano, ut hîc asseritur, sed Theodosio juniore Imperante. Tota autem historia concilii Chalcedonensis, à Josepho pessimè tradita, paucis sic expediatur. Anno D. 447. Theodosii junioris 41. Zenone & Postumiano Coss. VI. Id. Novemb. Flavianus Episcopus Constantinopolitanus concilium Constantinopoli convocabat in causâ Florentii Sardeorum Metropolitani contra Joannem & Cossinium ejus suffraganeos. In hoc concilio Eusebius Dorylæi Episcopus Eutychetem Archimandritam hæreseos accusavit; qui etiam à synodo convictus & condemnatus est. Eutyches autem damnatus, per Chrysaphium Eunuchum ab Imperatore obtinuit, ut alia synodus Ephesi sequenti anno cogeretur, quæ etiam λῃστικὴ συνοδὸς appellatur; huic Dioscorus Alexandrinus præfuit, à quo Eutyches communioni restitutus, & Flavianus cum aliis damnatus est. Mortuo deinde Theodosio, & Marciano Imperatore renunciato, tertio hujus imperii anno, qui annus Domini erat 451. quartum hoc Oecumenicum concilium Chalcedone habebatur, à quo λῃστικὴ ista synodus antiquata, & Dioscorus cum Eutychete damnatus est. Ex hâc verissimâ hujus concilii historiâ multi in hâc Josephi paraphrasi errores deprehendantur; uti mox patebit.

وقـالـوا لـه *Et dicebant ei.* Eutychius de synodo hâc Constantinopolitanâ sub Flaviano loquens, ait فـاجـابـه فلابيانوس بطريرك القسطنطينية وقال له ان كان كما



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

واعتقد ملة اليعقوبية *Et Jacobitarum religionem profeſſus eſt.* Eam ſcilicet religionem, quàm Jacobitæ poſtea amplexi ſunt. Nulli enim ante Dioſcorum Jacobitæ extiterunt; quin & is potius eorum ſectæ princeps & caput fuit: adeo ut nonnulli aſſeruerint eum in juventute *Jacobum* dictum fuiſſe, & *Jacobitas* ab eo denominatos. Verum neque inter ipſos convenit Orientales, à quonam Jacobo Jacobitæ nomen ſuum ſortiti ſunt. Communior autem & veriſimilior eſt eorum ſententia, qui iſtum Jacobum huic ſectæ nomen dediſſe affirmant, qui Severo Patriarchæ Antiocheno circa an. D. 462. diſcipulus fuit; qui etiam يعقوب البرادعي *Jacobus Al-Baradæus* dictus eſt, quod indutus ſit clitellis, Arabice البرادع *Barâda* dictis, ut tradidit Eutychius annal. t. 2. p. 144. Ubi opinio ejus his verbis definitur, وكانت مقالته ان المسيح طبيعة واحدة من طبيعتين وجوهر من جوهرين ومشية واحدة موافق لقول سويرس وديسقورس واوتيشيوس الملاعنين *Et fuit doctrina ejus, Chriſtum unam eſſe naturam è duabus naturis compoſitam, ſubſtantiam è duabus ſubſtantiis, & voluntatem unam ſecundum ſententiam Severi, Dioſcori & Eutychii Maledictorum.* Hanc eorum opinionem comment. de ordinatione Jacobitarum his verbis explicat Syriacè ܗܘ ܕܐܡܪ ܒܚܕ ܐܝܟ ܗܘ ܕܐܡܪ ܒܬܪܝܢ ܐܝܟ ܗܘ ܕܐܡܪ ܒܚܕ *Et una eſt* (in Chriſto) *natura, ut etiam una perſona, non autem duæ naturæ aut in duabus naturis.* Unde conſtat Jacobitas Eutychetis opinioni adhæſiſſe; qui etiam in diverſis locis diverſos habuerunt hæreſiarchas, uti Joſephus hoc loco rectè obſervat, dicens, hanc opinionem in provinciis Meſopotamiæ à Severo & Jacobo, in provinciis autem Ægypti & Nubiæ à Dioſcoro inſtitutam eſſe, & diſſeminatam.

وهو الاه وانسان *Eumque Deum eſſe & hominem.* Sic etiam Eutychius de hâc ſynodo, loquens ait, وقبلوا ان ربنا يسوع المسيح الاه وانسان وهو في الكيان مع ابيه في اللاهوت وفي الكيان معنا في الناسوت يعرف بطبيعتين تاما بلاهوته وتاما بناسوته مسيح واحد *Et ſtatuerunt Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Deum eſſe & hominem, ipſumque ejuſdem eſſe eſſentiæ cum patre quod ad divinitatem, ejuſdemque nobiſcum quod ad humanitatem, utraque naturâ agnitum perfectum in divinitate ſuâ & perfectum in humanitate ſuâ, Chriſtum unum.* Eutych. annal. 2. p. 94. Ubi etiam ille idem, quod Joſephus, in ſequentibus tradit, tres ſcilicet priores œcumenicas ſynodos, Nicænam, Conſtantinopolitanam & Epheſinam primam, ab hâc quartâ confirmatas eſſe; quod ipſa etiam Acta teſtantur.

الاوسيا Eſt ipſa Græca vox οὐσία, cum articulâ ال juxta morem præfixo: mox etiam poſt ſequitur ſine articulo اوسيا هما οὐσίαι, *eſſentiæ ipſarum.*

سبع ماية وثلثة وستون *Anno ſeptingenteſimo ſexageſimo tertio.* Nimirum Æræ Alexandreæ, quæ cœpit anno Per. Jul. 4402. Kal. Octob. Adde igitur 4401. ad 763. ſumma eſt 5164. aufer. 4713. & reliquus tibi fiet annus Chriſti 451. quo etiam currente celebratum fuiſſe hoc concilium in Annotationibus ad canones Græcos probatum dedimus. Neque etiam in die multum aberrat Joſephus, canones hujus concilii viceſimo quinto die Tiſhrin prioris editos affirmans. Nam in anno Syriaco hic uſurpato Tiſhrin prior unà cum Octobri Juliano init; hoc autem Chalcedonenſe concilium VIII. Id. Octob. cœptum eſt, & uſque ad Kal. Novemb. eodem anno continuatum, ut ibidem etiam obſervatur.

كما تزعم طبيعة واحدة فالطبيعة القديمة اذا هي المحدثة وان كان القديم هو المحدث والذي لم يزل هو الذي لم يكن ولو جاز ان يكن القديم هو المحدث لكان القاعد هو القاعد والحار هو البارد والمظلم هو المضي وما اشبة ذلك من المحالات التي لا يجوز الجمع بينهما في جز واحد "Cui (Eutycheti) reſpondit Flavianus Patriarcha Conſtantinopolitanus, dixitque, ſi eſſet [Chriſtus] uti tu aſſeris Natura una, tum eſſet natura, quæ æterna eſt, de novo facta. Quòd ſi qui æternus fuit de novo ortus ſit, tum & qui nunquam non fuit idem aliquando non fuit. Quòd ſi admitti poſſit, ut quod æternum fuit, idem de novo fuerit, erit idem qui ſtat ſedens, quod calidum eſt frigidum, quod tenebroſum lucidum, cum id genus impoſſibilibus, quæ fieri non poteſt ut conjungantur in eadem rei parte. Eutych. t. 2. pag. 86. Hæc, quæ Eutychius Flavianum, Joſephus hoc loco ſynodum Eutycheti hæretico dixiſſe refert, nihilo ferè mutato, niſi quòd ubi Eutychius, ait والمظلم هو المضي *quod tenebroſum lucidum*, Joſephus levi in Arabicis verbis mutatione dicat, والمعلم هو الصبي *Præceptor idem qui puer.*

لم ينفوه *Non expellebant eum.* Nimirum Flavianus reliquique in ſynodo Conſtantinopolitanâ congregati patres Eutychetem damnatum Conſtantinopoli non expellebant, ob rationem à Joſepho hoc loco aſſertam, & Eutychii Patriarchæ teſtimonio confirmatam, dicentis ولم ينفيه عن القسطنطينية لانه كان طبيبا والناس يحتاجون اليه *At Conſtantinopoli eum non expulit (Flavianus,) quòd cùm medicus eſſet, eo homines opus haberent.* Eutych. t. 1. p. 86.

حتي مات مركيان *Uſque ad mortem Marciani*, vel *uſque quo mortuus eſt Marcianus.* Sed legendum haud dubiè.

حتي مات ثاوذوسيوس *Uſque quo mortuus eſt Theodoſius.* Ipſe enim Eutyches ante Marcianum mortem obiit. Et ipſe Joſephus paulo poſt, eum ante celebratam hanc Chalcedonenſem ſynodum vitâ defunctum aſſerit.

وقام بعده اصطيروس *Cui imperatur Aſterius ſucceſſit*, ad verbum, & *ſurrexit poſt eum Aſterius.* Verùm nullus unquam, vel ſaltem non iſtis diebus, Imperator Aſterius dictus eſt. Sanè Theodoſio Juniori Marcianus, Marciano Leo Thrax ſucceſſit. Hîc tamen Joſephus Aſterium Marciano, &, quod mirum proximâ paginâ, Marcianum Aſterio ſucceſſiſſe ſcribit. Hoc autem in loco pro Marciano Theodoſius ſubſtituendus eſt, ut ante obſervatum. Verùm nec Theodoſium Aſterius ullus in imperio conſecutus eſt. Quid itaque dicemus? Nimirum Joſephus conſulem pro Imperatore accepiſſe videtur. Secunda enim Epheſina ſynodus Protogene & Aſterio Coſſ. celebrata eſt. Cùm iſta itaque ſynodus Eutychetem abſolverit, Aſterius etiam, cujus conſulatu habita eſt, ei faviſſe, Joſephus forſitan opinatus eſt, eundemque Imperatorem الملك vocavit, ac ſi is inter Theodoſium juniorem & Marcianum imperârit; contra quod ab omnibus hiſtoricis traditur. Hinc autem egregia Joſephi in Eccleſiaſticis hiſtoriis inſcitia plus nimio ſe prodit; niſi forſitan codicem noſtrum depravatum dicamus; quod nobis ſanè veriſimilius videtur. Verumenimverò tota hæc hiſtoria, de Eutychete à Dioſcoro in ſynodo Conſtantinopolitanâ Aſterii, vel cujuſvis aliùs Imperatoris juſſu liberato, planè fabuloſa eſt, nec ullam veritatis ſpeciem præ ſe fert.

مكسوذوس Scribendum haud dubiè & hîc & poſtea مركيانوس *Marcianus.* Eo enim imperante Joſephus, juxtà cum omnibus aliis, hoc quartum œcumenicum concilium Chalcedone celebratum fuiſſe, paſſim in hoc proœmio aſſerit, præſertim in initio.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

## In Can. II.

اقنوم الكنيسة *Oeconomum Eccleſiæ.* Etiamſi vox اقنوم à Syriacâ ܐܘܢܩܢܐ *hypoſtaſin vel Perſonam* ſæpius ſignificet, idque in hâc paraphraſi æque ac alibi, hoc tamen in loco *Oeconomum* verti, utpote cui in canone Græco voci reſpondere videatur. Quo ſenſu etiam in viceſimo ſexto hujus concilii canone clariſſimè uſurpatur. Is enim totus de Oeconomis agens græcè ſic incipit, Ἐπειδὴ ἔν τισι ἐκκλησίαις, οἷς ἀναγκαῖόν ἐστιν, δίχα οἰκονόμων διατελεῖν τὰ ἐκκλησιαστικὰ χρειώδη πράγματα. Quæ verba Joſephus Arabicè ſic vertit, رفع الي الجماعة المقدسة ان من الكنايس ما ليس لهم اقنوم *Pervenit ad ſanctam ſynodum, quòd nonnulla ſint Eccleſiæ, quibus nullus eſt Oeconomus. Et ad calcem can. 25. diſertè dicitur.* قهرمان الكنيسة اي الاقنوم *Procurator Eccleſiæ, ſive Al-Aknum, Oeconomus.* His itaque locis vox اقنوم *Aknûm*, ab ipsâ Græcâ οἰκονόμος contracta, pro eâdem uſurpatur. Hinc vox اقانمة pro οἰκονομία *Adminiſtratione, diſpenſatione*, in hac paraphraſi uſitatur; ut in proœmio ad ſynodi Nicænæ canones adnotavimus.

## In Can. III.

قهرمتهم *Procurationibus eorum.* Vox قهرمان quemlibet rerum adminiſtrationem vel procuratorem ſignificat. Unde paulo poſt قهرمانا على صبيان *Puerorum curatorem* denotat. In prima Epiſtola Catholica S. Petri, cap. IV. verſ. 10. vox Græca οἰκονόμοι Arabicè قهارمة vertitur. Hinc قهرمانة pro *ancillâ, procuratrice* uſurpatur. Abulpharagius, واخذت علم القهرمانة فقطع لسانها *Et capta eſt Alama procuratrix, & lingua ejus abſciſſa.* Abulph. dynaſt. 9. pag. 310. Elmacinus, وبين جدته قهرمانة اسمها شمس النهار *Et coram eo erat ancilla, ſol diei cognominata.* Elmac. hiſt. Sarac. l. 3. pag. 288. vox autem origine Perſica eſt. Perſis enim قهرمان *Imperator* eſt, *juſtitiæ adminiſtrator.*

## In Can. X.

البريقاديا Ita typographorum incuria imprimitur, ſed ſcribendum eſt, juxta MS. البريفانيا *Al-bariphania*; quod nihil aliud eſt, quàm Græcum vocabulum βαρεφανία prima litera mutilatum: vel ſaltem articulo ال illius loco ſubſtituto. فان هو جسر احدا على التحويل *Et ſi quis auſus fuerit migrare &c.* ſed latina verſio hunc potiùs in modum legatur, *Et ſi quis aliquem auſus fuerit transferre ab Eccleſiâ ſuâ, eidem is reſtituatur.*

المرستان *Noſocomia.* ſæpius ſcribitur مارستان vocabulum eſt Perſicum; quod tamen ab Arab. مارض *Ægrotus*, deductum putatur.

## In Can. XXIII.

الا الاغاليكوس Hoc σφάλμα eſt Typographicum. Delendum enim الا & pro الاغاليكوس ſcribendum eſt juxta MS. codicem الاغاديكوس *Al-Agadicus*; quod nihil aliud eſt, quàm Græcum ἔκδικος, quod *defenſorem* Eccleſiaſticum ſignificat, de quo hoc loco agitur.



Ψηφιοποιήθηκε από την Google

# ANNOTATIONES IN CANONICAS EPISTOLAS IN DIONYSII ALEXANDRINI.

## IN CANONEM I.

Ἀπεστείλας. Scholium in codice Amerbachiano, Ἰσέον ὅτι χρόνοις μὲν ὁ Μακάριος Διονύσιος ἦτ@ ἀκροατὴς Ὠριγένους, ἐν τῷ τετάρτῳ τῆς βασιλείας ἔτει Φιλίππου τοῦ μὲ Γορδιανὸν βασιλεύσαντ@. τὸν βίον μεταλλάξαντ@ Ἡρακλᾶ τρισκαιδεκάτου τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας ἐπισκόπου τιλὼ θεοσεβείαν ταύτης ὃν ὑπελαμβάνει· καὶ θεὶς τοῖς ὅπλ δέκα καὶ ἑπτὰ ἔτεσι, ὅπερ τοῖς λοιποῖς τρισὶ Φιλίππου, καὶ τῷ ἑνὶ Δεκίου, καὶ τῷ ἑνὶ Γάλλου, καὶ Βαλεριανῷ τῷ ὑῒ Δεκίου, καὶ τοῖς δυσὶ τοῦ Οὐαλεριανοῦ καὶ Γαλλίου τοῦ παιδὸς αὐτοῦ, θεὶς κύριον ἐξεδήμησεν. ὁ δὲ Βασιλείδης ἐν τῷ αὐτῷ τιλὼ πενταπόλεων ἐπίσκοπ@, ὡς φησιν Εὐσέβιος· ἐν τῷ ε'. καὶ τῷ ϛ'. τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας λόγῳ. *Sciendum eſt, quòd hic beatus Dionyſius auditor fuit Origenis quarto anno Imperii Philippi, qui poſt Gordianum imperavit. Heraclâ autem decimo tertio Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopo vitâ defuncto, hic præfecturam iſtius ſuſcepit; & poſt ſeptendecim annos, reliquos nimirum tres Philippi, & unum Decii, & unum Galli, & Voluſiani filii Decii, & duodecim Valeriani & Galli (Gallieni) ipſius filii, ad Dominum migravit. Baſilides autem paræciarum in Pentapoli Libyæ Epiſcopus fuit, ut Euſebius in* VI. & VII. *Eccleſiaſticæ hiſtoriæ libro tradidit.*

Ἀνηστίζεσθαι δεῖ. Gentianus Hervetus vertit, *Jejunandus ſit* dies Paſchæ. Et ſic vocem ἀνηστίζεσθαι, ubicunque occurrit, *jejunare* vertit: cùm contrarium potiùs ubique ſignificat, nimirum, *jejunium ſolvere*, quod Arabes فطر & افطر dicunt. Hoc ſenſu vox iſta ἀνηστίζεσθαι in Conſtitutionibus Apoſtolicis vulgò dictis ſæpe uſurpatur. Ut τῇ ϛ' σαββάτῳ μέχρις ἀλεκτοροφωνίας ἑσπερεινοῦτες, ἀνηστίζεσθαι ἐπιφωσκούσης μιᾶς σαββάτων. Conſtit. Apoſt. l. 5. c. 18. Et alibi, Ἐπιτελεῖται ϛ' ἡ νηστεία αὕτη σὺν τῇ νηστείᾳ τῆς Πάσχα· ἀρχομένη μὲν ἀπὸ δευτέρας, πληροῦται ϛ' εἰς ἕβδομάδα, μεθ' ἃς ἀνηστεύσαντες. ibid. cap. 12. Eodem etiamſi ſenſu occurrit, Syn. Trull. can. 89. Heſychius, Ἀνηστιεῖσθαι, τὸ ἀπὸ νηστείας δεῖ σχεῖν ἐλθεῖν. Ipſe etiam locus, quem præ manibus habemus, hunc ſenſum neceſſariò exigit, in quo Dionyſius ſe interrogatum aſſerit, καθ' ἣν ἔφην ἀνηστίζεσθαι δεῖ τιλὼ τῆς Πάσχα ἡμέραν. Hoc eſt, Non ut Hervetus vertit, *quâ horâ dies Paſchæ ſit jejunandus*; is enim nunquam jejunio peractus fuit: ſed, ut nos vertimus, *Quâ horâ diei Paſchæ jejunium ſolvendum eſt.* Nimirum, quotâ horâ jejunium ante Paſchale terminandum eſt, veſpere præcedente Paſchalem celebritatem, an ad galli cantum, an alio tempore; ut ex iis conſtat, quæ in hac Epiſtolâ ſequuntur.

### In Can. II.

Περὶ ϛ' τὸν ἐν ἐρήμῳ. Conſtantinus Harmenopulus hunc canonem ſic compendifacit, Αἱ ἐν ἀφέδρῳ καὶ θείων ναῶν καὶ ἱερῶν μυστηρίων εἱργόμεναι. *Quæ in ſeceſſu ſunt, tam à divinis templis quàm ſacris myſteriis arceantur.* In quam epitomen Scholiaſtes hæc notat, Αἱ ἐν ἀφέδρῳ οὖσαι ἐν ἁγνισμοῖς· διὰ τὸ κεχωρισμένως ταύτας ἔχειν ἀπὸ Ἰουδαίων καθίζεσθαι. *Quæ in ſeceſſu ſunt, hoc eſt, quæ menſes ſuos habent: propterea quòd ſeparatim apud Judæos degebant.* Harmenop. epit. can. ſect. 6.

### In Can. IV.

Οἱ ϛ' ἐν ἀσεσαμέστῳ. Scholiaſtes Harmenopuli, ὁ ϛ' τοσάντης Ἰωάννης ὅτι φησὶν· ὁ μολυνθεὶς καθ' ὕπνους τῇ τῆς ἐκρύσεως πάθει ἡμέραν μίαν τῆς κοινωνίας ἐκβάλλεται, ἢ ν'. ἄσας ψαλμόν, καὶ μετανοίας πεντήκοντα μβ'. ὁ ϛ' μαλακίαν διαφραξάμενος, μ'. ἡμέρας ἐπιτιμᾶται, χειροθεσίᾳ διατυπούμεν@, καὶ μετανοίας ἑξήκοντα πιὼν ϛ'. ἀλλὰ καὶ γυνὴ ἡ εἰς ἀσωτιὸν ἀνδρὸς ἐλθοῦσα, τὸ τῆς μαλακίας ἐπίτιμον δέχεται. ὁ ϛ' ἐκχυσθεὶς τοῦ σώματ@ μολυνθεὶς εἰς ἑαυτὸν ἡμέρας εἴργεται τῆς κοινωνίας, τὸν ν'. καθ' ἑκάστην ἄδων, καὶ μετανοίας πεντήκοντα μβ'. *Joannes autem Jejunator ſic ait; Pollutus in ſomno per fluxûs paſſionem uno die rejicitur à communione, cùm quinquageſimum Pſalmum cecinerit, & pœnitentias* XLIX. *peregerit. Qui verò molitiem commiſit,* XLI. *dies plectitur, cibis ſiccis veſcens, & quilibet die pœnitentias* C. *peragens. Itidem mulier, quæ in amplexum viri venit, molitiei pœnam accipit. At qui corpore vigilante pollutus eſt, à communione ſeptem diebus arcetur, Pſalmum* L. *quotidie canens &* XLIX. *pœnitentias peragens.* Harmenop. epit. can. ſect. 5. tit. 2. De hâc re videſis etiam Joannis Zonaræ orationem inſcriptam περὶ τῶν τιλὼ φυσικῶν τῆς γονῆς ἐκρύσεων μίασμα ἀγουιφῆς. In Juris Græco Romani lib. 5. & Theodori Balſamonis reſponſum ad Marci Alexandrini interrog. 9. Utrobique enim hunc canonem laudatum invenies.

---

## IN PETRI ALEXANDRINI *EPISTOLAM CANONICAM.*

Ἀρχιπόλιτ@ Ἀλεξανδρείας Πέτρ@. Hic percelebris Eccleſiæ Alexandrinæ Archiepiſcopus ſub Diocletiano Imperatore claruit, & in perſecutione ab eo excitatâ ultimus omnium in Ægypto capite truncatus eſt. Euſeb. Hiſt. Eccl. l. 7. c. ult.

### In Can. V.

Καὶ ῥήματα Ἀποστολικά. Poſt hæc ultima Zonaræ in hunc canonem verba codex Amerbachianus addit, Παιδίοις ϛ' ἔμφρονσιν ἀνηστίζετο τοὺς ἀπατήσαντας τοὺς ἀσεβεῖς, καὶ δόξαντας μὴ θύειν, μὴ θύσαντας δέ. ἔμφρονσι ϛ', ὡς τιλὼ θυσίαν τινὲς ἐκκλίναντες, παιδίοις ϛ', ὡς μὴ τέλειον καὶ ἀνδρῶδες ἐκδεξομένοις φρόνημα, καὶ γνησίως ἀντικατασήσαντας τῇ εἰδωλολατρείᾳ, ἀλλ' ὅμως σωζομένοις θύσαι. *Pueris autem prudentibus comparat eos, qui impios deceperunt. Et viſi ſunt quidem ſacrificare, ſed non ſacrificârunt. Prudentibus quidem, ut qui ſacrificium eousque evitarint; Pueris autem, eo quòd perfectum & virilem ſenſum non oſtenderint, nec generosè idololatriæ repugnarint, verùm ſe ſacrificaturos pacti fuerint.* Hæc autem αὐτολεξεὶ ferè in Zonaræ commentario ante dicta ſunt, ac propterea ad finem fruſtra repetuntur.

---

## IN GREGORII THAUMATURGI *EPISTOLAM CANONICAM.*

Γρηγόριος. Hic Gregorius Epiſcopus Neocæſarienſis, ob multa quæ fecit miracula Θαυματουργὸς dictus, diſcipulus fuit Origenis, ut Euſebius & Socrates tradiderunt. Quo autem tempore Gothi & Boradi, quorum ipſe canone quinto mentionem fecit, inter alias Aſiæ Provincias, Pontum quoque invaſerunt, iſtaque barbarorum incurſio graviſſimis inter Chriſtianos perpetrandis delictis occaſionem præbuit, is Eccleſiæ Neocæſarienſi præfectus ad eorum correctionem hanc canonicam Epiſtolam conſcripſit, & ad Epiſcopum quendam miſit; ut ex ipſo exordio conſtat, quo dicit, ὑ τὰ βρώματα ἡμᾶς ἱερώτατε Πάπα. Epiſcopi enim *Papæ* tunc dierum vulgò audiebant.

In

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

### In Can. I.

Ὅτ τὸ βρώματι. In codice Amerbachiano ad hunc canonem hæc obſervantur, Σημείωσαι τῷ χρονικῷ ὁσίῳ τούτῳ, διὰ τὸς μαρτυρήσαντας ἐν αἰχμαλωσίᾳ, καὶ μὴ φαγόντας εἰδωλόθυτα. Ἰσως γὰρ εἴπῃς ἴδη διαφορὰν εἰδωλοθύτων καὶ ἄλλων βρωμάτων ὑπὸ ὀξὺ αἱρετικῶν βιβρωσκομένων. ἀσαύτως σημείωσαι τῷ ὁσίῳ διὰ τὰς ἐκεῖσε σωματωθείσας τῆς Ἀγαρηνῆς. καὶ ἐκεῖνο γὰρ γίνεται ἔστι εἰς τὰς ὀξὺ Τάρκων ἐπιγαμίας, καὶ εἰς τῷ χώρᾳ Ἰβηρίας. *Nota hanc canonicam Epiſtolam propter eos, qui in captivitate comederunt polluta, & idolothyta non comederunt. Aliquid enim diſcriminis forſitan dices eſſe inter idolothyta & alios cibos ab hæreticis comeſos. Itidem nota Epiſtolam propter eas, quæ Agarenis ſponte conjunguntur. Hoc enim in Turcarum Provinciis & Iberiæ regione indies factum eſt.*

Ἡ τις καὶ φύσει ἀρρύθμιστον. Poſt hæc Zonaræ verba in codice Amerbachiano additur, Εἰ μὴ τις τις ἐν ἄκρᾳ σωφροσύνῃ ζήσασα, καὶ καθαρὸν καὶ ἄμωμον ὑποδιαγωγὴν βίον τὸ πρίτερον, νῦν ἀκουσίως ἐν βίᾳ καὶ ἀνάγκης ὕλῃ, ἔχουσα ἄδηλον τὸ ἐν τῷ Δευτερονομίῳ, τὸ ὅτι τῇ παιδὶ φησὶν, ἡ πεύσεται ἐδὲν, οὐκ ἔστι τῇ παιδὶ ἁμάρτημα θανάτου· ὅτι ὡς εἴπε ἀφαιρῇ ἄνθρωπος ὅτι τὸν πλησίον αὐτοῦ, καὶ θανατώσει αὐτὸν τῷ ψυχῷ, οὕτω τὸ πρᾶγμα ἔστι. ἐ-ἔστιν ἡ παῖς, καὶ ὁ βοηθῶν οὐκ ἦν αὐτῇ. *Sanè ſi qua in ſummâ continentia vixit, & puram atque ab omni ſuſpicione alienam vitam priùs oſtendit, nunc autem ex vi & neceſſitate in contumeliam lapſa eſt, habemus exemplum in Deuteronomio, quod de adoleſcentulâ dicit, nihil ei facietis, non erit adoleſcentulæ peccatum mortis: quoniam ut ſi quis homo adverſus proximum ſuum inſurrexerit, & ipſius animam morte affecerit, ſic hæc res eſt. Adoleſcentula exclamavit, & non erat qui ei opem ferret.* Hæc autem ſunt ipſa canonis verba, deſcriptoris incuriâ hîc male repetita.

## IN SANCTI ATHANASII
## *EPISTOLAM DE FESTIS.*

Ἀλλ' ἐπειδή. Joannis Zonaræ in hanc Epiſtolam Scholia adhuc ἀνέκδοτα, ex codice Amerbachiano hîc apponere viſum eſt. Ἐμιλωσία Ζωναρᾶ. Ἐνταῦθα ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἀπαριθμεῖται ποιεῖται ὀξὺ βιβλίων τῆς τε παλαιᾶς γραφῆς καὶ τῆς νέας ἃ ὀφείλοντων ἀναγινώσκεσθαι ὑπὸ ὀξὺ πιστῶν· ἵνα μή τινες πλανώμενοι ἀναγινώσκωσι καὶ τὰς λεγομένας ἀποκρύφους βίβλους, αἳ οὐκ ὀρθῶς ἔχουσι, καὶ ἐντεῦθεν βλάπτωνται ἀκέραιοι ὄντες ἢτοι ἁπλοῦς καὶ εὐεξαπάτητοι. ταῦτα δή καὶ ὁ σε'. κανὼν ὀξὺ ἁγίων Ἀποστόλων ὁμοῦ τούτου ἀπαριθμεῖ· ἐκ ἐν πᾶσι δή ὁ παὶς ἔτ' συμφωνεῖ τῷ ἀποστολικῷ πλαστείῳ κανόνι ἐν τῇ ἀπαριθμήσει. οἱ μὲν γὰρ Ἀπόστολοι καὶ τῶν Ἐσθὴρ ἀπαριθμήσαντο, καὶ τῶν σοφίαν Σιρὰχ, καὶ τὰ Μακκαβαϊκά· ἔτ' δὲ δή ὁ Θεόφιλος ταῦτα. Ἐν δὲ τοῖς τῆς νέας γραφῆς βίβλοις, οἱ μὲν θεῖοι ἀπόστολοι καὶ τὰς διὰ τῆς Κλήμεντ' συγγραφείσας διαταγὰς αὐδὲ ἀπαριθμοῦσιν· ἔτ' δὲ ταύτας μὲν δή Θεόφιλος ἀφῃρέθητο δὲ τῶν ἀποκλυψιν τοῦ θεολόγου. μεθ' ἃ γε τῶν ἀπαριθμουν, φησὶν, ὅτι ἔστι ἕτερα βιβλία τούτων ἔξωθεν, ἃ κανονιζόμενα μὲν, ἀναγινωσκόμενα δὲ, ἃ πινα λέγει δεῖ τῶν σοφίαν Σιρὰχ, Ἐσθὴρ, Ἰουδὶθ, καὶ Τωβὶτ, καὶ διδαχὴν καλουμένην ὀξὺ ἀποστόλων λέγουσι δεῖ τὰς διὰ τοῦ Κλήμεντ' συγγραφείσας ὀξὺ ἀποστόλων διαταξεις, ἃς ἡ λεγομένη ἔκτη συνόδος ἀναγινώσκεσθαι ἐ συγχωρεῖ, ὡς νοθευθείσας καὶ φθαρείσας ὑπὸ αἱρετικῶν. Αἱ δὲ κλῆμψαι, φησὶν, ἀπόκρυφοι βίβλοι, ὅτι ἐν ταῖς ἀπαριθμησέσαις βίβλοις δεῖκνυται, ὅτι ἐν τούτοις τοῖς ἐκτὸς ἐκείνων τεταγμέναις ἀναγινώσκεσθαι, διὰδὴ τοῖς ἀκατασίστοις. Κεκρυσμένα δὲ βιβλία ἔφη ὁ ἅγιος ἐν τῷ κανόνι, ὅ ὅτι ξύλον ᾧ κέχρωται οἱ τεχνῖται εἰς ξύλων ἢ λίθων ἐυθύτητα· φθαρέντες γὰρ ἐ κανόνα τοῖς παρ' αὐδὲ ἐργαζομένοις, δι' αὐτὸ εἴ τινας διεσκευασεν ἐν αὐτοῖς λοξότητας εἰσχάς τε καὶ ἐξοχάς, εἰς ἐκεῖνα ὑποξέσει, καὶ ἐρθοῦσι τὸ ἐργαζόμενον· οὕτω δὲν καὶ δεῖ τῶν βιβλίων τούτων ὁ λόγος ὥσπερ κανὼν ἐπίκεισο· ὑποδηλοῖ αὐτὰ δή μὴ ὀρθοῦς ἐχόντων, ἀλλὰ διεφθαρμένων· καὶ τὰ μὲν ἐξαίρειν καὶ ἀκυροῦσθαι καὶ ἀποβάλλεσθαι εἰς ἀνάγνωσιν τοῖς ἐυσεβέσι· τὰ δὲ ὑποδεικνύσας, καὶ ἀπίξας ἀναγινώσκεσθαι. ζήτει καὶ τὰ γραφέντα εἰς τὸ πλαστὸν κανόνα δή ἁγίων ἀποστόλων. Interpretatio Zonaræ. *Hîc magnus Athanaſius veteris novæque Scripturæ libros enumerat, qui à fidelibus legi debent; ne qui decepti libros Apocryphos dictos legant, qui non rectè ſe habent, & ἀκέραιοι, hoc eſt, ſimplices & deceptu faciles exinde incommodo afficiantur. Eos autem & 85. canon S. Apoſtolorum antea recenſuit. Hic autem Pater, quantum ad numerum eorum ſpectat, ultimo iſti Apoſtolico canoni in omnibus non convenit. Apoſtoli enim Eſther & ſapientiam Sirach & libros Maccabæorum connumerarunt: hic autem eos prætermiſit. In novæ etiam Scripturæ libris, divini quidem Apoſtoli conſtitutiones ſuas à Clemente conſcriptas enumerarunt: hic autem eas omiſit. Addidit verò Theologi Apocalypſim. Poſt libros autem enumeratos, ait, quòd alii ſint præter eos libri, in canonem quidem non relati, legendi tamen; quos dicit eſſe Sapientiam Solomonis, & Sapientiam Sirach, Eſther, Judith, & Tobet, & doctrinam Apoſtolorum dictam, quas aſſerunt eſſe Conſtitutiones Apoſtolorum à Clemente conſcriptas; quas ea quæ ſexta dicitur Synodus legi non permittit, ut adulteratas & corruptas ab hæreticis. Qui autem Apocryphi, inquit, vocantur libri, neque inter eos, qui extra iſtos legendi conſtituuntur, qui ſcilicet in canonem non referuntur. Canonicos autem ſive in canonem relatos libros ſanctos denominat ex canone ſive regulâ, quod lignum eſt, quo Artifices utuntur ad lignorum aut lapidum rectitudinem. Regulam enim ii, quæ operantur, apponentes, per eam ſi quas invenient in iſtis obliquitates, imminentias & prominentias, ad rectitudinem abradunt & ſic opus rectificant. Hoc itaque in iſtis libris ratio tanquam regula effecit, illos diſtinguens ab iſtis, qui non rectè ſe habent, ſed perverſi ſunt: & hos quidem admittens, & approbans, & piis legendos proponens; illos autem condemnans, & legi prohibens. Quære etiam quæ in ultimum ſanctorum Apoſtolorum canonem ſcripta ſunt.*

---

## IN SANCTI BASILII
## *CANONICAS EPISTOLAS.*

### In Can. I.

Τὸ μὲν ὖν θεῖ. Huic canoni in codice Amerbachiano ſequens σχόλιον ſubjicitur. Τῷ πληρώματι τῆς ἐκκλησίας, καθὰ φησι Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Ἐφεσίους ἐπιστολῇ, καὶ τῇ πρὸς Κολοσσεῖς, Χριστός ἔστιν, ἐξ οὗ πᾶν [τὸ σῶμα διὰ δὴ ἁφῶν καὶ συνδέσμων ἐπιχορηγούμενον καὶ συμβιβαζόμενον, αὔξει τῷ αὔξησιν τοῦ Θεοῦ· γενομένης συναφῆς τῆς ἐπιχορηγήσεως καὶ μεταδόσεως τοῖς ἑνωμένοις ἀλλήλοις μέλεσιν, ἀπὸ δὴ κεφάλου ἕως δὴ ἐσχάτου. ὁ τοίνυν κεφάλαιος ἀποχίζων ἑαυτὸν παντὸς σώματος ὁ πάντα πως ἀφίσταται· ὅτι μηδ' ἄλλῳ ἕνωται, ἀλλ' ὅτι ἔσχατα τοῦ ἀφ' οὗ ἐσχίσθη· τοιαύτη γὰρ δὴ φύσις τῶν ἀποτμηθέντων κεφαλίδων ὕστερον ἀποῤῥήγνυται καὶ ἀφίσταται παντάπαξ ἕνεκα σώματος. ὅτι γὰρ ἐνδέχεται ἀπ' αὐτοῦ ἄμα τοῖς δυσὶν ἑνῶσθαι· καὶ ὥσπερ τὸ τοῦ σώματος ἀποῤῥηγνύμενον μέλος νεκρῶται, τῆς ζωτικῆς ὠφῆς μὴ χορηγουμένης ἐκεῖθεν δυνάμεως, ὅτω καὶ αὐτὸς νεκρόμενος, οἷον τὸ πνεῦμα, τοῦ ἱερατικοῦ ἀποπέσει χάριτος, ἣν ἔσχε λαβὼν ἅμα τοῖς ὦμοις ἕνωται, καὶ γίνεται λοιπὸν λαϊκὸς ἅμα τῷ ὦ ἀρχιερεῖ, χάριν ἱερατικὴν οὐκέτι λαμβάνων, ἃ μόνον ὅτι δυνατὸς οὐκ ὑπάρχει, νεκρὸς ἤδη τρόπον ἕτερον γεγονώς· ἀλλὰ ὅτι οὐδ' αὐτὸς ᾧ προσῆλθε δύναται ἀποδοῦναι· ἡ γὰρ μετάδοσις διὰ τῶν ἀμφὶν γίνεται καὶ τῶν συνδέσμων· ἐκεῖσε δ' ἀποχίσας ἑαυτὸν τοῖς σωθεῖσι καὶ συνδέδηται, ὃ μὲν ἔλαβεν ἔχει, λαβεῖν δ' ἕτερον οὐκ οἷός τε ἦν, καὶ ἀκολούθως, οὐδὲ μεταδοῦναι ἑτέροις, ἃ μόνον ὅτι μὴ ἔχει, ἀλλ' ὅτι οὐδὲ πέφυκε μεταδόναι, ὅτι τοῖς φὴν οἰκείοις, ἀπέχρησε γὰρ αὐτῶν, ὅτι τοῖς ἀλλοτρίοις, ὅτι ἀδύνατον· πῶς γὰρ σώματος μέλος μεταδίδωσι ἐνεργείας, ἤτε τοῦ ἀλλοτρίου μέλει, ἤτε τοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ σώματος ἀποτμηθέντι; *Plenitudinis Eccleſiæ, ut ait Paulus in Epiſtolâ ad Epheſios, & ad Coloſſenſes, Chriſtus eſt, ex quo totum corpus per nexus & conjunctiones ſubminiſtratum & compactum, augeſcit in augmentum Dei, ſubminiſtratione ſcilicet & contributione membris ſibi invicem unitis factâ à primis uſque ad ultima. Qui itaque primò ſe à toto corpore abſcindit, non omnino disjungitur; quoniam neque alii unitur, ſed adhuc ei adhæret à quo abſciſſus eſt: Talis eſt enim abſciſſorum natura. Qui autem abſciſſo denuò adjicitur, abrumpitur & disjungitur omnino ab eo corpore cui adhæſerat. Neque enim poſſibile eſt, ut idem duobus ſimul uniatur. Et quemadmodum membrum à corpore disruptum moritur, vivificâ illinc ei non ſubminiſtratâ virtute: ſic & iſte mortuus, ſpiritui ſcilicet, Sacerdotali, quam ab eo acceptam habuit, cui unitus fuit, gratiâ decidit, & Laicus in poſterum factus eſt, ab eo cui ſe adjecit, Sacerdotalem non amplius accipiens gratiam, non ſolùm quòd haud capax ſit, mortuus jam alio modo factus; ſed quòd ille, cui acceſſit, eam contribuere non poſſit. Contributio enim per nexus ſit & conjunctiones. Illinc autem ſe abſcindens ab iis, quibus conjunctus fuit & alligatus, quod quidem accepit, habet, aliud autem accipere non poteſt, & conſequenter, nec aliis contribuere; non tantùm quoniam non habet, verumetiam quoniam nec naturâ comparatus eſt contribuere; neque propriis, ab iis enim abſciſſus eſt, neque alienis, quoniam impoſſibile eſt. Quomodo enim membrum corporis efficaciam aliquam communicet, ſive alieno membro, ſive iſti quod à ſuo corpore abſciſſum eſt.*

## In Can. III.

Τῆ συμβάσῃ ἁλωνίῳ. Post hæc ultima Joannis Zonaræ in præsentem canonem verba, codex Amerbachianus addit, Καθόλου ἦν ἴαμα ἔφη ὁ ἅγιος πρὸς τὸ ἐκ τῆ ἁμαρτίας ἀναχώρησιν, ὁμοῦ τὸ μετέχειν τῆς ἁγιασμάτων τῆ ἐκκλησιαστικῆ ἱερωσύνης· εἰ δὲ μὴ πρὸς τὸ ἄκοντα ἐκπεσεῖν ἦν ἁμαρτάνει, ἔκειτο ὡς λαϊκὸς ἁμαρτάνων ἐπιτιμηθήσεται, ἀλλὰ καὶ τῆ μὴ τῆς πηγῶν συνάξεως ἐκκλεισθήσεται, ἢ καὶ μᾶλλον ἔξω πρὸ ὀφείλων. *Summatim autem sanctus Pater medicinam vocat à peccato recessum, ut qui Sacerdotio dejicitur, Sacramentorum particeps sit. Quòd si & post depositionem adhuc peccat, tunc ut Laicus peccans punietur, & non solùm à communione arcebitur, sed etiam ex fidelium consistentiâ ejicietur, vel & majorem aliquam pœnam persolvet.*

## In Can. IV.

Περὶ τριγάμων. Scholiastes Harmenopuli, Ὁ τῆ ἐνώσεως λεχόμενος τόμος περὶ τῆ τρίτου γάμου πῶς φησί. Τὸς πεντηκοντούτεις τριγαμοῦντας, εἶτα ῥύσῃ τῆ ἐκκλησίας ἀκοινωνήτους ἐν μέσῃ πεντετίας, καὶ τὸν χρόνον τούτου ἐξήκοντα ἅπαξ τὸ ἔτους τῆ κοινωνίᾳ ἀφιέναι, καθ' ἑνὸς ἑκάστου τῆ σωτείου πάχα ἡμέραν, ἐν τῆ ἀφῆ πάντας νηστίᾳ καθ' ὅσον οἷόντε ὑποκαθαίροντας ἑαυτούς. πῶς δὲ φαμὲν, ὅταν μὴ τέκνα τούτοις ἐκ τῆ πρώτου γάμου παρῆ· εἰ δ' οὖν, ἀσυγχώρητος αὐτῆς ἡ τριγαμία. εἰ δέ τις τριακοντούτης ἂν, καὶ τὸν ἡμῖν ἔχων ἐκ τῆ φθασάντων διαδοχὴ γάμον, τρίτῃ συναφθεὶς γυναικὶ, ἔδει τετραετίαν ἀκοινώνητος ἔχειν, εἶθ' ὕστερον τῆς ἐκκλησίᾳ μεταλαμβανέτω, ἐν τῆ ἀναστασίμῳ τῆ πάχα ἡμέρᾳ, ἐν τῆ κοιμήσει τῆς θεοτόκου, καὶ ἐν τῆ ἡμεβλίῳ τῆ κυρίου ἑορτῆ, τῆ ἀφῆ τούτῳ νηστειῶν τὸ πλεῖστον ἑπτὰ κηλίδος ὑποσυνέχειν πεδομένων. εἰ δὲ ἅπαις εἴη, συγγνώμης ἀξιοῦται, δὶ ὅρκου παιδοποιίας ἢ τρίτου γάμου αἰσχύνῃ, καὶ τῆ συνάθλου ἐπιμιξίᾳ διεκπαιδήσεται, ἔδει τριῶν χρόνοις, ἢ καινοτίας εἰργόμενος. *Tomus ille unionis dictus de tertiis nuptiis hæc tradit. Qui annorum 40. sunt, & tertias nuptias contrahunt, velut inquinamenta Ecclesiæ communionis exsortes sint ad quinquennium. Quo tempore elapso, semel in anno communionem adeant, venerabili scilicet Paschatis salutaris die, præcedente eum jejunio, quantum fieri poterit, se purgantes. Hæc autem dicimus, cùm nulli de prioribus matrimoniis extent liberi: alioquin autem, tertium eis conjugium non permittendum est. Quòd si quis annos 30. natus, & liberos ex prioribus conjugiis susceptos habens, uxori tertiæ copulatus fuerit, ad quadriennium communionis exsors esto; ac deinceps ter in anno participabit, die scilicet resurrectionis Paschali, & in obdormitione Deiparæ, festoque Domini natalitio; quòd verisimile sit, præcedentia jejunia majorem partem hujusce labis abstergere: sin nulla sit illi proles, veniam consequitur, quod desiderio procreandi liberos tertias amplexus sit nuptias, consuetâque pœnâ sanabitur, dum per tres annos à communione arcetur.* Harmenop. epit. can. sect. 5. tit. 3.

## In Can. VII.

Ἀρσενοφθόροι. Scholium in Codice Amerbachiano, Οἱ μὲν ἀρσενοφθόροι καὶ ζωοφθόροι καὶ μοιχοὶ τῆ πεντηκονταετίᾳ ὑποπίπτουσιν, οἱ δὲ φονεῖς καὶ φαρμακοὶ τῆ εἰκοσετίᾳ. εἰδωλολάτρας δὲ εἶναι λέγων αὐτὸν τὸς γόητας καὶ τὸς μάντεις, τρέπειν πρὸς καὶ αὐτὸς εἰδωλολατρῆσαν, ἐπικλήσεις χαμαῖζοις δαιμονίων, ἐπὶ οἱ μὲν ἀπ' ἀρχῆς εἰδωλολάτραι, μετανοοῦντες καὶ βαπτιζόμενοι, αὐτίκα δεκτοί εἰσιν· οἱ δὲ ἐκ Χειρὸν ἀλιάσεως ἀρνησάμενοι καὶ εἰδωλολατρήσαντες ἐν ὅλῃ τῆ αὐτῆ ζωῆ πενθεῖν ὀφείλουσι. *Masculorum & animalium initores & adulteri quindecim annorum spatio substernuntur: homicidæ autem & venefici annis viginti, Idololatras autem eum dicere opinor præstigiatores & divinatores; si quidem & ipsi aliquo modo idololatræ sunt, dæmoniorum appellationibus utentes; quoniam qui ab initio idololatræ fuerunt, pœnitentiâ ducti & baptizati, protinus recipiendi sunt: qui autem Christum sine violentiâ abnegârunt, & idololatræ facti sunt, totâ ipsorum vitâ lugere debent.*

## In Can. X.

